www.e-rara.ch

# Biblia. R. Stephanus Lectori. En tibi Bibliorum vulgata editio, in qua juxta hebraicorum versuum rationem singula capita versibus distincta sunt, numeris praefixis, qui versuum numeris quos in ...

**Bible (latin)**
**Jérôme, saint**

**[Genève], 1555**

**Bibliothèque de Genève**

Shelf Mark: Sm 1144

Persistent Link: http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-6074

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

0/09



GE Bibliothèque publique et universitaire

1061034944

SM 1144

A

Ex libris J. A. Martin.

# BIBLIA.

R. STEPHANVS LECTORI.

EN tibi Bibliorū vulgata editio, in qua iuxta Hebraicorum versuum rationem singula capita versibus distincta sunt numeris præfixis, qui versuum numeris quos in Concordantiis nostris nouis & integris, post literas marginales A B C D E F G addidimus, respondent: vt quærendi molestia leueris, quum tibi tanquam digito, quod quæris demonstrabunt.




Oliua Roberti Stephani

M. D. LV.

# D SACRARVM LITERARVM

## ſtudium exhortatio ex Sacris literis.

EXOD. 13.b.8.

arrabis filio tuo in die illo, dicēs, Hoc eſt quod fecit mihi Domin⁹ quā-
do egreſſus ſum de AEgypto. Et erit quaſi ſignū in manu tua, & quaſi
monimentū ante oculos tuos, & vt Lex Domini ſemper ſit in ore tuo.
In manu enim forti eduxit te Dominus de AEgypto.

DEVT. 12.a.8.d.32.

on facietis ſinguli quod vobis rectū videtur: ſed quod præcipio tibi, hoc
tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas.

31.c.11.

ges verba Legis huius coram omni Iſrael, audientibus eis, & in vnum
omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & ad-
uenis qui ſunt intra portas tuas: vt audientes diſcant, & timeant Do-
minum Deum veſtrum, & cuſtodiant, impleántque omnes ſermones
Legis huius.

IOSVE 1.b.8.

on recedat volumen Legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo dieb⁹
ac noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo. Tunc
diriges viam tuam, & intelliges eam. Non declines à verbis Legis hu
ius ad dexteram vel ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta quæ agis.

PROVERB. [illegible].

mnis ſermo Dei ignitus, clypeus [illegible]us in ſe. Ne addas quicquā
verbis illius, & arguaris, inueniáſque mendax.

ROM. 15.a.4.

ęcunque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt: vt per patien
tiam & conſolationem Scripturarum ſpem habeamus.

2. TIMOTH. 3.d.14.

i verò permane in his quæ didiciſti & credita ſunt tibi, ſciens à quo didi
ris, & quòd ab infantia Sacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere
alutem, per fidem quæ eſt in CHRISTO IESV. Omnis Scriptura
itus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripi-
d erudiendum in iuſtitia: vt perfectus ſit homo Dei, ad omne
um inſtructus.

1. TIMOTH. 4.d.13.

ttende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.

BIBLIOTHEQUE DE GENEVE
66/280

## Summa totius Sacræ scripturæ, librorum videlicet Veteris & Noui testamenti.

### Docent nos libri Veteris testamenti, Deū illū

quem coluerunt Noe, Abraham, Isaac, Iacob, Dauid, & cæteri patres, solū verum esse Deum, cūmque omnipotentē & æternum: qui propter bonitatem suā Verbo suo cælū & terram, & quæ in eis sunt, creauit: à quo omnia procedunt, sine quo nihil quicquam est: iustum & misericordem: quique omnia operetur in omnibus secundum voluntatem suam: cui non liceat dicere quare sic vel sic faciat.

### Adhæc, ipsum hunc Deū omnipotentē creasse

post cætera omnia Adam primum hominem ad imaginem & similitudinē suam spiritualem, dominūque eum constituisse omnium creatorū in terra. Qui quidem Adā, inuidia & fraude diaboli, creatoris sui præcepto non obediens, suo peccato, peccatum in hunc mundum inuexit tale, tantūque, vt nos secundum carnem ab ipso progeniti, natura filii iræ simus, & ob id morti, damnationi, iugo & tyrannidi diaboli obnoxii reddamur.

### Porrò autē promissum fuisse à Deo Patre se-

mē illud benedictū IESVM *Christū Filiū suū Saluatorē* nostrū, ipsi Adæ, Abrahæ, Isaac, Iacob, Dauidi, & reliquis patribus, qui à peccatis & tyrānide diaboli liberaret eos, qui viua fide & operāte huic promissioni crederēt, ipsiq. Iesu Christo fiderent, liberationē hanc ab ipso & per ipsum sperātes.

### Interea autem dum à patribus Israelitis expe-

ctabatur promissa salus & liberatio, quòd ea est hominū natura, tam superba atque adeò corrupta, vt nō libenter ipsi velint se agnoscere peccatores, quibus promisso Salutari sit opus: Legem scriptam in tabulis lapideis, datam fuisse à Deo per Moysen, vt per eam agnito peccato, & cordis humani malitia, ardentius sitirent homines CHISTI aduentum, qui ipsos à peccatis redimeret ac liberaret, quod neque Lex, neq; sacrificia & hostiæ Legis præstabāt. erāt enim vmbræ & figuræ veræ oblationis corporis CHRISTI qua peccata omnia obliteranda erant & abolenda.

### Noui autē testamenti libris, docemur, CHRI

STVM illū promissum (qui est super omnia Deus benedictus in secula) in libris Veteris testamenti adumbratum sacrificiis. ac figuratum, missi tandem à Patre fuisse, eo tempore quod apud se cōstituerat ipse Pater inquam tempore, quo abundabat in mundo omnis iniquitas. Missum & incarnatum ipsum Seruatorem IESVM mortem passum esse, & à mortuis resurrexisse, non ex bonis cuiusquam operibus (nam omnes erant peccatores) sed vt Deus & Pater noster verax, abundātes gratiæ suæ diuitias, quas promiserat, exhiberet, & secūdum misericordiā suā saluos nos faceret.

In Nouo igitur testamento, planissimè ostēditur, quòd IESVS CHRISTVS verus agnus, & vera mundi hostia, hominum peccata delēs vere mūdum, vt nobis pacem & gratiam cum Patre conciliaret, lauando nos à peccatis nostris in sanguine suo: & liberaret à seruitute diaboli, (cui peccando seruiebamus) in filiosque Dei adoptaremur per ipsum, cohæredesq; eius efficeremur regni præclarissimi & æterni.

Vt autem singulare hoc & maximum Dei beneficiū erga nos agnoscamus, dat nobis Deus Spiritum suum sanctum, quine [illegible]

est fides in Deum & CHRISTVM eius. Nam sine Spiritu sancto quo instruimur, & signamur, neque credere possumus Deū Patrem missse MESSIAM, neque IESVM esse CHRISTVM. nullus enim (inquit Paulus) dicere potest Dominus IESVS, nisi in Spiritu sancto. Idem Spiritus testatur spiritui nostro quòd sumus filii Dei, & diffundit in viscera nostra eam charitatem quam describit Paulus Corinthiis. Præterea Spem, quæ est certa vitæ æternæ expectatio, cuius idē ipse arrhabo est & pignus, nobis impertitur, & alia spiritualia dona, de quibus Paulus ad Galatas. Nequaquam igitur est negligendus, aut paruifaciēdus fidei fructus: per hāc enim IN CHRISTVM fiduciā & fidem quæ per charitatē operatur, & se charitatis operib⁹ exerit, ad ea hominē mouens, iustificamur & sanctificamur: id est, Deus & Pater Domini nostri IESV CHRISTI (qui & Pater noster effectus est p ipsum fratrem nostrum) nos pro iustis & sanctis habet, sua gratia, ac merito Filii sui IESV CHRISTI, nō imputās nobis ad gehennā *delicta nostra*.

Venit deniq; CHRISTVS ipse in mundū vt nos per ipsum sanctificati & purificati à peccatis, voluntatem eius operibus bonis sectantes, quæ carnis sunt abnegemus, ac liberē seruiamus ei in iustitia & sanctitate omnibus diebus nostris: & vt per bona opera (quæ præparauit Deus vt ambularemus in illis) nos ostendamus ad hanc gratiam & fidei donū vocatos: quæ quidem bona opera qui non habet, testatur se fidem in CHRISTVM nō habere qualem ille in nobis requirit.

Ad eū oportet nos *accedere, & alacri animo* ipsum sequi, vt nos doceat: est enim Magister noster, mitis & humilis corde. Exēplar nostrū, à quo discere oportet normā rectè viuendi. Noster præterea Episcopus & summ⁹ Pōtifex, qui suū ipse sanguinē pro nobis obtulit, vnus Mediator Dei & hominū: qui nūc ad dexterā Dei Patris sedet, nobis Aduocatus fact⁹, orās interpellāsq; pro nobis: qui (peculdubio impetrabit quod vel ab ipso, vel ipsi⁹ nomine à Patre petierim⁹: si modò pete[illegible] ita illū facturū esse crediderim⁹. sic enim promisit. Ne igitur dubitemus, siquādo peccauerim⁹, cū pœnitētia (ad quā nos initio statim suæ prædicationis inuitat & incitat, cūq; fiducia accedere ad thronū gratiæ ei⁹: credētes q misericordiam cōsequuturi sumus nā ideo venit in mūdum vt peccatores sua gratia saluos faceret.

Hic nimirū *est Christ⁹ Iesus, qui in cōstituto à Patre tēporis articulo* veniet, ac sedebit *in maiestate magna*, omnes iudicaturus, & redditurus vnicuique propria corporis prout gessit, siue bonū siue malum. dicturúsque his qui à dextris erunt, qui in hoc mundo futura bona (vitā videlicet æternā) expectauerint, Venite benedicti Patris mei, possidete *paratū vobis* regnū à cōstitutione mundi. Iis autē qui à *sinistris*, Discedite à me maledicti in ignē æternū, qui *parat*⁹ est diabolo & angelis eius. *Tūc vero* finis erit quum Christ⁹ hostibus omnib⁹ planè deuictis regnū Deo & Patri tradiderit.

Hæc vt cognoscamus, bonitate Dei per Spiritum eius sanctum tradita sunt nobis sacra Biblia: & eius doctrinæ quæ in illis habetur prædicatio, ac sacramenta quibus obsignatur nobis huius doctrinæ veritas: vt cognoscamus, inquam, & credamus vnum solum esse Deum verum, & quem vt promiserat, misit IESVM CHRISTVM: vtque per eum vitam habeamus in nomine eius.

Præter hoc fundamentū nemo aliud potest in Ecclesia CHRISTI ponere, quo quidē firma stabilisque cōstituit. Optátque Paulus eum anathema esse, qui aliam fidem & salutem annuntiauerit, quā per IESVM CHRISTVM: etiam si fuerit Angelus de cælo.

Quia enim ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia: cui cum Patre &

Apostolis in Nouo testamento citatorum ex Veteri, quæ huc iuxta ordinem librorum ipsius Veteris testamenti in id congesta sunt, vt pii lectores perspiciant, Nouum testamentum docere impletas esse promissiones, quibus Deus Pater misericordiarum promiserat Filium suum saluatorem omnibus peccatoribus, quæ in Veteri testamento scribuntur, in Lege, Psalmis & Prophetis. Simul etiam doceantur, quomodo vtendum, & nostris vsibus accommodandum quicquid reliquum est in Sacris literis, præter promissiones, quum videmus in quem vsum Christus Iesus verus interpres, Doctor & Magister, & sanctus eius Spiritus, in Apostolis testimonia ex Veteri testamento protulerint.

EX GENESI

1.a.1 Fide intelligimus aptata esse, &c. Hebr.11.a.3
1.a.1 Cæli erant prius & terra de, &c. 2.Pet.3.a.5
1.d.17 Adã primũ formatus, &c. 1.Ti.2.d.13
1.d.27 Masculum & fœminam fecit, &c. Matth.19.a.4.marc.10.a.6
2.a.2 Requieuit Deus die septima, &c. Hebr.4.b.4
2.b.7 Factus est primus homo Adam, &c. 1.Cor.15.f.45
2.d.22 Non enim vir ex mul. &c. 1.Co.11.b.8
2.d.24 Dimittet homo patrẽ & matrẽ, &c. Matth.19.a.5.marc.10.a.7.ephe.5.g.31.1.cor.6.d.16
2.d.24 Erunt duo in carne vna Matt.19.a.6 marc.10.a.8.1.co.6.d.16.eph.5.g.31
3.a.4 Serpens seduxit He. &c. 2.Cor.11.a.3
3.a.6 Adam non est sed. &c. 1.Tim.2.d.14
4.a.4 Fide plurimam hostiã Abel quam Cain obtulit. Hebr.11.a.4
4.b.8 A sanguine Abel iusti Mat.23.c.35
4.b.8 Non sicut Cain, &c. 1.Iohan.3.b.12
4.b.8 Væ illis qui in via Cain abierunt Iudæ epist.b.11
5.c.24 Fide Henoch translat. &c. Heb.11.a.5
6.c.13 Fide Noe respõso ac. &c. Heb.11.b.7
6.d.11 Quando expectabant Dei patientiã in diebus Noe, &c. 1.Pet.3.d.10
7.a.4 Sicut in diebus ante diluuium, &c. Matth.24.d.37
7.b.7 Octauum Noe iustitiæ præco, &c. 1.Pet.2.a.5
9.b.6 Omnes qui acceperint gladiũ, gladio pe. Matt.26.c.52.apo.13.c.10
11.a.1 Exi de terra tua & de. &c. Act.7.a.3
12.a.3 Et in semine tuo benedicent. &c. Act.3.d.25.galat.3.b.8
11.a.4 Fide, quivocatur Abr. &c. Heb.11.b.8
14.d.18 Hic enim Melchi-sedec, rex Salem, sacerdos Dei summi Hebr.7.a.1
15.b.5 Sic erit semen tuum Rom.4.d.18
15.b.6 Credidit Abraham, &c. Rom.4.a.1. Iaco.2.d.22.Gala.3.a.6
15.c.13 Erit semẽ tuum peregrinum in terra, &c. Act.7.a.6
16.d.15 Abraham filium habuit de ancilla Gala.4.c.23
17.a.5 Quia patrem multarũ gentium constitui te Rom.4.c.17
17.b.11 Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei Rom.
17.b.10 Fide, & ipsa Sara sterilis, virtutẽ, &c Hebr.11.c.11
18.b.12 Sicut Sara obediebat, &c. 1.Pet.3.a.6
18.b.18 Secundum hoc tempus veniam, & erit, &c. Rom.9.b.9
19.e.24 Sicut factum est in diebus Lot, &c. Qua die autem exiit Lot ex Sodom. &c. Luc.17.f.29
19.e.25 Euerrit ciuitates So. &c. 1.Pet.2.a.6
19.e.25 Sicut Sodo. & Gom. &c. Iud.epi.a.6
19.e.26 Mem. estote vxoris Lot Luc.17.g.32
21.a.1 Abrahã duos filios hab. &c. Gal.4.c.23
21.a.10 Eiice ancil. & filium e. Galat.4.d.30
21.b.12 In Isaac voc. tibi semen Rom.9.b.7
22.a.1 Fide, obtulit Abra. &c. Hebr.11.d.17
21.b.9 Offert Abraham fil. &c. Iaco.2.d.21
22.c.16 Sicut loqui. est ad pa. &c. Luc.1.g.70
22.c.17 Nisi benedicens be. &c. Hebr.6.c.14
22.d.18 Quia benedicentur in te omnes gẽtes Galat.3.b.8.act.3.d.25
25.c.22 Rebecca ex vno concu. habens, &c. Rom.9.c.10
25.c.23 Quia maior seruiet mi. Rom.9.c.12
25.d.31 Nequis fornicator aut prophanus vt Esau, qui pr. &c. Hebr.12.d.16
27.d.28 Fide, & de futuris be. &c. Hebr.11.d.20
48.c.25 Fide, Iacob moriens, &c. Heb.11.d.21
49.b.10 Quem scripsit Moyses in Lege Iohan.1.g.45
50.d.14 Fide, Ioseph mori. &c. Hebr.11.d.22

EXODO

1.a.1 Fide, Moyses natus, &c. Heb.11.c.23
1.b.11 Fide, Moyses grandis factus, negauit se esse fil. &c. Hebr.11.c.24
1.b.11 Quum idisset Moy. &c. Act.7.c.24
3.a.1 Expletis annis quad. &c. Act.7.d.30
3.b.6 Ego sum Deus Abr. ham, &c. Matt. 22.c.32.marc.12.c.26.luc.20.f.37
9.d.16 In hoc ipsum excita. &c. Ro.9.d.17
17.d.21 Fide, celebrauit Pas. &c. Heb.11.c.28
18.g.46 Os non comminues ex eo. Ioh.19.f.36
18.a.1 Omne masculinũ adaperiens vuluã Luc.2.c.23
14.c.22 Om. in Moyse bapt. &c. 1.Cor.10.a.2
14.c.22 Fide, transiit. mare rub. Heb.11.c.29
16.d.15 Patres v. manducauerunt &c. Ioh.6.c.49
19.d.16 Panem de cælo dedit eis manducare Iohan.6.d.31
16.d.15 Om. eandem escã sp. &c. 1.Co.10.a.3
16.d.18 Qui mult. non abun. &c. 2.Cor.8.c.15
17.b.6 Bibebant de spirit. &c. 1.Cor.10.a.4
19.a.6 Gens sancta, pop. acquisi. 1.Pet.2.b.9
19.c.13 Et si bestia tetigerit mon. &c. Heb.11.c.20

20.c.12 Honora patrem,&c. Matth.15.a.4 marc.7.b.10.ephe.6.a.2
20.b.13 Non homicidium facies Matt.19.c.18
20.b.13 Non occides Matt.5.c.21. Luc.18.d.20
20.c.14 Non mœchaberis Matt.c.d.17
20.c.17 Non adulterabis, Nõ occides.13 Nõ furtum facies, 15 Non loqueris contra proximũ tuũ falsum testimonium,16 Non cõcupisces, Rom.13.c.9
20.c.17 Non concupisces Rom.7.b.7
20.c.18 Non en.accessistis ad,&c. He.12.c.18
21.c.17 Qui maledixerit patri,&c. Matt.15. a.4. mar.7.b.10
21.c.14 Oculum pro oculo,&c. Matth.5.f.38
21.d.22 Principi populi t.nõ mal. Act.23.a.5
24.b.8 Lecto omni mandato,&c. Heb.9.c.19
24.c.8 Hic sanguis testam.&c. Heb.9.c.20
25.d.40 Vide.omnia facito secundum,&c. Act.7.f.44. Hebr.8.b.5
26.a.1.16.a.2, Tabernac. factũ est pri. Heb.9.a.2
32.a.1 Fac nobis deos qui, &c, Act.7.c.40
32.b.6 neque idololatræ effic.1.Cor.10.b.7
33.d.19 Miserebor cui volu.&c. Rom.9.c.15
84.d.33 Nõ sicut Mo.poneb.&c.1.Cor.3.c.11

## LEVITICO

11.g.44 Sancti eritis,quon. &c.1.Pet.1.c.16
21.a.3 In sabb.circunciditis ho. Ioh.7.c.22
21.a.3 Postq̃ impleti s.dies octo Luc.2.c.21
21.c.6 Postq̃ impleti s.dies,&c. Luc.2.d.22
21.c.6 Vt darent host.secũ.&c. Luc.2.d.24
24.a.4 Offer munus tuum quod præcepit Mo.&c. Matt.8.a.4. mar.1.d.40. luc.5.c.14
26.d.17 O.multitudo po.erat or. Luc.1.a.10
26.c.14 Si en.sanguis hircor,&c. Heb.9.d.13
28.a.5 Qui fecerit homo,viuet in ea Rom. 10.a.c.gala.3.b.12
29.c.22 Non periurabis Matth.5.c.33
29.c.15 Nolite in personarũ ac.&c. Iac.2.a.1
29.d.17 Si peccauerit in te frater tuus,&c. Matth.18.b.15. luc.17.a.3
29.d.28 Diliges ꝓximũ t.&c. Matth.22.d.39 mar.12.c.31. rom.13.c.9. gal.5.c.14 Iacobi 2.b.8
29.d.28. Diliges ꝓximũ tuum Matth.5.g.43
30.b.9 Qui maledi.patri,&c. Matth.15.a.4
30.b.10 In Lege Moyses mandauit nobis hu iusmodi lapidare Iohan.8.a.5
34.d.20 Oculum pro oculo Matth.5.f.38
36.b.11 Quon.inhabitabo in,&c.1.Co.6.d.16

## NVMERIS

8.c.16 Omne masculinum ada periens vulũam Luc.2.d.23
9.b.12 Os nõ cõminuet ex eo Iohan.19.f.36
9.c.12 Patres nostri omnes sub nube fuerunt 1.Cor.10.a.1
11.b.7 Panẽ de cælo ded.eis,&c. Ioh.6.d.31
12.b.7 Sicut & Moyses in omni domo eius Hebr.3.a.2
14.f.36 Neque murmuratueritis, sicut quidam eorum 1.Cor.10,b.10
14.f.37 Cadauera fil.Israel,&c. Hebr.3.d.17
16.a.1 In contradictione Core perierunt Iudæ epist.d.11
19.a.3 Quorum enim animaliũ sanguis infertur pro peccato Hebr.13.b.11
20.b.10 Bibebant a.de spir.&c. 1.Cor.10.a.4
21.b.5 Neq.tentemus Chr.&c.1.Cor.10.b.9
21.c.9 Sicut Moyses exal.serpẽ.Ioh.3.b.14
22.d.23 Animal mutũ subiugale corripuit vesaniam Balaam 2.Pet.2.c.16
22.g.40 Errore Balaã mercede effusi sunt Iudæ epist.b.11.2.pet.2.c.15
24.c.14 Balaã docebat Balac,&c. Apo.2.d.14
25.b.6 Neq.fornicemur,sicut.1.Cor.10.b.8
26.g.64 Prostrati s.in deserto 1.Cor.10.a.5
28.b.8 Sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violant Matth.12.a.5

## DEVTERONOMIO

1.c.17.16.d.19 Nolite in personarũ acceptione,&c.Iaco.2.a.1.b.9
4.d.24 Etenim Deus noster ignis consumens est Hebr.11.g.29
5.b.11 Non periurabis Matth.5.c.33
5.b.16 Honora patrem,&c. Matth.15.a.4. marc.7.b.10.ephe.6.a.2
5.b.17 Non occides Matt.5.c.21.luc.18.d.20
5.c.18 Nõ mœch. Matt.5.d.27.luc.18.d.20
5.c.18 Non furtũ f. Luc.18.d.20.rom.13.c.9
5.c.20 Non loqueris cõtra ꝓximum,&c. Luc.18.d.20.rom.13.c.9
5.c.21 Non concupiscres Ro.7.b.7.& 13.c.9
6.a.4 Audi Israel, Do. De', &c. Mar.12.c.29
6.a.5 Diliges Dominum.&c. Matt.22.d.37, marc.12.c.30.luc.10.c.27
6.c.13.& 10.d 20, Dominũ Deũ tuũ,tim &c. Matth.4.b.10.luc.4.b.8
6.c.16 Non tentabis Duminum Deũ,&c. Matth.4.a.7.luc.4.b.12
8.a.3 Non in solo pane viuit homo Matth.4.a.4. Luc.4.a.4
10.d.17 Non est acceptio perso.apud Deũ Ro.2.b.11.act.10.e.34. col.3.d.26. ephe.6.b.9.1.Pet.1.c.17
10.d.17 Deus personã hominis non accipit Gala.2.b.6
17.b.6 Irritã quis faciens L.&c. Heb.10.e.28
18.a.1 Nescitis quon. qui in sacrario operãtur quæ de sacrar.&c. 1.Cor.9.b.13
18.c.15 Prophetam susc itabit vobis Dominus,&c. Act.3.d.22,& 7.e.37
19.d.15 In ore duorũ vel,&c. 2.Cor.13.a.1. matth.18.b.16.iohan.8.b.17
19.d.21. Oculũ ꝓ oculo,dẽtẽ,&c. Mat.5.f.38
21.d.23 Maledictus o.qui pẽd.&c. Gal.3.b.6
24.a.1 Quicunque dimiserit vxorẽ suã,&c. Matt.5.c.31,& 19.a.7. mar.10.a.4
25.a.4 Non alligabis os boui trituranti 1.Cor.9.a.1.1.tim.5.c.18
25.a.5 Siquis mortuus fu. &c. Matth.22.c.24. marc.12.b.19.luc.20.b.27
27.d.26 Maledictus o.qui nõ,&c. Gal.3.b.10
30.c.12 Quis ascẽdet in cælum? Rom.10.a.6
30.c.14 Propẽ est verbũ in,&c. Rom.10.b.7
32.c.21 Ego ad æmul.vos add.&c. Ro.10.d.19
32.e.35 Mihi vindictã,ego retri. Rom.12.d.19

## IOSVA

1.a.5 Non te deseram,neq.&c. Heb.13.a.5
1.a.1 Simil.& Rahab meretrix Iac.1.d.25
6.c.20 Fide,muri Iericho corru. Heb.11.f.30
6.d.22 Fide,Rahab meretrix non perist cũ incredulis Hebr.11.f.30

## I.SAMVELIS

21.b.6 Nõ legistis quid fec. Da. quando est matt.12.a.3. mar.2.d.25. luc.6.a.4

II. SAMVELIS.

7.b.14 Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium Hebr.1.b.5

I. REGVM

2.b.10 Liceat audęter dicere ad vos de patriar. Da.&c. Act.1.e.29.& 13.c.36

10.a.1 Regina Austri veniet à finibus terræ audi.&c. Matt.12.d.42.luc.11.d.31

17.a.1 In diebus Eliæ clausum est cælum Luc.4.d.25

17.a.1 Elias homo erat simil.&c. Iac.5.d.17

19.b.10 Do. Prophetas t. occid.&c. Ro.11.e.3

19.d.18 Reliqui m. septę mil. vir. Rom.11.a.4

II. REGVM

4.e.19 Neminé per viã salura. Luc.10.2.4

5.d.13 Multi leprosi erant in Israel sub Eliseo Propheta.&c. Luc.4.e.27

I. PARALIP.

23.b.13 Nec quisquã sumit tibi honorem, sed qui vocatur.&c. Hebr.5.b.5

IOB

1.d.11 Nihil intulimus in hũc m. 1.Ti.6.b.7

5.b.13 Comprehẽdam sapientes in astutia eorum 1.Cor.3.d.19

5.c.17 Beatus vir qui suffert tẽt. Iac.1.b.12

4.b.9 Non est personarũ,&c. Act.10.e.34

PSALMIS

1.a.2 Quare fremuerũt gẽtes? Act.4.e.21

2.b.7 Filius meus es tu, ego hodie genui te Act.13.e.33. Hebr.1.b.5,& 5.b.5

2.c.9 Reges eos in virga ferrea Apoca. 2.g.27.& 19.c.15

4.b.5 Irascimini,& nolite pe. Ephe.4.f.27

5.c.10 Sepulchrũ patens est,&c. Ro.3.b.13

6.c.9 Discedite à me omnes q operamini, Matt.7.d.23,&25.d.41. luc.13.f.27

8.b.1 Ex ore infantiũ & lact. Matt.21.b.16

8.c.5 Quid est homo quòd memor es ei'? Hebr.2.b.6

8.c.18 Omnia subiecit sub pedibus eius 1.Cor.15.d.27. Hebr.1.b.8

9.d.18 Quorum os maledictione & amaritudine,&c. Rom.3.b.14

13.a.1 Non est iustus quisquam, nõ est intelligens Rom.3.b.10

13.b.3 Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem Rom.3.b.15

15.c.8 Prouidebam Dominum in conspectu meo semper Act.2.d.25

15.d.10 Non dabis Sanctum tuũ videre corruptionem Act.2.d.27.& 13.d.35

17.a.1 Ego ero fidens in eum Hebr.2.c.13

27.g.50 Propterea confitebor tibi in Gentibus,&c. Rom.15.b.9

18.a.5 Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum Rom.10.d.18

21.a.1 Eli,eli,lamma sabacthani Matth. 27.c.46. marc.15.c.34

21.c.19 Diuiserunt sibi vestimenta mea Matth.27.d.35. iohan.19.d.24

21.e.13 Nuntiabo nomen tuum fratribus meis Hebr.2.c.12

23.a.1 Domini est terra & plenitudo eius 1.Cor.10.f.16

24.d.19 Odio habuerunt me gr. Ioh.15.d.25

30.a.6 In manus tuas commẽdo spiritum meum Luc.23.f.46

31.a.1 Beati quorum remissæ sunt iniquitates Rom.4.a.7

33.c.13 Qui enim vult vitã diligere,& dies videre bonos 1.Pet.3.b.10

39.b.7 Hostiã & oblationẽ nol. Heb.10.a.5

40.c.10 Qui mãducat mecũ pa. Iohã.13.b.18

40.c.12 Filii' ho. vadit, sicut scriptũ est Mat. 26.b.24. marc.14.b.18. luc.22.b.22

43.d.39 Propter te mortific.&c. Rom.8.g.36

44.b.7 Thronus tuus Deus, in seculum seculi Hebr.1.c.8

50.a.6 Vt iustificẽ. in sermonib' t. Rom.3.a.4

54.d.13 Iacta super Do. curã t. 1.Pet.5.b.7

61.d.13 Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet 1.Cor.3.b.8

67.c.19 Ascendens in altum, captiuã duxit captiuitatem Ephe.4.b.8

68.b.10 Zelus domus t. come. me Ioh.2.c.17

68.b.10 Improperia improperantium tibi, cecidérũt super me Rom.15.a.3

68.c.13 Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum Rom.11.b.9

68.c.16 Fiat cõmoratio eorũ des. Act.1.d.20

68.c.22 In siti mea potauerunt me aceto Iohan.19.c.28

77.a.1 Aperiã in parabo. os m. Matt.13.e.35

77.c.24 Panem cæli dedit eis Iohan.6.d.31

81.b.6 Ego dixi, Dii estis Iohan.10.f.34

88.c.21 Inueni Dauid seruũ m. Act.13.d.23

90.c.11 Angelis suis mandauit de te Matt. 4.a.6. luc.4.b.10

93.b.11 Dominus nouit cogitationes sapiẽtum quon. vanæ s. 1.Cor.3.d.20

94.c.8 Hodie si vocé eius audie. Hebr.3.b.7

94.d.11 Sicut iuraui in ira mea Hebr.4.a.3

96.b.7 Et adorẽt eũ õnes Angeli Heb.1.b.6

101.d.26 Tu in principio, Domine, terrã fundasti Hebr.1.c.10

103.a.4 Qui facit Angelos s. spiri. Heb.1.b.7

103.b.8 Et episcopatũ ei' ac. alter Act.1.d.20

109.a.1 Dixit Dominus Domino meo Mat. 22.d.44. luc.20.g.42. act.2.e.34

109.a.1 Sede à dextris meis Heb.1.d.13

109.a.1 Donec ponã inimicos tuos scabellum,&c. Heb.1.d.13.1.cor.15.c.25

109.b.4 Iurauit Dominus,&c. Hebr.7.c.21

109.b.4 Tu es Sacerdos in æternum Hebr. 5.b.6,& 7.c.21

111.c.9 Dispersit,dedit pauperi.2.Cor.9.c.9

115.a.1 Credidi, propter quod loquutus sum 2.Cor.4.c.13

115.a.2 Omnis homo mendax Rom.3.a.4

116.a.1 Laudate Dominum omnes Gentes Rom.15.c.11

117.a.6 Dominus mihi adiutor.non timebo quid faciat m.homo Heb.13.a.6

117.c.12 Lapidẽ quẽ reprob.ædi. Mat.21.d.42 mar.12.a.10. act.4.b.11. 1.pe.2.b.7

117.d.15 Hosanna filio Dauid Matth.21.b.9

131.a.5 Petiit Dauid vt inueniret tabernaculum Deo Iacob Act.7.f.46

131.c.11 De fructu ventris tui ponam super sedem tuam Act.2.e.30

139.a.4 Venenum aspidum sub labiis eorũ Rom.3.b.13

PROVERBIIS

3.a.7 Nolite esse prudẽtes apud vosmetipsos Rom.12.c.16

3.b.11 Fili mi, noli negligere disciplinam

Domini,&c. {Hebr.11.b.c

8.b.11 Quem diligit Dominus corripit,&c. Hebr.12.b.6.Apoc.1.d.17

10.b.11 Charitas operit multitudinem peccatorum 1.Pet.4.b.8

11.d.31 Si iustus vix saluabitur 1.Pet.4.d.18

17.b.13 Videte nequis malum pro malo alicui red. 1.Thess.5.c.15.1.Pet.3.b.9

17.d.27 Sit autē omnis homo velox ad aud. tardus ad loquēdū Iaco.1.c.19

20.b.9 Si dixerimus quia peccatum non habemus,&c. 1.Iohan.1.d.8

21.c.10 Qui maledixerit patri vel matri Matth.15.a.4.marc.7.b.10

24.c.23 Nolite in personarū acce. Iac.2.a.1

25.a.6 quūvocatus fueris ad prandiū, vade, recūbe in nouissimo.lo. Luc.14.b.10

25.c.21 Si furierit inimicus tuus,dabi illum Rom.11.d.19

26.b.11 Canis reuersus ad vomi.2.Pet.2.d.22

ESAIA

1.c.9 Nisi Dominus sabbaoth reliquisset nobis semen Rom.9.f.29

5.a.1 Homo plantauit vineā Matt.21.c.33 marc.12.a.1.luc.20.b.9

6.a.3 Sanctus,sanctus,sanctus Dominus Deus Apoc.4.c.8

6.c.9 Auditu audietis,& non intelligetis Matt.13.b.14.mar.4.b.12.luc.8.b.10.Iohn.12.f.40.act.28.f.26.Ro.11.a.8

7.c.14 Ecce virgo in vtero hab.Matt.1.d.23

8.c.14 Ecce positus est hic in ruinā & in resurrectionē multorū Luc.2.e.34

8.d.18 Ecce ego & pueri mei,&c.Heb.2.c.13

9.a.1. Terra Zabulon & terra Nephthali Matth.4.b.15

10.e.22 Si fuerit numerus filiorū Israel tāquam arena maris Rom.9.f.27

11.a.4 Reuelabitur ille iniq.&c.1.The.2.b.8

11.c.10 Erit radix Iesse Act.13.d.22.Ro.15.c.12

28.b.10 Statim post tribulationē dierū illorū sol obscurabi. Matth.24.c.29. mar.13.c.24.luc.21.e.25

21.c.9 Cecidit cecidit Baby.&c.Apo.14.b.7

22.d.13 Manducemus & bibamus,cras enim moriemur 1.Cor.15.d.32

22.f.22 Hæc dicit Sanctus & verus,qui habet clauem Dauid Apoc.3.b.7

25.c.8. Absterget Dominus omnem lachrymam ab.&c. Apo.7.d.17.& 21.a.4

28.c.11 Quoniā in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic 1.Cor.14.d.21

28.d.16 Ecce pono in sion lapidem offensi. Rom.9.g.33.1.pe.2.a.6.act.4.b.11

29.d.13 populus hic labiis me honorat Matth.15.a.8.marc.7.a.6

33.c.14 Perdam sapientiam sapientum,& prudentiam.&c. 1.Cor.1.c.19

33.c.18 Vbi sapiēs? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi 1.Cor.1.c.20

40.a.3 Vox clamantis in deser. Matth.3.a.3. marc.1.a.3.luc.3.a.4.iohan.1.c.23

40.b.6 Omnis caro fœnum Iac.1.b.10. 1.pet.1.d.24

40.c.13 Quis enim cognouit sensum Domini,&c. Rom.11.d.34.1.Cor.2.d.16

41.b.4. & 44.a.6 Ego sum primus & nouissimus Apoc.1.d.17,& 22.c.13

41.b.8 Suscepit Israel puerum [illegible]

42.a.1 Ecce puer meus quē elegi Matt.12.b.18

43.c.19 Ecce noua facio omnia Apoc.21.b.5 2.cor.5.d.17

45.d.23 Viuo ego,dicit Do. quoniā mihi flectetur omne genu Rom.14.b.11

45.b.9 Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit,&c. Rom.9.d.20

49.b.6 Posui te in lucē Gentiū Act.13.g.47

49.c.8 Tempore accepto exaudiui te ,& in die salutis 2.Cor.6.a.2

49.c.10 Non esurient,neque sitiēt amplius Apoc.7.d.16

50.c.16 Tunc expuerunt in faciem eius Matth.26.g.67

51.b.7 Quām speciosi pedes euāgelizantiū pacem Rom.10.c.15

52.c.11 Propter quod exite de medio eorū, & separamini,&c. 2.Cor.6.d.17

52.b.5 Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes Rom.2.d.24

52.d.15 Quibus non est annuntiatum de eo, videbunt Rom.15.c.21

53.a.1 Domine ,quis credidit auditui nostro? Iohan.12.f.38.rom.10.c.16

53.a.4 Ipse infirmitates nostras accepit Matth.8.c.17

53.b.7 Tāquam ouis ad occlisionē Act.8.f.32

53.d.12 Et cum iniquis reputatus est Marc.15.c.28.luc.22.d.37

53.c.9 Qui peccatum non fecit,nec inuentus est dolus,&c. 1.Pet.2.d.22 1.Iohan.3.a.5

53.d.11 Qui peccata nostra pertulit in corpore suo 1.Pet.2.d.24

54.a.1 Lætare sterilis quæ non paris Gala.4.d.27

54.1 Beatæ steriles ,& ventres qui non genuerunt Luc.11.d.27

54.f.13 Et erunt omnes docibiles Dei Iohan.6.c.45

55.a.1 Et qui sitit ,veniat:& qui vult, accipiat aquam vitæ gr.Apo.22.d.17

55.a.3 Dabo vobis sanctā Dauid ndelia Act.13.e.34

56.c.7 Domus mea,domus orationis vocabitur Matth.21.b.13.marc.11.c.17 luc.19.g.46

52.b.7 Esuriui,& dedistis mihi manducare Matth.25.g.35

59.b.7 Contritio & infœlicitas in vijs eorū Rom.3.c.16

59.d.17 Galeā salutis assumite Ephe.6.c.17. 1.thess.5.b.8

59.d.20 Veniet ex Siō qui eripiat,& auertat impietatem a Iacob Rom.11.d.26

60.b.11 Et portæ eius non claudentur per diem,&c.Apoc.21.g.25

62.d.13 Et ciuitas nō eget sole Apo.21.g.23.

6.d.19 Nox vltra nō erit Apoc.21.a.5

61.a.1 Spiritus Domini super me Luc.4.c.18

62.d.11 Dicite filiæ Sion, Ecce Rex tuus venit Matth.21.a.5

63.a.2 Et vestitus erat veste aspersa sanguine Apoc.19.c.13

64.a.4 Quod oculus nō vidit,nec auris audiuit,&c. 1.Cor.2.b.9

65.a.1 Inuentus sum à non quærentibus me Rom.10.d.20

[illegible]

pulū non credente Rom.10.d.11

65.c.17 Nouos verò cælos & nouā terrā 2.Pet.3.c.13.Apoc.21.a.1

66.a.1 Cælum mihi sedes est Act.7.f.49

66.g.14 Vbi vermis eorū non moritur Marc. 9.g.44

IEREMIA

2.d.11 Homo erat paterfamillas qui plantauit vineā Matt.21.d.33.marc.12. a.1.luc.20.b.9

7.b.11 Vos autē fecistis illā, spelūcā latronum Matt.21.b.13.mar.11.c.17. luc.19.g.46

9.g.14 Qui gloriatur,in Domino glorietur 1.Cor.1.d.31.2.Cor.10.d.17

10.a.7 Quis non timebit te Domine? Apoc. 15.b.4

17.b.10 Ego sū scrutās renes & corda Apoc. 2.f.23

18.a.6 Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit,&c. Rom.9.d.20

31.c.15 Vox in Rama audita est Matth.2.d.18

31.a.1 Ero vobis in patrē, & vos eritis mihi in filios 2.Cor.6.d.18

31.f.31 Ecce dies venient, dicit Dominus,& cōsummabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum Hebr.8.c.8

31.f.33 Hoc autem testamentum quod testabor ad illos,&c. Dabo leges meas in cordibus eorum. Hebr.10.c.16

51.a.8 Cecidit,cecidit Babylō magna Apoc. 18.a.2

EZECHIELE

3.a.1 Accipe librum,& deuora illū Apoc. 10.d.9

12.f.22 Vbi est promissio aut aduentus eius? 2.Pet.3.a.4

13.b.7 Esuriui,& dedistis mihi manducare Matth.25.c.35

20.b.11 Qui fecerit homo viuet in ea Rom. 10.a.5

21.b.7 Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum Matth.24.c.29

36.p.23 Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes Rom.2.d.24

DANIELE

7.c.10 Et erat numerus eorum millia milliū Apoc.5.d.11

9.g.27 Quum videritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele Prophera Matth.24.b.15 marc.13.b.14.luc.21.d.20

12.b.7 Et angelus quem vidi stantem super mare Apoc.10.b.5

OSEA

1.d.10 Et erit,in loco vbi dictum est eis, Nō plebs mea vos,&c. Rom.9.f.26

2.d.23 Vocabo non plebem meam,plebem meam Rom.9.c.25.1.Pet.2.b.10

6.c.7 Misericordiam volo,&non sacrificiū Matth.9.b.13.12.a.7

10.b.8 Tunc incipient dicere montibus,Cadite super nos:&collibus,Operite nos Luc.23.d.30

11.a.1 Ex Aegypto vocaui filium meum Matth.2.c.15

13.d.14 Absorpta est mors in victoria 1.Cor. 15.g.54

IOELE

2.g.28 Et erit in nouissimis diebus,dicit Dominus,effundam de Spiritu meo Act.2.c.17

2.g.32 Omnis enim quicunque inuocauerit nomē Domini,saluus erit Rom. 10.c.13

3.c.15 Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suū Matth.24.c.29.marc. 13.c.24.luc.21.c.25

AMOS

5.g.25 Nunquid victimas & hostias obtulistis mihi,&c. Act.7.c.42

6.a.1 Væ vobis diuitibus Luc.6.d.24

9.c.11 Post hæc reuertar,& rædificabo tabernaculum Dauid Act.15.c.16

IONA

2.a.1 Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus dieb' & trib' noctibus,&c. Matt. 12.c.40.luc.11.d.30

3.b.5 Pœnitentiam egerūt in prædicatione Ionæ Matt.12.d.41.luc.11.e.32

MICHAEA

2.c.10 Non habemus hic manētem ciuitatem Hebr.13.c.14

4.c.7 Regnabit in domo Iacob in æternum Luc.1.c.33

5.a.2 Et tu Beth-lehem terra Iuda,&c. Matth.2.a.6

7.b.6 Veni separare hominem aduersus patrem suū,& filiā aduersus matrē Matth.10.d.36.luc.12.g.53

9.b.9 Ecce Rex tuus venit Matth.21.a.5. iohan.12.b.15

11.c.12 Et acceperunt triginta argenteos Matth.27.a.9

11.c.10 Videbunt in quem compunxerunt Iohan.19.g.37

13.c.7 Percutiam pastorem Matth.26.c.31. marc.14.b.27

NAHVM

1.c.5 Quàm speciosi pedes euangelizantiū pacem Rom.10.c.15

HABACVC

1.b.5 Videte contēptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris,&c. Act. 13.f.41

2.a.4 Iustus autem ex fide viuit Rom.1.c. 17.galat.3.b.11

AGGAEO

2.b.7 Adhuc semel, & ego mouebo nō solū terrā,sed & cœlū Hebr.12.g.26

ZACHARIA

8.c.16 Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo Ephes.4.f.25

MALACHIA

1.2.1 Iacob dilexi,Esau autem odio habui Rom.9.c.13

3.a.1 Ecce ego mitto Angelum meū Matt. 11.b.10.mar.1.a.2.luc.7.d.27

4.b.5 Ipse est Elias qui vēturus erat Matt. 11.b.14

4.b.5 Quid est quod Scribæ dicūt,quòd Eliam oporteat primū venire,&c. Matth.17.b.14.marc.9.c.11

4.b.6 Vt conuertat corda patrum in filios Luc.1.b.16

# Ordo librorum Veteris testamenti.

| | Capita, | | | Capita, |
|---|---|---|---|---|
| Genesis | 50, | 195, | Ecclesiastes | 12, |
| Exodus | 40, | 198, | Canticum canticorum | 8, |
| Leuiticus | 27, | 199 | Liber Sapientiæ | 19, |
| Numeri | 36, | 263. | Ecclesiasticus | 51, |
| Deuteronomium | 34, | | | |
| | | 216, | Esaiæ prophetia | 66, |
| Iosue | 24, | 231, | Ieremiæ | 52, |
| Liber Iudicum | 21, | 249, | Baruch | 6, |
| Ruth | 4, | 251, | Ezechielis | 48, |
| Regum I | 31. | 267, | Danielis | 14, |
| Regum II | 24, | 274, | Osee | 14, |
| Regum III | 22, | 276, | Ioelis | 3, |
| Regum IIII | 25, | 277, | Amos | 9, |
| Paralipomenon I | 29. | 279, | Abdiæ | 1, |
| Paralipomenon II | 36. | 279, | Ionæ | 4, |
| Esdræ I | 10, | 280, | Michææ | 7, |
| Esdræ II | 13, | 281, | Nahum | 3, |
| Tobias | 14, | 282, | Habacuc | 3, |
| Iudith | 16, | 282, | Sophoniæ | 3, |
| Esther | 16, | 283, | Aggæi | 2, |
| Iob | 42, | 284, | Zachariæ | 14, |
| | | 286, | Malachiæ | 4, |
| Liber Psalmorum | 150, | | | |
| | | 287, | Machabæorum I | 16, |
| Prouerbia Salomonis | 31, | 297, | Machabæorum II | 15. |

Hos veteris testamenti libros CHRISTVS IESVS in Legem, Prophetas, & Psalmos simplicissimè partitus est, Matthæi cap. septimo, vndecimo & vigesimosecũdo, & Lucæ vltimo. Hæc sunt, inquit, verba quæ loquutus sũ ad vos quũ adhuc essem vobiscũ, quoniã necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis, de me. *Quã distinctionem* secuti sunt Apostoli, patrésque nostri Latini. Nec ab hac aliena est Hebræorum *distinctio*, תורה *vocantiũ* Legem, נביאים Prophetas, כתובים Hagiographa, *inter quæ* & *Psalmi Dauid* numerantur: author est Hieronymus in prologo quem præposuit libris Regum.

# Ordo librorum Noui testamenti.

| | |
|---|---|
| Euangelium secundum Matthæum | Ad Titum |
| Euangelium secundum Marcum | Ad Philemonem |
| Euangelium secundum Lucam | Ad Hebræos |
| Euangelium secundum Iohannem | |
| Acta Apostolorum | Iacobi epistola |
| Pauli epistola ad Romanos | Petri epistolæ II |
| Ad Corinthios II | |
| Ad Galatas | Iohannis epistolæ III |
| Ad Ephesios | |
| Ad Philippenses | Iudæ epistola |
| Ad Colossenses | |
| Ad Thessalonicenses II | Apocalypsis |
| Ad Timotheum II | |

# Hieronymi Prologus Galeatus

VIGINTI & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quæ lingua & Chaldæorum testatur, quæ Hebraeæ magna ex parte conũnis est. nam & ipsi viginti duo elementa habent eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidẽ literis scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Certúmque est Esdram scribam, legisque doctorem, post captam Ierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse quibus nunc vtimur: quum ad illud vsque tempus iisdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem suppurratio, sub Leuitarum ac Sacerdotum censu, mystice ostenditur. Et nomen Domini tetragrãmaton in quibusdam Græcis voluminibus, vsque hodie antiquis expressũ literis inuenimus. Sed & psalmi tricesimus sextus, & centesimus decimus, & centesimus vndecimus, & centesimus decimus octauus, & centesimus quadragesimus quartus, quanquã diuerso scribantur metro, tamen ejusdẽ numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius. Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? iisdẽ alphabetis vel inchoationibus supputantur. Porrò quinque literæ duplices apud Hebræos sunt, Caph, Mem, Num Pe, Sade. aliter enim scribuntur per has principia, mediotatesque verborum, aliter fines. Vnde & quinque à plerisque libri, duplices existimantur, Samuel, Melachim, Dibre hajamim, Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt; per quæ scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initiis vox humana cõprehenditur: ita viginti duo volumina supputantur, quibus quasi literis & exordiis in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia

Primus apud eos liber, vocatur בראשית Bereſith, quem nos Geneſin dicimus.

Secundus, ואלה שמות Veelle ſemoth: qui Exodus appellatur.

Tertius, ויקרא vaiicra, id eſt Leuiticus

Quartus, וידבר Vaied abber, quem Numeros vocamus.

Quintus, אלה הדברים Elle haddebarim, qui Deuteronomium prænotatur.

Hi ſunt quinque libri Moyſi, quos proprie תורה id eſt Legem appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt, & incipiunt ab Ieſu filio Naue, qui apud eos יהושע בן נון Ioſue bin Nun dicitur.

Deinde ſubtexũt שפטים Sophetim, id eſt Iudicum librum. Et in eundem cõpingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur hiſtoria

Tertius ſequitur שמואל Samuel, quem nos Regum primum & ſecundum dicimus

Quartus, מלכים Melachim: id eſt Regũ, qui tertio & quarto Regum volumine cõtinetur.

Meliũſque multo eſt מלכים id eſt regum, quam ממלכות id eſt regnorũ dicere. Nõ enim multarum gentium deſcribit regna, ſed vnius Iſraelitici populi, qui tribubus duodecim continetur.

Quintus, eſt ישעיה Eſaias.

Sextus, ירמיה Ieremias.

Septimus, יחזקאל Ezechiel.

Octauus, liber duodecim Prophetarum: qui apud illos vocatur תרי עשר There aſar.

Tertius ordo, Hagiographa poſſidet.

Et primus *liber incipit à* איוב Iob.

*Secundus à* דוד Dauid: quẽ quinque inciſionibus & vno pſalmorum volumine cõprehẽdunt.

Tertius eſt שלמה Salomon, tres libros habẽs: Prouerbia, quæ illi משלי *Miſle, id eſt* Parabolas *appellant.*

Quartus, Eccleſiaſten, *id eſt* קוהלת Cobeleth.

Quintus, Canticum canticorum, *quem titulo* שיר השירים Sir haſſirim *prænotant.*

Sextus, eſt דניאל Daniel.

Septimus, דברי הימים Dibre haiamim, *id eſt* Verba dierum: *quod ſignificantius*, Chronicõ totius diuinæ hiſtoriæ poſſumus appellare, *qui liber apud nos* Paralipomenon prim' & ſecundus inſcribitur.

Octauus, עזרא Eſdras: qui & *ipſe ſimiliter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuiſus eſt* Nonus, אסתר Eſther.

Atque ita ſunt pariter Veteris Legis *libri viginti duo: id eſt* Moyſi quinque, & Prophetarum octo. Hagiographorum nouem. Quãquam nonnulli רות & קינות Ruth & Cinoth, inter Hagiographa ſcriptitent, & hos libros in ſuo putent numero ſupputandos: ac per hoc eſſe priſcæ Legis libros viginti quatuor: quos ſub numero viginti quatuor ſenjorum Apocalypſis Iohannis inducit adorantes Agnum, & coronas ſuas poſtratis vultibus offerẽtes: ſtantibus coram quatuor animalibus oculatis antè & retro, id eſt in præteritum & in futurum reſpicientibus, & indefeſſa voce clamantibus, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Hic *prologus*, Scripturarum quaſi galeatum principium, omnibus

libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus, quicquid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur, & Iesu filii Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor, nō sunt in canone. Machabæorum primum librum, Hebraicū reperi. Secūdus, Græcus est: quod ex ipsa quoque phrasi probari potest. Quæ quū itа se habeant, obsecro te Lector, ne laborem meum, reprehensione mea existimes antiquorū. In templo Dei offert vnusquisque quod potest: alii aurum, argentum & lapides pretiosos: alii byssum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobis cum bene agitur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolus cōtemptibiliora nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species, Ecclesiæ præfetis futuræque distinctæ, pellibus tegitur & ciliciis: ardoremque solis & iniuriam imbrium ea quæ viliora sūt prohibent.

# Hieronymus Paulino

Frater Ambrosius tua mihi munuscula perferens, deculit simul & suauissimas literas, quæ à principio amicitiarū tā dem probatæ iam fidei & veteris amicitiæ præferebat. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantū corporum nō subdola & palpans adulatio: sed Dei timor, & Diuinarum scripturarum studia cōcillant. Legimus in veteribus historiis quosdā lustrasse prouincias, nouos adiisse populos, maria trāsisse: vt eos quos ex libris nouerāt, coram quoque viderent. Sic Pytagoras Meimphiticos vates, sic Plato AEgyptū & Architam Tarentinū, eamque oram Italiæ, quæ quondā magna Græcia dicebatur, laboriosissimē peragrauit: vt qui Athenis magister erat, & potens, cuiusque doctrinam Academiæ gymnasia personabant, fieret peregrinus atque discipulus: malens aliena verecundē discere, quam sua impudenter ingerere. Denique qui literas quasi toto fugiētes orbe persequitur, captus à piratis & venūdatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captiuus, vinctus & seruus: tamē quia philosophus, maior emēte se fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquēti & fonte manante, de vltimi Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus: & quos ad contemplationē sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus seculis, celebrandumque miraculum, vt vrbem tātam ingressi, aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, siue ille magus (vt vulgus loquitur) siue philosophus, vt Pythagorici tradūt, intrauit Persas, pertransiuit Caucasū, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit: & ad extremū, latissimo Phison amne transmisso, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in trono sedentem aureo, & de Tantalidonte potantem, inter paucos discipulos de natura, de motibus syderū, ac dierum cursu audiret docēte. Inde per Alamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæsthinos, reuersus Alexandriā, perrexit AEthiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimam Solis mensam videret in fabulo. Inuenit ille vir vbique quod disceret, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissime octo volumināb Philostratus. Quid loquar de seculi hominibus, quū Apostolus Paulus, vas electionis & magister Gētium, qui de conscientia tanti in se hospitis loquebatur, An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? post Damascum, Arabiamque lustratam, ascenderit Ierosolymā, vt videret Petrum, & manserit apud eum diebus quindecim? Hoc enim mysterio hebdomadis & ogdoadis futurus Gentium prædicator instruēdus erat. Rursūque post annos quatuordecim, assumpto Barnaba & Tito exposuerit Apostolis Euangeliū, ne forte in vacuum curreret, aut cucurrisset. Habet enim nescio quid latēbrę eneręlæ viua vox, & in aures discipuli deauthoris ore trāsfusa, fortius sonat. Vnde & AEschines quū Rhodi exularet, & legeretur illa Demosthenis oratio, quā aduersus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, suspirans ait, Quid si ipsam audissetis bestiā suа verba resonantē? Hæc nō dico, quòd sit inme aliquid tale, quod vel possim me audire, vel vellis discere: sed qꝰ ardor tuus & discēdi studiū etiam absque nobis per se probari debeat. Ingenii docile, & sine doctore laudabile est. Nō quid inuenias, sed quid quæras cōsyderamus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiā si artificis & plastæ cesset manus: tamē virtute totum est quicquid esse potest. Paulus Apostol' ad pedes Gamalielis legem Moysi, & Prophetas didicisse se gloriatur, vt armat' spiritalibus telis, postea diceret confidenter, Arma militiæ nostræ, non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionū, consilia destruētes: & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & captiuantem omnem intellectum, ad obediendum Christo, & paratā subiugare omnē inobedientiam. Ad Timotheū scribit ab infantia Sacris literis eruditū, & hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiā quæ data sit ei per impositionem manus presbyterii. Tito præcipit vt inter cæteras virtutes Episcopi, quem breui sermone depinxit, scientiam quoque in eo eligat Scripturarum, Obtinentem, inquit, eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Sancta quippe rusticitas soli dm sibi prodest: & quantū rdificat ex vitæ merito Ecclesiā Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat. Malachias propheta, imò per Malachiam Domin' interrogauit Sacerdotes Legem: in tantū sacerdotis officium est, interrogatū respōdere de Lege. Et in Deuteronomio legimus, Interroga patrem tuum, & annūtiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. In Psalmo quoque centesimo decimoocтauo, Cautabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti viri, quū eū Dauid arbori vitæ, quæ est in paradiso, cōparet, inter cæteras virtutes & hoc intulit, In Lege Domini voluntas eius, & in Lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis ait, iustos fulgere sicut stellas. & intelligētes, id est

Galat.2.

Act.22.3.

2.Cor.10.

2.Tim.1.

1.Tim.4.

Tit.1.c.9

Malach.

Deut.32.

Psal.1.2.

Dan.12.

doctos, quasi firmamentum. Vides quantũ inter se distent iusta rusticitas, & docta iustitiæ alij stellis, alij cælo comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatẽ vtrũque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus, Qui aũt docti fuerint, fulgebũt quasi splẽdor firmamenti: & qui ad iustitiam eruditi ẽ multos quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apostolus vas electionis? Nempe quia Legis, & Scripturarum sanctarum erat armarius. Pharisæi stupent in doctrina Domini: & mirãtur in Petro & Iohanne quomodo Legẽ sciãt: quũ literas non didicerint. Quicquid enim aliis exercitatio, & quotidiana in Lege meditatio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus sug gerebat, & erãt iuxta quod scriptum est, t h e o d i d a c t i. Duodecim annos Salvator impleuerat, & in templo senes de quæstionibus Legis interrogans, magis docet dũ prudenter interrogat. Nisi fortè rusticum Petrum, rusticũ dicimus Iohãnem: quorum vterque dicere poterat, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia. Iohannes rusticus, piscator, indoctus? & vn de illa vox obsecro, In principio erat Verbũ, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbũ? L o g o s enim Græcè multa significat: nam & verbum est, & ratio, & supputatio, & causa vniuersitatis quæ rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ vniuersa, recte intelligimus in Christo. Hoc doctus Plato ne sciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdã, inquit, sapienti sapientiã, & prudentiã prudẽtiũ reprobabo. Vera sapiẽtia perdet falsã sapientiã, & quanquã stultitia prædicationis in cruce sit tamen Paulus sapientiã loquitur inter perfectos sapientia, in mysterio absc ̃dita: est: de qua & noui psalmi titulus prænotatur. Pro occultis filij, in quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ Dei absconditi. Et qui in mysterio absconditus erat, prædestinatus est ante secula: prædestinatus autem & prefiguratus in Lege & Prophetis. Vnde & Prophetæ appellabantur videntes: quia videbant eum, qui cæteri non videbant. Abrahã vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechieli qui populo peccatori clausi erant. Reuela, inquit Dauid, oculos meos, & consyderabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis est, & reuelatione opus est, vt intelligatur, ac reuelata facie Dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas vt legat, respõdebit tibi, Non possum: signatus est enim. Quãti hodie putant se nosse literas, & tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit? In Actibus Apostolorũ sanctus Eunuchus, imõ vt sic enim eum Scriptura cognominat, quũ legeret Esaiam prophetam, interrogatus a Philippo. Putasne intelligis, quæ legis? respondit, Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego, vt de me loquar interim, nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui de Aethiopia, id est de extremis mundi finibus venit ad templum, reliquit aulam regiam: & tantus amator Legis diuinæque scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret literas sacras. Et tamẽ quũ librũ teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volueret, labiis personaret, ignorabat eum, quem in libro nesciens veneratur. Venit Philippus, ostendit ei Iesũ, qui clausus latebat in litera. O mira, doctoris virtus: ea dẽ hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis & sanctus factus est, ac magister de discipulo, plus in deserto fonte Ecclesiæ, quam in aurato synagogæ templo reperit. Hæc a me perstricta sunt breuiter, neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur. Ad ministeres te in Scripturis sacris sine præuio, & mõstrante semita nõ posse ingredi. Taceo de grãmaticis, rhetoribꝰ, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis, quorum scientia mortalibus vel vtilissima est, & i cres partes sciuditur t o d o g m a, t i n m e t h o d o n, t i n e m p i r i a m. Ad minores artes veniã, & quæ nõ tã lingua, quã manu administrantur. Agricolæ, cæmentarii, fabri metallorum, lignorumque cæsores, lanarii quoque, & fullones, & cæteri qui variã supellectilem, & vilia opuscula fabricãtur, adhuc doctore esse non possunt quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractãt fabrilia fabri, sola Scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti, doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hãc sophista verbosus, hãc vniuersi præsumunt, lacerant, docent ante quãm discant. Alii adducto supercilio, grandia verba trutinantes inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alii discũt, proh pudor, a fœminis, quod viros doceant: & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imõ audacia edisserunt aliis, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si forte ad Scripturas sacras post seculares literas venerint, & sermone composito aures populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putãt, nec scire dignãtur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptãt testimonia: quasi grãde sit, & non vitiosissimum docẽdi genus, deprauare sententias, & ad volũtatẽ suam, Scripturam trahere repugnantem. Quasi non legerimus Hieronymi commentonas, & Vergilio centonas: ac non tic etiam Maronem sine Christo possimus, dicere Christianum, quia scripserit, Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna. Iã noua progenies cælo dimittitur alto. Et Patrem loquente ad filium. Nate meæ vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce, Tulia perstabat memorans, fixusque manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorũ Iudo similia docere quod ignores: imõ, vt cũ stomacho loquar, ne hoc quidẽ scire & nescias.

Videlicet manifestissima est Geneseos in qua de creatura mũdi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentiũ, vsque ad exitũ scribitur Hebræorũ. Patet Exodus cum decem plagis, cũ decalogo, cum mysticis diuinisque præceptis.

In promptu est Leuiticus liber, in quo sũ-


Genesis
Exodus
Leuiticus

guia sacrificia, imò singulæ penè syllabæ, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cælestia sacramenta.

meri

**Numeri** verò, nonne totius arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continent?

teronomi

**Deuteronomiū** quoque secunda lex, & Euangelicæ legis præfiguratio, nōne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusque Pentateuchus: quibus quinque verbis loqui se velle Apostolus in Ecclesia gloriatur.

r. 4. d. 19

**Iob** exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone cōplectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: omne sque le ges dialecticæ, propositione, assumptione, cōfirmatione, cōclusione determinat. Singula in eo verba plena sunt sensibus. Et vt de cæteris fileā, resurrectioné corporū sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius, vel cautius scripserit. Scio, inquit, quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum: & rursū circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deū: quem visurus sum ego ipse, & oculi me conspecturi sunt, & nō alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

9. d. 26

sine Ie-
aue

**Veniam** ad Iesum Naue, qui typum Domini non solum gestis, verum etiam nomine præfert, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrētes atque confinia, Ecclesiæ cælestisque Ierusalem spiritualia regna describit.

dicum

**In** Iudicū libro, quot principes populi, tot figuræ sunt.

**Ruth** Moabitis, Esaiæ explet vaticinium, dicentis. Emitte agnum Domine Dominatorem terræ, de Petra deserti, ad montem filiæ Sion.

16. a. 1.

& 11.

**Samuel** in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legē abolitam monstrat. Porrò in Sadoc atque Dauid, noui sacerdotij, nouique imperij sacramenta testatur.

IIII.

**Melachim**, id est tertius & quartus Regum liber à Salomone vsque ad Iechoniam, & a Ieroboam filio Nabat vsque ad Oseę qui ductus est in Assyrios, regnū Iuda & regnū describit Israel. Si historiā respicias, verba simpliciasūt: si in literis sensum latentem in spexeris, Ecclesiæ paucitas, & hæreticorum contra Ecclesiā bella narrantur.

**Duodecim** prophetæ in vnius voluminis angustias coartat, multo aliud, quam sonat in litera, prætigurant.

**Osee** crebro nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrahel, & vxorem fornicarij, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausi mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri, viri ad se redeuntis præstolari.

**Ioel** filius Phatuel describit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine vastitate consumptam, & post euersionem prioris populi, effusum iri Spiritum sanctum super seruos Dei & ancillas, id est super centum viginti credētium nomina, & effusum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti ab vno vsque ad quindecim paulatim, & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerū efficiunt, qui in psalterio mysticè continentur.

**Amos** pastor, & rusticus, & ruborum mora distringens, paucis verbis explicari nō potest. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor scelera Damasci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorū Ammō, & Moab: & in septimo & octauo gradu Iudæ & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sūt in Samariæ monte, & rustū ram domum malorem, minorēque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantē Dominum super murum litū vel adamantinū, & vnū cinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus: & famem in terram, non famē panis nec sitim aquæ: sed audiendi verbum Dei.

**Abdias**, qui interpretatur seruus Dei, pertonat contra Edom sanguineum terrenúmque hominē, fratris quoque Iacob semper æmulū, hasta percurit spiritali.

Abdias

**Ionas** pulcherrima colūba naufragio suo passionem Domini prætigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat: & sub nomine Niniue, Gentibus salutem nuntiat.

Ionas

**Michæas** de Morasthi cohæres Christi, vastationem annūtiat filiæ latronis, & obsidionē ponit contra eam: quia maxillā percusserit iudicis Israel.

Michæas

**Nahum** consolator orbis increpat ciuitatē sanguinum, & post euersionem illius loquitur, Ecce super montes pedes euāgelizantis, & annuntiantis pacem.

Nahum

**Habacuc** luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suā, & figit gradum super munitionem, vt Christum in cruce contempletur. & dicat, Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscōdita est fortitudo eius.

Habacuc

**Sophonias** speculator, & arcanorū Dei cognitor, audit clamorem à Porta piscium, & eiulatum à Secūda, & contritionem à collib⁹. Iudicit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt omnes qui inuoluti erant argento.

Sophonias

**Aggæus** festiuus & lætus, qui seminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret: destructū templum ædificæ, Deūque patrem inducit loquētem. Adhuc vnum modicum, & ego commouebo cælum & terrā, & mare, & aridā: & mouebo oēs gētes, & venient Desyderatus cūctis Gētib⁹.

Aggæus

**Zacharias** memor Domini sui, multiplex in prophetia. Iesum vestibus sordidis indutū, & lapidem oculorum septem, candelabrūque aureum cum totidē lucernis quot oculis: duas quoque oliuas à sinistris lampadis cernit, & à dextris: vt post equos nigros, rufos, albos, & varios, & dissipatas quadrigas ex Ephraim, & equum de Ierusalem, pauperem regem vaticinetur, & prædicet, sedentem super pullum filium asinæ subiugalis.

Zacharias

**Malachias** apertè, & in fine omnium prophetarū, de abiectione Israel, & vocatione Gētium. Non est mihi, ait, volūtas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiā de manu vestra. Ab Ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Malachias

**Esaias**, Ieremiam, Ezechielem, & Danielē quis poterit vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non prophetiam mihi videtur texere, sed Euangelium.

Esaias

Secundus virgam nuceam,& ollam fuceē
sam à facie Aquilonis,& pardum spoliatū suis
coloribus,& quadruplex diuersissimetris nectit
alphabetum.

Tertius principia & finem tantis habet ob-
scuritatib' inuoluta.vt apud Hebræos istæ par
tes cum exordio Geneseos ante annos triginta
non legantur.

Quartus verò, qui & extremus inter qua-
tuor prophetas,temporum conscius, & totius
mundi philosistor, lapidem præcisum de mō-
te sine manibus , & regna omnia subuertentē
claro sermone pronuntiat.

Dauid Simonides noster, Pindarus & Alcæ⁹,
flaccus quoque,Catullus,atque Serenus,Chri-
stū lyra personat, & in decachordo psaltario,
ab inferis excitat resurgentem.

Salomō *pacificus*,& *amabilis Domini*,mo-
res *corrigit*,naturam docet, Ecclesiam iungit,
& *Christum* , sanctarumque nuptiarum dulcē
canit *epithalamium*.

Esther in Ecclesiæ typo populum liberat
de periculo, & interfecto Aman,qui interpre-
tatur Iniquitas,partes conuiuij, & diē celebrē
mittit in posteros.

Paralipomenon liber,id est instrumēti ve
teris *epitome*,tantus ac talis est , vt absque illo
si quis scientiam Scripturarum sibi *voluerit*
arrogare,seipsum *irrideat*.Per singula quippe
nomina iunctura quæ verborum,& prætermis
sa in regum libris tangūtur historiæ,& innu-
merabiles explicantur Euangelij quæstiones.

Esdras & Nehemias, adiutor videlicet,&
consolator à Domino,in vnum volumē coar-
tantur, instauranttemplum,muros extruūt ci-
uitatis: omnisque illa turba populi redeūtis in
patriā,& de *scriptio* Sacerdotum, Leuitarum,
Israelis , proselytorū, ac per singulas familias
murorū,ac turrium opera diuisa,aliud in cor-
tice præferunt,aliud in medulla retinēt. Cer-
nis me Scripturarum amore raptum, excessis-
se modū epistolæ,& tamen non implesse quod
volui. Audiuimus tanquam quid nosse,quid cu
pere debeamus,vt & nos quoque possimus di-
cere,Concupiuit anima mea desyderare iust-
*ificationes* tuas in omni tempore. Cæterum il-
lud *Socraticum* impletur in nobis,*hoc tātum*
*scio quod nescio*.

Tangam & *nouum* breuiter testamentum.

Matthæus,Marcus,Lucas,& Iohānes qua-
driga Domini, & *verū Cherubim*, quod inter
pretatur *scientiæ multitudo* , per totum cor-
pus oculati sunt, *scintillæ emicant*,discurrūt
fulgura,pedes habent rectos,& *in sublime* tē-
dentes,terga pennata & *vbique volitantia*,te-
nent se mutuo,sibique perplexi sunt,& quasi
rota in rota voluuntur, & pergunt quocūque
eos flatus Spiritus sancti perduxerit.

Paulus Apostolus ad septem scribit eccle-
sias, octaua enim ad Hebræos, à plerisque ex-
tra numerum ponitur . Timotheum instruit,
ac Titum,& Philemonem pro fugitiuo famulo
deprecatur.Superquo melius tacere puto quā
puca scribere.

Actus Apostolorum nudam quidem vidē-
tur sonare historiā,& nascentis Ecclesiæ infā-
tiam texere:sed si nouerimus scriptorē eorum
Lucam esse medicum, cuius laus est in Euāge-
lio , animaduertemus pariter omnia verba il-
lius,animæ languentis esse medicinam.

Iacobus,Petrus,Iohannes,Iudas,septem e-
pistolas ediderunt tam mystica: quàm succin-
ctas,& breues pariter ac longas:breues in ver-
bis,longas in sententiis:vt rarus sit,qui non in
earum cæcutiat lectione.

Apocalypsis Iohānis tōt habet sacramēta
quot verba. Parū dixi, pro m rito voluminis
laus omnis inferior est. In verbis singulis mul-
tiplices latent intelligētiæ. Oro te frater cha-
rissime,inter hæc vluere,ista meditari,nihil a-
liud nosse,nihil quærere:nōne tibi videtur iā
hîc in terris regni cælestis habitaculum? Nolo
offendaris in Scripturis sanctis simpliciteate, &
quasi vilitate verborū,quæ vel vitio interpre-
tum,vel de industria sic prolata sunt, vt rusti-
cam concionem facilius instruerent,& in vna
eademque sententia aliter doctus,aliter audi-
ret indoctus. Non sum tam petulans & hebes,
vt hæc me nosse pollicear , & eorū fructus ca-
pere,quorum radices in cælo fixæ sūt:sed vel-
le fateor. Sedēti me præsero,magistrū renuēs
comitem *spondeo*. Petenti datur, pulsanti ape
ritur,quærēs inuenit. Discamus in terris, quo-
rum scientia nobis perseueret in cælo. Obuiis
te manibus excipiā, & vt ineptè aliquid ac de
Hermagorę tumiditate effutiā,quicquid quæ-
sieris,tecum scire conabor. Habes hîc amantis-
simum tui fratrem Eusebium,qui literarū tua-
rum mihi gratiam duplicauit, referens hone-
statem morum tuorum,contemptum seculi,fi
dem amicitiæ,amorem Christi. Nam prudēn-
tiam & eloquii venustatem etiam absque illo
ipsa epistola præferebat. Festina, quæso te,&
hæretis in salo nauiculæ fune magis præscin
de, quàm solue. Nemo renuntiaturus seculo
bene potest vendere quæ contempsit vt vēde-
ret. Quicquid in sumptus de tuo tuleris,pro lu
cro computa. Antiquum dictum est. Auaro tā
dereſt quod habet,quàm quod non habet. Cre-
dentis totus mundus diuitiarū est:infidelis au-
tem etiam obolo indiget. Sic viuamus tanquā
nihil habentes,& omnia possidentes. Victus &
vestitus diuitiæ Christianorum sunt . Si habes
in potestate rem tuā,vende:si non habes,pro-
lice. Tollenti tunicam & pallium relinquen-
dum est . Scilicet nisi tu semper recrastinans,
& *dic de die* trahens, cautè, & pedetētim tuas
possessiunculas vendideris,non habet Christus
vnde alat *pauperes* suos . Totum Deo dedit,
qui seipsum obtulit. Apostoli nauem tantum
& *retia* reliquerūt. vidua duo æra misit in ga-
zophylacium,& præfertur Crœsi diuitiis. Facile
contemnit omnia, qui se semper cogitat esse
*moriturum*.

# Præfatio sancti Hieronymi presbyteri in Pē-
## TATEVCHVM MOYSI.

Desyderij mei desyderatas accepi epistō-
las,qui quodam *præsagio* futurorū,cum
Daniele sortitus est nomē:obsecrantis,vt trās-
latum in latinam linguam de Hebræo sermo-

ne Pentatheuchum, nostrorum auribus tra-
derem. Periculosum opus certe, & obtrectatorū
meorum latratibus patens: qui me asserunt in
Septuaginta interpretū suggillationem noua
pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinū
probantes: quū ego sæpissime testatus sim me
pro viribi portione in Tabernaculo Dei offer-
re quæ possim, nec opes alterius aliorum pau-
pertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me
studium prouocauit, qui editioni antiquæ trā-
lationem Theodotionis miscuit, asteriscō & o-
belo opus omne distinguēs: dum aut illucescere
facit quæ minus ante fuerant: aut superflua
quæque iugulat & confodit, maximè quæ Eu-
angelistarum & Apostolorum authoritas pro-
mulgauit. In quibus multa de veteri testamē-
to legimus, quæ in nostris codicibus non habē
tur: vt est illud. Ex AEgypto vocaui filiū meū:
&, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt
in quem compunxerūt, &, Flumina de ventre
eius fluēt aquæ viuæ: &, Quæ nec oculus vidit,
nec auris audiuit, nec in cor hominis ascende-
runt quæ præparauit Deus diligentibus se: &
multa alia quæ propriū ſynagmā defyde-
rant. Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta
sint: & quum dicere nō potuerint, de libris He
braicis proferamus. Primum testimonium est
in Osee. Secundum in Esaia: Tertium in Zacha-
ria: Quartum in Prouerbijs: Quintum æquè in
Esaia. Quod multi ignorantes, apocryphorum
deliramenta sectantur: & Hebraicarum libris
authenticis præferunt. Causas erroris non est
meum exponere. Iudæi prudenti factum dicūt
esse consilio: ne Ptolemæus vnius Dei cultor,
etiam apud Hebræos duplicem diuinitatē de-
prehenderet. Quod maximè idcirco faciebant,
quia in Platonis dogma cadere videbatur. De-
nique vbicunque sacratū aliquit Scriptura te-
statur de Patre & Filio & Spiritu sancto, aut a-
liter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt:
vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei nō vul
garent. Et nescio quis prim⁹ author septuagin-
ta cellulas Alexandriæ menda, io suo extruxe-
rit, quibus diuisi eadem scriptitarint: quū Ari-
stæas eiusdē Ptolemæi hyperaspistes, &
multo post tempore Iosephus, nihil tale retu-
lerint: sed in vna basilica congregatos, contulisse
se scribant, nō prophetasse. Aliud est enim va-
tem, aliud esse interpretem: ibi Spiritus vē-
tura prædicit: hic eruditio & verborum copia,
ea quæ intelligit transfert. Nisi fortè putandus
est Tullius OEconomicum Xenophontis, & Pla
tonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesi-
phonte, affiatus rhetorico spiritu transtulisse.
Aut aliter de eisdem libris per Septuaginta in-
terpretes, aliter per Apostolos Spiritus sanct⁹
testimonia texuit: vt quod illi tacuerūt, hi scri
prum esse mentiti sint. Quid igitur? damnam⁹
veteres? Minimè. Sed post priorum studia, in
domo Domini quod possumus laboramus. Illi
interpretati sunt ante aduētū Christi, & quod
nesciebant, dubiis protulere sententiis: nos ve
rō post passionem & resurrectionem eius, non
tam prophetiam quàm historiam scribimus, a-
liter enim audita: aliter visa narrantur, quod
melius intelligimus, melius & proferimus. Au
di igitur æmule, obtrectator auscultamon dā-
no, non reprehendo Septuaginta: sed confidē-
ter cunctis illis Apostolos præferō. Per istorum
os mihi Christ⁹ sonat, quos ante Prophetas in-
ter spiritalia charismata positos lego: in qui-
bus vltimum penè gradum interpretes tenēt.
Quid huore torqueris? quid imperitorum ani-
mos contra me concitas? Si cubi in translatione
tibi videor errare: interroga Hebræos, diuersa-
rum vrbium magistros cōsule. Quod illi habēt
de Christo, tui codices non habent. Aliud est si
contra se postea ab Apostolis vsurpata testi-
monia probauerunt: & emendatiora sunt exē-
plaria Latina quàm Græca, & Græca quàm He-
braica. Verum hæc contra inuidos. Nūc te pre-
cor Desyderi charissime, vt me, quia tantū op⁹
subire fecisti, & à Geneſi exordium capere, ora
tionib⁹ iunes: quo possim eodē spiritu quo scri
pti sūt libri, in Latinū eos trāsferre sermonē.

## EIVSDEM IN IOSVE Præfatio.

TANDEM finito Pentateucho Moysi,
velut grādi fœnore liberati, ad Iesum filiū Na-
ue manum mittamus: quem Hebræi, יְהוֹשֻׁעַ
בִּן נוּן. id est Iosue filium Nun, vocāt: & ad
Iudicum librum, quem שֹׁפְטִים appellant:
ad Ruth quoque & Esther, quos eisdem nomi-
dibus efferunt. Monemusque lectorem vt syl-
uam Hebraicorum nominū, & distinctiones per
membra diuisas, diligens scriptor cōsequat: ne
& noster labor, & illius studium pereat, & vt in
primis, quod sæpe testatus sum, scīat me non
in reprehensionem veterum noua cudere, sicut
amici mei criminantur: sed pro virili parte of-
ferre linguæ meæ hominibus, quos tamen no-
stra delectat: vt pro Græcorū hexaplis quæ
& sumptu, & labore maximo indigent, editionē
nostram habeant. Et si cubi in antiquorum vo-
luminum lectione dubitarint, hæc illis cōferē-
tes, inuenīant quod requirūt: maximè quum a-
pud Latinos tot sint exemplaria, quòt codices:
& vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit,
vel subtraxerit quod ei visum est: & vtique nō
possit verum esse quod dissonat. Vndecesset ar-
cuato vulnere contra nos insurgere scorpius,
& sanctū opus venenata carpere lingua: v I su-
scipiens, si placet, vel contemnens, si displiceat:
meminerit que illorum versuum, Os tuum a-
bundauit malitia: & lingua tua cōcinnabat do-
los. Sedens aduersus fratrem tuum loqueba ris: Psal. 49.c.
& aduersus filium matris tuæ ponebas scanda-
lū: hæc fecisti, & tacui. Existimasti iniquè quòd
ero tui similis: arguam te, & statuam contra fa-
ciem tuam. Quæ enim audientis vel legētis v-
tilitas est, nos laborando sudare, & alios detra-
hendo laborare? dolere iudæos, quòd calumniā
di eis, & irrideādi Christianos sit ablata occasio,
& Ecclesiæ homines id despicere, imò lacerare
vnde aduersarij torqueātur? Quòd si vetus, eis
tantum interpretatio placet, quæ & mihi non
displiceat, & nihil extra recipiendum putant:
cur ea quæ sub asteriscis & obelis vel addita
sunt vel amputata, legūt, & negligunt? Quare
Danielem iuxta Theodotionis translationem,
Ecclesiæ susceperūt? Cur Origenem mirantur,
& Eusebium Pamphili, cunctas editiones simili
ter differentes? Aut quæ fuit stultitia, postquā
vera dixerint, proferre quæ falsa sunt? Vnde au
tem in Nouo testamento probare poterunt as-
sumpta testimonia quæ in libris veteribus non

habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniãtibus tacere videamur. Cæterũ post ſuctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplũ eſt, & hos libros quos Euſtachio virgini Chriſti negare non potui: decreuimus dum ſpiritus hos regit artus, Propheratum explanatiõi incumbere: & omiſſum iam diu opus, quaſi quodam poſtliminio, repetere: præſertim quũ & admirabili, ſanctũſque vir Pammachius, hoc idem literis flagitet: & nos ad patriam feſtinãtes, mortiferos ſirenarum cantus ſurda debeamus aure tranſire.

## PRÆFATIONEM IN LIBROS Regum vide priore codice, in quo Prologus Galeatus inſcribitur.

## IERVSDEM IN LIBRVM PARAlipomenon præfatio

SI SEPTVAGINTA interpretum, pura, & vt ab eis in Græcũ verſa eſt, editio permaneret, ſuperfluẽ me, Chromati Epiſcoporũ ſanctiſſime atque doctiſſime, impelleres vt Hebræa tibi volumina Latino ſermone tranſferrẽ. Quod enim ſemel aures hominum occupauerat, & naſcentis Eccleſiæ roborauerat fidẽ: iuſtum erat etiam noſtro ſilẽtio cõprobari. Nũc verõ quũ pro varietate regionum diuerſa feratur exẽplaria, & germana illa antiquáque trãſlatio corrupta ſit, atque violata: noſtri arbitrii putas, aut è pluribus iudicare quid verum ſit, aut nouum opus in veteri opere cudere, illudẽ tibũſque Iudæis, cornicum vt dicitur oculos configere. Alexandria & Ægyptus in Septuaginta ſuis, Heſychium laudat authorem. Conſtantinopolis vſque Antiochiam, Luciani martyris exẽplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Paleſtinæ nos codices legunt: quos ab Origene elaboratos Euſebius & Pamphilus vulgauerunt: totúſque orbis hac inter ſe triſaria varietate compugnat. Et certè Origenes nõ ſolum exempla compoſuit quatuor editionum, ẽreglone ſingula verba deſcribens, vt vnus diſſentiens, ſtatim cæteris inter ſe conſentientibus arguatur: ſed quod maioris audaciæ eſt, in editione ſeptuaginta Theodotionis editionem miſcuit, aſteriſcis deſignans quæ minus fuerãt, & virgulis quæ ex ſuperfluo videbantur apposita. Si igitur aliis licuit nõ tenere quod ſemel ſuſceperant, & poſt Septuaginta cellulas, quæ vulgo ſine authore iactãtur, ſingulas cellulas appetuere hõcque in eccleſiis legitur quod Septuaginta neſcierunt: cur me non ſuſcipiãt Latini mei, qui inuiolata editione veteri ita nouã condidi, vt laborem meũ Hebræis, &, quod his maius eſt, Apoſtolis authoribus comprobẽt? Scripſi nuper librum de optimo genere interpretandi, oſtendens illa de Euangelio, Ex Ægypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: & Videbũt in quem compunxerũt: & illud Apoſtoli, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, & nec in cor hominis aſcẽderũt, quæ præparauit Deus diligentibus illum: cæteráque his ſimilia in Hebræorum libris inueniri. Certè Apoſtoli & Euangeliſtæ, Septuaginta interpretes nouerant: & vnde eis hæc quæ in Septuaginta interpretibus non habentur? Chriſtus Dominus noſter vtriuſque teſtamenti cõditor, in Euangelio ſecundũ Iohannẽ, Qui ex eo bibit, inquit, in me ſicut dicit Scriptura, Flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ. Atque ſcriptũ eſt, quod Saluator ſcriptũ eſſe teſtatur. Vbi ſcriptũ eſt? Septuaginta non habent: apocrypha neſcit Eccleſia. Ad Hebræos igitur reuertẽdũ eſt, vnde & Dominus loquitur, & diſcipuli exempla præſumunt. Hæc pace veterum loquor: & obtrectatoribus meis tantum reſpondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, ijdem & accuſatores & defenſores, quũ in aliis probent quod in me reprobant: quaſi virtus & vitium nõ in rebus ſit, ſed cum authore mutetur. Cæterũ memini editionẽ Septuaginta tranſlatorũ, olim de Græco emẽdatã tribuiſſe me noſtris: nec inimicum debere exiſtimari eorum quos in conuentu fratrum ſemper ediſſero. Et quod nunc דברי הימים, id eſt verba dierũ, interpretatus ſũ: idcirco feci, vt inextricabiles moras, & ſyluam nominum, quæ ſcriptorum confuſa ſunt vitio, ſemſiſimque barbariem apertius, & per verſuum cola digererem, mihimet ipſi & meis iuxta Iſmenidã canem, ſi aures ſurdæ ſũt cæterorum.

## AD DOMNIONEM ET ROGAtianum in eundem præfatio eiuſdem.

QVO MODO Græcorum hiſtorias magis intelligunt qui Athenas viderint: & tertiũ Virgilii librũ qui à Troade per Leucatẽ, & Acroceraunia, ad Siciliam, & inde ad hoſtia Tyberi, nauigauerint: ita Sanctã ſcripturam luci dius intuebitur qui Iudæam oculis contẽplatus ſit, & antiquarum vrbiũ memorias, locorũque vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis cæræ fuit cum eruditiſſimis Hebræorum hunc laborẽ ſubire, vt circumiremus prouinciam, quã vniuerſæ Chriſti Eccleſiæ ſonant. Fateor enim, mi Domnion & Rogatiane chariſſimi, nunquã me in diuini voluminibus, proprijs virib' credidiſſe: nec habuiſſe opinionem meã. Sed ea etiam de quibus ſcire me arbitrabar, interrogare me ſolitũ, quanto magis de his ſuper quibus anceps erã? Denique, quũ à me nuper literis flagitaſſetis, vt vobis librũ Paralipomenon Latino ſermone tranſferrem, de Tyberiade quendã Legis doctorẽ, qui apud Hebræos admirationi habebatur, aſſũpſi: & cõtuli cum eo à vertice (vt aiunt) vſque ad extremum vnguem: & ſic confirmatus, auſus ſum facere quod iubebatis. Liberè enim vobis loquor: ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominũ liber vitioſus eſt, vt non tam Hebræa quã Barbara quædã, & Sarmatica nomina coniecta arbitrandum ſit. Nec hoc Septuaginta interpretibus, qui Spiritu ſancto pleni ea quæ vera fuerunt tranſtulerunt: ſed ſcriptorum culpæ aſcribendum, dum de emẽdatis inemendata ſcripſitant: & ſæpe tria nomina ſubtractis è medio ſyllabis, in vnum vocabulum cogunt: vel ereglone vnum nomen, propter latitudinem ſuã in duo vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipſæ appellationes, non homines, vt plerique exiſtimant: ſed vrbes, & regiones, & ſaltus, & prouincias ſonãt: & oblique ſub interpretatione & figura eorum, quædam narrantur hiſtoriæ: de quibus in Regnorum libro dicitur, Nõne ecce

hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? Quæ vtique in nostris codicibus non habentur. Hoc primùm sciendum, quòd apud Hebræos, liber Paralipomenon, vnus sit: & apud illos vocatus דברי הימים, id est verba dierum: qui propter magnitudinem, apud nos diuisus est, quod nonnulli etiã in Bruto, Ciceronis dialogo faciũt, vt eum in tres partes secent, quum vnus à suo authore sit editus. Deinde etiã illud attendendum, quòd frequẽter nomina, non vocabula hominum, sed rerũ (vt dixi) significantius sonant. Ad extremũ q omnis eruditio Scripturarũ in hoc contineatur: & historiæ quæ vel prætermissæ fuit in suis locis, vel perstrictæ leuiter, hic per quædã verborum compendia explicentur. Orationum itaque vestrarum adiutus auxilio, missi librum beneuolis placiturum, tamen inuidis, displicituru esse non ambigo. Optima enim quæque, vt ait Plinius, malunt contemnere plerique, quã discere. Siquis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suã conscientiam recolat, videat ordinem textumque sermonis: & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Vbicunque ergo asteriscos, id est stellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de Hebræo additum quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi verò obelus, transuersa scilicet virga, præposita est, illic signatur quid Septuaginta interpretes addiderint, vel ob decoris gratiam, vel ob Spiritus sancti authoritatem, licet in Hebræis voluminibus nõ legatur.

## EIVSDEM AD DOMNIONEM & Rogatianum, in Esdram & Nehemiã præfatio.

VVRVM difficilius sit, facere quod petitis an negare, nescio statui. nam neque vobis aliquid imperantibus abnuere, sentẽtiæ est: & magnitudo oneris impositi ita ceruicem premit, vt antè sub face ruendum sit, quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum studia, qui omne quod scribimus reprehendendum putant: & interdũ contra se conscientia repugnãte, publicè lacerant quod occultè legunt, intantum vt clamare compellar, & dicere, Domine, libera animam meã à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Tertius annus est quod sæpe scribitis atque rescribitis vt Esdræ librũ & Esther, vobis de Hebræo transferam: quasi non habeatis Græca & Latina volumina: aut quicquid illud est quod à nobis vertitur, non statim ab omnibus conspuendum sit. Frustra autem (vt ait quidã) riti, neque aliud se fatigando nisi odium quærere, extremæ dementiæ est. Itaque obsecro vos mi Domnion & Rogatiane charissimi, vt priuata lectione contenti, librum non effertis in publicum, nec fastidiosis cibos fingeratis: vitetisque eorum supercilium qui iudicare tãtum de aliis, & ipsi facere nihil noluerunt. Siqui autem fratrum sunt quibus nostra non displicent, his tribuati exemplaria, admonentes vt Hebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia est, distincte & per interualla ranscribant. Nihil enim proderit emendasse librũ, nisi emendatio, librariorum diligentia conseruetur. Nec quenquam moueat quòd vnus à nobis liber editus est: Nec apocryphorum tertii & quarti libri somnijs delectetur: quia & apud Hebræos Esdræ Nehimiæque sermones in vnũ volumen coartantur: & quæ nõ habentur apud illos, nec de viginti quatuor senibus sunt, procul abscienda. Siquis autem Septuaginta vobis opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas ipsa lacerata & inuersa demõstrat: nec potest vtique verum asseri quod diuersum est: imitrite eum ad Euangelia, in quibus multa ponuntur quasi de veteri testamẽto, quæ apud Septuaginta interpretes non habentur. velut illud, Quoniam Nazareus vocabitur, & Ex AEgypto vocaui filium meum, &, Videbunt in quẽ compunxerunt: multi quæ alia, quæ latiori opere referuanus: & quærite ab eo vbi scripta sunt, quumque proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus quæ nuperà nobis edita, ma ledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed vt ad compendium veniam, certè quod illaturus sum æquissimum est. Edidi aliquid quod nõ habetur in Græco, aut aliter habetur quàm à me versum est. Quid interpretem laniãt? interrogent Hebræos: & ipsis authoribus, translationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Porrò aliud est si clausis quod dicitur oculis mihi volunt male dicere, & non imitantur Græcorũ studium ac beneuolentiam, qui post Septuagin ta translatores, ià Christi Euangelio coruscante, Iudæos & Hebionitas Legis vereris interpretes, Aquilam vidclicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curiosè legunt, & per Origenis laboré in hexaplis, Ecclesiis dedicarũt. Quã tomagis Latini grati esse deberent, quòd exultantem cernerent Græcam à se aliquid mutuarià? Primum enim magnorum sumptuum est & infinitæ difficultatis, exemplaria posse habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi sermonis ignari sunt, magis errabunt ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam sapientissimo cuidam nuper apud Græcos accidit, vt interdũ Scripturæ sensum relinquens, vniusque cuiusque interpretis sequeretur errorem. Nos autem qui Hebraæ linguæ saltem paruam habemus scientiã, & Latinus nobis vtcunque sermo non deest, & de aliis magis possumus iudicare, & ea quæ ipsi intelligimus, in nostra lingua promere. Itaque licet hydra sibiler, victorque Sinon incendia iactet: nunquam meum, iuuante Christo, silebit eloquium: etiam præcisa lingua balbutiet. Legant qui volunt: qui nolũt abiiciant. Fuentilent apices, literas calumnientur: magis vestra charitate prouocabor ad studiũ, quàm illorũ detractiõe & odio deterrebor.

## EIVSDEM AD CHROMATIVM & Heliodorum in Tobiã præfatio.

MIRARI non desino exactionis vestræ instantiam, exigitis enim vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum trahamus, librum vtique Tobiæ quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ hagiographa memorant, manciparunt. Ecce satis desyderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt & nos Hebræorum studia & imputãt nobis, contra suum canonem Latinis auribus ista trãsferre. Sed mellus esse iudicãs Pharisæorum displicere iudicio, & Episcoporũ iussionibus deseruire, insistiti vt potui. Et quia vidi

ma est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, veriusque linguæ peritissimum loquacem repe riens, vnius diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, quū gratum. vobis dixero me quod iubere estis dignati, complesse.

## EIVSDEM PRAEFATIO IN LIbrum Iudith.

APVD Hebræos, liber Iudith inter hagiographa legitur. cuius authoritas ad roborandadilla quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone cō scriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicena in numero sanctarum Scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi vestræ, imò exactioni: & sepositis occupationibus, quibus vehementer artabar, huicvnā lucubratiunculā dedi. magis sensum ē sensu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui: sola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith viduam castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non solū fœminis, sed & viris imitabilem dedit qui castitatis eius remunerator. virtutem ei talē tribuit, vt inuictum omnib' hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

## EIVSDEM IN LIBRVM Esther præfatio.

LIBRVM Esther variis: translatoribus constat esse vitiatum, quem ego de archiuis Hebræorum reuelans, verbum ē verbo expressius transtuli. Quem librum editio vulgata, lacinio sis hinc inde verborum funibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus verbis vti potuit qui iniuriam passus est, vel qui iniuriam fecit. Vos autem ō Paula & Eustochium, quoniam & bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretum certamina comprobastis, tenentes Esther Hebraicū librum, per singula verba nostram translationē aspicite: vt possitis agnoscere, me nihil etiā augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur, historiam Hebraicam Latinæ linguæ tradidisse. Nec adeō tamus laudes hominū, nec vituperationes expauescimus. Deo enim placere curantes, minas hominū penitus non timemus quoniam Deus dissipat ossa eorum qui hominibus placere desyderant: & secundum Apostolum, Qui eiusmodi sunt, serui Christi esse non possūt. Rursum in libro Esther alphabetum examinio vsque ad Teth literam fecimus diuersis in locis, volētes scilicet Septuaginta interpretum ordinē per hoc innuuare studioso lectori. Nos enim iuxta morē Hebraicum, ordinē prosequi, etiā in Septuaginta editione maluimus.

## EIVSDEM IN LIBRVM IOB præfatio.

COGOR per singulos Scripturæ diuinæ libros aduersariorum respondere maledictis, qui interpretationem meam, reprehensionem Septuaginta interpretū criminantur: quasi nō & apud Græcos Aquila, Symmachus, & Theodotio, vel verbum ē verbo, vel sensum ē sensu, vel ex vtroque commixtum, & mediē temperatum genus translationis expresserint: & omnia Veteri instrumenti volumina Origenes obelis asteriscisque distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos translationi antiquæ inseruit, probās defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibus susceperūt, aut interpretatio nem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest vt quos plura intermisisse susceperint, non eosdem etiam in quibusdām errasse fateantur, præcipuè in Iob: cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt, subtraxeris, pars maxima detruncabitur, & hoc dūtaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem, quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, sē pingenti fermē aut octingenti versus desunt, vt decurtatus & laceratus, corrosusque liber fœditatē sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem trāslatio nullum de veteribus sequitur interpretem: sed ex ipso Hebraico, Arabicoque sermone, & interdum Syro, nūc verba, nunc sensus, nunc simul vtrunque resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur & lubric⁹. & quod Græci rhetores vocāt, σχῆμα τῆς μέσης, dū qui aliud loquitur, aliud agit. vt si velis anguillā vel mureniam strictis tenere manibus, quāto fortius presseris, tāto citius elābitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis, Lydiæum quendam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur, non paruis rede nisse nummis: cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio, hoc vnum scio non potuisse me interpretari, nisi quod ante intellexeram. A principio itaque voluminis, vsque ad verba Iob, apud Hebræos ῥαψῳδία oratio est. Porrō à verbis Iob, in quibus ait, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo: vsque ad eum locum vbi ante finem voluminis scriptū est, Idcirco ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere, hexametri versus sunt, dactylo, spondæoque currētes: & propter linguæ idioma, crebro recipientes & alios pedes, non eorundem syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoque rhythmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedum solutis: quod metrici magis, qui simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu vsque ad finem libri, parum cōma quod remanet, prosa oratione contexitur. Quod ticui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebræos, & in morem nostri Flacci, Græcique Pindari, & Alcei, & Sapphus, vel Psalterium, vel Lamentationes Ieremiæ, vel omnia fermē scripturarum cantica comprehendi, legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsarienses Eusebium. & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quæ propter canes mei idcirco me in hoc volumine laborasse, non vt interpretationem antiquam reprehenderē, sed vt ea quæ in illa autobscura sūt, aut omissa, autcerte scriptorum vitio deprauata, manifestiora nostra

interpretatione fierent, & qui Hebræorum seq
monem ex parte didicimus, & in Latino penè
ab ipsis cunabulis inter grammaticos & rheto-
res & philosophos detriti sumus. Quòd si apud
Græcos post Septuaginta editione, iam Christi
Euangelio corrusante. Iudæus Aquila & Sym
machus ac Theodotio, Iudaizãtes hæretici fuit
recepti, qui multa mysteria Saluatoris subdola
interpretatione celarũt, & tamẽ in hexaplis
habentur apud ecclesias, & explanantur ab ec-
clesiasticis viris: quis tam magis ego Christianus,
& de parentibus Christianis natus, & vexillum
crucis in mea fronte portans: cuius studiũ fuit
omissa repetere, de prauata corrigere, & sacra-
menta Ecclesiæ puro & fideli aperire sermone?
vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non
debeo reprobarì? Habeant qui volunt veteres
libros, vel in membranis purpureis auro argẽ-
tóque descriptos, vel uncialibus (vt vulgo aiũt)
literis, onera magis exarata, quàm codices: dũ-
modo mihi, mihíque permittant pauperes ha-
bere schedulas, & non tã pulchros codices quã
emendatos. Vtraque autẽ editio, & septuagin-
ta iuxta Græcos, & mea iuxta Hebræos, in La-
tinũ meo labore translata est. Eligat vnusquis-
que quod vult: & studiosum me magis, quàm
malè uolum probet.

## ALIA EIVSDEM PRAEFATIO,

Si aut fiscellam iunco texerem, aut palma
gum folia complicarẽ, vt in sudore vultus mei
comederem panem, & ventris opus solicita
mente pertractarẽ, nullus morderet, nemo re-
prehenderet. Nunc autem quia iuxta senten-
tiam Saluatoris volo operari cibũ qui non pe-
rit. & antiquam diuinorum voluminum viam
sectibus vigultisque purgare, error mihi ge-
minus infligitur: corrector vitiorum, falsarius
dicor, & errores non auferre, sed serere. Tanta
est enim vetustatis cõsuetudo, vt etiã confes-
sa plerisque viris placeant: dũ magis pulchros
habere volunt codices, quã emẽdatos. Quapro
pter ô fratres dilectissimi, vnicũ nobilitatis &
humilitatis exẽplar, p flabello, calathis, spor-
tellisque, munusculis monachorum, spiritalia
hæc & manfura dona suscipite, ac beatum Iob
qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, &
vermibus scatebat errorum, integrum immacu
latúmque gaudete. Quo modo enim post pro-
bationem atque victoriam, duplicia sunt ei v-
niuersa redditа: ita ego in lingua nostra, vt au
dacter loquar, fec i eum habere quæ amiserat.
Igitur & vos, & vnumquemque lectorem solita
præfatione commoneo, & in principiis libro-
rum eadem semper annectens, rogo: vt vbicũ-
que semper præcedẽtes virgulas videritis, scia
tis ea quæ subiecta sunt, in Hebraicis volumi
nibus non haberi. Porrò vbi stellæ imago præ
fulserit, ex Hebræo in sermone nostro addita
sunt. Necnon & illa quæ haberi videbantur, &
ita corrupta erant vt sensum legentibus tol-
lerent, orantibus vobis magno labore correxi:
magis vrile quid ex otio meo Ecclesiis Christi
venturum ratus, quàm ex aliorum negotio.

## ARGVMENTVM IN LIBRVM Iob.

IN terra quidem habitasse Iob Hustidi,
in finibus Idumææ & Arabiæ fertur, & erat ei an
tè nomen Iobab. Et accepit vxorẽ Arabissam:
quæ genuit filium quem vocauit Ennon. Erat
autem ipse filius quidem Zaræ, de Esau filii fi
lius: de matre verò Bosra: sita vt sit quintus ab
Abraham. Et hi sunt reges qui regnauerũt in
Edom, in qua & ipse regnauit: sed primus in
ea regnauit Bela filius Beor: & nomen ciuita-
tis eius, fuit, Denaba. Post hunc autem Bela, Io
bab, qui vocatur Iob. Post Iob autẽ Husam, qui
erat dux ex Themanorum regione. Et post il-
lũ regnauit Adad filius Badad, qui excidit Ma-
dian in campo Moab, & nomen ciuitatis eius
Auith. In hoc verò libro hæc quæstio tracta-
tur, ánne etiam probi à Deo malum accidat.
Hic firmissimè perstat Iob, quòd Deus etiã sine
causa, solummodo in laudem suam, puniat
probos. Contra hoc opponunt se amici eius, &
prolixis sermonibus volunt conuincere, Deũ
esse iustum, qui non corripiat vllum probum,
si verò corripiat, necessario consequi quòd il
le peccauerit. Et sic tam carnaliter sentiũt de
Deo & iustitia ei', ac si ipse esset omnino quẽ
admodum homines sunt, & iudicia eius ficut
iudicia illorum. Quanquam etiam Iob, vt qui
in angustiis mortis decuberet, ex humana fra-
gilitate nimium contra Deum loquitur, & in
afflictione peccat, & tamẽ perstat in eo, quòd
tales passiones non meritus sit, sicut etiam ve
rum erat. Eadem Deus iudicat, quòd quæ Iob
in afflictione contra Deum loquutus est, iniu-
stè loquut' sit: quòd verò cõtra inimicos suos
de innocentia sua ante afflictionem tutatus
est, recte loquutus sit. Sic liber iste solum Deũ
iustum pronuntiat, quamuis etiam homo homi
ni iustus sit etiam coram Deo. In consolation-
nem nostri scriptus est hic liber, quòd Deus
sanctos suos permittit aliquando impingere in
aduersitatem. Nam antequam Iob incidat in an-
gustiam mortis, laudat Deum super depræda-
tione bonorum suorum & morte filiorum suo-
rum. Quũ verò obuersatur ob oculos mors, &
subducje se Deus, indicant verba eius quales
cogitationes subeant hominem quantumuis, e-
tiam sanctum, cõtra Deum in anxietate mor-
tis: videlicet homini videtur Deus nõ esse De',
sed solũ iudex & iracundus tyrannus qui vim
exerceat, & non curet cuiuspiam bonam vitã.
Hunc librum intelligunt qui experiuntur &
sentiunt quid ût pati iram Dei, & occultaram
esse gratiam eius.

## EIVSDEM IN PSALTERIVM quod secundum Septuaginta editionem correxit, præfatio.

PSALTERIVM Romæ dudum posi,
tus emendaram: & iuxta Septuaginta interpre
tes, licet cursim, magna tamen ex parte, cor-
rexeram. Quod quia tursum videti', ô Paula
& Eustochium, scriptorum vitio depraua tum
plúsque antiquum errorem, quàm nouam e-
mendationẽ valere: me cogitis vt veluti quo-
dam nouali, scissum lam a tuum exerceam, &
obliquis sulcis renascentes spinas eradicem:
æquũ esse dicentes, vt quod crebrò male pul
lulat, crebrius succidatur. Vnde cõsueta præ-
fatione commoneo tam vos, quibus fortè la-
bor iste desudat, quam eos qui exemplaria

istiusmodi habere voluerint, vt quæ diligenter emendauí, cum cura & diligentia transscribantur. Noret sibi vnusquisque, vel iacentem lineam, vel radiantia signa, id est obelos, vel asteriscos. Et vbicunque viderit virgulam præcedentem, ab ea vsque ad duo puncta quæ impressimus, sciat in Septuaginta translatoribus plus haberi. vbi autem perspexerit stellæ similitudinem, de Hebraïs voluminib' additum nouerit æquè vsque ad duo puncta, iuxta Theodotionis, duntaxat editionem, qui simplicitate sermonis à Septuaginta interpretibus non discordat. Hæc ergo & vobis & studioso cuique feci esse me sciens: non ambigo multos fore qui vel inuidia, vel supercilio malint cõtemnere videri præclara, quàm discere: & de turbulento magis riuo, quàm de purissimo fonte potare.

## EIVSDEM PRAEFATIO IN LIbros Salomonis.

IVNCTA epistola quos iunxit sacerdotium, imò charta nõ diuidat quos Christi nectit amor. Commentarios in Osee, Amos, Zachariam, Malachiã, quos poscitis, scripsissem si licuisset præ valetudine. Mittitis solatia sputum: notarios nostros & librarios sustentatis, vt vobis potissimum nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscentium: quasi aut æquum sit, me vobis esurientibus, aliis laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam, præter vos, obnoxius sim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, tridui opus nomini vestro consecraui, interpretationem videlicet trium Solomonis voluminum, מִשְׁלֵי, quas Hebraï Parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat: קֹהֶלֶת, quem Græcè Ecclesiasten, Latinè Concionatorem possumus dicere: שִׁיר הַשִּׁירִים, quod in nostra lingua vertitur Canticum canticorum. Fertur & Panareton Iesu filii Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorem, Hebraicũ reperi: non Ecclesiasticum, vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatum, cui iuncti erant Ecclesiastes & Canticum canticorum, vt similitudinẽ Salomonis, non solum librorũ numero, sed etiã materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nusquam est, quin ipse stylus Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ & Machabæorum libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit: ita & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis, non ad authoritatem Ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Sicut sanè Septuaginta interpretũ magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim noua sic cudimus, vt vetera destruamus. Et tamen quum diligentissimè legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ non in tertium vas trãsfusa coacuerint, sed statim de prelo purissimæ commendata testæ, suum saporem seruauerint.

## AD PAVLAM ET EVSTOCHIum in translationem Esaiæ ex Hebraica veritate, eiusdem præfatio.

NEMO quum Prophetas versibus vlserit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis, & operibus Salomonis, sed quod in Demosthene & Tullio solet fieri, vt per cola scribantur & commata, qui vtique prosa, & non versibus conscripserunt. Nos quoque vtilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo scribendi genere distiuximus. Ac primùm de Esaia sciendum, quòd in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobilis & vrbanæ eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admistum. Vnde accidit, vt præ cæteris, florem sermonis eius, translatio non potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adiiciendum, quòd non tam Propheta dicendus sit, quàm Euangelista. Ita enim vniuersa Christi, Ecclesiæque mysteria ad liquidum prosecutus est, vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde coniicio noluisse tunc temporis Septuaginta interpretes fidei suæ sacramenta persplcuè Ethnicis prodere, ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent, quæ quumhãc editionem legeritis, ab illis animadueterris abscondita. Nec ignoro quãti laboris sit Prophetas intelligere: nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antequam legerit: nos quoque patere morsibus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt. Sciens ergo & prudens in flammam mitto manum, & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, vt quomodo Græci post Septuaginta translatores Aquilã, & Symmachum, & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinæ suæ, vel vt Septuaginta magis ex collatione eorum, intelligant: sic & isti tantem vnum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & postea despiciant, ne videantur, non ex iudicio, sed ex odii præsumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Esaias in Ierusalem & in Iudæa, necdũ de eem tribubus in captiuitatem ductis, ac de vtroque regno, nunc commistim, nunc separatim texit oraculum. Et quum interdum ad præsentem respiciat historiam, & post Babyloniæ captiuitatem reditũ populi significet in Iudæam, tamen omnis eius cura de vocatione Gentium, & aduentu Christi est. Quem quanto plus amatis, ô Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite, vt pro obtrectatione præsenti qua me in desinenter æmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne Iudæi de falsitate Scripturarum Ecclesiis ejus diutius insultarent.

## EIVSDEM IN IEREMIAM praefatio.

IEREMIAS Propheta, cui hic prologus scribitur sermone quidem apud Hebræos

Esaiæ & Oseæ & quibusdam aliis Prophetis vi
derur esse rusticior, sed sensibus par est: quip
pe qui eodem Spiritu prophetauerit. Porrò
simplicitas eloquii, & loco ei in quo natus est
accidit. Fuit enim Anathothites, qui est vsq;
hodie viculus, tribus ab Ierosolymis distans
milibus, sacerdos ex sacerdotibus, & in matris
utero sanctificatus: virginitate sua Euangeli
cum virum Christi Ecclesiæ dedicans. Hic va
ticinari exorsus est puer. & captiuitatem vr
bis atque Iudææ, non solum spiritu, sed & o
culis carnis intuitus est: iam decem tribus Is
rael Assyrii in Medos transtulerant, iam ter
ras earum colonis Gentium possidebant. Vn
de in Iuda tantum, & in Beniamin prophetauit, & ciuitatis suæ ruinas quadruplici plan
xit alphabeto, quod nos mensuram metri, ver
sibusque reddidimus. Præterea ordinem visi
onum, qui apud Græcos & Latinos omnino
confusus est, ad priscinam fidem correximus.
Librum autem Baruch notarii eius, qui apud
Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermi
simus, pro his omnibus maledicta ab æmulis
præstolantes, quibus me necesse est per sin
gula opuscula respondere. Et hoc patior, quia
vos me cogitis. Cæterum ad compendium ma
li, rectius fuerat modum furori eorum silen
tio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid
scriptitantem, inuidorum insaniam provocare.

## EIVSDEM IN EZECHIELEM præfatio.

EZECHIEL Propheta cum Ioachin rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem, i
bique iis qui cum eo captiui fuerant, prophe
tauit, pœnitentibus quòd ad Ieremiæ vatici
nium se vltro aduersariis tradidissent, & vi
derent adhuc vrbem Ierosolymam stare, quã
ille casuram esse prædixerat. Tricesimo au
tem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, e
xorsus est ad concaptiuos loqui. Et eodem
tempore, licet posterior, hic in Chaldæa, Ie
remias in Iudæa prophetauerunt. Sermo e
ius nec satis disertus, nec admodum rusticus
est, sed ex vtroque, mediè temperatus. Sacer
dos & ipse fuit, sicut Ieremias: principia volu
minis & finem magnis habens obscuritatibus
inuoluta. Sed & vulgata eius editio non tul
tum distat ab Hebraico. Vnde non satis miror
quid causæ exteterit, vt si eosdem in vniuer
sis libris habemus interpretes, in aliis eadem,
in aliis diuersa transtulerint. Legite igitur &
hunc iuxta translationem nostram: quoniam
per cola scriptus & commata, manifestiorem
legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei
& hunc subsannauerint, dicite eis, quòd ne
mo eos compellat vt scribant. Sed vereor ne
illud eis eueniat quod Græcè significatius di
citur, vt vocentur Philoistori.

## EIVSDEM IN DANIELEM præfatio.

DANIELEM Prophetam, iuxta Septuaginta interpretes, Dominũ Saluatorẽ Eccle
siæ non legunt, vtentes Theodotionis edi
tione: & hoc cur acciderit, nescio, siue enim
quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam pri
oretatibus à nostro eloquio differat, nolue
runt Septuaginta interpretes eas dem linguæ
lineas in translatione seruare: siue sub nomi
ne eorum, ab alio nescio quo non satis Chal
dæam linguam scienter editus est liber: siue
aliud quid causæ exciterit ignorans, hoc vnũ
affirmare possum, quòd multum à veritate dis
cordet, & recto iudicio repudiatus sit. Scien
dum quippe est, Danielem maximè & Esdrã
Hebraicis quidẽ literis, sed Chaldæo sermone
conscriptos, & vni Ieremiæ pericopen,
Iob quoque cum Arabica lingua plurimã ha
bere societatem. Denique & ego adolescentu
lus post Quintiliani & Tullii lectionem ac fio
re rhetoricos, quum me in linguæ huius pi
strinum recluserim, & multo sudore, multo
que tempore vix cœpissem anhelantia stridẽ
tiaque verba resonare, & quasi per cryptam
ambulans, tarum desuper lumen aspicerem,
impegi nouissime in Danielem, & tæto tædio
affectus sum, vt de speratione subita omnem
laborem ve terem voluerim contemnere. Ve
rùm adhortante me quodam Hebræo, & illud
mihi crebrius in sua lingua ingerente. Labor
improbus omnia vincit: qui mihi videbat sci
olus, inter Hebræos cœpi rursus esse discipu
lus Chaldæicus. Et vt verum fatear, vsque ad
præsentem diem magis possum sermonẽ Chal
daicum legere & intelligere, quàm fonare.
Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Da
nielis ostenderem, qui apud Hebræos nec Su
sannæ habet historiam, nec Hymnum trium
puerorum, nec Belis Draconisque fabulas,
quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, ve
ru antepositio, easque iugulante subiecimus,
ne videremapud imperitos magnam partem
voluminis detruncasse. Vidiui ego quendam
de præceptoribus Iudæorum, quum Susannæ
derideret historiam, & à Græco nescio quo
eam diceret esse conuictam, illud opponere
quod Origeni quoque Africanus opposuit,
etymologias has Apo tou schinou schoisai, kai apo tou prinou prisai, de Græco sermone defendere. Cu
ius rei nos intelligentiam nostris hanc possi
mus dare, vt veru gratia, dicamus de arbore
i ce dixisse eum, illico pereas, & à lentisco, in
leutem te comminuat Angelus, vel non len e
pereas, aut lentus, id est flexibilis ducaris ad
mortem, siue aliud quid ad arboris nomen cõ
ueniens. Deinde tantum fuisse otii tribus pue
ris, caullabatur, vt in camino æstuantis incẽ
dii metro luderent, & per ordinem ad laudẽ
Dei omnia elementa prouocarent, aut quod
miraculum, diuinæque aspirationis, indicium,
vel draconem interfectum offa picis, vel sa
cerdotum Belis machinas deprehensas: quæ
magi, prudentia solertis viri, quàm prophe
tali essent spiritu perpetratæ? Quum verò ad
Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldæam
raptum discophorũ lectitaret, quærebat ex
emplum vbi legissemus in toto Veteri testa
mento quenquam sanctorum graui volasse
corpore, & in puncto horæ tanta terrarũ spa
tia transisse. Cui quum quidemè nostris satis
ad loquendum promptus, Ezechielem ad
duxisset in medium, & diceret eum de Chal-

dea in Iudæam fuisse translatum: deriuit hominem. & ex ipso volumine demonstrauit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum. Denique & Apostolum nostrum, videlicet veræ eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse, siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit. His & talibus argumentis apocryphas in libro Ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter Prophetas: sed inter eos qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis Scriptura diuiditur, In Legem, in Prophetas, & in hagiographa: id est in quinque & octo, & in vndecim libros: de quo non est huius temporis differere. Quę autem ex hoc Propheta, imò contra hunc librum Porphyrius obiiciat. Testes sunt Methodius, Eusebi & Apollinarius: qui multis versuum millibus eius vesaniæ respondentes, nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos, ô Paula & Eustochium, fundatis pro me ad Dominum preces, vt quandiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, vtile Ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe iudiciis oblatrantium non satis moueor: qui in vtramque partem, aut amore labuntur, aut odio.

## EIVSDEM IN XII PROPHETAS PRÆFATIO.

IDEM non est ordo duodecim Prophetarum apud Hebræos, qui est apud nos. Vnde secundum id quod ibi legitur, hic quoque dispositi sunt. Osee commaticus est, & quasi per sententias loquens. Ioel planus in principiis, in fine obscurior. Et vsque ad Malachiam, habent singuli proprietates suas: quę Esdram scribam. Legisque doctorem Hebręi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere, hoc tantum vos, ô Paula & Eustochium admonitas volo, vnum librũ esse duodecim Prophetarum: & Osee synchronũ Esaię, Malachiã verò Aggęi & Zachariæ fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo: sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui ante eos habẽt titulos, propheuauerunt.

## EIVSDEM IN EVANGELIA, ad Damasum præfatio.

NOVVM opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria Scripturarum toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam: & quia inter se variant, quæ sint illa quæ cũ Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio. Iudicare de cæteris, ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguam, & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter, vel indoctus, quum in manus volumen assumpserit, & à saliua quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat: non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quòd & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes: & verum nõ esse quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant quib? tot enim sunt exemplaria penè quot codices. Sinautem veritas est quærenda de pluribus: cur non ad Græcam originem reuertẽtes, ea quæ vel à viriosis interpretibus malè reddita, vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius: vel à librariis dormitãtibus aut addita sũt, aut mutata, corrigimus? Neque verò ego de Veteri disputo testamẽto: quod à Septuaginta senioribus in Græcã linguam versum, tertio gradu ad nos vsque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus, saplant: quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio quam Apostoli probauerunt. De Nouo nunc loquor testamẽto: quod Græcum esse non dubium est: excepto Apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa Euangelium CHRISTI Hebraicis literis edidit. Hoc certè quum in nostro sermone discordat, & diuersos riuulorum tramites ducit: vno de fonte quærendum est. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Hesychio nuncupatos, paucorum hominum asserit peruersa cõtentio: quibus vtique nec in toto Veteri instrumento post Septuaginta interpretes emendare quid licuit, nec in Nouo profuit emendasse: quum multarum gentium linguis scriptura antè trãslata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Euangelia, quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes: codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum, quæ ne multum à lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperauimus, vt his tãtum quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur vt fuerant.

# Liber Genesis, Hebraicè Beresith.

1 Verbo Dei creantur ac benedicuntur terra, dies, nox, cælum, mare, sol, luna, stellæ, pisces, & bestiæ terræ. 26 Creatur homo, cui & de victu prouidet Deus.

IN PRINCIPIO creauit Deus cælum & terram. ¶2 Terra autē erat inanis & vacua, & tenebræ erāt super faciē abyssi: & spiritus *Domini ferebatur sup aquas. ¶3 Dixitq; Deus, Fiat lux. & facta est lux. ¶4 Et vidit Deus lucē quòd esset bona: & diuisit *lucē à tenebris. ¶5 Appellauitq; lucē diē, & tenebras nocte: factúmq; est vespere & mane dies vnus. ¶6 Dixit quoq; Deus, Fiat firmamētū in medio aquarū & diuidat aquas ab aquis. ¶7 Et fecit Deus firmamentū, diuisitq; aquas quæ erāt sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentū. & factū est ita. ¶8 Vocauitq; Deus firmamentū, cælum: & factū est vespere & mane dies secūdus. ¶9 Dixit verò Deus, Cōgregétur aquæ quæ sub cælo sunt, in locum vnū: & appareat arida. & factū est ita. ¶10 Et vocauit Deus aridā, terrā: cōgregationēsque aquarū appellauit maria. & vidit Deus quòd esset bonum. ¶11 Et ait, Germinet terra herbā virēntem. & facientē semen, & lignum pomiferum faciens fructū iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. & factū est ita. ¶12 Et protulit terra herbam virētem, & facientem semen iuxta genus suū, lignúmque faciens fructum, & habēs vnumquodque sementem secundum speciem suam. & vidit Deus quòd esset bonum. ¶13 Et factū est vespere & mane dies tertius. ¶14 Dixit autē Deus, Fiāt luminaria in firmaméto cæli, & diuidant diem ac noctem: & sint in signa ac tēpora, & dies & annos: ¶15 Vt luceant in firmamento cæli, & illuminent terrā. & factū est ita. ¶16 Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti: & stellas. ¶17 Et posuit eas *in firmamento cæli, vt lucerent super terram, ¶18 Et præessent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. & vidit Deus quòd esset bonum. ¶19 Et factum est vespere & mane dies quartus. ¶20 Dixit etiam Deus, Producāt aquæ reptile animæ viuentis, & volatile sup terrā sub firmamēto cæli. ¶21 Creauitque Deus cete grandia, & omnē animam viuēntem atque motabilē, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum. & vidit Deus quòd esset bonum. ¶22 Benedixitque eis, dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris: auēsque multiplicentur super terram. ¶23 Et factū est vespere & mane dies quintus. ¶24 Dixit quoque Deus, Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta & reptilia & bestias terræ secundum species suas. factúmque est ita. ¶25 Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, *iumēta & omne reptile terræ in genere suo. & vidit Deus quòd esset bonū. ¶26 Et ait, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, & præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis, vniuersæque terræ, omnique reptili quod mouetur in terra. ¶27 Et creauit Deus hominē ad imaginem *& similitudinem suam, ad imaginem Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos. ¶28 Benedixitque illis Deus, & ait, Crescite, & multiplicamini. & replete terrā, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli. & vniuersis animātibus quæ mouentur super terram. ¶29 Dixitque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbā afferentem semen super terrā, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementē generis sui. vtúnt vobis in escam. ¶30 Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. & factū est ita. ¶31 Vidítque Deus cūcta quæ fecerat: & erant valde bona. & factum est vespere & mane dies sextus. CAP. II.

3 Benedicitur sabbathum. 4 Repetitio præcedentium. 10 Quatuor flumina paradisi. 21 Creatur Heua. 24 Institutio matrimonii.

IGitur perfecti sunt cæli & terra, & omnis ornatus eorū. ¶2 Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat: & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. ¶3 Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum: quia in ipso ceſſauerat ab omni opere suo, quod creauit De' vt faceret. ¶4 Hæc sunt generationes cæli & terræ, quando creatæ sunt, in die quo fecit * Deus cælum & terram, ¶5 Et omne virgultum agri, antequā oriretur in terra, omnémque herbā regionis, priusquam germinaret: nō enim pluerat Dominus Deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram. ¶6 Sed fons ascendebat è terra, irrigans vniuersam superficiē terræ. ¶7 Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in *animam viuentem. ¶8 Plātauerat autē Dominus Deus paradisum voluptatis à principio: in quo posuit hominem quem formauerat. ¶9 Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendū suaue: lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignúmque scientiæ boni & mali. ¶10 Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandū paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. ¶11 Nomen vni Phison: ipse est qui circuit omnē terrā Heuilath: vbi nascitur aurum, ¶12 Et aurum terræ illius optimū est, ibique inuenitur bdellium, & lapis onychinus. ¶13 Et nomen fluuii secūdi Geho: ipse est qui circuit omnē terrā Aethiopiæ. ¶14 Nomē verò fluminis tertii, Tigris: ipse vadit cōtra Assyrios. fluuius autem quartus, ipse est Euphrates. ¶15 Tulit ergo Dominus De' hominē, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illū. ¶16 Præcepitque ei, dicēs, Ex omni ligno paradisi comede: ¶17 De ligno autē scientiæ boni & mali ne comedas. in quocūque enī die comederis ex eo, morte morieris. ¶18 Dixit quoque Dominus

Deus, Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. ¶19 Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animántibus terræ, & vniuersis volatilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. omne enim quod vocauit Adã animæ viuentis, ipsum est nomen eius. ¶20 Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cæli: & omnes bestias terræ. Adæ verò nõ inueniebatur adiutor similis eius. ¶21 Immisitque Dominus Deus soporem in Adam: quúmque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnẽ pro ea. ¶22 Et ædificauit Dominus Deus costã quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. ¶23 Dixitque Adam. Hoc nũc, os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. ¶24 Quã ob rẽ relinquet homo patrẽ suum & matrẽ, & adhærebit vxori suæ: & erũt duo in carne vna. ¶25 Erat autem vterq; nudus, Adam scilicet & vxor eius: & non erubescebant.

CAP. III.

1 Serpens seducit mulierem. 14 Maledicitur serpens. 15 Promittitur Christus saluator. 16 Pœna mulieris & viri ob peccatũ. 22 Adam eiicitur è paradiso.

SEd & serpens erat callidior cũctis animántibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierẽ, Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? ¶2 Cui respondit mulier, De fructu lignorum quæ sunt in paradiso, vescimur: ¶3 De fructu verò ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. ¶4 Dixit autem serpẽs ad mulierem, Nequaquam morte morietmini. ¶5 Scit enim Deus quòd in quocũq; die comederitis ex eo, aperiẽtur oculi vestri: & eritis sicut dii sciẽtes bonũ & malũ. ¶6 Vidit igitur mulier quòd bonũ esset lignũ ad vescendum, & pulchrũ oculis, aspectúque delectabile: & tulit de fructu illius, & comedit: dedítque viro suo, qui comẽdit. ¶7 Et aperti sunt oculi amborum: quúmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. ¶8 Et quum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi. ¶9 vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei, vbi es? ¶10 Qui ait, Vocem tuam Domine audiui in paradiso, & timui, eo q; nudus essem, & abscõdi me. ¶11 Cui dixit Dominus, Quis enim indicauit tibi q; nudus esses, nisi quòd ex ligno de quo præceperã tibi ne comederes, comedisti? ¶12 Dixitque Adam. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. ¶13 Et dixit Dominus Deus ad mulierem, Quare hoc fecisti? Quæ respondit, Serpens decepit me, & comedi. ¶14 Et ait Dominus Deus ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. ¶15 INIMICITIAS ponã inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. ¶16 Mulieri quoque dixit. Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. ¶17 Adæ verò dixit, Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in labore comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ. ¶18 Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. ¶19 In sudore vultus tui vescẽris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua sumptus es: quia pulvis es, & in pulverem reuerteris. ¶20 Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Heua, eo quòd mater esset cunctorũ viuẽtium. ¶21 Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. ¶22 Et ait, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternũ. ¶23 Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. ¶24 Eiecitque Adã: & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.

CAP. IIII.

2 Cain occidit fratrem Abelem. 13 Desperat Cain. 18 Generatio Henoch, Mathusael, Lamech. 22 Tubal-cain. 26 Seth, Enos.

ADam verò cognouit vxorem suam Heuam: quæ concepit & peperit Cain, dicens, Possedi hominẽ per Deum. ¶2 Rursúmque peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola. ¶3 Factum est autẽ post multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. ¶4 Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorũ: & respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. ¶5 Ad Cain autẽ, & ad munera illius nõ respexit: iratúsq; est Cain vehemẽter, & cõcidit vultus eius. ¶6 Dixitque Dominus ad eum, Quare iratus es? & cur cõcidit facies tua? ¶7 Nonne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum statim aderit: sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illi? ¶8 Dixitque Cain ad Abel fratrem suum, Egrediamur foras. Quúmque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & interfecit eum. ¶9 Et ait Dominus ad Cain, Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit, Nescio: numquid custos fratris mei sum ego? ¶10 Dixitque ad eum, Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. ¶11 Nũc igitur maledictus eris super terram: quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. ¶12 Quum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terrã. ¶13 Dixitque Cain ad Dominum, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. ¶14 Ecce eicis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. ¶15 Dixitque ei Dominus, Nequaquam ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque Dominus in Cain signũ, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum. ¶16 Egressúsque Cain à facie Domini,

1. Cor. 14. f.

Sapien. 10. matt. 23. c. 1. ioh. 3. b. Iudæ d. 11.

habitauit profugus in terra ad Orientalem plagam Eden. ¶17 Cognouit autem Cain vxorem ſuam, quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatem, vocauitque nomen ei⁹ ex nomine filii ſui, Henoch. ¶18 Porrò He noch genuit Irad, & Irad genuit Maüiael, & Maüiael genuit Mathuſael, & Mathuſael genuit Lamech. ¶19 Qui accepit duas vxores: nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. ¶20 Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantiũ in tentoriis, æque paſtorum: ¶21 Et nomẽ fratris eius Iubal, ipſe fuit pater canentium cithara & organo. ¶22 Sella quoq; genuit Tubal-cain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubal-cain, Noema. ¶23 Dixitque Lamech vxoribus ſuis Adæ & Sellæ, Audite vocẽ meam vxores Lamech, auſcultate ſermonem meum: quoniam occidi virum in vulnus meum, & adoleſcẽtulum in liuorem meum. ¶24 Septuplũm vltio dabitur de Cain: de Lamech verò ſeptuagieſes pties. ¶25 Cognouit quoque adhuc Adam vxorem ſuam: & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth: dicens, Poſuit mihi Deus ſemẽ aliud pro Abel, quem occidit Cain. ¶26 Sed & Seth natus eſt filius, quem vocauit Enos. Iſte cœpit inuocare nomen Domini.

CAP. V.

1 Genealogia Adæ, 6 Seth, 9 Enos, 12 Cainan, 15 Malaleel, 18 Iared, 21 Henoch, 25 Mathuſalæ, 28 Noe.

A Hic eſt liber generationis Adam. ¶In die qua creauit Deus hominẽ, ad ſimilitudinem Dei fecit illum. ¶2 Maſculum & fœminam creauit eos: & benedixit illis: & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati ſunt. ¶3 Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit ad imaginem & ſimilitudinẽ ſuam, vocauitq; nomen eius Seth. ¶4 Et facti ſunt dies Adam poſtquã genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias. ¶5 Et factum eſt omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus eſt. ¶6 Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. ¶7 Vixitque Seth, poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuitque filios & filias. ¶8 Et facti ſunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus eſt. ¶9 Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. ¶10 Poſt cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. ¶11 Factique ſũt omnes dies Enos nõgenti quinque anni, & mortuus eſt. ¶12 Vixit quoque Cainan ſeptuaginta annis, & genuit Malaleel. ¶13 Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel, octingẽtis quadraginta annis, genuitque filios & filias. ¶14 Et facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus eſt. ¶15 Vixit autem Malaleel ſexagintaquinq; annis, & genuit Iared. ¶16 Et vixit Malaleel poſtquam genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias. ¶17 Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus eſt. ¶18 Vixitque Iared centum ſexaginta duobus annis, & genuit Henoch. ¶19 Et vixit Iared poſtquam genuit Henoch, octingentis annis, & genuit filios & filias. ¶20 Et facti ſunt omnes dies Iared nongenti ſexagintaduo anni, & mortuus eſt. ¶21 Porrò Henoch vixit ſexaginta quinque annis, & genuit Mathuſalam. ¶22 Et ambulauit Henoc cũ Deo: & vixit Henoch poſtquam genuit Mathuſalam, trecentis annis, & genuit filios & filias. ¶23 Et facti ſunt omnes dies Henoch, trecenti ſexagintaquinque anni. ¶24 Ambulauitque cum Deo: & non apparuit, quia tulit eum Deus. ¶25 Vixit quoque Mathuſala centum octogintа ſeptem annis, & genuit Lamech. ¶26 Et vixit Mathuſala poſtquam genuit Lamech, ſeptingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. ¶27 Et facti ſunt omnes dies Mathuſalæ nõgenti ſexaginta nouem anni, & mortuus eſt. ¶28 Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: ¶29 Vocauitq; e nomẽ eius Noe, dicens, Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra cui maledixit Dominꝰ. ¶30 Vixitque Lamech, poſtquam genuit Noe, quingentis nonagintaquinque annis, & genuit filios & filias. ¶31 Et facti ſunt omnes dies Lamech, ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mortuꝰ eſt. ¶32 Noe verò quum quingentorum eſſet annorum, genuit Sem, Cham, & Iapheth.

CAP. VI.

1 Cauſa diluuii. 5 Cordis humani malitia. 13 Noe iuſto prædicit diluuium Deus. 14 Arcæ forma.

Quãmque cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſet, ¶2 Videtes filii Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerãt. ¶3 Dixitque Dominus, Nõ permanebit ſpiritus meus in homine in æternum, quia caro eſt: eruntque dies illius centum viginti annorum. ¶4 Gigantes autem erãt ſuper terram in diebus illis. poſtquam enim ingreſſi ſunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi. ¶5 Videns autem Dominus quòd multa malitia hominum eſſet in terra, & cũcta cogitatio cordis intẽta eſſet ad malum omni tempore, ¶6 Pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra. Et præcaueas in futurũ, & tactus dolore cordis intrinſecus, ¶7 Delebo, inquit, hominẽ quem creaui, à facie terræ, ab homine vſque ad animantia, à reptili vſque ad volucres cæli. pœnitet enim me feciſſe eos. ¶8 Noe verò inuenit gratiam coram Domino. ¶9 Hæ ſũt generationes Noe: Noe vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis, cũ Deo ambulauit. ¶10 Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. ¶11 Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. ¶12 Quúmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam (omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram) ¶13 Dixit ad Noe, Finis vniuerſæ carnis venit coram me: repleta eſt terra iniquitate à facie eorũ, & ego diſperdã eos cum terra. ¶14 Fac tibi arcam de lignis leuigatis, mãſiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinſecꝰ & extrinſecꝰ. ¶15 Et ſic facies eam, Trecentorũ cubitorũ erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorũ latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. ¶16 Feneſtrã in arca facies, & in cubito cõſummabis ſum-



Eccli 16.

Heb. 11.

D

Eccli

E

F

tatem eius: ostium autem arcæ pones ex latere: deorsum, cœnacula, & tristega facies in ea.
D ¶17 Ecce ego adducã aquas diluuii super terram, vt interficiam omnẽ carnem in qua spiritus vitæ est subter cælum, & vniuersa quæ in terra sunt, consumẽtur. ¶18 Ponámque fœdus meum tecum: & ingredieris arcam tu & filii tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum. ¶19 Et ex cunctis animantibus vniuersæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecũ: masculini sexus & fœminini. ¶20 De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundum genus suum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere. ¶21 Tolles igitur tecũ ex omnibus escis quæ mandi possunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi, quàm illis in escã. ¶22 Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus.

CAP. VII.

7 Noe iustus cum suis arcam ingreditur, 10 Diluuii inũdatio. 11 Diluuio omnia pereũt.

DIxitque Dominus ad eum: Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iustum coram me in generatione hac.
¶2 Ex omnibus animãtibus mundis tolles septena & septena, masculum & fœminam: de animantibus verò immundis duo & duo, masculum & fœminam, ¶3 Sed & de volatilibus cæli septena & septena, masculum & fœminã: vt saluetur semen super faciem vniuersæ terræ. ¶4 Adhuc enim, & post dies septẽ ego pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem substantiam quã feci, de superficie terræ. ¶5 Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei Dominus.
¶6 Erátque sexcentorum annorũ quando diluuii aquæ inundauerũt super terram. ¶7 Et ingressus est Noe & filii[a] eius, vxor ei, & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluuii. ¶8 De animantibus quoque mũdis & immundis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur sup terrã, ¶9 Duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcã, masculus & fœmina, sicut præceperat Dominus Noe. ¶10 Quúmque transissent septem dies, aquæ diluuii inundauerunt super terram. ¶11 Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertæ sunt: ¶12 Et facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. ¶13 In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth filii eius: & vxor illius, & [b]vxores filiorum eius cum eis in arcam: ¶14 ipsi & omne animal secundum genus suum, vniuersáque iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctúmque volatile secundum genus suum, vniuersæ aues, omnésque volucres ¶15 Ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ. ¶16 Et quæ ingressa fuit, masculus & fœmina ex omni carne introierũt, sicut præceperat ei Deus: & inclusit eum Dominus deforis. ¶17 Factúmque est diluuium quadraginta diebus super terrã: & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt at eam in sublime à terra. ¶18 Vehementer enim inundauerũt, & omnia repleuerunt in superficie terræ: porro arca ferebatur super aquas.
¶19 Et aquæ præualuerunt nimis super terrã: D
opertique sunt omnes mõtes excelsi sub vniuerso cælo. ¶20 Quindecim cubitis altior fuit aqua super mõtes quos operuerat. ¶21 Cõsumptáque est omnis caro quæ mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniúmque reptilium quæ reptant super terram. vniuersi homines ¶22 Et cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. ¶23 Et deleuit Deus omnem substãtiam quæ erat super terram, ab homine vsq; ad pecus, tam reptile quàm volucres cæli: & deleta sunt de terra: remansit autẽ solus Noe & qui cum eo erãt, in arca. ¶24 Obtinuerúntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

Sapien. 10. 4. Eccli 44. 18.

CAP. VIII.

1 Cessat diluuium. 6 Emissis coruo & colũba egreditur Noe. 20 Offert holocaustũ. 21 Diluuium nunquam futurum.

REcordatus autem Dominus Noe cũcto- Deus
rúmque animantium & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ. A
¶2 Et clausi sunt fõtes abyssi, & cataractæ cæli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cælo. ¶3 Reuersæque sunt aquæ de terra, euntes & redeũtes: & cœperunt minui post centum quinquaginta dies. ¶4 Requieuitque arca mense septimo, vicesimoseptimo die mẽsis super montes Armeniæ. ¶5 At verò aquæ ibãt & decrescebant vsque ad decimum mẽsem: decimo enim mẽse, prima die mensis appa[c]ruerunt cacumina montium. ¶6 Quúmque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ quã fecerat, ¶7 Dimisit coruum: qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec siccarentur aquæ super terrã. ¶8 Emisit quoque columbã post eum, vt videret si iam cessassent aquæ super faciem terræ. ¶9 Quæ quum nõ inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam: tenditque manum suam, & apprehensam intulit in arcam. ¶10 Expectatis autem vltrà septem diebus aliis, rursum dimisit colũbam ex arca. ¶11 At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo. intellexit ergo Noe quòd cessassent aquæ super terram. ¶12 Expectauitque C
nihilominus septem alios dies: & emisit columbam, quæ non est reuersa vltrà ad eum.
¶13 Igitur sexcẽtesimo primo anno, primo mẽse, prima die mensis imminutæ sunt aquæ super terrã: & aperiens Noe tectum arcæ aspexit, vidit; quòd exiccata esset superficies terræ. ¶14 Mense secundo, septimo & vicesimo die mensis arefacta est terra. ¶15 Locutus est Deus
autem Dominus ad Noe dicens, ¶16 Egrede- Deus
re de arca tu & vxor tua, filii tui & vxores filiorum tuorum tecum. ¶17 Cuncta animantia quæ sunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus quàm in bestiis & vniuersis reptilibus quæ reptant super terram, educ tecum, & ingredimini super terram: & crescite & multiplicamini super eam. ¶18 Egressus est ergo Noe & filii eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo. ¶19 Sed & omnia animãtia, iumenta, & reptilia quæ reptant super terram

secundum genus suum, egressa sunt de arca. ¶20 Ædificauit autē Noe altare Domino: & tollens de cūctis pecoribus & volucribus mūdis, obtulit holocausta super altare. ¶21 Odoratúsque est Dominus odorē suauitatis, & ait ad eum, Nequaquā vltrà maledicā terræ propter homines: ſēnſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem sicut feci. ¶22 Cunctis diebus terræ, sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent.

CAP. IX.

1 Benedicitur Noe. Confirmatio coniugii. 3 Cōcessio ciborum. 6 Ius gladii. 9 Pactum Dei cū Noe. 13 Iris. 20 Noe agricola inebriatur. 25 Maledicitur Cham.

A

BEnedixitque Deus Noe & filiis eius. Et dixit ad eos, ¶Crescite & multiplicamini, & replete terram. ¶2 Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cæli, cum vniuersis quæ mouentur super terram: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. ¶3 ¶Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibū: quasi olera virētia tradidi vobis omnia. ¶4 ¶Excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. ¶5 Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cūctarum bestiarum: & de manu hominis, de manu viri & de manu fratris ei⁹ requiram animam hominis. ¶6 ¶Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius: ¶ad imaginem quippe Dei facta est homo. ¶7 ¶Vos autem crescite multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam. ¶8 Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo. ¶9 Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos: ¶10 Et ad omnem animam viuētem quæ est vobiscum, ram in volucribus quàm in iumentis & pecudibus terræ, cunctísque quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestiis terræ. ¶11 Statnam pactum meum vobiscum, & nequaquā vltrà interficietur omnis caro aquis diluuii, neque erit deinceps diluuium dissipāns omnem terram. ¶12 Dixitque Deus, Hoc est ſignū fœderis quod do inter me & vos, & ad omnē animam viuentē quæ est vobiscum in generationes sempiternas: ¶13 Arcum meum ponam in nubibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram. ¶14 ¶Quúmq; obduxero nubibus cælū, apparebit arcus meus in nubibus cæli: ¶15 Et recordabor fœderis mei quod pepigi vobiscū & cum omni anima viuente quæ carnē vegetat: & non erunt vltrà aquæ diluuii ad delēdam vniuersam carnem. ¶16 Critque arcus meus in nubibus, & videbo illū, & recordabor fœderis sempiterni quod pactū est inter Deum & omnē animam viuentem vniuersæ carnis quæ est super terram. ¶17 Dixitque Deus ad Noe, Hoc est ſignū fœderis quod cōstituī inter me & omnē carnem super terrā. ¶18 Erāt ergo filii Noe qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Chā ipse est pater Chanaan. ¶19 Tres isti, filii sunt Noe: & ab his dissēminati est omne genus hominum super vniuersam terrā. ¶20 Cœpitque Noe vir agricola exercere terrā, & plātauit vineā. ¶21 Bibēnsq; vinum inebriat⁹ est, & nudat⁹ iacuit in tabernaculo suo. ¶22 Quod quum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratrib⁹ suis foras. ¶23 At verò Sem & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: faciēsque eorum aueršæ erāt, & patris virilia non viderunt. ¶24 Euigilās autem Noe ex vino, quū didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, ¶25 ait, Maledict⁹ puer Chanāan, seruus seruorū erit fratrib⁹ suis. ¶26 Benedictus Dominus Deus Sem: sit Chanaan seruus eius. ¶27 Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius. ¶28 Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis, ¶29 Et impleti sūt omnes dies eius nongentorū quinquaginta annorum: & mortuus est.

CAP. X.

1 Genealogia Iapheth, Sem, & Chā. 5 A qui b⁹ diuisæ regiones. 8 Nērod. 11 Niniue. 14 Philisthæi. 15 Chananæi. 22 Filii Sē. 25 Phaleg.

A

HAE sunt generationes filiorū Noe, Sem, Cham & Iapheth: natique sunt eis filii post diluuiū. ¶2 Filii Iapheth: Gomer, & Magog, & Madai, & Iauā, & Thubal, & Mōsoch, & Thiras. ¶3 Porrò filii Gomer: Ascenez & Riphath & Thōgorma. ¶4 Filii autem Iauā: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim. ¶5 Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam suam & familias suas in nationibus suis. ¶6 Filii autē Cham: Chus, & Mesraim, & Phut & Chanaan. ¶7 Filii autē Chus: Saba, & Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Filii Regma: Saba, & Dadan. ¶8 Porrò Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra. ¶9 Et erat robustus venator coram Domino. Pab hoc exiuit prouerbium, Quasi Nemrod robustus venator coram Domino. ¶10 Fuit autē principiū regni eius Babylon, & Arach, & Achad, & Chalane, in terra Sennaar. ¶11 De terra illa egressus est Assur, & ædificauit Niniuē, & plateas ciuitatis, & Chale. ¶12 Resen quoq; inter Niniuē & Chale: hæc est ciuitas magna. ¶13 At verò Mesraim genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephthuī. ¶14 Et Phetrusim, & Chasluim: de quibus egressi sunt Philisthiim, & Caphtorim. ¶15 Chanaan autē genuit Sidōnem primogenitū suū, Hethæū ¶16 & Iebusæum & Amorrhæū & Gergesæū ¶17 & Heuæū & Aracæū, Situræum ¶18 Et Aradium, Samaræum & Hamathæū: & per hos dissēminati sunt populi Chananæorū. ¶19 Factiq; sūt termini Chanaā venientibus à Sidōne Gerarā vsque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomā & Gomorrham, & Adamā & Seboim vsque Lasa. ¶20 Hi sunt filii Chā in cognationib⁹ & linguis & generationibus, tertiſq; & gētib⁹ suis. ¶21 De Sem quoq; nati sunt, patre omnium filiorū Heber, fratre Iapheth maiore. ¶22 Filii Sē: Aēlā & Assur & Arphaxad, & Lud & Aramā. ¶23 Filii Arā: Hus & Hul & Gether & Mes. ¶24 At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ort⁹ est Heber. ¶25 Natiq; sunt Heber filii duo, nomen vni Phaleg, eo q; in diebus eius diuisa sit terra: & nomē fratris eius Iectā. ¶26 Qui Iectan genuit Elmodad & Saleph, & Asarmoth, Iare ¶27 Et Adorā &

a iii.

Gen.6.2.5. matth.15.b.19

Gen.1.d.28, & 2. c.17.

Gen.1.d.29.

Gen.17.d.14.

Matt.26.c.52. apoc.13.c.10.

Gen.2.c.16.

Gen.1.d.28, & 2. c.17.

Isa.54.c.9.

Eccli 43.b.11.

Iudex

exiit

zal & Decla ¶18 & Hebal & Abimael, Saba ¶19 Et Ophir & Heuila & Iobab. omnes iſti, ſũ lii Iectã. ¶20 Et facta eſt habitatio eorum de Meſſa pergẽtibus vſq; Sephar montẽ Orientalẽ. ¶21 Iſti ſũt filii Sem ſecundũ cognationes & linguas & regiones in gẽtibus ſuis. ¶22 Hæ familiæ Noe iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt gentes in terra poſt diluuium.

CAP. XI.

4 AEdificatio Babel. 7 Confuſio Linguarum. 10 Genealogia Sem, 11 Arphaxad, 14 Sale, 16 Heber, 18 Phaleg, 24 Nachor, 26 Thare, Abram. Lot, Sarai.

A ERat autem terra labii vnius, & ſermonum eorundem. ¶2 Quũmq; proficiſcerẽtur de Oriente, inuenerũt cãpum in terra Sẽnaar, & habitauerunt in eo. ¶3 Dixitque alter ad proximum ſuum, Venite, faciamus lateres, & coquam' eos igni. Habuerũntque lateres pro ſaxis, & bitumẽ pro cæmẽto: ¶4 Dixerunt, Venite, faciamus nobis ciuitatẽ & turrim, cuius culmen pertingat ad cælũ: & celebremus nomen noſtrum antequã diuidamur in vniuerſas terras. ¶5 Deſcendit autẽ Dominus vt videret ciuitatẽ & turrẽ quam ædificabant filii Adam, ¶6 Et dixit, Ecce, vnus eſt populus, & vnum eſt labium omnibus: cœperũntque hoc facere, nec deſiſtẽt à cogitationib' ſuis, donec B eas opere compleant. ¶7 Venite igitur, deſcẽdamus, & confundamus ibi linguã eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. ¶8 Atq; ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerũt ædificare ciuitatem. ¶9 Et idcirco vocatum eſt nomẽ illo ci illius' Babel, quia ibi confuſum eſt labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarũ regionũ. ¶10 Hæ ſunt generationes Sem: Sem erat centũ annorum quando genuit Arphaxad, biennio poſt diluuium. ¶11 Vixitque Sem poſtquam genuit Arphaxad, quingẽtis annis: & genuit filios & filias. ¶12 Porrò Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. ¶13 Vixitque Arphaxad poſtquã genuit Sale, trecẽtis' tribus annis: & genuit filios & filias. ¶14 Sale quoque vixit trigita annis. & genuit Heber. ¶15 Vixitque Sale poſtquam genuit Heber, quadringẽtis trib' annis: & genuit filios & filias. ¶16 Vixit autem Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. ¶17 Et vixit Heber poſtquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias. ¶18 Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. ¶19 Vixitque Phaleg poſtquã genuit Reu, ducentis nouem annis, & genuit filios & filias. ¶20 Vixit autẽ Reu' triginta quinque' annis, & genuit Sarug. ¶21 Vixit quoq; Reu poſtquam genuit Sarug, ducentis ſeptẽ annis: & genuit filios & filias. ¶22 Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. ¶23 Vixitque Sarug poſtquã genuit Nachor, ducentis annis: & genuit filios & filias. ¶24 Vixit autem Nachor vigintinouem annis, & genuit Thare. ¶25 Vixitque Nachor poſtquam genuit Thare, cẽtum decem & nouem annis: & genuit filios & filias. ¶26 Vixitque Thare ſeptuaginta annis: & genuit Abrã & Nachor & Arã. ¶27 Hæ ſũt autẽ generationes Thare. Thare genuit Abrã, Nachor & Aran. Porrò Arã genuit Lot. ¶28 Mortuũſq; eſt Aran ante Thare patrẽ ſuum, in terra natiuitatis ſuæ in Vr Chaldæorũ. ¶29 Duxerũt autem Abram & Nachor vxores: nomẽ vxoris Abrã, Sarai: & nomẽ vxoris Nachor, Melcha filia Arã patris Melchæ & patris Ieſchæ. ¶30 Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos. ¶31 Tulit itaque Thare Abrã filiũ ſuũ, Ioſue & Lot filiũ Aran filium filii ſui, & Sarai nurũ ſuam, vxorẽ Abram filii ſui, & eduxit eos Iudith de Vr Chaldæorũ, vt iret in terrã Chanaã: venerũntque vſque Haran. & habitauerunt ibi. ¶32 Et facti ſunt dies Thare ducentorũ quinquaginta annorum, & mortuus eſt in Haran.

CAP. XII.

1 Abræ egrediẽti terrã ſuã, benedicit Deꝰ: promittitque Chriſtũ & terrã Chanaã. 14 Rapta vxor ei redditur, percuſſo Pharaone à Deo.

DIxit autẽ Dominus ad Abram, Egredere A de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam mõſtrauero tibi. ¶2 Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. ¶3 Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque ¶ benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. ¶4 Egreſſus eſt itaque Abram ſicut præceperat ei Dominus, & Iuit cum eo Lot: ſeptuaginta quinque annorũ erat Abrã quũ egrederetur de Haran. ¶5 Tulitque Sarai vxorem ſuam, & Lot filium fratris ſui, vniuerſamque ſubſtãtiam quam poſſederant, & animas quas fecerunt in Haran: & egreſſi ſunt vt irent in terram Chanaan. Quũmque veniſſent in eam, ¶6 Pertrãſiit Abram terram vſque ad locum Sichem, & vſq; ad Conuallem illuſtrem: Chananæus autem tunc erat in terra. ¶7 Apparuit autem' Domi- Apparuit
nus Abram, & dixit ei, Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat el. ¶8 & inuocauit ibi nomẽ el'. ¶9 Et inde tranſgrediens ad montẽ qui erat cõtra Orientẽ Beth-el, tetẽdit ibi tabernaculũ ſuũ, ab Occidẽte habẽs Beth el, & ab Oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomẽ eius. ¶10 Perrexitque Abram vadẽs & vltra progrediens ad Meridiẽ. ¶11 Fa- C
cta eſt autem fames in terra: deſcenditque Abram in AEgyptũ, vt peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra. ¶12 Quũmq; ꝓpe eſſet vt ingrederetur AEgyptũ, dixit Sarai vxori ſuæ, Noui ꝙ pulchra es mulier: ¶13 Et quõd cum viderint te AEgyptii, dicturi ſũt, vxor illius eſt. & interficient me, & te reſeruabunt. ¶14 Dic ergo obſecro te, quõd ſoror mea ſis: vt bene ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiã tui. ¶15 Quum itaque ingreſſus eſſet Abrã AEgyptum, viderunt AEgyptii mulierẽ quòd eſſet pulchra nimis. ¶16 Et nunciauerunt principes Pharaonis, & laudauerunt eam apud illum: & ſublata eſt mulier in domum Pharaonis. ¶17 Abram verò bene D
vſi ſunt propter illam. Fuerũntque ei oues & boues & aſini & ſerui, & famulæ & aſinæ &cameli. ¶17 Flagellauit autẽ Dominꝰ Pharaonẽ plagis maximis, & domũ eius ꝓpter Sarai vxorem Abram. ¶18 Vocauitque Pharao Abrã, & dixit ei, Quidnã eſt hoc quod feciſti mihi?

quare nõ indicasti mihi quòd vxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nũc igitur ecce coniunx tua, accipe eã, & vade. ¶10 Præcepitque Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum & vxorẽ illius, & omnia quæ habebat.

CAP. XIII.

1 Abrã diues diuidit terrã cum fratre Lot. 14 Abræ secundo promittitur terra Chanaan.

A Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cum eo ad Australẽ plagam. ¶2 Erat autẽ diues valde in possessione auri & argẽti. ¶3 Reuersúsque est per iter quo venerat, à Meridie in Beth-el, vsque ad locũ vbi prius fixerat tabernaculum inter Beth-el & Hai: ¶4 In loco altaris, quod fecerat pri⁹, & inuocauit ibi nomẽ Domini. ¶5 Sed & Lot qui erat cum Abrã, fuerunt greges ouium & armenta & tabernacula. ¶6 Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippe substãtia eorũ multa, & nequibãt habitare communiter. ¶7 Unde facta est rixa inter pastores gregum Abrã & Lot. Eo autem tẽpore Chananæus & Phæreæus habitabãt in terra illa. ¶8 Dixit ergo Abrã ad Lot, Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. ¶9 Ecce vniuersa terra coram te est: recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. ¶10 Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionẽ Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequam subuerteret Dominus Sodomã & Gomorrhã, sicut paradisus Domini, & sicut Ægyptus venientibus in Segor. ¶11 Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente: diuisíque sunt alteruter⁹ à fratre suo. ¶12 Abram habitauit in terra Chanaan: Lot verò moratus est in oppidis quæ erant circa Iordanẽ, & habitauit in Sodomis. ¶13 Homines autem Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino nimis. ¶14 Dixitque Dominꝰ ad Abram postquam diuisus est ab eo Lot, Leua oculos tuos in directum, & vide à loco in quo nunc es ad Aquilonem & Meridiem, ad Orientem & Occidentem. ¶15 Omnem terrã quã cõspicis tibi dabo, & semini tuo vsque in sempiternum. ¶16 Faciámque semẽ tuũ sicut pulueren terræ: si quis⁹ potest hominum numerare pulueré terræ, semen quoque tuum numerare poterit. ¶17 Surge ergo, & perambula terram in longitudine & in latitudine tua: quia tibi daturus sum eam. ¶18 Mouẽs igitur tabernaculum suum Abram, venit, & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificauitque ibi altare Domino.

CAP. XIIII.

1 Bellum quatuor regum aduersus quinque. 10 Sodomitæ victi. 12 Lot captus liberatur ab Abram. 18 Melchisedec offert munera Abræ.

A Factum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahomor rex Aelamitarũ, & Thadal rex Gentium ¶2 Inirent bellũ contra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Senaab regem Adamæ, & contra Semẽber regem Seboim, contráque regem Balæ, ipsa est Segor. ¶3 Omnes hi conuenerunt in vallem Syluestrem quæ nunc est mare salis. ¶4 Duodecim enim annis seruierant Codorlahomor, & tertiodecimo anno recesserunt ab eo. ¶5 Igitur quartodecimo anno venit Codorlahomor, & reges qui erant cũ eo: percussérúntq; Raphaim in Astaroth & Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, ¶6 Et Corrhæos in montibus Seir, vsque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine. ¶7 Reuersíque sunt, & venerunt vsq; ad fontem Misphat, ipsa est Cades: & percusserũt omnem regionem Amalecitarum & Amorrhæorum qui habitabãt in Hasason-thamar. ¶8 Et egressi sunt rex Sodomorũ, & rex Gomorrhæ, rex Adamæ, & rex Seboi, nec nõ & rex Balæ, quæ est Segor: & direxerũt aciem contra eos in valle Syluestri, ¶9 Scilicet aduersus Chodorlahomor regẽ Aelamitarũ, & Thadal regem Gentium, & Amraphel regẽ Sennaar, & Arioch regẽ Pontiriquatuor reges aduersus quinque. ¶10 Vallis autẽ Syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, ceciderúntque ibi: & qui remãserant, fugerunt ad mõtem. ¶11 Tulerũt autẽ omnem substãtiam Sodomorum & Gomorrhæorum, & vniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt. ¶12 Necnon & Lot & substantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. ¶13 Et ecce vnus qui euaserat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in cõualle Mãbre Amorrhæi fratris Escol, & fratris Aner: hi enim pepigerãt fœdus cũ Abrã. ¶14 Quod quum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo: & persecutus est eos vsque Dan. ¶15 Et diuisis sociis, irruit super eos nocte: percussítque eos, & persecutus est eos vsque Hoba ad dexteram eius, quæ est ad læuam Damasci. ¶16 Reduxitque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substãtia illius, mulieres quoque & populum. ¶17 Egressus est autem rex Sodomorum in occursum eius postquam reuersus est à cæde Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ est vallis regis. ¶18 At verò Melchi-sedec rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim sacerdos Dei Altissimi) ¶19 Benedixit ei, & ait, Benedictus Abrã Deo excelso qui creauit cælum & terrã: ¶20 Et benedictus Deus excelsus, quo protegẽte hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. ¶21 Dixit autem rex Sodomorum ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi. ¶22 Qui respondit ei, Leuo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorẽ cæli & terræ, ¶23 Quòd à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua sũt: ne dicas, Ego ditaui Abrã. ¶24 Excepti his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum qui venerant mecum, Aner, Escol, & Mambre: isti accipient partes suas.

CAP. XV.

4 Abræ promittitur Isaac. 7 Item tertio & quarto terra Chanaan. 13 Seruitus & liberatio filiorum Israel prædicitur.

A Hæc itaq; trãſactis, factus eſt ſermo Domini ad Abram per viſionem dicens. Noli timere Abrã, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. ¶2 Dixitque Abrã. Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam abſque liberis: & filius procuratoris domus meæ iſte Damaſcus Eliézer. ¶3 Additq; Abram, Mihi autem non dediſti ſemen: & ecce verna-
11. cul⁹ meus, hæres meus erit. ¶4 Statimque ſermo Domini factus eſt ad eum dicẽs, Non erit hic hæres tuus: ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredem. ¶5 Eduxitque eum foras, & ait illi, Suſpice cælum, & numera ſtellas ſi potes. Et dixit ei, Sic erit ſemẽ tuũ.
B ¶6 Credidit Abram Deo, & reputatum eſt illi
3. ad iuſtitiam. ¶7 Dixitque ad eum, Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt daret tibi terram iſtam, & poſſideres eam. ¶8 At
. ille ait, Domine Deus, vnde ſcire poſſũ quòd poſſeſſurus ſim eam? ¶9 Et reſpondens Dominus, ſume, inquit, mihi vaccam trienné, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturẽ quoque & columbam. ¶10 Qui tollens v-
18. niuerſa hæc, diuiſit ea per medium, & vtraſque partes contra ſe altrinſecus poſuit, aues autem non diuiſit. ¶11 Deſcenderũntque volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abram.
¶12 Quúmque ſol occumberet, ſopor irruit ſuper Abram, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. ¶13 Dictúmque eſt ad eum, Scito
prænoſcens, quòd peregrinum futurum ſit ſemen tuum in terra non ſua: & ſubiicient eos ſeruituti, & affligẽt quadringẽtis ãnis. ¶14 Verũntamen gentem cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo: & poſt hæc egredientur cum magna ſubſtantia. ¶15 Tu autem ibis ad patres tuos
40. in pace, ſepultus in ſenectute bona. ¶16 D Generatione autem quarta reuertentur huc: nec dum enim completæ ſunt iniquitates Amorrhæorũ vſque ad præſens tempꝰ. ¶17 Quum ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. ¶18 In illo die pepigit Dominus fœdus cum Abram, dicens, Semini tuo dabo terram hanc à fluuio
13. Ægypti vſque ad fluuium magnũ Euphrãté.
14. ¶19 Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos. ¶20 Et
15. Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoque,
16. ¶21 Et Amorrhæos, & Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos. CAP. XVI.

4 Agar concipit. 6 Fugit Saram. 7 Conſolatur eam Angelus. 15 Parit Iſmaelem.

A ITur Saráy vxor Abram non genuerat ſibi liberos: ſed habẽs ancillam Ægyptiam nomine Agar, ¶2 Dixit marito ſuo, Ecce concluſit me Dominus, ne pãrerem: ingredere ad an-
ſet cillam meam, ſi forte ſaltẽ ex illa ſuſcipiam filios. Quúmque ille acquieſceret deprecanti, ¶3 Tulit Agar Ægyptiam ancillã ſuam poſt annos decem quàm habitare cœperãt in terra Chanáan: & dedit eam viro ſuo vxorẽ. ¶4 Qui ingreſſus eſt ad eam. At illa conceppiſſe ſe vi-
B dens, deſpexit dominam ſuam. ¶5 Dixitque Saráy ad Abram, Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meam in ſinum tuum, quæ videns quòd conceperit, deſpectui me habet. Iudicet Dominus inter me & te. ¶6 Cui reſpondẽs Abram, Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Saráy, fugam iniit. ¶7 Quúmque inuenĩſſet eam Angelus Domini iuxta fontem aquæ in ſolitudine quæ eſt in via Sur in deſerto, ¶8 Dixit ad illã, Agar ancilla Saráy, vnde veni? & quo vadis? Quæ reſpondit, A facie Saráy dominæ C meæ ego fugio. ¶9 Dixitque ei Angelus Domini. Reuertere ad dominam tuam, & humiliare ſub manu illius. ¶10 Et rurſum. Multiplicans, inquit, multiplicabo ſemen tuum, & non numerabitur præ multitudine. ¶11 Ac deinceps, Ecce, ait, concepiſti, & paries filiũ: vocabiſque nomen eius Iſmael, eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam. ¶12 Hic erit ferus homo: manus eius contrà omnes, & manus omnium contra eum: & coram cunctis fratrum ſuorũ figet tabernacula. ¶13 Vocauit au- D tem Agar nomen Domini qui loquebatur ad eam. Tu Deus qui vidiſti me. Dixit enim, Profectò hic vidi poſteriora videntis me. ¶14 Propterea appellauit puteum illum, Puteum Vi- Ge.14.g.6.7.
uẽtis & videntis me. Ipſe eſt inter Cades & Barad. ¶15 Peperitque Agar Abræ filiũ: qui vo- Galat.4.c.22.
18. cauit nomẽ eius Iſmael. ¶16 Octoginta & ſex annorũ erat Abrã quando peperit ei Agar Iſmaelem. CAP. XVII.

5 Abram nominatur Abraham. 8 Promittitur ei quinto terra Chanaan. 10 Circunciſio. 15 Saráy nominatur Sara. 16 Promittitur Abræ Iſaac. 18 Orat pro Iſmaele. 23 Circuncidi- tur cum tota familia.

POſtquam verò nonaginta & nouem annorũ eſſe cœperat, apparuit ei Dominus: dixitque ad eum, Ego Dominus omnipotens: ambula coràm me, & eſto perfectus. ¶2 Ponámque fœdus meum inter me & te: & multiplicabo te vehementer nimis. ¶3 Cecidit Abram pronus in faciem, Dixitque ei Deus, ¶4 Ego Ecclꝰ 44.c.19.
ſum. Et ponam pactũ meum tecum, eritque rom.4.b.11.
patet multarũ gentium. ¶5 Nec vltra vocabitur nomen tuum Abrã, ſed appelleberis Abra- Rom.4.c.17.
hã: quia patrẽ multarũ gentium cõſtitui te. ¶6 Faciámque te crefcere vehementiſſime, & ponã te in gentibus, regéſque ex te egredientur.
¶7 Et ſtatuã pactũ meũ inter me & te, & inter ſemẽ tuum poſt te in generationibus ſuis fœ- D
dere ſempiterno: vt ſim Deus tuus & ſemini *poſt te
tui poſt te. ¶8 Dabóq; tibi & ſemini tuo terram peregrinationis tuæ, & omnem terram Chanaã in poſſeſſionẽ æternam, eróq; Deus eorum. ¶9 Dixitque iterum Deus ad Abrahã, Act.7.a.8.
E Et tu ergo cuſtodies pactum meum, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis. ¶10 Hoc eſt pactum meum quod obſeruabitis inter me & vos & ſemẽ tuum poſt te, Circuncidetur ex vobis omne maſculinum. ¶11 Et circuncidetis Rom.4.b.11.
carnem præputii veſtri, vt ſit ſiguum fœ- Deuit.12.a.13.
deris inter me & vos. ¶12 Infans octo dierum luc.2.c.21.
circuncidetur in vobis, omne maſculinum in generationibus veſtris: tam vernaculus quàm emptitius circũcidetur, & quicũque non fuerit de ſtirpe veſtra: ¶13 *Eritque pactum meũ *Deſunt mul-
in carne veſtra in fœdꝰ æternum. ¶14 Maſcu- ta ſecundum
lus cuius præputii caro circunciſa non fue- Hebræos.
rit delebitur anima illa de populo ſuo: quia C
pactũ meum irritum fecit. ¶15 Dixit quoque Deus ad Abraham, Saráy vxorem tuam non vocabis Saráy, ſed Saram. ¶16 Et benedicam ei,

& ex illa dabo tibi filiũ, cui benedicturꝰ sum, eritque in nationes, & reges populorũ orientur ex eo. ¶17 Cecidit Abrahã in faciem suã, & risit: in corde suo dicens, Putásne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? ¶18 Dixitque ad Deum, Vtinam Ismael viuat coram te. ¶19 Et ait Deus ad Abraham, Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac, & cõstituam pactũ meum illi in fœdus sempiternũ, & semini eius post eum. ¶20 Super Ismael quoque exaudiui te. ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciã illum in crescere in gẽtem magnam. ¶21 Pactũ verò meum statuam ad Isaac quẽ pariet tibi Sara, tẽpore isto in anno altero. ¶22 Quúmque finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit Deus ab Abraham. ¶23 Tulit autem Abraham Ismael filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, vniuersósque quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suæ: & circuncidit carnem præputii eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus. ¶24 Abraham nonaginta & nouem erat annorum quando circuncidit carnem præputii sui. ¶25 Et Ismael filius suus tredecim annos impleuerat tẽpore circũcisionis suæ. ¶26 Eadem die circũcisus est Abraham & Ismael filius eius. ¶27 Et omnes viri domus illius, tam vernaculi quàm emptitii & alienigenæ pariter circuncisi sunt.

CAP. XVIII.

1 Abraham hospitio suscipit Angelos. 10 Promittitur Isaac. 12 Ridet Sara. 17 Prædicitur Abrahæ interitus Sodomorum. 23 Orat pro Sodomitis.

APparuit autẽ ei Dominus ĩ cõualle Mambre sedẽti ĩ ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. ¶2 Quúmq; eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eũ: quos quũ vidisset, cucurrit in occursum eorũ de ostio tabernaculi sui, & adorauit ĩ terrã. ¶3 Et dixit, Domine, si inueni gratiã in oculis tuis, ne trãseas seruum tuum: ¶4 Sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, & requiescite sub arbore. ¶5 Ponãmque buccellã panis, & confortetur cor vestrũ, postea transibitis: idcirco enim declinastis ad seruum vestrum. Qui dixerunt, Fac vt locutus es. ¶6 Festinauit Abraham in tabernaculum ad Sarã, dixitque ei, Accelera, tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes. ¶7 Ipse verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum: deditque puero, qui festinauit, & coxit illum. ¶8 Tulit quoque butyrum & lac, & vitulum quem coxerat, & posuit coram eis: ipse vero stabat iuxta eos sub arbore. ¶9 Dixerũt ad eum, Vbi est Sara vxor tua? Ille respondit, Ecce in tabernaculo est. ¶10 Cui dixit, Reuertẽs veniam ad te tempore isto vita comite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi. ¶11 Erant autem ambo senes, prouectæque ætatis, & desierant Saræ fieri muliebria. ¶12 Quæ risit occulte, dicens, Postquam consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? ¶13 Dixit autem Dominus ad Abraham, Quare risit Sara vxor tua, dicens, Num verè paritura sum anus? ¶14 Nunquid Deo quicquam est difficile? iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite, & habebit Sara filium. ¶15 Negauit Sara, dicẽs, Non risi, timore perterrita. Dominus autem, Non est, inquit, ita: sed risisti. ¶16 Quum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam: & Abrahã simul gradiebatur deducens eos. ¶17 Dixitque Dominus, Num celare potero Abrahã quæ gesturus sum: ¶18 Quũ futurus sit in gẽtem magnam ac robustissimam, & BENEDICENDAE sint in illo omnes nationes terræ? ¶19 Scio enim quòd præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se vt custodiãt viã Domini, & faciãt iudicium & iustitiam: vt adducat Dominus propter Abrahã omnia quæ locutus est ad eũ. ¶20 Dixit itaque Dominus, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatũ eorum aggrauatum est nimis. ¶21 Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciam. ¶22 Conuerterũntque se inde, & abierunt: Sodomam Abraham verò adhuc stabat corã Domino. ¶23 Et appropinquans ait, Nunquid perdes iustũ cum impio? ¶24 Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? ¶25 Absit à te vt rem hãc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius, non est hoc tuum, qui iudicas omnẽ terram: nequaquam facies iudiciũ hoc. ¶26 Dixitque Dominus ad eum, Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. ¶27 Respõdítque Abrahã, ait, Quia semel cœpi loquar ad Dominum meum, quũ sim puluis & cinis. ¶28 Quid si minus quiquaginta iustis quinque fuerint? delebis propter quadraginta quinque? vniuersam vrbem? Et ait, Non delebo, si inuenero ibi quadraginta quinque. ¶29 Rursũmque locutus est ad eum, Sinautem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait, Non percutiam propter quadraginta. ¶30 Ne quæso inquit, indigneris Domine, si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit, Nõ faciam, si inuenero ibi triginta. ¶31 Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meũ. Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait, Non interficiam propter viginti. ¶32 Obsecro, inquit, ne irascatis Domine, si loquar adhuc semel. Quid si inuenti fuerint ibi decem? Et dixit, Non delebo propter decẽ. ¶33 Abiitque Dominus postquam cessauit loqui ad Abraham: & ille reuersus est in locum suum.

CAP. XIX.

1 Lot hospitio suscipit Angelos. 4 Sodomorum libido, & eorum subuersio. 12 Lot liberatur à Deo. 17 Segor ciuitas. 26 Vxor Lot mutatur in statuã salis. 31 Ebrietas Lot, & ipsius cum filiabus incestus.

VEnerũntque duo Angeli Sodomam vespere, sedente Lot in foribus ciuitatis. Qui quum vidisset eos, surrexit, & iuit obuiã eis: adorauitque pronus in terrã, ¶2 Et dixit, Obsecro domini mei, declinate in domũ pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, & mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerũt, Minime, sed in platea manebimus. ¶3 Cũ

¶ 17. b. 18, & 22. a.

Rom. 4. b. 9.

1. Petr. 3. a. 6.

Gal. 3. a. 8.

¶ 17. c. 19. ¶ 21. a. 2.

B

C

¶ 12. ¶ 22.

D

quia

A

pulit illos oppidò vt diuerterent ad eum: ingreſſiſque domum illius, fecit conuiuiũ, & coxit azyma, & comederũt. ¶ 4 Prius autẽ quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum illius a puero vſque ad ſenem, omnis populus ſimul. ¶ 5 Vocauerũtque Lot, & dixerunt ei, Vbi ſunt viri qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoſcamus eos.

¶ 6 Egreſſus ad eos Lot, poſt tergum accludẽs oſtium, ¶ 7 Ait, Nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere. ¶ 8 Habeo duas filias, quæ necdum cognouerũt virum: educam eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dummodo viris iſtis nihil mali faciatis, quia ingreſſi ſunt ſub vmbra culminis mei. ¶ 9 At illi dixerunt, Recede illuc. Et rurſus, Ingreſſus es, inquiunt, vt aduena, nunquid vt iudices? te ergo ipſum magis quàm hos affligemꝰ. Vimque faciebãt Lot vehemẽtiſſime: iamque propẽ erat vt effringerent fores, ¶ 10 Et ecce miſerunt manum viri, & introduxerunt ad ſe Lot, clauſeruntque oſtium: ¶ 11 Et eos qui foris erant, percuſſerunt cæcitate a minimo vſque ad maximum, ita vt oſtium inuenire non poſſent. ¶ 12 Dixerunt autem ad Lot, Habes hic quempiam tuorum? generum, aut filios, aut filias, omnes qui tui ſunt, educ de vrbe hac: ¶ 13 Delebimus enim locum iſtũ, eo quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui miſit nos vt perdamus illos. ¶ 14 Egreſſus itaque Lot, locutus eſt ad generos ſuos qui acceperant filias eius, & dixit, Surgite, & egredimini de loco iſto: quia delebit Dominus ciuitatem hanc. Et viſus eſt cis quaſi ludẽs loqui. ¶ 15 Quũque eſſet mane, cogebant eum Angeli, dicentes, Surge, tolle vxorẽ tuam & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. ¶ 16 Diſſimulante illo, apprehenderũt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi. ¶ 17 Eduxerũtque eum, & poſuerunt extra ciuitatem. Vbique locuti ſunt ad eum, dicentes, Salua animã tuam: noli reſpicere poſt tergum, nec ſtes in omni circa regione: ſed in monte ſaluum te fac, ne & tu ſimul pereas. ¶ 18 Dixitque Lot ad eos, Quæſo Domine mi, ¶ 19 Quia inuenit ſeruus tuus gratiam coram te, & magnificaſti gloriam & miſericordiam tuam quam feciſti mecum vt ſaluares animã meam, nec poſſum in monte ſaluari, ne forte apprehendat me malum, & moriar: ¶ 20 Eſt ciuitas hîc iuxtà, ad quam poſſum fugere, parua, & ſaluabor in ea: nũquid non modica eſt, & viuet anima mea? ¶ 21 Dixitque ad eum, Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas, vt nõ subuertam vrbem pro qua locutus es. ¶ 22 Feſtina, & ſaluare ibi: quia nõ potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Ideirco vocatũ eſt nomen vrbis illius Segor. ¶ 23 Sol egreſſus eſt ſuper terram, & Lot ingreſſus eſt Segor.

¶ 24 Igitur Dominus pluit ſuper Sodomã & Gomorrham ſulphur & ignem à Domino de cælo: ¶ 25 Et ſubuertit ciuitates has & omnem circà regionem, vniuerſos habitatores vrbiũ, & cuncta terræ virentia. ¶ 26 Reſpiciẽſque vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuam ſalis. ¶ 27 Abraham autem conſurgens mane vbi ſteterat prius cum Domino, ¶ 28 Intuitus eſt Sodomam & Gomorrham, & vniuerſam terram regionis illius: vidit que aſcendentem fauillam de terra quaſi fornacis fumũ. ¶ 29 Quũ enim ſubuerteret Deus ciuitates regionis illiꝰ, recordatꝰ eſt Abrahæ: & liberauit Lot de ſubuerſione vrbiũ in quibus habitauerat. ¶ 30 Aſcenditque Lot de Segor, & manſit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo: timuerat enim manere in Segor) & manſit in ſpelunca ipſe, & duæ filiæ eius cum eo. ¶ 31 Dixitque maior ad minorem, Pater noſter ſenex eſt, & nullus virorum remanſit in terra qui poſſit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ. ¶ 32 Veni, inebriemus eum vino, dormiamúſque cum eo: vt ſeruare poſſimus ex patre noſtro ſemẽ. ¶ 33 Dederunt itaque patri ſuo bibere vinum nocte illa. Et ingreſſa eſt maior, dormiuitque cum patre: at ille non ſenſit, nec quando accubuit filia, nec quando ſurrexit. ¶ 34 Altera quoque die dixit maior ad minorem. Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cũ eo, vt ſaluemus ſemen de patre noſtro. ¶ 35 Dederũtque etiam & illa nocte patri ſuo bibere vinũ, ingreſſaque minor filia, dormiuit cum eo: & nec tunc quidem ſenſit quando concubuerit, vel quando illa ſurrexit. ¶ 36 Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo. ¶ 37 Peperitque maior filiũ, & vocauit nomen eius Moab: ipſe eſt pater Moabitarum vſque in præſentem diem. ¶ 38 Minor quoque peperit filium, & vocauit nomẽ eius Ammon, id eſt filius populi mei: ipſe eſt pater Ammonitarum vſque hodie.

❧ 4 P. ❧ X.

1 Raptus Saræ à rege Abi-mélech. 14 Abrahæ reſtituitur vxor cum donis.

PRofectus inde Abraham in terram Auſtralem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus eſt in Geraris. ¶ 2 Dixitque de Sara vxore ſua, Soror mea eſt. Miſit ergo Abi-mélech rex Geraræ, & tulit eam. ¶ 3 Venit autem Deus ad Abi-mélech per ſomniũ nocte, & ait illi, En morieris propter mulierem quam tuliſti: habet enim virum. ¶ 4 Abi-mélech verò non tetigerat eam: & ait, Domine, num gentẽ ignorantem & iuſtam interficies? ¶ 5 Nõne ipſe dixit mihi, Soror mea eſt: & ipſa ait, Frater meus eſt? in ſimplicitate cordis mei, & mũditia manuum mearum feci hoc. ¶ 6 Dixitque ad eum Deus, Et ego ſcio quòd ſimplici corde feceris: & ideo cuſtodiui te ne peccares in me, & non dimiſi vt tangeres eam. ¶ 7 Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, & orabit pro te: quia Propheta eſt, & viues. ſi autem nolueris reddere, ſcito quòd morte morieris tu & omnia quæ tua ſunt. ¶ 8 Statimque de nocte conſurgens Abi mélech, vocauit omnes ſeruos ſuos: & loquutus eſt vniuerſa verba hæc in auribus eorum, timuerũntque omnes viri valde. ¶ 9 Vocauit autem Abi mélech etiam Abrahã, & dixit ei, Quid feciſti nobis? quid peccauimus in te, quia induxiſti ſuper me & ſuper regnum meum peccatum grande: quæ non debuiſti facere. feciſti nobis. ¶ 10 Rurſúmque expoſtulãs ait, Quid vidiſti, vt hoc faceres? ¶ 11 Reſpondit Abraham, Cogitaui mecũ dicens, Forſitan nõ eſt timor Dei in loco iſto, & interficient me propter vxorem meam. ¶ 12 Aliàs autẽ & re-

re ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem. ¶13 Poſtquam autem eduxit me Deus de domo patris
¶.11.c.23. mei, dixi ad eam, ‖Hanc miſericordiam facies mecum. In omni loco ad quem ingrediemur,
D dices quòd frater tuus ſim. ¶14 Tulit igitur Abi-mélech oues & boues & ſeruos & ancillas, & dedit Abraham: reddiditque illi Saram vxorem ſuam. ¶15 Et ait, Terra coram vobis eſt, vbicunque tibi placuerit habita. ¶16 Saræ autē dixit, Ecce, mille argēteos dedi fratri tuo. hoc erit in velamen oculorum ad omnes qui tecū ſunt: & quocunque perrexeris, memēto te deprehenſam. ¶17 Orante autē Abraham, ſanauit Deus Abi mélech & vxorem, ancillāſque eius: & pepererunt. ¶18 Concluſerat enim Dominus omnē vuluam domus Abi mélech propter Sarā vxorē Abrahæ. CAP. XXI.

1 Naſcitur Iſaac. 9 Iſmael fratri Iſaac illudens vnà cum Agar matre eiicitur: quā conſolatur Angelus. 22 Fœdus Abi-mélech cum Abraham. 31 Ber-ſabee.

¶.17.c.19, & 18.b.10. A VIſitauit autē Dominus Saram ſicut ‖promiſerat: & ipleuit quæ locutus eſt. ¶2 Cōcepitque, & ‖peperit filium in ſenectute ſua, tempore quo prædixerat ei Deus. ¶3 Vocauitque Abrahā nomē filii ſui quem genuit ei Sara, Iſaac. ¶4 Et circūcidit eū octauo die, ſicut ‖præceperat ei Deus, ¶5 Quum centū eſſet an norū: hāc quippe ætate patris, nat⁹ eſt Iſaac. ¶6 Dixitque Sara. Riſum fecit mihi Deus, & quicunque audierit, corridebit mihi. ¶7 Rurſūmque ait, Quis auditurus crederet Abrahām quòd Sara lactaret filium qué peperit ei ſam ſeni? ¶8 Creuit igitur puer, & ablactatus eſt: feſtitque Abraham grande cōuiuium in die ablactationis eius. ¶9 Quūmque vidiſſet Sara filium Agar AEgyptiæ ludentem cum Iſaac filio ſuo, ¶10 Dixit ad Abraham, ‖Eice ancillā hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. ¶11 Dure accepit
Galat.4.d.30
B hoc Abraham pro filio ſuo. ¶12 Cui dixit Deus, Non tibi videatur aſperum ſuper puero & ſuper ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia in Iſaac vocabitur ti
Rom.9.b.17. hebr.11.d.18. bi ſemen. ¶13 Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia ſemen tuū eſt. ¶14 Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panē & vtrem aquæ impoſuit ſcapulæ eius, tradiditque puerū, & dimiſit eam. Quæ quū abiiſſet, errabat i ſolitudine Ber-ſabee. ¶15 Quūmque conſumpta eſſet aqua in vtre, abiecit puerum ſubter vnam arborē quæ ibi erat. ¶16 Et abiit, ſedítque ereglone procul quantum poteſt arcus iacere. dixit enim, Non videbo morientem puerum. & ſedens contrà leuauit vocem ſuam & fleuit. ¶17 Exaudiuit autē Deus vocem pueri: vocauitque Angelus Dei Agar
C de cælo, dicens, Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo eſt. ¶18 Surge, tolle puerum, & tene manum illius: quia in gentem magnam faciam eum. ¶19 Aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ, abiit. & impleuit vtrē, dedítque puero bibere. ¶20 Et fuit* cum eo: qui creuit & moratus eſt in ſolitudine, factúſque eſt iuuenis ſagittari⁹. ¶21 Habitauitque in deſerto Pharan, & accepit illi mater ſua vxorē de terra AEgypti. ¶22 Eodē tempore dixit Abi-mēlech, & Phichol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecum eſt in vniuerſis quæ agis. ¶23 Iura ergo per Deum, ne noceas mihi & poſteris meis, ſtirpique meæ: ſed iuxta miſericordiam ‖quam feci tibi, facies mihi & terræ in qua verſat⁹ es aduena. ¶24 Dixitque Abrahā, Ego iurabo. ¶25 Et increpauit Abi-mēlech propter puteum aquæ quem vi abſtulerant ſerui eius. ¶26 Reſpōditque Abi mēlech, B Neſciui quis fecerit hanc rem: ſed & tu nō indicaſti mihi, & ego non audiui præter hodie. ¶27 Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abi-mēlech: percuſſērúntque ambo fœdus. ¶28 Et ſtatuit Abraham ſeptē agnas gregis ſeorſum. ¶29 Cui dixit Abi-mēlech, Quid ſibi volunt ſeptem agnæ iſtæ, quas ſtare feciſti ſeorſum? ¶30 At ille, Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: vt ſint mihi i teſtimonium quoniam ego fodi puteum iſtū. ¶31 Idcirco vocatus eſt locus ille Ber-ſabee: quia ibi vterque iurauit. ¶32 Et inierūt fœdus pro puteo iuramenti. ¶33 Surrexit autē Abi mēlech, & Phichol princeps exercitus eius, reuerſique ſunt in terram Palæſtinorū. Abraham verò plantauit nemus in Ber-ſabee, & inuocauit ibi nomen* Dei æterni. ¶34 Et fuit colonus terræ *Do
Palæſtinorū diebus multis. CAP. XXII.

1 Tentatur fides Abrahæ. 10 Immolat filium ſuum Iſaac. 12 Promittitur ei Chriſtus. 13 Bathuel. Rebecca.

QVæ poſtquam geſta ſunt, tentauit Deus A Abraham, & dixit ad eum, Abraham Iudit
hebr ‘Abraham’. At ille reſpondit, Adſum. ¶2 Aie illi, Tolle filium tuum vnigenitum quem dilīgis Iſaac, & vade in Terram-viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnū montium quem monſtrauero tibi. ¶3 Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtrauit aſinum ſuū: ducēs ſecum duos iuuenes, & Iſaac filiū ſuū: quūmq; concidiſſet ligna in holocauſtū, abiit ad locum quē præceperat ei Deus. ¶4 Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locū procul, ¶5 Dixitque ad pueros ſuos, Expectate hic cū aſino: ego autē & puer illuc vſque properantes, poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos. ¶6 Tulit quoque ligna holocauſti, & im- B poſuit ſuper Iſaac filium ſuum: ipſe verò portabat in manibus ignem & gladium. Quūmque duo pergerent ſimul, ¶7 Dixit Iſaac patri ſuo, Pater mi. At ille Reſpondit, Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi eſt victima holocauſti? ¶8 Dixit autem Abraham, Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti, fili mi. Pergebant ergo pariter: ¶9 Et venerunt ad locum quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & deſuper ligna compoſuit: quúmque alligaſſet Iſaac filium ſuum, poſuit eum in altare ſuper ſtruem lignorum. ¶10 Extenditque manum, & arripuit gladium vt immolaret filium ſuum. ¶11 Et ecce Angelus Domini de cælo clamauit dicens, Abraham, Abra- C ham. Qui reſpondit, Adſum. ¶12 Dixitque ei, Non extendas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquā: nūc cognoui quòd timeas ‘Dominum’, & non pepercīſti vnigenito filio tuo propter me. ¶13 Leuauit Abraham oculos ſuos, viditque poſt tergū arietem *De

inter vepres hærentem cornibus: quem aſſumens obtulit holocauſtum pro filio. ¶14 Appellauitque nomẽ loci illius, Dominus videt. Vnde vſque hodie dicitur, In mõte Dominus videbit. ¶15 Vocauit autem Angelus Domini
4.2.9. Abraham ſecundò de cælo. ¶16 Dicens, Per
4.d.11. memetipſum iuraui, dicit Dominus: quia feci
12.f.13 ſti hanc rem, & non pepercíſti filio tuo vnigenito propter me, ¶17 Benedicã tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & ve-
D luſ arenam quæ eſt in litore maris: poſſidebit & 15. ſemen tuũ portas inimicorũ ſuorum, ¶18 Et
5.a.4 BENEDICENTVR in ſemine tuo om-
d.25 nes gẽtes terræ, quia obediſti voci meæ. ¶19 Re-
15. uerſus eſt Abraham ad pueros ſuos, abierúntque Ber-ſabee ſimul, & habitauit ibi. ¶20 His itaque geſtis nuntiatũ eſt Abrahæ quòd Melcha quoq; genuiſſet filios Nachor fratri ſuo, ¶21 Hus primogenitum, & Buz fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum, ¶22 Et Caſed, & Azau, Pheldas quoque, & Iedlaph, ¶23 Ac Bathuel, de quo nata eſt Rebecca. octo iſtos genuit Melcha. Nachor fratri Abrahæ. ¶24 Cõcubina verò illius nomine Roma, peperit Tabee & Gaham & Thaas & Maaca.

## CAP. XXIII.

1 Sara mortua ſepelitur in agro quẽ emit Abraham à filiis Heth.

A VIxit autem Sara centum vigintiſeptẽ annis. ¶2 Et mortua eſt in Ciuitate Arbee, quæ eſt Hebron, in Terra Chanaan: veníteque Abrahã vt plangeret & fleret eam. ¶3 Quúmque ſurrexiſſet ab officio funeris, locutus eſt ad filios Heth, dicẽs, ¶4 Aduena ſum & peregrinus apud vos: date mihi ius ſepulchri vo-
biſcum, vt ſpeliam mortuum meum. ¶5 Reſponderunt filii Heth, dicentes, ¶6 Audi nos domine, princeps Dei es apud nos: in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuum tuum, nul
lúſque te prohibere poterit quin in monumẽ
B to eius ſepellas mortuum tuum. ¶7 Surrexit Abraham, & adorauit populũ terræ, filios videlicet Heth: ¶8 Dixitque ad eos, Si placet ani mæ veſtræ vt ſepeliam mortuum meum, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor: ¶9 Vt det mihi ſpeluncam duplicé quam habet in extrema parte agri ſui: pecunia digna tradat eam mihi corã vobis in poſſeſſionem ſepulchri. ¶10 Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Reſpõditque Ephron ad Abraham cunctis audentibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicẽs, ¶11 Neq; aquam ita fiet domine mi, ſed tu magis auſculta quod loquor. Agrum trado tibi,
C & ſpeluncam quæ in eo eſt, præſentibus filiis populi mei, ſepeli mortuum tuum. ¶12 Adorauit Abraham coram Domino &' populo terræ. ¶13 Et locutus eſt ad Ephron circunſtante plebe ei', Quæſo vt audias me. Dabo pecuniã pro agro: ſuſcipe eam, & ſic ſepeliam mortuũ meum in agro. ¶14 Reſpondítque Ephron,
¶15 Domine mi, audi me: terra quã poſtulas, quadringentos ſiclos argenti valet: iſtud eſt pretium inter me & te: ſed quantum eſt hoc ſepeli mortuum tuum. ¶16 Quod quum audiſſet Abraham, appendit pecuniã quã Ephron
D poſtulauerat, audientibus filiis Heth, quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ. ¶17 Confirmatúſque eſt ager quondam Ephronis i quo erat ſpelunca duplex reſpiciẽs Mambre: tam ipſe quàm ſpelunca, & omnes arbores eius in cũctis terminis eius per circuitum, ¶18 Abrahæ in poſſeſſionem, videntibus filiis Heth, & cunctis qui intrabant portam ciuitatis illius. ¶19 Atque ita ſepeliuit Abrahã Saram vxorem ſuam in ſpelunca agri dupli-
ci, quæ reſpiciebat Mambre, hæc eſt Hebron in Terra Chanaan. ¶20 Et confirmatus eſt ager & antrũ quod erat in eo, Abrahæ in poſſeſſionem monumenti à filiis Heth.

*qui

## CAP. XXIIII.

1 Abraham mittit ſeruum ad quærendam vxorem filio ſuo. 12 Fidelitas ſerui. 67 Rebecca pulchra datur Iſaac in vxorem.

A Erat autem Abrahã ſenex dierúmque multorum: & Dominus in cũctis benedixerat ei. ¶2 Dixitque ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ, qui præerat omnibus quæ habebat, Pone manũ tuam ſubter femur meũ: ¶3 Vt adiu-
rem te per *Deum cæli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: ¶4 Sed ad terrã & cognationem meam profiſciſcaris, & inde accipias vxorem filio meo Iſaac. ¶5 Reſpõdit ſeruus, Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, nũquid reducere debeo filiũ tuum ad locum de quo tu egreſſus eſt? ¶6 Dixitque Abraham, Cauе nequãdo reducas filiũ meum illuc. ¶7 Dominus cæli & terræ, qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meæ, qui locutus eſt mihi, & iurauit mihi, dicens, Semini tuo dabo terram hanc: ipſe mittet Angelum ſuum coram te, & accipies inde vxorem filio meo. ¶8 Si autem mulier noluerit ſequi te, non teneberis iuramento: filium meum tantum ne reducas illuc. ¶9 Poſuit ergo ſeruus manũ ſub femore Abraham domini ſui, & iurauit illi ſuper ſermone hoc. ¶10 Tulitque decem camelos de grege domini ſui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans ſecum, profectúſque perrexit in Meſopotamiã ad vrbem Nachor. ¶11 Quúmque camelos feciſſet accumbere extra oppidum iuxta puteũ aquæ veſpere, eo tempore quo ſolent mulieres egredi ad hauriendam aquam, ¶12 Dixit Domi-
num dicens', Domine Deus domini mei Abraham occurre obſecro mihi hodie, & fac miſericordiam cum domino meo Abrahã. ¶13 Ecce ego ſto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. ¶14 Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriam tuam vt bibam: & illa reſponderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipſa eſt quã præparaſti ſeruo tuo Iſaac, & per hoc intelligam quòd feceris miſericordiam cum domino meo Abraham'. ¶15 Nec dum intra ſe verba cõpleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filii Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habẽs hydriã in ſcapula. ¶16 Puella decẽra nimis, virgóq;
pulcherrima, & incognita viro. deſcẽderat autem ad fontẽ, & impleuerat hydriam aqua', ac reuertebatur. ¶17 Occurritque ei ſeruus, & ait, Bauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua. ¶18 Quæ reſpondit, Bibe domine mi. Celeritérque depoſuit hydriam ſu-

A

*Dominum

B

*Dixit

*ſuæ

per vlnam ſuã, & dedit ei potũ. ¶19 Quúmque ille bibiſſet, adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. ¶20 Effundénſque hydriã in canalibus, recurrit ad puteum vt hauiret aquam: & hauſtã omnibus camelis dedit. ¶21 Ipſe autem cõtemplabatur eam tacitus, ſcire volens vtrum proſperum iter ſuum feciſſet *Deus, an nõ. ¶22 Poſtquam autem biberũt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes ſiclos duos: & armillas totidem pondo ſiclorum decem. ¶23 Dixitque ad eam, Cuius es filia? indica mihi, eſt in domo patris tui locus ad manendum? ¶24 Quæ reſpõdit, Filia ſum Bathuelis filii *Nachor, quẽ peperit ei Melcha'. ¶25 Et addidit, dicens, Palearũ quoque & fœni plurimũ eſt apud nos, & locus ſpatioſus eſt ad manendum. ¶26 Inclinauit ſe homo, & adorauit Dominũ, ¶27 Dicens, Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abſtulit miſericordiam & veritatem ſuam à domino meo, & recto itinere me perduxit in domũ fratris domini mei. ¶28 Cucurrit itaque puella, & nũtiauit in domum matris ſuæ omnia quæ audierat. ¶29 Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban: qui feſtinus egreſſus eſt ad hominem vbi erat fons. ¶30 Quúmque vidiſſet inaures & armillas in manibus ſororis ſuæ, & audiſſet cuncta verba referentis, Hæc locutus eſt mihi homo: venit ad virũ qui ſtabat iuxta camelos, & prope fontem aquæ, ¶31 Dixitque ad eum, Ingredere benedicte Domini: cur foris ſtas? præparaui domum & locum camelis tuis. ¶32 Et introduxit eum in hoſpitium: ac deſtrauit camelos, deditque paleas & fœnũ, & aquam ad lauandos pedes camelorũ, & virorum qui venerant cum eo. ¶33 Et appoſitus eſt in conſpectu eius panis. Qui ait, Non comedam, donec loquar ſermones meos. Reſpondit ei, Loquere. ¶34 At ille, Seruus, inquit, Abraham ſum. ¶35 Et Dominus benedixit domino meo valde, magnificatúſque eſt: & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, ſeruos & ancillas, camelos & aſinos. ¶36 Et peperit Sara vxor domini mei filiũ domino meo in ſenectute ſua, deditque illi omnia quæ habuerat. ¶37 Et adiuranit me dominus meus dicens, Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito: ¶38 Sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorem filio meo. ¶39 Ego verò reſpondi domino meo, Quid ſi noluerit venire mecum mulier? ¶40 Dominus, ait, in cuius cõſpectu ambulo, mittet Angelum ſuum tecum, & diriget viam tuam: accipiésque vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. ¶41 Innocens eris à maledictione mea, quũ veneris ad proximos meos, & non dederint tibi. ¶42 Veni ergo hodie ad fontẽ aquæ, & dixi, Domine Deus domini mei Abraham, ſi direxiſti viam meam in qua nunc ambulo, ¶43 Ecce ſto iuxta fontem aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam audierit à me, Da mihi pauxillum aquæ ad bibẽdum de hydria tua: ¶44 Et dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriã: ipſa eſt mulier quã præparauit Dominus filio domini mei. ¶45 Dúmque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in ſcapula: deſcenditque ad fontem, & hauſit aquam. Et aio ad eam, Da mihi paululum bibere. ¶46 Quæ feſtinans depoſuit hydriam de humero, & dixit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camelos. ¶47 Interrogauique eam, & dixi, Cuius es filia? Quæ reſpondit, Filia Bathuelis ſum filii Nachor, quem peperit ei Melcha. Suſpẽdi itaque inaures ad ornãdam faciem eius, & armillas poſui in manibus eius. ¶48 Pronúſque adoraui Dominum, benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt ſumerẽ filiam fratris domini mei filio eius. ¶49 Quam ob rem ſi facitis miſericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi, vt vadam ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. ¶50 Reſpõderũntque Labã & Bathuel, A Domino egreſſus eſt ſermo: non poſſumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. ¶51 En Rebecca coram te eſt, tolle eam, & proficiſcere, & ſit vxor filii domini tui, ſicut locutus eſt Dominus. ¶52 Quod quum audiſſet puer Abraham, prõcidens adorauit in terram Dominum. ¶53 Prolatiſque vaſis argenteis, & aureis, ac veſtibus, dedit ea Rebeccæ pro munere: *fratribus quoque eius, & matri dona obtulit. ¶54 Inito conuiuio veſcẽtes pariter & bibentes, manſerunt ibi. Surgẽs autem mane, locutus eſt puer, Dimittite me, vt vadã ad dominum meũ. ¶55 Reſponderũntque *fratres eius & mater, Maneat puella ſaltem decẽ dies apud nos, & poſtea proficiſcetur. ¶56 Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viã meam: dimittite me vt pergam ad dominum meum. ¶57 Et dixerunt, Vocemus puellam, & quæramus ipſius voluntatem. ¶58 Quúmque vocata veniſſet, ſciſcitati ſunt, Vis ire cum homine iſto? Quæ ait, Vadam. ¶59 Dimiſerunt ergo eam, & nutricẽ illius Deboram, ſeruũmque Abraham, & comites eius, ¶60 Imprecantes proſpera ſorori ſuæ atque dicentes, Soror noſtra es, creſcas in mille millia, & poſſideat ſemen tuum portas inimicorũ ſuorũ. ¶61 Igitur Rebecca, & puellæ illius aſcenſis camelis ſecutæ ſunt virum: qui feſtinus reuertebatur ad dominum ſuum. ¶62 Eo autẽ tempore deambulabat Iſaac per viam quæ ducit ad Puteum, cuius nomen eſt Viuentis & videntis: habitabat enim in terra Auſtrali. ¶63 Et egreſſus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die: quúmq; eleuaſſet oculos, vidit camelos veniẽtes procul. ¶64 Rebecca quoque conſpecto Iſaac, deſcendit de camelo, ¶65 Et ait ad puerum, Quis eſt ille homo qui venit per agrum in occurſum nobis? Dixitque ei, Ipſe eſt dominus meus. At illa tollens cito pallũ ſuum, operuit ſe. ¶66 Seruus autẽ cuncta quæ geſſerat, narrauit domino ſuo Iſaac. ¶67 Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris ſuæ, & accepit eam vxorem: & intantum dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, temperaret.

CAP. XXV.

1 Abraham ducit Cęturam in vxorẽ. 2 Abraham moritur. 12 Genealogia Iſmaelis, & mors. 21 Natiuitas Iacob & Eſau. 30 Eſau vendit primogenita.

*Dominus,

*Melchæ, quę peperit Nachor.

*fratri

*frater

A Abraham verò aliam duxit vxorem nomine Cetûram: ¶2 Quæ peperit ei Zemram, & Iecſan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue. ¶3 Iecſan quoque genuit Saba & Dadan. r.c.32. ‖Filii Dadan fuerunt Aſſurim, & Latuſſim, & Laômim. ¶4 At verò ex Madian ortus eſt Epha, & Epher, & Henoch. & Abida, & Eldaa. omnes hi filii Cetûræ. ¶5 Dedit que Abraham cuncta quæ poſſederat, Iſaac: ¶6 Filiis autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo dum adhuc ipſe viueret, ad plagam Orientalem. ¶7 Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centû ſeptuagintaquinque anni. ¶8 Et deficiens mortuus eſt in ſenectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum: congregatúſque eſt ad populum ſuum. ¶9 Et ſepelierunt eum Iſaac & Iſmael filii ſui in ſpelûca duplici, quæ ſita eſt i agro Ephrô B filii Seor Hetthæi, e regione Mambre, ¶10 Quã ‖emerat à filiis Heth. ibi ſepultus eſt ipſe & Sara vxor eius. ¶11 Et poſt obitum illius benedixit Deus Iſaac filio eius, qui habitabat ‖iuxta Puteum nomine Viuentis & videntis. ¶12 Hæ ſunt generationes Iſmael filii Abrahæ quem peperit ei Agar AEgyptia, famula Saræ: ¶13 Et hæc nomina filiorum eius in vocabulis & generationibus ſuis. ‖Primogenitus Iſmaelis Nabaioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mabſam, ¶14 Maſma quoq; & Duma, & Maſſa, ¶15 Hadad, & Thema, & Ietur, & Naphis, & Cedma. ¶16 Iſti ſunt filii Iſmaelis: & hæc nomina per caſtella & oppida eorû, duodecim principes tribuum ſuarum. ¶17 Et facti ſunt anni vitæ Iſmaelis centum triginta ſeptem, defecíenſque mortuus eſt, & appoſitus ad populum ſuum. ¶18 Habitauit autẽ ab Heuila vſque Sur, quæ reſpicit AEgyptum introeũtibus Aſſyrios, coram cunctis fratribus ſuis obiit. ¶19 Hæ quoque ſunt generationes Iſaac filii Abraham. Abraham genuit Iſaac: ¶20 Qui quum quadraginta eſſet annorum, duxit vxorẽ Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Meſopotamia, ſororem Laban. ¶21 Deprecatúſque eſt Iſaac Dominum pro vxore ſua, eo quòd eſſet ſterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. ¶22 Sed collidebantur in vtero eius parui: quæ ait, Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit ‖concipere? Perrexitque Rebecca vt conſuleret Dominum. ¶23 Qui reſpõdens ait, 10. ‖Quæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populúſque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. ¶24 Iã tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in 3. vtero eius reperti ſunt. ¶25 ‖Qui primus egreſ D ſus eſt, rufus erat, & totus in morem pellis hiſpid': vocatúmq; eſt nomẽ eius Eſau. ¶26 Protinus alter egreditens, plantam fratris tenebat manu: & ideirco appellauit eum Iacob. ‖Sexagenarius erat Iſaac quando nati ſunt ei parui. ¶27 Quibus adultis fact' eſt Eſau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir ſimplex habitabat in tabernaculis. ¶28 Iſaac amabat Eſau, eo quòd de venationibus illius veſceretur: & Rebecca diligebat Iacob.

¶29 Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem quum veniſſet Eſau de agro laſſus, ¶30 Ait, Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò laſſus ſum. Quam ob cauſam vocatum eſt nomen eius ‖Edom. ¶31 Cui dixit Iacob, Vẽde mihi primogenita tua. ¶32 Ille reſpondit, Ecce morior, quid mihi proderunt primogenita? ¶33 Ait Iacob, Iura ergo mihi. Iurauit ei Eſau, ‖& vendidit primogenita. ¶34 Et ſic accepto pane & lentis edulio comedit, & bibit, & abiit. paruipendens quòd primogenita vendidiſſet.

Abdiæ 1.2.

Hebr.12.d.16.

## CAP. XXVI.

3 Promiſſio de Chriſto facta Iſaac. 8 Obiurgatur Iſaac ab Abi-mèlech, quòd dixiſſet Rebeccam eſſe ſororem ſuam. 15 Iurgiũ paſtorum propter puteos. 26 Abi-mèlech init fœdus cum Iſaac. 34 Bigamia Eſau.

ORta autem fame ſuper terram poſt eã ſterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Iſaac ad Abi-mèlech regem Paleſtinorum in Gerara. ¶1 Apparuitque ei Dominus, & ait, ‖Ne deſcendas in AEgyptũ, ſed quieſce in terra quã dixero tibi. ¶2 Et peregrinare in ea, eróque tecum, & benedicam tibi: tibi enĩ & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones has, ‖complens iuramentũ quod ſpopondi Abraham patri tuo. ¶4 Et multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli: dabóque poſteris tuis vniuerſas regiones has: & ‖IN SEMINE TVO omnes gentes terræ. ¶5 Eo quòd obedierit Abraham voci meæ, & cuſtodierit præcepta & mandata mea, & ceremonias legẽ ſq; ſeruauerit. ¶6 Manſit itaque Iſaac in Geraris. ¶7 Qui quũ interrogaretur à viris loci illius ſuper vxore ſua, reſpondit, Soror mea eſt. timuerat enim confiteri quòd ſibi eſſet ſociata cõiuglo: reputãs, ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem. ¶8 Quúmque pertrãſiſſent dies plurimi, & ibidem moraretur, proſpiciens Abi-mèlech rex Paleſtinorum per feneſtram, vidit eum ſocantem cũ Rebecca vxore ſua. ¶9 Et accerſito eo ait, Perſpicuũ eſt quòd vxor tua ſit: cur mentitus es eam ſororẽ tuam eſſe? Reſpondit, Timui ne morerer propter eã. ¶10 Dixitque Abi-mèlech, Quare impoſuiſti nobis? potuit coire quiſpiam de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos grãde peccatum. ¶11 Præcepitque omni populo, dicens, Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. ¶12 Seuit autem Iſaac in terra illa, & inuenit in ipſo anno centuplum: benedixitque ei Dominus. ¶13 Et locupletatus eſt homo, & ibat proficiens atque ſuccreſcens: donec magnus vehementer effectus eſt. ¶14 Habuitque poſſeſſiones ouium & armentorum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Paleſtini. ¶15 Omnes puteos quos foderant ſerui patris illius Abraham, illo tẽpore obſtruxerunt, implentes humo. ¶16 Tandem vt ipſe Abi-mèlech diceret ad Iſaac, Recede à nobis, quoniã potentior nobis factus es valde. ¶17 Et ille diſcedẽs vt veniret ad Torrẽtem Geraræ, habitaret ibi: ¶18 Rurſum fodit alios puteos, quos foderant ſerui patris ſui Abraham, & quos illo mortuo olim obſtruxerant Philiſthiim: appellauitque eos eiſdem nominibus quibus antè pater vocauerat. ¶19 Foderũtque in Torrente, & repererunt aquam viuam. ¶20 Sed & ibi iurgium fuit paſtorũ Geraræ aduerſus paſtores Iſaac, dicẽtium, Noſtra eſt aqua: quam ob rem nomẽ putei ex eo quod acciderat, vo-

Gen.12.b.7.& 13.15.b.18.

Gen.12.a.3.& 18.18.& 22.d.18. Act.3.c.25. Gal.3.c.8.

Gen.18.c.19.

cauit Calumuiam. ¶ 21 Foderunt autem & alium: & pro illo quoque rixati sunt, appellauitque eum Inimicitias. ¶ 22 Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderũt: itaque vocauit nomen eius Latitudo: dicens, Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terram. ¶ 23 Ascendit autem Isaac ex illo loco in Ber-sabee, ¶ 24 Vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte, dicens, Ego sum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecũ sum: benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum propter seruum meũ Abraham. ¶ 25 Itaque ædificauit ibi altare Domino: & inuocato nomine Domini extendit tabernaculum: præcepitque seruis suis vt foderent puteũ. ¶ 26 Ad quem locũ quũ venissent de Geraris Abi-mẽlech, & Ochozath amicus illi', & Phichol dux militum, ¶ 27 Locutus est eis Isaac, Quid venistis ad me hominem quem odistis, & expulistis à vobis? ¶ 28 Qui responderunt, Vidimus tecum esse Dominum: & ideirco nos diximus, Sit iuramentum inter nos, & iuncamus fœdus: ¶ 29 Vt non facias nobis quicquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet, sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini. ¶ 30 Fecit ergo eis conuiuium: & post cibum & potum ¶ 31 Surgentes mane, iurauerunt sibi mutuò: dimisitque eos Isaac pacifice in locum suum. ¶ 32 Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac annuntiantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes, Inuenimus aquam. ¶ 33 Vnde appellauit eum Abundantiam: & nomen vrbi impositum est Ber-Sabee, vsque in præsentem diem. ¶ 34 Esau verò quadragenarius duxit vxores duas' Iudith filiam Beeri Hethæi, & Basemath filiam Elon eiusdé loci: ¶ 35 ‖ Quæ am bæ offenderant animum Isaac & Rebeccæ.

CAP. XXVII.

¶ Iacob per astutiam matris præripit benedictionem Esau. 41 Esau odium in Iacob.

A Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre nõ poterat: vocauitque Esau filium suum maiorem, & dixit ei, Fili mi? Qui respondit, Adsum. ¶ 2 Cui pater, Vides, inquit, quòd senuerim, & ignorem diẽ mortis meæ. ¶ 3 Sume arma tua, & pharetram, & arcum, & egredere foras. Quúmque venatu aliquid apprehenderis, ¶ 4 Fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea antequam moriar. ¶ 5 Quod quum audisset Rebecca, & ille abiisset in agrũ vt iussionẽ patris impleret. ¶ 6 Dixit filio suo Iacob, Audiui patrẽ tuum loquẽtem cum Esau fratre tuo, & dicẽtem ei, ¶ 7 Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequã moriar. ¶ 8 Nunc ergo fili mi acquiesce consilijs meis: ¶ 9 Et pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quib' libẽter vescitur: ¶ 10 Quas quũ intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. ¶ 11 Cui ille respondit, Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: ¶ 12 Si attrectauerit me pater meꝰ, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione. ¶ 13 Ad quem mater, In me sit, ait, ista maledictio fili mi: tãtum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. ¶ 14 Abiit, & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos sicut velle nouerat patrem illius. ¶ 15 Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum: ¶ 16 Pelliculásque hœdorũ circũdedit manibus, & colli nuda protexit. ¶ 17 Deditque pulmẽtum, & panes quos coxerat, tradidit. ¶ 18 Quibus illatis dixit, Pater mi? At ille respondit, Audio: quis es tu fili mi? ¶ 19 Dixitque Iacob, Ego sum primogenitus tuus Esau: feci tibi sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. ¶ 20 Rursúmque Isaac ad filium suum, Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti fili mi? Qui respondit, Voluntas Dei fuit vt citò occurreret mihi quod volebã. ¶ 21 Dixitque Isaac, Accede ad me, vt tangam te fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non. ¶ 22 Accessit ille ad patrem: & palpato eo, dixit Isaac, Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. ¶ 23 Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi, ¶ 24 Ait, Tu es filius meus Esau? Respõdit, Ego sum. ¶ 25 At ille, Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos quũ oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum: quo hausto, ¶ 26 Dixit ad eum, Accede ad me, & da mihi osculũ fili mi. ¶ 27 Accessit, & osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorum illius fragrantiã, benedicens illi, ait, Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. ¶ 28 Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terræ, abundantiam frumenti & vini & oleꝰ. ¶ 29 Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuæ. qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. ¶ 30 Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras, venit Esau, ¶ 31 Coctósque de venatione cibos intulit patri, dicens, Surge pater mi, & comede de venatione filii tui. vt benedicat mihi anima tua. ¶ 32 Dixitque illi Isaac, Quis enim es tu? Qui respondit, Ego sum filius tuus primogenitus Esau. ¶ 33 Expauit Isaac stupore vehementi: & vltrà quàm credi potest admirãs, ait, Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus prius quàm tu venires: benedixique ei, & erit benedictus? ¶ 34 Auditis Esau sermonibus patris, irruglit clamore magno: & consternatus ait, Benedic etiam & mihi, pater mi. ¶ 35 Qui ait, Venit germanus tuus fraudulẽter, & accepit benedictionẽ tuã. ¶ 36 At ille subinuxit, Iuste vocatũ est nomen eius Iacob: supplãtauit enim me en altera vice: primogenita mea ante tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam. Rursúmque ad patrem, Nunquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem? ¶ 37 Respondit Isaac, Dominum tuum illum constituì, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui: frumento & vino & oleo stabilui eum, & tibi post hæc fili mi vltrà quid faciam? ¶ 38 Cui Esau, Num vnam, inquit, tantum benedictionẽ habes pater? mihi quoque

[a] vxorem 1.17.5.46.

[b] Heb.

[c] D

[d] E

[e] F

[f] 1.25.

obsecro vt benedicas. Quāmq; elulatu magno fleret. ¶31 Mortus Isaac dixit ad eum. In pinguedine terræ. & in rore cæli desuper erit benedictio tua. ¶40 Viues in gladio, & fratri tuo seruies: tempúsque veniet quū excutias & solues iugū eius de ceruicibus tuis. ¶41 Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitque in corde suo, Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meū. ¶42 Nuntiata sunt hæc Rebeccæ: quæ mittēs, & vocans Iacob filium suum, dixit ad eum, Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te. ¶43 Nunc ergo fili mi, audi vocem meā & consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran: ¶44 Habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, ¶45 & cesset indignatio eius, obliuiscatúrque eorum quæ feceris in eum: postea mittā, & adducam te inde huc. cur vtroque orbabor filio in vno die? ¶46 Dixitque Rebecca ad Isaac, Taedet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere.

CAP. XXVIII.

1 Mittitur Iacob in Mesopotamiam ad Laban pro vxore. 6 Esau ducit Ismaelitidem. 11 Visio scalæ facta Iacob in via. 14 Promittitur Christus. 19 Bethel, quæ prius Luza. 20 Votum Iacob.

A Vocauit itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitque ei dicens, Noli accipere cōiugem de genere Chanaan: ¶2 sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuel patrem matris tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. ¶3 Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat atque multiplicet: vt sis in turbas populorum. ¶4 Et det tibi benedictiones Abrahæ, & semini tuo post te: vt possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo. ¶5 Quūmque dimisisset eū Isaac, profectus peruenit in Mesopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem B Rebeccæ matris suæ. ¶6 Videns autem Esau quòd benedixisset pater suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiam Syriæ, vt inde vxorem duceret: & quòd post benedictionem præcepisset ei, dicens, Non accipies vxorem de filiabus Chanaan: ¶7 Quòdque obediens Iacob parentibus suis, isset in Syriam: ¶8 Probans quoque quòd non libenter aspiceret filias Chanaā pater suus: ¶9 Iuit ad Ismaelem, & duxit vxorem absque iis quas prius habebat, Maheleth filiam Ismael filii Abraham, sororem Nabaioth. ¶10 Igitur egressus Iacob de Ber-sabee, pergebat Haran. ¶11 Quúmque venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidi C bus qui iacebant, & supponēs capiti suo, dormiuit in eodem loco. ¶12 Vidit que in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cælum: Angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam: ¶13 Et Dominum innixum scalæ dicentem sibi, Ego sum Dominus Deus Abrahā patris tui, & Deus Isaac. Terram in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. ¶14 Eritque semen tuū quasi pulvis terræ: dilataberis ad Orientem, & Occidentem, & Septentrionē, & Meridiem: & ĪN E. NEDICENTVR IN VE & in semine tuo cunctæ tribus terræ. ¶15 Et ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terrā hanc: nec dimittam nisi compleuero vniuersa quæ dixi. ¶16 Quúmque euigilasset Iacob de somno, ait, Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. ¶17 Quámque terribilis est, inquit, locus iste! non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cæli. ¶18 Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundēs oleum desuper. ¶19 Appellauitque nomen vr bis Beth-el, quæ prius Luza vocabatur. ¶20 Vouit etiam votum, dicens, Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescēdum, & vestimentum ad induendum. ¶21 Reuersúsque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi Dominus in Deum, ¶22 Et lapis iste quē erexi in titulum, vocabitur domus Dei: cūctorúmque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

CAP. XXIX.

1 Venit Iacob ad Laban. 18 Seruit septem annis pro Rachel. 23 Supponitur Lia. 29 Ducit vtrasque. 31 Concipit Lia.

PRofectus ergo Iacob venit in terrā Orientalem. ¶2 Et vidit puteū in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. ¶3 Morisque erat vt cūctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent. ¶4 Dixit ergo ad pastores, Fratres, vnde estis? Qui respōderunt, De Haran. ¶5 Quos interrogans, Nunquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerūt, Nouimus. ¶6 Sanúne est, inquit? Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. ¶7 Dixitque Iacob, Adhuc multum dies superest, nec est tempus vt reducantur ad caulas greges: date ante potum ouib, & sic eas ad pastū reducite. ¶8 Qui responderunt, Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaqueimus greges. ¶9 Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregem ipsa pascebat. ¶10 Quam quum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouésque Laban auūculi sui: amouit lapidē quo puteus claudebatur. ¶11 Et adaquato grege osculatus est eam: & eleuata voce fleuit. ¶12 Et iudicauit ei quòd frater esset patris sui, & filius Rebeccæ: at illa festinās nuntiauit patri suo. ¶13 Qui quum audisset ve nisse Iacob filium sororis suæ, occurrit obuiā ei: complexúsque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Audiris autem causis itineris, ¶14 Respōdit, Os meum es & caro mea. Et postquam impleti sunt dies mensis vnius, ¶15 Dixit ei. Num quia frater meus es, gratis seruies mihi? dic qd mercedis accipias. ¶16 Habebat verò duas filias: nomen maioris Lia, minor verò appellabatur Rachel. ¶17 Sed Lia, lippis erat oculis, Rachel decōra facie, & venusto aspectu. ¶18 Quam diligens Iacob, ait, C Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, septem annis. ¶19 Respondit Laban, Melius est vt tibi eam dem quàm alteri viro: mane apud me. ¶20 Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septē

annis: & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. ¶ 21 Dixitque ad Laban, Da mihi vxorem meam: quia iam tempus impletum eſt, vt ingrediar ad illam. ¶ 22 Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuiũ, fecit nuptias. ¶ 23 Et veſpere Liam filiam ſuam introduxit ad eum, ¶ 24 Dans ancillã filiæ, Zelphã nomine. Ad quam quũ ex more Iacob ſuiſſet ingreſſus, ¶ 25 Facto mane vidit Liam: & dixit ad ſocerum ſuum, Quid eſt quod facere voluiſti? nõne pro Rachel ſeruiui tibi? quare impoſuiſti mihi? ¶ 26 Reſpondit Laban, Non eſt in loco noſtro conſuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. ¶ 27 Imple hebdomadam dierũ huius copulæ: & hanc quoque dabo tibi pro opere quo ſeruitur a me mihi ſepte annis aliis. ¶ 28 Acquieuit placito: & hebdomada tranſacta, Rachel duxit vxorẽ: ¶ 29 Cui pater ſeruam Balam tradiderat. ¶ 30 Tandémque potitus optatis nuptiis, amorem ſequẽtis priori prætulit, ſeruiens apud eum ſeptem annis aliis. ¶ 31 Videns autem Dominus quòd deſpiceret Liam, aperuit vuluam eius, ſororẽ ſterili permanente. ¶ 32 Quæ conceptum genuit filiũ, vocauitque nomen eius Ruben, dicens, vidit Dominus humilitatem meam: nunc amabit me vir meus. ¶ 33 Rurſũmque concepit & peperit filium, & ait, Quoniam audiuit me Dominus haberi cõtemptui, dedit etiam iſtũ mihi. Vocauitque nomen eius Simeõ. ¶ 34 Con cepitque tertiò, & genuit alium filium: dixitque, Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios. & idcir co appellauit nomẽ eius Leui. ¶ 35 Quartò cõ cepit, & peperit filium, & ait, Modò cõfitebor Matth.1.2.1. Domino. & ob hoc vocauit eum Iudam: ceſſa uitque pátere.

CAP. XXX.

1 Rachel & Lia ſteriles dant marito ancillas. 24 Paciſcuntur pro mandragoris. 31 Iacob decipit Laban in conceptu pecorum.

A CErnens autem Rachel quòd infœcũda eſſet, inuidit ſorori ſuæ, & ait marito ſuo, Da mihi liberos, alioquin moriar. ¶ 2 Cui iratus reſpondit Iacob, Num pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris tui? ¶ 3 At illa, Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illam, vt pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios. ¶ 4 Deditque illi Balam in coniugium: quæ ingreſſo ad ſe viro. ¶ 5 Concepit, & peperit nlium. ¶ 6 Dixitque Rachel, Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium. & idcirco appellauit nomẽ eius Dan. ¶ 7 Rurſũmque Bala concipiens, peperit alterum: ¶ 8 Pro quo ait Rachel, Compa B rauit me Dominus cum ſorore mea, & inualui. vocauitque eum Nephthali. ¶ 9 Sentiens Lia quòd párere deſiiſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit. ¶ 10 Qua poſt conceptũ edente filium, ¶ 11 Dixit, Fœliciter. & idcirco vocauit nomen eius Gad. ¶ 12 Peperit quoque Zelpha alterũ. ¶ 13 Dixitque Lia. Hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent omnes mulieres. propterea appellauit eum Aſer. ¶ 14 Egreſſus autem Ruben tempore meſſis triticeæ in agrũ, reperit mandragoras: quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel, Da mihi partem de mandragoris filii tui. ¶ 15 Illa reſpondit, Parúmne tibi videtur quòd præripueris maritum mihi, niſi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait Rachel, Dormiat tecum hac C nocte pro mandragoris filii tui. ¶ 16 Redeuntique ad veſperam Iacob de agro, egreſſa eſt in occurſum eius Lia, & ait, Ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Dormiuitque cum ea, nocte illa. ¶ 17 Et exaudiuit Deus preces eius: conceptque, & peperit filium quintum. ¶ 18 Et ait, Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo. appellauitque omen eius Iſſachar. ¶ 19 Rurſum Lia concipiens peperit ſextum filium. ¶ 20 Et ait, Dotauit me Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei ſex filios. & idcirco appellauit nomẽ eius Zabulõ. ¶ 21 Poſt quem peperit filiam nomine Dinan. ¶ 22 Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. ¶ 23 Quæ concepit, & peperit filium, dicens, Abſtulit Deus opprobrium meum. ¶ 24 Et vocauit nomen eius Ioſeph, dicens, Addat mihi Dominus filiũ alterum. ¶ 25 Nato autem Ioſeph, dixit Iacob ſocero ſuo, Dimitte me vt reuertar in patriã meam, & ad terram meam. ¶ 26 Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam: tu verò noſti ſeruitutem qua ſeruiui tibi. ¶ 27 Ait illi Laban, Inueniam gratiam in conſpectu tuo (experimento didici quia benedixerit mihi Deus propter te) ¶ 28 Conſtitue mercedem tuã, quam dem tibi. ¶ 29 At ille reſpondit, Tu noſti quomodo ſeruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit poſſeſſio tua. ¶ 30 Modicum habuiſti antequam venirem ad E te, & nunc dines effectus es: benedixitque tibi Deus ad introitum meum: iuſtum eſt igitur vt aliquãdo prouideam* domui meæ. ¶ 31 Dixit- *etia
que Laban, Quid tibi dabo? At ille ait, Nihil volo: ſed ſi feceris quod poſtulo, iterũ paſcã, & cuſtodiam pecora tua. ¶ 32 Gyra omnes greges tuos, & ſepara cunctas oues varias, & ſparſo vellere: & quodcunque furuum & maculoſum, variúmque fuerit, tam in ouibus quàm in capris, erit merces mea. ¶ 33 Reſpondebitque mihi cras iuſtitia mea, quãdo placiti tempus aduenerit, coram te: & omnia quæ non fuerint varia, & maculoſa, & furua, tã in ouibus quàm in capris, furti me argues. ¶ 34 Dixitque Laban, Gratũ habeo quod petis. ¶ 35 Et F
ſeparauit in die illa capras, & oues, & hircos, & arietes varios, atque maculoſos: cunctũ autem gregem vnicolorem, id eſt albi & nigri velleris, tradidit in manu filiorũ ſuorũ. ¶ 36 Et poſuit ſpatium itineris trium dierum inter ſe & generum, qui paſcebat reliquos greges eius. ¶ 37 Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas: detractiſq; corticibus. in his quæ ſpoliata fuerant candor apparuit: illa ve rò quæ integra fuerant, viridia permanſerũt: atque in hũc modũ color effectus eſt varius. ¶ 38 Poſuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt quũ veniſſent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas. & in aſpectu earum conciperent. ¶ 39 Factúmque eſt vt G
in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas, & párerent maculoſa, & varia, & diuerſo colore reſperſa. ¶ 40 Diuiſitque gregem Iacob,

& poſuit virgas in canalibus ante oculos arie
tum: erant autē alba & nigra quæque, Laban:
cæteraverō, Iacob, ſeparatis inter ſe gregibus.
¶41 Igitur quando primo tēpore aſcendeban
tur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus: a
quarum ante oculos arietum & ouium, vt in
earum contemplatione cōciperent: ¶42 Quā-
do verō ſerotina admiſſura erat, & conceptus
extremus, non ponebat eas. Sicq́ue ſunt ea
quæ erant ſerotina, Laban: & quæ primi tem-
poris, Iacob. ¶43 Ditauit ſq; eſt homo vltra mo
dū, & habuit greges multos, ancillas & ſeruos,
camelos & aſinos. CAP. XXXI.

1 Iuſſu Dei Iacob fugit: Laban. 19 Rachel
furatur patris idola. 23 Inſequitur Labā. 43 Fœ
dus inter Iacob & Laban.

A Poſtquam autem audiuit verba filiorum La
ban dicētium, Tulit Iacob omnia quæ fue-
rūt patris noſtri, & de illius facultate ditatus,
factus eſt iuxta tus: ¶2 Animaduertit quoque
faciem Laban quōd non eſſet erga ſe ſicut he-
ri & nudiuſtertius, ¶3 Maximē dicēte ſibi Do
mino, Reuertere in terram patrum tuorum, &
ad generationem tuam, erōque tecum: ¶4 Miſit*, & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi
paſcebat greges, ¶5 Dixitque eis, Video faciem
patris veſtri, quōd non ſit erga me ſicut heri
& nudiuſtertius. Deus autē patris mei fuit me-
cum. ¶6 Et ipſe noſtis quōd totis viribus meis
ſeruierim patri veſtro. ¶7 Sed & pater veſter
circunuēnit me, & mutauit mercedem meā de-
cem vicibus: & tamen nō dimiſit eum Deus vt
noceret mihi. ¶8 Siquando dixit, Variæ erunt
mercedes tuæ: pariēbāt omnes oues varios fœ
tus, quando verō econtrario ait, Alba quæque
B accipies pro mercede: omnes greges alba pepe
rerunt. ¶9 Tulitque Deus ſubſtantiam patris
veſtri, & dedit mihi. ¶10 Poſtquam enim con-
ceptus ouium tempus aduenerat, leuaui ocu-
los meos, & vidi in ſomnis aſcendentes mares
ſuper fœminas, varios, reſperſos, & maculo-
ſos, & diuerſorum colorum. ¶11 Dixitque An-
gelus Dei ad me in ſomnis, Iacob? Et ego re-
ſpondi, Adſum. ¶12 Qui ait, Leua oculos tuos,
& vide vniuerſos maſculos aſcendentes ſuper
fœminas, varios, maculoſos, atque reſperſos.
Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban. ¶13 E-
go ſum Deus Beth el, vbi vnxiſti lapidem, &
votum vouiſti mihi. Nunc ergo ſurge & egre-
dere de terra hac, reuertens in terram natiuita
tis tuæ. ¶14 Reſponderūntque Rachel, & Lia,
Nunquid habemus reſidui quicquam in facul
tatibus, & hæreditate domus patris noſtri?
¶15 Nōne quaſi alienas reputauit nos, & ven
didit, comeditque pretium noſtrum? ¶16 Sed
De' tulit opes patris noſtri, & eas tradidit no-
C bis, ac ſiliis noſtris: vnde omnia quæ præcepit
tibi Deus, fac. ¶17 Surrexit* autem Iacob: & im-
poſuit liberis, ac coniugibus ſuis ſuper came-
los, abiit. ¶18 Tulitque omnem ſubſtantiā ſu-
am, & greges, & quicquid in Meſopotamia ac-
quiſierat, pergēs ad Iſaac patrē ſuum in Ter-
ram Chanaan. ¶19 Eo tempore ierat Laban ad
tondendas oues, & Rachel furata eſt idōla pa
tris ſui. ¶20 Noluitque Iacob confiteri ſocero
ſuo quōd fugeret. ¶21 Quūmque abiiſſet tam
ipſe quām omnia quæ iuris ſui erāt, & amne
tranſmiſſo pergeret contra Montem Galaad:
¶22 Nuntiatum eſt Laban die tertio quōd fu-
geret Iacob. ¶23 Qui aſſumptis fratribus ſuis,
perſecutus eſt eum diebus ſeptem: & compre-
hendit eum in Mōte Galaad. ¶24 Veniturque in
ſomnis dicentem ſibi Dominū, Cāue ne quic-
quam aſperē loquaris contra Iacob. ¶25 Iām- D
que Iacob extenderat in mōte tabernaculum:
quūmque ille cōſecutus fuiſſet eum, cum fra-
tribus ſuis in eodē Monte Galaad fixit tento-
riū. ¶26 Et dixit ad Iacob, Quare ita egiſti, vt
clām me abigeres filias meas quaſi captiuas glā
dio? ¶27 Cur ignorāte me fugere voluiſti, nec
indicare mihi: vt proſequerer te cum gaudio,
& canticis, & tympanis, & citharis? ¶28 Nō es
paſſus vt oſculārer filios meos & filias: ſtultē
operatus es & nunc quidem. ¶29 Valet manus
mea reddere tibi malum: ſed Deus patris* tui* veſtri
heri dixit mihi, Cāue ne loquaris* contra Ia- cum
cob quicquam durius. ¶30 Eſto, ad tuos ire cu
piebas, & deſyderio erat tibi domus patris tui:
cur furatus es deos meos? ¶31 Reſpōdit Iacob,
Quōd inſcio te profectus ſum, timui ne vio-
ter auferres filias tuas. ¶32 Quōd autem furti
me arguis: apud quemcunque inueneris deos
tuos, necetur. cora fratribus noſtris ſcrutare,
quicquid tuorū apud me inueneris auferæ.
dicēs, ignorabat quōd Rachel furata eſſet idō E
la. ¶33 Ingreſſus itaque Laban tabernaculum
Iacob & Liæ, & vtriuſque famulæ, non inue-
nit. Quūmque intraſſet tentorium Rachelis,
¶34 Illa feſtinans abſcondit idōla ſubter ſtra
menta cameli, & ſedit deſuper: ſcrutantique
omne tentorium, & nihil inuenienti, ¶35 Ait,
Ne iraſcatur dominus meus, quōd coram te aſ-
ſurgere nequeo: quia iuxta cōſuetudinem fœ-
minarum nunc accidit mihi. ſic de uſa ſolici-
tudo quærentis eſt. ¶36 Sumēſque Iacob, cū
iurgio ait, Quam ob culpam meā, & ob quod
peccatum meum ſic exarſiſti poſt me, ¶37 Et
ſcrutatus es omnem ſupellectilem meā? Quid
inueriſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? po
ne hic coram fratribus meis, & fratribus tuis,
& iudicent inter me & te. ¶38 Idcirco viginti
annis fui tecum: oues tuæ & capræ ſteriles nō
fuerunt, arietes gregis tui nō comēdi. ¶39 Nec
captum à beſtia oſtendi tibi, ego damnum o- F
mne reddebam: quicquid furto peribat, à me Exod. 22. c. 1.
exigebas: ¶40 Die noctuque æſtu* vrgebar*, & vrebar,
gelu, fugiebatq; ſomn* ab oculis meis. ¶41 Sic-
que per viginti annos in domo tua ſeruiui ti-
bi, quatuordecim pro filiabus, & ſex pro gregi
bus tuis: immutaſti quoque mercedem meam
decem vicibus. ¶42 Niſi Deus patris mei Abra
ham, & timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitā mo-
dō nudum me dimiſiſſes: afflictionem meā &
laborem manuum mearum reſpexit Deus, &
arguit te heri. ¶43 Reſpondit ei Laban, Filiæ
meæ & filii & greges tui, & omnia quæ cernis,
mea ſunt: quid poſſum facere filiis & nepoti-
bus meis? ¶44 Veni ergo, & ineamus fœdus: vt
ſit in teſtimoniū inter me & te. ¶45 Tulit ita-
que Iacob lapidem, & erexit illum in titulū.
¶46 Dixitque fratribus ſuis, Afferte lapides.
Qui congregantes fecerunt tumulum, comē-
dērūntque ſuper eum. ¶47 Quem vocauit La
ban, Tumulum teſtis: & Iacob, Acerūt teſti-
monii, vterq; iuxta proprietatē linguæ ſuæ.
¶48 Dixitque Laban, Tumulus iſte erit teſtis G

inter me & te hodie: & idcirco appellatum eſt
nomen eius Galaad, id eſt Tumulus teſtis. ¶48 Et
adiecit Laba', ¶49 Intueatur & iudicet Domi-
nus inter nos quãdo receſſerim' à nobis, ¶50 Si
afflixeris filias meas, & ſi introduxeris alias u-
xores ſuper eas: nullus ſermonis noſtri teſtis
eſt abſq; Deo, qui præſens reſpicit. ¶51 Dixit-
que rurſus ad Iacob. In tumulus hic, & lapis
quẽ erexi inter me & te, ¶52 Teſtis erit: tumu-
lus, inquam. iſte & lapis ſint in teſtimonium,
ſi aut ego trãſiero illum pergens ad te: aut tu
præterieris, malum mihi cogitans. ¶53 Deus
Abraham & Deus Nachor iudicet inter nos,
Deus patris eorum. Iuranit ergo Iacob per ti-
morem patris ſui Iſaac: ¶54 Immolatiſque vi
ctimis in Monte, vocauit fratres ſuos vt ederẽt
panem. Qui quum comediſſent, manſerũt ibi.
¶55 Laban verò de nocte conſurgens, oſculatus
eſt filios & filias ſuas, & benedixit illis: re-
uerſúſq; eſt in locũ ſuũ. CAP. XXXII.

1 Angelorũ viſione Deus confortat Iacob.
13 Mittit munera ad Eſau fratrem. 24 Luctatur
cum Angelo. 28 Appellatur Iſrael.

IAcob autẽ abiit in itinere quod cœperat:
fuerũntque ei obuiam Angeli Dei. ¶2 Quos
quum vidiſſet, ait, Caſtra Dei ſunt hæc. & ap-
pellauit nomen loci illius Mahanãim, id eſt
Caſtra. ¶3 Miſit autem & nuntios ante ſe ad
Eſau fratrem ſuum in Terram-Seir, In Regio-
nem-Edom: ¶4 Præcepitque eis, dicens, Sic lo-
quimini domino meo Eſau, Hæc dicit frater
tuus Iacob, Apud Laban peregrinatus ſum, &
fui vſque in præſentem diem. ¶5 Habeo boues
& aſinos & oues, & ſeruos & ancillas: mittõq;
nunc legationẽ ad dominum meum, vt inue-
niam gratiã in conſpectu tuo. ¶6 Reuerſique
ſunt nuntii ad Iacob, dicentes, Venimus ad E-
ſau fratrem tuum, & ecce properat in occur-
ſum tuum cum quadringẽtis viris. ¶7 Timuit
Iacob valde: & perterritus diuiſit populũ qui
ſecum erat, greges quoque & oues & boues &
camelos in duas turmas, ¶8 Dicens, Si venerit
Eſau aduuam turmam, & percuſſerit eam, alia
turma quæ reliqua eſt, ſaluabitur. ¶9 Dixitq;
Iacob, Deus patris mei Abraham, & Deus pa-
tris mei Iſaac: Domine qui dixiſti mihi, Reuer
tere in terram tuam, & in locum natiuitatis
tuæ, & benefaciam tibi: ¶10 Minor ſum cũctis
miſerationibus tuis, & veritate tua quam ex-
pleuiſti ſeruo tuo. In baculo meo tranſiui Ior-
danem iſtum, & nunc cum duabus turmis re-
gredior. ¶11 Erue me de manu fratris mei Eſau,
quia valde eum timeo: ne forte veniens percu
tiat matrem cũ filiis. ¶12 Tu locutus es quòd
benefaceres mihi, & dilatares ſemen meum ſi-
cut arenam maris, quæ præ multitudine nu-
merari non poteſt. ¶13 Quúmque dormiſſet i-
bi nocte illa, ſeparauit de his quæ habebat mu
nera Eſau fratri ſuo, ¶14 Capras ducentas, hir
cos viginti, oues ducentas, & arietes viginti,
¶15 Camelos fœtas cũ pullis ſuis triginta, vac-
cas quadraginta, & tauros vigiti, aſinas vigin-
ti, & pullos earum decẽ. ¶16 Et miſit per ma-
nus ſeruorum ſuorum ſingulos ſeorſum gre-
ges, dixitque pueris ſuis, Antecedite me, & ſit
ſpatium inter gregem & gregem. ¶17 Et præ-
cepit priori, dicens, Si obuium habueris fratrẽ
meum Eſau, & interrogauerit te, Cui' eſtaut,
Quò vadiſeaut, Cuius ſunt iſta quæ ſequeris
¶18 Reſpõdebis, Serui tui Iacob, munera miſit
domino ſuo Eſau: ipſe quoque poſt nos venit.
¶19 Similiter dedit mãdata ſecũdo & tertio, &
cunctis qui ſequebantur greges, dicens, Iiſdem
verbis loquimini ad Eſau quũ inueneritis eũ.
¶20 Et addetis. Ipſe quoque ſeruus tuus Iacob
iter noſtrũ ſuſequetur. dixit enim, Placabo il-
lum muneribus quæ præcedũt, & poſtea vide-
bo illum, forſitã propitiabitur mihi. ¶21 Præ-
ceſſerunt itaque munera ante eum. ipſe verò
mãſit nocte illa in caſtris. ¶22 Quúmque ma-
ture ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas & toti-
dem famulas cũ vndecim filiis, & tranſiuit Va
dum Iaboc. ¶23 Traductiſque omnibus quæ ad
ſe pertinebant, ¶24 Manſit ſolus: & ecce vir
luctabatur cum eo vſque mane. ¶25 Qui quũ
videret quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit
nerũ femoris eius, & ſtatim emarcuit. ¶26 Di
xitque ad eum, Dimitte me, iam enim aſcẽdit
aurora. Reſpõdit, Non dimittam te niſi bene-
dixeris mihi. ¶27 Ait ergo, Quod nomẽ eſt ti-
bi? Reſpõdit, Iacob. ¶28 At ille, Nequaquam,
inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, ſed
Iſrael: quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti,
quanto magis contra homines præualebis?
¶29 Interrogauit eũ Iacob, Dic mihi, quo ap-
pellaris nomine? Reſpõdit, Cur quæris nomẽ
meũ quod eſt mirabile? ¶30 Et benedixit ei in eo-
dem loco. ¶31 Vocauitque Iacob nomen loci
illius Phanuel, dicens, Vidi' Dominũ facie ad
faciem, & ſalua facta eſt anima mea. ¶32 Or-
túſque eſt ei ſtatim ſol poſtquã tranſgreſſus eſt
Phanuel: ipſe verò claudicabat pede. ¶33 Quã
ob cauſam non comedunt neruum filii Iſrael,
qui emarcuit in femore Iacob vſq; in præſen-
tem diẽ: eo quòd tetigerit neruũ femoris eius,
& obſtupuerit. CAP. XXXIII.

4 Eſau placatur fratri ſuo Iacob. 18 Venit
Iacob in Sichem.

ET eleuans autem Iacob oculos ſuos, vidit ve-
nientem Eſau, & cum eo quadringẽtos vi-
ros: diuiſitque filios Liæ & Rachel, ambarũm-
que famularũ, ¶2 Et poſuit vtranque ancillã
& liberos earum in principio: Liam verò, & fi
lios eius in ſecundo loco: Rachel autem, & Io-
ſeph nouiſſimos. ¶3 Et ipſe progrediẽs adora
uit pronus in terram ſepties, donec appropin
quaret frater eius. ¶4 Currens itaque Eſau ob-
uiam fratri ſuo, amplexatus eſt eũ: ſtringénſ-
que collum eius, & oſculãs fleuit. ¶5 Attollen-
ſque oculis vidit mulieres & paruulos earum,
& ait, Quid ſibi volunt iſti? & ſi ad te pertinẽt?
Reſpondit, Paruuli ſunt quos donauit mihi
Deus ſeruo tuo. ¶6 Et appropinquantes ancil
læ & filii earum, incuruati ſunt. ¶7 Acceſſit
quoque Lia cũ pueris ſuis: & quũ ſimiliter a-
doraſſent, extremi Ioſeph & Rachel adorauе-
runt. ¶8 Dixitque Eſau, Quænã ſunt iſtæ tur-
mæ quas obuiam habui? Reſpondit, Vt inueni
rem gratiam corã domino meo. ¶9 At ille ait,
Habeo plurima frater mi, ſint tua tibi. ¶10 Di-
xitq; Iacob, Noli ita obſecro: ſed ſi inueni gra
tiã in oculis tuis, accipe munuſculũ de mani-
bus meis. ſic enim vidi faciẽ tuã, quaſi viderim
vultum Dei: eſto mihi propitius. ¶11 Et ſuſcipe
benedictionem quã attuli tibi, & quam dona-
uit mihi Deus, tribuens omnia. Vix fratre com
pellente ſuſcipiens ¶12 Ait, Gradiamur itinul,

erõque socius itineris tui. ¶11 Dixitque Iacob, Nosti domine mi quòd paruulos habeam teneros, & oues & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. ¶14 Præcedat dominus meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim vestigia eius, ficut videro paruulos meos posse, donec veniã ad dominũ meum in Seir. ¶15 Respondit Esau, Oro te, vt de populo qui mecum est, saltem socii remaneant viæ tuæ. ¶ Non est, inquit, necesse: hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiam in cõspectu tuo domine mi. ¶16 Reuersus est itaque illo die Esau itinere quo venerat in Seir. ¶17 Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tẽtoriis appellauit nomen loci illius Socoth, id est tabernacula. ¶18 Transiitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in Terra-Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidũ. ¶19 Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, a filiis Hemor patris Sichem centum agnis. ¶20 Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimũ Deum Israel.

CAP. XXXIIII.

1 Raptus Dinæ. 25 Sichimitæ occiduntur à Simeone & Leui filiis Iacob.

EGressa est autem Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius. ¶2 Quam oum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit eam: & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. ¶3 Et cõglutinata est anima eius cum ea, tristémq; deliniuit blanditiis. ¶4 Et pergens ad Hemor patrem suum, Accipe, inquit, mihi puellam hãc coniugem. ¶5 Quod quũ audisset Iacob absentibus filiis, & in pastu pecorum occupatis, filuit donec redirent. ¶6 Egresso autem Hemor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob, ¶7 Ecce filii eius veniebãt de agro: auditoque quòd acciderat, irati sunt valde, eo quòd fœdã rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob, rem illicitam perpetrasset. ¶8 Locutus est itaque Hemor ad eos, Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ: date eam illi vxorem. ¶9 Et iungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite. ¶10 Et habitate nobiscũ: terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eã. ¶11 Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait, Inueniam gratiam coram vobis: & quæcunque statueritis dabo. ¶12 Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem. ¶13 Respondentur filii Iacob Sichem & patri eius in dolo, fœuientes ob stuprum sororis, ¶14 Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostrã homini incircũciso: quòd illicitum & nepharium est apud nos. ¶15 Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, & circuncidatur in vobis omnis masculini sexus. ¶16 Tunc dabimus & accipiemus mutuò filias vestras ac nostras: & habitabimus vobiscũ, erimusq; vnus populus. ¶17 Si autem circuncidi nolueritis, tollemus filiam nostram, & recedemus. ¶18 Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius. ¶19 Nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui. ¶20 Ingressique portam vrbis, locuti sunt ad populum, ¶21 Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscũ: negotientur in terra, & exerceãt eam, quæ spatiosa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. ¶22 vnum est quo differtur tantũ bonum, si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis imitãtes. ¶23 Et substantia eorũ, & pecora, & cuncta quæ possident, nostra erunt: tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum efficiamus populum. ¶24 Assensisque sunt omnes, circunciis cunctis mares. ¶25 Et ecce, die tertio quãdo grauissimus vulnerum dolor est, arreptis, duo filii Iacob, Simeon & Leui fratres Dinæ, gladiis, ingressi sunt vrbem confidenter: interfectisque omnibus masculis, ¶26 Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichẽ sororem suam. ¶27 Quibus egressis irruerunt super occisos cæteri filii Iacob: & depopulati sunt vrbem in vltionẽ stupri. ¶28 Oues eorũ, & armenta, & asinos, cunctaque vastãtes quæ in domib⁹ & in agris erãt, ¶29 Paruulos quoque eorũ & vxores duxerũt captiuas. ¶30 Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeõ & Leui, Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. nos pauci sumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. ¶31 Responderunt, Nũquid vt scorto abuti debuere sorore nostra?

CAP. XXXV.

1 Iacob infossis omnibus idolis quæ erant in familia sua, ascendit in Beth-el. 8 Mors Deboræ. 10 Iacob rursum vocatur Israel. 16 Rachel in partu moritur. 22 Ruben cõscendit cubile patris. 29 Moritur Isaac.

INterea locutus est Deus ad Iacob, Surge, & ascende Beth-el, & habita ibi, faciqué altare Deo qui apparuit ibi quando fugiebas Esau fratrem tuum. ¶2 Iacob verò conuocata omni domo sua, ait, Abiicite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. ¶3 Surgite, & ascendamus in Beth-el, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. ¶4 Dederunt ergo el omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit eas subter terebynthum, quæ est pòst vrbem Sichem. ¶5 Quúmque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitũ ciuitates, & non sunt ausi persequi recedẽtes. ¶6 Venit igitur Iacob Luzã, quæ est in terra Chanaan, cognomento Beth-el: ipse & omnis populus cum eo. ¶7 Ædificauitque ibi altare, & appellauit nomen loci illius Domus-Dei: ibi enim apparuit ei Deus quum fugeret fratrem suum. ¶8 Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum: vocatúmque est nomẽ loci illius Quercus-fletus. ¶9 Apparuit autem iterũ Deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, & venit in Beth-el benedixitque ei, ¶10 Dicens, Non vocabris vltrà Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellauit eum Israel, ¶11 Dixitque ei, Ego Deus omnipotens, cresce & multiplicare: gentes, & po-

pŭli nationum ex te erũt, reges de lumbis tuis egredientur. ¶12 Terrámque quam dedi Abraham & Iſaac, dabo tibi & ſemini tuo poſte. ¶13 Et receſſit abeo: ¶14 Ille verò erexit titulũ lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libãs ſup eũ libamina, & effundés oleũ. ¶15 Vocánſque nomẽ loci illi⁹ Beth-el. ¶16 Egreſſus autẽ inde, venit verno tẽpore ad terrã quæ ducit Ephrathã: in qua quũ parturiret Rachel, ¶17 Ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obſtetrix, Noli timere, quia & hunc habebis filium. ¶18 Egrediẽte autem anima præ dolore, & imminẽte iam morte, vocauit nomen filii ſui Ben-oni, id eſt filii doloris mei: pater verò appellauit eum Bẽiamin, id eſt filius dextræ. ¶19 Mortua eſt ergo Rachel, & ſepulta eſt in via quæ ducit Ephrathã, hæc eſt Beth lehem. ¶20 Erexitque Iacob titulũ ſuper ſepulchrũ eius: hic eſt titul⁹ monumenti Rachel vſque in præſentem diem. ¶21 Egreſſus inde, fixit tabernaculũ trans Turrem regis. ¶22 Quúmque habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris ſui: quod illum minime latuit. Erant autẽ filii Iacob duodecim. ¶23 Filii Liæ: primogenitus Rubẽ, & Simeõ & Leui & Iudas & Iſſachar & Zabulõ. ¶24 Filii Rachel: Ioſeph & Ben-iamin. ¶25 Filii Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali. ¶26 Filii Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aſer. hi ſunt filii Iacob qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ. ¶27 Venit etiã ad Iſaac patrem ſuum in Mambre, Ciuitatem Arbee, hæc eſt Hebrõ: in qua peregrinatus eſt Abraham & Iſaac. ¶28 Et completi ſunt dies Iſaac centum octoginta annorum. ¶29 Conſumptúſque ætate mortuus eſt: & appoſitꝰ eſt populo ſuo ſenex & plenus dierum: & ſepelierunt eum Eſau & Iacob filii ſui.

## CAP. XXXVI.

1 Vxores Eſau. 7 Iacob & Eſau diuites. 9 Genealogia Eſau.

HAꝫ ſunt autem generationes Eſau, ipſe eſt Edom. ¶2 Eſau accepit vxores de filiabus Chanãan: Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiã Anæ⁹ filii⁹ Sebeon Heuæi: ¶3 Bãſemath quoq; filiã Iſmael ſororẽ Nabaioth. ¶4 Peperit autẽ Ada Eliphaz: Bãſemath genuit Rahuel: ¶5 Oolibama genuit Ieh⁹ & Iheló & Core. hi filii Eſau qui nati ſunt ei in Terra Chanãan. ¶6 Tulit autem Eſau vxores ſuas & filios & filias, & omnem animã domus ſuæ, & ſubſtantiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in Terra Chanãan: & abiit in alteram regionem, receſſitque à fratre ſuo Iacob. ¶7 Diuites enim erant valde, & ſimul habitare non poterãt: nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum. ¶8 Habitauitque Eſau in Mõte-Seir, ipſe eſt Edom. ¶9 Hæ autẽ ſunt generationes Eſau patris Edom in Mõte-Seir, ¶10 Et hæc nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Eſau: Rahuel quoque filius Bãſemath vxoris eius. ¶11 Fuerũntque Eliphaz filii: Theman, Omar, Sepho, & Gathã, & Cenez & Core. ¶12 Erat autem Thamna, cõcubina Eliphaz filii Eſau: quæ peperit ei Amalec. hi ſunt filii Ada vxoris Eſau. ¶13 Filii autem Rahuel: Nahath & Zara, Samma & Meza. hi filii Bãſemath vxoris Eſau. ¶14 Iſti quoque erant filii Oolibama filiæ Anæ filii Sebeon, vxoris Eſau, quos genuit ei: Iehus & Iheló & Core. ¶15 Hi duces filiorũ Eſau. Filii Eliphaz primogeniti Eſau: dux Themã, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez, ¶16 Dux Core, dux Gathã, dux Amalec. hi filii eliphaz in Terra-Edom, & hi filii Ada. ¶17 Hi quoque filii Rahuel filii Eſau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza. hi autẽ duces Rahuel in Terra-Edõ: iſti filii Bãſemath vxoris Eſau. ¶18 Hi autem filii Oolibama vxoris Eſau: dux Iehus, dux Ihelom, dux Core. hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Eſau. ¶19 Iſti ſunt filii Eſau, & hi duces eorum: ipſe eſt Edom. ¶20 Iſti ſunt filii Seir Horræi, habitatoris terræ: Lotan & Sobal & Sebeon & Ana. ¶21 Et Diſon & Aſer & Diſã. hi duces Horræi, filii Seir in Terra-Edom. ¶22 Facti ſunt autẽ filii Lotan: Hori & Hemam. erat autem ſoror Lotan, Thamna. ¶23 Et iſti filii Sobal: Aluan & Manáhath & Ebal, & Sepho, & Onam. ¶24 Et hi filii Sebeon: Aia & Ana. Iſte eſt Ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudine, quum paſceret aſinas Sebeon patris ſui. ¶25 Habuitque filium Diſon, & filiam Oolibama. ¶26 Et iſti filii Diſon: Hamdã & Eſeban & Iethran & Charan. ¶27 Hi quoque filii Eſer: Balaan & Zauan & Acan. ¶28 Habuit autem filios Diſan: Hus, & Aran. ¶29 Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, ¶30 Dux Diſon, dux Eſer, dux Diſan: iſti duces Horræorũ qui imperauerunt in Terra-Seir. ¶31 Reges autem qui regnauerũt in Terra-Edom antequã haberent regem filii Iſrael, fuerunt hi: ¶31 Bela filius Beor, nomẽque vrbis eius Denãba. ¶33 Mortuus eſt autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Boſra. ¶34 Quúmque mortuus eſſet Iobab, regnauit pro eo Buſam de terra Themanorum. ¶35 Hoc quoque mortuo regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percuſſit Madian in Regione-Moab: & nomen vrbis eius Auith. ¶36 Quúmque mortuus eſſet Adad, regnauit pro eo Semla de Maſreca. ¶37 Hoc quoq; mortuo regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth. ¶38 Quúmq; & hic obiiſſet, ſucceſſit in regnũ Balanã filius Achobor. ¶39 Iſto quoq; mortuo regnauit pro eo Adar, nomẽq; vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab. ¶40 Hæc ergo nomina ducũ Eſau in cognationib⁹, & locis & vocabulis ſuis: dux Thãna, dux Alua, dux Ietheth, ¶41 Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinõ, ¶42 Dux Cenez, dux Themã, dux Mabſar. ¶43 Dux Magdiel, dux Hirã: hi duces Edom habitãtes in terra imperii ſui, ipſe eſt Eſau pater Idumæorum.

## CAP. XXXVII.

1 Ioſeph accuſat fratres. 5 Videt ſomnia. 12 Mittitur in ciſternam. 18 Venditur Iſmaelitis. 34 Iacob illum luget.

HAbitauit autem Iacob in Terra Chanãa, in qua pater ſuus peregrinatus eſt. ¶2 Et hæ ſũt generationes eius: Ioſeph quum ſedecim eſſet annorum, paſcebat gregem cum fratribus ſuis adhuc puer: & erat cum filiis Balæ, & Zelphæ vxorum patris ſui: accuſauitq; fratres ſuos apud patrẽ crimine peſſimo. ¶3 Iſrael autẽ diligebat Ioſeph ſuper omnes filios,

eo quòd in ſenectute genuiſſet eum: fecitque ei tunicam polymitam. ¶4 Videtes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. ¶5 Accidit quoq; vt viſũ ſomnium referret fratribus ſuis, quæ cauſa maioris odii ſeminarium fuit. ¶6 Dixitq; Ioſeph fratribus ſuis', Audite ſomnium meum quod vidi, ¶7 Putabam nos ligare manipulos in agro: & quaſi ſurgere manipulum meum, & ſtare, veſtrũq́ manipulos circunſtantes adorare manipulum meum. ¶8 Reſponderũt fratres eius, Nunquid rex noſter eris? aut ſubiicimur ditioni tuæ? Hæc ergo cauſa ſomniorum, atque ſermonum, inuidiæ & odii fomitem miniſtrauit. ¶9 Aliud quoque vidit ſomnium, quod narrans fratribus, ait, Vidi per ſomnium quaſi ſolem, & lunam, & ſtellas vndecim adorare me. ¶10 Quod cum patri ſuo, & fratribus retuliſſet, increpauit eum pater ſuus, & dixit, Quid ſibi vult hoc ſomnium quod vidiſti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te ſuper terram? ¶11 Inuidebãt ei igitur fratres ſui: pater verò rem tacitus cõſyderabat. ¶12 Quũmque fratres illius in paſcendis gregibus patris morarentur in Sichẽ, ¶13 Dixit ad eum Iſrael, Fratres tui paſcũt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo reſpondente, ¶14 Præſto ſum: ait ei, Vade & vide ſi cuncta proſpera ſint erga fratres tuos, & pecora, & renuntia mihi quid agatur. Miſſus de Valle-Hebron, venit in Sichem. ¶15 Inuenitque eum vir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret. ¶16 At ille reſpondit, Fratres meos quæro: indica mihi vbi paſcant greges. ¶17 Dixitque ei vir, Receſſerunt de loco iſto: audiui autem eos dicentes, Eamus in Dothaim. Perrexit itaque Ioſeph poſt fratres ſuos, & inuenit eos in Dothaim. ¶18 Qui quum vidiſſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illũ occidere. ¶19 Et mutuò Ioquebantur, Ecce ſomniator venit. ¶20 Venite, occidamus eum, & mittam' in ciſternam veterem: dicemúſque, Fera peſſima deuorauit eum. & tunc apparebit quid illi proſint ſomnia ſua. ¶21 Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dixit, ¶22 Non interficiamus animam eius, nec effundamus ſanguinem: ſed proiicite eum in ciſternam' veterẽ, quæ eſt in ſolitudine, manúſque veſtras ſeruate innoxias. Hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorũ, & reddere patri ſuo. ¶23 Confeſtim igitur vt peruenit ad fratres ſuos, nudauerunt eum tunica talari, & polymita: ¶24 Miſerúntq; eũ in ciſternam veterem, quæ non habebat aquam. ¶25 Et ſedentes vt comederent panem, viderũt Iſmaelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & reſinam, & ſtacten in Aegyptum. ¶26 Dixit ergo Iudas fratribus ſuis, Quid nobis prodeſt ſi occiderimus fratrem noſtrum, & celauerimus ſanguinẽ ipſius? ¶27 Melius eſt vt venundetur Iſmaelitis, & manus noſtræ non polluantur: frater enim, & caro noſtra eſt. Acquieuerunt fratres ſermonibus illius. ¶28 Et prætereuntibus Madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de ciſterna, venũdierunt eum Iſmaelitis' triginta' argenteis: qui duxerunt eum in Aegyptum. ¶29 Reuerſúſque Ruben ad ciſternam, non inuenit puerũ: & ſciſſis veſtibus ¶30 Pergens ad fratres ſuos, ait, Puer non compáret, & ego quò ibo? ¶31 Tulerunt autem tunicam eius, ‖ & in ſanguine hœdi quem occiderant, tinxerunt: ¶32 Mittẽtes qui ferrent ad patrẽ, & dicerent, Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filii tui ſit, an nõ. ¶33 Quam quum' cognouiſſet' pater, ait, Tunica filii mei eſt, fera peſſima comedit eum, beſtia deuorauit Ioſeph. ¶34 Sciſſíſque veſtibus, indutus eſt cilicio, lugens filium ſuum multo tempore. ¶35 Cõgregatis autem cunctis liberis eius vt leniret dolorem patris, noluit conſolationem accipere: ſed ait, Deſcendã ad filium meum lugẽs in infernum. Et illo perſeuerante in fletu, ¶36 Madianitæ vendiderũt Ioſeph in Aegypto Phutiphari eunucho Pharaonis magiſtro militũ.

## CAP. XXXVIII.

1 Coniugium Iudæ. 7 Her. Onan. Sela. 15 Inceſtus Iudæ cum Thamar. 27 Naſcuntur Phares & Zara.

EOdem tempore deſcendens Iudas à fratribus ſuis, diuertit ad virum Odollamiten, nomine Hiram. ¶2 Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sua: & accepta vxore, ingreſſus eſt ad eam. ¶3 Quæ concepit, & peperit filium, ‖ & vocauit nomen eius Her. ¶4 Rurſúmque concepto fœtu, natum filium vocauit Onan. ¶5 Tertiũ quoque peperit: quẽ appellauit Sela. quo nato, párere vltrà ceſſauit. ¶6 Dedit autem Iudas vxorem primogenito ſuo Her, nomine Thamar. ¶7 Fuit quoque Her primogenitus Iudæ, nequam in conſpectu Domini: & ideo' ab eo occiſ' eſt. ¶8 Dixit ergo Iudas ad Onan filium ſuum, Ingredere ad vxorem fratris tui, & ſociare illi: vt ſuſcites ſemen fratri tuo. ¶9 Ille ſciens non naſci ſibi filios, introiens ad vxorem fratris ſui, ſemen fundebat in terram: ne liberi, fratris nomine naſcerẽtur. ¶10 Et idcirco percuſſit eum Dominus, eo quòd rem deteſtabilem faceret. ¶11 Quam ob rem dixit Iudas Thamar nuru ſuæ, Sito vidua in domo patris tui, donec creſcat Sela filius meus. timebat enim ne & ipſe moreretur, ſicut fratres eius. Quæ abiit, & habitauit in domo patris ſui. ¶12 Euoluti autem multis annis mortua eſt 'Sua' vxor Iudæ: qui poſt luctum conſolatione ſuſcepta, aſcendebat ad tonſores ouium ſuarum, ipſe & Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas. ¶13 Nuntiatúmque eſt Thamar quòd ſocer illius aſcenderet in Thamnas ad tondendas oues. ¶14 Quæ depoſitis viduitatis veſtibus, aſſumpſit theriſtrum: & mutato habitu ſedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam: eo quòd creuiſſet Sela, & non eam accepiſſet maritum. ¶15 Quam quum vidiſſet Iudas, ſuſpicatus eſt eſſe meretricem: operuerat enim vultum ſuũ, ne agnoſceretur. ¶16 Ingrediẽnſque ad eam, ait, Dimitte me vt cocam tecũ: neſciebat enim quòd nurus ſua eſſet. Qua reſpondente, Quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo? ¶17 Dixit, Mittam tibi hœdum de gregibus. Rurſúmque illa dicente, Patiar quod vis, ſi dederis mihi arrabõnem, donec mittas quod polliceris. ¶18 Ait Iudas, Quid tibi vis pro arrabõne de-

A

1. Para. 1. a.

B

Num. 26. b.

C

D

E

F

17

18

ri? ¶Respondit, Annulum tuum & armillam, & baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit. ¶19 Et surgens abiit: depositoque habitu quem sumpserat, indutа est viduitatis vestibus. ¶20 Misit autem Iudas hœdum per pastorem suum Odollamitē, vt reciperet pignus quod dederat mulieri: qui quum non inuenisset eam, ¶21 Interrogauit homines loci illius, vbi est mulier quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis, Non fuit in loco isto meretrix: ¶22 Reuersus est ad Iudam, & dixit ei. Non inueni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi nunquam sedisse ibi scortum. ¶23 Ait Iudas, Habeat sibi, certe mendacii arguere nos nō potest: ego misi hœdum quem promiseram, & tu non inuenisti eam. ¶24 Ecce autē post tres menses nūtiauerunt Iudæ, dicentes, Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas, Producite eam vt comburatur. ¶25 Quæ quum duceretur ad pœnā, misit ad socerum suum, dicens, De viro cuius hæc sunt, concepi: cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus. ¶26 Qui agnitis muneribus ait, Iustior me est: quia non tradidi eā Sela filio meo. Attamen vltrà non cognouit eam. ¶27 Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero: ¶28 Atq; in ipsa effusione infantium vnus protulit manū, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens, Iste egredietur prior. ¶29 Illo verò retrahente manum, egressus est alter: dixitque mulier, Quare diuisa est propter te maceria? & ob hanc causā vocauit nomen eius Phares. ¶30 Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum: quem appellauit Zara.

Matth.1.a.3.

1.Para.2.a.4.

## CAP. XXXIX.

1 Venditur Ioseph Phutipharī. 2 Deus cum eo. 7 Tentatur Ioseph ab vxore domini sui. 14 Falso stupri accusatus conijcitur in carcerem. 21 Miseretur ipsius Deus.

¶ IGitur Ioseph ductus est in AEgyptum, emitque eum Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus sui, vir AEgyptius, de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat. ¶2 Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cūctis prospere agēs: habitauitque in domo domini sui, ¶3 Qui optime nouerat Dominum esse cum eo. & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. ¶4 Inuenitque Ioseph gratiā coram domino suo, & ministrabat ei: à quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum. & vniuersa quæ ei tradita fuerant: ¶5 Benedixitque Dominus domui AEgyptii propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus quàm in agris cunctam eius substantiam. ¶6 Nec quicquam aliud nouerat, nisi panem quo vescebatur. Erat autē Ioseph pulchra facie, & decōrus aspectu. ¶7 Post multos itaque dies iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait, Dormi mecum. ¶8 Qui nequaquam acquiescens operi nepharo. dixit ad eam, Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua: ¶9 Nec quicquā est quod non in mea sit potestate, vel nō tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? ¶10 Huiuscemodi verbis per singulos dies mulier molestia erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. ¶11 Accidit autem quadam die vt intraret Ioseph domum, & operis quippiam absque arbitris faceret: ¶12 Et illa apprehēsa lacinia vestimenti eius, diceret, Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras. ¶13 Quūmque vidisset mulier vestem in manibus suis: & se esse contemptam, ¶14 Vocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos, En introduxit virum Hebræum vt illuderet nobis: ingressus est ad me vt coiret mecum: quúmque ego succlamassem, ¶15 Et audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras. ¶16 In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, ¶17 Et ait, Ingressus est ad me seruus Hebræus quem adduxisti, vt illuderet mihi: ¶18 Quúmque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras. ¶19 His auditis dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde. ¶20 Tradiditque Ioseph in carcerem, vbi vincti regis custodiebātur, & erat ibi clausus. ¶21 Fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus est illius: & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. ¶22 Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos qui in custodia tenebantur: & quicquid fiebat, sub ipso erat. ¶23 Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

Psal.

## CAP. XL.

1 Ioseph somnia pincernæ & pistoris exponit. 21 Pincerna in pristinum statum restitutur: Pistor verò in patibulo suspenditur.

¶ His itaq; gestis accidit vt pecarēt duo eunuchi, pincerna regis AEgypti, & pistor, domino suo. ¶2 Iratúsque contra eos Pharao (nā alter pincernis præerat, alter pistoribus) ¶3 Misit eos in carcerē principis militū, in quo erat vinctus & Ioseph. ¶4 At custos carceris tradidit eos Ioseph, q & ministrabat eis: aliquātu lū téporis fluxerat, & illi in custodia tenebātur. ¶5 Viderúntque ambo somniū nocte vna, iuxta interpretationem congruam sibi. ¶6 Ad quos quum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, ¶7 Sciscitatus est eos, dicēs, Cur tristior est hodie solito facies vestra? ¶8 Qui respōderunt, Somniū vidimus, & nō est q interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioseph, Nunquid non Del est interpretatio? referte mihi quid videritis. ¶9 Narrauit prior, præpositus pincernarū somniū suum, Videbā corā me vitem, ¶10 In qua erāt tres propagines, crescere paulatim in gēmas, & positiones vuas mature fcere: ¶11 Calicémq; Pharaonis in manu mea. tuli ergo vuas: & expressi in calicem quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. ¶12 Respondit Ioseph, Hæc est interpretatio somnii, Tres propagines, tres adhuc dies sūt, ¶13 Post quos recordabitur Pharao ministerii tui, & restituet te in gradum pristinum, dabísque ei calicem iuxta officium tuum. sicut antè facere consueuerat. ¶14 Tantum memento mei, quū tibi bene fuerit, & facies mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere: ¶15 Quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum. ¶16 Videns pistorum magister q

Deum
Loquebatur.

prudenter somnium dissoluisset, ait, Et ego vidi somnium, Quòd tria canistra farinæ haberé super caput meum: ¶17 Et in vno canistro quod erat excelsius portare me`putabam' omnes cibos qui fiunt arte pistoria, auésque co medere ex eo. ¶18 Respõdit Ioseph, Hæc est in terpretatio somnii, Tria canistra, tres adhuc dies sũt: ¶19 Post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. ¶20 Itaque dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum & pistorũ principis. ¶21 Restituitque alterum in locum suũ, vt porrigeret ei poculum: ¶22 Alterum suspẽdit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. ¶23 Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

CAP. XLI.

1Somnia Pharaonis de septẽ bobus & spicis, eductu. è careere Ioseph exponit. 37 Cõstituitur super annonam. 50 Nascuntur ei Manasses & Ephraim. 54 Fames in vniuerso orbe.

POst duos annos vidit Pharao somnium, Putabat se stare super fluuium. ¶2 De quo ascendebant septem boues pulchræ & crassæ nimis: & pascebãtur in locis palustribꝰ. ¶3 Aliæ quoque septem emergebãt de flumine, fœdæ, confectæque macie: & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus. ¶4 Deuorauerũntque eas quarum mira species & habitudo corporũ erat. Expergefactꝰ Pharao, ¶5 Rursum dormiuit, & vidit alterum somnium. Septem spicæ pullulabant in culmo vno plenæ atque formosæ: ¶6 Aliæ quoque totidẽ spicæ tenues, & percussæ vredine oriebantur, ¶7 Deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao post quietẽ, ¶8 Et facto mane, pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Aegypti, cunctósque sapientes: & accersitis narrauit somnium, nec erat qui interpretaretur. ¶9 Tunc demum reminiscens pincernarum magister, ait, Confiteor peccatum meum: ¶10 Iratus rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcerẽ principis militum: ¶11 Vbi vna nocte vterque vidimus somnium, præsagium futurorũ. ¶12 Erat ibi puer Hebræus, eiusdem ducis militum famulus: cui narrantes somnia, ¶13 Audiuimꝰ quicquid postea rei probauit euentus. ego enim redditus sum officio meo: & ille suspensus est in cruce. ¶14 Protinꝰ ad regis imperiũ eiusdem de carcere Ioseph totõderuntur: ac veste mutata obtulerunt ei. ¶15 Cui ille ait, Vidi somnia, nec est qui ediſſerat: quæ audiui te sapientissime conijcere. ¶16 Respõdit Ioseph, Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. ¶17 Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabam me stare super ripam fluminis, ¶18 Et septem boues de amne cõscendere. pulchras nimis, & obesis carnibus, quæ in pastu paludis virecta carpebant. ¶19 Et ecce, has sequebantur aliæ septem boues, in tantum deformes & macilentæ, vt nunquã tales in Terra Aegypti viderim. ¶20 Quæ deuoratis & cõsumptis prioribus, ¶21 Nullum saturitatis dedere vestigiũ: sed simili macie & squalore torpebant. Euigilans, rursus sopore depressus, ¶22 Vidi somnium, Septem spicæ pullulabãt in culmo vno plenæ atq; pulcherrimæ. ¶23 Aliæ quoque septem tenues & percussæ vredine oriebantur è stipula: ¶24 Quæ priorũ pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus somnium, & nemo est qui ediſſerat. ¶25 Respondit Ioseph, Somnium regis vnum est: quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni. ¶26 Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ: septem hubertatis anni sunt, eandémque vim somnii comprehendunt. ¶27 Septem quoque boues tenues atque macilentæ, quæ ascenderũt post eas, & septem spicæ tenues, & vento vrente percussæ: septem anni venturæ sunt famis. ¶28 Qui hoc ordine complebuntur. ¶29 Ecce, septem anni venient fertilitatis magnæ in vniuersa Terra Aegypti: ¶30 Quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, vt oblitioni tradatur cuncta retrò abundantia: consumptura est enim fames omnem terram, ¶31 Et hubertatis magnitudinem perditura est inopiæ magnitudo. ¶32 Quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinẽs somnium: firmitatis indicium est, eo quòd fiat sermo Dei, & velocius impleatur. ¶33 Nunc ergo prouideat rex virũ sapientem & industrium, & præficiat eum Terræ Aegypti. ¶34 Qui constituat præpositos per cunctas regiones: & quintam partem fructuũ per septẽ annos fertilitatis, ¶35 Qui iam nunc futuri sunt, congregent in horrea: & omne frumẽtum sub Pharaonis potestate cõdatur, seruetúrq; in vrbibus. ¶36 Et præparetur futuræ septẽ annorũ fami quæ oppressura est Aegyptum, & non consumetur terra inopia. ¶37 Placuit Pharaoni cõ silium & cunctis ministris eius: ¶38 Locutúsq; est ad eos, Num inuenire poterimus talẽ virũ, qui Spiritu Dei plenus sit? ¶39 Dixit ergo ad Ioseph, Quia ostẽdit tibi Deus omnia quæ locutus es, nũquid sapientiorẽ & consimilẽ tui iuenire potero? ¶40 Tu eris sup domũ meã, & ad tui oris imperiũ cunctꝰ populꝰ obediet: vno tantũ regni solio te præcedã. ¶41 Dixitque rursum Pharao ad Ioseph, Ecce constituite super vniuersam Terrã Aegypti. ¶42 Tuliteq; annulũ de manu sua, & dedit eũ in manu eiꝰ: vestiuitq; eũ stola byssina, & collo torquẽ auream circumposuit. ¶43 Fecitque eum ascendere super currum suum secũdum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ Terræ Aegypti. ¶44 Dixit quoque rex Aegypti ad Ioseph, Ego sum Pharao: absq; tuo imperio non mouebit quispiam manum aut pedem in omni Terra Aegypti. ¶45 Vertitque nomẽ eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi. Dedítque illi vxorem Aseneth filiam Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Ioseph ad Terram Aegypti, ¶46 Triginta annorum erat quũdo stetit in conspectu regis Pharaonis, & circuiuit omnes regiones Aegypti. ¶47 Venitq; fertilitas septem annorũ: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Aegypti. ¶48 Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus cõdita est. ¶49 Tantiq; fuit abũdãtia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet. ¶50 Natique

'somnium'

Psa. 104. b. 1. mach. 2. f. act. 7. b. 10

Psa. 46. c. 10, & 83. a. 8.

sunt Ioseph filii duo antequã veniret fames:
G quos peperit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. ¶ 51 Vocauitque nomen primogeniti, Manasses, dicens, Obliuiscimi me fecit Deus omnium laborum meorũ, & domus patris mei. ¶ 52 Nomẽ quoque secundi appellauit Ephraim, dicens, Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. ¶ 53 Igitur transactis septem hubertatis annis, qui fuerant in
Psa.104.b.16. Aegypto, ¶ 54 cœperũt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph: & in vniuer
*autem so orbe fames præualuit, in cũcta*etiam Terra Aegypti *fames erat. ¶ 55 Qua esuriente clamauit populus ad Pharaonẽ, alimenta petẽs. Quibus ille respondit, Ite ad Ioseph: & quicquid ipse vobis dixerit, facite. ¶ 56 Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vẽdebat Aegyptiis: nam & illos oppresserat fames. ¶ 57 Omnesque prouinciæ veniebant in Aegyptũ, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent.

CAP. XLII.

1 Fratres Ioseph descendunt in Aegyptũ pro alimentis emendis. 7 Agnoscuntur & tentantur ab eo. 25 Simeon in carcerem conijcitur. 29 Reuertuntur ad patrem petentes Beniamin. 38 Ille renuit.

A Vdiens autem Iacob quòd alimenta ven-
A2.7.b.12. derẽtur in Aegypto, dixit filiis suis, Quare negligitis? ¶ 2 Audiui quòd triticum venũ detur in Aegypto: descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. ¶ 3 Descendẽtes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Aegypto, ¶ 4 Ben-Iamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, Ne fortè in itinere quicquam patiatur mali. ¶ 5 Ingressi sunt Terram Aegypti cum aliis qui pergebant ad emendũ. erat autem fames in Terra Chanaan. ¶ 6 Et Ioseph erat princeps in Terra Aegypti. atq; ad eius nutum frumenta populis vendebantur.
B Quúmq; adorassent eum fratres sui, ¶ 7 Et agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde venistis? Qui responderunt, De Terra Chanaan, vt emamus victui necessaria. ¶ 8 Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis. ¶ 9 Recordatúsque somniorum quæ aliquando viderat, ait ad eos, Exploratores estis: vt videatis infirma terræ venistis. ¶ 10 Qui dixerunt, Non est ita domine, sed ferui tui venerunt vt emerẽt cibos. ¶ 11 Omnes filii vnius viri sumus: pacifici venimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali. ¶ 12 Quibus ille respõdit, Aliter est: immunita terræ huius cõsyderare venistis. ¶ 13 At illi dixerunt, Duodecim, inquiunt, *fratres, serui tui' sum', filii viri vnius in Terra Chanaan: minim' cũ patre nostro est, alius nõ est super. ¶ 14 Hoc est, ait quod locutus sum, Exploratores estis. ¶ 15 Iam nunc experimentum vestri caplam: per salutem Pharaonis nõ egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. ¶ 16 Mittite ex vobis vnũ, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis vtrum vera an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis ex ploratores estis. ¶ 17 Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus. ¶ 18 Die autem tertio edu-
*ferui tui fratres

ctis de carcere, ait, Facite quæ dixi, & viuetis: D
Deum enim timeo. ¶ 19 Si pacifici estis, frater
vester vnus ligetur in carcere: vos autem abite, & ferte frumẽta quæ emistis, in domos vestras: ¶ 20 Et fratrem vestrum minimum ad
me adducite, vt possim vestros probare sermones, & nõ moriamini. Fecerunt vt dixerat,
¶ 21 Et locuti sunt adinuicẽ, Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, vi
dentes*angustias' animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco venit super nos ista tribulatio. ¶ 22 Ẽquibus vnus, Ru
ben, ait, Nunquid nõ dixi vobis, Nolite pec E
care in puerũ: & non audistis me? en sanguis 9.37
eius exquiritur. ¶ 23 Nesciebant*enim' quòd *aut
intelligeret Ioseph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos. ¶ 24 Auertitq; se parumper, & fleuit: & reuersus locutus est ad eos.
¶ 25 Tollẽnsque Simeon, & ligãs illis præsentibus, iussit ministris vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorũ in sacculis suis, datis suprà cibariis in via: qui
fecerunt ita. ¶ 26 At illi portantes frumẽta in asinis suis, profecti sunt. ¶ 27 Apertóq; vnus
saccovt daret iumento pabulũ in diuersorio, contemplatus pecuniã in ore sacculi, ¶ 28 Di
xit fratrib' suis, Reddita est mihi pecunia*en *me
habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatique
mutuo dixerunt, Quidnam est hoc quod fecit
nobis Deus? ¶ 29 Veneruntque ad Iacob patrẽ F
suum in Terram-Chanaan, & narrauerunt ei
omnia quæ accidissent sibi, dicentes, ¶ 30 Locutus est nobis dominus terræ durè, & putauit nos exploratores esse prouinciæ. ¶ 31 Cui
respondimus, Pacifici sumus, nec vllas molimur in fidias. ¶ 32 Duodecim fratres: vno patre geniti sumus: vnus non est super, minimus cũ patre nostro est in Terra-Chanaan. ¶ 33 Quã
ait nobis, Sic probabo quòd pacifici estis. Fratrẽ vestrũ vnũ dimittite apud me, & cibaria domibus vestris necessaria sumite, & abite:
¶ 34 Fratrẽmque vestrum minimum adducite ad me, vt sciam quòd non sitis exploratores: & istum qui tenetur in vinculis, recipere possitis: ac deinceps quæ vultis, emẽdi habea
tis licẽtiam. ¶ 35 His dictis quũ frumẽta effun G
derent, singuli repererunt in ore saccorũ ligatas pecunias: exterritisque simul omnibus,
¶ 36 Dixit pater Iacob, Absque liberis me esse fecistis: Ioseph non est super, Simeon tenetur
in vinculis, & Ben iamin*auferetis: in me hæc *au
omnia mala reciderunt. ¶ 37 Cui respõdit Ruben, Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego
eum tibi restituam. ¶ 38 At ille, Non descendet, inquit, filius meus vobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remãsit. siquid ei ad
uersitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cũ dolore ad inferos.

CAP. XLIII.

11 Adducto Ben-iamin, redeũt fratres ad Ioseph, cum muneribus. 24 Educitur è carcere Simeon. 30 Flet seorsum Ioseph. 31 Fratres epulantur cum eo.

I Nterim fames omnem terram vehemẽter A
premebat. ¶ 2 Cõsumptisque cibis quos ex
Aegypto detulerãt, dixit Iacob ad filios suos, Reuertimini, & emite nobis pauxillum esca-

atiõe

B

C

D

E

F

num. ¶ 3 Reſpondit Iudas, Denuntiauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens, Non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum. ¶ 4 Si ergo vis eum mittere nobiſcũ, pergemus pariter, & emem tibi neceſſaria. ¶ 5 Si autẽ nõvis, nõ ibimus: vir enim ut ſæpe diximus identidem nobis, dicens, Nõ videbitis faciem meam abſque fratre veſtro minimo. ¶ 6 Dixit eis Iſrael, Cur meam hoc feciſtis miſeriam vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem. ¶ 7 At illi reſpondentes, interrogauit nos homo per ordinẽ, noſtram progeniem: ſi pater viueret: ſi haberemus fratrẽ: & nos reſpondiximus ei cõſequẽter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus: nunquid ſcire poteramus quòd dicturus eſſet, Ad ducite fratrẽ veſtrũ vobiſcum? ¶ 8 Iudas quoque dixit patri ſuo, Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſſimus viuere: ne moriamur nos, & paruuli noſtri. ¶ 9 Ego ſuſcipio puerũ: de manu mea require illũ. niſi reduxero & reddidero eũ tibi, ero peccati reus in te omni tẽpore. ¶ 10 Si rõ interceſſiſſet dilatio, iã vice altera ven ſſemus. ¶ 11 Igitur Iſrael pater eorum dixit ad eos, Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis: ſumite de optimis terræ frugibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera, modicum reſinæ & mellis, & ſtoracis, ſtactes, & terebinthi, & amygdalarum. ¶ 12 Pecuniam quoq; duplicem ferte vobiſcum: & illã quam inueniſtis in ſaccũlis, reportate, ne forte error factum ſit. ¶ 13 Sed & fratrem veſtrum tollite, & ite ad virum. ¶ 14 Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem: & remittat vobiſcum fratrem veſtrum quem tenet in vinculis, & hunc Ben-iamin: ego autẽ quaſi orbatus abſque liberis ero. ¶ 15 Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicẽ, & Ben-iamin: deſcenderũntque in Ægyptum, & ſteterunt coram Ioſeph. ¶ 16 Quos quum ille vidiſſet, & Ben-iamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicẽs, Introduc viros domũ, & occide victimas, & inſtrue conuiuium: quoniam hodie mecum ſunt comeſturi meridie. ¶ 17 Fecit ille quod ſibi fuerat imperatum, & introduxit viros domũ. ¶ 18 Ibique exterriti, dixerunt mutuo, Propter pecuniam quam retulimus prius in ſaccis noſtris, introduci ſumus: vt deuoluat in nos calumniam, & violẽter ſubiiciat ſeruitutí & nos, & aſinos noſtros. ¶ 19 Quam ob rem in ipſis foribus accedẽtes ad diſpẽſatorẽ, ¶ 20 Locuti ſunt, Oramus domine vt audias nos, Iam antè deſcendimus vt emeremus eſcas. ¶ 21 Quibus emptis, quum veniſſemus ad diuerſorium, aperuimus ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniã in ore ſaccorum: quam nunc eodem pondere reportauimus. ¶ 22 Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus quæ nobis neceſſaria ſunt: nõ eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit eam in marſupiis noſtris. ¶ 23 At ille reſpondit, Pax vobiſcum, nolite timere: Deus veſter, & Deus patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris. nam pecuniam quam dediſtis mihi, probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon.

¶ 24 Et introduxit eos domum, attulit aquam, & lauerũt pedes ſuos. dedit que pabulum aſinis eorum. ¶ 25 Illi verò parabant munera, donec ingrederetur Ioſeph meridie. audierant enim quòd ibi comeſturi eſſent panem. ¶ 26 Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domũ ſuam, obtulerũntque ei munera, tenẽtes in manibus ſuis: & adorauerunt proni in terram. ¶ 27 At ille clemẽter reſalutatis eis, interrogauit eos, dicens, Sanũne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi. Adhuc viuit? ¶ 28 Qui reſponderunt, Sospes eſt ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit. Et incuruati, adorauerũt eum. ¶ 29 Attollens autẽ Ioſeph oculos, vidit Ben iamin fratrem ſuum vterinũ, & ait, Ete eſt frater veſter paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rurſum, Deus, inquit, miſereatur tui fili mi. ¶ 30 Feſtinauitque in domum, quia cõmota fuerant viſcera eius ſuper fratre ſuo, & erumpebant lachrymæ: & introiẽs cubiculũ, fleuit. ¶ 31 Rurſũmque lota facie egreſſus, cõtinuit ſe, & ait, Ponite panes. ¶ 32 Quibus appoſitis, ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratribus, & Ægyptiis quoque qui veſcebantur ſimul, ſeorſum illicitum eſt enim Ægyptiis comedere cũ Hebræis, & prophanum putãt huiuſcemodi conuiuium) ¶ 33 Sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatem ſuam. Et mirabantur nimis. ¶ 34 Sumptis partibus quas ab eo acceperant: maiórque pars venit Ben-iamin, ita vt quinq; partibus exceſſerat. Biberũntque, & inebriati ſunt cum eo.

## CAP. XLIIII.

1 Ioſeph abſconſo & deprehenſo ſcypho in ſacco Ben-iamin arguit fratres furti. 13 Iudas excuſans, ſe facit obũdẽ pro Ben-iamin.

A Præcepit autẽ Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ, dicens, Imple ſaccos eorum frumento, quantum poſſunt capere, & pone pecuniã ſingulorum in ſummitate ſacci. ¶ 2 Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore ſacci iuniſoris. Factũmque eſt ita. ¶ 3 Et oto mane, dimiſſi ſunt cum aſinis ſuis. ¶ 4 Iamque vrbem exierant, & proceſſerat paululum: cũ Ioſeph accerſito diſpenſatore domus ſuæ, ait, Surge, inquit, & perſequere viros: & apprehenſis dicito, Quare reddidiſtis malum pro bono? ¶ 5 Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit dominus meus, & in quo augurari ſolet: peſſimam rem feciſtis. ¶ 6 Fecit ille vt iuſſerat. Et apprehẽſis per ordinem locutus eſt. ¶ 7 Qui reſponderunt, Quare ſic loquitur dominus noſter, vt ſerui tui tãtum flagitii commiſerint? ¶ 8 Pecuniam quam inuenimus in ſummitate ſaccorum. reportauimus ad te de Terra Chanaan: & quomodo conſequẽs eſt vt furati ſimus de domo domini tui aurum vel argentum? ¶ 9 Apud queuenunque fuerit inuentum ſeruorum tuorum quod quæris, moriatur, & nos etimus ſerui domini noſtri. ¶ 10 Qui dixit eis, Fiat iuxta veſtram ſententiam: apud quemcunq; fuerit inuentum, ipſe ſit ſeruus meus, vos autem eritis innoxii. ¶ 11 Itaque feſtinatõ deponentes interrã ſaccos, aperuerũt ſinguli. ¶ 12 Quos ſcrutatus, incipiens a maiore vſque ad minimum, inuenit ſcyphum in ſacco Ben-iamin. ¶ 13 At illi ſciſſis veſtibus, oneratiſq; rurſum aſinis, reuerſi ſunt in oppidum. ¶ 14 Primúſque Iudas cum fratribus ingreſſus eſt ad Ioſeph (necdum enim de loco abierat) omnéſq;

quum

ante eũ pariter in terram corruerũt. ¶15 Quibus ille ait, Cur sic agere voluistis? an ignoratis quòd non sit similis mei in augurandi scientiæ? ¶16 Cui Iudas, Quid respondebimus, inquit, domino meo? vel quid loquemur, aut iustè poterimus obtẽdere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum: en omnes serui sumus domini mei, & nos, & apud quem inuentus est scyphus. ¶17 Respondit q; Ioseph, Absit à me sic agam: qui furatus est scyphum, ipse sit seruus meus, vos autem abite liberi ad patrem vestrum. ¶18 Accedés autem propius Iudas, confidenter ait, O ro domine audi me, vt'loquatur seruus tuus verbũ in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem ¶19 dominus meus. Interrogasti prius seruos tuos, Habetis patrem aut fratrem? ¶20 Et nos respondimus tibi domino meo, Est nobis pater senex, & puer parululus, qui in senectute illius nat' est, cuius vterinus frater mortuus est: & ipsum solum habet mater sua, pater verò tenerè diligit eum. ¶21 Dixistique seruis tuis, Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum. ¶22 Suggessimus tibi domino meo, Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur. ¶23 Et dixisti seruis tuis, Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis amplius faciem meam. ¶24 Quum ergo ascẽdissemus ad famulum tuum patrem nostrũ, narrauimus ei omnia quæ locutus est dominus meus. ¶25 Et dixit pater noster, Reuertimini, & emite nobis parũ triticl. ¶26 Cui diximus, Ire nõ possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri. ¶27 Ac' ille respõdit, Vos scitis quòd duos filios genuerit mihi vxor mea. ¶28 Egressus est vnus, & dixistis, Bestia deuorauit eum: & hucusque non compãret. ¶29 Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. ¶30 Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrũ, & puer defuerit, (quũ anima illius ex huius anima dependeat) ¶31 videritque eum nõ esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. ¶32 Ego propriè seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem. & spopondi dicẽs, Nisi reduxero eum, peccati reus eto in patrẽ meum omni tempore. ¶33 Manebo itaque seruus tu' pro puero in ministerio domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. ¶34 Nõ enim possum redire ad patrem absente puero: ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum, testis assistam. CAP. XLV.

1 Ioseph se fratribus agnoscendum præbet. 9 Patrem accersi mandat.

NOn se poteratyltrà cohibere Ioseph multis coràm astantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. ¶2 Et euauitque vocem cum fletu: quam audierunt AEgyptii, omnisque domus Pharaonis. ¶3 Et dixit fratribus suis, Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Non poterant respõdere fratres nimio terrore perterriti. ¶4 Ad quos ille clemẽter, Accedite, inquit, ad me. Et quum accessissent propè, Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in AEgyptum. ¶5 Nolite pauere. neque vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus: prò salute enim vestra misit me Deus ante vos in AEgyptum. ¶6 Biennium est enim quòd cœpit fames esse in terra: & adhuc quinque anni restant: quibus nec arari poterit, nec meti. ¶7 Præmisitque me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis. ¶8 Non vestro consilio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrẽ Pharaonis, & dominum vniuersæ dom' eius, ac principem in omni Terra AEgypti. ¶9 Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Ioseph, Deus fecit me dominum vniuersæ Terræ AEgypti: descende ad me, ne morẽris. ¶10 Et habitabis in Terra Gessen: eris que iuxta me tu, & filii tui, & filii filiorum tuorum, oues tuæ, & armẽta tua, & vniuersa quæ possides. ¶11 Ibique te pascam (adhuc enim quinque anni residui sunt famis) ne & tu pereas, & omnis domus tua, & omnia quæ possides. ¶12 En oculi vestri & oculi fratris mei Ben-iamin vidẽt quòd os meum loquatur ad vos. ¶13 Nuntiate patri meo vniuersam gloriam meam, & cuncta quæ vidistis in AEgypto: festinate, & adducite eum ad me. ¶14 Quùmque amplexatus cecidisset in collum Ben-iamin fratris sui, fleuit: illo quoque similiter flente super collum eius. ¶15 Osculatúsque est Ioseph omnes fratres suos, & plotauit super singulos: post quæ ausi sunt loqui ad eum. ¶16 Audiẽsque est & celebri sermone vulgatũ in aula regis, venerunt fratres Ioseph. & gauisus est Pharao atque omnis familia eius. ¶17 Dixitque ad Ioseph vt imperaret fratribus suis, dicens, Onerantes iumẽta, ite in Terram-Chanãan: ¶18 Et tollite inde patrem vestrum & cognationem, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona AEgypti, vt comedatis medullam terræ. ¶19 Præcipe etiã vt tollãt plaustra de Terra AEgypti, ad subuectionẽ paruulorũ suorũ ac coniugũ: & dicito, Vollite patrẽ vestrũ, & properate quantocyus venientes. ¶20 Nec dimittatis quicquã de supellectili vestra: quia oẽs opes AEgypti, vestræ eruut. ¶21 Fecerũntque ſi lii Israel vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundum Pharaonis imperium: & cibaria in itinere. ¶22 Singulis quoque proferri iussit binas stolas: Ben-iamin verò dedit trecentos argenteos cum quinq; stolis optimis: ¶23 Patrẽ quoque pecuniæ & vestium mittens patri suo, addens eis' asinos decẽ qui subuehierent ex omnibus diuitiis AEgypti, & totidem asinas, triticum in itinere, panẽ que portãtes. ¶24 Dimisit ergo fratres suos & proficiscẽtibus ait, Ne ira fcamini in via. ¶25 Qui ascendentes ex AEgypto, venerunt in Terrã Chanãan ad patrem suum Iacob. ¶26 Et nunciauerunt ei, dicẽtes, Ioseph filius tuus viuit: & ipse dominatur in omni Terra AEgypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. ¶27 Illi econtra referebant omnem ordinẽ rei. Quúmque vidisset plaustra & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, ¶28 Et ait, Sufficit mihi si

Act. 7. B

Exo. 50.

C

Exo. 43. b. 9.

Exo. 43. a. 3. 5.

Ad quæ Exo. 37. 31. 33.

Nec

adhuc Ioſeph filius meus viuit: vadam, & videbo illum antequam moriar.

CAP. XLVI.

1 Iacob pergit in AEgyptum ad Ioſeph. 3 Genealogia Iacob. 9 Ioſeph occurrit patri.

A PRofectúſque Iſrael cum omnibus quæ habebat, venit ad Puteum-iuramenti: & mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac. ¶ 2 Audiuit eum per viſionem nocte vocantē ſe, & dicentem ibi, Iacob, Iacob. Qui reſpōdit, Ecce adſum. ¶ 3 Ait illi Deus, Ego ſum fortiſſimus Deus patris tui: noli timere, ſed deſcende in AEgyptum, quia in gentem magnā faciam te ibi. ¶ 4 Ego deſcendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertētem: Ioſeph quoque ponet manus ſuas ſuper oculos tuos. ¶ 5 Surrexit autem Iacob manē à Puteo-iuramenti: tulerúntque eum filii eum paruulis & vxoribus ſuis in plauſtris quæ miſerat Pharao ad portandum ſenem. ¶ 6 Et omnia quæ poſſederat in Terra-Chanaan: venitq; in AEgyptū cū omni ſemine ſuo. ¶ 7 Filii eius, & nepotes, filiæ & cuncta ſimul progenies. ¶ 8 Hæc ſunt autem nomina filiorū Iſrael qui ingreſſi ſunt in AEgyptum, ipſe cum liberis ſuis. Primogenitus Ruben. ¶ 9 Filii Rubē: Henoch & Phallu & Heſron & Charmi. ¶ 10 Filii Simeon: Iamuel & Iamin & Iami & Ahod & Iachin & Sohar, & Saul filī Chananitidis. ¶ 11 Filii Leui: Gerſon & Cahath & Merari. ¶ 12 Filii Iuda: Her & Onan & Sela & Phares & Zara. mortui ſunt autē Her & Onā in Terra-Chanāan. Natique ſunt filii Phares: Heſron & Hamul. ¶ 13 Filii Iſſachar: Thola & Phua & Iob & Simeron. ¶ 14 Filii Zabulon: Sared & Elon & Iahelel. ¶ 15 Hi filii Liæ quos genuit in Meſopotamia Syriæ cū Dina filia ſua. omnes animæ filiorum eius & filiarum, triginta tres. ¶ 16 Filii Gad: Sephon & Aggi & Eſebon & Suni & Heri & Arodi & Areli. ¶ 17 Filii Aſer: Iamna & Ieſua & Ieſſui & Beria, Sara quoq; ſoror eorum. Filii Beria: Heber & Melchiel. ¶ 18 Hi filii Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ ſuæ. & hos genuit Iacob ſedecim animas. ¶ 19 Filii C Rachel vxoris Iacob: Ioſeph & Ben-Iamin. ¶ 20 Natiq; ſunt Ioſeph filii in Terra-AEgypti, quos genuit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos: Manaſſes & Ephraim. ¶ 21 Filii Ben-Iamin: Bela & Bechor & Aſbel & Gera & Naamā & Echi & Ros & Mophim & Ophim & Ared. ¶ 22 Hi filii Rachel quos genuit Iacob: oēs animæ quatuordecim. ¶ 23 Filii Dan: Huſim. ¶ 24 Filii Nephthali: Iaſiel & Guni & Ieſer & Sallem. ¶ 25 Hi filii Balæ, quā dedit Labi Racheli filiæ ſuæ: & hos genuit Iacob omnes animæ ſeptem. ¶ 26 Cunctæq; animæ quæ ingreſſæ ſunt cū Iacob in AEgyptū, & egreſſæ ſunt de femore illius, abſque vxoribus filiorum eius: ſexaginta ſex. ¶ 27 Filii autē Ioſeph qui nati ſunt ei in Terra-AEgypti, animæ duæ. Omnes animæ domꝰ Iacob quæ ingreſſæ ſunt in AEgyptum, fuere ſeptuaginta. ¶ 28 Miſit autem Iacob Iudam ante ſe ad Ioſeph in AEgyptum, vt nuntiaret ei, & ille occurreret in Geſſen. ¶ 29 Quō quum peruenīſſet, iuncto Ioſeph curru ſuo, aſcendit obuiam D patri ſuo ad eundem locum: videnſque eum, irruit ſuper collum eius, & inter amplexus fleuit. ¶ 30 Dixitque pater ad Ioſeph, Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo. ¶ 31 At ille locutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnem domum patris ſui, Aſcendam, & nuntiabo Pharaoni: dicámque ei, Fratres mei & domus patris mei qui erāt in Terra-Chanāan, venerūt ad me: ¶ 32 Et ſunt viri paſtores oulum. curámque habent alendorū gregū: pecora ſua, & armenta, & omnia quæ habere potuerūt, adduxerūt ſecū. ¶ 33 Quúmque vocauerit vos, & dixerit, Quod eſt opꝰ veſtrum? ¶ 34 Reſpōdebitis, Viri paſtores ſumus ſerui tui, ab infantia noſtra vſq; in præſens, & nos & patres noſtri. Hæc autē dicetis, vt habitare poſſitis in Terra-Geſſen: quia deteſtantur AEgyptii omnes paſtores oulum.

CAP. XLVII.

1 Iacob introducitur ad Pharaonē. 11 Datur ei terra Geſſen. 30 Adiurat filium de ſepultura.

INgreſſus ergo Ioſeph nūtiauit Pharaoni, A dicens, Pater meus & fratres, oues eorū & armenta & cuncta quæ poſſident, venerūt de Terra-Chanāan: & ecce conſiſtunt in Terra-Geſſen. ¶ 2 Extremos quoque fratrum ſuorum quinq; viros conſtituit coram rege: ¶ 3 Quos ille interrogauit, Quid habetis operis? Reſpōderunt, Paſtores ouīū ſumus ſerui tui, & nos & patres noſtri. ¶ 4 Ad peregrinandum in terram tuam venimus: quia iam non eſt herba gregibus ſeruorum tuorum, ingraueſcente fame in Terra-Chanāan: petimuſque vt eſſe nos iubeas ſeruos tuos in Terra-Geſſen. ¶ 5 Dixit itaque rex ad Ioſeph, Pater tuus & fratres tui B venerunt ad te. ¶ 6 Terra-AEgypti in conſpectu tuo eſt: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis Terram-Geſſen. Quōd ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios, conſtitue illos magiſtros pecorum meorum. ¶ 7 Poſtquām introduxit Ioſeph patrem ſuum ad regem, & ſtatuit eum coram eo: qui benedicens illi, ¶ 8 Et interrogatus ab eo, Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ? ¶ 9 Reſpondit, Dies peregrinationis vitæ meæ cētum triginta annorū ſunt parui & mali, & non peruenerunt vſque ad dies patrū meorū quibus peregrinati ſunt. ¶ 10 Et benedicto rege egreſſus eſt foras. ¶ 11 Ioſeph verò patri & fratribus ſuis, dedit poſſeſſion: in AEgypto in optimo Terræ loco, Rameſſes, vt præceperat Pharao. ¶ 12 Et alebat eos, ſōnēmque domum patris ſui, præbēs cibaria ſingulis. ¶ 13 In toto enim orbe panis deerat, & opprefferat fames terram, maxime AEgypti & Chanāan. ¶ 14 Et quibus omnem pecuniā congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. ¶ 15 Quúmque defeciſſet emptoribus pretium, venit cuncta AEgyptus ad Ioſeph, dicēs. Da nobis panes: quare *panem: morimur coram te, deficiēte pecuniā? ¶ 16 Quibus ille reſpondit, Addúcite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium nō habetis. ¶ 17 Quæ quū adduxiſſent, dedit eis alimēta pro equis, & ouibus & bobus, & aſinis: ſuſtēt tauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. ¶ 18 Venerunt quoque anno ſecundo, & dixerunt ei, Non celamus domino noſtro quōd deficiente pecunia, pecora ſimul defe-

cerunt: nec clam te est quòd absque corporibus & terra nihil habeamus. ¶19 Cur ergo mo
riemur te videnteᵗ & nos, & terra nostra tui e
rimus: eme nos in seruitutem regiam, & præ
be semina, ne pereũte cultore redigatur Ter
ra in solitudinem. ¶20 Emit igitur Ioseph o
mnem Terram Aegypti vendentibus singu
lis possessiones suas præ magnitudine famis.
Subiecitque eã Pharaoni, ¶21 Et cunctos popu
los eius à nouissimis terminis Aegypti vsque
ad extremos fines eius: ¶22 Præter terram sa
cerdotum quæ à rege tradita fuerat eis: qui
bus & statuta cibaria ex horreis publicis præ
bebantur, & idcirco non sunt compulsi ven
dere possessiones suas. ¶23 Dixit ergo Ioseph
ad populos, En vt cernitis, & vos & terrã ve
strã Pharao possidet: accipite semina, & se
rite agros, ¶24 Vt fruges habere possitis. Qui
tam partem regi dabitis: quatuor reliquas per
mitto vobis in sementem, & in cibum familiis
& liberis vestris. ¶25 Qui respondẽrũt, Salus
nostra in manu tua est: respiciat nos tantum
dominus noster, & læti seruiemus regi. ¶26 Ex
eo tẽpore vsque in præsentẽ diem in vniuer
sa Terra Aegypti, regibus quinta pars soluit
ur, & factum est quasi in legem, absque terra
sacerdotali, quæ libera ab hac cõditione fuit.
¶27 Habitauit ergo Israel in Aegypto, id est
in Terra Gessen, & possedit eam: auctúsque est
& multiplicatus nimis. ¶28 Et vixit in ea de
cem & septẽ annis: factique sunt omnes dies
vitæ illius, centum quadraginta septẽ annoꝝ.
¶29 Quúmque appropinquare cerneret
diẽ mortis suæ, vocauit filium suum Ioseph,
& dixit ad eum, Si inueni gratiã in conspectu
tuo, pone manũ tuam sub femore meo: & fa
cies mihi misericordiam & veritatem, vt non
sepelias me in Aegypto: ¶30 Sed dormiã cũ
patribꝰ meis, & auferas me de terra hac, cõdãq
que in sepulchro maiorũ meorum. Cui respõ
dit Ioseph, Ego faciã quod iussisti. ¶31 Et ille,
Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurãte, adorauit
Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput.

CAP. XLVIII.

1 Iacob ægrotat. 5 Adoptat sibi Ephraim & Manassen filios Ioseph. 15 Benedicit ipsis.

HIs itaque transactis nũtiatum est Ioseph
quòd ægrotaret pater suus: qui assum
ptis duobus filiis, Manasse & Ephraim ire per
rexit. ¶2 Dictúmque est seni, Ecce filius tuus
Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in
lectulo. ¶3 Et ingresso ad se Ioseph ait, Deus
omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est
in Terra Chanaan: benedixitque mihi, ¶4 Et
ait, Ego te augebo & multiplicabo, & faciam
te in turbas populorum: dabóque tibi terram
hanc, & semini tuo post te in possessionẽ sem
piternam. ¶5 Duo ergo filii tui qui nati sunt
tibi in Terra Aegypti antequam huc venirẽ
ad te, mei erunt: Ephraim & Manasses, sicut
Ruben & Simeon reputabuntur mihi. ¶6 Re
liquos autẽ quos genueris post eos, tui erunt,
& nomine fratrũ suorum vocabuntur in pos
sessionibus suis. ¶7 Mihi enim quando venie
bam de Mesopotamia, ꝑmortua est Rachel in
Terra Chanaan in ipso itinere, eratque ver
num tempus: & ingrediebar Ephratham, & se
pelliui eam iuxta viam Ephrathæ, quæ alio no
mine appellatur Beth-lehem. ¶8 Vidẽsque autẽ
filios eius, dixit ad eũ, Qui sunt isti? ¶9 Respõ
dit, Filii mei sunt quos donauit mihi Deus in
hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedi
cam illis. ¶10 Oculi enim Israel caligabãt præ
nimia senectute, & clare videre non poterat.
Applicitóque ad se, deosculatus & circũplexus
eos, ¶11 Dixit ad filium suum, Non sum
fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi
Deus semen tuum. ¶12 Quúmque tulisset eos
Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in
terram. ¶13 Et posuit Ephraim ad dexteram
suam, id est ad sinistram Israel: Manassen ve
rõ in sinistra sua, ad dexteram scilicet patris,
applicuitque ambos ad eum. ¶14 Qui exten
dens manum dexteram, posuit super caput E
phraim minoris fratris: sinistram autem su
per caput Manasse qui maior natu erat, com
mutans manus. ¶15 Benedixitque Iacob filiis Heb.
Ioseph, & ait, Deus in cuius cõspectu am
bulauerunt patres mei Abrahã & Isaac, Deus
qui pascit me ab adolescentia mea vsque in
præsentem diem: ¶16 Angelus qui eruit me Ge.31.c.
de cunctis malis, benedicat pueris istis: & in 32.a.
uocetur super eos nomẽ meum, nomina quo
que patrum meorũ Abraham & Isaac, & cre
scant in multitudinem super terram. ¶17 Vi D
dens autem Ioseph quòd posuisset pater suus
dexteram manum super caput Ephraim, gra
uiter accepit: & apprehensam manum patris
leuare conatus est de capite Ephraim, & trã
ferre super caput Manasse. ¶18 Dixitque ad
patrem, Non ita conuenit pater: quia hic est
primogenitus, pone dexteram tuam super ca
put eius. ¶19 Qui renuẽs ait, Scio fili mi, scio:
& iste quippe erit in populos, & multiplicabi quia
tur: sed frater eius minor, maior erit illo, & se
men illius crescet in gentes. ¶20 Benedixit
que eis in tempore illo, dicens, In te benedi
cetur Israel, atque dicetur, Faciat tibi Deus si
cut Ephraim & sicut Manasse, cõstituitque E
phraim ante Manassen. ¶21 Et ait ad Ioseph fi
lium suum, En ego morior, & erit Deus vobis
cum, reducẽtque vos ad terram patrum ve
strorum. ¶22 Do tibi ꝑtem vnam extra fra Ioſ.2
tres tuos, quã tuli de manu Amorrhæi in gla 16.2.
dio & arcu meo. Ioſ.2

CAP. XLIX.

1 Iacob prædicit quid eueniturum sit filiis suis. 33 Moritur.

VOcauit autem Iacob filios suos, & ait eis, A
Congregamini, vt annuntiem quæ ventu Deu
ra sunt vobis in diebus nouissimis. ¶2 Congre
gamini & audite filii Iacob, audite Israel pa
trem vestrum. ¶3 Ruben primogenitus meus,
tu fortitudo mea, & principium doloris mei:
prior in donis, maior in imperio. ¶4 Effusus
es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cu Ge.35
bile patris tui, & maculasti stratum eius. ¶5 Si 1.pa
meon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellan
tia. ¶6 In consilium eorum nõ veniat anima
mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea:
quia in furore suo occiderunt virum, & in ꝓ
luntate sua fuffoderunt murum. ¶7 Maledi Ge.34
ctus furor eorum, quia pertinax: & indignatio
eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & di Ioſ.
spergam eos in Israel. ¶8 Iuda, te laudabunt 21.a
fratres tui: manus tuæ in ceruicibus inimico B
rum tuorũ, adorabũt te filii patris tui. ¶9 Ca 1.Pa

tulus leonis Iuda: ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens accubuiſti vt leo, & quaſi læna, quis ſuſcitabit eum? ¶10 NON AVFERETVR ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio Gentium. ¶11 Ligans ad vineã pullum ſuũ, & ad vitem ô fili mi asinã ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. ¶12 Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. ¶13 Zabulõ in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſque ad Sidõnem. ¶14 Iſſachar aſinus fortis accubãs inter termi nos. ¶15 Vidit requiem quòd eſſet bona, & terram quòd optima: & ſuppoſuit humerũ ſuũ ad portandum, factúſque eſt tributis ſeruiẽs. ¶16 Dan iudicabit populum ſuum ſicut & alia tribus in Iſrael. ¶17 Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordẽs vngulas equi, vt cadat aſceſſor eius retro. ¶18 SALVTARE tuũ expectabo Domine. ¶19 Gad, accinctꝰ præliabitur ante eum: & ipſe accinget ur, retrorſum. ¶20 Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. ¶21 Nephthali ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. ¶22 Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens & decõrus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murũ. ¶23 Sed exaſperauerunt eum, & iurgati ſunt, inuiderũntque illi habentes iacula. ¶24 Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſrael. ¶25 Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus huberum & vuluæ. ¶26 Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrũ eius: donec veniret deſyderiũ collegũ æternorũ. fiant in capite Ioſeph & in vertice nazaræi inter fratres ſuos. ¶27 Ben iamin lupus rapax, mane comedet prædam, veſpere diuidet ſpolia. ¶28 Omnes hi in tribubus Iſrael duodecim: hæc locutus eſt eis pater ſuus, benedixitque ſingulis, benedictionibus propriis. ¶29 Et præcepit eis, dicens, Ego congregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici quæ eſt in agro Ephron Hethæi. ¶30 Cõtra Mambre in Terra Chanãan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſſionem ſepulchri. ¶31 Vbi ſepelierunt eum, & Saram vxorẽ eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cũ Rebecca cõiuge ſua: ibi & Lia cõdita iacet.* ¶32 Finitiſque mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obiit: appoſitúſque eſt ad populum ſuum.

CAP. L.

1 Vngitur corpus Iacob. 7 Sepelitur. 10 Celebrantur exequiæ. 18 Ioſeph fratribus remittit iniuriam. 26 Moritur.

QVod cernens Ioſeph, ruit ſuper faciem patris flens & deoſculãs eũ. ¶2 Præcepitque ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus cõdirent patrem. ¶3 Quibus iuſſa explentibꝰ, tranſierũt quadraginta dies: iſte quippe mos erat cadauerum conditorum. fleuitque eum Aegyptus ſeptuaginta diebus. ¶4 Et expleto planctus tempore, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis, Si inueni gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis: ¶5 Eo quòd pater meus adiurauerit me, dicens, En morior, in ſepulchro meo quod fodi mihi in Terra Chanãan, ſepelies me. Aſcẽdam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac reuertar. ¶6 Dixitque ei Pharao, Aſcende, & ſepeli patrem tuum ſicut adiuratus es. ¶7 Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctique maiores natu Terræ Aegypti: ¶8 Domus Ioſeph cũ fratribus ſuis, abſque paruuli ſui & gregibus, atque armẽtis quæ dereliquerunt in Terra Geſſen. ¶9 Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta eſt turba non modica. ¶10 Veneruntque ad Aream atad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias, planctu magno atque veheméti ſpleuerũt ſeptẽ dies. ¶11 Quod quum vidiſſent habitatores Terræ Chanaan, dixerunt, Planctus magnus eſt iſte Aegyptiis. Et idcirco vocatũ eſt nomen loci illius, Planctus Aegypti. ¶12 Fecerunt ergo filii Iacob ſicut præceperat eis: ¶13 Et portantes eum in Terram Chanãan, ſepelierunt eum in ſpelũca duplici, quam emerat Abrahã cum agro in poſſeſſionem ſepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre. ¶14 Reuerſúſque eſt Ioſeph in Aegyptum cum fratribus ſuis & omni comitatu, ſepulto patre. ¶15 Quo mortuo, timentes fratres eius & mutuò colloquẽtes, Ne fortè memor ſit iniuriæ quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum quod fecimus* ¶16 Mandauerunt ei dicẽtes, Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, ¶17 Vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obſecro vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te. nos quoque oram vt ſeruo Dei patri tuo' dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioſeph. ¶18 Veneruntque ad eum fratres ſui: & proni adorantes in terram, dixerũt, Serui tui ſumus. ¶19 Quibus ille reſpõdit, Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere volũtati? ¶20 Vos cogitaſtis de me malũ, ſed Deꝰ vertit illud in bonũ: vt exaltaret me ſicut impræſentiarũ cernitis, & ſaluos faceret multos populos. ¶21 Nolite timere: ego paſcã vos & paruulos veſtros. cõſolatúſq; eſt eos, & blãde ac leniter eſt locutꝰ. ¶22 Et habitauit in Aegypto cũ omni domo patris ſui: vixitque cẽtũ decẽ annis. ¶23 Et vidit Ephraim filios vſque ad tertiã generationem. Filii quoque Machir filii Manaſſe nati ſunt in genibus Ioſeph. ¶24 Quibus tranſactis locutus eſt fratribꝰ ſuis, Poſt mortẽ meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terra iſta ad terram quã iurauit Abraham, Iſaac, & Iacob. ¶25 Quúmque adiuraſſet eos, atque dixiſſet, Deus viſitabit vos: aſportate oſſa mea vobiſcum de loco iſto: ¶26 Mortuus eſt expletis centũ decẽ vitæ ſuæ annis. Et cõditus aromatibus, repoſitus eſt in loculo in Aegypto.

.2.6. .35. .a.2.7. .a. .b. .c. .d. .e. .f. .g. .h. .i. .k. .l. .m. .n. .o. .p. .q. .r. .s. .t. .v. .x. .y. .z. .aa. .bb. .cc. .dd. .ee. .ff. .gg. .hh. .ii. .kk. .ll. .mm. .nn. .oo. .pp. .qq. .rr. .ss. .tt. .vv. .xx. .yy. .zz. .aaa. .bbb. .ccc. .ddd. .eee. .fff. .ggg. .hhh. .iii. .kkk. .lll. .mmm. .nnn. .ooo. .ppp. .qqq. .rrr. .sss. .ttt. .vvv. .xxx. .yyy. .zzz. .aaaa. .bbbb. .cccc. .dddd. .eeee. .ffff. .gggg. .hhhh. .iiii. .kkkk. .llll. .mmmm. .nnnn. .oooo. .pppp. .qqqq. .rrrr. .ssss. .tttt. .vvvv. .xxxx. .yyyy. .zzzz. .aaaaa. .bbbbb. .ccccc. .ddddd. .eeeee. .fffff. .ggggg. .hhhhh. .iiiii. .kkkkk. .lllll. .mmmmm. .nnnnn. .ooooo. .ppppp. .qqqqq. .rrrrr. .sssss. .ttttt. .vvvvv. .xxxxx. .yyyyy. .zzzzz. .aaaaaa. .bbbbbb. .cccccc. .dddddd. .eeeeee. .ffffff. .gggggg. .hhhhhh. .iiiiii. .kkkkkk. .llllll. .mmmmmm. .nnnnnn. .oooooo. .pppppp. .qqqqqq. .rrrrrr. .ssssss. .tttttt. .vvvvvv. .xxxxxx. .yyyyyy. .zzzzzz. .aaaaaaa. .bbbbbbb. .ccccccc. .ddddddd. .eeeeeee. .fffffff. .ggggggg. .hhhhhhh. .iiiiiii. .kkkkkkk. .lllllll. .mmmmmmm. .nnnnnnn. .ooooooo. .ppppppp. .qqqqqqq. .rrrrrrr. .sssssss. .ttttttt. .vvvvvvv. .xxxxxxx. .yyyyyyy. .zzzzzzz. .aaaaaaaa. .bbbbbbbb. .cccccccc. .dddddddd. .eeeeeeee. .ffffffff. .gggggggg. .hhhhhhhh. .iiiiiiii. .kkkkkkkk. .llllllll. .mmmmmmmm. .nnnnnnnn. .oooooooo. .pppppppp. .qqqqqqqq. .rrrrrrrr. .ssssssss. .tttttttt. .vvvvvvvv. .xxxxxxxx. .yyyyyyyy. .zzzzzzzz. .aaaaaaaaa. .bbbbbbbbb. .ccccccccc. .ddddddddd. .eeeeeeeee. .fffffffff. .ggggggggg. .hhhhhhhhh. .iiiiiiiii. .kkkkkkkkk. .lllllllll. .mmmmmmmmm. .nnnnnnnnn. .ooooooooo. .ppppppppp. .qqqqqqqqq. .rrrrrrrrr. .sssssssss. .ttttttttt. .vvvvvvvvv. .xxxxxxxxx. .yyyyyyyyy. .zzzzzzzzz. .aaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbb. .cccccccccc. .dddddddddd. .eeeeeeeeee. .ffffffffff. .gggggggggg. .hhhhhhhhhh. .iiiiiiiiii. .kkkkkkkkkk. .llllllllll. .mmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnn. .oooooooooo. .pppppppppp. .qqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrr. .ssssssssss. .tttttttttt. .vvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbb. .ccccccccccc. .ddddddddddd. .eeeeeeeeeee. .fffffffffff. .ggggggggggg. .hhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkk. .lllllllllll. .mmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnn. .ooooooooooo. .ppppppppppp. .qqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrr. .sssssssssss. .ttttttttttt. .vvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbb. .cccccccccccc. .dddddddddddd. .eeeeeeeeeeee. .ffffffffffff. .gggggggggggg. .hhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkk. .llllllllllll. .mmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnn. .oooooooooooo. .pppppppppppp. .qqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrr. .ssssssssssss. .tttttttttttt. .vvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbb. .ccccccccccccc. .ddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeee. .fffffffffffff. .ggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkk. .lllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnn. .ooooooooooooo. .ppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrr. .sssssssssssss. .ttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbb. .cccccccccccccc. .dddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeee. .ffffffffffffff. .gggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkk. .llllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnn. .oooooooooooooo. .pppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrr. .ssssssssssssss. .tttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbb. .ccccccccccccccc. .ddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeee. .fffffffffffffff. .ggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkk. .lllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnn. .ooooooooooooooo. .ppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrr. .sssssssssssssss. .ttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbbb. .cccccccccccccccc. .dddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeeee. .ffffffffffffffff. .gggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkkk. .llllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnnn. .oooooooooooooooo. .pppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrrr. .ssssssssssssssss. .tttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbbbb. .ccccccccccccccccc. .ddddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeeeee. .fffffffffffffffff. .ggggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkkkk. .lllllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnnnn. .ooooooooooooooooo. .ppppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrrrr. .sssssssssssssssss. .ttttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbbbbb. .cccccccccccccccccc. .dddddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeeeeee. .ffffffffffffffffff. .gggggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkkkkk. .llllllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnnnnn. .oooooooooooooooooo. .pppppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrrrrr. .ssssssssssssssssss. .tttttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbbbbbb. .ccccccccccccccccccc. .ddddddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeeeeeee. .fffffffffffffffffff. .ggggggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkkkkkk. .lllllllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnnnnnn. .ooooooooooooooooooo. .ppppppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrrrrrr. .sssssssssssssssssss. .ttttttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. .cccccccccccccccccccc. .dddddddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeeeeeeee. .ffffffffffffffffffff. .gggggggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. .llllllllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. .oooooooooooooooooooo. .pppppppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. .ssssssssssssssssssss. .tttttttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. .ccccccccccccccccccccc. .ddddddddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. .fffffffffffffffffffff. .ggggggggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. .lllllllllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. .ooooooooooooooooooooo. .ppppppppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. .sssssssssssssssssssss. .ttttttttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. .cccccccccccccccccccccc. .dddddddddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. .ffffffffffffffffffffff. .gggggggggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. .llllllllllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. .oooooooooooooooooooooo. .pppppppppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. .ssssssssssssssssssssss. .tttttttttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. .ccccccccccccccccccccccc. .ddddddddddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. .fffffffffffffffffffffff. .ggggggggggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. .lllllllllllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. .ooooooooooooooooooooooo. .ppppppppppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. .sssssssssssssssssssssss. .ttttttttttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. .cccccccccccccccccccccccc. .dddddddddddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. .ffffffffffffffffffffffff. .gggggggggggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. .llllllllllllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. .oooooooooooooooooooooooo. .pppppppppppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. .ssssssssssssssssssssssss. .tttttttttttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. .bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. .ccccccccccccccccccccccccc. .ddddddddddddddddddddddddd. .eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. .fffffffffffffffffffffffff. .ggggggggggggggggggggggggg. .hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. .iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. .kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. .lllllllllllllllllllllllll. .mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. .nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. .ooooooooooooooooooooooooo. .ppppppppppppppppppppppppp. .qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. .rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. .sssssssssssssssssssssssss. .ttttttttttttttttttttttttt. .vvvvvvvvvvvvvvvvvvvvvvvvv. .xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. .yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. .zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. .aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. .bb

# Liber Exodus, Hebraice Veelle semoth.

1 Recensio filiorum Iacob. 8 Nouus Pharao opprimit Israelitas. 15 Obstetricum piarum industria.

A HAEC sunt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in AEgyptum cũ Iacob: singuli cum domibus suis in troierũt: ¶2 Ruben, Simeõ, Leui, Iuda, ¶3 Issachar, Zabulon, & Beniamin, ¶4 Dan, & Nephthali, Gad, & Aser. ¶5 Erãt igitur omnes animæ eorũ qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autẽ in AEgypto erat. ¶6 Quo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omnique cognatione sua: ¶7 Filii Israel creuerunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerunt Terram. ¶8 Surrexit interea rex nouus super AEgyptũ qui ignorabat Ioseph: ¶9 Et ait ad populum suum, Ecce, populus filiorũ Israel multe, & fortior nobis est. ¶10 Venite, sapiẽter opprimamus eum: ne forte multiplicetur: & si ingruerit cõtra nos bellum, adiungatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de Terra. ¶11 Præposuit itaque eis magistros operum vt affligerẽt eos oneribus: ædificauerũntque vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom, & Rameses. ¶12 Quantòque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebãt: oderãntque filios Israel AEgyptii, ¶13 Et affligebant illos dominantes eis & inuidentes. ¶14 Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur. ¶15 Dixit autem rex AEgypti obstetricibus Hebræorũ: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, ¶16 Præcipiẽs eis, Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tẽpus aduenerit: si masculus fuerit, interficite eum: si fœmina, reseruate. ¶17 Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerũt iuxta præceptum regis AEgypti, sed conseruabãt mares. ¶18 Quibus accersitis ad se rex ait, Quidnã est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? ¶19 Quæ respõderunt, Nõ sunt Hebrææ sicut AEgyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquã veniamus ad eas, pariunt. ¶20 Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit populus, cõfortatũque est nimis. ¶21 Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos. ¶22 Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicẽs, Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumẽ proijcite: quicquid fœminini, reseruate.

Gen. 46. a. 2.

Act. 7. c. 17.

B

Sapien. 18. b. 7.

C

D

CAP. II.

1 Natus Moyses in carectum proiectus, adoptatur à filia Pharaonis. 11 Egressus ad visendum fratres suos Israelitas, AEgyptiũ oppressoré Hebræi occidit. 15 Fugit à conspectu Pharaonis. 21 Ducit vxorem. 23 Clamant ad Deum Israelitæ.

EGressus est post hæc vir de domo Leui. Et accepit vxorem sibi pris suæ: ¶2 Quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem, abscondit tribus mẽsibus. ¶3 Quúmque iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & linuit eam bitumine ac pice: posuitque intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis, ¶4 Stante procul sorore eius, & considerante euentum rei. ¶5 Ecce autem descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ quũ vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam é famulabus suis: & allatã ¶6 Aperiẽs, cernẽnsque in ea paruulum vagientem, misertа eius, ait, De infantibus Hebræorum est hic. ¶7 Cui soror pueri, vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræã, quæ nutrire possit infantulũ? ¶8 Respondit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem suam. ¶9 Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedẽ tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerum: ¶10 Adulsúmque tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in locũ filii, vocauitque nomen eius Moyses, dicens, Quia de aqua tuli eũ. ¶11 In diebus illis postquam creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, & virum AEgyptium percutientem quendã de Hebræis fratribus suis. ¶12 Quúmque circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussum AEgyptium abscondit sabulo. ¶13 Et egressus die altero conspexit duos Hebræos litigantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam, Quare percutis proximum tuum? ¶14 Qui respondit, Quis cõstituit te principem, & iudicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti AEgyptium? timuit Moyses, & ait, Quomodo palam factum est verbum istud? ¶15 Audiuitque Pharao sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in Terra Madian, & sedit iuxta puteum. ¶16 Erant autem sacerdoti Madiã septem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. ¶17 Superuenere pastores, & eiecerunt eas: surrexitque Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues earum. ¶18 Quæ quũ reuertissent ad Iethro patrem suum, dixit ad eas, Cur velocius venistis solito? ¶19 Responderunt, Vir AEgyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscum, potúmque dedit ouibus. ¶20 At ille, Vbi est, inquit, quare dimisistis hominem? vocate eum vt comedat panem. ¶21 Iurauit ergo Moyses quòd habitaret cum eo. Accepitque Sephoram filiam eius vxorem: ¶22 Quæ peperit ei filium, quem vocauit Gersam, dicẽs, Aduena fui in terra aliena. Alterum verò peperit: quem vocauit Eliezer, dicens, Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. ¶23 Post multum verò temporis mortuus est rex AEgypti: & ingemiscentes filii Israel, propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. ¶24 Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abrahã, Isaac, & Iacob. ¶25 Et respexit Dominus filios Israel, & liberauit eos.

A

Gen. 46. b. 59. 1. par. 23. b. 13. Act. 7. c. 20. Hebr. 11. c. 23

Act. heb.

B

Heb

C

D

1. Reg. 2. c. 1. Psal.

CAP. III.

1 Moyses pascit oues. 2 Videt Deũ in rubo. 10 Mittitur ad Pharaonem, vt cum eo a-

gat de educendis Iſraelitis.

A MOyſes autem paſcebat oues Iethro ſocerı ſui ſacerdotis Madiā: quúmque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb. ¶2 Apparuitque ei Dominus in flāma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non comburetur. ¶3 Dixit ergo Moyſes, Vadam, & videbo viſionem hāc magnā, quare non comburatur rubus. ¶4 Cernens autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, & ait, Moyſes Moyſes? B Qui reſpondit, Adſum. ¶5 At ille, Ne appropies, inquit, huc: ſolue calceamentum de pedibus tuis. locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt. ¶6 Et ait, Ego ſum Deꝰ patris tui, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Abſcondit Moyſes faciem ſuam: nō enim audebat aſpicere cōtra Deum. ¶7 Cui ait Dominus, Vidi afflictionem populi mei in AEgypto, & clamorem eius audiui propter duritiā eorum qui præſunt operibus: ¶8 Et ſciens do lorem eius, deſcendi vt liberem eum de manibus AEgyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam & ſpatioſam, in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuzi, & Iebuſæi. ¶9 Clamor ergo filiorum Iſrael vēnit ad me: vidique afflictionem eorum qua ab AEgyptiis opprimuntur. ¶10 Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum filios Iſrael de AEgypto. ¶11 Dixitque Moyſes ad Deum, Quis ſum ego, vt vadam ad Pharaonē, & educā filios Iſrael de AEgypto? ¶12 Qui dixit ei, Ego ero tecum: & hoc habebis ſignum quòd miſerim te, Quum eduxeris populum meum de AEgypto, immolabis Deo ſuper montem iſtum. ¶13 Ait Moyſes ad Deum, Ecce ego vadam ad filios Iſrael, & dicā eis, Deus patrum veſtrorum miſit me ad vos. Si dixerint mihi, Quod eſt nomen eius? quid dicam eis? ¶14 Dixit Dominus ad Moyſen, EGO SVM QVI SVM. Ait, Sic dices filiis Iſrael, QVI EST, miſit me ad vos. ¶15 Dixitque iterū Deꝰ ad Moyſen, Hæc dices filiis Iſrael, Dominus Deus patrum veſtrorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos: hoc nomen mihi eſt in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationē. ¶16 Vade, & congrega ſeniores Iſrael, & dices ad eos, Dominus Deus patrum veſtrorum apparuit mihi, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, dicens, Viſitans, viſitaui vos: & vidi omnia quæ acciderunt vobis in AEgypto: ¶17 Et dixi vt educam vos de afflictione AEgypti in Terrā Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Pherezæi & Heuæi & Iebuſæi, ad terram fluentem lacte & melle. ¶18 Et audiēt vocem tuam: ingredieriſque tu & ſeniores Iſrael ad regem AEgypti, & dices ad eum, Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viā triū dierum in ſolitudinem, vt immolemus Domino Deo noſtro. ¶19 Sed ego ſcio quòd non dimittet vos rex AEgypti vt eatis, niſi per manum validā. ¶20 Extendāmque manū meam, & percutiam AEgyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus ſum in medio eorum: poſt hoc dimittet vos. ¶21 Daboque gratiam populo huic coram AEgyptiis: & quū egrediemini, non exibitis vacui, ¶22 ſed poſtulabit mulier à vicina ſua & ab hoſpita ſua, vaſa argentea & aurea, ac veſtes: ponetiſque eas ſuper filios & filias veſtras, & ſpoliabitis AEgyptum.

CAP. IIII.

2 Moyſes accipit ſigna ſuæ vocationis. 19 Pergit Moyſes in AEgyptum. 24 Deus vult eum occidere. 25 Sephora circuncidit filium. 27 Aaron occurrit fratri.

A REſpondens Moyſes ait, Non credent mihi, neque audient vocem meā: ſed dicent, Non apparuit tibi Dominus. ¶2 Dixit ergo ad eum, Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpondit, Virga. ¶3 Dixitque Dominus, Proiice eam in terram. Proiecit, & verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes. ¶4 Dixitque Dominus, Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, verſaque eſt in virgam. ¶5 Vt credant, inquit, quòd apparuerit tibi Dominus Deus patrum B tuorum, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. ¶6 Dixitque Dominus rurſum, Mitte manum tuam in ſinum tuum. Quam quū miſiſſet in ſinum, protulit leproſam inſtar niuis. ¶7 Retrahe, ait, manum tuam in ſinum tuum. Retraxit, & protulit iterū, & erat ſimilis carni reliquæ. ¶8 Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequentis. ¶9 Quòd ſi nec duobus quidem his ſignis crediderint, neque audierint vocem tuam: ſume aquam fluminis, & effunde eā ſuper aridā, & quicquid hauſeris de fluuio, vertetur in ſanguinem. ¶10 Ait Moyſes, Obſecro C Domine, non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius: & ex quo locutus es ad ſeruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſū. ¶11 Dixit Dominus ad eum, Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum, videntē & cæcum? nōnne ego? ¶12 Perge igitur, & ego ero in ore tuo: docebóque quid loquaris. Matth.10.c. ¶13 At ille, Obſecro Domine, inquit, mitte quē miſſurus es. ¶14 Iratus Dominus in Moyſen, ait, Aarō frater tuꝰ Leuites, ſcio quòd eloquēs D ſit: ecce ipſe egredietur in occurſum tuum, videnſque te lætabitur corde. ¶15 Loquere ad Eccli 45.2.7 eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius. & oſtendam vobis quid agere debeatis. ¶16 Et ipſe loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent. ¶17 Virgam quoque hanc ſume in manu tua, in qua facturus es ſigna. ¶18 Abiit Moyſes, & reuerſus eſt ad Iethro ſocerum ſuum: dixitque ei, Vadam & reuertar ad fratres meos in AEgyptum, vt videam ſi adhuc viuāt. Cui ait Iethro, Vade in E pace. ¶19 Dixit ergo Dominus ad Moyſen in Madian, Vade, & reuertere in AEgyptum: mortui ſunt enim omnes qui quærebant animam tuam. ¶20 Tulit ergo Moyſes vxorem ſuam, & filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum: reuerſúſque eſt in AEgyptum, portans virgam Dei in manu ſua. ¶21 Dixitque ei Dominꝰ reuertenti in AEgyptum, Vide vt omnia oſtenta quæ poſui in manu tua, facias coram Pharaone: ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. ¶22 Dicesque ad eum, Hæc dicit Dominus, Filiꝰ meus primogenitus, Iſrael. ¶23 Dixi tibi, Dimitte filium meū vt ſeruiat mihi: &

noluisti dimittere eum, ecce ego interficiam
filium tuum primogenitū. ¶24 Quúmque es-
set in itinere, in diuersorio occurrit ei Domi
nus, & volebat occidere eum. ¶25 Tulit illicò
Sephora acutissimam petram, & circuncidit
præputiū filii sui, tetigitque pedes eius, & ait,
Sponsus sanguinum tu mihi es. ¶26 Et dimisit
eum postquam dixerat, Sponsus sanguinum tu
mihi es: ob circúcisionem. ¶27 Dixitque Do-
minus ad Aaron, Vade in occursum Moysi in
deserto. Qui perrexit obuiā ei in Monte Dei,
& osculat' est eum. ¶28 Narrauitque Moyses
Aarō omnia verba Domini pro quibus mise-
rat eū, & signa quæ mādauerat. ¶29 Venerūt
que simul, & congregauerunt cunctos senio-
tes filiorū Israel. ¶30 Locutúsque est Aaron
omnia verba quæ dixerat Dominus ad
Moysen: & fecit signa coram populo, ¶31 Et cre
didit populus. Audierúntque quòd visitasset
Dominus filios Israel, & quòd respexisset ad
afflictionem illorum: & proni adorauerunt.

CAP. V.

1 Moyses & Aaron aggrediūtur Pharaonem. 6 Populus magis ac magis opprimitur. 20 Incusantur à populo Moyses & Aaron.

POst hæc ingressi sunt Moyses & Aarō, &
dixerunt Pharaoni, Hæc dicit Dominus
Deus Israel, Dimitte populū meum vt sacri-
ficet mihi in deserto. ¶2 At ille respondit,
Quis est Dominus, vt audiam vocem eius, &
dimittam Israel? nescio Dominum, & Israel
non dimittam. ¶3 Dixerúntque, Deus Hebræ-
orum vocauit nos, vt eamus viam trium die-
rum in solitudinem, & sacrificemus Domino
Deo nostro: ne forte accidat nobis pestis aut
gladius. ¶4 Ait ad eos rex Aegypti, Quare
Moyses & Aaron solicitatis populum ab ope
ribus? fulcite ad onera vestra. ¶5 Dixitque Pha
rao, Multus est populus terræ: videtis quòd
turba sucreueriti: quāto magis si dederitis eis
requiem ab operibus? ¶6 Præcepit ergo in die
illo præfectis operum & exactoribus populi,
dicens, ¶7 Nequaquā vltrà dabitis paleas po
pulo ad conficiendos lateres, sicut prius: sed ip
si vadant, & colligant stipulas. ¶8 Et mensu
ram laterum, quam prius faciebant, imponen-
tis super eos, nec minuetis quicquam. vacant
enim, & idcirco vociferantur, dicētes, Eamus,
& sacrificemus Deo nostro. ¶9 Opprimantur
operibus, & expleant ea: vt non acquiescant
verbis mendacibus. ¶10 Igitur egressi præfecti
operū & exactores, ad populum dixerūt, Sic
dicit Pharao, Non do vobis paleas. ¶11 Ite, &
colligite sicubi inuenire poteritis: nec minue-
tur quicquam de opere vestro. ¶12 Dispersúsq;
que est populus in omnem Terram Aegypti
ad colligendas paleas. ¶13 Præfecti quoque o-
perum instabant, dicentes. Complete opus ve-
strum quotidie, vt prius facere solebatis quā-
do dabantur vobis paleæ. ¶14 Flagellatiq;
sunt qui præerant operibus filiorum Israel,
ab exactoribus Pharaonis, dicentibus, Quare
non implestis mēsuram laterum sicut prius,
nec heri nec hodie? ¶15 Venerúntque præpósi
ti filiorū Israel, & vociferati sunt ad Pharao-
nem dicentes, Cur ita agis contra seruos tuos?
¶16 Paleæ non dantur nobis, & lateres simili
ter imperantur: en famuli tui flagellis cædi-
mur, & iniustè agitur contra populum tuū.
¶17 Qui ait, Vacatis otio, & idcirco dicitis, Ea-
mus, & sacrificemus Domino. ¶18 Ite ergo, &
operamini: paleæ non dabuntur vobis, & red-
detis consuetum numerum laterum. ¶19 Vide-
bántque se præpositi filiorū Israel in malū,
eo quòd diceretur eis, Non minuetur quicquā
operis de lateribus per singulos dies. ¶20 Oc
curreruntque Moysi & Aaron, qui stabant ex
aduerso, egredientes à Pharaone: ¶21 Et dixe-
runt ad eos, Videat Dominus & iudicet, quo-
niam fœtere fecistis odorem nostrum coram
Pharaone & seruis eius, & præbuistis ei gla-
dium vt occideret nos. ¶22 Reuersúsq; est Moy-
ses ad Dominum, & ait, Domine, cur afflixisti
populū istum? quare misisti me? ¶23 Ex eo
enim quo ingressus sum ad Pharaonem vt lo-
querer ex nomine tuo, afflixit populum tuū.
& non liberasti eos.

CAP. VI.

5 Promittit Deus Israelitis liberationem, & Terram Chanaan. 14 Genealogiæ Ruben & Simeonis & Leui.

DIxitque Dominus ad Moysen, Nunc vi-
debis quæ facturus sum Pharaoni: per
manum enim fortem dimittet eos, & in manu
robusta eiiciet illos de terra sua. ¶2 Locutúsq;
que est Dominus ad Moysen, dicens, Ego Do-
minus ¶3 Qui apparui Abrahæ Isaac & Ia-
cob in Deo omnipotente: & nomen meū A-
DONAI non indicaui eis. ¶4 Pepigique
fœdus cum eis, vt darem eis Terrā Chanāan,
terram peregrinationis eorum, in qua fuerūt
aduenæ. ¶5 Ego audiui gemitū filiorū Israel
quo Aegyptii opprimerentur eos: & recordatus
sū pacti mei. ¶6 Ideo dic filiis Israel, Ego Do
minus qui educā vos de ergastulo Aegyptiorum
& eruam de seruitute: ac redimam in bra
chio excelso & iudiciis magnis. ¶7 Et assumā
vos mihi in populum, & ero vester Deus: &
scietis quòd ego sum Dominus Deus vester
qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum
¶8 Et induxerim vos in terrā, super quam le-
uauit manum meam vt darem eam Abrahæ,
Isaac & Iacob: dabòque illam possidendā vo-
bis, ego Dominus. ¶9 Narrauit ergo Moyses
omnia filiis Israel: qui non acquieuerunt ei
propter angustiam spiritus, & opus durissi-
mum. ¶10 Locutúsque est Dominus ad Moy-
sen, dicens, ¶11 Ingredere, & loquere ad Pha-
raonem regem Aegypti, vt dimittat filios Is-
rael de terra sua. ¶12 Respondit Moyses coràm
Domino Ecce filii Israel non audiunt me: &
quomodo audiet Pharao, præsertim quū in-
circumcisus sim labiis? ¶13 Locutúsque est Do
minus ad Moysen & Aaron, & dedit mandatū
ad filios Israel, & ad Pharaonem regem Ae-
gypti vt educerent filios Israel de Terra Ae-
gypti. ¶14 Isti sunt principes domorum per
familias suas. Filii Ruben primogeniti Israe-
lis: Henoch & Phallu, Hesron & Charmi, hæ
cognationes Ruben. ¶15 Filii Simeō: Iamuel &
Iamin & Iami & Ahod, & Iachin, Soher, &
Saul filii Chananitidis. hæ progenies Simeō.
¶16 Et hæc nomina filiorū Leui per cognatio
nes suas: Gersō & Caath & Merari. Anni autē
vitæ Leui fuerūt centū triginta septē. ¶17 Fi
lii Gersō: Lobni & Semei, per cognationes
suas. ¶18 Filii Caath: Amram, & Isaar, & He-

bron & Oziel. ²anni quoque vitæ Caath, centum triginta tres. ¶19 Filii Merari: Moholi & Musi. hæ cognationes Leui per familias suas. ¶20 ‖Accepit autem Amram vxorē Iochabed patruelē suā: quæ peperit ei Aarō & Moysen & Mariā'. Fuerūntque anni vitæ Amrā, centū triginta septem. ¶21 Filii quoque Isaar: Core, & Nepheg, & Zechri. ¶22 Filii quoque Oziel: Misael, & Elisaphan, & Sethri. ¶23 Accepit autem Aaron vxorē Elisabeth filiā Aminadab, sororem Nahason, ‖quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. ¶24 Filii quoque Core: Aser, & Eleana, & Abiasaph. hæ sunt cognationes Coritarum. ¶25 At verō Eleazar filius Aarō accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi sunt principes familiarum Leuiticarum per cognationes suas. ¶26 Iste est Aaron & Moyses quibus præcepit Dominus vt educerent filios Israel de Terra Aegypti per turmas suas. ¶27 Hi sunt qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti, vt educat filios Israel de Aegypto: iste est Moyses & Aarō. ¶28 In die qua locutus est Dominus ad Moysē, in Terra Aegypti. ¶29 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens, Ego Dominus: loquere ad Pharaonē regē Aegypti omnia quæ loquor tibi. ¶30 Et ait Moyses coram Domino, En incircumcisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao?

CAP. VII.

1 Signa vt cognoscatur Deo. 10 Virga Moysi vertitur in colubrum. 11 Magi idem faciūt. 19 Aquæ vertuntur in sanguinem.

A Dixitque Dominus ad Moysen, ‖Ecce constitui te Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit Propheta tuus. ¶2 Tu loquēris ei omnia quæ mādo tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Israel de terra sua. ¶3 Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostenta mea in Terra Aegypti. ¶4 Et non audiet vos: immittāmque manum meam super Aegyptum, & educam exercitum & populum meum filios Israel de Terra Aegypti per iudicia maxima. ¶5 Et sciēt Aegyptii quia ego sum Dominus qui extenderim manum meam super Aegyptum, & eduxerim filios Israel de medio eorum. ¶6 Fecit itaque Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus: ita egerunt. ¶7 Erat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron octogintatrium, quando locuti sunt ad Pharaonem. ¶8 Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron, ¶9 Quum dixerit vobis Pharao, ostēdite signa: dices ad Aaron, Tolle virgam tuam, & proijce eam coram Pharaone, ac vertatur in colubrū. ¶10 Ingressi itaque Moyses & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat Dominus. Tulitque Aarō virgam coram Pharaone & seruis eius, quæ versa est in colubrum. ¶11 Vocauit autem Pharao sapientes & maleficos: ‖& fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas & arcana quædā similiter. ¶12 Proiecerūntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: sed deuorauit virga Aarō virgas eorum. ¶13 Induratusque est cor Pharaonis, & nō audiuit eos, sicut præceperat Dominus. ¶14 Dixit autem Dominus ad Moysen, Ingrauatum est cor Pharaonis, & non vult dimittere populum. ¶15 Vade ad eum mane: ecce, egredietur ad aquas: & stabis in occursum eius super ripam fluminis: & virgam quæ conuersa est in draconem, tolles in manu tua, ¶16 Dicēsque ad eum, Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto: & vsque ad præsens audire noluisti. ¶17 Hæc igitur dicit Dominus, In hoc scies quōd sim Dominus: ecce percutiā virga quæ in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem. ¶18 Pisces quoque qui sunt in fluuio morientur, & cōputrescent aquæ, & affligentur Aegyptii bibentes aquam fluminis. ¶19 Dixit quoque Dominus ad Moysen, Die ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Aegypti, & super fluuios eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, vt vertantur in sanguinem: & D fit cruor in omni terra Aegypti. tam in ligneis vasis quām in saxeis. ¶20 Fecerūntque Moyses & Aarō sicut præceperat Dominus: ‖& eleuans virgam percussit aquam fluminis coram Pharaone & seruis eius: quæ versa est in sanguinem. ¶21 Et pisces qui erant in flumine, mortui sunt: cōputruit que fluuius, & nō poterāt Aegyptii bibere aquā fluminis, & fuit sanguis in tota Terra Aegypti. ¶22 ‖Fecerūntque similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis. & induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos, sicut præceperat Dominus. ¶23 Auertitque se, & ingressus est domum suā, nec apposuit cor etiam hac vice. ¶24 Fodebant autem omnes Aegyptii per circuitū fluminis aquam vt biberent: non enim poterant bibere de aquam fluminis. ¶25 Impletique sunt septem dies, postquam percussit Dominus fluuium.

CAP. VIII.

1 Ranæ. 11 Orat Moyses pro Pharaone. 15 Obstinato Pharaone, mittuntur ciniphes & muscæ.

Dixit quoque Dominus ad Moysen, ‖Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meū, vt sacrificet mihi. ¶2 Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis. ¶3 Et ebulliet fluuius ranas: quæ ascendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & super stratum tuū, & in domos seruorum tuorum, & in populū tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum: ¶4 Et ad te & ad populum tuum, & ad omnes seruos tuos intrabūt ranæ. ¶5 Dixitque Dominus ad Moysen. Dic ad Aaron, Extende manum tuam super fluuios ac super riuos & paludes, & educ ranas super Terram Aegypti. ¶6 Et extēdit Aaron manum super aquas Aegypti, & ascenderunt ranæ, operueruntque Terram Aegypti, ¶7 ‖Fecerunt autem & malefici per incantationes suas similiter: eduxerūntque ranas super Terrā Aegypti. ¶8 Vocauit autem Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis, Orate Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum vt sacrificet Domino. ¶9 Dixitque Moyses ad Pharaonem, Constitue mihi quando deprecer pro te & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo tua ` & à seruis tuis, & à populo tuo: ' & tantum in flumi-

C ne remanerent. ¶10 Qui respondit, Eras. At ille, iuxta, inquit, verbum tuū faciam: vt scias quoniam non est sicut Dominus Deus noster. ¶11 Et recedent ranæ à te & à domo tua, & à seruis tuis, & à populo tuo: & tantum in fluuio ne remanebunt. ¶12 Egressique sunt Moyses & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarum quam cōdixerat Pharaoni. ¶13 Fecitque Dominus iuxta verbum Moysi: & mortuæ sunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris. ¶14 Cōgregauerúntque eas in immensos aggeres, & computruit terra. ¶15 Videns autem Pharao quòd data esset requies, ingrauauit cor suum, & non D audiuit eos, sicut præceperat Domin'. ¶16 Dixitque Dominus ad Moysen, Loquere ad Aaron, Extende virgam tuam, & percute puluerē terræ: & fiant cinīphes in vniuersa terra Aegypti. ¶17 Fecerúntque ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens: percussítque puluerem terræ, & facti sunt cinīphes in hominibus & in iumentis, omnis puluis terræ versus est in cinīphes per totam Terram Aegypti. ¶18 Fecerúntque similiter malefici incantationibus suis, vt educerent cinīphes, & non potuerunt: erántque cinīphes tam in hominibus quàm in iumentis. ¶19 Et dixerunt malefici ad Pharaonem. Digitus Dei est hic. Indurátúmque est cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut præceperat Domin'. ¶20 Dixit quoque Dominus ad Moysen, Consurge diluculo, & sta coram Pharaone, egredietur enim ad aquas: & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. ¶21 Quòd si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarū. & implebuntur omnes domus Aegyptiorum muscis diuersi generis, & vniuersa terra in qua fuerint. ¶22 Faciémque mirabilem in F die illa Terram Gessen, in qua populus meus est, vt non sint ibi muscæ: & scias quoniam ego Dominus in medio terræ. ¶23 Ponámque diuisionem inter populum meum, & populū tuum: eras erit ſignū istud. ¶24 Fecitque Do- Sapie. 16.b.9. minus ita. Et venit musca grauissima in domos Pharaonis & seruorum eius, & in omnem Terram Aegypti: corruptaque est terra ab huiusce modi muscis. ¶25 Vocauitque Pharao Moysen & Aaron, & ait eis, Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac. ¶26 Et ait Moyses, Non potest ita fieri: abominationes enim Aegyptiorū immolabimus Domino Deo nostro: quòd si macta uerimus ea quæ colūt Aegyptii coram eis, lapidibus nos obruent. ¶27 G Viam trium dierum pergemus in solitudinē: & sacrificabimus Domino Deo nostro. ſicut præcepit nobis. ¶28 Dixitque Pharao, Ego dimittam vos vt sacrificetis Domino Deo vestro in deserto: veruntamen longius ne abeatis, rogate pro me. ¶29 Et ait Moyses, Egressus à te, orabo Dominum: & recedet musca à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius: veruntamen noli vltrà fallere, vt non dimittas populum sacrificare Domino. ¶30 Egressúsque Moyses à Pharaone, orauit Dominum. ¶31 Qui fecit iuxta verbum illius: & abstulit muscas à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius: nō superfuit ne vna quidē. ¶32 Et ingrauatum est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

## CAP. IX.

1 Aegyptus percutitur peste pecorum, 9 Vlceribus & vesicis, 22 Grandine, tonitru, & fulgure horribili. 27 Peccatum agnoscit Pharao, orátque pro eo Moyses.

DIxit autem Dominus ad Moysen, Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad A eum, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. ¶2 Quòd si adhuc renuis, & retines eos: ¶3 Ecce manus mea erit super agros *, & super equos & asinos, & camelos & oues, & boues pestis valde grauis. ¶4 Et faciet Dominus mirabile inter possessiones Israel, & possessiones Aegyptiorum, vt nil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Israel. ¶5 Constituitque Dominus tempus, dicens, Eras faciet Dominus verbum istud in terra. ¶6 Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die: mortuáque sunt omnia animantia Aegyptiorum: de animalibus verò filiorum Israel nihil omnino B periit. ¶7 Et misit Pharao ad videndum: nec erat quicquam mortuum de his quæ possidebat Israel. Ingrauatúmque est cor Pharaonis, & non dimisit populum. ¶8 Et dixit Dominus ad Moysen, & Aaron, Tollite plenas manus cineris de camino, & spargat illum Moyses in cælum coram Pharaone. ¶9 Sitque puluis super omnem Terram Aegypti: erunt enim in hominibus, & iumentis vlcera, & vesicæ turgentes in vniuersa Terra Aegypti. ¶10 Tulerúntque cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone, & sparsit illum Moyses in cælum: factáque sunt vlcera vesicarum turgétium in hominibus, & iumentis: ¶11 Nec poterant malefici stare coram Moyse propter vlcera quæ in illis erant, & in omni Terra Aegypti. ¶12 Indurauitque Dominus cor Pharaonis: & non audiuit eos, sicut locutus est Dominus ad Moysen. ¶13 Dixitque Dominus ad Moysen, Mane consurge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. ¶14 Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super seruos tuos, & super populum tuum: vt scias quòd nō sit similis mei in omni terra. ¶15 Nūc enim extendens manum* percutiam te, & populum tuum peste, & perībitis de terra. ¶16 Idcirco autem posui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meū in omni terra. ¶17 Adhuc retines populum meum: & non vis dimittere eum? ¶18 En plúeras hac ipsa hora grandinem multam nimis: qualis non fuit in Aegypto à die qua fundata est, vsque in præsens tempus. ¶19 Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim, & iumenta, & vniuersa quæ inuenta fuerint extra domos, nec congregata de agris, cadent itque super ea grando, morientur. ¶20 Qui timuit verbum Domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumēta in domos: ¶21 Qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos, & iumenta in agris. ¶22 Et dixit Do

C.M.

minus ad Moysen, Extende manum tuam in cælum, vt fiat grando in vniuersa Terra-AEgypti super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri in Terra-AEgypti.
6.c.16, ¶23 ‖ Extenditque Moyses virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terrã: pluitque Dominus grandinẽ super Terrã-AEgypti. ¶24 Et grando & ignis mista pariter ferebantur: tantæque fuit magnitudinis, quanta antè nũquã apparuit in vniuersa Terra-AEgypti ex quo gens illa condita est. ¶25 Et percussit grando in omni Terra-AEgypti cuncta quæ fuerũt in agris, ab homine vsque ad iumentum: cũctam que herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit. ¶26 Tantum in Terra-Gessen, vbi erant filii Israel, grando non cecidit. ¶27 Misitque Pharao, & vocauit Moysẽ & Aaron, dicens ad eos, Peccaui etiam nunc: Dominus iustus, & ego & populꝰ meus impii. ¶28 Orate Dominũ vt desinant tonitrua Dei, & grãdo: vt dimittam vos, & nequaquam hic vltrà maneatis. ¶29 Ait Moyses, Quũ egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grando non erit: vt scias quia Domini est terra. ¶30 Noui autem quòd & tu, & serui tui necdum timeatis Dominum Deum. ¶31 Linum ergo & hordeum læsum est, eo quòd hordeũ effet viride, & linum iam folliculos germinaret: ¶32 Triticum autem, & far non sunt læsa, quia serotina erãt. ¶33 Egressúsque Moyses à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominũ: & cessauerunt tonitrua & grãdo, nec vltrà fluit illuuit pluuia super terrã. ¶34 Vidés autẽ Pharao quòd cessasset pluuia & grãdo & tonitrua, auxit peccatum. ¶35 Et ingrauatũ est cor eius, & seruorum illius, & induratum nimis: nec dimisit ꝓIsrael, sicut præceperat Dominus per manũ Moysi.

CAP. X.

1 Induratur Pharao à Deo. 11 Locustæ immittuntur. 21 Orat iterum Moyses pro Pharaone agnoscente peccatum. 21 Tenebræ palpabiles. 28 Pharao minatur Moysi exitium.

ET dixit Dominus ad Moysen, Ingredere ad Pharaonem: ego enim indurauí cor eius, & seruorum illius: vt faciam signa mea hæc in eo. ¶2 Et narres in aurib' filii tui, & nepotum tuorũ, quoties cõtriuerim AEgyptios, & signa mea fecerim in eis: & sciatis quia ego Dominus ~ Deus'. ¶3 Introierunt ergo Moyses & Aaron ad Pharaonẽ, & dixerunt ei, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorũ, Vsquequo non vis subiici mihi? dimitte populũ meum, vt sacrificet mihi. ¶4 ‖ Sin autẽ resistis, & nõ vis dimittere eũ: ecce ego inducã cras locustã in fines tuos: ¶5 Quæ operiet superficiẽ terræ, nequicquam eius appareat, sed comedatur quod residuũ fuerit grãdini. corroder enim omnia ligna quæ germinãt in agris. ¶6 Et implebũt domos tuas, & seruorum tuorum, & omnium AEgyptiorum: quanta non viderunt patres tui & aui, ex quo orti sunt super terram, vsque in præsentem diem. Auertitque se, & egressus est à Pharaone. ¶7 Dixerunt autem serui Pharaonis ad eum, Vsquequo patiemur hoc scandalum? dimitte homines, vt sacrificẽt Domino Deo suo. nõne vides quòd perierit AEgyptus? ¶8 Reuocatusque Moyse, & Aaron ad Pharaonem, qui dixit eis, Ite, sacrificate Domino Deo vestro: quinã sunt qui ituri sunt? ¶9 Ait Moyses, Cum paruulis nostris, & senioribus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ouibus & armentis: est enim solennitas Domini ~ Dei nostri. ¶10 Et respondit Pharao, Sic Dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & paruulos vestros. cui dubiũ est quòd pessimè cogitetis. ¶11 Non fiat ita, sed ite tãtum viri, & sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petiistis. Eratímque eiecti sunt de conspectu Pharaonis. ¶12 Dixit autem Dominus ad Moysen, Extende manum tuam super Terram AEgypti ad locustam, vt descendat super terrã, & deuoret omne fœnum quæ resta dua fuerit grandini. ¶13 Et extẽdit Moyses virgã super Terrã-AEgypti: & Dominus induxit ventũ vrentẽ tota die illa, & nocte & mane facto, ventus vrẽs leuauit locustas. ¶14 Quæ ascẽderũt super vniuersã Terrã AEgypti: & sederũt in cũctis finibus AEgyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sũt. ¶15 Operueruntque vniuersam superficiem terræ, vastantes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorũ in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihil quoque omnino virens relictũ est in lignis, & in herbis terræ, in cũcta AEgypto. ¶16 Quã ob rẽ festinus Pharao vocauit Moysen & Aaron, & dixit eis, Peccaui in Dominũ Deum vestrũ, & in vos. ¶17 Sed nunc dimitte peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominũ Deum vestrum, vt auferat à me mortẽ istam. ¶18 Egressúsque est ~ Moyses de conspectu Pharaonis, & orauit Dominũ, ¶19 Qui flare fecit vẽtum ab Occidente vehementissimũ, & arreptam locustã proiecit in Mare rubrũ: non remansit ne vna quidem in cunctis finibus AEgypti. ¶20 Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel. ¶21 Dixit autẽ Dominus ad Moysẽ, Extẽde manum tuã in cælum: & sint tenebræ super Terram-AEgypti tam dẽsæ, vt palpari queant. ¶22 Extẽditque Moyses manum in cælum: & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa Terra AEgypti tribus diebus. ¶23 ‖ Nemo vidit fratrẽ suũ, nec mouit se de loco in quo erat: ꝓbicunque autem habitabant filii Israel, lux erat. ¶24 Vocauitque Pharao Moysen & Aarõ, & dixit eis, Ite, sacrificate Domino: oues tãtum vestræ & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum. ¶25 Ait Moyses, Hostias quoque & holocausta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo nostro. ¶26 Cũcti greges pergẽt nobiscũ: nec remanebit ex eis vngula: quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri præsertim quũ ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perueniamus. ¶27 Induruit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. ¶28 Dixitque Pharao ad Moysẽ, Recede à me, & caue ne vltrà videas faciem meã: quocunque die apparueris mihi, morieris. ¶29 Respõdit Moyses, Ita fiat vt locutꝰ es, non videbo vltrà faciem tuam.

CAP. XI.

1 Dominus iubet spoliare AEgyptios. 4 Mors primogenitorum.

A Et dixit Dominus ad Moysen. Adhuc vnã plagã trahã Pharaonẽ & AEgyptũ, & post hæc dimittet vos. & exire compeller.

¶ 2 ‖ Dices ergo omni plebi vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea`& vestẽ'. ¶ 3 Dabit autem Dominus gratiã populo suo coram AEgyptiis. ‖ Insuper Moyses vir magnus valde in Terra AEgypti coram seruis Pharaonis, & omni populo.

¶ 4 Et ait, Hæc dicit Dominus, Media nocte in egrediar in AEgyptũ. ¶ 5 Et morietur omne primogenitum in Terra AEgyptiorũ, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum. ¶ 6 Erit que clamor magnus in vniuersa Terra AEgypti, qualis nec antè fuit, nec postea futur' est. ¶ 7 Apud omnes autem filios Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quãto miraculo diuidat Dominus AEgyptios & Israel. ¶ 8 Descendẽtque omnes serui tui isti ad me, & adorabunt me, dicentes, Egredere tu & omnis populus qui subiectꝰ est tibi: post hæc egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. ¶ 9 Dixit autem Dominus ad Moysen, Non audiet vos Pharao vt multa signa fiant in Terra AEgypti. ¶ 10 Moyses autem & Aarõ fecerunt omnia signa`& ostenta' quæ scripta sunt, coram Pharaone: & induruit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

CAP. XII.

2 Bræceptũ & ritus edendi agni paschalis. 15 Azymorum institutio. 25 Filii docendi quid significet pascha. 28 Clades primogenitorum AEgypti. 31 Spoliatio AEgypti. 37 Egressio filiorum Israel.

B Dixit quoque Dominus ad Moysen & Aaron in Terra AEgypti, ¶ 2 Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. ¶ 3 Loquimini ad vniuersum cœtũ filiorum Israel, & dicite eis, Decima die mẽsis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. ¶ 4 Si autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendũ agnũ: assumet vicinum suum qui coniunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni. ¶ 5 Erit autẽ agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. ¶ 6 Et seruabitis eum vsque ad quartamdecimã diem mensis huius: immolabitque eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. ¶ 7 Et sument de sanguine eius, ac ponent super vtrũque postẽ, & in superliminaribus domorũ in quibus comedent illum. ¶ 8 Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cũ lactucis agrestibus. ¶ 9 Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni: caput cum pedibus eius & interaniis vorabitis. ¶ 10 Nec remanebit quicquam ex eo vsque mane. Quicquid reliquum fuerit, igne comburetis. ¶ 11 Sic autẽ comedetis illum. Renes vestros accingetis, & calceamenta*habebitis in pedibus, tenẽtes baculos in manibus, & comedetis festinantes: est enim phase id est trãsitꝰ Domini. ¶ 12 Et trãsibo per Terrã AEgypti nocte illa, percutiãque omne primogenitũ in Terra AEgypti ab homine vsque ad pecus: & in cunctis diis AEgypti faciã iudicia. ege Dominus. ¶ 13 Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem, & trãsibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens quãdo percussero Terram AEgypti. ¶ 14 Habebitis autem hunc diem in monimẽtum: & celebrabitis eũ solennem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. ¶ 15 Septẽ diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicunque comederit fermẽtum, peribit anima illa de Israel, à primo die vsque ad diem septimum. ¶ 16 Dies prima erit sancta atque solennis, & dies septima eadẽ festiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendũ pertinẽt. ¶ 17 Et obseruabitis azyma: in eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de Terra AEgypti, & custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo. ¶ 18 ‖ Primo mense, quartadecima die mẽsis ad vesperam comedetis azyma vsque ad diem vicesimam primam eiusdem mensis ad vesperam. ¶ 19 Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris: qui comederit fermentatum, peribit anima eius de cœtu Israel, tam de aduenis quàm de indigenis Terræ. ¶ 20 Omne fermẽtũ non comedetis: in cunctis habitaculis vestris edetis azyma. ¶ 21 Vocauit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos, Ite tollentes animal per familias vestras. & immolate phase. ¶ 22 ‖ Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrunque postem: nullus vestrum egrediatur ostium domus suæ vsque mane. ¶ 23 Transibit enim Dominus percutiẽs AEgyptios: quũmq; viderit sanguinẽ in superliminari & in vtroque poste, transcẽdet ostiũ domus, & non sinet percussorẽ ingredi domos vestras, & lædere. ¶ 24 Custodi verbũ istud legitimum tibi & filiis tuis vsque in æternum. ¶ 25 Quũque introieritis terram quã Dominus` Deus' daturus est vobis vt pollicitus est, obseruabitis cerẽonias istas. ¶ 26 Et quum dixerint vobis filii vestri, Quæ est ista religio? ¶ 27 Dicetis eis, Victima transitus Domini est, quando trãsiuit super domos filiorum Israel in AEgypto, percutiẽs AEgyptios, & domos nostras liberans. Incuruatũsque populus adorauit. ¶ 28 Et egressi filii Israel fecerũt sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron. ¶ 29 Factũ est autem, in noctis medio percussit Dominus omne primogenitum in Terra AEgypti, à primogenito Pharaonis qui in solio eius sedebat, vsque ad primogenitum captiui quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumẽtorum. ¶ 30 Surrexitque Pharao nocte, & omnes serui eius, cunctaque AEgyptus: & ortus est clamor magnus in AEgypto: neque enim erat domus in qua non iacẽret mortuus. ¶ 31 Vocatisque Pharao, Moyse & Aaron nocte, ait. Surgite, egredimini à populo meo, * vos & filii Israel: ite, & immolate Domino sicut dicitis. ¶ 32 Oues vestras & armenta assumite vt petistis, & abeuntes benedicite mihi. ¶ 33 Vrgebãtque AEgyptii populum`Israel' de Terra exire velociter, dicentes, Omnes moriemur. ¶ 34 Tulit igitur populus cõspersam farinam antequam fermentaretur: & ligans in pallijs

posuit super humeros suos. ¶ 36 Fecerúntque filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi: & petierunt ab Aegyptiis vasa argentea & aurea, vestémque plurimam. ¶ 37 Dominus autem dedit gratiã populo corã Aegyptiis vt cõmodarẽt eis: & spoliauerũt Aegyptios. ¶ 38 Profectique sunt filii Israel de Rameſſe in Socoth, ſexcenta ferè millia peditum virorum, absque paruulis & mulieribus. ¶ 39 Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, oues & armenta & animantia diuerſi generis multa nimis. ¶ 40 Coxerúntque farinam quam dudum de Aegypto conſperſam tulerant: & fecerunt subcineritios panes azymos: neque enim poterat fermentari cogentibus exire Aegyptiis, & nullam facere ſinentibus morã: nec pulmenti quicquam occurrerat præparare.

¶ 40 Habitatio autem filiorũ Israel qua manſerunt in Aegypto fuit quadringentorum trigintà annorum. ¶ 41 Quibus expletis, eadem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini de Terra-Aegypti. ¶ 42 Nox iſta eſt obſeruabilis Domini, quando eduxit eos de Terra-Aegypti: hanc obſeruare debent omnes filii Israel in generationibus ſuis. ¶ 43 Dixitque Dominus ad Moyſen & Aaron, Hæc eſt religio phaſe. Omnis alienigena non comedet ex eo. ¶ 44 Omnis autem ſeruus emptitius circuncidetur, & ſic comedet. ¶ 45 Aduena & mercenarius non edent ex eo. ¶ 46 In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, neque oſſibus confringetis. ¶ 47 Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud. ¶ 48 Quòd ſi quis peregrinorũ in veſtram voluerit tranſire colonìam, & facere phaſe Domini, circũcidetur prius omne maſculinum eius, & tunc ite celebrabit: erítque ſicut indigena Terræ. Iquis autem circumciſus non fuerit, non veſcetur ex eo. ¶ 49 Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos. ¶ 50 Fecerúntque omnes filii Israel ſicut præceperat Dominus Moyſi & Aaron. ¶ 51 Et eadem die eduxit Dominus filios Israel de Terra-Aegypti per turmas ſuas.

## CAP. XIII.

2 Primogenita Deo ſanctificãda. 3 Memoria liberationis. 8 Filii quid docendi. 17 Cur Israelitæ ducti p deſertã. 19 Oſſa Ioſeph. 21 Columna nubis, & ignis.

LOcutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, ¶ 2 Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Israel, tã de hominibus quàm de iumentis: mea ſunt enim omnia. ¶ 3 Et ait Moyſes ad populum, ¶ Memento diei huius in qua egreſſi eſtis de Aegypto & de domo ſeruitutis, quoniam in manu fortí eduxit vos Dominus de loco iſto: vt non comedatis fermentatum panem. ¶ 4 Hodie egredimini meſe nouarum frugum. ¶ 5 Quúmque introduxerit te Dominus in Terram-Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Heuæi & Iebuſæi, quã iurauit patribus tuis vt daret tibi, terram fluentem lacte & melle, celebrabitis hũc morem ſacrorum menſe iſto. ¶ 6 Septem diebus veſcẽris azymis: & in die ſeptimo erit ſolennitas Domini. ¶ 7 Azyma comedetis ſeptẽ diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cũctis finibus tuis. ¶ 8 Narrabiſque filio tuo in die illo, dicens, Hoc eſt quod fecit mihi Dominus quando egreſſus ſum de Aegypto. ¶ 9 Et erit quaſi ſignũ in manu tua, & quaſi monimentum ante oculos tuos: & vt lex Domini ſemper ſit in ore tuo: in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto. ¶ 10 Cuſtodies huiuſcemodi cultum ſtatuto tempore à diebus in dies. ¶ 11 Quúmque introduxerit te Dominus in Terram-Chananæi, ſicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eã: ¶ 12 Separabis omne quod aperit vuluam, Domino, & quod primitiuũ eſt in pecoribus tuis: quicquid habueris maſculini ſexus, cõſecrabis Domino. ¶ 13 Primogenitum aſini mutabis oue: quòd ſi non redemeris, interficies. omne autẽ primogenitum hominis de filiis tuis, prote dimes. ¶ 14 Quúmque interrogauerit te filius tuus cras, dicens, Quid eſt hoc? reſpondebis ei, In manu forti eduxit nos Dominus de Terra-Aegypti de domo ſeruitutis. ¶ 15 Nam quũ induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitũ in Terra-Aegypti à primogenito hominis vſque ad primogenitum iumentorum: Ideireo immolo Domino omne quod aperit vuluam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. ¶ 16 Erit igitur quaſi ſignum in manu tua, & quaſi appenſum quid, ob recordationem, ante oculos tuos: eo quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Aegypto.

¶ 17 Igitur quum emiſiſſet Pharao populum, non eos duxit Dominus per viam Terræ Philiſthiim quæ vicina eſt, reputans ne fortè pœniteret eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Aegyptum. ¶ 18 Sed circumduxit per viã deſerti, quæ eſt iuxta Mare-rubrum: & armati aſcenderunt filii Israel de Terra-Aegypti. ¶ 19 Tulit quoque Moyſes oſſa Ioſeph ſecum: eo quòd adiuraſſet filios Israel, dicens, ¶ Viſitabit vos Deus, efferte oſſa mea hinc vobiſcum. ¶ 20 ¶ Profectíque de Soccoth, caſtrametati ſunt in Ethaim in extremis finibus ſolitudinis. ¶ 21 ¶ Dominus autem præcedebat eos ad oſtendẽdam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroque tempore. ¶ 22 Nunquam defuit columna nubis per diẽ, nec columna ignis per noctem, coram populo.

## CAP. XIIII.

4 Induratus Pharao, inſequitur Israelitas & ſubmergitur. 10 Murmurãt Israelitæ deſperantes de ſalute. 21 Gradiuntur per mediũ maris ſiccis pedibus. 31 Credunt Deo.

LOcutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens, ¶ 2 Loquere filiis Israel, Reuerſi caſtrametentur eregione, Phihahiroth quæ eſt inter Magdalum & mare cõtra Beel-ſephoni in conſpectu eius caſtra ponetis ſuper mare. ¶ 3 Dicturũſque eſt Pharaõ ſuper filiis Israel, Coarctati ſunt in terra, concluſit eos deſertũ. ¶ 4 Et indurabo cor eius, ac perſequetur vos: & glorificabor in Pharaone & in omni exercitu eius: ſcientque Aegyptii quia ego ſum Dominus. Fecerúntque ita. ¶ 5 Et nuntiatum eſt regi Aegyptiorum quòd fugiſſet populus: immutatúmque eſt cor Pharaonis & ſeruorum eius ſuper populum, & dixerunt, Quid voluimus facere vt dimitteremus Israel, ne ſerniret nobis? ¶ 6 Iunxit ergo currum, & omnẽ popu-

f.12.d.19. & 24.c.19. zzec.44.g.18

Deut

Gene.50.d. Ioſue 24.g. Num.12.a.6 Num.14.c.2. deut.1.f.33, & 4.f.37. pſal.77.b.14 & 104.d.39. nehe.9.d.19 1.cor.10.a.1.

lum suum assumpsit secum. ¶7 Tulitque sexcentos currus electos,& quicquid in AEgypto curruum fuit:& duces totius exercitus. ¶8 Indurauitque Dominus cor Pharaonis regis AEgypti,& persecut' est filios Israel:at illi egressi erant in manu excelsa. ¶9 ‖Quúmque perse-
Iosue 24.b.6. querentur AEgyptii vestigia præcedentiú,re-
Habach.4.a.9 pererũt eos in castris super mare:omnis equitatus & currus Pharaonis,& vniuersus exercitus erant in Phi-hahiroth cõtra Beel-sephõ.
¶10 Quúmque appropinquasset Pharao,leuates filii Israel oculos,viderũt AEgyptios post se:& timuerunt valde,clamauerũntque ad Dominum ,¶11 Et dixerunt ad Moysen,Forsitan non erant sepulchra in AEgypto , ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine : quid hoc facere voluisti,vt educeres nos ex AEgypto?
¶12 Nõne iste est sermo quem loquebamur ad te in AEgypto,dicentes, Recede à nobis,vt seruiamus AEgyptiis?multo enim melius erat seruire eis quàm mori in solitudine. ¶13 Et ait Moyses ad populum,Nolite timere:state,& videte magnalia Domini quæ facturꝰ est hodie: AEgyptios enim quos nunc videtis,nequaquã vltrà videbitis vsque in sempiternum. ¶14 Do
D min' pugnabit ꝓ vobis,& vos tacebitis. ¶15 Dixitque Dominus ad Moysen, Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel vt ꝓficiscãtur. ¶16 Tu autem eleua virgam tuam,& extende manum tuam super mare,& diuide illud:vt gradiatur filii Israel in medio mari per siccum. ¶17 Ego autẽ indurabo cor AEgyptiorũ vt persequantur vos:& glorificabor in Pharaone,& in omni exercitu eius , & in curribus & in equitibus illius. ¶18 Et scient AEgyptii quia ego sum Do
minus:quũ glorificatus fuero in Pharaone,& in curribus arq; in equitib' eius. ¶19 Tollensque se Angelus ‖Domini' qui præcedebat castra Israel,abiit post eos:& cum ꝑiter co
E lũna nubis,priora dimittẽs post tergũ. ¶20 Stetit inter castra AEgyptiorum & castra Israel:& erat nubes tenebrosa,& illuminãs noctem, ita vt ad seinuicem toto noctis tempore accedere nõ valerẽt. ¶21 Quúmque extẽdisset Moyses manũ super mare,abstulit illud Dominus, flante vento vehemẽti & vrente tota nocte, & ‖vertit in siccũ:diuisúque est aqua. ¶22 Et in-
Iosue 4 d.23. greſſi sunt filii Israel per medium sicci maris:
Psal.113.a.1. erat enim aqua quasi murus à dextra eorũ & 1.cor.10.a.1. læua. ¶23 Persequentẽsque AEgyptii ingressi
Psal.77.b.13. & f.53. F sunt post eos , & omnis equitatus Pharaonis, hebr.11.e.29. currus eius & equites ꝑ mediũ maris. ¶24 Iam-
Sapien.18.b.7 que aduenerat vigilia matutina:& ecce respiciens Dominus super castra AEgyptiorũ per columnã ignis & nubis,interfecit exercitũ eorum. ¶25 Et subuertit rotas curruũ,ferebãturque in profundũ. Dixerunt ergo AEgyptii,Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis cõtra nos. ¶26 Et ait Dominus ad Moysen, Extende manũ tuam super mare,vt reuertantur aquæ ad AEgyptios,super curr' & equites eorũ. ¶27 Quúmque extendisset Moyses manũ contra mare,reuersum est primo diluculo ad
G priorem locum:fugientibúsque AEgyptiis occurrerunt aquæ , & inuoluit eos Dominus in mediis fluctibus. ¶28 Reuersæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis , qui sequentes ingressi fuerant mare:nec vnus quidẽ superfuit ex eis. ¶29 Filii autem Israel perrexerunt per mediũ sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris: ¶30 Liberauitq; Dominus in die illa Israel de manu AEgyptiorũ. ¶31 Et viderũt AEgyptios mortuos ꝓsper lit' maris,& manũ magnã quam exercuerat Dominus cõtra eos: timuitque populus Dominum,& crediderunt Domino,& Moysi seruo eius. CAP. XV.

1 Gratias agunt Deo Israelitæ cum mulieribus pro victoria. 23 Murmur ob aquas amaras. 25 Orante Moyse dulcescunt. 27 Israelitæ in Elim.

TVnc cecinit Moyses & filii Israel carmen A
hoc Domino,& dixerunt, Cantemus Domino:glorioſe enim magnificatus est,equum
& ascensorem dereicit in mare. ¶2 ‖Fortitudo Isa.12
mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi psal.
in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eũ, Deus patri mei, & exaltabo eũ. ¶3 Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. ¶4 Currus Pharaonis & exercitũ eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sũt in Mari-rubro. ¶5 Abyssi operuerunt eos, descenderũt in profundum quasi lapis. ¶6 Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine:dextera tua Domine percussit inimicum.
¶7 Et i multitudine gloriæ tuæ depositi sti adtuę
uersarios'meos:misisti iram tuam quæ devorauit eos sicut stipulam. ¶8 Et in spiritu furoris tui cõgregatæ sunt aquæ:stetit vnda fluẽs, congregatæ sunt abyssi in medio mari. ¶9 Dixit inimicus,Persequar & comprehendam,dividam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladiũ meũ, interficiet eos manus mea. B
¶10 Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus. ¶11 Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui,magnificus in sanctitate,terribilis atque laudabilis,faciẽs mirabilia?
¶12 Extendisti manum tuam,& deuorauit eos terra. ¶13 Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctũ tuũ. ¶14 Ascenderunt populi, & irati sunt:dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim. ¶15 Tũc conturbati sunt principes Edom , robustos Moab obtinuit tremor:obriguerunt omnes habitatores Chanaan. ¶16 Irruat super eos formido & pauor:in magnitudine brachii tui fiant immobiles quasi lapis : donec pertranseat populus tuus Domine,donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti. ¶17 Introduces eos , & plantabis in monte hæreditatis tuæ , firmissimo habitaculo tuo quod operat' es Domine: Sanctuarium tuũ Domine,quod firmauerunt manus tuæ. ¶18 Dominus regnabit in æternũ & vltrà. ¶19 Ingressus est enim ‖eques',Pha- eq
rao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris: filii autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius. ¶20 Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cũ tympanis & choris, ¶21 Quibus præcinebat, dicens,Cantemus Domino glorioſe enim magnificatus est , equum & ascensorem eius dereicit in mare . ¶22 Tulit autem Moyses Is-

D rael de Mari rubro,& egressi sunt in desertum
Sur: ambulauerúntque tribus diebus per soli-
tudinem,& nõ inueniebant aquam. ¶23 Et ve-
nerunt in Mara,nec poterant bibere aquas de
Mara,eo quòd essent amaræ.vnde & congruũ
loco nomen impositum, vocans illum Mara.id
est amaritudinem. ¶24 Et murmurauit popu-
lus cõtra Moysen,dicẽs, Quid bibemus? ¶25 At
c.15. ille clamauit ad Dominum,qui ostendit ei li
15. gnum: ¶quod cum missiſſet in aquas, in dul-
cedinem versæ sunt. ¶ ibi constituit ei præce-
pta,atque iudicia,& ibi tentauit eum, ¶26 Di-
cens,Si audieris vocẽ Domini Dei tui,& quod
rectum est corã eo feceris,& obedieris manda
tis eius, custodieríque omnia præcepta illi⁹:
eunctum Ægyorem quem posui in AEgypto,
non inducã super te.ego enim sum Dominus
b.7. Deus sanator tuus. ¶27 ¶ Venerunt autem in
Elim filii Israel, vbi erant duodecim fontes a-
quarum,& septuaginta palmæ : & castrame-
tati sunt iuxta aquas. CAP. XVI.

1 Veniunt in desertum Sin.2 Murmurantibus pro cibo, pluit Deus coturnices & man.

A Profectique sunt de Elim , & venit omnis
2.1. multitudo filiorum Israel in desertũ Sin,
quod est inter Elim & Sinai: quintodecimo die
mensis secundi,postquam egressi sunt de Terra
AEgypti. ¶2 Murmurauit omnis cõgregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine. ¶3 Dixerúntque filii Israel ad
eos,Vtinam mortui essemus per manũ Domi-
ni in Terra AEgypti,quãdo sedebamus super
ollas carnium,& comedebamus panem in sa-
turitate: cur induxistis nos in desertum istud,
vt occideretis omnẽ multitudinẽ fame? ¶4 Di
xit autem Dominus ad Moysen. Ecce ego pluã
B vobis panes de cælo:egrediatur populꝰ,& col
ligat quæ sufficiunt per singulos dies : vt ten-
tem eum vtrum ambulet in lege mea,an non.
¶5 Die autẽ sexto parent quod inferant:& sit
duplum quàm colligere solebãt per ſingulos
dies ¶6 Dixerúntque Moyses & Aaron ad om-
nes filios Israel,Vespere scietis quòd Domin⁹
eduxerit vos de Terra AEgypti. ¶7 Et mane
videbitis gloriam Domini:audiui enim mur-
mur vestrum cõtra Dominum:nos verò quid
sumus,quia murmuratis contra nos? ¶8 Et ait
Moyses, Dabit vobis Dominus vespere carnes
edere,& manes panes in saturitate:eo quòd au
dierit murmurationes vestras,quibus murmu
rati estis cõtra eũ. nos enim quid sumus? nec
contra nos est murmur vestrũ,sed contra Do
C minum. ¶9 Dixit quoque Moyses ad Aaron,
Dic vniuersæ congregationi filiorũ Israel,Ac-
cedite coram Domino:audiuit enim murmur
vestrum. ¶10 Quúmque loqueretur Aaron ad
omnem cœtum filiorum Israel , respexerunt
ad solitudinem: & ecce gloria Domini appa-
ruit in nube. ¶11 Locutus est autem Dominus
4. ad Moysen,dicens, ¶12 Audiui murmuratio-
nes filiorum Israel,loquere ad eos,Vespere co
medetis carnes,& mane saturabimini panib⁹:
scietiſq; quòd ego sum Dominus Deus vester.
5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. ¶13 Factum est ergo vespere,& ascendens co-
turnix,cooperuit castra:mane quoque ros la-
cuit per circuitum castrorum. ¶14 Quúmque
operuisset superficiem terræ, ¶apparuit in so-
litudine minutũ, & quasi pilo tusum in simi-
litudiné pruinæ super terram. ¶15 Quòd quũ
vidissent filii Israel,dixerunt adinuicem,Man
hu? quod significat,Quid est hoc?ignorabãt
enim quid esset. Quib⁹ ait Moyses, ¶Hic est pa
nis quem Dominus dedit vobis ad vescẽdum.
¶16 Hic est sermo quem præcepit vobis Do-
minus, Colligat vnusquisque ex eo quantum
sufficit ad vescendum: gomor per singula ca-
pita,iuxta numerum animarum vestrarũ quæ
habitant in tabernaculo sic tolletis. ¶17 Fece-
rúntq; ita filii Israel:& collegerũt,alius plus,
alius minus. ¶18 Et mensi sunt ad mensuram
gomor : nec qui plus collegerat, habuit am-
plius: nec qui min⁹ paruerat,reperit minus:
sed singuli iuxta id quod edere poterant,con-
gregauerunt. ¶19 Dixitque Moyses ad eos,Nul
lus relinquat ex eo in mane. ¶20 Qui non au-
dierunt eum,sed dimiserunt quidam ex eis vs
que mane,& scatere cœpit vermibus,atq; cõ-
putruit.& iratus est cõtra eos Moyses. ¶21 Col
ligebant autem mane singuli quantum suffi-
cere poterat ad vescẽdum: quúmque incaluis-
set sol,liquefiebat. ¶22 In die autem sexta col-
legerunt cibos duplices,id est duo gomor per
ſingulos homines. venerunt autẽ omnes prin
cipes multitudinis , & narrauerunt Moysi.
¶23 Qui ait eis, Hoc est quod locutus est Do-
minus:requies sabbathi sanctificata est Domi
no cras.quodcunque operandum est,facite:&
quæ coquenda sunt, coquite: quicquid autem
reliquũ fuerit,reponite vsque in mane. ¶24 Fe
cerúntque ita vt præceperat Moyses , & non
computruit neque vermis inuentus est in eo.
¶25 Dixitque Moyses, Comedite illud hodie,
quia sabbathum est Domini: non inuenietur
hodie in agro. ¶26 Sex diebus colligite:in die
autem septimo sabbathum est Domini , id-
circo non inuenietur. ¶27 Venitque septima
dies : & egressi de populo vt colligerent, non
inuenerunt. ¶28 Dixit autẽ Dominus ad Moy
sen, Vsquequo non vultis custodire mandata
mea & legem meam? ¶29 Videte quòd Domi-
nus dederit vobis sabbathum. & propter hoc
die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat
vnusquisque apud semetipsum, & nullus e-
grediatur de loco suo die septimo. ¶30 Et cꝰ sab
bathizabit populus die septimo. ¶31 Appella-
uitq; domus Israel nomẽ eius Man:quod erat
quasi semen coriandri album. gustúsque eius
quasi similæ cum melle. ¶32 Dixit autem Moy
ses , Hic est sermo quem præcepit Dominus,
Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras
retrò generationes:vt noverint panẽ quo alui
vos in solitudine. quando eduxi estis de Terra
AEgypti. ¶33 Dixitque Moyses ad Aarõ,Su
me vas vnum, & mitte ibi man,quantũ potest
capere gomor.& repone corã Domino ad ser
uandũ in generationes vestras. ¶34 Sicut præ-
ceperat Dominus Moysi. Posuitque illud Aa-
ron in tabernaculo reseruandum. ¶35 Filii au
tem Israel comederunt man quadraginta an-
nis:donec venirent in terram habitabilẽ:hoc
cibo aliti sunt,vsquequo tangerent fines Ter-
ræ Chanaan. ¶36 Gomor autem decima pars
est ephi. CAP. XVII.

1 Veniunt in Raphidim.2 Murmurantibus datur aqua è Petra.3 Vincunt Amalecitas orante Moyse.

D Domino

F sabbatiza-uit

G

H præcepit

Nehem.9.d. iudith 5.c.19.

A ¶ Igitur profecta omnis multitudo filiorũ Israel de deserto Sin, per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendũ populo. ¶ 2 Qui iurgatus contra Moysen, ait. Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses. Quid iurgamini cõtra me? cur tentatis Dominum? ¶ 3 Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit cõtra Moysen, dicens. Cur fecisti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta nostra sitis? ¶ 4 Clamauit autem Moyses ad Dominum, dicens. Quid faciam populo huic? adhuc paululi, & lapidabit me. ¶ 5 Et ait Dominus ad Moysen, Antecede populũ, & sume tecum de Senioribus Israel, & virgam quã percussisti fluuium, tolle in manu tua, & vade. ¶ 6 Ecce ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel. ¶ 7 Et vocauit nomen loci illius Tentatio, propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerunt Dominum, dicentes, Est ne Dominus in nobis, an non? ¶ 8 Venit autẽ Amalec, & pugnabat contra filios Israel in Raphidim. ¶ 9 Dixitque Moyses ad Iosue, Elige viros, & egressus pugna cõtra Amalec: crastẽ ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. ¶ 10 Fecit Iosue vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses autem, & Aaron, & Hur ascenderũt super verticem collis. ¶ 11 Quũque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sinantem paululum remissse, superabat Amalec. ¶ 12 Manus autẽ Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autẽ, & Hur sustẽtabãt manus eius ex vtraque parte. ¶ 13 Et factum est vt manus illius non lassarentur vsque ad occasum solis. ¶ 14 Fugauitq; Iosue Amalec, & populum eius in ore gladii. ¶ 15 Dixit autem Dominus ad Moysen, Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Iosue: delebo enim memoriã Amalec sub cælo. ¶ 16 Ædificauitque Moyses altare: & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, ¶ 17 Dicẽs, Quia manus solius Domini, & bellum Domini erit contra Amalec à generatione in generationem. CAP. XVIII.

1 Iethro inuisit Moysen generũ suũ, adducẽs illi vxorẽ cum filiis. 13 Cuius cõsilium admittit Moyses super cõstituẽdis magistratib'.

A QVũmq; audisset Iethro sacerdos Madiã, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, & Israeli populo suo & quòd eduxisset Dominus Israel de Aegypto: ¶ 2 Tulit Sephorã vxorẽ Moysi quã remiserat: ¶ 3 Et duos filios eius, quorũ vnus vocabatur Gersã, dicente patre, Aduena fui in terra aliena: ¶ 4 Alter verò Eliézer, Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me manu Pharaonis. ¶ 5 Vẽnit ergo Iethro cũ filiis & uxore eius ad Moysi, & filii eius & vxor eius ad Moysen in desertũ, vbi erat castrametatus iuxta Montẽ Dei. ¶ 6 Et mandauit Moysi, dicens, Ego Iethro cognatus tuus, venio ad te, & vxor tua, & duo filii tui cum ea. ¶ 7 Qui egressus occurrit cognati sui, adorauit, & osculatus est eum: salutauerũntq; se mutuo verbis pacificis. Quũmque intrasset tabernaculum, ¶ 8 Narrauit Moyses cognato suo cũcta quæ fecerat Dominus Pharaoni & AEgyptiis propter Israel: vniuersumque laborem qui accidisset eis in itinere, & quòd liberauerat eos Dominus. ¶ 9 Lætatúsque est Iethro super omnibus bonis quæ fecerat Dominus Israeli, eo quòd eruisset eum de manu AEgyptiorũ. ¶ 10 Et ait. Benedictus Dominus q liberauit vos de manu AEgyptiorũ, & de manu Pharaonis, qui eruit populũ suũ de manu AEgypti. ¶ 11 Nũc cognoui quia magn' Dominus super omnes deos: eo quòd & superegerit cõtra illos. ¶ 12 Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocaustã & hostias Domino: venerũntque Aarõ & omnes seniores Israel, vt comederẽt panem cum eo coram Deo. ¶ 13 Altera autẽ die sedit Moyses vt iudicaret populũ, qui assistebat Moysi à mane vsque ad vesperam. ¶ 14 Quod quũ vidisset eo gnatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait. Quid est quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus à mane vsque ad vesperã? ¶ 15 Cui respondit Moyses. Venit ad me populus quærẽs sententiam Dei. ¶ 16 Quũque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me vt iudicẽ inter eos, & ostendã præcepta Dei, & leges eius. ¶ 17 At ille, Nõ bonã, inquit, rẽ facis: ¶ 18 stulto labore cõsumeris & tu & populus iste qui tecũ est: vltra vires tuas est negotiũ, sol' illud non poteris sustinere. ¶ 19 Sed audi verba mea atq; cõsilia, & erit Dominꝰ tecũ. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinẽt, vt referas quæ dicũtur, ad eum: ¶ 20 Ostẽdasq; populo cæremonias & ritum colendi, viámq; per quã ingredi debeãt, & opus quod facere. ¶ 21 Prouide autẽ de omni plebe viros sapientes & timentes Deum, in quib' sit veritas, & qui oderint auaritiã, & cõstitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. ¶ 22 Qui iudicẽt populũ omni tẽpore: quicquid autẽ maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantũmodo iudicent: leuiúsque sit tibi, partito in alios onere. ¶ 23 Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. ¶ 24 Quibus auditis Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat. ¶ 25 Electis viris strenuis de cũcto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. ¶ 26 Qui iudicarent plebem omni tempore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantũmodo iudicãtes. ¶ 27 Dimisitq; cognatũ suũ: qui reuersus abiit in terram suam. CAP. XIX.

1 Veniunt ad montẽ Sinai. 6 Populus Dei, gens sancta, regale sacerdotium. 10 Sanctificatur populus. 11 Tangentis mõtem pœna. 16 In tonitru & fulgure apparet Deus.

M Ense tertio egressionis Israel de Terra AEgypti in die hac venerũt in solitudinem Sinai. ¶ 2 Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria ex regione montis. ¶ 3 Moyses autem ascendit in montem ad Deum: vocauitque eum Dominus de monte, & ait. Hæc dices domui Iacob, & annũtiabis filiis Israel. ¶ 4 Vos

Num. 20. a. 4.

Num. 20. b. 9. psal. 77. b. 15. & 104. d. 41. sapien. 11. a. 4. 1. cor. 10. a. 4. * & lis

Deut. 21. c. 17. Iudith 4. d. 12. sapien. 11. a. 3.

Iudith 4. d. 13.

exaltatio, soliꝰ

Exo. 2. d. 22.

Exo. 3. d. 18.

Exo. 7. d. 20.

Num. 20. b. 9. psal. 77. b. 15. & 104. d. 41.

Exo. 17. b. 6.

Num. 20. a. 11. 1. cor. 10. a. 4.

Num. 10. b. 29.

Exo. 24. a. 3. Deut. 5. a. 27.

Exo. 24. a. 1.

Exo. 24. a. 2.

Exo. 24. a. 9.

Exo. 24. a. 12.

Exo. 24. a. 15.

Exo. 24. a. 16.

Exo. 24. a. 17.

Exo. 24. a. 18.

Exo. 19. a. 1.

Exo. 19. a. 2.

Exo. 19. a. 3.

Exo. 19. a. 4.

Exo. 19. a. 5.

Exo. 19. a. 6.

Exo. 19. a. 7.

Exo. 19. a. 8.

Exo. 19. a. 9.

Exo. 19. a. 10.

Exo. 19. a.

ipſi vidiſtis quæ fecerim AEgyptiis, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarũ, & aſſumpſerim mihi. ¶5 Si ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactũ meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra. ¶6 Et vos eritis mihi in regnũ ſacerdotale, & gens ſancta. hæc ſunt verba quæ loquêris ad filios Iſrael. ¶7 Venit Moyſes: & conuocatis maioribus natu populi, expoſuit omnes ſermones quos mandauerat Dominus. ¶8 Reſpõditq; omnis populus ſimul, Cuncta quæ locutus eſt Dominus, faciemus. Quúmque retuliſſet Moyſes verba populi ad Dominum. ¶9 Ait ei Dominus, Ecce nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. ¶Nuntiauit ergo Moyſes verba populi ad Dominum. ¶10 Qui dixit ei, Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie, & cras, lauẽtq; veſtimenta ſua: ¶11 Et ſint parati in diem tertium: in die enim tertia deſcẽdet Dominus eo ram omni plebe ſuper montem Sinai. ¶12 Cõſtituẽſq; terminos populo per circuitũ, & dices ad eos, Cauete ne aſcẽdatis in mõtem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem, morte morietur. ¶13 Manus non tangẽt eum, ſed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: ſiue iumentũ fuerit, ſiue homo, nõ viuet. quum cœperit clangere bucina, tunc aſcendant in montem. ¶14 Deſcenditque Moyſes de mõte ad populum, & ſanctificauit eũ. Quúmque lauiſſent veſtimẽta ſua. ¶15 Ait ad eos, Eſtote parati in diẽ tertium, & ne appropiuquetis vxoribus veſtris. ¶16 Lúmque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangõrque bucinæ vehementius perſtrepebat: & timuit* populus qui erat in caſtris. ¶17 Quẽm que eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis. ¶18 Totus autẽ mons Sinai fumabat: eo quòd deſcẽdiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornacẽ: atq; omnis mõs terribilis. ¶19 Et ſonitus bucinæ paulatim crebeſcebat in maius, & prolixi' tendebatur: Moyſes loquebatur, & Deus reſpõdebat ei. ¶20 Deſcenditq; Dominus ſuper mõtem Sinai in ipſo montis vertice, & vocauit Moyſen in eacumen eius. Quò quum aſcendiſſet, ¶21 Dixit ad eum, Deſcende, & conteſtare populũ: ne forte velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. ¶22 Sacerdotes quoque & populus' qui accedunt ad Dominum, ſanctificẽtur, ne percutiat eos. ¶23 Dixitque Moyſes ad Dominum, Non poterit vulgus aſcendere in montem Sinai: tu enim teſtificatus es & iuſſiſti, dicens, Pone terminos circa montem, & ſanctifica illum. ¶24 Cui ait Dominus, Vade, deſcende: aſcendẽſque tu, & Aaron tecum: ſacerdotes autem & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne forte interficiat illos. ¶25 Deſcenditque Moyſes ad populum, & omnia narrauit eis.

CAP. XX.

1 Decem præcepta. 20 Cur apparuit Deus in fulgure. 24 Altare terreum.

LOcutúſque eſt* Dominus' cunctos ſermones hos, ¶2 Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra AEgypti, de domo ſeruitutis. ¶3 Non habebis deos alienos coram me. ¶4 Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cælo deſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorũ quæ ſunt in aquis ſub terra. ¶5 Non adorabis ea, neque coles: ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiã & quartam generationem eorum qui oderũt me. ¶6 Et faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. ¶7 Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit inſontem Dominus eum qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. ¶8 Memẽto vt diem Sabbathi ſanctifices. ¶9 Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. ¶10 Septimo autem die ſabbathum Domini Dei tui eſt non facies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, ſeruus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui eſt intra portas tuas. ¶11 Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo. Idcirco benedixit Dominus diei ſabbathi, & ſanctificauit eum. ¶12 Honora patrem tuũ & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terrã quam Dominus Deus tuus dabit tibi. ¶13 Nõ occides. ¶14 Non mœchaberis. ¶15 Non furtum facies. ¶16 Nõ loquêris contra proximũ tuum falſum teſtimonium. ¶17 Non concupiſces domum proximi tui: nec deſyderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinũ, nec omnia quæ illius ſunt. ¶18 Cunctus autem populus videbat voces & lampades, & ſonitum bucinæ, mõtẽque fumantem: & perterriti ac pauore concuſſi, ſtetерunt procul: ¶19 Dicentes mihi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. ¶20 Et ait Moyſes ad populũ, Nolite timere: vt enim probaret vos venit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. ¶21 Stetitque populus dẽlonge. Moyſes autem acceſſit ad caliginẽ in qua erat Deus. ¶22 Dixit præterea Dominꝰ ad Moyſen, Hæc dices filiis Iſrael, vos vidiſtis quòd de cælo locutus ſim vobis. ¶23 Nõ facietis* de- mecum os argenteos, nec deos aureos facietis vobis. ¶24 Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei: veniam ad te, & benedicam tibi. ¶25 Quòd ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus: ſi enim leuaueris cultrũ* ſuper eum, polluetur. ¶26 Non aſcendes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

CAP. XXI.

1 De ſeruis emendis. 7 Filia vẽdita in ancillam. 12 Homicidium. 15 Parentes percutiens. 16 Furtum. 17 Maledicens patri. 18 Rixantes. 20 Seruus ictus seruum aut prægnantem. 22 Pœna talionis. 28 Bos cornupeta.

HAEc ſunt iudicia quæ propones eis, ¶2 Si Hemeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo egredietur liber gratis. ¶3 Cum quali veſte intrauerit, cũ tali exeat,

A *Deu

Deut.5.a.6.
pſal. 80.c.10.
96.b.7.113.b.
Ieuit.26.a.1.

B

Deut.5.b.11.
Ieuit.19.c.11.
matt.5.c.33.
1.11.b.14.
deut.5.b.13.
ezec.20.b.12.

Gen.2.a.2.

Deut.5.b.16.
matth.15.a.4.
ephe.6.a.1.
Mat.5.c.16.
C
Rom.7.b.7.
& 13.c.9.

Deut. 18.c.18.
hebr.12.c.18.

D

*mecum

7.27.b.8.&
28.a.7.

Deut.27.a.5.
Ioſue 8.f.30.
*ruum

A
Deut.15.c.12.
Ieremi.34.c.14.

si habens vxorem: & vxor egredietur simul.
¶4 Sin autē dominus dederit illi vxorē, & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erūt domini sui, ipse verò exibit cum vestitu suo.
¶5 Quòd si dixerit seru⁹. Diligo dominū meū & vxorē ac liberos non egrediar liber: ¶6 Offeret eum dominus diis, & applicabitur ad ostium & postes, perforabitq; auré eius subula, & erit ei seruus in seculum. ¶7 Siquis vēdiderit filiā suam in famulā, non egredietur sicut ancillæ exire cō fueuerūt. ¶8 Si displicuerit oculis domini sui cui tradita fuerat, dimittet eam: populo autē alieno vendendi nō habebit potestatem, si spreuerit eam. ¶9 Sin autē filio suo desponserit eā iuxta morē filiarū faciet illi. ¶10 Quòd si alteri ei acceperit, prouidebit puellæ nuptijs & vestimenta, & pretiū pudicitiæ nō negabit. ¶11 Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecunia. ¶12 Qui percusserit hominē volēs occidere, morte moriatur. ¶13 Qui autē nō est insidiatus, sed Deꝰ illū tradidit in manus eius: constituam tibi locū in quē fugere debeat. ¶14 Siquis⁹ per industriam occiderit proximū suū, & per insidias: ab altari meo euelles eum vt moriatur. ¶15 Qui percusserit patrē suum⁹ aut⁹ matrē, morte moriatur. ¶16⁹ Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur⁹. ¶17 Qui furat⁹ fuerit hominem, & vendiderit eū, cōuictus noxæ, morte moriatur. ¶18 Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximū suum lapide vel pugno. & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo: ¶19 Si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suum, innocēs erit qui percussit, ita tamen vt operas eius. & impēsas in medicos, restituat. ¶20 Qui percusserit seruū suum vel ancillā virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. ¶21 Sin autem vno die vel duobus superuixerit, nō subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. ¶22 Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantē, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit: subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. ¶23 Sin autem mors eius fuerit subsecuta, reddet animā pro anima, ¶24 oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, ¶25 Adustionem pro adustione, vulnꝰ pro vulnere, liuorem pro liuore. ¶26 Si percusserit quispiam oculū serui sui aut ancillæ, & luscos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. ¶27 Dentem quoque si excusserit seruo vel ancillæ suæ, similiter dimittet eos liberos. ¶28 Si bos cornu percusserit virum aut mulierē, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes eius, dominus quoq; bouis innocēs erit. ¶29 Quòd si boscornupeta fuerit ab heri & nudiustertius, & cōtestati sunt dominū eius, nec recluserit eum⁹ dominus⁹, occideritque virū aut mulierē: & bos lapidibus obruetur, & dominū eius occident. ¶30 Quòd si pretiū fuerit ei impositum, dabit ꝓ anima sua quicquidfuerit postulat⁹. ¶31 Filium quoque & filiam si cornu petcusserit, simili sententiæ subiacebit. ¶32 Si seruū ancillāmque inuaserit, triginta siclos argenti domino dabit, bos verò lapidibus opprimetur. ¶33 Siquis aperuerit cisternam, & foderit. & non operuerit eā, cecideritq; bos aut asin⁹ in eā, ¶34 Reddet dominus cisternæ pretium iumentorū: quod autē mortuum est, ipsius erit. ¶35 Si bos alienus bouē alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vēdent bouē viuū, & diuident pretium, cadauer autē mortui inter se dispertient. ¶36 Si autē scīebat quòd bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius, & nō custodiuit eū domin⁹ suus: reddet bouē ꝓ boue, & cadauer integrū accipiet. CAP. XXII.

1 Pœna furis. 5 Dānū factū. 7 Depositi lex. 14 Commodatum. 16 Constuprata virgo. 18 Malefici. 19 Coitus cum iumento. 20 Idololatra. 21 Aduena. 22 Vidua & pupillus. 25 Pecunia mutuo data. 26 Pignora. 28 Magistratus & principes. 29 Decimæ, & primitiæ. Primogenita.

Siquis furatus fuerit bouem aut ouē, & occiderit, vel vendiderit: quinque boues pro vno bone restituet, & quatuor oues pro vna oue. ¶2 Si effringens fur domū siue suffodiens fuerit inuētus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percussor nō erit reus sāguinis. ¶3 Quòd si orto sole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipse morietur. Si nō habuerit quod pro furto reddat, ipse venūdabitur. ¶4 Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viuēs, siue bos, siue asinus, siue ouis: duplū restituet. ¶5 Si læserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suū vt depascatur aliena: quicquid optimū habuerit in agro suo vel in vinea pro damni æstimatione restituet. ¶6 Si egressus ignis inuenerit ſpicas, & cōprehenderit aceruos frugū, siue stātes segetes in agris: reddet dānum qui ignem succenderit. ¶7 Siquis commēdauerit amico pecuniam aut vas in custodiam: & ab eo qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet: ¶8 Si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd non extenderit manum in rem proximi sui. ¶9 Ad perpetrandā fraudem, tam in bouē quàm in agno, ꝛcoue ae vestimento, & quicquid damnum inferre potest: ad deos vtriusque causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplū restituet proximo suo. ¶10 Siquis commēdauerit proximo suo asinū, bouem, ouem, & omne iumētū ad custodiā, & mortuū fuerit & debilitatū, vel captū ab hostibus, nullūq; hoc viderit: ¶11 iusiurandū erit in medio ꝙ non extenderit manū ad rem proximi sui: suscipiētq; dominus iuramentū, & ille reddere nō cogetur. ¶12 Quòd si furto ablatū fuerit, restituet damnū domino. ¶13 Si comestum à bestia, deferat ad eū quod occisū est, & nō restituet. ¶14 Qui à ꝓximo suo quic quid horū mutuo postulauerit, & debilitatū aut mortuū fuerit dominō nō præsēte: reddere cōpelletur. ¶15 Quòd si in præsentiarū dominus fuerit, nō restituet, maximē si cōductū venerat pro mercede operis sui. ¶16 Si seduxerit quis virginē necdū desponsatam, dormierit que cum eadotabit eam, & habebit eā vxorem. ¶17 Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modūm dotis, quā virgines accipere consueuerunt. ¶18 Maleficos nō patieris viuere. ¶19 Qui coierit cum iumento, morte moriatur. ¶20 Qui immolat diis, occidetur. præterquam Domino soli. ¶21 Aduenam non contristabis, neque affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in Terra Ægypti.

Deut. 24. c. 27

Deut. 17. a. 2. de industria

& Leuit. 20. b. 9. pro. 20. c. 20. matth. 15. a. 4. ma 7. b. 10. D

Hic versus Qui maled. in Hebræo sequēti ponitur, Qui fura.

Exod. 24. d. 20. deut. 19. d. 11. matth. 5. f. 38.

Deut. 22. d. 29.

Leuit. 20. d. 15.

Leuit. 19. d. 19. deut. 22. d. 10.

D ¶22 ‖Viduæ & pupillo nõ nocebitis. ¶23 Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiã
e.10 clamorem eorum: ¶24 Et indignabitur furor meus, percutiámque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filii vestri pupilli. ¶25 Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eũ quasi exactor, nec vsuris opprimes. ¶26 Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum ‖ reddes ei. ¶27 Ipsum enim est solũ quo operitur, indumẽtum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. ¶28 Dijs
1.c. non detrahes, ‖& principi populi tui nõ maledices. ¶29 Decimas ‖ & primitias tuas non tardabis reddere: ‖primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. ¶30 De bobus quoque, & ouibus similiter facies: septem diebus sit cum matre sua, die octauo reddes illum mihi. ¶31 Viri
b.8. sanctí eritis mihi: ‖carnem quæ à bestijs fue-
.10. rit prægustata, non comedetis, sed proijcietis canibus. CAP. XXIII.

1 & 7 Mendacium. 2 Iudex. 3 Pauper. 4 Inimicé. 7 Innocẽs. 8 Munera. 9 Peregrini. 11 Sabbathũ. 13 & 24 Dij externi. 14 Tria anni festa. 18 Sanguis. 19 Primitiæ. 25 Deo seruiendum. 26 Sterilis. 27 Chananæi cur paulati expulsi.

A NOn ‖suscipies vocem mendacij: nec iũges manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium. ¶2 Non ‖sequẽris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. ¶3 Pau-
peris quoque non misereberis in ‖ iudicio.
2. ¶4 ‖Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. ¶5 Si videris asinum odientis te iacẽre sub onere, non pertrãsibis, sed
B subleuabis cum eo. ¶6 Non declinabis in ‖ iu-
f.53 dicium' pauperis. ¶7 Mendacium fugies. ‖ Insontem & iustũ non occides: quia auersor im-
19. pium. ¶8 ‖ Nec accipies munera, quæ etiã excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. ¶9 Peregrino molestus non eris. scitis enim aduenarum animas: quia & ipsi ‖ peregri-
2. ni fuistis in Terra AEgypti. ¶10 ‖ Sex annis seminabis terram tuam, & congregabis fruges eius. ¶11 Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit edant bestiæ agri. ita facies in vinea, & in oliueto tuo. ¶12 Sex diebus operaberis: septimo die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena.
¶13 Omnia quæ dixi vobis custodite. Et per nomen externorum deorũ non iurabitis, neque audietur ex ore vestro. ¶14 Tribus vicib' per singulos annos mihi festa celebrabitis.
¶15 Solennitatem `quoque' azimorum custodies. Septem diebus ‖ comedetis, azima, ‖ sicut præcepi tibi, tempore mensis nouorum, quando egressus es de AEgypto: ‖ nõ apparebis in
6. conspectu meo vacuus. ¶16 ‖ Et solennitatem messis primitiuorum operis tui, quæcunque
D seminaueris in agro: solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fru-
5. ges tuas de agro. ¶17 Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo `tuo'. ¶18 Non immolabis super fermẽto sanguinem victimæ `meæ', nec remanebit adeps solennitatis meæ vsque mane. ¶19 Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. ‖ Non coques hœdum in lacte matris suæ. ¶20 Ecce ego ‖ mittam `Angelum `meum', qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui. ¶21 Obserua
B eum, & audi vocem eius, nec contemnendum putes: quia nõ dimittet quum ‖ peccaueris', & ‖ est nomen meum in illo. ¶22 Quòd si audieris vocẽ eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligẽtes te.
¶23 ‖ Præcedẽtque te Angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæũ, & Pherezæum, Chananæúmq; & Heuæum, & Iebusæum, quos ego conteram. ¶24 Non adorabis
B deos eorum, nec coles eos, non facies opera eorum, sed destrues eos, & confringes statuas eorum. ¶25 Seruietisque Domino Deo vestro, vt benedicã panibus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. ¶26 ‖ Nõ erit infœ-
Deut. cunda, nec sterilis in terra tua: numerum dierũ tuorũ implebo. ¶27 Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populum ad quem ingrediẽris: cũctorúmque inimicorum tuorum coram te terga vertam:
¶28 Emittens crabrones prius, qui fugabũt Heæum, & Chananæum & Hethæum, antequã introeas. ¶29 Nõ eiiciam eos à facie tua anno
C vno: ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiæ. ¶30 Paulatim expellã eos de conspectu tuo, donec augearis, & possideas Terram. ¶31 Ponam autem terminos tuos à Mari rubro vsq; ad Mare Palæsthinorũ, & à deserto vsque ad fluuium: tradam in manibus vestris habitatores terræ, & eiiciam eos de conspectu vestro. ¶32 ‖ Non inibis cum eis
f.74.b.m. fœdus, nec cum diis eorum. ¶33 Non habitẽt
deut. in terra tua, ne fortè peccare te faciãt in me, si seruieris diis eorum: quod tibi certè erit in scandalum. CAP. XXIIII.

1 Moyses rursus scandit montem. 4 Scribit verba Dei. 8 Sanguis fœderis. 14 Seniores Israel iudicantes populum.

M Oysi quoque dixit, Ascẽde ad Dominum
A tu & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul.
2 Solúsque Moyses ascendet ad Dominum, & illi non appropinquabũt: nec populus ascẽdet cum eo. ¶3 Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: responditque omnis populus vna voce, Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciem'. ¶4 Scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domi-
B ni & mane consurgens ædificauit altare `Domino', ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. ¶5 Misítque iuuenes de filijs Israel, & obtulerunt holocausta, immolauerũntq; victimas pacificas Domino vitulos `duodecim'. ¶6 Tulit itaq; Moyses dimidiã partem sanguinis, & missit in crateras:
partem verò reliquã fudit super altare. ¶7 Assúmensq; volumẽ fœderis, legit audiẽte populo, qui dixerũt, Omnia quæ locutus est Dominus faciem', & erimus obedientes. ¶8 Ille verò
Heb.9.e.19. sumptum sanguinem respersit in populũ, & ait, ‖ Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Do-
C minus vobiscũ super cunctis sermonibus his. ¶9 Ascenderũntq; Moyses & Aaron, Nadab

& Abiu, & septuaginta de senioribus Israel: ¶10 Et viderunt Deum Israel: *sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cælum quũ serenum est. ¶11 Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israel, misit manũ suam: viderũtque Deum, & comederunt, ac biberunt. ¶12 Dixit autem Dominus ad Moysen, Ascende ad me in montem, & ẽsto ibi: dabóque tibi tabulas lapideas, & legẽ, ac mandata quæ scripsi, vt doceas filios Israel.' ¶13 Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: ascendẽsq; Moyses in montẽ Dei, ¶14 & senioribus ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. habetis Aarõ, & Hur vobiscũ: siquid natũ fuerit quæstiõis, referetis ad eos. ¶15 Quumque ascendissent Moyses, operuit nubes montem, ¶16 Et habitauit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo autem die vocauit eũ Dominus de medio caliginis. ¶17 Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticẽ montis in cõspectu filiorũ Israel. ¶18 Ingressũq; Moyses mediũ nebulæ, ascendit in montẽ: & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

## CAP. XXV.

1 Dona voluntaria exigit Deus à populo pro confectione tabernaculi. 10 Arca. 16 Propitiatorium. 18 Cherũbim. 23 Mensa. 29 Sacra vasa. 31 Candelabrum. 33 Lucernæ.

LOcutúsq; est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶2 Loquere filiis Israel vt tollãt mihi primitias: ab omni homine qui offert vltroneus, accipietis eas. ¶3 Hæc sunt autẽ quæ accipere debetis, Aurum, & argentũ, & æs. ¶4 Hyacinthum & purpurã, coccũmque bis tinctũ, & byssum, pilos caprarum, ¶5 Et pelles arietũ rubricatas, pellẽsque ianthinas, & ligna setim, ¶6 Oleum ad luminaria concinnãda, aromata in vnguẽtum, & thymiamata boni odoris: ¶7 Lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod, ac rationale. ¶8 Faciẽtque mihi sanctuariũ, & habitabo in medio eorũ: ¶9 Iuxta omnẽ similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi, & omnium vasorum in cultum eius: sicque facietis illud. ¶10 Arcam de lignis setim compingite, cuius longitudo *habeat* duos & semis cubitus, latitudo cubitum & dimidium, altitudo cubitum similiter ac semissem. ¶11 Et deaurabis eam auro mundissimo intus & foris: faciẽsque suprà, coronam auream per circuitum: ¶12 Et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos, duo circuli sint in latere vno, & duo in altero. ¶13 Facies quoq; vectes de lignis setim, & operies eos auro. ¶14 Inducẽsque per circulos qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis: ¶15 Qui semper erũt in circulis, nec vnquam exrahentur ab eis. ¶16 Ponẽsque in arca testificationem quam dabo tibi. ¶17 Facies & propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos & dimidium tenebit lõgitudo eius, & cubitũ ac semissem latitudo. ¶18 Duos quoq; cherũbim aureos, & productiles facies, ex vtraque parte oraculi. ¶19 Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. ¶20 Vtrũque latus propitiatorii tegant expandẽtes alas, & operiẽtes oraculum, respiciãtque se mutuò versũ vultibus in propitiatorii quo operiẽda est arca. ¶21 In qua pones testimonium quod dabo tibi. ¶22 Indeprælocpiam, & loquar ad te supra propitiatorii, ac de medio duorũ cherũbim, qui erunt super arcã testimonii, cũcta quæ mandabo per te filiis Israel. ¶23 Facies & mẽsam de lignis setim, habentẽ duos cubitos lõgitudinis, & in latitudine cubitũ, & in altitudine cubitũ ac semissem. ¶24 Et inaurabis eũ auro purissimo: faciẽsque illi labiũ aureũ per circuitum, ¶25 Et ipsi labio coronã interrasilẽ altam quatuor digitis: & super illã, alteram coronam aureolam. ¶26 Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes. ¶27 Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittãtur vectes per eos, & possit mẽsa portari. ¶28 Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & circundabis auro ad subuehendã mẽsam. ¶29 Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina ex auro purissimo. ¶30 Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper. ¶31 Facies & candelabrũ de stile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. ¶32 Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero.

¶33 Tres scyphi quasi in nucis modũ per calamos singulos, sphærulæque simul, & lilia: & tres similiter scyphi istar nucis in calamo altero, sphærulæq; simul, & lilia. hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. ¶34 In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, & lilia. ¶35 Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex sunt procedentes de hastili vno. ¶36 Et sphærulæ igitur & calami ex ipso erunt. vniuersa ductilia de auro purissimo. ¶37 Facies & lucernas septẽ, & pones eas super candelabrũ, vt luceãt ex aduerso. ¶38 Emũctoria quoque, & vbi quæ emuncta sunt extinguantur, fiant auro purissimo. ¶39 Omne põdus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi. ¶40 Vide & fac secũdum exemplar quod tibi in monte monstratum est.

## CAP. XXVI.

1 Forma tabernaculi. 31 Velũ. 33 Situs arcæ, propitiatorii, mẽsæ, & cãdelabri. 36 Tetrorũ.

TAbernaculũ verò ita facies. Decem cortinas de bysso retorta, & hyacinthi, ac purpura, coccõque bis tincto, variatas opere plumario facies. ¶2 Lõgitudo cortinæ vnius habebit viginti octo cubitos: latitudo quatuor cubitorũ erit. vnius mensuræ erunt vniuersa tentoria. ¶3 Quinque cortinæ sibi iungentur mutuò, & aliæ quinq; nexu simili cohærebunt. ¶4 Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, vt possint inuicem copulari. ¶5 Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraque parte, ita insertas, vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit adaptari. ¶6 Facies & quinquaginta circulos aureos quibus cortinarum vela iungẽda sunt, vt vnum tabernaculum fiat. ¶7 Facies & saga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi. ¶8 Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos: & latitudo, quatuor

æqua erit mensura fagorū omnium. ¶ 9 B qui
bus quinque iūges seorsum. & sex tibi mutuò
copulabis. ita vt sextum fagum in frōte tecti
duplices. ¶ 10 Facies & quinquaginta ansas in
ora fagi vnius, vt cōiungi cum altero queat:
C & quinquaginta ansas in ora fagi alterius, vt
cum altero copuletur. ¶ 11 Facies & quinqua-
ginta fibulas æneas quibus iungātur ansæ, vt
vnū ex omnibus operimentum fiat. ¶ 12 Quod
autem superfuerit in fagis quæ parantur tec-
to, id est vnum fagum quod amplius est, ex
medietate eius operies posteriora tabernacu-
li. ¶ 13 Et cubitus ex vna parte pendebit, & al-
ter ex altera qui plus est in fagorum longitu
dine, vtrunque latus tabernaculi protegens.
¶ 14 Facies & operimētum aliud tecto de pel
libus arietum rubricatis: & super hoc rursum
aliud operimētum de hyacinthinis pellibus.
D ¶ 15 Facies & tabulas stantes tabernaculi de li
gnis setim, ¶ 16 Quæ singulæ denos cubitos in
longitudine habeāt, & in latitudine singulos
ac semisses. ¶ 17 In lateribus tabulæ, duæ in-
castraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ
connectatur: atque in hunc modum cūctæ ta
bulæ parabuntur. ¶ 18 Quarum viginti erunt
in latere Meridiano quod vergit ad Austrum.
¶ 19 Quibus quadraginta bases argenteas fun-
des, vt binæ bases singulis tabulis per duos an
gulos subiiciantur. ¶ 20 In latere quoque se-
cundo tabernaculi quod vergit ad Aquilonē,
E viginti tabulæ erunt. ¶ 21 Quadraginta haben
tes bases argēteas, binæ bases singulis tabulis
supponentur. ¶ 22 Ad Occidentalem verò pla
gā tabernaculi facies sex tabulas, ¶ 23 Et rur-
sum alias duas quæ in angulis erigātur post
tergū tabernaculi. ¶ 24 Erūntque ibi coniū-
ctæ à deorsum, vsque sursum, & vna oēs com
pago retinebit. Duabus quoque tabulis quæ
in angulis ponendæ sunt, similis iunctura ser
uabitur. ¶ 25 Et erunt simul tabulæ octo, bases
earum argenteæ sedecim, duabus basibus per
vnam tabulā supputatis. ¶ 26 Facies & vectes
de lignis setim quinque ad continēdas tabu-
las in vno latere tabernaculi, ¶ 27 Et quinque
F alios in altero, & eiusdem numeri ad Occidē
talem plagam: ¶ 28 Qui mittentur per medias
tabulas à summo vsque ad summū. ¶ 29 Ipsas
quoque tabulas deaurabis, & fundes in eis an
nulos aureos per quos vectes tabulata conti-
neant, quos operies lamiuis aureis. ¶ 30 Et eri
ges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in
Monte monstratum est. ¶ 31 Facies & velū
de hyacintho, & purpura, coccōq; bis tincto,
& byssō retorta, opere plumario, & pulchra
varietate contextum: ¶ 32 Quod appendes an
te quatuor colūnas de lignis setim, quæ ipsæ
G quidē deauratæ erunt, & habebunt capita au
rea, sed bases argenteas. ¶ 33 Inseretur autem
velum per circulos, intra quod pones arcam
testimonii, quo & Sanctuarium, & Sanctua-
rii sanctuaria dividentur. ¶ 34 Pones & propi-
tiatoriū super arcam testimonii in Sancta
sanctorum: ¶ 35 Mensamque extra velum: &
contra mensam candelabrum in latere taber-
naculi Meridiano: mensa enim stabit in parte
Aquilonis. ¶ 36 Facies & tēctorium in introitu
tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccō-
que bis tincto, & byssō retorta, opere pluma-
rii. ¶ 37 Et quinque colūnas deaurabis, ligno-
rum setim, ante quas ducetur tēctorium, quā-
rum erunt capita aurea, & bases æneæ.

## CAP. XXVII.

1 Forma altaris holocausti, 9 Atrii, tentio-
riorum & columnarum. 20 Oleum lucernæ.

FAcies & altare de lignis setim, quod habe A 7.28.
bit quinque cubitos in lōgitudine, & totī-
dem in latitudine, id est quadrum, & tres cubi
tos in altitudine. ¶ 2 Cornua autem per qua-
tuor angulos ex ipso erūt: & operies illud æ-
re. ¶ 3 Faciēsque in vsus eius lebetes ad susci-
piendos cineres, & forcipes atque fuscinulas,
& ignium receptacula, omnia vasa ex ære fa-
bricabis. ¶ 4 Craticulāmque in modū retis æ-
neam: per cuius quatuor angulos erunt qua-
tuor annuli æneī. ¶ 5 Quos pones subter aru-
lā altaris: eritque craticula vsq; ad altaris me
diū. ¶ 6 Facies & vectes altaris de lignis setim
duos, quos operies laminis æneis: ¶ 7 Et indu
ces per circulos, erūntque ex vtroque latere B
altaris ad portandum. ¶ 8 ‖ Non solidum, sed 7.20.d.14
inane & cauum intrinsecus facies illud, sicut
tibi in Mōte monstrātū est. ¶ 9 Facies & atriū
tabernaculi, in cuius Australi plaga cōtra Me
ridiem erunt tentoria de byssō retorta: cētum
cubitos vnum latus tenebit in longitudine.
¶ 10 Et columnas viginti cum basibus rotidē
æneis, quæ capita cū cælaturis suis habebunt
argentea. ¶ 11 Similiter & in latere Aquilonis
per longum erūt tentoria cētum cubitorum,
columnæ viginti, & bases æneæ eiusdem nu-
meri, & capita earū cum cælaturis suis argen
tea. ¶ 12 In latitudine verò atrii quod respicit
ad Occidentem, erunt tentoria per quinqua-
ginta cubitos, & columnæ decem, basesque to C
tidem. ¶ 13 In ea quoque atrii latitudine quæ
respicit ad Orientem, quinquaginta cubiti e-
runt, ¶ 14 In quibus quindecim cubitorū tento
ria, lateri vno deputabuntur, columnæq; tres
& bases totidem: ¶ 15 Et in latere altero erunt
tentoria cubitos obtinētia quindecim, colum-
næ tres, & bases totidē. ¶ 16 In introitu verò
atrii fiet tēctorium cubitorum viginti ex hya-
cintho & purpura, coccōque bis tincto, & byś
so retorta, opere plumarii, columnas habebit
quatuor, cum basibus totidem. ¶ 17 Omnes co
lumnæ atrii per circuitum vestitæ erunt argē D
teis laminis, capitibus argenteis, & basibus æ-
neis. ¶ 18 In longitudine occupabit atrium cu
bitos centum, in latitudine quinquaginta, al-
titudo quinque cubitorū erit, fietque de byś-
so retorta, & habebit bases æneas. ¶ 19 Cuncta
vasa tabernaculi in omnes vsus & ceremoni
as tam paxillos eius quàm atrii, ex ære facies.
¶ 20 Præcipe filiis Israel vt afferāt tibi oleum
de arboribus oliuarum purissimum, pilōque
cōtusum: vt ardeat lucerna semper. ¶ 21 In ta-
bernaculo testimonii, extra velum quod op-
positum est testimonio. Et collocabunt eam
Aaron & filii eius, vt vsque mane luceat coram
Domino. Perpetuū erit cultē per successiones
eorū à filiis Israel. ¶ CAP. XXVIII.

1 Ornatus Aaronis sacerdotis & filiorum
eius.

APplica quoque ad te Aaron fratrem tu- A
um cum filiis suis de medio filiorum Isra
el, vt sacerdotio fungantur mihi: Aaron, Na-

dab & Abiu, Eleazar, & Ithamar. ¶ 2 Faciésq; ue vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam, & decorem. ¶ 3 Et loquéris cunctis sapientibus corde, quos repleui Spiritu prudétiæ, vt faciant vestes Aaron in quibus sanctificatus ministret mihi. ¶ 4 Hæc autem erũt ve stimenta quæ facient, Rationale & superhumerale, tunicam & lineã strictam, cidarim & balteũ. Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron & filiis eius, vt sacerdotio fungantur mihi. ¶ 5 Accipientque aurum & hyacinthum & purpuram, coccũmque bis tinctũ & byssum. ¶ 6 Facient autem superhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccóque bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito. ¶ 7 Duas oras iunctas habebit in vtroque latere summitatũ, vt iu vnum redeant. ¶ 8 Ipsa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex au^o & hyacintho, & purpura, coccó; bis tincto, & byſſo retorta. ¶ 9 Sumésq; duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel: ¶ 10 Sex nomina iu lapide vno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinẽ natiuitatis eorũ. ¶ 11 Opere sculptoris & cælatura gẽmarii, sculpes eos nominibus filiorũ Israel, inclusos auro at que circũdatos, ¶ 12 Et pones in vtroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israel. Portabitq; Aaron nomina eorum corã Domino super vtrũque humerum, ob recordationem. ¶ 13 Facies & vncinos ex auro, ¶ 14 Et duas catenulas auri purissimi sibi inuicẽ cohærétes, quas inseres vncinis. ¶ 15 Rationale quoq; iudicii facies opere polymito iuxta texturã superhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura coccóque bis tincto, & byſſo retorta. ¶ 16 Quadrangulũ erit & duplex mensuram palmi habebit ram in longitudine quàm in latitudine. ¶ 17 Ponésq; in eo quatuor ordines lapidũ. In primo ver su erit lapis sardius, & topazius, & smaragd⁹. ¶ 18 In secũdo: carbunculus, sapphirus & iaspis. ¶ 19 In tertio: ligurius, achates, & amethystus. ¶ 20 In quarto chrysolith⁹, onychinus, & beryllus. inclusi auro erũt per ordines suos. ¶ 21 Habebũtq; nomina filiorũ Israel duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus. ¶ 22 Facies in rationali catenas sibi inuicẽ cohærétes ex auro purissimo: ¶ 23 Et duos annulos aureos quos pones in vtraq; rationalis summitate: ¶ 24 Catenásq; aureas iũges annulis qui sunt in marginibus el^o: ¶ 25 Et ipsarũ catenarum extremia duobus copulabis vncinis in vtroq; latere superhumeralis quod rationale respicit. ¶ 26 Facies & duos annulos aureos quos pones in summitatibus rationalis, in oris quæ è regione sunt superhumeralis, & posteriora eius aspiciũt. ¶ 27 Necnon & alios duos annulos aureos quí ponẽdi sunt in vtroq; latere superhumeralis deorsum, quod respicit cõtra faciẽ iuncturæ inferioris, vt aptari possit cũ superhumerali. ¶ 28 Et stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à se inuicẽ rationale & superhumerale nequeãt separari. ¶ 29 Portabitque Aaron nomina filiorũ Israel in rationali iudicii sup pectus suũ, quãdo ingredietur San ctuariũ, memoriale corã Domino in æternũ. ¶ 30 Pones autẽ in rationali iudicii Doctrinã & Veritatẽ, quæ erũt in pectore Aarõ quãdo ingredietur corã Domino: & gestabit iudiciũ filiorũ Israel in pectore suo in conspectu Domini semper. ¶ 31 Facies & tunicã superhumeralis totã hyacinthinã. ¶ 32 In cuius medio sup rà erit capitiũ. & ora per gyrũ eius texrilis, sicut fieri soler in extremis vestiũ partibus, ne facilè rumpatur. ¶ 33 Deorsum verò ad pedes eiusdem tunicæ per circuitum quasi mala punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, & byſſo retorta, mistis in medio tintinnabulis, ¶ 34 Ita vt tintinnabulum sit aureũ & malũ punicũ: rursũmq; tintinnabulum aliud aureũ & malũ punicũ. ¶ 35 Et vestietur ea Aarõ in officio ministerii, vt audiatur sonitus quãdo ingreditur & egreditur Sanctuariũ in conspectu Domini, & nõ moriatur. ¶ 36 Facies & laminã de auro purissimo: in qua sculpes opere cælatoris, Sãctum Domino. ¶ 37 Ligabisque eam vitta hyacinthina, & erit super tiaram. ¶ 38 Imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filii Israel, in cunctis muneribus & donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit ei Dominus. ¶ 39 Stringésque tunicam byſſo, & tiaram byſſinam facies, & balteum opere plumarii. ¶ 40 Porrò filiis Aaron tunicas lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriã & decorẽ: ¶ 41 Vestiésq; his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, vt sacerdotio fungantur mihi. ¶ 42 Facies & femininalia linea, vt operiant carnẽ turpitudinis suæ, à renibus vsque ad femora: ¶ 43 Et vestur eis Aaron & filii eius quando ingrediẽtur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare vt ministrent in Sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron, & semini eius post eũ.

sapiẽ. 18. d. 11, & 24.

## CAP. XXIX.

1 Modus cõsecrandi sacerdotes, ritúsque offerendi pro eis. 38 Sacrificium iuge & quotidianum.

Sed & hoc facies, vt mihi⁹ in sacerdotio cõsecrentur. Volle vitulum de armento, & arietes duos immaculatos, ¶ 2 Panẽsque azymos, & crustulum absque fermẽto, quæ conspersa sũt oleo, laganaque azyma oleo liti: de similia triticea cuncta facies. ¶ 3 Et posita in canistro offeres: vitulum autem & duos arietes. ¶ 4 Et Aaron, ac filios eius applicabis ad ostiũ tabernaculi testimonii. Quúmque laueris patrem cum filiis suis aqua. ¶ 5 Indues Aaron vestimentis suis, id est linea & tunica, & superhumerali & rationali, quod cõstringes balteo. ¶ 6 Et pones tiaram in capite eius, & laminã sanctam super tiarã, ¶ 7 Et oleũ vnctionis fundes super caput eius, atq; hoc ritu cõsecrabitur. ¶ 8 Filios quoque illius applicabis, & indues tunicis lineis, ¶ 9 Cingésque balteo, Aaron scilicet & liberos eius, & imponeis mitras, erũntq; sacerdotes mihi religione perpetua. Postquã initiaueris manus eorum, ¶ 10 Applicabis & vitulũ coram tabernaculo testimonii. Imponéntque Aaron & filii eius manus super caput illius. ¶ 11 Et macta bis eũ

in cõspectu Domini, iuxta ostium tabernaculi testimonii. ¶21 Sumptúmque de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem funde: iuxta ba-
29. sim eius. ¶22 Sumes & adipem totũ qui operit intestina, & reticulũ iecoris, ac duos renes, & adipẽ qui super eos est, & offeres incensum super altare. ¶23 Carnes verò vituli & corĩũ & simũ combures foris extra castra, eo quòd pro peccato sit. ¶24 Vnum quoque arietem su-
C mes, super cuius caput ponent Aaron & filii eius manus. ¶25 Quẽ quum mactaueris, tolles de sanguine eius, & fundes circa altare. ¶26 Ipsum autẽ arietem secabis in frusta: lotáque intestina eius ac pedes pones super concisas carnes, & super caput illius. ¶27 Et offeres totum arietem in incensum super altare: oblatio est Domino, odor suauissimus victimæ Domini. ¶28 Tolles quoque arietem alterum, super cuius caput Aaron & filii eius ponẽt manus. ¶29 Quẽ quũ immolaueris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorũ eius, & super pollices manus eorum ac ped s dextri, fundẽsque sanguinẽ super altare per circuitũ. ¶30 Quũm que tuleris de sanguine qui est super altare & de oleo unctionis, asperges Aaron & vestes eius, filios, & vestimenta eorum. Consecratíque ipsis & vestibus, ¶31 Tolles adipem de ariete, & caudã & aruinam quæ operit vitalia ac reticulum iecoris, & duos renes, atque adipem qui super eos est, armũmq; dextrum, eo quòd sit aries consecrationis: ¶32 Tortãmque panis vnius, crustulum conspersum oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini: ¶33 Ponẽsq; omnia super manus Aarõ & filiorum eius, & sanctificabis eos eleuans coram Domino. ¶34 Suscipiẽsque vniuersa de manibus eorum, & incẽdes super altare in holocaustum, odorem suauissimum in conspectu Domini, quia oblatio eius est. ¶35 Sumes quoque pectusculum de ariete quo initiatus est Aarõ, sanctificabisque illud elevatum corã Domino, & cedet in partem tuam. ¶36 Sanctificabisque & pectusculum consecratum, & armum quem de ariete
B separasti, ¶37 Quo initiatus est Aarõ & filii eius, cedẽntque in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filiis Israel, quia primitiua sunt & initia de victimis eorum pacis eis quæ offerunt Domino. ¶38 Vestem autem sanctam qua vtetur Aaron, habebũt filii eius post eum, vt vngantur in ea, & consecrentur manus eorum. ¶39 Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis eius, & qui ingredietur tabernaculũ testimonii vt ministret in Sanctuario. ¶40 Arietẽ autem consecrationis tolles, & coques carnes eius in loco sancto, ¶41 Quibus vescetur Aarõ & filii eius. Panes quoque qui sunt in canistro, i vestibulo tabernaculi testimonii ¶42 Comedent, vt sit placabile sacrificium, & sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis, quia sancti sunt. ¶43 Quòd si remanserit de carnibus consecratis sine de panibus vsq; mane, combures reliquias igni: nõ comedetur, quia sanctificata sunt. ¶44 Omnia quæ præcepi tibi, facies super Aaron & filiis eius. Septem diebus consecrabis manus eorũ.
¶45 Et vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisque altare quum immolaueris expiationi hostiã, & vnges illud in sanctificationem. ¶47 Septem diebus expiabis altare & sanctificabis, & erit sanctum sanctorũ: omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur. ¶48 Hoc est quod facies in altari, Agnos anniculos duos per singulos dies iu- Num.28.4.
giter. ¶49 Vnum agnũ mane, & alterum vespere. ¶50 Decimam partem similæ conspersæ oleo rufo, quod habeat mensuram quartã partem hin, & vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno. ¶51 Alterum verò agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutinæ oblationis, & iuxta ea quæ diximus, in odorem suauitatis. ¶52 Sacrificium est Domino Deo oblatione perpetua in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino, vbi cõstituam vt loquar ad te. ¶53 Ibique præcipiam filiis Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea. ¶54 Sanctificabo & tabernaculum testimonii cum altari, & Aaron cum filiis suis, vt sacerdotio fungãtur mihi. ¶55 Et habitabo in medio filiorum Israel, eròque eis Deus: ¶56 Et scient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de Terra Aegypti vt manerẽ inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.

CAP. XXX.

1 Forma altaris thymiamatis, itũq; eiusdem. 11 Pecunia in vsus tabernaculi. 18 Labiũ æneum. 23 Confectio olei sancti, & thymiamatis.

FAcies quoque altare ad adolendũ thymia A
ma, de lignis setim, ¶2 Habens cubitum lõgitudinis, & alterum latitudinis, id est quadrãgulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedẽt. ¶3 Vestiẽsque illud auro purissimo, tã craticulam eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. Faciẽsque ei coronam * Facies quaureolam per gyrum, ¶4 Et duos annulos au- que
reos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur. ¶5 Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & inaurabis. ¶6 Ponẽsque altare cõtra velum, quod ante arcam pẽdet testimonii coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi. ¶7 Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragrãs mane. Quãdo componet incensas, incendet illud: ¶8 Et quando collocabit eas ad vesperam, vret thymiama sempiternũ corã Domino in generationes vestras. ¶9 Nõ offeretis super eo thymiama cõpositionis alterius nec oblationẽ & victimã, nec libabitis libamina. ¶10 Et deprecabitur Aarõ super cornua eius semel per annum in sanguine quod oblatum est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino. ¶11 Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicens, ¶12 Quãdo tuleris summam Numeri 1.2.
filiorum Israel iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, & nõ erit plaga in eis, quũ fuerint recẽsiti. ¶13 Hoc autem dabit omnis, qui transit ad numen di- *numerum
midium sicli iuxta mensuram templi. Siclus Exod.38.c.25.
viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur Domino. ¶14 Qui habetur in numero à Leuit.27.c.25.
viginti annis & supra, dabit pretium. ¶15 Di- Numer.18.d.

ues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. ¶ 16 Susceptámque pecuniã, quæ collata est à filiis Israel, trades in vsus tabernaculi testimonii, vt sit monimentum eorum coram Domino & propitietur animabus eorum. ¶ 17 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶ 18 Facies & labium æneum cum basi sua ad lauãdum: ponésque illud inter tabernaculũ testimonii & altare. ✠ missa aqua ¶ 19 lauabunt'in ea' Aarõ. & filii eius manus suas ac pedes, ¶ 20 Quando ingressuri sunt tabernaculũ testimonii, & quãdo accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino: ¶ 21 Ne fortè moriantur. legitimum sempiternum erit ipsũ, & semini eius per successiones. ¶ 22 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶ 23 Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta siclos, ¶ 24 Casiæ autem quingentos siclos in pondere sanctuarii, & oleum de oliuetis mẽsuram hin: ¶ 25 Faciésque vnctionis oleũ sanctum, vnguentũ compositum opere vnguentarii, ¶ 26 Et vnges ex eo tabernaculum testimonii, & arcam testamenti, ¶ 27 Mensamque cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria thymiamatis ¶ 28 Et holocausti, & vniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet. ¶ 29 Sanctificabísque omnia, & erũt sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. ¶ 30 Aaron & filios eius vnges, sanctificabísque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. ¶ 31 Filiis quoque Israel dices, Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. ¶ 32 Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta cõpositionẽ eius nõ facietis aliud, quia sanctificatũ est, & sanctum erit vobis. ¶ 33 Homo quicunq; tale cõposuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. ¶ 34 Dixitque Dominus ad Moysen, Sume tibi aromata, stacten & 'onychen, 'galbanum' boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia: ¶ 35 Faciésque thymiama cõpositum opere vnguentarii, mistũ diligẽter, & purũ, & sanctificatione dignissimũ. ¶ 36 Quãmque in tenuissimum puluerẽ vnluetsa contuderis, pones ex eo cotã tabernaculo testimonii, in quo loco apparebo tibi. sanctũ sanctorum erit vobis thymiama. ¶ 37 Talem compositionem nõ facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domino. ¶ 38 Homo quicunque fecerit ũmile, vt odore illius perfruatur, peribitde populis suis.

CAP. XXXI.

1 Vocatio artificum Beseleel & Ooliab. 3 Sabbathi præceptio, & eius significatio. 18 Tabulæ lapideæ.

LOcutúsq; est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶ 2 ‖Ecce, vocaui ex nomine Beseleel filiũ Vri filii Hur de tribu Iuda, ¶ 3 Et ipleui eũ Spiritu Dei, sapiẽtia, & intelligẽtia, & scientia in omni opere. ¶ 4 Ad excogitãdũ quicqd fabre fieri potest ex auro, & argẽto, & ære, ¶ 5 Marmore, & gẽmis, & diuersitate lignorũ. ¶ 6 Dedique ei socĩũ Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam: vt faciant cuncta quæ præcepi tibi, ¶ 7 Tabernaculum fœderis, & arcam testimonii, & propitiatorium quod super eam est, & cũcta vasa tabernaculi, ¶ 8 Mensãmq;, & vasa eius, cãdelabrum purissimũ cum vasis suis, & altaria' thymiamatis ¶ 9 Et holocausti, & omnia vasa eorum, labium cũ basi sua, ¶ 10 Vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti. & filiis eius, vt fungantur officio suo in sacris, ¶ 11 Oleum vnctionis, & thymiama aromatum in sanctuario. omnia quæ præcepi tibi facient. ¶ 12 Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens, ¶ 13 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, ‖Videte vt sabbathum meum custodiatis: quia ſignum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego Dominus qui sanctifico vos. ¶ 14 Custodite sabbathum meũ, sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, mor te morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. ¶ 15 Sex diebus facietis' opus: in die septimo sabbathum est, requies sancta Domino, omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. ¶ 16 Custodiãt filii Israel sabbathum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactũ est sempiternũ ¶ 17 Inter me & filios Israel, signúmque perpetuum. ‖Sex enim diebus fecit Dominus cælum & terram, & in septimo ab' omni' opere cessauit. ¶ 18 Deditque Dominus Moysi, completis huiusce modi sermonibus in mõte Sinai, ‖duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei.

CAP. XXXII.

2 Vituli aurei adoratio. 11 Orat Moyses pro Israelitis, citãs promissiones. 19 Tabulas confringit. 21 Obiurgat Aaronem. 27 Idolatras interfici iubet. 31 Vult deleri de libro vitæ, aut peccatum populo dimitti.

VIdés autem populus quòd morã faceret descendẽdi de mõte Moyses, cõgregatus aduersus Aaron, dixit, ‖Surge, fac nobis deos qui nos præcedãt: Moysi enim huic viro qui nos eduxit de Terra AEgypti, ignoramus quid acciderit'. ¶ 2 Dixitque ad eos Aaron, Vollite inaures aureas de vxorum, filiorũmque, & filiarum vestrarum auribus, & afferte ad me. ¶ 3 Fecitque populus quæ iusserat, deferẽs inaures ad Aarõ. ¶ 4 ‖Quas cũ ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilẽ. Dixerũtq;, Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Terra AEgypti. ¶ 5 Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, dicens, Eras solennitas Domini est. ¶ 6 Surgentésque mane obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & ‖sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. ¶ 7 Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens, ‖Vade, descẽde: peccauit populus tuus quem eduxisti de Terra AEgypti. ¶ 8 Recesserunt citò de vta quam ostenderãs eis: fecerũtque sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolãtes ei hostias, dixerunt, ‖Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de Terra AEgypti. ¶ 9 Rursũmque ait Dominus ad Moysen, ‖Cerno quòd populus iste duræ cervicis sit: ¶ 10 Dimitte me, vt irascatur furor meus cõtra eos, & deleam eos, faciãmque te in gentẽ magnã. ¶ 11 Moyses autẽ orabat Dominũ Deum tuum, dicens: ‖Cur Domine irascitur furor tuus cõtra populum tuum, quẽ eduxisti de Terra AEgypti in for-

'In eo

'Olei

D

'Onycha, 'galbanen,

'Alia

'Fac

D

Gen. 2. a.

Deu.

A

Act.

'Ei

F

Psal.

B

Deu.

A

1. Reg. 12.

Exo. 33. Deut. 9.

C

Psal.

titudine magna, & in manu robusta? ¶ 12 Ne quæso dicant Ægyptii, Callidè eduxit eos vt interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. ¶ 13 Recordare Abrahã, & Isaac, & Israel, seruorum tuorũ, quibus iurasti per temetipsum, dicẽs, Multiplicabo semẽ vestrũ sicut stellas cæli: & vniuersã terrã hãc, de qua locuta sum, dabo semini vestro, & possidebitis eã semper. ¶ 14 Placatusque est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populũ suum. ¶ 15 Et reuersus est Moyses de monte, portãs duas tabularũ testimonii in manu sua, scriptas ex vtraq; parte. ¶ 16 Et factas opere Domini: scriptura quoq; Dei erat sculpta in tabulis. ¶ 17 Audiens autẽ Iosue tumultum populi vociferãtis, dixit ad Moysen, Vlulatus pugnæ auditur in castris. ¶ 18 Qui respondit, Non est clamor adhortãtium ad pugnã, neque vociferatio compellentium ad fugã: sed vocẽ cantantiũ ego audio. ¶ 19 Quũque appropinquasset ad castra, vidit vitulũ, & choros. Iratusque valde, proiecit de manu tabulas, & cõfregit eas ad radicẽ mõtis. ¶ 20 Arripiẽsque vitulum quem fecerant, combussit, & contriuit vsque ad puluerem, quẽ sparsit in aquam, & dedit ex eo potũ filiis Israel. ¶ 21 Dixitque ad Aarõ. Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximũ? ¶ 22 Cui ille respõdit, Ne indignetur dominus meus: tu enim nosti populũ istũ quòd pronus sit ad malũ. ¶ 23 Dixerũt mihi, Fac nobis deos qui nos præcedãt: huic enim Moysi qui nos eduxit de Terra Ægypti, nescimus quid acciderit. ¶ 24 Quibus ego dixi, Quis vestrum habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & proieci illud in ignẽ, egressusque est hic vitulus. ¶ 25 Vidẽs ergo Moyses populũ quòd esset nudatus (spoliauerat enim eũ Aarõ propter ignominiam sordis, & inter hostes nudũ constituerat) ¶ 26 Et stans in porta castrorũ, ait, Si quis est Domini, iungatur mihi. Congregatiq; sunt ad eũ omnes filii Leui: ¶ 27 Quibus ait, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ponat vir gladium super femur suũ: ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorũ, & occidat vnusquisque fratrẽ, & amicum, & proximum suũ. ¶ 28 Fecerũtque filii Leui iuxta sermonẽ Moysi, ceciderũntque in die illa quasi triginta tria millia hominum. ¶ 29 Et ait Moyses, Consecrastis manus vestras hodie Domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. ¶ 30 Facto autem altero die locutus est Moyses ad populum, Peccastis peccatum maximum: sed ego ad Dominum, si quo modo quiuero eũ deprecari pro scelere vestro. ¶ 31 Reuersusq; ad Dominum, ait, Obsecro, Domine, peccauit populus iste peccatum maximum, fecerũntque sibi deos aureos: ¶ 32 Aut dimitte eis hãc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quẽ scripsisti. ¶ 33 Cui respõdit Dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: ¶ 34 Tu autem vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi: Angel⁹ meus præcedet te. Ego autem in die vltionis vlciscãbo & hoc peccatum eorum. ¶ 35 Percussit autem Dominus populum pro reatu vituli quẽ fecerat Aaron.

1 Angelus deducens Israelitas. 3 Renuit Deus cum populo ascendere. 4 Luget populus peccatũ. 9 Moysi cum Deo familiare colloquiũ. 12 Orat Deũ esse secum. 18 Optat videre faciem Dei. 21 Iubetur stare in petra.

LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, Vade, descẽde de loco isto tu & populus tuus quem eduxisti de Terra Ægypti, in terram quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob, dicens, Semini tuo dabo eam. ¶ 2 Et mittam præcursorem tui Angelum, vt eiiciã Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæũ, & Pherezæum, & Heuæũ, & Iebusæum, ¶ 3 & introes in terram fluentem lacte & melle. Nõ enim ascendam tecum, quia populus duræ cervicis es: ne fortè disperdam te in via. ¶ 4 Audiensque populus sermonem hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo. ¶ 5 Dixitque Dominus ad Moysen, Loquere filiis Israel, Populus duræ cervicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Cum nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. ¶ 6 Depositusque est ergo filii Israel ornatum suum à monte Horeb. ¶ 7 Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitque nomẽ eius Tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis extra castra. ¶ 8 Quũmque egrederetur Moyses ad Tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisque in ostio pauilionis sui, aspiciebãtque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. ¶ 9 Ingressoque autem illo Tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturque Dominus cum Moyse, ¶ 10 Cernentibus vniuersis quòd colũna nubis staret ad ostium Tabernaculi. Stabãtque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorũ. ¶ 11 Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Quimq; ille reuerteretur in castra, minister eius Iosue filius Nun, puer, nõ recedebat de Tabernaculo. ¶ 12 Dixit autem Moyses ad Dominum, Præcipis vt educã populũ istum: & non indicas mihi quem missurus es mecũ, præsertim quũ dixeris, Noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. ¶ 13 Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum gentem hãc. ¶ 14 Dixitque Dominus, Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi. ¶ 15 Et ait Moyses, Si nõ tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto. ¶ 16 In quo enim sciri poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitãt super terram? ¶ 17 Dixit autem Dominus ad Moysen, & verbum istud quod locutus es, fac tam: inuenisti enim gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. ¶ 18 Qui ait, Ostende mihi gloriam tuam. ¶ 19 Respondit, Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabor in nomine Domini coram te: & misericordiam cui voluero, & clemens ero in quẽ mihi placuerit. ¶ 20 Rursũque ait, Nõ poteris videre faciem meam

A ascende

Gen.12.b.7. 15.11.c.23. ios.24.c.12. deut.7.d.20.

B 32.b.9. deut.9.c.13. es:

C

D

E

F viam

G

H vocabo Rom.9.c.15.

non enim videbit me homo, & viuet. ¶21 Ecce inquit, est locus apud me, & stabis supra petram. ¶22 Quúmque trānsibit gloria mea, ponā te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec trānseam: ¶23 Tollámque manum meam, & videbis posteriora mea: faciem autem meam videre nō poteris.

CAP. XXXIIII.

1 Instaurātur tabulæ. 6 Misericordiæ Dei commendatio. 12 Prohibetur societas gentiū & idololatria. 18 Solennitas azymorū. 19 Primogenita. 21 Sabbathum. 22 Festum trium hebdomadarum. 26 Primitiæ. 28 Ieiunium Moysi. 33 Faciem suam cornutam velat Moyses.

A Ac deinceps, Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribā super eas verba quæ habuerūt tabulæ quas fregisti. ¶2 Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecū super verticē montis. ¶3 Nullus ascēdat tecum, nec videatur quisquam per totum montem, boues quoque & oues non pascantur contra. ¶4 Excidit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerāt: & de nocte consurgens ascēdit in mōtem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portās secum tabulas. ¶5 Quúmque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cū eo, inuocans nomen Domini. ¶6 Quo trānseūte coram eo, ait, Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, ac verus. ¶7 Qui custodis misericordiam in millia: qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullúsque apud te per se innocens est. ¶Qui reddis iniquitatem patrū filiis, ac nepotibus in tertiā & quartam progeniē. ¶8 Festinúsque Moyses, curuatus est pronus in terram, & adorans ¶9 Ait, Si inueni gratiā in cōspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscū: populus enim duræ cervicis est, vt auferas iniquitates nostras atq; peccata, nōsque possideas. ¶10 Respōdit Dominus, Ego iubo pactum videntibus cunctis, signa faciam quæ nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus sum. ¶11 Obserua cūcta quæ hodie mā dauī tibi: ego ipse eiiciam ante faciem tuā Amorrhæum, & Chananæū, & Hethæum, Pherezæū quoque, & Heuæū, & Iebusæū. ¶12 Cauē ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iūgas amicitias, quæ sint tibi in ruinā: ¶13 Sed aras eorum destrue, confringe statuas, lucōsque succide. ¶14 Noli adorare deum alienum. Dominus zelōtes nomen eius, Deus æmulator. ¶15 Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionū: ne quū fornicati fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam vt comedas de immolatis. ¶16 Nec vxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis: ne postquā ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciāt & filios tuos in deos suos. ¶17 Deos cōflatiles nō facies tibi. ¶18 Solennitatem azymorum custodies. Septem diebus vescēris azymis, sicut præcepi tibi, in tēpore mensis nouorum. mensē enim veris tēporis egressi es de Aegypto. ¶19 Omne quod aperit vuluam generis masculini, meum erit. De cunctis animantibus tam de bobus quām de ouibus, meum erit. ¶20 Primogenitum asini redimes ouē. si nautem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorū redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. ¶21 Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare & metere. ¶22 Solennitatē hebdomadarū facies tibi in primitiis frugū messis tuæ triticeæ, & Solennitatem quando rediit anni tempore cuncta cōduntur. ¶23 Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in cōspectu omnipotentis Domini Dei Israel. ¶24 Quum enim tulero gētes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascēdente te & apparēte in cōspectu Domini Dei tui ter in anno. ¶25 Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ: neque residebit mane de victimis solēnitatis Phase. ¶26 Primitias fructuum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hœdum in lacte matris suæ. ¶27 Dixitque Dominus ad Moysen, Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cū Israel pepigi fœdus. ¶28 Fecit ergo ibi cum Domino Moyses quadraginta dies & quadraginta noctes: panem nō comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. ¶29 Quúmque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas lapideas testimonii, & ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. ¶30 Videntes autem Aaron & filii Israel cornutam Moysi faciem, timuerūnt propè accedere. ¶31 Vocatique ab eo, reuersi sunt tā Aarō, quàm principes synagogæ. Et postquā locut est ad eos, ¶32 Venerūt ad eum etiam omnes filii Israel: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai. ¶33 Impletisq; sermonib posuit velamē super faciem suā. ¶34 Quod ingressus ad Dominum, & loquens cum eo, auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ tibi fuerāt imperata. ¶35 Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam siquādo loquebatur ad eos.

CAP. XXXV.

2 Præcipitur Sabbathum. 5 Primitiæ & donaria exiguntur. 21 Animi prōptitudo populi offerentis. 30 Beseleel & Ooliab artifices.

Igitur congregata omni turba filiorum Israel, dixit ad eos, Hæc sunt quæ iussit Dominus fieri. ¶2 Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, sabbathum & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur. ¶3 Non succendetis ignē in omnibus habitaculis vestris per diem sabbathi. ¶4 Et ait Moyses ad omnē cæterā filiorum Israel, Hic est sermo quem præcepit Dominus, dicens, ¶5 Separate apud vos primitias Domino. Omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino: aurū & argētū, & æs, ¶6 hyacinthū & purpuram, coccūmque bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, ¶7 pellēsque arietū rubricatas, & hyacinthinas, ligna setī. ¶8 Et oleū ad luminaria cōcinnāda, & vt cōficiatur vnguentū, & thymiama suauissimum. ¶9 Lapides onychinos, & gēmas ad ornatum super humeralis & rationalis. ¶10 Quisquis vestrū sapiens est, veniat, & faciat quod Dominus

Deut.10.2.1. A

Iuas

verax, Psal.141.2.2. Iet.11.c.18. deut.5.2.9.

& B

& Exo.31.d.32. deut.7.2.2.

& 3.Reg.11.2.2.

C

Exo.21.2.b.12. & 22.d.29. exe.44.g.30

deu 5.2 deu 5.2 deu 18. Deu

1. C Qui

A

vel

B

imperauit. ¶11 Tabernaculumfcilicet,& tectũ eius,acq; operimentum, annulos & tabulata cũ vectibus,& paxillos & bases: ¶12 Arcam & vectes, propitiatoriũ,& velũ quod ante illud oppãditur: ¶13 Mẽsam cũ vectibus & vasis & propositionis panibus: ¶14 Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius & lucernas, & oleũ ad nutrimẽta ignium. ¶15 Altare thymiamatis,& vectes & oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus: tentoriũ ad ostium tabernaculi: ¶16 Altare holocausti,& craticulã eius æneã cum vectibus & vasis suis: labrũ & bases eius: ¶17 Cortinas atrii cũ columnis & basibus,tẽtorium in foribus vestibuli, ¶18 Paxillos tabernaculi & atrii cum funiculis suis: ¶19 Vestimẽta quorum vsus est in ministerio sanctuarii, vestes Aaron pontificis ac filiorum eius vt sacerdotio fungãtur mihi. ¶20 Egressa que omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, ¶21 Obtulerunt mẽte prãstissima atq; deuota primitias Domino, ad faciendũ opus tabernaculi testimonii. Quicquid ad cultum & ad vestes sanctas necessarium erat, ¶22 Viri cũ mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureũ in donaria Domini separatum est. ¶23 Si quis habebat aurum, hyacinthũ & purpurã, coccũmq; bis tinctum byssum & pilos caprarum,pelles arietum rubricatas, & hyacinthinas, ¶24 Argẽti & auri arisque metalla obtulerunt Domino lignaque sesim in vsus. ¶25 Sed & mulieres doctæ,quæ neuerant, dederunt hyacinthum,purpurã, & vermiculum ac byssum, ¶26 Et pilos caprarum,spõte propria cuncta tribuẽtes. ¶27 Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationale. ¶28 Aromataque & oleum ad luminaria cõcinnãda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama odoris suauissimi componendum. ¶29 Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierẽt opera quæ iusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filii Israel voluntaria Domino dedicauerunt. ¶30 Dixitque Moyses ad filios Israel, Ecce, vocauit Dominus ex nomine Beseleel filium Vri filii Hur de tribu Iuda: ¶31 Impleuitque eum Spiritu Dei, sapientia & intelligẽtia & sciẽtia, & omni doctrina ¶32 Ad excogitandum & faciendum opus in auro & argento, & ære & ferro, ¶33 Sculpendi lapidibus, & opere carpentario, quicquid fabrè adiuenire potest. ¶34 Dedit in corde eius: Ooliab quoq; filiũ Achisamech de tribu Dã: ¶35 Ambos eruditit sapientia, vt faciant opera abietarii, polymitarii, ac plumarii de hyacintho ac purpura, coccõq; bis tincto, & byssо, & texant omnia, ac noua quæq; reperiãt.

CAP. XXXVI.

1 Fabricatio tabernaculi & Cortinarũ, 14 Sagorum. 19 Opertorii. 20 Tabularum, 31 Vestium. 35 Veli, 37 Tentorii.

FEcit ergo Beseleel, & Ooliab, & omnis vir sapiẽs, quibus dedit Dominus sapientiã & intellectũ, vt scirẽt fabrè operari quæ in vsus sanctuarii necessaria sunt, & quæ præcepit Dominus. ¶2 Quũmque vocasset eos Moyses, & omnem eruditum virum cui dederat Dominus sapientiam, & qui sponte sua obtulerant se ad faciendum opus, ¶3 Tradidit eis vniuersa donaria filiorum Israel. Qui quum instarent operi, quotidie mane vota populus offerebat. ¶4 Vnde artifices venire compulsi, ¶5 Dixerunt Moysi, Plus offert populus quam necessarium est, ¶6 Iussit ergo Moyses præconis voce cantari, Nec vir nec mulier quicquam offerat vltrà in opere sanctuarii. Itaque cessatum est à muneribus offerendis. ¶7 Eo quòd oblata sufficerent & superabũdarẽt. ¶8 Fecerunt ergo omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decẽ de byssо retorta, & hyacinthо, & purpura, coccoque bis tincto, opere vario, & arte polymita. ¶9 Quarũ vna habebat in lõgitudine viginticto cubitos, & in latitudine quatuor. vna mensura erat omnium cortinarũ. ¶10 Coniunxitque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque sibi inuicem copulauit. ¶11 Fecit & ansas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroq; latere, & in ora cortinæ alterius similiter, ¶12 Vt contra se inuicem venirent ansæ, & mutuò iungerentur. ¶13 Vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent cortinarum ansas, & fierent vnum tabernaculũ. ¶14 Fecit & saga vndecim de pilis caprarum ad operiendũ tectum tabernaculi: ¶15 Vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. vnius mensuræ erant omnia saga: ¶16 Quorum quinque iunxit seorsum, & sex alia separatim. ¶17 Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi vnius, & quinquaginta in ora sagi alterius, vt sibi inuicẽ iungerẽtur. ¶18 Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectũ, vt vnũ pallium ex omnibus sagis fieret. ¶19 Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis. aliudque desuper velamentum de pellibus hyacinthinis. ¶20 Fecit & tabulas tabernaculi de lignis sesim stãtes. ¶21 Decẽ cubitorũ erat lõgitudo tabulæ vnius: & vnum ac semis cubitũ latitudo retinebat. ¶22 Binæ incastraturæ erãt per singulas tabulas vt altera alteri iũgeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. ¶23 Et quibus viginti ad plagam Meridianam erant cõtra Austrum ¶24 Cum quadraginta basibus argenteis. Quæ bases sub vna tabula ponebantur ex vtraque parte angulorum. vbi incastraturæ lateris in angulis terminãtur. ¶25 Ad plagã quoque tabernaculi quæ respicit ad Aquilonem fecit viginti tabulas ¶26 Cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas. ¶27 Contra Occidentem verò, id est ad eam partem tabernaculi quæ Mare respicit, fecit sex tabulas. ¶28 Et duas alias per singulos angulos tabernaculi retro: ¶29 Quæ iunctæ erãt à deorsum vsque sursum, & in vnã cõpagem pariter ferebãtu. Ita fecit ex vtraque parte per angulos: ¶30 Vt octo essent simul tabulæ, & haberẽt bases argẽteas sedecim bases scilicet bases sub singulis tabulis. ¶31 Fecit & vectes de lignis sesim, quinque ad cõnectendas tabulas vnius lateris tabernaculi, ¶32 Et quinque alios ad alterius lateris coaptãdas tabulas: & extra hos, quinque alios vectes ad Occidẽtalẽ plagã tabernaculi cõtra Mare. ¶33 Fecit quoque vectẽ aliũ, qui per medias tabulas ab angulo vsque ad angulũ perueniret, ¶34 Et

psa aute tabulata deauravit, fusis basibus ea rũ argenteis. ✠ circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent: quos & ipsos laminis aureis operuit. ¶ 35 Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, opere polymitario, varium atque distinctum: ¶ 36 Et quatuor columnas de lignis setim, quas cum capitibus deauravit: fusis basibus earũ argenteis. ¶ 37 Fecit & tentoriũ in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byſſoque retorta, opere plumarii: ¶ 38 Et colũnas quinq; cũ capitib' suis, quas operuit auro, basesq; earũ fudit æneas: quas & operuit auro.

CAP. XXXVII.

1 Fabricatio arcæ testimonii, 6 Propitiatorii, 10 Mẽsæ, 17 Candelabri, 23 Lucernarum, 25 Altaris thymiamatis. 29 Compositio thymiamatis.

A FEcit autem Beſeleel & arcam de lignis setim, habentem duos ſemis cubitos in longitudine, & cubitum ac ſemiſſem in latitudine, altitudo quoque vnius cubiti fuit & dimidii: ¶ 2 Vestiuitque eam auro puriſſimo intus ac foris. ✠ fecit illi coronam auream per gyrũ. ¶ 3 Conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius duos annulos in latere vno, & duos in altero. ¶ 4 Vectes quoque fecit de lignis setim, quos vestiuit auro. ¶ 5 Et quos miſit in annulos qui erant in lateribus arcæ, ad portandum eã. ¶ 6 Fecit & propitiatoriũ, id est oraculũ, de auro mũdiſſimo duorũ cubitorum & dimidii in longitudine, & cubiti ac ſemis in latitudine. ¶ 7 Duos edam cherũbim B ex auro ductili, quos poſuit ex vtraque parte propitiatorii. ¶ 8 Cherub vnum in ſummitate vnius partis, & cherub alterum in ſummitate partis alterius: duos cherũbim in ſingulis ſummitatibus propitiatorii. ¶ 9 Extendentes alas, & tegentes propitiatorium ſeque mutuo & illud reſpicientes. ¶ 10 Fecit & mensã de lignis setĩ in lõgitudine duorũ cubitorũ. & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitũ ac ſemiſſe. ¶ 11 Circũdeditque eã auro mũdiſſimo, & fecit illi labiũ aureũ per gyrũ, ¶ 12 Ipſique labio coronã aureã in terraſilem quatuor digitorum, & ſuper eandem alteram coronam auream. ¶ 13 Fudit & quatuor circulos aureos, quos poſuit in quatuor angulis per ſingulos pedes menſæ. ¶ 14 Contra coronam: miſitque in eos vectes, vt poſſit menſa portari. ¶ 15 Ipſos quoque vectes fecit de lignis setim, & circundedit eos auro. ¶ 16 Et vaſa ad diuerſos vſus mẽsæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro. in quibus offerenda ſunt libamina. ¶ 17 Fecit & cãdelabrũ ductile de auro mũdiſſimo. De cuius vna cte calami, ſcyphi, ſphæruleque ac lilia procedebãt. ¶ 18 Sex in vtroque latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera. ¶ 19 Tres ſcyphi in nucis modũ per calamos ſingulos, ſphæruleque ſimul & lilia: & tres ſcyphi in ſtar nucis in calamo altero, ſphæruleque ſimul & lilia. Aliquam erat opus ſex calamorũ, qui procedebãt de ſtipite cãdelabri. ¶ 20 In ipſo aute vna cte erant quatuor ſcyphi in nucis modũ & ſphæruleque per ſingulos ſimul & lilia: ¶ 21 Et ſphæruleque ſub duobus calamis per loca tria, qui ſimul ſex fũt calami procedẽtes de vecte vno. ¶ 22 Et ſphæruleque igitur, & calami ex ipſo erant, vniuerſa ductilia ex auro puriſſimo. ¶ 23 Fecit & lucernas ſeptẽ cũ emunctoriis ſuis, & vaſa vbi ea quæ emũcta ſunt, extinguãtur, de auro mũdiſſimo. ¶ 24 Talentũ auri appendebat candelabrũ cũ omnibus vaſis ſuis. ¶ 25 Fecit & altare thymiamatis de lignis ſetim, per quadrũ ſingulos habẽs cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua. ¶ 26 Veſtiuitque illud auro puriſſimo cum crate ductus ac parietibus & cornibus. ¶ 27 Fecitque ei coronã aureolam per gyrum, & duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, vt mittãtur in eos vectes, & poſſit altare portari. ¶ 28 Ipſos aute vectes fecit de lignis ſetim, & operuit laminis aureis. ¶ 29 Compoſuit & oleum ad ſanctificationis vnguentum, & thymiamata de aromatibus mundiſſimis opere pigmentarii.

CAP. XXXVIII.

1 Fabricatio altaris holocauſti, 8 Labri æneĩ, 9 Atrii, 24 Supputatio pretii à populo oblati.

FEcit & altare holocauſti de lignis ſetim, A quinque cubitorum per quadrum, & triũ in altitudine: ¶ 2 Cuius cornua de angulis procedebãt, operuitque illud laminis æneis. ¶ 3 Et in vſus eius parauit ex ære vaſa diuerſa. lebetes, forcipes, fuſcinulas, vncinos, & ignĩ receptacula. ¶ 4 Craticulãque eius in modũ retis fecit æneã, & ſubter eã in altaris medio arulã, ¶ 5 Fuſis quatuor annulis per totidẽ retiacula ſũmitates, ad immittẽdos vectes ad portãdũ. ¶ 6 Quos & ipſos fecit de lignis ſeti, & operuit laminis æneis: ¶ 7 Induxitque in circulos qui in lateribus altaris eminebãt. Ipſũ aute altare non erat ſolidum, ſed cauum ex tabulatis, & 5.27. intus vacuum. ¶ 8 Fecit & labrũ æneũ cum basi ſua de ſpeculis mulierũ quæ excubabant in oſtio tabernaculi. ¶ 9 Fecit & atrium, in cuius Auſtrali plaga erant tentoria de byſſo retorta, cubitorum centum. ¶ 10 Columnæ æneæ viginti cum basibus ſuis, capita columnarum, & B tota operis cælatura, argentea. ¶ 11 Aſque ad Septentrionalem plagam tentoria columnæ, baſeſque, & capita columnarum eiuſdẽ menſuræ, & operis ac metalli erant. ¶ 12 In ea verõ plaga quæ ad Occidentem reſpicit, fuerũt tẽtoria cubitorũ quinquaginta, columnæ decem cum basibus ſuis æneæ, & capita columnarũ, & tota operis cælatura, argentea. ¶ 13 Porrõ cõtra Orientẽ quinquaginta cubitorũ parauit tentoria, ¶ 14 E quibus, quindecim cubitos, columnarũ triũ, cũ basibus ſuis vnũ tenebat latus: ¶ 15 Et in parte altera quia inter vtraque introitũ tabernaculi fecit, quindecim æquẽ cubitorũ erãt tẽtoria, columnæque tres, & baſes totidem. ¶ 16 Cuncta atrii tentoria byſſus retorta texuerat. ¶ 17 Baſes columnarum fuere æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis ſuis argentea: ſed & ipſus colũnas atrii veſtiuit argento. ¶ 18 Et in introitu eius C opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, quod habebat vigiuti cubitos in longitudine, altitudo verõ quinque cubitorũ erat iuxta menſuram quã cũcta atrii tentoria habebãt. ¶ 19 Columnæ autẽ in ingreſſu fuere quatuor cũ basibus æneis, capitaque earum & cælaturæ argẽ-

teæ. ¶10 Paxillos quoque tabernaculi & atrii per gyrum fecit æneos. ¶11 Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonii, quæ enumerata sunt iuxta præceptū Moysi, in ceremoniis Leuitarum per manum Ithamar filii Aarō sacerdotis: ¶12 Quæ Beseleel filius Vri filii Hur de tribu Iuda, Domino per Moysē iubēte, cōpleuerat. ¶13 Cuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorū egregius fuit, & polymitarius atq; plumarius, ex hyacintho, purpura, vermiculo, & byssō. ¶14 Omne aurū quod expensū est in opere sanctuarii, & quod oblatum est in donariis, viginti nouē talentorum fuit, & septingē torū et viginta siclorū ad mēsuram sanctuarii. *¶15 Oblatū est autē ab his qui trāseurāt ad numerū à vigīti annis & suprà. de sexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta, armatorum. ¶17 Fuerunt præterea centū talenta argenti, è quibus cōflatæ sunt bases sanctuarii, & introitus vbi velum pendet. Centū bases factæ sunt de talētis centū, singulis talētis per bases singulas supputatis. ¶18 De mille autem, septingētis, & septuaginta quinque siclis fecit capita colūnarū, quas & ipsas vestiuit argento. ¶19 Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, & quadringenti supra siclī, ¶20 Ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, & altare æneū cum cruciata sua, omniaque vasa quæ ad vsum eius pertinēt. ¶21 Et bases atrii tam in circuitu, quàm in ingressu eius, & paxilli taberna culi atq; atrii per gyrū.

CAP. XXXIX.

1 Ornatus Aaron. 21 Populus offert Domino cuncta quæ fieri iusserat.

DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac byssō fecit vestes, quibus induereturAarō quādo ministrabat in sanctis, sicut præcepit Dominus Moysi. ¶2 Fecit igitur superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccōque bis tinctō, & byssō retorta. ¶3 Opere polymitario. Incidituque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorū colorum subtegmine. ¶4 Duásque oras sibi in uicem copulatas in vtroque latere summitatum. ¶5 Et balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi. ¶6 Parauit & duos lapides onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israel. ¶7 Sex nomina in lapide vno, & sex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum'. ¶7 Posuitque eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorū Israel, sicut præceperat Dominus Moysi. ¶8 Fecit & rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccōque bis tinctō, & byssō retorta: ¶9 Quadrāgulum, duplex, mensuræ palmi. ¶10 Et posuit in eo gemmarum ordines, quatuor. in primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. ¶11 In secūdo, carbūculus, saphirus & iaspis. ¶12 In tertio, ligyrius, achates & amethystus'. ¶13 In quarto chrysolythus, onychynus & berillus, circūdati & inclusi auro per ordines suos. ¶14 Ipsi que lapides duodecim, sculpti erāt nominib' duodecim tribuū Israel, singuli per nomina singulorū. ¶15 Fecerūt in rationali & catenulas sibi inuicē cohærentes, de auro purissimo: ¶16 Et duos vncinos, totidēmque annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in vtroque latere rationalis, ¶17 & quibus pēderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt vncinis qui in superhumeralis angulis eminebāt. ¶18 Hæc & antè & retrò ita conueniebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuò necterētur, *¶19 Strícta ad balteū, & annulis fortius copulata, quos iūgebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerēt, & à se inuicē moueretur, sicut præcepit Dominus Moysi. ¶20 Fecerūt quoque tunicā superhumeralis totā hyacinthinā: ¶21 Et capitiū in superiori parte cōtra mediū, orūque per gyrū capitii textilē: ¶22 Deorsū autē ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo ac byssō retorta. ¶23 Et tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerūt inter malogranata in extrema parte tunicæ per gyrū: ¶24 Tintinnabulū autē aureū & malū punicū, quib' ornatus incedebat pōtifex quādo ministerio fúgebatur, sicut præceperat Dominus Moysi. ¶25 Fecerūt & tunicas byssinas opere textili Aarō & filiis eius: ¶26 Et mitras cū coronulis suis ex byssō: feminalia quoq; linea, byssina: ¶27 Cingulum verō de byssō retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo distinctum arte plumaria, sicut præceperat Domin' Moysi. ¶30 Fecerūt & lāminā sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntq; in ea opere gēmario, sanctū Domini: ¶31 Et strinxerūt eā cū mitra vitta hyacinthina, sicut præceperat Dominus Moysi. ¶32 Perfectū est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonii: fecerūntq; filii Israel cūcta quæ præceperat Domin' Moysi. ¶33 Et obtulerūt tabernaculū & tectū & vniuersā supellectilē, annulos, tabulas, vectes, colūnas ac bases, ¶34 Opertoriū de pellibus arietū rubricatis, & aliud operimentū de 'hyacinthinis' pellibus, velū, ¶35 Arcā, vectes, propitiatoriū, ¶36 Mensā cū vasis suis, & propositionis panib': ¶37 Cādelabrū, lucernas, & vtēsilia earū cū oleo, ¶38 Altare aureū, & vnguentū, & thymiama ex aromatib', & tētoriū in introitu tabernaculi: ¶39 Altare æneū, rēticaculū, vectes, & vasa ei' omnia: labrū cū basi sua: tentoria atrii, & colūnas eū basibus suis, ¶40 Tentoriū in introitu atrii, funiculōsq; illius & paxillos. Nihil ex vasis defuit quæ in ministeriū tabernaculi, & in tectū fœderis iussa sunt fieri. ¶41 Vestes quoque quibus sacerdotes vtūtur in sanctuario, Aarō scilicet & filii eius, ¶42 Obtulerūt filii Israel, sicut præceperat Domin'. ¶43 Quæ postquā Moyses cūcta vidit cōpleta, benedixit eis.

CAP. XL.

1 Erigitur tabernaculum. 34 Apparet gloria Domini, nube operiente tabernaculum.

LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶2 Mense primo, prima die mensis eriges tabernaculum testimonii, ¶3 Et pones in eo arcam, demittēsque ante illam velum: ¶4 Et illata mensa pones super eam quæ ritè præcepta sunt. Candelabrū stabit cum lucernis suis, ¶5 Et altare aureum in quo adoletur incensum, coram arca testimonii. Tentoriū in introitu tabernaculi testimonii pones: ¶6 Et ante illud, altare holocausti: ¶7 Labrū inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. ¶8 Circundabisque atrium tentoriis, & ingres

*Versus 19 & 20 ex Hebræo desyderātur.

'ianthinis

sum eius. ¶9 Et assumpto vnctionis oleo vngues tabernaculū cum vasis suis, vt sanctificentur: ¶10 Altare holocausti & omnia vasa eius:
B ¶11 Labrū cū basi sua: omnia vnctionis oleo cōsecrabis, vt sint sancta sanctorū. ¶12 Applicabisq; Aarō & filios eius ad fores tabernaculi testimonii, & lotos aqua ¶13 Indues sanctis vestibus, vt ministret mihi. & vnctio eorū in sacerdotiū sempiternū proficiat. ¶14 Fecitque Moyses omnia quæ præceperat Dominus.
Versus 14 & 15 ex Hebræo desyderātur. Nume. 7. a. 11. ¶15 Igitur mense primo anni secundi, prima die mēsis collocatū est tabernaculū. ¶16 Erexitq; Moyses illud, & posuit tabulas ac bases & vectes, statuitq; colūnas. ¶17 Et expādit tectū super tabernaculū, imposito dēsuper operimēto, sicut Dominus imperauerat. ¶18 Posuit & testimonium in arca, subditis infrà vectibus, & oraculum dēsuper. ¶19 Quūmque in tulisset arcam in tabernaculum testimonii,
C appendit ante eam velum, vt expleret Domini iussionem. ¶20 Posuit & mensam in tabernaculo testimonii ad plagam Septentrionalem extra velum, ¶21 Ordinatis coram propositionis panibus, sicut præceperat Dominus Moysi. ¶22 Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonii eregione mensæ in parte Australi. ¶23 Locaris per ordinem lucernis, iuxta præceptum Domini. ¶24 Posuit & altare aureum sub tecto testimonii contra velū. ¶27 Et adoleuit super eo incensum aromatum, sicut iusserat Dominus Moysi. ¶28 Posuit & tentoriū in introitu tabernaculi testimonii. ¶29 Et altare holocausti in vestibulo testimonii, offerens in eo holocaustum & sacrificia, vt Dominus imperauerat. ¶30 Labrū quoque statuit inter tabernaculum testimonii. & altare, implēs illud aqua. ¶31 Lauerūtq; Moyses & Aarō, ac filii eius manus suas & pedes. ¶32 Quū ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi.
¶33 Erexit & atrium per gyrū tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt, ¶34 ‖ Operuit nubes tabernaculum testimonii, & gloria Domini impleuit illud. ¶35 Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante: quia cuncta, nubes operuerat. ¶36 Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filii Israel per turmas suas: ¶37 Si pendebat dēsuper, manebant in eodē loco. ¶38 Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cūctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

Num. 9. d. 22. 2. reg. 7. b. 11.

# Liber Leuiticus, Hebraice Vaicra.

CAP. I.

1 Ritus offerēdi armēta, 10 Pecudes, 14 Aues.

VOcauit autem Moysen, & locutus est el Dominꝰ de tabernaculo testimonii, dicēs, ¶2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Homo qui obtulerit ex vobis hostiam Domino de pecoribꝰ, id est de bobus & ouibus offerēs victimas, ¶3 ‖ Si holocaustū fuerit eiꝰ oblatio, ac de armento, masculū immaculatū offeret ad ostium tabernaculi testimonii, ad placandū sibi Dominū: ¶4 Ponētque manꝰ super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atque in expiationē eius proficiēs. ¶5 Immolabitque vitulū coram Domino. & offerent filii Aaron ‖ sacerdotis ‘sanguinem eius, fundentes per altaris circuitū, quod est ante ostiū tabernaculi. ¶6 Detractāque pelle hostiæ, artus in frusta cōcidēt, ¶7 Et subiicient in altarigné, struæ lignorū antè compositæ: ¶8 Et membra quæ sunt cæsa, dēsuper ordinantes, caput videlicet, & cūcta quæ adhærēt iecori. ¶9 Intestinis & pedibus lotis aqua: adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustū & suauē odorem Domino. ¶10 Quōd si de pecoribus oblatio est, de ouibꝰ siue de capris holocaustū:
‖ agnum anniculum & absque macula offeret: ¶11 Immolabitque ad latus altaris quod respicit Aquilonem, coram Domino. sanguinem verò illius fundent super altare filii Aaron per circuitum: ¶12 Diuidēntque membra, caput & omnia quæ adhærent iecori: & imponent super ligna quib’ subiiciendus est ignis: ¶13 Intestina verò & pedes lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustū & odorē suauissimū Domino.
D ¶14 Si autē de auibus, holocaustū oblatio fuerit Domino: de turturibus & pullis columbæ ¶15 Offeret eam sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: ¶16 Vesiculam verò gutturis & plumas proiiciet prope altare ad Orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent. ¶17 Cōfringētque ascellas eius, & non secabit, neque ferro diuidet eam. & adolebit super altare, lignis igne suppositō. Holocaustum est & oblatio suauissimi odoris Domino. CAP. II.

1 De oblatione sacrificiorum similæ, 4 Panum, 8 Agnorum. 11 Fermentum. 13 Sal.

ANima quū obtulerit oblationem sacrificii Domino, similа erit eius oblatio. fundētque super eam oleū. & ponet thus, ¶2 Ac deferet ad filios Aaron ‖ sacerdotis: quorum vnus tollet pugillum plenum similæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odorē suauissimū Domino. ¶3 ‖ Quōd autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius. sanctum sanctorum de oblationibus Domini. ¶4 Quum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano: de similа, panes scilicet absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita. ¶5 Si oblatio tua fuerit de sartagine, similæ cōspersæ oleo & absque fermēto, ¶6 Diuides eā minutatim, & fundes super eam oleū. ¶7 Si autē de craticula fuerit sacrificium, æquē similа oleo cōspergetur. ¶8 Quem offerens Domino, trades manibus sacerdoti. ¶9 Qui quum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis Domino.
¶10 Quicquid autē reliquum est, erit Aarō & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus Domini. ¶11 Omnis oblatio quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quicquam fermēti ac mellis adolebitur in sacrifi-

dio Domini. ¶12 Primitias tantum eorum offerent ac munera: super altare verò non imponentur in odorem suauitatis. ¶13 Quicquid obtuleris sacrificii, sale cõdies, nec auferes sal fœderi Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. ¶14 Si autẽ obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de spicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in morem farris. & sic offeres primitias tuas Domino. ¶15 Fundẽs super eas oleum, & thus imponens, quia oblatio Domini est. ¶16 De qua adolebit sacerdos in memoriam muneris, partem farris fracti & olei ac totum thus.

CAP. III.

1 Hostiæ pacificorum de bobus, 6 Ouibus & agnis, 12 Capris.

QVòd si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre, marem siue fœminã, immaculata offeret coram Domino. ¶2 Ponẽtque manum super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi testimonii, fundentq; filii Aaron sacerdotes, sanguinẽ per altaris circuitũ. ¶3 Et offerent de hostia pacificorum in oblationem Domino, adipẽ qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis est intrinsecꝰ: ¶4 Duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renũculis. ¶5 Adolebũntque ea super altare in holocaustũ, lignis igne suppositis: in oblationem suauissimi odoris Domino. ¶6 Si verò de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorum hostia, siue masculum obtulerit siue fœminã, immaculata erit ꝰomnia. ¶7 Si agnum obtulerit coram Domino, ¶8 Ponet manum suam super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonii: fundentque filii Aaron sanguinẽ eius per circuitum altaris. ¶9 Et offerẽt de pacificorũ hostia sacrificium Domino: adipem & caudã totam ¶10 Cum renibus, & pinguedinẽ quæ operit ventrẽ, atque vniuersa vitalia, & vtrumque renunculum cum adipe qui est iuxta ilia reticulũmque iecoris cum renunculis. ¶11 Et adolebit ea sacerdos super altare in pabulũ ignis& oblationis Domini. ¶12 Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam Domino, ¶13 Ponet manum suã super caput eius, immolabitque eam in introitu tabernaculi testimonii. Et fundent filii Aaron sanguinem eius per altaris circuitum. ¶14 Tollẽtque ex ea in pabulum ignis Domini, adipẽ qui operit vẽtre, & qui tegit vniuersa vitalia: ¶15 Duos renunculos cum reticulo quod est super eos iuxta ilia, & aminã iecoris cum renũculis. ¶16 Adolebitque ea super altare sacerdos in alimoniã ignis, & suauissimi odoris. Omnis adeps Domini erit ¶17 Iure perpetuo in generationibꝰ, & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

CAP. IIII.

Hostiæ pro peccatis per ignorantiam.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶1 Loquere filiis Israel. Anima quæ peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis Domini quæ præcepit vtnõ fierẽt, quippiam fecerit: ¶2 Si sacerdos qui vnctus est peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum, Domino. ¶3 Et adducet illũ ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino, ponẽtque manum super caput eius, & immolabit eũ Domino. ¶4 Hauriet quoque de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonii. ¶5 Quùmque intinxerit digitum in sanguinẽ, asperget eum septies coram Domino contra velum sanctuarii: ¶7 Ponẽtque de eodem sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonii. omnem autem reliquũ sanguinẽ fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi. ¶8 Et adipem vituli offeret pro peccato, tam eũ qui vitalia operit, quàm omnia quæ intrinsecus sunt: ¶9 Duos renunculos & reticulum quod est super eos: iuxta ilia, & adipem iecoris cum renunculis, ¶10 Sicut offertur de vitulo hostiæ pacificorum: & adolebit ea super altare holocausti. ¶11 Pellem verò & omnes carnes cum capite & pedibus & intestinis & fimo. ¶12 Et reliquo corpore offeret extra castra in locum mundum, vbi cineres effundi solent: incendẽtque ea super lignorum struem, quæ in loco effusorũ cinerum cremabuntur. ¶13 Quòd si omnis turba filiorum Israel ignorauerit, & per imperitiã fecerit quod contra mandatum Domini est, ¶14 Et postea intellexerit peccatum suum. offeret pro peccato suo vitulum, adducẽtque eum ad ostium tabernaculi. ¶15 Et ponent seniores populi manus super caput eius coram Domino. Immolatõque vitulo in conspectu Domini, ¶16 Inferet sacerdos qui vnctus est, de sanguine eius in tabernaculum testimonii, ¶17 Tinctoque digito aspergens septies contra velum. ¶18 Ponẽtque de eodẽ sanguine in cornib' altaris, quod est coram Domino in tabernaculo testimonii. reliquum autem sanguinem fundet iuxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonii. ¶19 Omnẽmque eius adipem tollet. & adolebit super altare: ¶20 Sic faciẽs & de hoc vitulo quomodo fecit & prius: & rogante pro eis sacerdote, propitius erit eis Dominus. ¶21 Ipsum autem vitulũ offeret extra castra, atque comburet sicut & priorem vitulũ: quia est pro peccato multitudinis. ¶22 Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è pluribus per ignorantiam, quod Domini lege prohibetur: ¶23 Et postea intellexerit peccatum suum, offeret hostiam coram Domino, hircũ de capris, immaculatum. ¶24 Ponẽtque manum suã super caput eius, quùmque immolauerit eum in loco vbi solet mactari holocaustum coram Domino, quia pro peccato est, ¶25 Tinget sacerdos digitum in sanguine hostiæ pro peccato, tangens cornua altaris holocausti, & reliquũ fundẽs ad basim eius. ¶26 Adipem verò adolebit suprà, sicut in victimis pacificorum fieri solet: rogabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius, & dimittetur ei. ¶27 Quòd si peccauerit anima per ignorantiã, de populo terræ, vt faciat quicquã de his quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat, ¶28 Et cognouerit peccatum suum, offeret capram immaculatam. ¶29 Ponẽtque manus suas per caput hostiæ quæ pro peccato est, & immolabit eam in loco holocausti. ¶30 Tollẽtque sacerdos de sanguine in digito suo: & tan-

gens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. ¶ 31 Omnem autē adipē auferens, sicut auferri solet de victimis pacificorum, adolebit super altare in odorem suauitatis Domino: rogabitque pro eo, & dimittetur ei. ¶ 32 Sinautem de pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ouem scilicet immaculatā: ¶ 33 Ponet manū super caput eius, & immolabit eam in loco vbi solent cædi holocaustorū hostiæ. ¶ 34 Sumétque sacerdos de sanguine eius digito suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. ¶ 35 Omnem quoque adipem auferens, sicut auferri solet adeps arietis qui immolatur pro pacificis: cremabit super altare in incensum Domini: rogabitque pro eo & pro peccato eius, & dimittetur ei.

CAP. V.

1 De eo qui adiurantis iudici scelus non indicat. 2 Tangens immundum. 4 Expiatio periurii. 15 Furti rei constituitur. 17 Deo admissi per ignorantiam.

A ¶ Si peccauerit anima, & audierit vocem *iurantis, testisq; fuerit quod ipse vidit, aut conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. ¶ 2 Anima quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & delinquit. ¶ 3 Et si tetigerit quicquam de immunditia hominis iuxta omnem impuritatē qua pollui solet, obliuiscq; cognouerit postea, subiacebit delicto. ¶ 4 Anima quæ iurauerit, & pronunciauerit labiis suis vt vel male quid faceret, vel bene, & non fecerit: & idipsum iuramento & sermone firmauerit, obliuiscaturq; postea intellexerit delictum suum. ¶ 5 Agat pœnitentiā pro B peccato, ¶ 6 Et offerat de gregibus agnam siue capram, orabitque pro ea sacerdos & pro *peccatis eius. ¶ 7 Si autem nō potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarum Domino, vnum pro peccato, & alterum in holocaustum. ¶ 8 Dabitque eos sacerdoti. Qui primum offerens pro peccato, retorqueb it caput eius ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus abrūpatur. ¶ 9 Et aspergetde sanguine eius parietē altaris, quicquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentum eius, quia pro peccato est. ¶ 10 Alterum verò in holocaustum adolebit, vt fieri C solet: rogabitque pro eo sacerdos & pro peccato eius, & dimittetur ei. ¶ 11 Quòd si nō quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos *columbarum, *offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimam. non mittet in eam oleū, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est: ¶ 12 Tradétque eam sacerdoti. qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit super altare in monimentum eius qui obtulerit, ¶ 13 Rogans pro illo & expians, reliquam verò partem ipse habebit in munere. ¶ 14 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶ 15 Anima si prævaricans cæremonias, D per errorem in his quæ Domino sunt sanctificata peccauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi poterit duobus siclis, iuxta pondus sanctuarii: ¶ 16 Ipsúmque quod intulit dāni restituet, & quintam partem ponet suprà, tradēs sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei. ¶ 17 Anima *quæ peccauerit per ignorantiam, fecerit que vnum ex his quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea intellexerit & iniquitatem suam. ¶ 18 Offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti iuxta mensuram æstimationēmque peccati: qui orabit pro eo, quia nesciens fecerit, & dimittetur ei, ¶ 19 Quia per errorem deliquit in Domino'.

CAP. VI.

1 Hostia pro peccato vltroneo. 9 Lex holocausti. 13 Ignis perpetuus. 14 Lex sacrificii & libamentorum. 20 Oblatio Aaron & filiorum in die vnctionis suæ. 25 Lex hostiæ pro peccato.

LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens, A ¶ 2 Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit, ¶ 3 Siue rem perditam inuenerit, & infitians insuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit N in quibus solent peccare homines, ¶ 4 Conuicta delicti, ¶ 5 Reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, & quintam insuper partem domino cui damnū intulerat. ¶ 6 Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti iuxta æstimationem mēsurámque delicti: ¶ 7 Qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro singulis quæ faciēdo peccauit. ¶ 8 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicēs, ¶ 9 Præcipe Aaron & filiis eius. Hæc est lex holocausti. Cremabitur in altari tota nocte vsque mane: ignis in eodem altari erit. ¶ 10 Vestietur tunica sacerdos & feminalibus lineis: tollétque cineres, quos *vorans' ignis exussit, & ponens *ve iuxta altare, ¶ 11 Spoliabitur priorib' vestimētis, indutúsque aliis, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo vsque ad fauillā consumi faciet'. ¶ 12 Ignis autem in altari semper ardebit, quē nutriet sacerdos subiiciens ligna mane per singulos dies, & imposito holocausto, dēsuper adolebit adipes pacificorū. ¶ 13 Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. ¶ 14 Hæc est lex sacrificii & libamentorum, quæ offerent filii Aaron coram Domino, & coram altari, ¶ 15 Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus quod super similam positum est: adolebitque illud in altari in monimentum odoris suauissimi Domino. ¶ 16 Reliquam autem partem similæ comedet Aarō cum filiis suis, absque fermento: & comedet in loco *sanctuarii' *sa tri tabernaculi. ¶ 17 Ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incensum. sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto. ¶ 18 Mares tantum ex filiis Aaron comedēt illud: legitimum ac sempiternū erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini, omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. ¶ 19 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶ 20 Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius, quam offerre debent Domino in die vnctionis suæ. Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, mediū eius mane, & medium eius vespere. ¶ 21 Quæ in sartagine oleo conspersa frigetur: offeret autē eam

calidam in odorem suauissimum Domino ¶ 22 Sacerdos. qui iure patri succesſerit, & tota cremabitur in altari. ¶ 23 Omne enim sacrificium sacerdotum igne cõsumetur, nec quisquam comedet ex eo. ¶ 24 Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens, ¶ 25 Loquere Aaron & filiis eius. Ista est lex hostiæ pro peccato, in loco vbi offertur holocaustum, immolabitur, coram Domino. sanctum sanctorum est. ¶ 26 Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. ¶ 27 Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur, & de sanguine illius, vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto. ¶ 28 Vas autem fictile in quo cocta est, confringetur. quòd si vas æneũ fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. ¶ 29 Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus eius, quia sanctum sanctorum est. ¶ 30 No stia enim quæ cæditur pro peccato, & cuius de sanguis infertur in tabernaculum testimonii ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

CAP. VII.

1 Lex hostiæ pro delicto. 11 Hostia pacificorum. 12 Adeps & sanguis non comedenda.

HAEc quoq; est lex hostiæ pro delicto. sancta sanctorum est: ¶ 2 Idcirco vbi immolabitur holocaustũ, immolabitur & victima pro delicto: sanguis eius per gyrum altaris fundetur. ¶ 3 Offerent ex ea caudam & adipem qui operit vitalia, ¶ 4 Duos renunculos, & pingue dimenquæ iuxta ilia est. reticulũmque iecoris cum renunculis, ¶ 5 Et adolebit ea sacerdos super altare: incensum est Domini pro delicto. ¶ 6 Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctũ sanctorum est. ¶ 7 Sicut pro peccato offertur hostia, ita & pro delicto: vtriusque hostiæ lex vna erit. ad sacerdotẽ qui eam obtulerit, pertinebit. ¶ 8 Sacerdos qui offert holocaustũ victimam. habebit pellem eius. ¶ 9 Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano & quicquid in craticula, vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis à quo offertur: ¶ 10 Si ne oleo conspersa, siue arida fuerint, cunctis filiis Aaron mensura æqua per singulos diuidetur. ¶ 11 Hæc est lex hostiæ pacificorũ quæ offertur Domino. ¶ 12 Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermẽto conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctámque similam, & collyridas olei admistione conspersas. ¶ 13 Panes quoque fermẽtatos cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis: ¶ 14 Ex quibus vnus pro primitiis offertur Domino, & erit sacerdotis q̃ fundet hostiæ sanguinẽ. ¶ 15 Cuius carnes eãdem comedẽtur die, nec remanebit ex eis quicquã vsque mane. ¶ 16 Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eádem similiter edetur die; sed & quidi in crastinum remanserit, vesci licitum est: ¶ 17 Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet. ¶ 18 *Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offerentisquin potius quæcunque anima tali se edulio contaminauerit, præuaricationis rea erit.

¶ 19 Caro quæ aliquid ex tegerit immundũ, non comedetur, sed cõburetur igni: qui vero mundus, vescetur ex ea. ¶ 20 Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis. ¶ 21 Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiusce modi carnibus, interibit de populis suis. ¶ 22 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶ 23 Loquere filiis Israel, Adipem ouis, & bouis, & capræ nõ comedetis. ¶ 24 Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod à bestia captum est, habebitis in varios vsus. ¶ 25 Siquis adipem, qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo. ¶ 26 Sanguinẽ quoque omnis animalis non sumetis in cibo, tam de auibus, quàm de pecoribus. ¶ 27 Omnis anima quæ ederit sanguinẽ, peribit de populis suis. ¶ 28 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶ 29 Loquere filis Israel, dicens. Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul & sacrificiũ. id est, thamenta eius. ¶ 30 Ve nebit manibus adipem hostiæ, & pectusculũ. quúmque ambo oblata Domino consecrauerit, tradet sacerdoti, ¶ 31 Qui adolebit adipem super altare, pectusculum autem erit Aaron, & filiorum eius. ¶ 32 Armus quoque dexter de pacificorũ hostiis cedet in primitias sacerdotis. ¶ 33 Qui obtulerit sanguinem, & adipem, filiorum Aaron. ipse habebit & armum dextrũ in portione sua. ¶ 34 Pectusculum enim eleuationis, & armũ separationis tuli à filis Israel de hostiis eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filiis eius lege perpetua, ab omni populo Israel. ¶ 35 Hæc est vnctio Aaron, & filiorũ eius in ceremoniis Domini in die quo obtulit eos Moyses, vt sacerdotio fungerentur, ¶ 36 Et quæ præcepit eis deri Dominus à filiis Israel religione perpetua i generationib' suis. ¶ 37 Ista est lex holocausti, & sacrificii pro peccato atque delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis: ¶ 38 Quam constituit Dominus Moysi in monte Sinai quando mandauit filiis Israel vt offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

CAP. VIII.

2 Consecratio Aaronis sacerdotis & filiorum eius.

LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶ 2 Tolle Aaron cum filiis suis, vestes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis, ¶ 3 Et cõgregabis omnem cœtum Israel ad ostium tabernaculi. ¶ 4 Fecitque Moyses vt Dominus imperauerat: congregatáque omni turba ante fores tabernaculi. ¶ 5 Ait. Hic est sermo quem iussit Dominus fieri. ¶ 6 Statimque obtulit Aaron & filios eius: quúmque lauisset eos. ¶ 7 Vestiuit pontificem subucula linea, accinxitq; eum baltheo, & induens eũ tunica hyacinthina, & desuper humerale imposuit. ¶ 8 Quod astringés cingulo aptauit rationali, in quo erat doctrina & veritas. ¶ 9 Cidari quoq; texit caput: & super eam contra frontem, posuit laminã auream consecrationis, sicut præceperat ei Dominus. ¶ 10 Tulit & vnctionis oleum, quo linuit tabernaculum cum omni supellectili sua. ¶ 11 Quúmque sanctificãs aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius, labrúmque eũ basi sua sanctificauit oleo. ¶ 12 Quod fudẽs super caput

Aaron, vnxit eũ, & cõsecrauit. ¶13 Filios quoque eius oblatos consecrauit, vestiuitque tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitque mitras, vt iusserat Dominus. ¶14 Obtulit & vitulum pro peccato. quúmque super caput eius posuissent Aarõ & filii eius manus suas, ¶15 immolauit eum: hauriens sanguinẽ, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum, quo expiato & sanctificato, fudit reliquum sanguinẽ ad fundamenta eius. ¶16 Adipẽ verò qui erat super vitalia, & reticulum iecoris, duósque renunculos cũ aruinulis suis adoleuit super altare: ¶17 vitulum cum pelle, & carnibus, & stimo, cremũs extra castra, sicut præceperat Dominus. ¶18 Obtulit & arietem in holocaustũ: super cuius caput quũ imposuissẽt Aarõ & filii eius manus suas. ¶19 Immolauit eũ, & fudit sanguinem eius per circuitũ altaris. ¶20 ipsúmque arietem in frusta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni. ¶21 Lotis prius intestinis & pedibus. totúmque simul arietẽ incẽdit super altare, eo quód esset holocaustum suauissimi odoris Domino, sicut præceperat ei. ¶22 Obtulit & arietem secũdum in consecrationẽ sacerdotum: posuerũtque super caput eius Aaron & filii eius manus suas. ¶23 Quem quum immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aarõ, & pollicem manus eius dextræ, similiter & pedis. ¶24 Obtulit & filios Aaron. quúmq; de sanguine arietis immolati tetigissent extremum auriculæ singulorum dextræ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum. ¶25 Adipẽ verò, & caudam, omnẽmque pinguedinem quæ operit intestina, reticulúmque iecoris, & duos renes cum adipibus suis, & armo dextro separauit. ¶26 Tollens autem de canistro azymorum, quod erat corã Domino, panes absque fermento, & collyridam conspersam oleo, lagánúmque posuit super adipes, & armũ dextrum, ¶27 tradens simul omnia Aarõ & filiis eius. Qui postquam leuauerunt ea coram Domino, ¶28 Rursum suscepta de manibus eorũ, adoleuit super altare holocausti, eo quód cõsecrationis esset oblatio in odorem suauitatis sacrificii Domini. ¶29 Tulitque pectusculum eleuans illud coram Domino, de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus. ¶30 Assumẽnsque vnguentũ, & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aarõ & vestimẽta eius, & super filios illius ac vestes eorũ. ¶31 Quúmque sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicens. Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi comedite eas. panes quoque cõsecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Dominus, dicẽs, Aaron & filii eius comedẽt eos. ¶32 Quicquid autẽ reliquũ fuerit de carne & panibus, ignis absumet. ¶33 De ostio quoque tabernaculi nõ exibitis septem diebus, vsque ad diem quo cõplebitur tempus consecrationis vestræ. septẽ enim diebus finitur cõsecratio: ¶34 sicut impræsentiarũ factũ est, vt ritus sacrificii compleretur. ¶35 Die ac nocte manebitis in tabernaculo obseruantes custodias Domini, ne moriamini: sic enim mihi præceptũ est. ¶36 Feceruntq; Aarõ & filii eius cũcta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.

CAP. IX.

1 Prima Aaronis oblatio pro se & populo. 22 Benedicit Aaron populo. 23 Apparet gloria Domini. 24 Ignis à Deo egressus deuorans holocaustum.

FACTO autẽ octauo die, vocauit Moyses Aaron & filios eius, ac maiores natu Israel, dixitque ad Aaron. ¶2 Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrúnque immaculatũ, & offer illos corã Domino. ¶3 Et ad filios Israel loquẽris, Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque agnum anniculum, & sine macula in holocaustum, ¶4 Bouem & arietem pro pacificis, & immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum similã conspersam oleo offerẽtes. hodie enim Dominus apparebit vobis. ¶5 Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses ad ostiũ tabernaculi: vbi quũ omnis multitudo astaret, ¶6 Ait Moyses, Hæc est sermo quem præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius. ¶7 Et dixit ad Aaron. Accede ad altare, & immola pro peccato tuo. offer holocaustũ, & deprecare pro te & pro populo. quúmq; mactaueris hostiam populi, ora pro eis, sicut præcepit Dominus. ¶8 Statimque Aaron accedens ad altare, immolauit vitulũ pro peccato suo: ¶9 Cuius sanguinem obtulerunt ei filii sui. in quo tingẽs digitũ, tetigit cornua altaris, & fudit reliquũ ad basim eius. ¶10 Adipẽmque, & renunculos, ac reticulũ iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat Dominus Moysi: ¶11 Carnes verò & pellẽ eius extra castra cõbussit igni. ¶12 Immolauit & holocausti victimã: obtulerũntq; ei filii sui sanguinẽ eius, quẽ fudit per altaris circuitũ. ¶13 Ipsam etiam hostiam in frusta concisam, cum capite & membris singulis obtulerũt: quæ cum omnia super altare cremauit igni. ¶14 Lotis aqua prius intestinis & pedib. ¶15 Et pro peccato populi offerẽs, mactauit hircũ: expiatóque altari ¶16 Fecit holocaustũ, ¶17 Addẽs in sacrificio libamenta, quæ pariter offerũtur, & adolẽs ea super altare, absq; ceremoniis holocausti matutini. ¶18 Immolauit & bouẽ atque arietẽ hostias pacificas populi. obtulerũntq; ei filii sui sanguinẽ, quẽ fudit super altare in circuitũ. ¶19 Adipẽ autẽ bouis, & candã arietis, renunculósq; cum adipibus suis, & reticulũ iecoris ¶20 Posuerũt super pectora. quúmque cremati essẽt adipes super altare. ¶21 Pectora eorũ, & armos dextros separauit Aarõ, eleuans corã Domino, sicut præceperat Moyses. ¶22 Et extendens manũ ad populũ, benedixit ei. sicque cõpletis hostiis pro peccato, & holocaustis, & pacificis, descẽdit. ¶23 Ingressíque autẽ Moyses & Aarõ in tabernaculũ testimonii, & deinceps egressi benedixerunt populo. Apparuitque gloria Domini omni multitudini: ¶24 Et ecce egressus ignis à Domino, deuorauit holocaustũ, & adipes qui erant super altare. Quod quum vidissent turbæ, laudauerunt Dominum ruentes in facies suas.

CAP. X.

1 Nadab & Abiu comburuntur à Deo. 4 Planctus Israel propter eos. 9 Interdicitur sacerdotibus vino. 11 Reliquum oblationis sacerdotes comedunt.

CAP. XI.

A ¶ Arreptisque Nadab & Abiu filii Aaro thuribulis imposuerunt ignem, & incensum desuper, offerentes coram Domino ignē alienum, quod eis præceptum non erat. ¶2 Egressi sunt ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui sunt coram Domino. ¶3 Dixitque Moyses ad Aaron, Hoc est quod locutus est Dominus, Sanctificabor in his qui appropinquāt mihi, & in cōspectu omnis populi glorificabor. quod audiens, tacuit Aaron. ¶4 Vocatis autem Moyses Misaele, & Elisaphā filiis Oziel patrui Aaron, ait ad eos. Ite, & tollite fratres vestros de cōspectu sanctuarii, & asportate extra castra. ¶5 Confestimque pergentes, tulerunt eos sicut iacebant, vestitos lineis tunicis, & eiecerūt foras, vt sibi fuerat imperatum. ¶6 Locutúsque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius. Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres vestri, & omnis domus Israel plangant incendium quod Dominus suscitauit: ¶7 Vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis, oleū quippe sanctæ vnctionis est super vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moysi. ¶8 Dixitque Dominus ad Aaron. ¶9 Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu, & filii tui, quando introibitis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia præceptū sempiternum est in generationes vestras: ¶10 Et vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & prophanum, inter pollutum & mundum: ¶11 Docebitisq; filios Israel omnia legitima mea quæ locutus est Dominus ad eos per manum Moysi. ¶12 Locutúsque est Moyses ad Aaron & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erāt residui, Tollite sacrificium quod remansit de oblatione Domini, & comedite illud absque fermento, iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. ¶13 Comedetis autem in loco sancto: quod datum est tibi & filiis tuis de oblationibus Domini, sicut præceptum est mihi. ¶14 Pectuscula quoque quod oblatum est, & armum qui seperatus est, edetis in loco mundissimo tu & filii tui, & filiæ tuæ tecum. sibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis salutaribus filiorum Israel: ¶15 armum quod armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerūt coram Domino, & pertinent ad te, & ad filios tuos lege perpetua, sicut præcepit Dominus. ¶16 Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato quum quæreret Moyses, exustum reperit: iratúsque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanserant, ait, ¶17 Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ sancta sanctorum est, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini, ¶18 Præsertim quū de sanguine illius nō sit illatum intra sancta, & comedere debueratis eam in sanctuario, sicut præceptum est mihi? ¶19 Respōdit Aaron. Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustū coram Domino: mihi autem accidit quod vides, quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cæremoniis meis lugubris? ¶20 Quod quū audisset Moyses, recepit satisfactionem.

2 Animalia munda & Immunda. 9 Pisces. 13 Aues. 24 Cibus, potus. 26 Fœtes. 27 Sementis. 39 Animal mortuum. 41 Reptile immundum.

¶ Locutúsq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens. ¶2 Dicite filiis Israel, Custodite omnia quæ scripsi vobis, vt sim Deus vester. ¶3 Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cūctis animantibus terræ, ¶4 Omne quod habet diuisam vngulam, & ruminat in pecoribus, comedetis. ¶5 Quicquid autem ruminat, & habet vngulam, sed non diuidit eam, sicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. ¶6 Chœrogryllus qui ruminat, vngulámque non diuidit, immundus est. ¶7 Lepus quoque nō & ipse ruminat, sed vngulam nō diuidit. ¶8 Et fus, qui quum vngulam diuidat, non ruminat. ¶9 Horū carnibus non vescemini, nec cadauera contingetis, quia immūda sunt vobis. ¶10 Hæc veriam sunt quæ gignuntur in aquis & vesci licitum est. Omne quod habet pinulas & squamas, tā in mari, quàm in fluminibus & stagnis, comedetis. ¶11 Quicquid autē pinnulas & squamas non habet eorum quæ in aquis morantur & viuunt, abominabile vobis ¶12 Execrandúmq; erit, carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis. ¶13 Cūcta quæ nō habent pinnulas & squamas in aquis, polluta erūt. ¶14 Hæc sunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis, Aquilam, & gryphem, & haliætum. ¶15 Et miluum ac vulturem iuxta genus suum. ¶16 Et omne coruini generis in similitudinem suam, ¶17 Struthionē, & nocticauam, & larum, & accipitrem iuxta genus suum. ¶18 Bubonem, & mergulum, & ibin, ¶19 Et cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem, ¶20 Herodionē & charadrion iuxta genus suum, vpupam quoque & vesperti ionē. ¶21 Omne de volucribus quo graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis. ¶22 Quicquid autem ambulat quidē super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terrā, ¶23 Comedere debetis, vt est bruchus in genere suo, & attachus atq; ophiomachus, ac locustæ, singula iuxta genus suum. ¶24 Quicquid autē ex volucribus quatuor tātum habet pedes, execrabile erit vobis: ¶25 Et quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vsque ad vesperū. ¶26 Et si necesse fuerit vt portet quippiā horū mortuum, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad occasum solis. ¶27 Omne animal quod habet quidem vngulam, sed nō diuidit eam, nec ruminat, immundū erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. ¶28 Quod ambulat super manus ex cūctis animantibus, quæ incedūt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vsque ad vesperum. ¶29 Et qui portauerit huiusce modi cadauera, lauabit vestimenta sua, & immūdus erit vsque ad vesperum: quia omnia hæc immunda sunt vobis. ¶30 Hæc quoque inter polluta reputabūtur de his quæ mouentur in terra, mustela & mus & crocodilus, singula iuxta genus suū, ¶31 Mygale, & chamæleon, & stellio, & lacerta, & talpa: ¶32 Omnia hæc immūda sunt. Qui tetigerit morticina eorū, immun-

Deut. 14. a. 5

*quidem

2. Mac. 6. d. 18

dus erit vsque ad vesperũ: ¶32 Et super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum, polluetur tam va- lligneum & vestimentũ, quàm pelles, & cilicia: & in quocunque fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vsque ad vesperum, & sic postea mundabuntur. ¶33 Vas autẽ fictile in quod horum quicquam intrõ ceciderit, polluetur, & idcirco frangendũ est. ¶34 Omnis cibus quem comedetis, si infusa iuris super eum aqua, immũdus erit: & omne liquẽs quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit. ¶35 Et quicquid de morticinis huiusmodi ceciderit super illud, immundum erit: siue clibani, siue chytropodes, destruentur, & immundi erunt. ¶36 Fontes verò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit: qui mort cinũ eorum tetigerit, polluetur. ¶37 Si ceciderit sup semente, non polluet eã. ¶38 Si autem quispiam aqua semẽtem perfuderit, & posteà mortuus tacta fuerit illico polluetur. ¶39 Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere, qui cadauer ei⁹ tetigerit, immũdus erit vsque ad vesperum. ¶40 Et qui comederit ex eo quippiam, siue portauerit, lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum. ¶41 Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum.

¶42 Quicquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, siue per humũ trahitur, non comedetis, quia abominabile est.

¶43 Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum, ne immũdi sitis. ¶44 Ego enim sũ Dominus Deus vester: sanctificamini & estote, quia ego sanctus sum. Ne polluatis animas vestras in omni reptili, quod mouetur super terrã. ¶45 Ego enim sum Dominus qui eduxi vos de Terra Ægypti, vt essem vobis in Deũ. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. ¶46 Ista est lex animantium ac volucrum, & omnis animæ viuentis, quæ mouetur in aqua, & reptat in terra. ¶47 Vt differentias noueritis mundi & immundi, & sciatis quid comedere & quid respuere debeatis. CAP. XII.

Lex purgandæ mulieris post partum.

LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶2 Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Mulier si suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus iuxta dies separationis menstruæ. ¶3 Et die octauo circuncidetur infantulus: ¶4 ipsa verò triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium donec impleantur dies purificationis suæ. ¶5 Sin autem fœminã peperit, immũda erit duab⁹ hebdomadibus iuxta ritum fluxus menstrui, & sexaginta sex dieb⁹ manebit in sãguine purificationis suæ. ¶6 Quúmque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ siue turturẽ pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti ¶7 Qui offeret illam coram Domino, & orabit pro ea, & sic mundabitur à profluuio sanguinis sui. Ista est lex parientis masculum aut fœminam ¶8 Quòd si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum: vnum in holocaustũ, & alterũ pro peccato. Orabitque pro ea sacerdos, & sic mũdabitur. CAP. XIII.

Cõsideratio & distinctio lepræ à lepra.

LOcutúsque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicẽs, ¶2 Homo in cuius cute & carne ort⁹ fuerit diuersus color, siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga lepræ, ad ducetur ad Aarõ sacerdotẽ, vel ad vnum quẽ libet filiorum eius. ¶3 Qui quum viderit leprarium cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsamque speciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua, plaga lepræ est, & ad arbitrium eius separabitur. ¶4 Sinautẽ lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus. ¶5 Et cõsyderabit die septimo & si quidem lepra vltra nõ creuerit, nec trãsierit in cute priores terminos, rursum recludet eum septẽ diebus alijs. ¶6 Et die septimo cõtemplabitur: si obscurior fuerit lepra & nõ creuerit in cute, mundabit eum, quia scabies est: illaubitque homo vestimenta sua, & mundus erit. ¶7 Quòd si postquam à sacerdote visus est, & redditus mundritiæ, iterum lepra creuerit: adducetur ad eum, ¶8 Et immunditiæ condemnabitur. ¶9 Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem. ¶10 Et videbit eum: quúmque color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspectũ, ipsa quoque caro viua apparuerit, ¶11 Lepra vetustissima iudicabitur atque inolita cuti, contaminabit itaq; eum sacerdos, & nõ recludet, quia perspicuæ immũditiæ est. ¶12 Sinautem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem à capite vsque ad pedes, quicquid sub aspectum oculorum cadit. ¶13 Cõsyderabit eum sacerdos, & tenẽri lepra mundissima iudicabit: eo quòd omnis in candorẽ versa sit, & ideirco homo mundus erit. ¶14 Quãdo verò caro viuẽs in eo apparuerit, ¶15 Tũc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur. Caro enim viua si lepra asperg itur, immunda est. ¶16 Quòd si rursum versa fuerit in alboré, & totum hominẽ operuerit, ¶17 Cõsyderabit eũ sacerdos, & mundum esse decernet. ¶18 Caro autẽ & cutis in qua bulcus natum est, & sanatum, ¶19 Et in loco hulceris cicatrix alba apparuerit siue subrufa, ad ducetur homo ad sacerdotẽ: ¶20 Qui quum viderit locum lepræ humiliorẽ carne reliqua, & pilos versos in candorẽ, cõtaminabit eum: plaga enim lepræ orta est i hulcere. ¶21 Quòd si pilus coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carne non est humilior, recludet eum septẽ dieb⁹. ¶22 Et si quidẽ creuerit, adiudicabit eum lepræ: ¶23 Sinautẽ steterit in loco suo, hulceris est cicatrix, & homo mũdus erit. ¶24 Caro autẽ & cutis quã ignis exusserit, & sanata albi siue rufam habuerit cicatricẽ. ¶25 Cõsyderabit eam sacerdos, & ecce versa est in alboré, & locus eius reliqua cute est humilior: cõtaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta est. ¶26 Quòd si pilorũ color nõ fuerit immutat⁹, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eũ septẽ diebus, ¶27 Et die septimo contẽplabitur, si creuerit in cute lepra, contaminabit eum. ¶28 Sinautẽ in loco suo cãdor steterit nõ satis clarus, plaga cõbustionis est,

Luc. 2. d. 22.
Iohan. 7. c. 22.
Luc. 2. d. 22.
Luc. 2. d. 24.

& idcirco mundabitur, quia cicatrix est cōbu
sturæ. ¶ 29 Vir siue mulier in cuius capite vel
barba germinauerit lepra, ¶ 30 videbit eos sa-
cerdos. & iuquidē humilior fuerit locus carne
reliqua, & capillus flau' solitōq; subtilior: cō-
taminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est.
B ¶ 31 Sinauuté viderit locum maculæ æqualē vi-
cinæ carni & capilli ū nigrū: recludet' eos' septē
diebus. ¶ 32 Et die septimo intuebitur. ū nō cre
uerit macula, & capilli' sui coloris est, & locus
plagæ carni reliquæ æqualis: ¶ 33 Radetur ho
mo absq; loco maculæ, & includetur septē di
ebus aliis. ¶ 34 Si die septimo visa fuerit stetisse
plaga in loco suo, nec humilior carne reli-
qua, mundabit eum, lotisq; vestibus suis mū-
dus erit. ¶ 35 Sinauté post emundationē rursꝰ
creuerit macula in cute, ¶ 36 Non quæret am-
plius vtrū capillus in flauū coloré tit cōmu-
tatus, quia apertè immūdus est. ¶ 37 Porrō si
steterit macula, & capilli nigri fuerit, nouerit
hominē sanatū esse, & cōfidēter eum pronū-
tiet mundū. ¶ 38 Vir siue mulier in cuius cute
candor apparuerit, ¶ 39 intuebit eos sacerdos.
si deprehēderit subobscurum alborem lucere
F in cute, sciat non esse lepram, sed maculā co-
loris candidi, & hominem mundum. ¶ 40 Vir
de cuius capite capilli fluunt, caluus & mun-
dus est: ¶ 41 Et si à fronte ceciderint pili, recal-
uastèr & mundus est. ¶ 42 Sinautem in calui-
tio siue in recaluatione albus vel rufus color
fuerit exortus. ¶ 43 Et hoc sacerdos viderit, cō
dēnabit eum haud dubiè lepræ, quæ orta est
in calui tio. ¶ 44 Quicūque ergo maculatus fu-
erit lepra, & separatus est ad arbitrium sacer-
dotis, ¶ 45 Habebit vestimēta dissuta, caput nu
dum, os veste contectum, contaminatū ac sor
didū se clamabit. ¶ 46 Omni tempore quo le-
prosus est, & immundus, solus habitabit extra
castra. ¶ 47 Vestis lanea siue linea, quæ leprā
habuerit ¶ 48 In stamine atq; subtegmine, aut
certe pellis, vel quicquid ex pelle cōfectū est,
¶ 49 Si alba vel rufa macula fuerit, infecta le-
pra reputabit, ostēdetúrq; sacerdoti ¶ 50 Qui
G cōsyderatam recludet septē diebus: ¶ 51 Et die
septimo rursus aspiciens ū deprehēderit cre-
uisse, lepra per seuerans est: pollutū iudicabit
vestimentum, & omne in quo fuerit inuenta.
¶ 52 Et idcirco cōburetur stāmis. ¶ 53 Quòd ū
eā viderit nō creuisse, ¶ 54 Præcipiet, & laua-
būr id in quo lepra est, recludétq; illud septē
dieb' aliis. ¶ 55 Et quū viderit factē quidē pri-
stinā non reuersam, nec tamē creuisse leprā,
immūdum iudicabit, & igne cōburet, eo quòd
infusa sit in superficie vestimenti, vel per to-
tū, lepra. ¶ 56 Sinautem obscurior fuerit locus
le præ postquam vestis est lota, abrumpet e-
um, & à solido diuidet. ¶ 57 Quòd ū vltrà ap-
parauerit in his locis quæ prius immaculata e
rant, lepra volatilis & vagar: debet igne combu
ri. ¶ 58 Si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura
sunt, secundò, & munda erunt. ¶ 59 Ista est lex
lepræ vestimenti lanei & linei, stamīnis atque
subtegminis, omnisque supellectilis pelliceæ,
quomodo mundari debeat vel contaminari.

CAP. XIIII.

1 Lex mundandi hominis leprosi. 34 Consideratio & purgatio domus leprosæ.

LOcutúsq; est Dominus ad Moysen, dicēs,
¶ 2 Hic est ritus leprosi quādo mundādus
est: adducetur ad sacerdotē. ¶ 3 Qui egressus A
de castris quum inuenerit lepram esse mūdā- Matth.8.2.
tā, ¶ 4 Præcipiet ei qui purificatur, vt offerat marc. 1.d.
duos passeres viuos pro se, quos vesci licitum luc.5.c.12.
est, & lignum cedrinum, vermiculúmque &
hyssōpum. ¶ 5 Et vnum ex passeribus immola-
ri iubebit in vase fictili super aquas viuentes:
¶ 6 Allū autē viuū cum ligno cedrino, & coc-
co & hyssōpo tinget in sanguine passeris im-
molati, ¶ 7 Quo asperget illum qui mundan-
d' est, septies, vt iure purgetur, & dimittet pas
serē viuū, vt in agrū auolet. ¶ 8 Quúmq; laue-
rit homo vestimenta sua, radet omnes pilos
corporis, & lauabitur aqua: purificatúsq; in-
gredietur castra, ita dūtaxat vt maneat extra
tabernaculum suum septē diebus, ¶ 9 Et die se B
ptimo radat' capillos capitis, barbamq; & su- radet
percilia, ac toti' corporis pilos. Et lotis rursū
vestib' & corpore, ¶ 10 Die octauo assumet duos
agnos immaculatos, & oué anniculam absq
que macula, & tres decimas similæ in sacrifi-
ciū quæ cōspersa sit oleo, & seorsum olei sex-
tarium. ¶ 11 Quúmque sacerdos purificans ho-
minem, statuerit eum, & hæc omnia cotā Do
mino in ostio tabernaculi testimonii, ¶ 12 Tol-
let agnum, & offeret eum pro delicto, oleique
sextarium. Et oblatis ante Dominum omnib',
¶ 13 Immolabit agnum vbi solet immolari ho
stia pro peccato & holocaustum, id est in lo-
co sancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro
delicto ad sacerdotem pertinet hostia: sancta
sanctorum est. ¶ 14 Assumēnsque sacerdos de
sanguine hostiæ quæ immolata est pro delic-
to, ponet super extremum auriculæ dextræ
ius qui mūdatur, & super pollices manus dex C
træ & pedis: ¶ 15 Et de olei sextario mittet i ma
num suam sinistram, ¶ 16 Tingétque digitum
dextrum in eo, & asperget coram Domino se
pties. ¶ 17 Quod autem reliquum est olei in læ
ua manu, fundet super extremū auriculæ dex
træ eius qui mundatur. & super pollices ma-
nus ac pedis dextri, & super sanguinē qui ef-
fusus est pro delicto, ¶ 18 Et super caput eius.
¶ 19 Rogabitque pro eo coram Domino, & fa-
ciet sacrificiū pro peccato. tūc immolabit ho
locaustū. ¶ 20 Et ponet illud in altari cū libā-
mētis suis, & homo ritè mūdabitur. ¶ 21 Quòd
ū pauper est, & nō poterit manus eius inueni-
re quæ dicta sunt, pro delicto assumet agnum
ad oblationē, vt roget, pro eo sacerdos, decimā
que partem similæ conspersæ oleo in sacrifi-
cium, & olei sextariū, ¶ 22 Duósque turtures si
ue duos pullos columbæ, quorū vnus sit pro
peccato, & alter in holocaustum: ¶ 23 Offerēt- D
que ea die octauo purificationis suæ sacerdo-
ti ad ostium tabernaculi testimonii cotā Do-
mino. ¶ 24 Qui suscipiens agnum pro delicto
& sextariū olei, leuabit simul: ¶ 25 Immolatōq;
agno, de sanguine eius ponet super extremū
auriculæ dextræ illius qui mūdatur, & super
pollices manꝰ eius ac pedis dextri. ¶ 26 Olei ve-
rò partē mittet in manū suā sinistrā, ¶ 27 in
quo tingens digitū dextræ manus, asperget se
pties contra Dominū: ¶ 28 Tangétque extre-
mum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manꝰ ac pedis dextri i loco sāguinis

qui effusus est p delicto: ¶19 Reliquã autẽ partẽ olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt placet pro eo Dominum. ¶20 Et turturẽ siue pullum columbæ offeret, ¶21 Vnum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. ¶22 Hoc est sacrificiũ leprosi, qui habere nõ potest omnia in emundatione sui. ¶23 Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aarõ, dicens, ¶24 Quũmque ingressi fueritis Terram-Chanaan, quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepræ in ædibus, ¶25 ibit cuius est domus, nuntians sacerdoti, & dicet, Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea. ¶26 At ille præcipiet vt efferantur vniuersa de domo priusquã ingrediatur eam, & videat vtrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabitque postea vt consyderet lepram domus: ¶27 Et quum viderit in parietibus illius quasi vallículas pallore tíue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, ¶28 egredietur ostíũ domus, & statim claudet illã septẽ dies. ¶29 Reuersúsq; die septimo, cõsyderabit eã. Si inuenerit creuisse lepra, ¶30 iubebit erui lapides in quib⁹ lepra est, & proiici eos extra ciuitatẽ in locum immundũ: ¶31 Domũ autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerẽ rasuræ extra vrbem in locum immundum, ¶32 Lapidésque alios reponi pro his qui ablati fuerit, & lutẽ alio liniri domũ. ¶33 Si autem postquã eruti sunt lapides, & puluis elat⁹, & alia terra lita, ¶34 Ingressus sacerdos viderit reuersam lepram, & parietes respersos maculis, lepra est perseuerans, & immũda domus: ¶35 Quã statim destruẽt, & lapides eius ac ligna, atque vniuersum puluerẽ proicient extra oppidũ in locum immundũ. ¶36 Qui ingressus fuerit domũ quãdo clausa est, immũdus erit vsq; ad vesperũ: ¶37 Et q dormierit in ea, & comederit quippiã, lauabit vestimenta sua. ¶38 Quòd si introiens sacerdos viderit lepram non creuisse in domo, postquam denuò lita fuerit, purificabit eam teddita sanitate. ¶39 Et in purificatione eius sumet duos passeres, liguúmque cedrinum, & vermiculum atque hyssópum: ¶40 Et immolato vno passere in vase fictili super aquas viuas, ¶41 Tollet ligniũ cedrinũ & hyssópum & coccũ & passerem viuum, & tinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viuentibus: & asperget domum septies, ¶42 Purificabitque eam tã in sanguine passeris, quam in aquis viuentibus, & in passere viuo, lignóque cedrino & hyssópo atq; vermiculo. ¶43 Quúmq; dimiserit passerẽ auolarein agrũ libere, orabit pro domo, & iure mundabitur. ¶44 Ista est lex omnis lepræ & percussuræ, ¶45 Lepræ vestíũ & domorum, ¶46 Cicatricis & erũpentium pustularum, lucẽtis maculæ, & in varias species coloribus immutatis. ¶47 Vt possit sciri quo tempore mundum quid vel immundum sit.

## CAP. XV.

Viri seminiflui consyderatio & purgatio. ¶9 Mulierum menstruosarum purgatio.

¶1 Locutúsq; est Dominus ad Moysen & Aarõ, dicẽs. ¶2 Loquimini filiis Israel, & dicite eis, Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit. ¶3 Et tunc iudicabitur huic vitio subiacere, quum per singula momenta adhæserit carni eius atque concreuerit fœdus humor. ¶4 Omne stratũ in quo dormierit, immũdum erit, & vbicunque sederit. ¶5 Siquis hominum tetigerit lectum eius, lauabit vestimẽta sua: & ipse lotus aqua, immũdus erit vsq; ad vesperũ. ¶6 Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit vestimẽta sua, & lotus aqua, immũdus erit vsque ad vesperũ. ¶7 Qui tetigerit carnem eius, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. ¶8 Si saliuã huiusce modi homo iecerit super eum qui mundus est, lauabit vestimenta sua, & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. ¶9 Sagma super quod sederit, immũdũ erit: ¶10 Et quic quid sub eo fuerit qui fluxũ seminis patitur, pollutum erit vsque ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. ¶11 Omnis quẽ tetigerit qui talis est, nõ lotis antè manibus, lauabit vestimẽta sua: & lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. ¶12 Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua. ¶13 Si sanatus fuerit qui huiusce modi fuit ab est passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. ¶14 Die autem octauo sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectum Domini ad ostiũ tabernaculi testimonii, dabitque eos sacerdoti, ¶15 Qui faciet vnũ pro peccato, & alterum in holocaustum, rogabitque pro eo coram Domino, vt emũdetur à fluxu seminis sui. ¶16 Vir de quo egredietur semen coitus, lauabit aqua omne corpus suum: & immundus erit vsque ad vesperum. ¶17 Vestem & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. ¶18 Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immunda erit vsque ad vesperum. ¶19 Mulier quæ redeũte menſe patitur fluxus sanguinis, septem diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsque ad vesperũ: ¶20 Et locus in quo dormierit vel sederit diebus separationis suæ, polluetur. ¶21 Qui tetigerit lectum⁹ suum, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. ¶22 Omne vas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, pollut⁹ erit vsque ad vesperum. ¶23 Si coierit cũ ea vir tempore sanguinis menstrualis, immund⁹ erit septẽ diebus: & omne stratũ in quo dormierit, polluetur. ¶24 Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tẽpore menstruali, vel quæ post menstruũ sanguinẽ fluere non cessat, quandiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi tit in tempore menstruo. ¶25 Omne stratum in quo dormierit, & vas in quo sederit, pollutum erit. ¶26 Quicunque tetigerit⁹ eam, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsque ad vesperum. ¶27 Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ, ¶28 Et die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarũ ad ostium tabernaculi testimonii: ¶30 Qui vnũ faciet pro peccato, & alterum in holocaustum, rogabit-

B Et tuturẽ siue pullum columbæ offeret,
*Quum
*Et efferant
*In purificationem
*Et
*Vir
*Et

que pro ea coram Domino, & pro fluxu immūditię eius. ¶31 Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis, quum polluerint tabernaculum meum quod est inter eos. ¶32 Ista est lex eius qui patitur fluxum seminis, & qui pollitur coitu, ¶33 & quæ menstruis temporibus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, & hominis qui dormierit cum ea. CAP. XVI.

1 Sacerdoti obseruanda antequam ingrediatur sanctuarium. 9 Caper emissarius. 14 Expiatio sanctuarii. 16 Tabernaculi. 18 Altaris. 20 Peccatorum Mosaica confessio. 29 Festum expiationum.

A LOcutusque est Dominus ad Moysen post ‖ mortē duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienū interfecti sunt: ¶2 Et præcepit ei, dicēs, Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt non moriatur (quia in nube apparebo super oraculū) ¶3 Nisi hæc antè fecerit, vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustū. ¶4 Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit: accingetur zona linea, ci tarim linea ‖ imponet capiti: hæc enim vestimenta sunt sancta: quibus cunctis, B quum lotus fuerit, induetur. ¶5 Suscipiētque ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum. ¶6 Quūmque obtulerit vitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, ¶7 Duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonii. ¶8 Mittēsque super vtrum que sortem. vnam Domino, & alteram capro emissario: ¶9 Cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato: ¶10 Cuius autem in caprum emissarium, statuet eum viuum coram Domino, vt fundat preces super eum, & emittat eum in solitudinem. ¶11 His rite celebratis, offeret vitulum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eū. ¶12 Assumptóque thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velū intrabit in sancta: ¶13 Vt positis super ignē aromatibus, nebula eorum & vapor operiat oraculum quod est supra testimonium, & nō moriatur. ¶14 ‖ Tollet quoque de sanguine vituli, & asperget digito septies cōtra propitiatorii ad Orientem. ¶15 Quūmque macta uerit hircū pro peccato populi, inferet sanguinem eius intra velum, ficut præceptum est de sanguine vituli, vt aspergat eregione oraculi, ¶16 Et expiet sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel, & à præuaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Sic & hūc tirum faciet tabernaculo testimonii, quod fixū est inter eos in medio sordium habitationis eorum. ¶17 Nullus hominum sit in tabernaculo quando pōtifex sanctuarium ingrediter, vt roget pro se, & pro domo sua, & pro vniuer so cœtu Israel, donec egrediatur tabernaculum. ¶18 Quum autem exierit ad altare quod coram Domino est, oret pro se, & sumptū sanguiné vituli atque hirci fundat super cornua eius per gyrum: ¶19 Aspergēnsque digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israel. ¶20 Postquam emūdauerit sanctuarium & tabernaculū & altare, tunc offerat hircum viuētem: ¶21 Et posita vtraque manu super caput eius, cōfiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atque peccata eorum: quæ imprecās capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum. ¶22 Quūmque portauerit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, & dimissus fuerit in desertum, ¶23 Reuertetur *in tabernaculum testimonii. & depositis vestibus quibus prius indutus erat quum intraret sanctuarium, relictisque ibi, ¶24 Lauabit carnem suam in loco sancto, induetúrq; vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum ac plebis, rogabit tam pro se quàm pro populo: ¶25 Et adipem qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare: ¶26 Ille verò qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. ¶27 Vitulū autem & hircum qui pro peccato fuerāt immolati, & quorum sanguis illatus est in sanctuarium vt expiatio compleretur, ‖ asportabunt foras castra, & comburent igni tam pelles quàm carnes eorū ac fimum. ¶28 Et quicunque combusserit ea, lauabit vestimenta sua & carnē aqua, & sic ingredietur castra. ¶29 Eritque vobis hoc legitimum sempiternum: mense autē septimo, decima die mēsis, affligetis animas vestras, nullúmque opus facietis, siue indigena siue aduena qui peregrinatur inter vos. ¶30 ‖ In hac die expiatio erit G vestri atq; mundatio ab omnibus peccatis vestris: coram Domino mundabimini. ¶31 Sabbathum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua. ¶32 Expiabit autem sacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt vt sacerdotio fungatur pro patre suo: induetúrque stola linea & vestibus sanctis, ¶33 Et expiabit sanctuarium & tabernaculum testimonii atque altare, sacerdotes quoque & vniuersum populum. ¶34 Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, vt oretis pro filiis Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in ānō. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi. CAP. XVII.

2 Sacrificia priuata prohibet, ne sibi quisquam sacerdos esse audeat. ¶7 Domino non dæmonibus offerendum. 11 Sanguinis & morticini usus interdictus.

H Et locutus est Dominus ad Moysen, dicēs, A ¶1 Loquere Aaron & filiis eius & cunctis filiis Israel, dicens ad eos, Hic est sermo quē mandauit Dominus, dicens, ¶3 Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem aut ouem, siue capram in castris vel extra castra, ¶4 Et non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit: quasi si sanguinem fuderit, hic peribit de medio populi sui. ¶5 Ideo sacerdoti offerre debent filii Israel hostias suas quas occidunt in agro, vt sanctificentur Domino ante ostium tabernaculi testimonii, & immolēt eas hostias pacificas Domino. ¶6 Fundētque sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonii, & adolebit adipem in odorem suauitatis Domino. ¶7 Et nequaquam vltrà immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis

*Aaron

Initiata est

& posteris eorũ. ¶2 Et ad ipſos dices, Homo de
domo "filiis' Iſrael & de aduenis qui peregrinantur
apud vos qui obtulerit holocauſtum ſiue victi-
mam, ¶3 Et ad oſtium tabernaculi teſtimonii
Pofferat C non adduxerit eam, vt "offeratur' Domino, in-
teribit de populo ſuo. ¶4 Homo quilibet de
Inter eos domo Iſrael, & de aduenis qui peregrinantur
'inter vos', ſi comederit ſanguinem, obſirma-
bo faciem meam contra animam illius, & di-
ſperdam eam de populo ſuo, ¶5 Quia anima
carnis in ſanguine eſt: & ego dedi illum vobis,
vt ſuper altare in eo expietis pro animab' ve-
ſtris, & ſanguis pro anima piaculo ſit. ¶6 Idcir-
co dixi filiis Iſrael, Omnis anima ex vobis
Inter nõ comedet ſanguinẽ, nec ex aduenis qui per
egrinatur' apud vos. ¶7 Homo quicunque de
filiis Iſrael & de aduenis qui peregrinãtur a-
pud vos, ſi venatione atq; aucupio ceperit fe-
ram vel auem, quibus veſci licitum eſt, fundat
Sim.9.b.4. D ſanguinem eius, & operiat illũ terra. ¶14 Ani
ma enim omnis carnis in ſanguine eſt. Vnde
dixi filiis Iſrael, Sanguinẽ vniuerſæ carnis nõ
comedetis, quia anima carnis in ſanguine eſt:
& quicunque comederit illum, interibit. ¶15 A
nima quæ comederit morticinum vel captum
à beſtia, tam de indigenis quàm de aduenis,
lauabit veſtimenta ſua & ſemetipſum aqua,
& contaminatus erit vſque ad veſperũ: & hoc
ordine mundus fiet. ¶16 Quòd ſi non lauerit
veſtimenta ſua vel corpus, portabit iniquita-
tem ſuam. CAP. XVIII.

1 Qui coitus illiciti. 24 Gentium opera nõ
Imitanda.

A LOcut'eſt Dominus ad Moyſẽ, dicẽs, ¶1 Lo
quere filiis Iſrael, & dices ad eos, Ego ſum
Dominus Deus veſter: ¶3 Iuxta conſuetudinẽ
Terræ Ægypti in qua habitaſtis, nõ facietis:
& iuxta moré Regionis Chanãan ad quã ego
introducturus ſum vos, nõ agetis, nec in legiti
mis eorũ ambulabitis. ¶4 Facietis iudicia mea,
& præcepta mea ſeruabitis, & ãbulabitis in eis.
Deut.10.b.11. ego Dominus Deus veſter. ¶5 Cuſtodite leges
rom.10.a.5. galat.3.b.12. meas atq; iudicia, quæ faciens homo, viuet in
eis. ego Dominus. ¶6 Omnis homo ad proxi-
mã ſanguinis ſui nõ accedet, vt reuelet turpi-
tudiné el'. ego Domin' Deus veſter'. ¶7 Tur
pitudiné patris tui & turpitudiné matris tuæ
non diſcooperies. matet tua eſt, nõ reuelabis
turpitudiné eius. ¶8 Turpitudinem vxoris pa
tris tui non diſcooperies. turpitudo enim pa-
tris tui eſt. ¶9 Turpitudiné ſororis tuæ ex pa-
tre ſiue ex matre quæ domi vel foris genita
eſt, non reuelabis. ¶10 Turpitudinem filiæ filii
tui vel neptis ex filia nõ reuelabis: quia turpi
tudo tua eſt. ¶11 Turpitudiné filiæ vxoris pa
tris tui, quã peperit patri tuo, & eſt ſoror tua,
non reuelabis. ¶12 Turpitudiné ſororis patris
tui non diſcooperies: quia caro eſt patris tui.
¶13 Turpitudiné ſororis matris tuæ nõ reuela
bis: eo quòd caro ſit matris tuæ. ¶14 Turpitu-
dinem patrui tui nõ reuelabis, nec accedes ad
vxorem eius quæ tibi affinitate coniungitur.
¶15 Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis,
quia vxor filii tui eſt: nec diſcooperies ignomi-
niã eius. "Et vxoré fratris ſui nulľ accipi-
at'. ¶16 Turpitudiné vxoris fratris tui nõ re-
uelabis: quia turpitudo fratris tui eſt. ¶17 Tur
pitudiné vxoris ſuæ & filiæ eius nõ reuelabis.
Filiã filii eius, & filiã filiæ illius nõ ſumes, vt
reueles ignominiã eius: quia caro illius ſũt, &
talis coit' inceſtus eſt. ¶18 Sororé vxoris tuæ
in pellicatũ illius non accipies, nec reuelabis
turpitudinem eius adhuc illa viuente. ¶19 Ad
mulieré quæ patitur méſtrua nõ accedes, nec
reuelabis fœditatẽ eius. ¶20 Cum vxore proxi
mi tui nõ coibis, neceſſeminis cõmiſtione macu
laberis. ¶21 De ſemine tuo non dabis vt cõſe-
cretur Idolo Moloch, nec pollues nomẽ Dei
tui. ego Dominus. ¶22 Cum maſculo non cõ-
miſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt.
¶23 Cum omni pecore non coibis, nec macu-
laberis cum eo. Mulier non ſuccũbet iumẽto,
nec miſcebitur ei: quia ſcel' eſt. ¶24 Nec pol-
luamini in omnibus his quibus contaminatæ
ſunt vniuerſæ gentes, quas ego eiiciã ante cõ
ſpectum veſtrũ. ¶25 Et quibus polluta eſt Ter
ra: cuius ego ſcelera viſitabo, vt euomat habi-
tatores ſuos. ¶26 Cuſtodite legitima mea atq;
iudicia, vt' non faciatis ex omnibus abomina
tionibus iſtis, tã indigena, quàm colonus qui
peregrinatur apud vos. ¶27 Omnes enim exe-
crationes iſtas fecerũt accolæ Terræ, qui fue-
runt ante vos, & polluerunt eã. ¶28 Cauete er
go ne & vos ſimiliter euomat, quũ paria fece-
ritis, ſicut euomuit gentem quæ fuit ante vos.
¶29 Omnis anima quæ fecerit de abominatio
nib' his quippiã, peribit de medio populi ſui.
¶30 Cuſtodite mãdata mea: nolite facere quæ
fecerũt hi qui fuerunt ante vos, & ne pollua-
mini in eis. ego Dominus Deus veſter.

CAP. XIX.

2 Sancti ſimus. 3 Parẽtes. Sabbatha. 4 Idõla.
5 Hoſtia. 9 Meſſis. 10 Vindemia. 11 Furtũ. Mẽdacĩ. 12 Periurĩi. 13 Calũnia. Mercenarius. 14 Surdus. Cæcus. 15 Iudiciũ æquũ. Acceptio perſonarum. 16 Criminator. 17 Odiũ. 18 Vltio. Dilectio amici. 19 Ager. Veſtis. 10 Dormiens cum ancilla. 23 Præputia lignorũ. 26 Caro cum ſãguine. Auguria. Somnia. 27 Coma. Barba. 28 Mortui. Stigmata. 29 Filiæ non proſtituendæ. 30 Sabbathum. 31 Arioli. 32 Senes. 33 Aduenæ. 35 Iudicium. 36 Statêra iuſta. Menſura.

LOcutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, A
¶1 Loquere ad omnem cœtum filiorũ Iſ-
rael, & dices ad eos, Sancti eſtote, quia ego ſan
ctus ſũ Dominus Deus veſter. ¶3 Vnuſquiſq;
"pattem ſuum & matré ſuam' timeat. Sabba-
tha mea cuſtodite. ego Dominus Deus veſter.
¶4 Nolite conuerti ad idõla, nec deos conſla-
tiles faciatis vobis. ego Dominus Deus veſter.
¶5 Si immolaueritis hoſtiam pacificorũ Do-
mino, vt ſit placabilis: ¶6 eo die quo fuerit
immolata, comedetis eam, & die altero: quic-
quid autẽ reſiduum fuerit in diem tertium, i-
gne cõburetis. ¶7 Siquis poſt bidũ comede-
rit ex ea, & prophanus erit & impietatis reus:
¶8 Portabitq; iniquitatẽ ſuam, quia ſanctum
Domini polluit, & peribit anima illius' de po-
pulo ſuo. ¶9 Quũmq; meſſueris ſegetes terræ
tuæ, non tondebis vſque ad ſolũ ſuperficiem
terræ: nec remanentes ſpicas colliges. ¶10 Ne-
que in vinea tua racemos & grana decidentia
congregabis, ſed pauperibus & peregrinis car
penda dimittes. ego Dominus Deus veſter.
¶11 Nõ facietis furtũ. Non mẽtiemini, nec de-
ciplet vnuſquiſq; proximum ſuum. ¶12 Non

periurabis in nomine meo, nec pollues nomẽ Dei tui: ego Dominus. ¶13 Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eũ. Nõ morabitur opus mercenarii tui apud te vsque mane. ¶14 Non maledices surdo, nec corã cæco pones offendiculum: sed timebis Dominũ Deum tuum. quia ego sum Dominus. ¶15 Nõ facies quod iniquũ est, nec iniustè iudicabis. Non consyderes personam pauperis, nec honores vultum potentis: iustè iudica proximo tuo. ¶16 Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui: ego Dominus. ¶17 Nõ oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum. ¶18 Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuo rum. Diliges amicum tuum sicut teipsum: ego Dominus. ¶19 Leges meas custodite. Iumẽta tum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste quæ ex duobus texta est, non induêris. ¶20 Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nobilis, & tamen pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia nõ fuit libera. ¶21 Pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonii arietem: ¶22 Orabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius coram Domino, & repropitiabitur ei, dimittetúrq; peccatum. ¶23 Quũ do ingressi fueritis Terram, & plãtaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quæ germinãt, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis: ¶24 Quarto autemanno omnis fructus eorũ sanctificabitur laudabilis Domino. ¶25 Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt: ego Dominus Deus vester. ¶26 Nõ comedetis carnem cũ sanguine. Non augurabimini, nec obseruabitis somnia. ¶27 Neque in rotũdum attondebitis comam: nec radetis barbam. ¶28 Et super mortuo nõ incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis: ego Dominus. ¶29 Ne prostituas filiã tuã, ne cõtaminetur Terra, & impleatur piaculo. ¶30 Sabbatha mea custodite, & sanctuarium meum metuite: ego Dominus. ¶31 Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid scisciteris mini, vt polluamini per eos: ego Dominus Deus vester. ¶32 Coram cano capite cõsurge, & honora personam senis: & time Dominũ Deum tuum: ego sum Dominus. ¶33 Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei. ¶34 Sed sit inter vos quasi indigena: & diligetis eum quasi vosmetipsos. fuistis enim & vos aduenæ in Terra Ægypti. ego Dominus Deus vester. ¶35 Nolite facere iniquũ aliquid in iudicio, in regula, in põdere, in mẽsura. ¶36 Statêra iusta, & æqua sint pondera. iustus modius, æquúsque sextarius. ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Ægypti. ¶37 Custodite omnia præcepta mea, & vniuersa iudicia, & facite ea. ego Dominus. CAP. XX.

1 Liberi nõ sacrificandi idolis. 6 Arioli non adeundi. 7 Sãcti simus. 9 Parêtes. 10 Mœchus. Adultera. 11 Coitus morte punitêdi. 24 Separatẽ Israel in populũ Dei. 27 Pythonici occidẽdi.

LOcutúsq; est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶1 Hæc loquêris filiis Israel, Homo de filiis Israel, & de aduenis qui habitãt in Israel, siquis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur: populus Terræ lapidabit eũ. ¶3 Et ego ponam faciem meam contra illum, succidámque eum de medio populi sui, eo quòd dederit de semine suo Moloch, & cõtaminauerit Sãctuarium meum, ac polluerit nomẽ sanctum meum. ¶4 Quòd si negligens populus Terræ, & quasi parũpendens imperium meum dimiserit hominẽ qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere: ¶5 Ponam faciem meam super hominẽ illum, & cognationem eius, succidámque & ipsum, & omnes qui consenserunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. ¶6 Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponã faciem meam contra eam, & interficiam illã de medio populi sui. ¶7 Sãctificamini, & estote sancti, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester: ¶8 Custodite præcepta mea, & facite ea, ego Dominus qui sanctifico vos. ¶9 Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur. patri matrique qui maledixerit, sanguis eius sit super eum. ¶10 Si mœchatus quis fuerit cũ vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum cõiuge proximi sui, morte moriantur & mœchus & adultera. ¶11 Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo: sanguis eorũ sit super eos. ¶12 Si quis dormierit cum nuru sua, vterque moriatur, quia scelus operati sunt: sanguis eorum sit super eos. ¶13 Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterque operatus est nefas, morte moriantur: sit sanguis eorum super eos. ¶14 Qui supra vxorem filiam, duxerit matrẽ eius, scelus operatus est: vinis ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri. ¶15 Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoq; occidite. ¶16 Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo: sanguis eorum sit super eos. ¶17 Qui acceperit sororẽ suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem eius, illáque conspexerit fratris igno miniam: nefariam rem operati sunt: occidentur in conspectu populi sui, eo quòd turpitudinem suam mutuò reuelauerint, & portabũt iniquitatem suam. ¶18 Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipsíque aperuerit fontẽ sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui. ¶19 Turpitudinẽ materteræ, & amitæ tuæ nõ discooperies. qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudauit, portabunt ambo iniquitatẽ suam. ¶20 Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi sui, & reuelauerit ignominiam cognationis suæ, portabunt ambo peccatum suum: absque liberis morientur. ¶21 Qui duxerit vxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui reuelauit: absque liberis erit. ¶22 Custodite leges meas atque iudicia, & facite ea: ne & vos euomat Terra quã intraturi estis & habitaturi. ¶23 Nolite ambulare in legitimis nationũ, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerũt, & abomi-

3.Reg.21.a.

Exo.22.c.17.
pro.20.c.20.
matth.15.a.
Deut.21.d.
iohan.8.a.

1.Pet.1.c.16.

Exo.21.c.17.

Deut.21.d.

erunt

natus ſū eas. ¶4 Vobis autē loquor, Poſſidete terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatem, terrā fluētem lacte & melle. ego Dominus Deꝰ veſter, qui ſeparaui vos à cæteris populis. ¶5 Separate ergo & vos iumentum mundum ab immundo, & auem mundam ab immunda: ne polluatis animas veſtras in pecore & auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis oſtendi eſſe polluta. ¶6 Sanctis mihi ſancti, quia ſanctus ſum ego Dominus, & ſeparaui vos à cæteris populis, vt eſſetis mei. ¶7 Vir siue mulier in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur, lapidibus obruent eos: ſanguis eorum ſit ſuper illos. CAP. XXI.

1 Sacerdos nō interſit mortuorū exequiis. 5 Non radat caput nec barbam. 7 Scortum nō ducat. 9 Sacerdotis filia fornicans. 13 Pōtifici virgo ducenda. 17 Miniſtri Dei, quales.

DIxit quoque Dominus ad Moyſē, Loquere ad ſacerdotes filios Aarō, & dices ad eos, Ne cōtaminetur ſacerdos in mortibus ciuium ſuorum. ¶2 Niſi tantū in cōſanguineis, ac propinquis, id eſt ſuper patrem & matrem & filium & filiam, fratrē quoque, ¶3 Et ſororē virginē quæ nō eſt nupta viro: ¶4 Sed nec in principe populi ſui contaminabitur. ¶5 Nec radent caput, nec barbam, neque in carnibus ſuis facient inciſuras. ¶6 Sācti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen eius: incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti erunt. ¶7 Scortū, & vile proſtibulū nō ducet vxorē, nec eā quæ repudiata eſt à marito: quia cōſecratus eſt Deo ſuo, ¶8 Et panes propoſitionis offert. Sit ergo ſanctꝰ, quia & ego ſanctꝰ ſum Dominus, q ſanctifico vos. ¶9 Sacerdotis filia ſi deprehēſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomē patris ſui, flāmis exuretur. ¶10 Pōtifex, id eſt ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt, veſtitúſq; eſt ſanctis veſtibus, caput ſuū non diſcooperiet, veſtimenta* non ſcindet.

¶11 Et ad omnem mortuū non ingredietur omnino. ſuper patre quoque ſuo, & matre nō cōtaminabitur. ¶12 Nec egredietur de ſanctis, ne polluat ſanctuarium Domini, quia oleū ſanctæ vnctionis Dei ſui ſuper eū eſt. ego Dominus. ¶13 Virginē ducet vxorem: ¶14 Viduā autē & repudiatam, & ſordidam, atq; meretricem non accipiet, ſed puellam de populo ſuo: ¶15 Ne commiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ: quia ego Dominus qui ſanctifico eum. ¶16 Locutúſque eſt Dominus ad Moyſē, dicens, ¶17 Loquere ad Aaron, Homo de ſemine tuo per familias* qui habuerit maculā, nō offeret panes Deo ſuo, ¶18 Nec accedet ad miniſterium eius: ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo vel grandi vel torto naſo, ¶19 Si fracto pede, ſi manu, ¶20 Si gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habens in oculo, ſi lugem ſcabiē, ſi impetiginem in corpore, vel hernioſus. ¶21 Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo: ¶22 Veſcetur tamē panibus qui offerūtur in ſanctuario. ¶23 Ita dūtaxat vt intra velū non ingrediatur, nec accedat ad altare, * qui' maculā habet, & contaminare nō debet ſanctuariū meū. Ego Dominus qui ſanctifico eos. ¶24 Locutus eſt ergo Moyſes ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Iſrael cuncta quæ fuerant ſibi imperata.

CAP. XXII.

3 Qui debeant abſtinere ab eſu ſanctificatorum. 18 Quomodo & quid & quādo offerēdū.

LOcutus quoq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ¶2 Loquere ad Aaron & ad filios eiꝰ vt caueant ab his quæ conſecrata ſunt filiorū Iſrael, & non contaminent nomen ſanctificatorum mihi, quæ ipſi offerunt. ego Dominus, ¶3 Dic ad eos, & ad poſteros eorū, Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filii Iſrael Domino, in quo eſt immunditia, peribit corā Domino. ego ſum Dominus. ¶4 Homo de ſemine Aarō qui fuerit lepioſus, aut patiens fluxum ſeminis, non veſcetur de his quæ ſanctificata ſunt mihi, donec ſanetur. Qui tetigerit immundum ſuper mortuo, & ex quo egrediturſemē quaſi coitus, ¶5 Et qui* tāgit reptile, & quodlibet immundū, cuius tactus eſt ſordidus, ¶6 Immundus erit vſque ad veſperum, & non veſcetur his quæ ſanctificata ſunt: ſed quū lauerit carnē ſuā aqua, ¶7 Et occubuerit ſol, tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis, quia cibus illius eſt. ¶8 Morticinū & captum à beſtia non comedet, nec polluentur in eis. ego Dominus. ¶9 Cuſtodiant præcepta mea, vt non ſubiaceāt peccato, & moriātur in ſanctuario, quum polluerint illud. ego Dominus qui ſanctifico eos. ¶10 Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis, inquilinus ſacerdotis & mercenarius nō veſcētur ex eis. ¶11 Quō autem ſacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. ¶12 Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit: de his quæ ſanctificata ſunt, & de primitiis non veſcetur. ¶13 Sin autem vidua, vel repudiata, & abſque liberis reuerſa fuerit ad domum patris ſui: ſicut puella cōſueuerat, aletur cibis patris ſui. omnis alienigena comedendi ex eis non habet poteſtatem. ¶14 Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam, addet quintā partem cum eo quod comedit, & dabit ſacerdoti in ſanctuarium. ¶15 Nec contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael, quæ offeruntur Domino: ¶16 Ne forte ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, quū ſanctificata comederint. ego Dominus qui ſāctifico eos. ¶17 Locutúſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, ¶18 Loquere ad Aaron & filios eius, & ad omnes filios Iſrael, dicēſque ad eos. Homo de domo Iſrael, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem ſuam vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocauſtum Domini, ¶19 Vt offeratur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex capris. ¶20 Si maculam habuerit, nō offeretis, neque erit acceptabile. ¶21 Homo qui obtulerit victimam pacificorū Domino, vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, tam de bobus quam de ouibus, immaculatū offeret, vt acceptabile ſit: omnis macula nō erit in eo. ¶22 Si cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricē habens, ſi papulas, aut ſcabiem, aut impetiginē: non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis ſuper altare

Domini. ¶13 Bouē & ouem aute & cauda am
putatis, voluntariè offerre potes, votum autē
ex iis solui non potest. ¶14 Omne animal
quod vel contritis, vel tunsis, vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, &
in terra vestra hoc omnino ne faciatis. ¶15 De
manu alienigenæ non offeretis panes Deo ve
stro, & quicquid aliud dare volnerit: quia cor
rupta, & maculata sunt omnia: nō suscipietis
ea. ¶16 Locutúsq; est Dominus ad Moysē, dicēs, ¶17 Bos, ouis, & capra, quū genita fuerit,
septē diebus erunt sub hubere matris suæ: die
autē octauo, & deinceps offerri poterūt Domi
no. ¶18 Siue illa bos, siue ouis nō immolabun
tur vno die cū fœtibus suis. ¶19 Si immolaueritis hostiā pro gratiarū actione Domino, vt
possit esse placabilis, ¶20 eodē die comedetis
eam, nō remanebit quicquā in mane alterius
diei. ego Dominus. ¶21 Custodite mādata mea,
& facite ea. ego Domin⁹. ¶22 Ne polluatis nō
men meum sanctū, vt sanctificer in medio fi
liorū Israel: ego Dominus qui sanctifico vos,
¶23 Et eduxi de Terra-AEgypti, vt essem vobis
in Deum. ego Dominus.

CAP. XXIII.

3 Sabbathum. 5 Phase. 10 Primitiæ messis.
15 Pētecoste. 22 Messis. 24 Festū tubarū. 27 Dies expiationis. 34 Festum tabernaculorum.

LOcutúsque est Dominus ad Moysē, dicēs,
¶2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Hæ
sūt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas. ¶3 Sex
diebus facietis opus: dies septimus, quia sabbathi requies est, vocabitur sanctus. omne opus
non facietis in eo. sabbathū Domini est in cūctis habitationibus vestris. ¶4 Hæ sunt ergo
feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis
temporibus suis. ¶5 Mense primo, quartadecima die mēsis ad vesperum, Phase Domini est:
¶6 Et quintadecima die mensis huius solēnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis. ¶7 Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctúsque: omne opus seruile non
facietis in eo. ¶8 Sed offeretis sacrificiū in igne
Domino septem diebus: dies autē septimus erit celebrior & sanctior: nullúmq; seruile op⁹
facietis. In eo', ¶9 Locutúsq; est Dominus ad
Moysen, dicens, ¶10 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Quum ingressi fueritis Terrā quam
ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis
manipulos spicarū primitias messis vestræ ad
sacerdotem. ¶11 Qui eleuabit fasciculum corā
Domino, vt acceptabile sit pro vobis: altero
die sabbathi & sanctificabit illum. ¶12 Atque
in eodem die quo manipulus cōsecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domini. ¶13 Et libamenta offerentur
cum eo, duæ decimæ similæ cōspersæ oleo in
incensum Domini, odorē mque suauissimum:
liba quoque vini, quarta pars hin. ¶14 Panem,
& polentam, & pultes non comedetis ex segete, vsque ad diem qua offeratis ex ea Deo vestro. præceptum est sempiternum in generationibus, cunctisq; habitaculis vestris. ¶15 Numerabitis ergo ab altero die sabbathi in quo
obtulistis manipulum primitiarum septē hebdomadas plenas, ¶16 vsque ad alterum diem
expletionis hebdomadæ septimæ, id est quinquaginta dies: & sic offeretis sacrificium novum Domino. ¶17 Ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarū duos de duab⁹ decimis similæ fermētatæ, quos coquetis in primitias
Domini. ¶18 Offeretisque cum panibus septē agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in holocaustū cum libamētis suis, in odorē suauissimū Domino. ¶19 Facietis & hircum pro peccato, duósque agnos anniculos hostias pacificorum. ¶20 Quūmq; eleuauerit eos sacerdos
cum panibus primitiarū corā Domino, cedēt
in vsum eius. ¶21 Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimū: omne opus seruile nō facietis in eo. legitimum sempiternū erit in cunctis habitaculis, & generationibus
vestris. ¶22 Postquā autē messueritis segetem terræ vestræ, nō secabitis eam vsque ad solū:
nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. ego sum Dominus Deus vester. ¶23 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicēs, ¶24 Loquere filiis Israel, Mense septimo, prima die mensis erit vobis sabbathum, memoriale, clangētibus tubis, & vocabitur sanctum: ¶25 Omne opus seruile
non facietis in eo, & offeretis holocaustū Domino. ¶26 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶27 Decimo die mensis huius septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisque animas vestras
in eo, & offeretis holocaustū Domino. ¶28 Omne opus seruile non facietis in tēpore diei
huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dominus Deus vester. ¶29 Omnis anima quæ afflicta nō fuerit die hac, peribit de
populis suis: ¶30 Et quæ operis quippiam fecerit, delebo eā de populo suo. ¶31 Nihil ergo
operis facietis in eo: legitimū sempiternū erit
vobis in cūctis generationib⁹, & habitationib⁹
vestris. ¶32 Sabbathū requietionis est, & affligetis animas vestras die nono mēsis septimi
A vespera vsq; ad vesperā celebrabitis sabbatha vestra. ¶33 Et locut' est Dominus ad Moysē, dicēs, ¶34 Loquere filiis Israel, A quintodecimo die mēsis huius septimi, erūt feriæ tabernaculorū septē diebus Domino. ¶35 Dies primus vocabitur celeberrim⁹ atq; sanctissim⁹:
omne opus seruile nō facietis in eo. ¶36 Et septē diebus offeretis holocaustā Domino: dies
quoq; octauus erit celeberrimus atque sanctissimus, & offeretis holocaustū Domino: est enim cœtus atque collectæ: omne opus seruile
non facietis in eo. ¶37 Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas, offeretisque in eis oblationes Domino,
holocausta & libamenta iuxta ritum vnius cuiusque diei: ¶38 Exceptis sabbathis Domini,
donisque vestris, & quæ offertis ex voto, vel
quæ sponte tributis Domino. ¶39 A quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis feriās Domini septem diebus. die primo & die octauo erit sabbathū, id est requies.
¶40 Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulāsque palmarū, & ramos ligni densarum frondium, & salices de
torrente, & lætabimini corā Domino Deo vestro. ¶41 Celebrabitisque solennitatem eius
septem diebus per annum. legitimum sempiternum erit in generationibus vestris: me n-

Deut. 24. d.

Numer. 29. a

Iohan. 7. f.

se septimo festa celebrabitis. ¶42 Et habitabitis in umbraculis septem diebus: omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis: ¶43 vt discant posteri vestri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, quũ educerem eos de terra Aegypti. ego Dominus Deus vester. ¶44 Locutúsque est Moyses super solennitatibus Domini ad filios Israel.

CAP. XXIIII.

1 Compositio lucernarum. 5 Panes propositionis. 10 Blasphemus lapidetur. 17 Pœna talionis. 22 Aequum iudicium.

A ET locutus est Domin⁹ ad Moysen, dicẽs, ¶2 Præcipe filiis Israel vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum ac lucidum, ad cõcinnãdas lucernas iugiter, ¶3 Extra velum testimonii in tabernaculo fœderis. Ponẽtq; eas Aaron à vespere vsque in mane coram Domino, cultu ritúque perpetuo in generationibus vestris. ¶4 Super candelabrum mundissimum ponétur semper in conspectu Domini. ¶5 Accipies quoque similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebũt duas decimas: ¶6 Quorũ senos altrinsecus super mẽsam purissimã coram Domino statues, ¶7 Et pones super eos thus lucidissimũ, vt sit panis in monimẽtum oblationis⁹ Domini.' ¶8 Per singula sabbatha mutabuntur coram Domino suscepti à filiis Israel fœdere sempiterno: ¶9 ‖Erúntque Aarõ & filiorum eius, vt comedant eos in loco Sancto: quia sanctum sancto rum est de sacrificiis Domini iure perpetuo. ¶10 Ecce autẽ egressus filius mulieris Israelitidis, quæ pepererat de viro AEgyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cũ viro Israelite. ¶11 Quũque; blasphemasset nomẽ Domini, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autẽ mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.) ¶12 Miserúntque eũ in carcerem, donec nossent quid iuberet Dominus. ¶13 Qui locutus est ad Moysen, dicens, ¶14 Educ blasphemũ extra castra, & ponãt omnes qui audierũt, manus suas super caput eius, & lapidet eũ populus vniuersus. ¶15 Et ad filios Israel loquẽris, Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatũ suũ: ¶16 Et qui blasphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo popu li. siue ille ciuis, siue peregrin⁹ fuerit. Qui blasphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur. ¶17 ‖Qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur. ¶18 Qui percusserit animal, ⁹reddet vicarium, id est animam pro anima. ¶19 Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium suorũ sicut fecit, sic fiet ei, ¶20 Fractura pro fractura, oculũ pro oculo, dentẽ pro dente restituet: qualẽ inússerit maculã, talem sustinere cogetur. ¶21 Qui percusserit iumentũ, ⁹reddet aliud: qui percusserit hominem, punietur. ¶22 AEquũ iudicium sit inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit: quia ego sum Dominus Deus vester. ¶23 Locutúsque est Moyses ad filios Israel, & eduxerũt eum qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppresserũt: fecerũntque filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

CAP. XXV.

1 Sabbathum terræ anno septimo. 2 Iubilei annus. 10 Solicitudo de victu tollenda. 11 Benedictio Dei. 12 Terræ venditio, domus, & ædium Leuiticarum. 35 In paupertatem redactus. 44. Seruus. Ancilla.

LOcutúsq; est Dominus ad Moysen in mõte Sinai, dicẽs, ¶2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, Quando ingressi fueritis Terram quam ego dabo vobis, ‖sabbathizetis⁹ sabbathum Domino. ¶3 Sex annis seres agrum tuũ, & sex annis putabis vineã tuam, colligésque fructus eius. ¶4 Septimo autem anno sabbathum erit terræ, requietionis Domini: agrum nõ seres, & vineam non putabis. ¶5 Quæ spõte⁹ gigne⁹ humus, nõ metes: & vuas primitiarum tuarũ nõ colliges, quasi vindemiam. annus enim requietionis terræ est. ¶6 Sed erunt vobis incibũ, tibi & seruo tuo, ancillæ⁹ & mercenario tuo, & aduenæ qui⁹ peregrinatur⁹ apud te: ¶7 Iumentis tuis & pecoribus omnia quæ nascũtur, præbebunt cibum. ¶8 Numera bis quoque tibi septem hebdomadas annorũ, id est septies septem, quæ simul faciunt⁹ quadraginta nouem. ¶9 Et clanges buccina mense septimo, decima die mẽsis, propitiationis tẽpore in vniuersa terra vestra. ¶10 Sanctificabisque annũ quinquagesimum, & vocabis remissiõnẽ cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim iubileus: reuertetur homo ad possessiõnẽ suam, & vnusquisque rediet ad familiã pristinã. ¶11 Quia iubileus est & quinquagesimus annus, non seretis atque metetis spõte in agro nascẽtia, & primitias vindemiæ nõ colligetis, ¶12 Ob sanctificationem iubilei: sed statim⁹ ablata⁹ comedetis. ¶13 Anno iubilei rediẽt oẽs ad possessiones suas. ¶14 Quãdo vẽdes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne cõtristes fratrem tuũ, sed iuxta numerum anno rum iubilei emes ab eo, ¶15 Et iuxta supputationẽ frugum vendet tibi. ¶16 Quãto⁹ plus anni remanserint post iubileum, tãto crescet & pretium: ⁹quanto minus temporis numeraueris, tãto minoris & emptio constabit. tempus enim frugũ vendet tibi. ¶17 Nolite affligere contribules vestros, sed timeat vnusquisque Deum suum: quia ego Dominus Deus vester. ¶18 Facite præcepta mea, & iudicia custodite, & implete ea, vt habitare possitis in Terra absque vllo pauore. ¶19 Et gignet vobis humus fructus suos, quibus vescemini vsque ad saturitatem, nullius impetum formidantes. ¶20 Quòd ũ dixeritis, Quid comedemus anno septimo, ũ nõ seuerimus, neq; collegerim⁹ fruges nostras? ¶21 Dabo benedictiõnẽ meã vobis anno sexto, & faciet fruct⁹ triũ annorũ: ¶22 Seretisque anno octauo, & comedetis veteres fruges vsq; ad nonũ annum: donec noua nascãtur, edetis vetera. ¶23 Terra quoque non vendetur in perpetuum: quia mea est, & vos aduenæ & coloni mei estis. ¶24 Vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vẽdetur. ¶25 Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculã suã, & voluerit propinquus eius, poterit redimere quod ille vẽdiderat. ¶26 Si nautẽ non habuerit proximum, & ipse pretiũ ad redimendum potuerit inuenire: ¶27 Computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod reliquum est, reddet emptori, sicque recipiet possessiõnẽ suã. ¶28 Quòd ũ non inuenerit manus eius vt red

dat pretium. habebit emptor quod emerat, vsque ad annū iubileū. in ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, & ad possessorē pristinum. ¶19 Qui vendiderit domū intra vrbis muros, habebit licētiam redimendi, donec vnus impleatur annus. ¶30 Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi non poterit, etiam in iubileo. ¶31 Sinautem in villa fuerit domus, quæ muros nō habet, agrorū iure vēdetur. si antè redempta nō fuerit, i iubileo reuertetur ad dominū. ¶32 At des Leuitarū quæ in vrbib⁹ sunt, semper pot sunt redimi: ¶33 Si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium⁹ Leuitarū' pro possessionibus sunt inter filios Israel. ¶34 Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est. ¶35 Si attenuatus fuerit frater tu⁹ & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecū. ¶36 Ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quàm dedisti. time Deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te. ¶37 Pecuniam tuā non dabis ei ad vsuram, & frugū superabundantiam nō exiges. ¶38 Ego Domin' Deus vester, qui eduxi vos de Terra Aegypti, vt darem vobis Terram Chanaan, & esse vester Deus. ¶39 Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum: ¶40 Sed quasi mercenarius & colonus erit, vsque ad annū iubileum operabitur apud te. ¶41 Et postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorū. ¶42 Mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de Terra Aegypti, nō veneant conditione seruorum: ¶43 Ne affligas eum per potentiam, sed metuito Deum tuum. ¶44 Seruus & ancilla sint vobis de nationib⁹ quæ in circuitu vestro sunt. ¶45 Et de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terrave stra, hos habebitis famulos. ¶46 Et hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum: fratres autem vestros, filios Israel ne opprimatis per potentiā. ¶47 Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus venditerit se ei, aut cuiquam de stirpe eius: ¶48 Post venditionem potest redimi: qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, ¶49 Et patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis, sinautem & ipse potuerit, redimet se, ¶50 Supputatis dūntaxat annis à tempore vēditionis suæ vsque in annum iubileū: & pecunia qua venditus fuerat, iuxta annorū numerū & rationem mercenarii supputata. ¶51 Si plures fuerint anni qui remanēt vsque ad iubileum, secundū hos reddet & pretiū. ¶52 Si pauci, ponet rationē cum eo iuxta annorū numerū, reddet emptori quod reliquum est annorū. ¶53 Quibus antè seruiuit mercedibus imputatis: nō afflige eū violēter in conspectu tuo. ¶54 Quòd si per hæc redimi nō potuerit, anno iubileo egredietur cū liberis suis. ¶55 Mei enim sunt serui, filii Israel, quos eduxi de Terra Aegypti, ego Dominus Deus vester.

CAP. XXVI.

1 Sculptilia prohibentur. 3 Benedictio settantibus mandata. 14 Maledictio non seruantibus. 40 Confessio peccati, & pro eodem oratio. 42 Promissionis suæ Deus memor, parcit confitentibus peccatum.

NOn facietis vobis idōlum & sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. ego enim sum dominus Deus vester. ¶2 Custodite sabbatha mea, & pauete ad sanctuarium meū. ego Dominus. ¶3 ¶Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, ¶4 Dabo vobis pluuias tēpori bus suis, & terra gignet germen suū, & pomis arbores replebūtur. ¶5 Apprehēdet messium tritura vindemiā, & vindemia occupabit sementē: & comedetis panē vestrum in saturitate, & absque pauore habitabitis in terra vestra ¶6 Dabo pacē in finibus vestris: dormietis, & nō erit qui exterreat. auferam malas bestias: & gladius nō trāsibit terminos vestros. ¶7 Persequemini inimicos vestros, & corruēt corā vobis. ¶8 Persequētur quinq; de vestris cētum alienos, & cētum de vobis decē millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. ¶9 Respiciā vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. ¶10 Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proiicietis. ¶11 Ponā tabernaculū meum in medio vestri, & nō abiciet vos anima mea. ¶12 Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vōsque eritis populus meus. ¶13 Ego Domin' Deus vester, qui eduxi vos de Terra Aegyptiorū, ne seruiretis eis, & qui cōfregi catenas ceruicum vestrarū, vt incederetis erecti. ¶14 Quòd si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, ¶15 Sed spreueritis leges meas, & iudicia mea cōtempseritis, vt nō faciatis ea quæ à me constituta sunt, & ad irritum perducatis pactum meū: ¶16 Ego quoq; hæc faciā vobis, Visitabo vos velociter i egestate & ardore, qui cōficiat oculos vestros, & cōsumat animas vestras: frustra seretis sementē. quæ ab hostibus deuorabitur. ¶17 Ponā faciē meā cōtra vos, & corruetis corā hostib⁹ vestris, & subiicientmini his qui oderūt vos: fugietis nemine persequēte. ¶18 Sin autē nec sic obedieritis mihi, addā correptiones vestras septuplū propter peccata vestra. ¶19 Et conterā superbiā duritiæ vestræ: dabo que vobis cælum dēsuper sicut ferrum, & terrā æneā. ¶20 Consumetur incassum labor vester, nō proferet terra germē, nec arbores poma præbebūt. ¶21 Si ambulauerit is ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras vsq; in septuplū propter peccata vestra: ¶22 Emittā in vos bestias agri, quæ cōsumant vos, & pecora vestra, & ad paucitatē cunctos redigāt, desertæque fiāt viæ vestræ. ¶23 Quòd si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed ambulaueritis ex aduerso mihi: ¶24 Ego quoq; cōtra vos aduersus incedā, & percutiam vos septies propter peccata vestra. ¶25 Inducāmq; super vos gladium vltorē fœderis mei: quūmque cōfugeritis in vrbes, mittā pestilentiā in medio vestri, & trademini in manibus hostiū: ¶26 Postquā cōfregero baculum panis vestri, ita vt decē mulieres in vno clibano coquāt panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & nō saturabimini. ¶27 Sin

Exo.20.a.4. deut.5.a.8. psal.96.b.7.

Deut.11.a.13.

Iob.11.d.18.

Deut.28.b.22. thren.1.f.17. malac.1.a.4.

*Si

*quoque

autẽ nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis cõtra me: ¶28 Et ego incedã aduersus vos in furore contrario, & corripiã vos septẽplagis propter peccata vestra, ¶29 Ita vt comedatis carnes filiorũ vestrorum & filiarum vestrarum. ¶30 Destruam excelsa vestra, & simulachra* cõfringã. cadetis inter ruinas idolorum vestrorum. & abominabitur vos anima mea, ¶31 Intãtum vt vrbes vestras redigam in solitudiné, & deserta faciã sanctuaria vestra, nec recipiã vltrà odorẽ suauissimũ. ¶32 Disperdãmq; terram vestram, & stupebunt super ea inimici vestri, quũ habitatores illi* fuerint. ¶33 Vos autẽ dispergã in Gẽtes, & euaginabo post vos gladiũ, eritq; terra vestra deserta, & ciuitates vestræ dirutæ. ¶34 Tunc placebunt Terræ sabbatha sua cunctis diebꝫ' solitudinis suæ: quando fueritis in terra hostili, sabbathizabit, & requiescet ¶35 In sabbathis solitudinis suæ, eo quòd nõ requieuerit in sabbathis vestris quũdo habitabatis in ea. ¶36 Et qui de vobis remãserint, dabo panorem in cordibus eorũ in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folliuolãtis, & ita fugiẽt quasi gladium: cadẽt nullo persequente. ¶37 Et corruẽt singuli super fratres suos quasi bellã fugientes: nemo vestrũ inimicis audebit resistere. ¶38 Peribitis inter Gentes, & hostilis vos terra consumet. ¶39 Quòd si & de iis aliqui remãserint, tabescent in iniquitatibus suis, interra inimicorũ suorum, & propter peccata patrũ suorum & sua affligẽtur: ¶40 Donec cõfiteantur iniquitates suas, & maiorũ suorũ recordẽtur, quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi. ¶41 Ambulabo igitur & ego cõtra eos, & inducã illos in terrã hostilẽ, donec erubescat incircuncisa mens eorum: tunc orabunt pro impietatibus suis. ¶42 Et recordabor fœderis mei quod pepigi cũ Iacob, & Isaac, & Abraham. Terræ quoque memor ero: ¶43 Quæ quũ relicta fuerit ab eis, cõplacebit sibi in sabbathis suis, patiẽs solitudinẽ propter illos. ipsi verò rogabunt pro peccatis suis, eo quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint. ¶44 Attamẽ etiã quũ essent i terra hostili, nõ penitus abiecí eos, neq; sic despexi vt consumerẽtur, & irritum facerem pactum meũ cum eis: ego enim sum Dominꝰ Deus eorum. ¶45 Et recordabor fœderis mei pristini, quãdo eduxi eos de Terra AEgypti in cõspectu Gentium, vt essem Deus eorum. ego Dominus Deus. ¶46 Hæc sunt iudicia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter se & inter filios Israel in monte Sinai per manum Moysi.

CAP. XXVII.

1 Varia vota, & redẽptio eorũdẽ. 30 Decimæ.

LOcutúsq; est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶2 Loquere filiis Israel, & dices ad eos. Homo qui votum fecerit, & spopõderit* Deo' animam suã, sub æstimatione dabit pretium. ¶3 Si fuerit masculus, à vicesimo anno vsque ad sexagesimũ annũ, dabit quinquaginta siclos argẽti ad mensurã sanctuarii: ¶4 Si mulier, triginta. ¶5 A quinto autẽ anno vsq; ad vicesimũ. masculus dabit viginti siclos: fœmina decẽ. ¶6 Ab vno mẽse vsq; ad annũ quintum, pro masculo dabuntur quinq; sicli: pro fœmina tres. ¶7 Sexagenarius & vltra masculus dabit quindecim siclos: fœmina decẽ. ¶8 Si pauper fuerit, & æstimationẽ reddere nõ valebit, stabit corã sacerdote: & quãtũ ille æstimauerit, & viderit eũ posse reddere, tantũ dabit. ¶9 Animal autem quod immolari potest Domino, si quis vouerit, *sanctum erit. ¶10 Et mutari nõ poterit, id est nec meli* malo, nec peius bono. quòd si mutauerit: ẽ ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino. ¶11 Animal* immundum quod immolari Domino non potest, si quis vouerit, adducetur ante sacerdotem: ¶12 Qui diiudicans vtrum bonum an malũ sit, statuet pretiũ. ¶13 Quòd si dare voluerit is qui offert, addet super æstimationẽ quintã partẽ. ¶14 Homo si vouerit domum suã, & sanctificauerit Domino, cõsyderabit eã sacerdos vtrũ bona an mala sit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit cõstitutum, venundabitur. ¶15 Sinautẽ ille qui vouerat, voluerit redimere eã, dabit quintã partẽ æstimationis suprà, & habebit domũ. ¶16 Quòd si agrũ possessionis suæ vouerit, & cõsecrauerit Domino: iuxta mẽsurã semẽtis æstimabitur pretiũ. si triginta modiis hordei seritur terra, quinquagintа siclis venũdetur argẽti. ¶17 Si statim ab anno incipiẽtis iubilei vouerit agrũ, quãto vale re potest, tãto æstimabitur. ¶18 Sinautẽ post aliquantũ tẽporis: supputabit sacerdos pecuniã iuxta annorũ, qui relíqui sunt, numerum vsque ad iubileum, & detrahetur ex pretio. ¶19 Quòd si voluerit redimere agrũ ille qui vouerat, addet quintã partem æstimatæ pecuniæ, & possidebit* eã. ¶20 Sinautẽ noluerit redimere, sed alteri cuilibet fuerit venũdatus, vltra eum qui vouerat, redimere non poterit: ¶21 Quia quũ iubilei venerit dies, sanctificat* erit Domino, & possessio cõsecrata ad ius pertinet sacerdotũ. ¶22 Si aget emptus* eũ', & nõ de possessione maiorũ, sanctificat* fuerit Dominꝰ: ¶23 Supputabit sacerdos iuxta annorũ numerũ vsq; ad iubileũ, pretium: & dabit ille qui vouerat eũ, Domino. ¶24 In iubileo autẽ reuertetur ad priorẽ dominũ qui vendiderat eũ, & habuerat i sorte possessionis suæ. ¶25 Omnis æstimatio siclo sanctuarii põderabitur. ‖Siclus viginti obolos habet. ¶26 Primogenita quæ ad* Deum' pertinẽt, nemo sanctificare poterit & vouere, siue bos siue ouis fuerit: Domini sunt. ¶27 Quòd si immũdũ est animal, redimet qui obtulit iuxta æstimationẽ' suã, & addet quintam partẽ pretii. si redimere noluerit, vẽdetur alteri quãtuncũq; fuerit antè æstimatũ. ¶28 ‖Omne quod Domino cõsecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, nõ venietnec redimi poterit. Quicquid semel fuerit consecratũ sanctũ sanctorũ erit Domino. ¶29 Et omnis cõsecratio quæ offertur à homine, nõ redimetur, sed morte morietur. ¶30 Omnes decimæ terræ* siue de pomis arborũ siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificãtur. ¶31 Si quis autẽ voluerit redimere decimas suas, addet quintã partẽ earum. ¶32 Omnium decimarũ bouis & ouis, & capræ, quæ subpastoris virga trãseunt, quicquid decimũ venerit, sanctificabitur Domino. ¶33 Nõ eligetur nec bonũ nec malũ, nec altero commutabitur. Si quis mutauerit, & quod mutatũ est, & pro quo

mutatū est, sanctificabitur Domino, & nō redimetur. ¶ 14 Hæc sunt præcepta quæ mādauit Dominus Moysi ad filios Israel in mōte Sinai.

# Liber Numeri, Hebraice Vaiedabber.

## CAP. I.

1 Numerantur ad pugnam apti. 49 Tribus Leui constituta super tabernaculum.

LOcutúsque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mēsis secundi, anno altero egressionis eorum ex AEgypto, dicēs, ¶ 2 Tollite summā vniuersæ cōgregationis filiorū Israel per cognationes & domos suas, & nomina singulorum, quicquid sexus est masculini ¶ 3 A vicesimo anno & suprà. omnium virorum fortium ex Israel, & numerabitis eas per turmas suas, tu & Aaron. ¶ 4 Erūntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis, ¶ 5 Quorum ista sunt nomina, De tribu Ruben, Elisur filius Sedeur. ¶ 6 De tribu Simeon, Salamiel filius Suri-saddai. ¶ 7 De tribu Iuda, Nahasson filius Aminadab. ¶ 8 De tribu Issachar, Nathanael filius Suar. ¶ 9 De tribu Zabulon, Eliab filius Helon. ¶ 10 Filiorum autem Ioseph, de tribu Ephraim, Elisama filius Ammiud. de tribu Manasse, Gamaliel filius Phadassur. ¶ 11 De tribu Beniamin, Abidam filius Gedeōnis. ¶ 12 De tribu Dan, Ahi-ēzer filius Ammi-saddai. ¶ 13 De tribu Aser, Phegiel filius Ochran. ¶ 14 De tribu Gad, Eliasaph filius Duel. ¶ 15 De tribu Nephthali, Ahira filius Enā. ¶ 16 Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel: ¶ 17 Quos tulerūt Moyses & Aarō cum omni vulgi multitudine, ¶ 18 Et congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes, & domos ac familias, & capita & nomina singulorum à vicesimo anno & suprà. ¶ 19 Sicut præceperat Dominus Moysi, numeratique sunt in deserto Sinai, ¶ 20 De Ruben primogenito Israelis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorum, omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, procedentium ad bellum, ¶ 21 Quadraginta sex millia quingēti. ¶ 22 De filiis Simeō per generatiōes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, procedētiū ad bellum. ¶ 23 Quinquaginta nouem millia trecenti. ¶ 24 De filiis Gad per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorū à viginti annis & suprà, omnes qui ad bella procederunt, ¶ 25 Quadraginta quinque millia sexcēti quinquaginta. ¶ 26 De filiis Iuda per generationes & familias ac domos cognationū suarum. per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere. ¶ 27 Recēsiti sunt septuaginta quatuor millia trecenti. ¶ 28 De filiis Issachar per generationes & familias ac domos cognationū suarum, per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui ad bella procederent, ¶ 29 Recēsiti sunt quinquaginta quatuor millia quadringēti. ¶ 30 De filiis Zabulon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorū à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere. ¶ 31 Quinquaginta septē millia quadringēti. ¶ 32 De filiis Ioseph, filiorum Ephraim per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, ¶ 33 Quadraginta millia quingenti. ¶ 34 Porrō filiorū Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarū recensiti sunt per nomina singulorum à vigīti annis & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, ¶ 35 Triginta duo millia ducēti. ¶ 36 De filiis Beniamin per generationes & familias ac domos cognationū suarum recēsiti sunt nominibus singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterāt ad bella procedere, ¶ 37 Trigintaquinq; millia quadringenti. ¶ 38 De filiis Dā per generationes & familias ac domos cognationū suarum recensiti sunt nominibus singulorū à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, ¶ 39 Sexaginta duo millia septingēti. ¶ 40 De filiis Aser per generatiōes & familias ac domos cognationū suarū recensiti sunt per nomina singulorū à vicesimo anno & suprà, oēs qui poterant ad bella procedere, ¶ 41 Quadraginta millia & mille quingēti. ¶ 42 De filiis Nephthali p generationes & familias ac domos cognationū suarū recensiti sunt nominibus singulorū à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterāt ad bella procedere. ¶ 43 Quinquaginta tria millia quadringēti. ¶ 44 Hi sunt quos numerauerunt Moyses & Aarō, & duodecim principes Israel, singulos per domos cognationū suarū. ¶ 45 Fuerūntq; omnis numer⁹ filiorū Israel per domos & familias à vicesimo anno & suprà, qui poterāt ad bella procedere, ¶ 46 Excentatria millia virorū quingenti quinquaginta. ¶ 47 Leuitæ autē *in tribubus familiarū suarū non sunt numerati cum eis. *in tribu

¶ 48 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicēs, ¶ 49 Tribū Leui noli numerare, neq; pones summā eorū cum filiis Israel, ¶ 50 Sed *cōstitues eos super tabernaculi testimonii & cūcta vasa ei⁹, & quicquid ad ceremonias pertinet. ipsi portabunt tabernaculū & omnia vtēsilia eius: & erūt in ministerio, ac per gyrū tabernaculi metabūtur. ¶ 51 Quū proficiscendū fuerit, deponēt Leuitæ tabernaculū: quū⁹ castra metāda, erigēt. quisquis externorū accesserit, occidetur. ¶ 52 Metabuntur autem castra filii Israel vnusquisque per turmas & cuneos atque exercitum suum. ¶ 53 Porrō Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorū Israel, & excubabunt in custodiis tabernaculi testimonii. ¶ 54 Fecerūt ergo filii Israel iuxta omnia quæ præceperat Dominus Moysi. CAP. II.

1 Situs tentoriorum aliorum Israel, & nomina ducum eorum.

LOcutúsque est Dominus ad Moysẽ & Aarõ, dicens, ¶2 Singuli per turmas, signa atque vexilla & domos cognationum suarũ castrametabuntur filiorum Israel per gyrũ tabernaculi fœderis. ¶3 Ad Orientẽ Iudas figet tẽtoria per turmas exercitus sui: eritque princeps filiorum eius Nahasson filius Aminadab. ¶4 Et omnis de stirpe eius supputatium, septuaginta quatuor millia sexcentorũ. ¶5 Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar. ¶6 Et omnis numerus pugnatorum eius quinquaginta quatuor millia quadringẽti. ¶7 In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon. ¶8 Omnisque de stirpe eius exercitus pugnatorum, quinquaginta septẽ millia quadringẽti. ¶9 Vniuersi qui in castris Iudæ annumerati sunt, fuerũt centũ octoginta sex millia quadringẽti: & perturmas suas primi egrediẽtur. ¶10 In castris filiorum Rubẽ ad Meridianam plagã erit princeps Elisur filius Sedeur. ¶11 Et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta sex millia quinquẽti. ¶12 Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeõ: quorum princeps fuit Salamiel filius Surisaddai. ¶13 Et cunctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt, quinquaginta nouem millia trecẽti. ¶14 In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel. ¶15 Et cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcẽti quinquaginta. ¶16 Omnes qui recẽsiti sunt in castris Ruben, centũ quinquaginta millia & mille quadringẽti quinquaginta per turmas suas. in secundo loco proficiscẽtur. ¶17 Leuabitur autẽ tabernaculum testimonii per officia Leuitarũ & turmas eorũ. quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos proficiscẽtur. ¶18 Ad Occidẽtalẽ plagã erũt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud. ¶19 Cũctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti. ¶20 Et cũ eis tribus filiorum Manasse, quorũ princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. ¶21 Cũctúque exercitus pugnatorũ eius, qui numerati sunt, triginta duo millia ducẽti. ¶22 In tribu filiorum Bẽiamin princeps fuit Abidã filius Gedeõnis. ¶23 Et cũctus exercitus pugnatorum eius, qui recensiti sunt, triginta quinque millia quadringenti. ¶24 Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim. centũ octo millia cẽtum per turmas suas. tertii proficiscentur. ¶25 Ad Aquilonis partẽ castrametati sunt filii Dã: quorũ princeps fuit Ahi-ẽzer filii Ammi saddai. ¶26 Cũctus exercitus pugnatorũ eius, qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingẽti. ¶27 Iuxta eum fixere tẽtoria de tribu Aser, quorum princeps fuit Phegiel filius Ochrã. ¶28 Cunctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingenti. ¶29 De tribu filiorũ Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. ¶30 Cũctus exercitus pugnatorũ ei', quinquagintatria millia quadringẽti. ¶31 Omnes qui numerati sunt in castris Dã, fuerunt cẽtum quinquagintaseptẽ millia sexcẽti. & nouissimi proficiscẽtur. ¶32 Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarũ & turmas diuisi exercitus, sexcẽta tria millia quingenti quinquaginta. ¶33 Leuitæ autẽ non sunt numerati inter filios Israel: sic enim præceperat Dominus Moysi. ¶34 Fecerũntque filii Israel iuxta omnia quæ mãdauerat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrũ suorum.

CAP. III.

1 Filii Aaron. 6 Leuitis datur administratio sacrorũ. 15 Numerãtur Leuitæ. 25 Eorũ statio, 39 Numerus. 45 Sunt loco primogenitorum.

HAE sunt generationes Aaron & Moysi in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai. ¶2 Et hæc nomina filiorum Aaron, primogenitus eius Nadab, deinde Abiu & Eleazar & Ithamar. ¶3 Hæc nomina filiorũ Aaron sacerdotũ qui vncti sunt, & quorum repletæ & cõsecratæ manus vt sacerdotio fungerẽtur. ¶4 Mortui sunt enim Nadab & Abiu quũ offerrẽt ignẽ alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absq; liberis: functique sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre suo. ¶5 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶6 Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aarõ sacerdotis, vt ministrent ei. ¶7 Et excubent & obseruent quicquid ad cultũ pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii, ¶8 Et custodiãt vasa tabernaculi, seruiẽtes in ministerio eius. ¶9 Dabisq; dono Leuitas ¶10 Aarõ & filiis eius quib' traditi sunt à filiis Israel. Aarõ autẽ & filios eius cõstitues super cultũ sacerdotii. externus qui ad ministrandum accesserit, morietur. ¶11 Locutúsque est Dominus ad Moysẽ dicens, ¶12 Ego tuli Leuitas à filiis Israel pro omni primogenito qui aperit vuluam in filiis Israel, erũntq; Leuitæ mei. ¶13 Meũ est enim omne primogenitũ: ex quo percussi primogenitos in Terra-AEgypti: sanctificaui mihi quicquid primũ nascitur in Israel ab homine vsque ad pecus, mei sunt: ego Dominus. ¶14 Locutúsque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens, ¶15 Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnẽ masculum ab vno mense & suprà. ¶16 Numerauit Moyses vt præceperat Dominus, ¶17 Et inuenti sunt filii Leui per nomina sua, Gersõ & Caath & Merari. ¶18 Filii Gerson: Lebni, & Semei. ¶19 Filii Caath: Amrã, & Iesaar, Hebrõ, & Oziel. ¶20 Filii Merari. Moholi, & Musi. ¶21 De Gersõ fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica: ¶22 Quarũ numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & suprà, septẽ millia quingentorũ. ¶23 Hi post tabernaculũ metabuntur ad Occidentẽ ¶24 Sub principe Eliasaph filio Lael. ¶25 & habebunt excubias in tabernaculo fœderis, ¶26 Ipsum tabernaculum & operimentũ eius, tentoriũ quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrii: tentorium quoq; quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, & quicquid ad ritũ altaris pertinet. funes tabernaculi & omnia vtẽsilia eius. ¶27 Cognatio Caath habebit populos Amranitas & Isaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarũ, recensitæ per nomina sua: ¶28 Omnes generis masculini ab vno mẽse & suprà, octo millia sexcẽti, habebunt excubias sanctuarii, ¶29 Et ea-

ſtrametabũtur ad Meridianã plagã. ¶30 Prin
cẽpſque eorũ erit Eliſaphã filius Oziel: ¶31 Et
cuſtodiẽt arcã. menſãmque & candelabrum,
altaria & vaſa ſanctuarii, in quibus miniſtra-
tur, & velum, cunctáq; huiuſcemodi ſupel
lectilẽ. ¶32 Principes autẽ principum Leuitarum
Eleazar filius Aarõ ſacerdotis, erit ſuper
excubitores cuſtodiæ ſanctuarii. ¶33 At verõ
de Merari erũt populi Moholitæ & Muſitæ re
cẽſiti per nomina ſua: ¶34 Omnes generis ma
ſculini ab vno mẽſe & ſuprà, ſex millia du-
cẽti. ¶35 Priceps eorũ Suriel filius Abihaiel:
in plaga Septentrionali caſtrametabuntur.
¶36 Erunt ſub cuſtodia eorũ tabulæ taberna-
culi & vectes, & columnæ ac baſes earũ, & o-
mnia quæ ad cultum huiuſcemodi pertinẽt:
¶37 Columnæque atrii per circuitũ cum ba-
ſibus ſuis, & paxilli cum funibus. ¶38 Caſtra-
metabuntur ante tabernaculũ fœderis, id eſt
ad Orientalẽ plagã, Moyſes & Aarõ cũ filiis
ſuis, habẽtes cuſtodiã ſanctuarii in medio fi-
liorum Iſrael. quiſquis alienus acceſſerit, mo
rietur. ¶39 Omnes Leuitæ quos numerauerũt
Moyſes & Aarõ iuxta præceptũ Domini per
familias ſuas in genere maſculino à mẽſe v-
no & ſuprà, fuerũt vigintiduo millia. ¶40 Et
ait Dominus ad Moyſen. Numera primogeni
tos ſexus maſculini de filiis Iſrael ab vno mẽ
ſe & ſuprà, & habebis ſummã eorum. ¶41 Tol
lẽq; Leuitas mihi pro omni primogenito fi-
liorũ Iſrael, ego ſum Dominus: & pecora eo-
rum pro vniuerſis primogenitis pecorũ filio-
rum Iſrael. ¶42 Recẽſuit Moyſes ſicut præce-
perat Dominus primogenitos filiorũ Iſrael:
¶43 Etfuerunt maſculi per nomina ſua à mẽ
ſe vno & ſuprà, vigintiduo millia ducenti ſe-
ptuagintatres. ¶44 Locutúſque eſt Dominus
ad Moyſen, dicẽs, ¶45 Tolle Leuitas pro pri-
mogenitis filiorum Iſrael, & pecora Leuitarũ
pro pecoribus eorũ: erũntq; Leuitæ mei: ego
ſũ Dominus. ¶46 In pretio autẽ ducẽtorũ ſe
ptuagintatriũ qui excedũt numerũ Leuitarũ
de primogenitis filiorũ Iſrael, ¶47 Accipies
quinque ſiclos per ſingula capita ad mẽſurã
ſãctuarii. Siclus habet viginti obolos. ¶48 Da
biſque pecuniã Aarõ & filiis eius pretiũ eo-
rum qui ſuprà ſunt. ¶49 Tulit igitur Moyſes
pecuniã eorum qui fuerãt amplius, & quos re
demerat à Leuitis ¶50 Pro primogenitis filio-
rum Iſrael, mille trecentorum ſexaginta quin
que ſiclorum iuxta pondus ſanctuarii, ¶51 Et
dedit eam Aaron & filiis eius iuxta verbum
quod præceperat ſibi Dominus.

CAP. IIII.

Officia Leuitarum iuxta cuiuſque familiã.
¶1 Locutúſq; eſt Dominus ad Moyſẽ & Aarõ,
dicẽs, ¶2 Tolle ſummã filiorum Caath de
medio Leuitarũ per domos & familias ſuas,
¶3 A trieſimo anno & ſuprà vſque ad quin
quageſimum annum, omnia qui ingrediũtur
vt ſtẽt & miniſtrent in tabernaculo fœderis.
¶4 Hic eſt cultus filiorũ Caath. Tabernaculũ
fœderis & Sãctum ſanctorum ¶5 Ingrediẽtur
Aarõ & filii eius, quãdo mouẽda ſunt caſtra,
& deponẽt velum quod pẽdet ante fores, in-
uoluntq; eo arcã teſtimonii, ¶6 Et operient
rurſum velamine hyacinthinatum pellium,
extẽdẽntque deſuper pallium totum hyacin
thinũ, & inducẽt vectes. ¶7 Menſam quoque
propoſitionis inuoluent hyacinthino pallio,
& ponẽt cũ eo thuribula & mortariola, cya-
thos & craterãs: ad liba fundẽda: panes ſem-
per in ea erunt. ¶8 Extẽdẽntque deſuper pal-
lium coccineum, quod rurſum operiẽt vela-
mẽto hiacinthinatum pelliũ, & inducẽt ve-
ctes. ¶9 Sumẽt & pallium hyacinthinũ quo
operiẽt cãdelabrum cum lucernis & forcipi-
bus ſuis & emũctoriis, & cũctis vaſis olei, quæ
ad concinnandas lucernas neceſſaria ſunt.
¶10 Et ſuper omnia ponẽt operimẽtum hya
cinthinatũ pelliũ, & inducẽt vectes. ¶11 Nec-
non & altare aureum inuoluẽt hyacinthino
veſtimẽto, & extẽdent deſuper operimẽtum
hyacinthinatũ pellium, inducẽntq; vectes.
¶12 Omnia vaſa quibus miniſtratur in ſan-
ctuario inuoluẽt hyacinthino pallio, & extẽ-
dent deſuper operimẽtum hyacinthinatum
pelliũ, inducẽntq; vectes. ¶13 Sed & altare mũ
dabunt cinere, & inuoluẽt illud purpureo ve
ſtimento, ¶14 Ponẽntque cum eo omnia vaſa
quibus in miniſterio eius vtũtur, id eſt igniũ
receptacula, fuſcinulas ac tridentes, uncinos
& batilla, cuncta vaſa altaris, operient ſimul
velamine hyacinthinarum pellium, & indu
cent vectes. ¶15 Quúmque inuoluerint Aarõ
& filii eius ſanctuarium & omnia vaſa eius in
commotione caſtrorum, tunc intrabunt filii
Caath vt portent inuoluta: & non tangent va
ſa ſanctuarii, ne moriantur. Hæ ſunt onera
filiorũ Caath in tabernaculo fœderis: ¶16 Su-
per quos erit Eleazar filius Aaron ſacerdotis,
ad cuius curam pertinet oleum ad concinnã
das lucernas, & compoſitionis incẽſum, & ſa-
crificium quod ſemper offertur, & oleum vn-
ctionis: quicquid ad cultũ tabernaculi per-
tinet, omniúmque vaſorum quæ in ſanctua-
rio ſunt. ¶17 Locutúſq; eſt Dominus ad Moy
ſen & Aaron dicens, ¶18 Nolite perdere po-
pulum Caath de medio Leuitarum: ¶19 Sed
hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur, ſi
tetigerint ſancta ſanctorum. Aaron & filii e-
jus intrabunt, ipſique diſponent opera ſingu
lorum, & diuident quid portare quis debeat.
¶20 Alii nulla curioſitate videant quæ ſunt
in ſanctuario priuſquam inuoluantur, alio-
quin morientur. ¶21 Locutúſque eſt Dominus
ad Moyſen, dicens, ¶22 Tolle ſummam etiam
filiorum Gerſon per domos ac familias & co
gnationes ſuas ¶23 A trigintа annis & ſuprà,
vſque ad annos quinquaginta: numera omnes
qui ingrediuntur & miniſtrãt in tabernaculo
fœderis. ¶24 Hoc eſt officium familiæ Gerſo
nitarũ, ¶25 Vt portẽt cortinas tabernaculi &
teſtũ fœderis, operimẽtum aliud, & ſuper o
mnia velamẽ hyacinthinum, tentorii quæ
quod pẽdet in introitu tabernaculi fœderis,
¶26 Cortinas atrii, & velum in introitu quod
eſt ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare
pertinẽt, funiculos & vaſa miniſterii, ¶27 Iu-
bẽte Aarõ & filiis eius, portabunt filii Gerſõ:
& ſciẽt ſinguli cui debeãt operi manciparі.
¶28 Hic eſt cultus familiæ Gerſonitarũ in ta-
bernaculo fœderis. eruntque ſub manu Itha-
mar filii Aarõ ſacerdotis. ¶29 Filios quoque
Merari per familias & domos patrũ ſuorum
recẽſebis. ¶30 A trigintа annis & ſuprà, vſq; ad

a eã

b iãthinarum

b iãthinarum

b iãthinarum

b iãthinarum

c inuoluerit

d onera

c

d ianthinum

d oneri

annos quinquaginta, omnes qui ingrediũtur ad officiũ ministerii sui, & cultũ fœderis testimonii. ¶31 Hæc sunt onera eorũ, portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, colũnas ac bases earũ, ¶32 Colũnas quoque atrii per circuitũ cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilẽ ad numerum accipiẽt, sicque portabunt. ¶33 Hoc est officiũ familiæ Merariarũ & ministerium in tabernaculo fœderis: erũntque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis. ¶34 Recensuerũt igitur Moyses & Aarõ & principes synagogæ filios Caath per cognationes & domos patrũ suorũ ¶35 A triginta annis & supra, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediũtur ad ministeriũ tabernaculi fœderis: ¶36 Et inuenti sunt duo millia septingẽti quinquaginta. ¶37 Hic est numerus populi Caath qui intrant tabernaculũ fœderis: hos numerauit Moyses & Aarõ iuxta sermonẽ Domini per manũ Moysi. ¶38 Numerati sunt & filii Gerson per cognationes & domos patrũ suorum ¶39 A triginta annis & supra, vsque ad quinquagesimũ annũ, omnes qui ingrediuntur ve ministrẽt in tabernaculo fœderis: ¶40 Et inuẽti sunt duo millia sexcẽti triginta. ¶41 Hic est populus Gersonitarũ, quos numerauerũt Moyses & Aarõ iuxta verbũ Domini. ¶42 Numerati sunt & filii Merari per cognationes & domos patrũ suorũ ¶43 A trigita annis & supra, vsque ad annũ quinquagesimum, omnes qui ingrediũtur ad explẽdos ritus tabernaculi fœderis: ¶44 Et inuẽti sunt tria milliaducẽti. ¶45 Hic est numerus filiorũ Merari, quos recẽsuerunt Moyses & Aarõ iuxta imperium Domini per manũ Moysi. ¶46 Omnes qui recẽsiti sunt de Leuitis, & quos *fecit ad nomẽ Moyses & Aarõ, & principes Israel per cognationes & domos patrũ suorũ ¶47 A triginta annis & supra, vsque ad annũ quinquagesimũ, ingrediẽtes ad ministerium tabernaculi, & onera portãda, ¶48 Fuerũt simul octo milia quingẽti octoginta. ¶49 Iuxta verbũ Domini recensuit eos Moyses, vnumquenque iuxta officium & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

CAP. V.

1 Qui è castris eiiciendi. 6 Expiatio trãsgressionis. 7 Cõfessio peccati. 9 Lex primitiarum. 11 Lex zelotypiæ. 18 Aquæ amarissimæ.

LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶2 Præcipe filiis Israel vt eiiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutúsque est super mortuo: ¶3 Tã masculũ quàm fœminã eiicite de castris, ne cõtaminent ea, quum habitauerint vobiscũ. ¶4 Fecerũnt; ita filii Israel, & eiecerũt eos extra castra, sicut locutus erat Dominꝰ Moysi, ¶5 Locutúsq; est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶6 Loquere ad filios Israel, Vir siue mulier quũ fecerint ex omnibꝰ peccatis quæ solẽt hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatũ Domini, atque deliquerint, ¶7 Cõfitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintámque partem dẽsuper ei in quem peccauerint. ¶8 Si nullus non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. ¶9 Omnes quoque primitiæ quas obtulerunt filii Israel, ad sacerdotẽ pertinẽt: ¶10 Et quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & tradituꝝ manibus sacerdotis, ipsius erit. ¶11 Locutúsque est Dominus ad Moysẽ, dicẽs, ¶12 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Si cuius vxor errauerit, maritúmque contemnẽs ¶13 Dormierit cũ altero viro, & hoc maritus deprehẽdere non quiuerit, sed latet adulterii, & testibus argui nõ potest, quia nõ est inuẽta in stupro: ¶14 Si spiritus zelotypiæ cõcitauerit virum cõtra vxorẽ suã, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur: ¶15 Adducet eam ad sacerdotẽ, & offeret oblationem pro illa decimã partẽ satiarinæ hordeaceæ. nõ fundet super eam oleum nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulteriũ. ¶16 Offeret igitur eam sacerdos, & statuet cora Domino. ¶17 Assumẽtque aquã sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. ¶18 Quúmq; stetere mulier in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificiũ recordationis, & oblationẽ zelotypiæ: ipse autẽ tenebit aquas amarissimas, in quibꝰ cum execratione maledicta cõgessit. ¶19 Adiurabitq; eã, & dicet, Si nõ dormiuit vir alius tecum, & si nõ polluta es deserto mariti thoro, nõ te nocebuntaquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. ¶20 Sinautẽ declinasti à viro tuo, atque polluta es, & cõcubui sti cũ altero viro: ¶21 His maledictionibꝰ subiacebis, Det te Dominus in maledictionem, & exẽplũmque cunctorum in populo ꝰsuo, putrescere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus disrumpatur: ¶22 Ingrediãtur aquæ maledictæ in ventrẽ tuum, & vtero tumescẽte putrescat femur. Et respõdebit mulier, Amen, amẽ. ¶23 Scribẽtq; sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, ¶24 Et dabit ei bibere. Quas quũ exhauserit, ¶25 Tollet sacerdos de manu eius sacrificiũ zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponẽtque illud super altare: ita tamtaxat vt prius, ¶26 Pugillum sacrificii tollat de eo quod offertur, & incendat super altare: & sic potum det mulieri aquas amarissimas. ¶27 Quas quum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterii rea, pertrãsibunt eã aquæ maledictionis, & inflato vẽtre cõputrescet femur: erit q; mulier in maledictionem, & in exẽplum omni populo. ¶28 Quòd si polluta non fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. ¶29 Ista est lex zelotypiæ: si declinauerit à viro suo, & si polluta fuerit, ¶30 Marituſque zelotypiæ spiritu cõcitatus adduxerit eã in cõspectum Domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt, ¶31 Maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

CAP. VI.

1 Lex consecratorum siue nazaræorum. 14 Benedicendi populo modus.

LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶2 Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Vir siue mulier quum fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino cõsecrare: ¶3 A vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt, Acetum ex vino, & ex

Recensent

A

Leuit. 6. a. 3.

B

C

D

E

qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, nō bibēt: vuas recēces siccāsque nō comedēt ¶4 Cūctis diebus quibus ex vo. 9 Domino cōsecrātur: quicquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsque ad acinum non comedent. ¶5 Omni tempore separationis suæ nouacula non trāsibit per caput eius vsque ad completum diem quo Domino consecratur. Sanctus erit, crescēte cæsarie capitis eius. ¶6 Omni tempore consecrationis suæ super mortuū non ingredietur, ¶7 Nec super patris qui dē & matris & fratris sororisque funere cōtaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput eius est. ¶8 Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino. ¶9 Sinaute mortu fuerit subitō quispiā coram eo, polluetur caput consecrationis eius: quod radet illico in eadem die purgationis suæ, & rursū septima. ¶10 In octaua autē die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu tabernaculi testimonii: ¶11 Faciētque sacerdos vnū pro peccato, & alterum in holocaustum, & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo: sanctificabitque caput eius in die illo. ¶12 Et consecrabit Domino die separationis illius, offerēs agnum anniculum pro peccato: ita tamē vt dies priores irriti fiāt, quoniā polluta est sanctificatio eius. ¶13 Ista est lex cōsecrationis, Quū dies quos ex voto decreuerat, con plebūtur: adducet eū ad ostiū tabernaculi fœderis, ¶14 Vt offerat oblationē eius Domino, agnū anniculū immaculatū in holocaustum, & ouē anniculam immaculatā pro peccato, & arietē immaculatum, hostiā pacificā, ¶15 Canistrum quoque panum azymorum qui conspersi sint oleo, & lagana absque fermento vncta oleo, ac libamina singulorum: ¶16 Quæ offeret sacerdos coram Domino, & faciet tā pro peccato, quām in holocaustum. ¶17 Arietem verō immolabit hostiam pacificam Domino, offerens simul canistrum azymorum, & libamenta quæ ex more debentur. ¶18 Tunc radetur nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tollētque capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum. ¶19 Et armum coctum arietis, tortāmque absque fermento vnam de canistro, & laganum azymum vnum, & tradet in manus nazaræi, postquam rasum fuerit caput eius. ¶20 Susceptisque rursum abeo, eleuabit in cōspectu Domini: & sanctificata, sacerdotis erūt, sicut pectusculū quod separari iussum est, & femur. post hæc poterit bibere nazaræus vinum. ¶21 Ista est lex nazaræi, quum vouerit oblationem suam Domino tempore cōsecrationis suæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius: iuxta quod mente deuouerat, ita faciet, ad perfectionem sanctificationis suæ. ¶22 Locutūque est Dominus ad Moysē, dicēs, ¶23 Loquere Aarō & filiis eius, Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis, ¶24 Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. ¶25 Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. ¶26 Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. ¶27 Inuocabūntque nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

CAP. VII.

1 Oblationes singulorum ducum populi Israelitici, in dedicatione templi.

FActum est autem in die qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud: vnxitque & sanctificauit cum omnibus vasis suis, altare similiter & omnia vasa eius: ¶2 Obtulerunt principes Israel ☞ capita familiarum quæ erant per singulas tribus, præfecti eorū qui numerati fuerant, ¶3 Munera coram Domino sex plaustra tecta cum duodecim bob vnum plaustrum obtulere duo duces, & vnum bouem singuli, obtulerūntque ea in cōspectu tabernaculi. ¶4 Ait autem Dominus ad Moysen, ¶5 Suscipe ab eis vt seruiant in ministerio tabernaculi, * & trades ea Leuitis iuxta ordinem ministerii sui. ¶6 Itaque quum suscepisset Moyses plaustra, & boues, tradidit eos Leuitis. ¶7 Duo plaustra & quatuor bones dedit filiis Gerson, iuxta id quod habebant necessarium. ¶8 Quatuor alia plaustra, & octo boues dedit filiis Merari secundum officia & cultum suum, sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis. ¶9 Filiis autem Caath non dedit plaustra & boues: quia in sanctuario seruiunt, & onera propriis portāt humeris. ¶10 Igitur obtulerūt duces in dedicationē altaris, die qua vnctū est, oblationē suā ante altare. ¶11 Dixitq; Dominus ad Moysē, Singuli duces per singulos dies offerāt munera in dedicationē altaris. ¶12 Primo die obtulit oblationem suam Nahasson filius Aminadab de tribu Iuda: ¶13 Fuerūntque in ea acetabulum argenteum pondo centū triginta siclorum, phiala ergentea habēs septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarii, vtrūque plenum simila cōsperſa oleo in sacrificium: ¶14 Mortariolum ex decē siclis aureis plenū incēso: ¶15 Boué de armento, & arietem, & agnū anniculū in holocaustū: ¶16 Hircūmque pro peccato: ¶17 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinque, hæc est oblatio Nahasson filii Aminadab. ¶18 Secūdo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Issachar, ¶19 Acetabulū argēteū appēdens cētum triginta siclos, phialā argēteam habentē septuaginta siclos, iuxta pondus sanctuarii. vtrunq; plenum simila cōsperſa oleo in sacrificium: ¶20 Mortariolum aureum habēs decē siclos plenum incenso: ¶21 Bouem de armento & arietē, & agnum anniculum in holocaustum: ¶22 Hircūmque pro peccato: ¶23 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Nathanael filii Suar. ¶24 Tertio die princeps filiorum Zabulō, Eliab filius Hebon, ¶25 Obtulit acetabulū argenteū appendēs cētum triginta siclos, phialā argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, vtrunque plenū simila cōsperſa oleo in sacrificium: ¶26 Mortariolū aureū appendens decem siclos, plenum incenso: ¶27 Bouē de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustū: ¶28 Hircūmque pro peccato: ¶29 Et in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc est oblatio Eliab filii Helon. ¶30 Die quarto princeps filiorū Ruben, Elisur filius Sedeur. ¶31 Obtulit acetabulū argenteum appendens centum triginta siclos,

A Exod. 40. b.

☞ qui

* testimonii.

☜ ea

B

C

D

C

phialam argenteam habétem septuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarii, vtrunque plenū ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: ¶32 Mortariolum aureum appēdens decem ſiclos plenum incenſo: ¶33 Bouem de armento, & arietem, & agnū anniculū in holocaustū: ¶34 Hircūmque pro peccato: ¶35 Et in ſacrificio pacificorū boues duos, arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſur filii Sedeur. ¶36 Die quinto priceps filiorum Simeon, Salamiel filius Suri-ſaddai, ¶37 Obtulit acetabulum argenteū appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteā habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarii, vtrūque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: ¶38 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: ¶39 Bouē de armento, & arietem, & agnū anniculum in holocauſtum: ¶40 Hircūmque pro peccato: ¶41 Et in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Salamiel filii Suri-ſaddai. ¶42 Die ſexto princeps filiorum Gad Eliaſaph filius Duel, ¶43 Obtulit acetabulum argenteum appendē, centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarii, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiū: ¶44 Mortariolum aureum appendēs decem ſiclos plenum incēſo: ¶45 Bouē de armēto, & arietem, & agnum anniculū in holocauſtum: ¶46 Hircūmque pro peccato: ¶47 Et in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliaſaph filii Duel. ¶48 Die ſeptimo princeps filiorū Ephraim Eliſama filius Ammiud, ¶49 Obtulit acetabulum argenteū appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteā habentem ſeptuaginta ſiclos ad pōdus ſanctuarii, vtrunque plenum ſimila cōſperſa oleo in ſacrificium: ¶50 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incēſo: ¶51 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: ¶52 Hircūmque pro peccato: ¶53 Et in hoſtias pacificorum, boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſama filii Ammiud. ¶54 Die octauo princeps filiorum Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur, ¶55 Obtulit acetabulum argenteum appendēs centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarii, vtrūque plenū ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: ¶56 Mortariolum aureum appēdens decem ſiclos plenum incēſo: ¶57 Bouē de armēto, & arietem, & agnū anniculum in holocauſtum: ¶58 Hircūmque pro peccato: ¶59 Et in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Gamaliel filii Phadaſſur. ¶60 Die nono princeps filiorum Beniamin, Abidan filius Gedeōnis, ¶61 Obtulit acetabulū argenteum appendens cēcum triginta ſiclos, phialam argenteā habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarii, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: ¶62 Mortariolum aureū appendens decem ſiclos plenum incenſo: ¶63 Bouem de armēto, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtū: ¶64 Hircūmque pro peccato: ¶65 Et in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Abidan filii Gedeōnis. ¶66 Die decimo princeps filiorū Dan, Ahi-ēzer filius Ammi-ſaddai ¶67 Obtulit acetabulum argenteum appendens centū triginta ſiclos, phialam argenteam habenté ſeptuaginta ſiclos ad pōd° ſanctuarii, vtrūq; plenū ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: ¶68 Mortariolum aureum appendēs decem ſiclos plenum incēſo: ¶69 Bouē de armēto, & arietem, & agnum anniculū in holocauſtū: ¶70 Hircūmque pro peccato: ¶71 Et in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahi-ēzer filii Ammi-ſaddai. ¶72 Die vndecimo princeps filiorū Aſer, Phegiel filius Ochran, ¶73 Obtulit acetabulum argēteum appendens centum triginta ſiclos, phialā argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarii, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: ¶74 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: ¶75 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: ¶76 Hircūmque pro peccato: ¶77 Et in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Phegiel filii Ochran. ¶78 Die duodecimo princeps filiorum Nephthali Ahira filius Enan, ¶79 Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteā habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarii, vtrunque plenum ſimila oleo conſperſa in ſacrificium: ¶80 Mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incēſo: ¶81 Bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: ¶82 Hircūmque pro peccato: ¶83 Et in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahira filii Enan.

¶84 Hæc °in dedicatione altaris oblata ſunt a principibus Iſrael, in die qua cōſecratum eſt: acetabula argentea duodecim: phialæ argenteæ duodecim: mortariola aurea duodecim: ¶85 Ita vt centum triginta ſiclos argēti haberet vnum acetabulū, & ſeptuaginta ſiclos haberet vna phiala: id eſt in commune vaſorum omnium ex argento ſiclli duo millia quadringenti, pondere ſanctuarii. ¶86 Mortariola aurea duodecim plena incenſo, denos ſiclos appendentia pōdere ſanctuarii: id eſt ſimul auri ſiclī centum viginti. ¶87 Boues de armento in holocauſtū duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum. Hirci duodecim pro peccato. ¶88 In hoſtias pacificorū, boues viginti quatuor, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hæc oblata ſunt °in dedicatione altaris, quādo vncti eſt. ¶89 Quūque ingrederetur Moyſes tabernaculū fœderis, vt conſuleret oraculū, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio quod erat ſuper arcā teſtimonii inter duos cherubim, vnde & loquebatur ei. CAP. VIII.

1 Diſpoſitio lucernarum. 4 Forma candelabri. 7 Purgatio & oblatio Leuitarum. 23 Eorum ætas.

A Locutúsque est Dominꝰ ad Moysen, dicés, ¶2 Loquere Aaron, & dices ad eũ. Quum posueris septem lucernas, candelabrũ in Australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe vt lucernæ contra Boream eregione respiciant ad mensam panum propositionis: contra eã partem quam candelabrum respicit, lucere debebunt. ¶3 Fecitque Aarõ, & imposuit lucernas super candelabrum, vt præceperat Dominus Moysi. ¶4 Hæc autem erat fabrica candelabri, ex auro ductili, tam medius stipes quàm cuncta quæ ex vtroque calamorum latere nascebantur. iuxta exemplum quod ostendit Dominus Moysi, ita operatus est candelabrũ. ¶5 Et locutus est Dominꝰ ad Moysen, dicés, ¶6 Tolle Leuitas ex medio filiorum Israel, & purificabis eos ¶7 iuxta hunc ritum, Aspergãtur aqua lustrationis, & radãt omnes pilos carnis suæ. Quúmque lauerint vestimẽta sua, & mũdati fuerint, ¶8 Tollent bouem de armẽtis, & libamentum eius simílã oleo conspersam, bouem autem alterũ de armento tu accipies pro peccato: ¶9 Et applicabis Leuitas corã tabernaculo fœderis, congregata omni multitudine filiorum Israel. ¶10 Quúmque Leuitæ fuerint coram Domino, ponet filii Israel manus suas super eos, ¶11 Et offeret Aarõ Leuitas, munus in conspectu Domini à filiis Israel, vt seruiãt in ministerio eiꝰ. ¶12 Leuitæ quoq; ponẽt manus suas super capita boum, è quibus vnũ faBcies pro peccato, & alterum in holocaustũ Domini, vt depreceris pro eis. ¶13 Statuéque Leuitas in conspectu Aaron & filiorũ eius, & cõsecrabis oblatos Domino, ¶14 Ac separabis de medio filiorum Israel, vt sint mei. ¶15 Et postea ingrediantur tabernaculum fœderis vt seruiãt mihi: sicque purificabis & cõsecrabis eos in oblationem Domini: ¶16 Quoniã dono donati sunt mihi à filiis Israel, pro primogenitis quæ aperiũt omnẽ vuluam in Israel, accepi eos. ¶17 Mea sũt enim omnia primogenita filiorũ Israel, tam ex hominibus quàm ex iumentis, ex die quo percussi omne primogenitum in Terra Ægypti, sanctificaui eos mihi. ¶18 Et tuli Leuitas pro cũctis primogenitis filiorum Israel: ¶19 Tradidique eos dono Aarõ & filiis eius de medio populi, vt seruiant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, & orent pro eis ne ĩt in populo plaga, si ausi fuerint accedere ad sanctuariũ. ¶20 Fecerũtque Moyses & Aaron & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitis quæ præceperat Dominus Moysi. ¶21 Purificatique sunt, & lauerũt vestimenta sua: eleuauitque eos Aaron in conspectu Domini, & orauit pro eis, ¶22 Vt purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filiis eius: sicut præceperat Dominus Moysi de Leuitis, ita factũ est. ¶23 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶24 Hæc est lex Leuitarũ. A viginti quinque annis, & supra, ingredientur vt ministrẽt tabernaculo fœderis. ¶25 Quúmq; quinquagesimũ annũ ætatis impleuerint, seruire cessabũt. ¶26 Brũntque ministri fratrũ suorũ in tabernaculo fœderis, vt custodiant quæ sibi fuerint commendata, opera autẽ ipsa non faciant, sic dispones Leuitis ĩ custodiis suis. CAP. IX.

2 Phasemundorũ & immundorum. 17 Recedere nube quæ operiebat tabernaculum. 18 Israelitæ proficiscebantur. stante verò, castrametabantur.

LOcutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai anno secundo postquam egressi sunt de Terra Ægypti, mense primo, dicens, ¶2 Faciant filii Israel Phase in tempore suo, ¶3 Quartadecima die mentis huius ad vesperã iuxta omnes ceremonias & iustificationes eius. ¶4 Præcepitque Moyses filiis Israel vt faCerent Phase. ¶5 Qui fecerũt tẽpore suo: quartadecima die mensis ad vesperam in monte Sinai. Iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moysi, fecerunt filii Israel. ¶6 Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere Phase in die illo, accedentes ad Moysen & Aarõ, ¶7 Dixerunt eis, Immundi sumus super anima hominis: quare fraudamur vt non valeamus oblationem offerre Domino in tẽpore suo inter filios Israel? ¶8 Quibus respondit Moyses, State vt consulam quid præcipiat Dominus de vobis. ¶9 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶10 Loquere filiis Israel, Homo qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gẽre vestra, faciat Phase Domino. ¶11 In mense secundo, quartadecima die mẽsis ad vesperam: cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud. ¶12 Nõ relinquent ex eo quippiam vsque mane, & os eius non cõfringent: omnem ritum Phase obseruabunt. ¶13 Siquis autem & mundus est, & in itinere non fuit, & tamen non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, qa sacrificium Domino nõ obtulit tempore suo: peccatum suum ipse portabit. ¶14 Peregrinus quoque & aduena si fuerint apud vos, facient Phase Domino iuxta ceremonias & iustificationes suas. Præceptum idẽ erit apud vos tam aduenæ, quàm indigenæ. ¶15 Igitur die qua erectum est tabernaculũ, operuit illud nubes. à vespere autem super tentorium erat quasi species ignis vsq; mane. ¶16 Sic fiebat iugiter, per diem operiebat illud nubes, & per noctẽ quasi species ignis. ¶17 Quúmque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filii Israel: & in loco vbi steterat nubes, ibi castrametabãtur. ¶18 Ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperiũ illius sigebant tabernacula. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebãt in eodẽ loco: ¶19 Et si euenisset vt multo tẽpore maneret super illud, erant filii Israel in excubiis Domini, & nõ proficiscebãtur. ¶20 Quotquot diebus fuisset nubes super tabernaculũ, ad imperium Domini erigebant tẽtoria, & ad imperiũ illius deponebãt. ¶21 Si fuisset nubes à vespere vsq; mane, & statim diluculo tabernaculũ reliquisset, proficiscebantur: & si post diem & noctẽ recessisset, dissipabant tentoria. ¶22 Si verò biduo aut vno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculũ, manebant filii Israel in eodẽ loco, & non proficiscebantur: statim autem vt recessisset, mouebant castra. ¶23 Per verbum Domini sigebant tentoria, & per verbũ illius proficiscebãtur, erantque in excubiis Domini iuxta imperium eius per manum Moysi. CAP. X.

2 Tubæ argenteæ, & earum officia. 11 De

Sinai proficiscuntur Israelitæ.14 Recensentur castrorum duces.19 Hobab renuit cum Moyse proficisci.

LOcutúsque est Dominꝰ ad Moysen,dicēs, ¶2 Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. ¶3 Quúmque increpueris tubis,congregabitur ad te omnis turba ad ostiū tabernaculi fœderis. ¶4 Si semel clāgueris,venient ad te principes,& capita multitudinis Israel. ¶5 Si autē prolixior atque concisus clāgor increpuerit,mouebunt castra primi qui sunt ad Orientalem plagam. ¶6 In secundo autē sonitu & pari vlulatu tubæ,leuabunt tentoria qui habitāt ad Meridiem.& iuxta hunc modum teliqui facient vlulantibus tubis in profectionem. ¶7 Quando autem congregādus est populus,simplex tubarum clangor erit,& non concisē vlulabunt. ¶8 Filii autem Aaron facerdotis clangent tubis: eritque hoc legitimum sempiternū in generationibus vestris. ¶9 Si exieritis ad bellū de terra vestra, contra hostes qui dimicāt aduersum vos,clangetis vlulātibus tubis, & erit recordatio vestri corā Domino Deo vestro,vt eruamini de manibus inimicorum vestrorum. ¶10 Siquādo ha bebitis epulum,& dies festos,& calēdas,canetis tubis sup holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationem Dei vestri. ego Dominus Deus vester. ¶11 Anno secūdo,mense secundo,vicesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis: ¶12 Profectiq; sūt filii Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. ¶13 Monerúntque castra primi iuxta imperium Domini per manū Moysi. ¶14 ‖Filii Iuda per turmas suas,quorum princeps erat Nahasson filius Aminadab. ¶15 In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar. ¶16 In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon. ¶17 Depositúmque est tabernaculū,quod portātes egressi sūt filii Gerson & Merari. ¶18 Profectique sunt filii Ruben , per turmas & ordinem suum,quorum princeps erat Elisur filius Sedeur. ¶19 In tribu autē filiorū Simeō, prīceps fuit Salamiel filius Suri-saddai. ¶20 Porrō in tribu Gad erat princeps Eliasaph filius Duel. ¶21 Profectique sunt & Caathitæ portātes sanctuariū. Vbi tabernaculum portabatur,donec venirent ad erectionis locū. ¶22 Mouerūt castra & filii Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud. ¶23 In tribu autem filiorū Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. ¶24 Et in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeōnis. ¶25 Nouissimi castrorū omniū profecti sunt filii Dan per turmas suas,in quorum exercitu princeps fuit Ahi-ézer filius Ammi-saddai. ¶26 In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran. ¶27 Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Abira filius Enan. ¶28 Hæc sunt castra,& profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur. ¶29 Dixitque Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ cognato suo, Proficīscimur ad locum quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum,vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promisit Israeli. ¶30 Cui ille respondit, Non vadam tecum,sed reuertar in terram meā in qua natus sum. ¶31 Et ille, Noli,inquit,nos relinquere. Tu enim nosti in quibus locis per desertū castra ponere debeamꝰ, & eris ductor noster. ¶32 Quúmque nobiscum veneris , quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus est Dominus,dabimꝰ tibi. ¶33 Profecti sunt ergo de monte Dominī viam trium dierum,arcāque fœderis Domini præcedebat eos,per dies tres prouidēs castrorum locum. ¶34 Nubes quoque Domini super eos erat per diē qui incederēt. ¶35 Quúmque eleuaretur arca,dicebat Moyses, ‖Surge Domine,& dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te,à facie tua. ¶36 Quum autem deponeretur,aiebat,Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.

CAP. XI.

1 Murmurans populus punitur igne.4 Optat carnes.6 Fastidit man.10 Murmuratio & infidelitas Moysi. 16 Onus Moysi partitur Deus in LXX seniores. 18 Carnes promittit populo Deus. 25 Prophetant LXX Seniores. 26 Eldad & Medad prophetant.31 Pluit coturnices. 33 Puniuntur carniuori.

INterea ortū est murmur populi, quasi delentium pro labore,contra Dominū. Quod quum audissetꝰ, iratus est: & accēsus in eos ignis Domini deuorauit extremam castrorum partem. ¶2 Quúmque clamasset populus ad Moysen, oranit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. ¶3 Vocanitque nomen loci illius Incendio: eo quòd succensus fuisset cōtra eos ignis Domini. ¶4 Vulgus quippe promiscuum quod ascēderat cum eis,flagrauit desyderio carnium ,sedens & fleus,iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait, ‖Quis dabit nobis ad vescendum,carnes? ¶5 Recordamur pisciū quos comedebamus in Aegypto gratis:in mentem nobis veniunt cucumeres,& pepones,porri,& cepe,& allia. ¶6 Anima nostra arida est,nihil aliud respiciūt oculi nostri niſi Mā. ¶7 Erat autem Man quasi semen coriādri, coloris bdellij. ¶8 Circuibātque populus,& colligens illud , frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. ¶9 Quúmque descēderet nocte super castra ros,descendebat pariter & Man. ¶10 Audiuit ergo Moyses flentem populum per familias,singulos per ostia tentorii sui:iratúsque est furor Domini valde:sed & Moysi intoleranda res visa est. ¶11 Et ait ad Dominum, Cur afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiā coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? ¶12 Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem,vel genui eam,vt dicas mihi,Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in Terram pro qua iurasti patribus eorum? ¶13 Vnde mihi carnes vt demtantæ multitudini tēt cōtra me, dicētes, Da nobis carnes vt comedamus. ¶14 Non possum solus sustinere omnē hunc populū,quia grauis est mihi. ¶15 Sin aliter tibi videtur,obsecro vt interficias me,& inueniam gratiam in oculis tuis,ne tāti afficiar malis. ¶16 Et dixit Dominus ad Moysen, Congrega mihi septuaginta viros de senib'Israel,quos tu nosti quòd seues populi sint ac magistri : & duces eos ad ostiū

Pſal
A
*D
1.C
B
Exo
ſap
pſa
iob
C

tabernaculi fœderis, faciêsque ibi stare tecũ,
D ¶17 vt descendam & loquar tibi: & auferã de Spiritu tuo, tradãmque eis, vt sustentẽt tecum onus populi, & non tu solus graueris. ¶18 Populo quoque dices, Sãctificamini eras: *comedetis carnes. ego enim audiui vos dicere. Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in AEgypto. vt det vobis Dominus carnes, & comedatis: ¶19 Nõ vno die, nec duobus, vel quin que aut decem, nec viginti quidẽ, ¶20 sed vsque ad mẽsem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eo quòd repuleritis Dominũ qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo, dicẽtes, Quare egressi sumus ex AEgypto, vt perirem' in solitudine'? ¶21 Et ait Moyses 'ad Dominum': Sexcenta millia pe
E ditum huius populi sunt: & tu dicis, Dabo eis esum carnium mense integro? ¶22 ‖Nunquid ouũ & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibũ? vel omnes pisces maris in vnũ congregabuntur, vt eos satient? ¶23 Cui respõdit Dominus, ‖Nunquid manus Domini inualida est? iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur. ¶24 Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba Domini, cõgregans septuaginta viros de senibus 'Israel', quos stare fecit circa tabernaculũ. ¶25 Descenditque Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de Spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Quũque requieuisset in eis
F Spiritus, prophetauerũt, nec vltrà cessauerũt. ¶26 Remanserant autem in castris duo viri, quorũ vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit Spiritus. (nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum.) Quũque prophetarẽt in castris, ¶27 Cucurrit puer, & nuntiauit Moysi, dicens, Eldad & Medad prophetant in castris. ¶28 Statim Iosue filĩ' Nun, minister Moysi, & electus è pluribus, ait, Domine mi Moyses, phibe eos. ¶29 At ille, Quid, inquit, æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis popul' prophetet, & det eis Dominus Spiritũ suũ? ¶30 Reuersúsque est Moyses, & maiores natu Israel in castra. ¶31 ‖Ventus autem egrediens à Domino, arreptas trans
G mare coturnices detulit, & demisit i castra ita vt nere quantum vno die cõfici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabãtque in aere duobus cubitis altitudine super terrã. ¶32 Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregauit coturnicũ multitudinem: qui parum, decem coros: & siccauerunt eas per gyrum castrorũ. ¶33 ‖Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hu iusce modi cibus: & ecce furor Domini cõcitatus in populum, percussit eũ plaga magna nimis. ¶34 ‖Vocatúsq; est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelierũt populum qui desyderauerat 'carnes'. ¶35 Egressi autem de Sepulchris concupiscentiæ, venerũt in Haseroth, & manserunt ibi. CAP. XII.

1 Aaron & Maria murmurãt contra Moysen. 6 Prophetæ per somnium loquitur Deus. 7 Moyses à Deo cõmendatur. 13 Orante Moyse sanatur Maria.

A LOcutaque est Maria & Aaron cõtra Moysen propter vxorem eius. AEthiopissam. ¶2 Et dixerunt, Num per solum Moysen locutus est Dominus? nõne & nobis similiter est locutus? Quod quum audisset Dominus, iratus est 'valde'. ¶3 Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in Terra. ¶4 Statim locutus est Dominus ad eum, & ad Aaron & Mariam, Egredimini vos tantum
B tres ad tabernaculum fœderis. Quúmque fuissent egressi, ¶5 Descendit Dominus in colũna nubis, & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. Qui quũ issent, ¶6 Dixit ad eos, Audite sermones meos. Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. ¶7 At non
Heb.3.a.2. talis seruus meus Moyses, ‖qui in omni domo
C mea fidelissim' est. ¶8 Ore enim ad os loquor ei: *palàm, & nõ per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detra
*& here seruo meo Moysi? ¶9 Iratúsque contra eos, abiit: ¶10 Nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculũ: & ecce Maria apparuit cãdens, lepra, quasi nix. Quúmque respexisset eã Aaron, & vidisset perfusam lepra, ¶11 Ait ad Moysen, Obsecro domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè commisimus,
D ¶12 Ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuũ quod proicitur de vulua matris suæ: ecce iam mediũ carnis eius deuoratũ est à lepra. ¶13 Clamauitque Moyses ad Dominum, dicens, Deus obsecro sana eã. ¶14 Cui respondit Dominus, Si pater eius spuisset in faciẽ illius, nõne deberet saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septẽ diebus extra castra, & postea reuocabitur. ¶15 Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus: & populus non est motus de loco illo donec reuocata est Maria.

CAP. XIII.

1 Mittuntur exploratores ad Terram Chanaan. 17 Osee qui & Iosue. 31 Caleb.

PRofectúsque est populus de Haseroth, fixis A tentoriis in deserto Pharan. ¶2 Ibique loquutus est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶3 Mitte viros qui considerent Terrã Chanaan, quã daturus sum filiis Israel, singulos de singulis tribub', ex principibus. ¶4 ‖Fecit Moyses quod Deut.1.d.23.
Dominus imperauerat, de deserto Pharã mittens principes viros, ¶5 Quorum ista sunt nomina. De tribu Rubẽ, Sammũa filium Zechur. ¶6 De tribu Simeon, Saphat filiũ Huri. ¶7 De B
tribu Iuda, Caleb filium Iephone. ¶8 De tribu Issachar, Igal filiũ Ioseph. ¶9 De tribu Ephraim, Osee filium Nun. ¶10 De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu. ¶11 De tribu Zabũlon, Geddiel filium Sodi. ¶12 De tribu Ioseph, sceptri Manasse, Gaddi filium Susi. ¶13 De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli. ¶14 De tribu Aser, Sthur filium Michael. ¶15 De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapũ. ¶16 De tribu Gad, Guel filium Machi. ¶17 Hæc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad considerandam C
Terram: vocauitque Osee filium Nun, Iosue. ¶18 Misit ergo eos Moyses ad considerandam Terrã Chanaan, & dixit ad eos, Ascendite per Meridianam plagam. Quúmque veneritis ad montes, ¶19 Considerate Terram, qualis sit: & populũ qui habitator est eius, vtrũ fortis sit an infirm', pauci numero an plures: ¶20 Ipsa terra, bona an mala: vrbes quales, muratæ, an absque muris: ¶21 Humus, pinguis an sterilis,

D nemorosa an absque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus Terræ. Erat autem tempus quùdo iam præcoquæ vuæ vesci possunt. ¶22 Quúmque ascendissent, exploraverunt Terram à deserto Sin, vsque Rohob intrantibus Emath. ¶23 Ascenderúntque ad Meridié, & venerút in Hebron, vbi erát Achiman & Sisai & Tholmai filii Enac. nã Hebron septé annis ante Tanim vrbem Aegypti cõdita est.

Deut.1.d.24. ¶24 ‖Pergentésque ad Torrétem botri, abscíderunt palmitem cum vna fua, quem portauerunt in vecte duo viri: de malis quoq; granatis & de ficis loci illius tulerũt. ¶25 Qui appellatus est Nehel-escol, id est Torrẽs botri, eo quòd botrũ portassent inde filii Israel. ¶26 Reuertíque exploratores Terræ post quadraginta dies, omni regione circuita, ¶27 venerũt ad Moysen & Aaron & ad omné cœtum filiorum Israel in desertum Pharã, quod est in Cades: locutique eis & omni multitudini, ostéderunt fructus Terræ. ¶28 Et narrauerunt, dicẽtes, Venimus in Terram ad quam ‖misistis nos, quæ re vera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: ¶29 Sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atque muratas. Insuper Enac vidimus ibi: ¶30 Amalec habitat in Meridie, Hethæus & Iebusæus & Amorrhæus in mõtanis. Chananæus verò moratur iuxta Mare & circa fluẽta Iordanis. ¶31 Inter hæc Caleb cõpescens murmur populi qui oriebatur contra Moysen, ait, Ascendamus, & possideamus Terram: quoniam poterimus obtinere eam. ¶32 Alii verò qui fuerant cum eo, dicebant, Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. ¶33 Detraxerúntq; Terræ quam inspexerãt, apud filios Israel, dicentes, Terra quam lustrauimus, devorat habitatores suos: populus quem aspeximus proceræ staturæ est: ¶34 ibi vidimus mõstra quædã filiorũ Enac de genere gigãteo, quibus cõparati, quasi locustæ videbamur. CAP. XIIII.

1 Populus flens & murmurãs ob exploratæ Terræ desperationẽ, Caleb & Iosue vult lapidare. 11 Iratus Dominus in populum infidelem, oratione Moysi placatur. 18 Misericordia Dei. 27 Murmuratoribꝰ prædicitur interitus. 31 Fornicatio. 36 Moriuntur exploratores præter Caleb & Iosue. 45 Amalec occidit Israelitas iniussu Dei pugnantes.

A Igitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, ¶2 Et murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filii Israel, dicentes, vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. ¶3 Vtinam pereamus, & nõ inducat nos Dominus in Terram istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducãtur captiui. Nõne melius est reuerti in Aegyptũ? ¶4 Dixerúntque alter ad alterum. Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptũ. ¶5 Quo audito Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Israel. ¶6 ‖At vero Iosue filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant Terram, sciderunt vestimenta sua, ¶7 Et ad omné multitudinẽ filiorum Israel locuti sunt, B Terra quam circuiuimus, valde bona est: ¶8 Si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eã, & tradet nobis lacte & melle manãtẽ. ¶9 Nolite rebelles esse contra Dominum: neque timeatis populum Terræ huius: quia sicut panem, ita eos possumus deuorare. recessit ab eis omne præsidium: Dominus nobiscum est, nolite metuere. ¶10 Quúmque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini super tectũ fœderis cunctis videntibus filiis Israel. ¶11 Et dixit Dominꝰ ad Moysen, vsquequo detrahet mihi populus iste? Quousque non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? ¶12 Feriam igitur eos pestilentia atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnã, & fortiorem quàm hæc est. ¶13 Et ait Moyses ad Dominum, ‖ Vt audiant Aegyptii de quorum medio eduxisti populum istum, ¶14 Et habitatores Terræ huius (qui audierunt quòd tu Domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciẽ, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem) ¶15 Quòd occideris tãtam multitudinem quasi vnum hominẽ: & dicant, ¶16 ‖Non poterat introducere populũ in Terram pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine. ¶17 Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut iurasti, dicens, ¶18 ‖Dominus patiẽs & multæ misericordiæ, auferés iniquitatem & sceleta, nullúmque innoxium derelinquẽs, qui vltras peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. ¶19 Dimitte obsecro peccatum populi tui huius secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de Aegypto vsque ad locũ istum. ¶20 Dixitque Dominus, Dimísi iuxta verbũ tuum. ¶21 Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuersa terra. ¶22 Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam, & ſigna quæ feci in Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, ¶23 Non videbunt Terram pro qua iurani patribus eorum, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. ¶24 *Seruum meum Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me, inducã in Terram hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam. ¶25 Quoniam Amalecites & Chananæus habitãt in vallibus, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinẽ per viã Maris rubri. ¶26 Locutúsque est Dominus ad Moysen & Aarõ, dicẽs, ¶27 Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat cõtra me? querelas filiorũ Israel audiui. ¶28 Dic ergo eis, Viuo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis: ¶29 In solitudine hac iacebunt cadauera vestra: omnes qui numerati estis à vigintí ánis & suprà, & murmurastis cõtra me, ¶30 Nõ intrabitis Terram super quam leuaui manum meam vt habitare vos facerẽ, ‖præter Caleb filiũ Iephone, & Iosue filiũ Nũ. ¶31 Parvulos autem vestros de quibus dixistis quòd prædæ hostibus forent, introducã: vt videant Terram quæ vobis displicuit. ¶32 Vestra cadauera iacebũt in solitudine. ¶33 Filii vestri erũt vagi in deserto annis quadraginta, & portabũt fornicationem vestram, donec cõsumãtur cadauera patrũ in deserto, ¶34 iuxta numerum quadraginta dierũ quibus cõsiderastis Terrã: (annus pro die imputabitur) & quadraginta

Deut.1.d.24.

Num.16.d.41.

Exo.

Exo.

Deu.

Psa.

Psa.

Iosue

Exec.

Psal.

annis recipietis iniquitates vestras,& scietis vltionē meā. ¶35 Quoniā sicut locutus sum,ita faciā omni multitudini huic pessimæ quæ cō surrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet & morietur. ¶36 Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contemplandam Terram,& qui reuersi murmurare fecerāt contra eū omnem multitudinem, detrahentes Terræ quòd esset mala, ¶37 ‖Mortui sunt atque percussi in cōspectu Domini. ¶38 Iosue autē filius Nun, & Caleb filius Iephone vixerūt ex omnib⁹ qui perrexerant ad consyderandā Terrā. ¶39 Locutúsq; est Moyses vniuersis verba hæc ad omnes filios Israel,& luxit popul⁹ nimis. ¶40 Et ecce mane primo surgentes, ‖ascenderunt verticem montis,atque dixerūt, Parati sumus ascēdere ad locū de quo Dominus locutus est: quia peccauimus. ¶41 Quibus Moyses, Cur, inquit, trans gredimini verbū Domini,quod vobis non cedet in prosperum? ¶42 Nolite ascendere:nō enim est Dominus vobiscum:ne corruatis coram inimicis vestris. ¶43 Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis,eo quòd nolueritis acquiescere Domino,nec erit Dominus vobiscum. ¶44 At illi contenebrati ascenderunt in verticem mōtis: arca autem testamenti Domini & Moyses nō recesserunt de castris. ¶45 Descenditque Amalecites & Chananæus qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens,persecutus est eos vsque Horma.

CAP. XV.

2 Libamenta terram ingressis offerenda. 20 Primitiæ. 30 Pœna peccantis per superbiā. 32 Colligēs ligna i sabbatho lapidatur. 36 Fimbriæ. 39 Fornicatio. 40 Sancti.

LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens, ¶2 Loquere ad filios Israel,& dices ad eos, Quū ingressi fueritis Terram habitationis vestræ quam ego dabo vobis, ¶3 Et feceritis oblationem Domino in holocaustum aut victimā pacificam vota soluentes, vel sponte offerētes munera, aut in solennitatibus vestris adolentes odorem suauitatis Domino , de bobus siue de ouibus: ¶4 Offeret quicunque immolauerit victimam, sacrificium similæ,decimā partem ephi conspersam oleo,quod mensura habebit quartam partem hin: ¶5 Et vinum ad libā fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum siue in victimam per agnos singulos. ¶6 Et arietes,erit sacrificium similæ duarū decimarum quæ conspersa ūt oleo tertiæ partis hin: ¶7 Et vinum ad libamētum tertiæ partis eiusdem mēsuræ offeret in odorem suauitatis Domino. ¶8 Quādo verò de bobus feceris holocaustum aut hostiam, vt impleas votum, vel pacificas victimas. ¶9 Dabis per singulos boues similæ tres decimas conspersæ oleo,quod habeat medium mēsuræ hin, ¶10 Et vinum ad libā fundēda eiusdem mēsuræ in oblationem suauissimi odoris Domino. ¶11 Sic facies per singulos boues & arietes & agnos & hœdos. ¶12 Tam indigenæ quàm peregrini eodē ritu offerent sacrificia. ¶13 Vnum præceptum erit atque iudiciū tam vobis quàm aduenis Terræ. ¶14 Locutus est Dominus ad Moysen, dicens, ¶15 Loquere filiis Israel,& dices ad eos, Quum veneritis in Terram quā dabo vobis, ¶16 Et cōmederitis de panibus regionis illius,separabitis primitias Domino. ¶17 De cibis vestris sicut de areis primitias separabitis,ita & de pulmentis dabitis primitiua Domino. ¶18 Quòd si per ignorātiam præterieritis quicquam horū quæ locutus est Dominus ad Moysen, ¶19 Et mandauit per eum ad vos,a die qua cœpit iubere & vltrà. ¶20 Oblitique fueritis facere multitudo: offeret vitulum de armēto,holocaustū in odorem suauissimum Dominō, & sacrificiū eius ac liba vt ceremoniæ postulant, hircūmque pro peccato. ¶21 Et rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorū Israel: & dimittetur eis, quoniam non sponte peccauerunt, nihilominus offerentes incensum Domino pro se & pro peccato ato: errore suo. ¶22 Et dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinantur inter eos, quoniam culpa est omnis populi per ignorantiam. ¶23 Quòd si anima vna nescius peccauerit,offeret captā anniculam pro peccato suo: ¶24 Et deprecabitur pro ea sacerdos,quòd inscia peccauerit, coram Domino:impetrabitque ei veniā,& dimittetur illi. ¶25 Tā indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorātes. ¶26 Anima verò quæ per superbiā aliquid commiserit, siue ciuis ūt ille,siue peregrinus: quoniam aduersus Dominū rebellis fuit,peribit de populo suo. ¶27 Verbum enim Domini contemptū,& præceptum illius fecit:iritum: ideirco delebitur,& portabit iniquitatē suam. ¶28 Factum est autem:quū essent filii Israel in solitudine, & inuenissent hominē colligētem ligna in die Sabbathi. ¶29 Obtulerūt eum Moysi & Aaron & vniuersæ multitudini. ¶30 Qui reclusserunt eum in carcerem,nescientes quid super eo facere deberent. ¶31 Dixitque Dominus ad Moysen, Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. ¶32 Quúmque eduxissent eum foras, obruerūt eū lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus. ¶33 Dixit quoq; Dominus ad Moysen, ¶34 Loquere filiis Israel, & dices ad eos,Vt faciāt sibi fimbrias per angulos pallíorum, ponentes in eis vittas hyacinthinas: ¶35 Quas quū viderint,recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas & oculos per res varias fornicantes. ¶36 Sed magis memores præceptorū Domini faciāt ea,sintq; sancti Deo suo. ¶37 Ego Dominus Deus vester,qui eduxi vos de Terra Ægypti,vt esse Deus vester.

CAP. XVI.

1 Rebellio Core, Dathan & Abirom. 28 Missus Moyses. 41 Murmurantes in Moysen pereunt.

ECce autem Core filius Isaar, filii Caath,filii Leui, & Dathan atque Abirom filii Eliab, Hon quoq; filius Phaleth de filiis Rubē, ¶2 ‖Surrexerunt contra Moysen,alíique filiorum Israel ducenti quinquaginta viri principes synagogæ,& qui tempore consilii per nomina vocabantur. ¶3 Quúmque stetissent aduersum Moysen & Aaron,dixerunt, Sufficiat vobis,quia omnis multitudo sanctorum est,& in ipsis est Dominus: cur eleuamini super populum Domini? ¶4 Quod quum audisset Moyses,cecidit pronus in faciē: ¶5 Locutúsque ad Core & ad omnē multitudinē,Mane, inquit, notum faciet Dominus qui ad se pertineāt, &

*versus 21. Hebræo deest.

sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei. ¶6 Hoc igitur facite. Tollat vnusquisque thuribula sua, tu Core & omne cō
B cilium tuū: ¶7 Et hausto cras igne ponite desuper thymiama coram Domino: & quencunque elegerit, ipse erit sanctus. multum erigimini filii Leui. ¶8 Dixitque rursum ad Core, Audite filii Leui, ¶9 Num parum vobis est quòd separauit vos Deus Israel ab omni populo, & junxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis eis ¶10 Idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam sacerdotium vēdicetis, ¶11 Et omnis globus tuus stet contra Dominum? quis est enim Aaron vt murmuretis contra eum? ¶12 Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abirom filios Eliab. Qui respondērunt, Non venimus, ¶13 Nūquid parum est tibi quòd eduxisti nos de terra ^Aegypti^ quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostrī? ¶14 Reuera induxisti nos in Ter-
C ram quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearū? an & oculos nostros vi eruere nō venimus. ¶15 Ira tūsque Moyses valde, ait ad Dominum, Ne respicias sacrificia eorum. tu scis quòd nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec affixerim quempiā eorum. ¶16 Dixitque ad Core, Tu, & omnis cōgregatio tua state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim. ¶17 Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerētes Domino, ducenta quinquaginta thuribula. Aarō quoque teneat thuribulum suum. ¶18 Quod quum fecissent, stantibus Moyse & Aarō, ¶19 Et coacto aduersum eos omnem multitudine ad ostiū tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini. ¶20 Locutūsq; Dominus ad Moysen & Aaron, ait, ¶21 Separamini de medio congregationis huius, vt eos repēte disperdā. ¶22 Qui
D ceciderunt pronī in faciē, atque dixerunt, Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet?
¶23 Et ait Dominus ad Moysen, ¶24 Præcipe vniuerso populo vt separetur à tabernaculis Core & Dathan & Abirō. ¶25 Surrexitq; Moyses, & abiit ad Dathan & Abirom: & sequentibus eum senioribus Israel, ¶26 Dixit ad turbā, Recedite à tabernaculis hominum ^ impiorū, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involuamini in peccatis eorū. ¶27 Quūmque recessissent à tentortis eorum per circuitum, Dathan & Abirom egressi stabant in introitu papilionum suorum cum vxoribus & liberis, omnique frequentia. ¶28 Et ait Moyses, In hoc sciētis quòd Dominus miserit me vt faciem vniuersa quæ cernitis, & nō ex proprio ea cor de protulerim: ¶29 Si cōsueta hominū morte interierit, & visitauerit eos plaga, qua & cæte-
E ri visitari solēt: nō misit me Dominꝰ. ¶30 Sin autem nouā rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os suum deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinent, descēderintque viuentes in infernū, scietis quòd blasphemauerint Dominū.
Deut.11.6. ¶31 ‖Cōfestim igitur vt cessauit loqui, dirupta
2.Pet.2.4. est terra sub pedibus eorum: ¶32 Et aperiēs os
Psal.105.c.17. suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorum. ¶33 Descēderūntque viui in infernū operti humo, & perierūt de medio multitudinis. ¶34 At verō omnis Israel qui stabat per gyrū, fugit à clamore pereuntium, dicens, Ne fortè & nos terra deglutiat. ¶35 Sed & ignis egressus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incensum. ¶36 Locutūsque est Dominus ad Moysen, dicēs, ¶37 Præcipe Eleazaro filio Aarō sacerdoti vt tollat thuribula quæ iacēt in incendio, & ignem huc illūcque dispergat: F quoniā sanctificata sunt ¶38 In mortibus peccatorū: producātque ea in laminas, & affigat altari, eo quòd oblatū sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, vt cernant ea pro signo & monimento filii Israel. ¶39 Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea in quib' obtulerant hi quos incēdium deuoranit, & produxit ea in laminas, affigens altari: ¶40 Vt haberent posteri filii Israel quibus commoneren-
tur, nequis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron ad offerēdum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, & omnis cōgregatio eius loquente Domino ad Moysen. ¶41 Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens, Vos interfecistis populum Domini. ¶42 ^Quūmq; oriretur seditio, & tumultus incresceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculū fœderis: quod postquam ingressi G sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini. ¶44 Dixitq; Dominus ad Moysen. ¶45 Recedite de medio huius multitudinis, etiā nunc delebo eos. Quūmque iacerēt in terra, ¶46 Dixit Moyses ad Aaron, Volle thuribulū, & hausto igne de altari, mitte incēsum, & festinanter egredere ad populum vt roges pro eis: iam enim egressa est ira à Domino, & plaga desæuit. ¶47 Quod quum feciſſet Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama: ¶48 Et stans inter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. ¶49 Fuerunt autem qui perierūt sunt quatuordecim millia hominum & septingenti, absque his qui perierant in seditione Core. ¶50 Reuertūsq; est Aaron ad Moysen ad ostiū tabernaculi fœderis postquā quieuit interitus. ✠ AP. XVII.

De virga Aaronis germinante.

ET locutus est Dominus ad Moysen, dicēs, ¶2 Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cūctis principibus tribuū. virgas duodecim, & vnius cuiusque nomē superscribes virgæ suæ. ¶3 Nomen autē Aaron erit in tribu Leui: & vna virga cunctas eorum familias continebit. ¶4 Ponēsque eas in tabernaculo fœderis coràm testimonio vbi loquar ad te. ¶5 Quem ex his elegero, germinabit virga ei^: & cohibebo à me querimonias filiorū Israel, quibus cōtra vos murmurāt. ¶6 Locutūsque est Moyses ad filios Israel: & dederūt ei omnes principes virgas per singulas tribus: fuerūntque virgæ duodecim absq; virga Aarō. ¶7 Quas quū posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonii, C ¶8 Sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: & turgentibus gemmis eruperāt flores, qui foliis dilatatis, in

amygdalas deformatæ ſunt. ¶ 9 Protulit ergo Moyſes omnes virgas de cõſpectu Domini ad cunctos filios Iſrael: viderúntq;, & receperũt ſinguli virgas ſuas. ¶ 10 Dixitque Dominus ad Moyſen, Refer virgam Aaron in tabernaculũ teſtimonii, ut ſeruetur ibi in ſignũ rebellium filiorũ Iſrael, vt quieſcãt querelæ eorũ à me, ne moriantur. ¶ 11 Fecitque Moyſes ſicut præceperat Dominus. ¶ 12 Dixerunt autem filii Iſrael ad Moyſen, Ecce cõſumpti ſumus, omnes 'peribimus': ¶ 13 Quicũque accedit ad taberna culũ Domini, moritur. nũ vſque ad internecionem cũcti deledi ſumus? CAP. XVIII.

1 Officia Leuitarum. 10 Aaronis hæreditas, Deus. 21 Decimæ erant Leuitarum.

DIxitque Dominus ad Aaron, Tu, & filii tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatẽ ſanctuarii: & tu & filii tui ſimul ſuſtinebitis peccata ſacerdotii veſtri. ¶ 2 Sed & fratres tuos de tribu Leui, '& ſceptro' patris tui ſume tecum, præſtóque ſint, & miniſtrent tibi: tu autem & filii tui miniſtrabitis in tabernaculo teſtimonii. ¶ 3 Excubabũtque Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi: ita dũntaxat vt ad vaſa ſanctuarii & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis ſimul. ¶ 4 Sint autem tecum, & excubẽt in cuſtodiis tabernaculi, & in omnibus ceremoniis eius. alienigena non miſcebitur vobis. ¶ 5 Excubate in cuſtodia ſãctuarii, & in miniſterio altaris: ne oriatur indignatio ſuper filios Iſrael. ¶ 6 Ego dedi vobis fratres veſtros Leuitas de medio filiorum Iſrael, & tradidi donum Domino, vt ſeruiant in miniſteriis tabernaculi eius. ¶ 7 Tu autem & filii tui cuſtodite ſacerdotium veſtrum: & omnia quæ ad cultũ altaris pertinent, & intra velum ſunt, per ſacerdotes adminiſtrabũtur. Quis externus accesſerit, occidetur. ¶ 8 Locutúſq; eſt Dominus ad Aaron, Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarum mearum: omnia quæ ſanctificãtur à filiis Iſrael, tradidi tibi & filiis tuis pro officio ſacerdotali, legitima ſempiterna. ¶ 9 Hæc ergo accipies de his quæ ſanctificantur, & oblata ſunt Domino. Omnis oblatio, & ſacrificium, & quicquid pro peccato atq; delicto redditur mihi, & 'cedet' in ſãcta ſanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum. ¶ 10 In ſanctuario comedes illud: mares tantũm edent ex eo, quia conſecratum eſt tibi. ¶ 11 Primitias autem quas vouerint, & obtulerint filii Iſrael, tibi dedi, & filiis tuis, ac filiabus tuis iure perpetuo. qui mũdus eſt in domo tua, veſcetur eis. ¶ 12 Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, quicquid offerunt primitiarũ Domino, tibi dedi. ¶ 13 Vniuerſa frugum initia, quæ gignit humus, & Domino deportantur, cedẽt in vſus tuos. qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis. ¶ 14 Omne quod ex voto reddiderint filii Iſrael, tuum erit. ¶ 15 Quicquid primum 'erumpet' è vulua cunctæ carnis, quam offerũt Domino, ſiue ex hominibus, ſiue de pecorib' fuerit, tui iuris erit. ita dũntaxat vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundũ eſt, redimi facias, ¶ 16 Cuius redẽptio erit poſt vnũ menſem, ſiclis argenti quinque, pondere ſanctuarii. ſiclus viginti obolos habet. ¶ 17 Primogenitum autem bouis & ouis & capræ nõ facies redimi, quia ſanctificata ſunt Domino. ſanguinẽ tantũm eorum fundes ſuper altare, & adipes adolebis in ſuauiſſimum odorẽ Domino. ¶ 18 Carnes verò in vſum tuũ cedent: ſicut pectuſculum conſecratum, & armus dexter, tua erũt. ¶ 19 Omnes primitias ſanctuarii quas offerunt filii Iſrael Domino, tibi dedi & filiis, ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactum ſalis eſt ſempiternum coràm Domino tibi ac ſiliis tuis. ¶ 20 Dixitque Dominus ad Aaron, In terra eorum nihil 'poſſidebitis, nec habebitis 'partem inter eos: ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. ¶ 21 Filiis autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſſionem pro miniſterio quo ſeruiũt mihi in tabernaculo fœderis: ¶ 22 Vt non accedant vltrà filii Iſrael ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum. ¶ 23 Solis filiis Leui mihi in tabernaculo ſeruientibus, & portãtibus peccata populi. legitimum ſempiternũ erit in generationibus veſtris. Nihil aliud poſſidebunt. ¶ 24 Decimarum oblatione contẽti, quas i vſus eorũ & neceſſaria ſeparaui. ¶ 25 Locutúſq; eſt Domin' ad Moyſen, dicẽs, ¶ 26 Præcipe Leuitis, atque denũtia, Quum acceperitis à filiis Iſrael decimas quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id eſt decimã partem decimæ. ¶ 27 Vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum tam de areis quàm de torcularibus. ¶ 28 Et vniuerſis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date ea Aarõ ſacerdoti. ¶ 29 Omnia quæ offeretis ex decimis & in donaria Domini ſeparabitis optima & electa erunt cũcta. ¶ 30 Dicẽſque ad eos, Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quaſi de area & torculari dederitis primitias: ¶ 31 Et comedetis eas ĩ omnibus locis veſtris, tam vos quàm familiæ veſtræ: quia pretiũ eſt pro miniſterio quo ſeruitis in tabernaculo teſtimonii. ¶ 32 Et non peccabitis ſuper hoc, egregia vobis & pinguia reſeruantes: ne polluatis oblationes filiorum Iſrael, & moriamini.

CAP. XIX.

1 Vacca rufa. 14 Lex mortientis in taberna culo. 16 Lex tangentis immundum.

LOcutúſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicẽs, ¶ 2 Iſta eſt religio victimæ, quã cõſtituit Dominus. Præcipe filiis Iſrael vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla ſit macula, nec portauerit iugum: ¶ 3 'Tradẽſque' eam Eleazaro ſacerdoti, qui eductam extra caſtra, immolabit in conſpectu omnium: ¶ 4 Et tingens digitum in ſanguine eius, aſperget cõtra fores tabernaculi ſeptem vicibus. ¶ 5 Comburẽt que eam cunctis videntibus, tam pelle & carnibus eius, quàm ſãguine & ſimo flammæ traditis. ¶ 6 Lignum quoque cedrinum, & hyſſõpum, coccũmque bis tinctũ ſacerdos mittet in flammam quæ vaccam vorat. ¶ 7 Et tunc demum lotis veſtibus, & corpore ſuo, ingredietur in caſtra, cõmaculatúſque erit vſque ad veſperum. ¶ 8 Sed & ille qui combuſſerit eam, lauabit veſtimenta ſua & corpus, & immundus erit vſque ad veſperum. ¶ 9 Colliget autem vir mũdus cineres vaccæ, & effundet eos extra caſtra in loco puriſſimo, vt ſint multitudini filiorũ Iſrael in cuſtodiã, & in aquã aſperſionis: quia pro peccato vac-

'poſſidebis, nec habebis Deut. 10. b. 9. & 18. a. 2. ioſ. 13. b. 14. & d. 33. ezec. 44. a. 28.

'Tradetiſque Hebr. 9. d. 13.

ca cõbusta est. ¶10 Quúmq; lauerit qui vaccæ portauerat cineres vestimenta sua, *immúdus erit* vsque ad vesperum. Habebunt hoc filii Israel & aduenæ, qui habitãt inter eos, sanctum iure perpetuo. ¶11 Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septẽ diebus fuerit immúdus: ¶12 Aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mundabitur. ¶ die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emũdari.

C ¶13 Omnis qui tetigerit humanæ animæ mortis cinũ, & aspersus hac cõmistione non fuerit, *pollúet tabernaculum Domini, & peribit ex Israel: quia aqua expiationis nõ est aspersa, immúdus erit, & manebit spurcitia el' super eũ.* ¶14 Ista est lex hominis q moritur in tabernaculo, ◉ mnes qui ingrediuntur tẽtorium illius, & vniuersa vasa quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus. ¶15 Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam dẽsuper, immúdum erit. ¶16 Siquis in agro tetigerit cadauer occísi hominis, aut per se mortui, siue os illíus, vel sepulchrum, immundus erit septem dieb'. ¶17 Tollẽtque de cineribus combustionis ae que peccati, & mittent aquas viuas super eos in vas: ¶18 In quibus quũ homo mundus tinxerit hyssopũ, asperget ex eo omne tentorũ, & cunctam supellectilem, & homines huiuscemodi contagione pollutos. ¶19 Atque hoc modo mundus lustrabit immundum *tertio & septimo die*, expiatúsque die septimo, lauabit & se & vestimenta sua, & immundus erit vsq; ad vesperum. ¶20 Siquis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio ecclesiæ: quia sanctuariũ Domini polluit, & nõ est aqua lustrationis aspersus. ¶21 Erit hoc præceptum legitimum sempiternum: ipse quoq; qui aspergit aquas, lauabit vestimenta sua: omnis qui tetigerit aquas expiationis, immúdus erit vsque ad vesperum. ¶22 Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet: & anima quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit vsque ad vesperum.

## CAP. XX.

1 Moritur Maria. 2 Populo murmurãti data aqua è petra. 12 Infidelitas Moysi & Aaronis. 14 Edom negat transitum Israelitis. 25 Moritur Aaron. 28 Substituitur Eleazarus.

A VEnerũtque filii Israel, & omnis multitudo in desertum Sin mense primo: & mãsit populus in Cades. Mortúq; est ibi Maria, *& sepulta in eodem loco.* ¶2 Quúmque indigeret aqua populus, cõuenerũt aduersum Moysen & Aaron. ¶3 *Et* vertit in seditionem, dixerũt. *Vtinam perlissemus inter* fratres nostros

10.17 2.1.4. corã Domino. ¶4 *Cur eduxistis* ecclesiam Domini in solitudinem, vt & nos, & nostra iumẽta moriamur? ¶5 Quare nos fecistis ascendere de Ægypto, & adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, insuper & aquam non habet ad bibendum? ¶6 Ingressúsque Moyses & Aaron dimissa multitudine in tabernaculum fœderis, corruerũt pront in terram, clamauerũntq; ad Dominum, atque dixerunt. Domine Deus audi clamorẽ huiuspopuli, & aperi eis thesaurum tuum fontẽ aquæ viuæ, vt satiati cesset murmuratio eorum', &

B apparuit gloria Domini super eos. ¶7 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicẽs. ¶8 Tolle virgam, & congrega populum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas: quúmque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & iumenta eius. ¶9 Tulit igitur Moyses virgã, quæ erat in cõspectu Domini, sicut præceperat ei, ¶10 Cõgregata multitudine ante petram: dixitq; eis, Audite rebelles & incredúli, ‖ Nũ de petra hac vobis aquam poterimus elicere? ¶11 Quúmque eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta*. ¶12 Dixitq; Dominus ad Moysen & Aaron. ‖ Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terrã quam dabo eis. ¶13 Hæc est aqua cõtradictionis, vbi iurgati sunt filii Israel cõtra Dominũ, & sanctificatus est in eis. ¶14 Mittit interea nũ C tios Moyses de Cades ad regem Edom, qui dicerent, Hæc mãdat frater tuus Israel, Nosti omnem laborem qui apprehẽdit nos, ¶15 Quomodo descenderint patres nostri in Ægyptũ, & habituerimus ibi multo tempore: affixerintque nos Ægyptii, & patres nostros: ¶16 Et quomodo clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, misertique Angelum qui eduxerit nos de Ægypto. *Ecce in vrbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi, ¶17 Obsecramus vt nobis tranſire liceat per terram tuã. *Non ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos.

D ¶18 Cui respondit Edõ, Non transibis per me, alioquin armatus occurrã tibi. ¶19 Dixerũtque filii Israel, Per tritam gradiemur viam: & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra, dabimus quod iustum est: nulla erit in pretio difficultas, tantũ velociter transeamus. ¶20 At ille respondit, Non *transibitis*. Statimque egressus est obuius cum infinita multitudine, & manu forti, ¶21 Nec voluit acquiescere deprecanti, vt concederet transitum per fines suos. quõ ob rẽ diuertit ab eo Israel. ¶22 Quúmque castra mouissent de Cades, venerũt in mõtem Hor, qui est in finibus terræ Edõ: ¶23 Vbi locut' est Dominus ad Moysen, dicẽs. ¶24 Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: non enim introibit terrã quam dedi filiis Israel, eo quòd incredulus fuerit ori meo ad Aquas contradictionis. ¶25 Tolle Aaron & filium eius cum eo, & duces eos in montem Hor. ¶26 Quúmque nudauerit patrem veste sua, induet ea Eleazarum filium eius, & Aaron colliget, & morietur ibi. ¶27 Fecit Moyses vt præceperat Dominus, & ascenderunt in montem Hor corã omni multitudine. ¶28 Quúmque Aarõ spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarũ filiũ eius. Ille mortuo in mõte supercilio, descẽdit cũ Eleazaro. ¶29 Omnis autẽ multitudo vidẽs occubuisse Aarõ, fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.

## CAP. XXI.

1 Vincit Israel regẽ Arad. 1 Votum Israelitis cõditione. 5 Horma. 6 Rebellis Israel percutitur à serpẽtibus ignitis. 9 Serpẽs ignit' figura Christi. 24 Vincitur Sehon. 33 Percutit Og.

QVod quũ audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiẽ, venisse sci-

A Exo. 17. Deu. 9. & 33. Psal. 80. & 105. Sap. 10. 1. Cor. 10. *eius Deu. 32. 17

C Deu. 2. 27.

*tran. D

Deut. 32. e

Deut. 10. 6

Deut. 34. 8

A Iud. 1. 33. e

licet Israel per exploratorũ viam, pugnauit cõtra illũ, & victor existens, duxit ex eo prædam. ¶2 At Israel voto se Domino obligans, ait, Si tradideris populũ istum in manu mea, delebo vrbes eius. ¶3 Exaudiuitque Dominus preces Israel, & tradidit Chananæũ, quem ille interfecit subuertĩs vrbibus eius: & vocauit nomẽ loci illius, Horma: id est anathema. ¶4 Profecti sunt autem & de monte Hor, per viam quæ ducit ad Mare rubrũ, vt circumirent Terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris: ¶5 Locutúsque contra Dominum & Moysen, ait, Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ: anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. ¶6 Quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum. ¶7 Venerunt ad Moysen, atq; dixerũt, Peccauimus, quia locuti sumus cõtra Dominũ & te: ora vt tollat à nobis serpẽtes. Orauit Moyses pro populo. ¶8 Et locutus est Dominus ad eũ, Fac serpẽtẽ æneũ, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, viuet. ¶9 Fecit ergo Moyses serpẽtem æneũ, & posuit eum pro signo: quem cũ percussi aspicerent, sanabãtur. ¶10 Profectique filii Israel castrametati sunt in Oboth. ¶11 Vnde egressi ũxere tentoria in Ieabarim, in solitudine quæ respicit Moab contra Orientalẽ plagã. ¶12 Et inde mouentes, venerunt ad Torrentẽ Zared. ¶13 Qui relinquẽtes castrametati sunt cõtra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi. Liquidẽ Arnon terminus est Moab, diuidẽs Moabitas & Amorrhæos. ¶14 Vnde dicitur in libro bellorũ Domini, Sicut fecit in Mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnõ. ¶15 Et scopuli torrẽtis inclinati sunt, vt requiescerent in Ar moab, & recumberent in finibus Moabitarũ. ¶16 Et ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen, Congrega populũ, & dabo ei aquam. ¶17 Tunc cecinit Israel carmen istud. Ascẽdat puteus, & cõcinebãt. ¶18 Puteus quẽ foderũt principes & paranerũt duces multitudinis in datore legis, & in baculis suis. Profectique fuit de solitudine Mathana: ¶19 De Mathana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth. ¶20 Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit cõtra desertũ. ¶21 Misit autem Israel nũtios ad Sehõ regem Amorrhæorum, dicẽs, ¶22 Obsecro vt trãsire mihi liceat per terram tuã: nõ declinabimus in agros & vineas: nõ bibẽmus aquas ex puteis. via regia gradiemur, donec trãseamus terminos tuos. ¶23 Qui cõcedere noluit vt trãsiret Israel per fines suos: quin potius exercitu cõgregato, egressus est obuiã i desertum, & venit in Iasa, pugnauitque cõtra eũ. ¶24 Aquo percussus est in ore gladii, & possessa est terra eius ab Arnõ vsque Iaboc, & filios Ammõ: quia forti præsidio tenebãtur termini Ammonitarũ. ¶25 Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet, & vicubs eius. ¶26 Vrbs Hesebõ fuit Sehõ regis Amorrhæi, qui pugnauit cõtra regẽ Moab: & tulit omnẽ terram quæ ditionis illius fuerat, vsque Arnon. ¶27 Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Hesebon, ædificetur, & construatur ciuitas Sehon. ¶28 Ignis egressus est de Hesebon, flãma de oppido Sehon. & deuorauit Ar Moabitarũ, & habitatores excelsorum Arnõ. ¶29 Væ tibi Moab, periisti populc Chamos. Dedit filios eius fugã. & filias in captiuitatẽ regi Amorrhæorũ Sehõ. ¶30 Iugũ ipsorũ disperiit ab Hesebõ vsque Dibõ, lassi peruenerũt in Nophe, & vsque Medaba. ¶31 Habitauit itaque Israel in Terra Amorrhæi. ¶32 Misitq; Moyses qui exploraret Iazer: cuius ceperunt viculos, & possederũt habitatores. ¶33 Verterũntque se, & ascẽderũt per viã Basan, & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo, pugnaturus in Edrai. ¶34 Dixitque Dominus ad Moysen, Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, & omnem populum, ac terram eius: faciẽsque illi sicut feci sti Sehon regi Amorrhæorũ habitatori Hesebon. ¶35 Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis, vniuersũmque populum eius vsque ad internecionẽ, & possederũt terram illius.

## CAP. XXII.

1 Balac accersit Balaam prophetã vt maledicat Israeli. 18 Balaam nihil potest contra Dei voluntatem. 21 Euntem Balaam corripit Angelus, cui ipse alĩa loquitur.

PRofectique castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est. ¶2 Videns autẽ Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, ¶3 Et quòd pertimuissent eũ Moabitæ, & impetum eius ferre nõ possent, ¶4 Dixit ad maiores natu Madian, Ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorãtur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse autẽ erat eo tẽpore rex in Moab. ¶5 Misit ergo nũtios ad Balaã filiũ Beor ariolũ, qui habitabat super flumen terræ filiorũ Ammõ, vt vocarent eum, & dicerent, Ecce egressus est populus ex Aegypto, qui operuit superficiẽ terræ, sedẽs cõtra me. ¶6 Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me est: siquo modo possim percutere, & eiicere eũ de terra mea. Noui enim quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta conge seris. ¶7 Perrexerũntq; seniores Moab, & maiores natu Madian habentes diuinationis pretium in manibus. Quúmque venissent ad Balaã, & narrassent ei omnia verba Balac, ¶8 Ille respondit, Manete hic nocte, & responsebo quicquid mihi dixerit Dominus. Manentibus autem illis apud Balaam, ¶9 Venit Deus, & ait ad eum, Quid tibi volunt homines isti apud te? ¶10 Respõdit, Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, ¶11 Dicẽs, Ecce populus qui egressus est de Aegypto operuit superficiem terræ: veni, & maledic ei, siquo modo possim pugnãs abigere eum. ¶12 Dixitque Deus ad Balaã, Noli ire cũ eis, neque maledicas populo, quia benedictus est. ¶13 Qui mane cõsurgens dixit ad principes, Ite in terrã vestrã, quia prohibuit me Dominus venire vobiscũ. ¶14 Reuersi principes dixerũt ad Balac, Noluit Balaã venire nobiscũ. ¶15 Rursũ ille multò plures & nobiliores, quàm antè miserat, misit. ¶16 Qui quũ venissent ad Balaã, dixerũt, Sic dicit Balac filii Sephor, Ne cũcteris venire ad me: ¶17 Paratus sũ honorare te, &

Iudic. 11. c. 17. 3. Reg. 11. v. 7.

Deut. 2. a. 1. 29. a. 1.

Iosue 24. b. 9.

abilicere

quicquid volueris dabo tibi: veni, & maledic populo isti. ¶ 18 Respōdit Balaã, Si dederit mihi Balac plenã domũ suã argẽti & auri, non potero immutare verbũ Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar. ¶ 19 Obsecro vt hic maneatis eriã hac nocte, & sciam quid mihi rursũ respōdeat Dominus. ¶ 20 Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei. Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis: ita tamen vt quod tibi præcepero, facias.

¶ 21 Surrexit Balaam mane, & strata asina sua profectus est cũ eis. ¶ 22 Et iratus est Deus ista tique Angelus Domini in via cõtra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secũ. ¶ 23 Cernẽs asina Angelũ stantẽ in via, & gestantẽ gladiũ, auertit se de itinere, & ibat per agrũ. Quã quũ verberaret Balaã, & vellet ad semitã reducere. ¶ 24 Stetit Angelus in angustijs duarũ macerarũ, quibus vineæ cingebãtur. ¶ 25 Quæ vidẽs asina, iũxit se parieti, & attrisit sedentis pedẽ. Ad ille iterũ verberabat eam: ¶ 26 Et nihilominus Angelus ad locũ angustum trãsiens, vbi nec ad dexterã nec ad sinistrã poterat deuiari, obuiũ stetit. ¶ 27 Quũm que vidisset asina stantem Angelũ, cõcidit sub pedibus sedentis: qui iratus, vehemẽtius cæde bat fustẽ latera eius. ¶ 28 Aperuitque Dominꝰ os asinæ, & locuta est. Quid feci tibi? aut percutis me ecce iã tertiũ? ¶ 29 Respōdit Balaã, Quia cõmeruisti, & illusisti mihi: vtinã habere gladiũ vt te percuterem. ¶ 30 Dixit asina, Nõne animal tuũ sũ, cui semper sedere consueuisti vsque in præsentẽ diẽm? dic quid simile vnquã fecerim tibi. At ille ait, Nunquam. ¶ 31 Protinus aperuit Dominus oculos Balaã, & vidit Angelũ stantem in via euaginato gladio, adorauitque eũ pronus in terrã. ¶ 32 Cui Angelus, Cur, inquit, tertiũ verberas asinam tuã? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihiq; cõtraria: ¶ 33 Et nisi asina declinasset de via, dãs locum resistẽti, te occidissem, & illa viueret. ¶ 34 Dixit Balaã, Peccaui, nesciẽs quòd tu stares cõtra me: & nunc si displicet tibi vt vadã, reuertar. ¶ 35 Ait Angelus, Vade cum istis, & cane ne aliud quàm præcepero tibi, loquaris. Iuit igitur cũ principibus.

¶ 36 Quod quum audisset Balac, egressus est in occursum eius in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon. ¶ 37 Dixitque ad Balaã, Misi nuntios vt vocarent te, cur non statim venisti ad me? an quia mercedẽ adductui tuo reddere nequeo? ¶ 38 Cui ille respōdit, Ecce ad tuum quòd loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo? ¶ 39 Perrexerũt ergo simul, & venerunt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat. ¶ 40 Quũm que occidisset Balac boues & oues, misit ad Balaã, & principes qui cum eo erant, munera. ¶ 41 Mane autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partẽ populi.

CAP. XXIII.

7 Balaam pro maledictione benedicit Israeli. 19 Verax Deus.

Dixitque Balaam ad Balac, Ædifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, totidẽmque numeri arietes. ¶ 2 Quũmque feciſſet iuxta sermonẽ Balaam, imposuerunt simul vitulũ & arietem super arã. ¶ 3 Dixitque Balaam ad Balac, Sta paulispẽr iuxta holocaustũ tuũ, donec vadam, si forte occurrat mihi Dominus, & quodcunque imperauerit, loquar tibi. ¶ 4 Quúmque abisset velociter, occurrit illi Deus. Locutúsque ad eũ Balaã, Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulũ & arietem dẽsuper. ¶ 5 Dominus autẽ posuit verbũ in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquẽris. ¶ 6 Reuersus inuenit stantẽ Balac iuxta holocaustũ suũ, & omnes principes Moabitarũ. ¶ 7 Assumptáque parabola sua, dixit, De Arã adduxit me Balac rex Moabitarũ, de montibus Orientis. Veni, inquit, & maledic Iacob: propera, & detestare Israel. ¶ 8 Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? aut quemodo detester quem Dominus non detestatur? ¶ 9 De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum: populus solus habitabit, & inter Gẽtes nõ reputabitur. ¶ 10 Quis dinumerare possit puluerẽ Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horũ similia. ¶ 11 Dixitque Balac ad Balaã, Quid est hoc quod agis? vt malediceres inimicis meis vocaui te: & tu ecõtrario benedicis eis. ¶ 12 Cui ille respondit, Num aliud possum loqui nisi quod iusserit Dominus? ¶ 13 Dixit ergo Balac, Veni mecum in alterum locum vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, *inde maledicto ei. ¶ 14 Quúmque duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & imposũtis supra vitulis atque arietibus, ¶ 15 Dixit ad Balac, Sta hic iuxta holocaustum tuũ, donec ego obuius pergã. ¶ 16 Cui quum Dominꝰ occurrisset, posuissetque verbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loqueris ei. ¶ 17 Reuersus inuenit eum stantem iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarũ cum eo. Ad quẽ Balac, Quid, inquit, locutus est Dominus? ¶ 18 At ille assumpta parabola sua, ait, Sta Balac & ausculta, audi fili Sephor. ¶ 19 Nõ est Deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus est, & non implebit? ¶ 20 Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. ¶ 21 Non est idõlum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus eius cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. ¶ 22 Deus eduxit illum de Aegypto: cui' fortitudo similis est rhinocerõtis. ¶ 23 Nõ est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel: tẽporibus suis dicetur Iacob & Israeli quid operatus sit Deus. ¶ 24 Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo extigetur: non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat. ¶ 25 Dixitque Balac ad Balaã, Nec maledicas ei, nec benedicas. ¶ 26 Et ille ait, Nõne dixi tibi quòd quicquid mihi Deus imperaret, hoc facerẽ? ¶ 27 Et ait Balac ad eũ, Veni, & ducã te ad aliũ locum: si forte placeat Deo vt inde maledicas eis. ¶ 28 Quúmque duxisset eũ super verticẽ mõtis Phogor, qui respicit solitudinẽ, ¶ 29 Dixit ei Balaã, Ædifica mihi hic septẽ aras, & parato totidem vitulos, eiusdẽmque numeri arietes. ¶ 30 Fecit Balac vt Balaã dixerat: imposuitque vitulos & arietes per singulas aras.

CAP. XXIIII.

1 Balaam prophetat de futuro regno Israel. 15 Christi aduentum prædicit. 20 Amalecitarum & Cinæorũ interitus. 23 De Romano imperio vaticinium.

A QVámq; vidisset Balaã quòd placeret Domino vt beneficeret Israeli, nequaquã abiit vt antè perrexerat, vt auguriũ quæreret: sed dirigens contra desertũ vultũ suum, ¶2 Et eleuãs oculos vidit Israel in tẽtoriis cõmorantem per tribus suas: & irruẽte in se Spiritu Dei ¶3 Assumpta parabola ait, Dixit Balaã filius Beor, dixit homo cuius obthuratus est oculus, ¶4 Dixit auditor sermonum Dei, qui visionẽ Omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius, ¶5 Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel/ ¶6 Vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. ¶7 Fluet aqua de situla eius, & semẽ illius erit in aquas multas. tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius. ¶8 Deus eduxit illũ de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerotis. deuorabunt Gentes hostes illius, ossaque eorũ cõfringent, & perforabunt sagittis. ¶9 Ac cubans dormiit vt leo, & quasi lexna, quam suscitare nullus audebit. qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit, *in maledictione reputabitur. ¶10 Iratúsq; Balac contra Balaam, complosis manibus ait, Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quib' econtrario tertiò benedixisti. ¶11 Reuertere ad locum tuum: decreueram quidem magnificè honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito. ¶12 Respondit Balaã ad Balac, Nõne nuntiis tuis, quos misisti ad me, dixi, ¶13 Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, nõ potero præterire sermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali, pferam ex corde meo: sed quicquid Dominus dixerit, hoc loquar? ¶14 Veruntamen pergens ad populum meum, dabo*consilium quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. ¶15 Sumpta igitur parabola, rursum ait, Dixit Balaã filius Beor, dixit homo cuius obthuratus est oculus, ¶16 Dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam Altissimi, & visiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos, ¶17 Videbo eum, sed nõ modò: intuebor illum, sed non propè. ¶ORTVS STELLA ex Iacob, & consurget virga de Israel: & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. ¶18 Et erit Idumæa possessio eius: hæreditas Seir cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget. ¶19 De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ¶20 Quùmque vidisset Amalec, assumẽs parabolam, ait, Principium Gentium Amalec, cuius extrema perdẽtur. ¶21 Vidit quoque Cinæum: & assumpta parabola, ait, Robustum quidem est habitaculũ tuum: sed ſi in petra posueris nidũ tuum, ¶22 Et fueris electus de stirpe Cin, quandiu poteris permanere? Assur enim capiẽte. ¶23 Assumptáque parabola iterum locutus est, Heu quis victurus est quando ista faciet Deus? ¶24 Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabũtque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. ¶25 Surrexitque Balaam, & reuersus est in locum suum: Balac quoque via qua venerat rediit.

CAP. XXV.

1 Fornicatur populus cum filiabus Moab. 6 Phinees occidit Zambri & Cozbi. 17 Madianitas iubet Deus occidi.

MOrabatur autem eo tẽpore Israel in Setim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, ¶2 Quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua: at illi comederunt, & adorauerunt deos earum. ¶3 Initiatúsque est Israel Beel-Phegor: & irat' Dominus ¶4 Ait ad Moysẽ, Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Israel. ¶5 Dixitque Moyses ad iudices Israel, Occidat vnusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beel-Phegor. ¶6 Et ecce vnus de filiis Israel ingressus coram fratribus suis ad scortum Madianitidem videntẽ Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. ¶7 Quod quum vidisset Phinees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ¶8 Ingressus est post virum Israelitam in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierẽ in locis genitalibus. cessauitque plaga à filiis Israel. ¶9 Et occisi sũt vigiti quatuor millia hominũ. ¶10 Dixitque Dominus ad Moysen, ¶11 Phinees filius Eleazari filii Aaron sacerdotis auertit irã meã à filiis Israel: quia zelo meo cõmotus est cõtra eos, vt nõ ipse delerẽ filios Israel in zelo meo. ¶12 Idcirco loquere ad eum, Ecce do ei pacẽ fœderis mei. ¶13 Et erit tã ipsi quàm semini eius pactũ sacerdotii sẽpiternũ: quia zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorũ Israel. ¶14 Erat autẽ nomẽ viri Israelitæ qui occisus est cum Madianitide, Zãbri filius Salumi, dux de cognatione & tribu Simeõnis. ¶15 Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. ¶16 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶17 Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos: ¶18 Quia & ipsi hosti liter egerũt cõtra vos, & decepere insidiis per Idõlum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian sororẽ suã, quæ percussa est in die plagæ pro facrilegio Phogor.

CAP. XXVI.

Numerantur rursum filii Israel Terram Chanaan ingressuri.

POstquã noxiorũ sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotem, ¶2 Numerate omnẽ summam filiorum Israel à viginti annis & suprà, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. ¶3 Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos, in campestribus Moab super Iordanem cõtra Iericho, ad eos qui erant ¶4 A viginti annis & suprà, sicut Dominus imperauerat, quorũ iste est numerus: ¶5 Rubẽ primogenitus Israel. huius filius, Henoch, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarũ: ¶6 Et Hesron, à quo familia Hesronitarũ: & Charmi, à quo familia Charmitarũ. ¶7 Hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum numerus inuentus est quadraginta tria millia & septingenti

Deut. 4. 2. Iosue 22. d.

B

Psal. 105. e. 30. 1. mach. 2. f. 54.

C

Eccl. 45. d. 24. 1. mac. 2. f. 54.

D

Iud. 3. 1. a. 2.

Gen. 46. b. 9. exo. 6. c. 14. 1. para. 5. a. 3.

triginta. ¶8 Filius Phallu, Eliab. ¶9 Huius filii Namuel & Dathan & Abiron. Isti sunt Dathã & Abiron principes populi, qui surrexerunt cõtra Moysen & Aaron in seditione Core, quando aduersus Dominũ rebellauerunt:
B ¶10 Et aperiẽs terra os suum deuorauit Core morientibus plurimis, quando cõbusit ignis ducẽtos quinquaginta viros. Be factũ est grãde miraculum. ¶11 Vt Core perseũte filii illius nõ perirent. ¶12 Filii Simeõ per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarũ: Iachin, ab hoc familia Iachinitarũ: ¶13 Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarũ. ¶14 Hæ sunt familiæ de stirpe Simeõ, quarum omnis numerus fuit vigintiduo mil lia *ducentorum.' ¶15 Filii Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: ¶16 Ozni, ab hoc familia Oznitarũ: *Her, ab hoc familia Heritarum: ¶17 Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum.' ¶18 Istæ sunt familiæ Gad, quarũ omnis numerus fuit quadraginta millia *quingentorum.' ¶19 Filii Iuda, Her & Onan, qui ambo mortui sunt in Terra-Chanaan. ¶20 Fuerũntq; filii Iuda per cognationes suas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Pharesitarũ: Zare, à quo familia Zareitarũ. ¶21 Porrõ filii Phares, Hesrõ, à quo familia Hesronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarũ. ¶22 Istæ sunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit septuaginta sex millia quingentorũ. ¶23 Filii Isachar per cognationes suas: Thola, à quo familia Tholaitarũ: Phua, à quo familia Phuaitarum: ¶24 Iasub, à quo familia Iasubitarum: Semrã, à quo familia Semranitarum. ¶25 Hæ sunt cognationes Issachar, quarum numerus fuit sexaginta quatuor millia *trecentorum.' ¶26 Filii Zabũlõ per cognationes suas: Sared, à quo familia Sareditarum: Elon, à quo familia Elonitarũ: Ialel, à quo familia Ialelitarũ.
¶27 Hæ sunt cognationes Zabũlon, quarum numerus fuit sexaginta millia quinquentorũ.
D ¶28 Filii Ioseph per cognationes suas: Manasse & Ephraim. ¶29 De Manasse ortus est Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum.
¶30 Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarũ: ¶31 Et Asriel, à quo familia Asrielitarum: & Sechẽ, à quo familia Sechemitarum:
¶32 Et Semida, à quo familia Semidaitarũ: & Hepher, à quo familia Hepheritarũ. ¶33 Fuit autẽ Hepher pater Salphaad, qui filios nõ habebat, sed tãtũ filias: quarũ sunt istæ nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Thersa.
¶34 Hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum, quinquaginta duo millia septingentorum. ¶35 Filii autẽ Ephraim per cognationes suas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarũ: Thehẽ, à quo familia Thehenitarũ. ¶36 Porrõ filius Suthala fuit Herã, à quo familia Heranitarum. ¶37 Hæ sunt cognationes filiorum
E Ephraim: quarum numerus fuit triginta duo millia quingẽtorum. Isti sunt filii Ioseph per familias suas. ¶38 Filii Beniamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Belaitarũ: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Achirã, à quo familia Achiramitarum: ¶39 Supham, à quo familia Suphamitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarũ. ¶40 Filii Bela, Hered & Noaman. De Hered, familia Hereditarum: de Noamã, familia Noemanitarum. ¶41 Hi sunt filii Beniamin per cognationes suas, quorũ numerus fuit quadraginta quinq; millia sexcenti.
¶42 Filii Dã per cognationes suas: Suham, à quo familia Suhamitarum. hæ sunt cognationes Dã per familias suas. ¶43 Oẽs fuere Suhamitæ, quorũ numerus erat sexaginta quatuor millia quadringentorũ. ¶44 Filii Asser per cognationes suas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Iessui, à quo familia Iessuitarũ: Brie, à quo familia Brieitarum. ¶45 Filii Brie: Heber, à quo familia Heberitarũ: & Melchi-el, à quo familia Melchielitarũ. ¶46 Nomẽ autẽ filiæ Asser, fuit Sara. ¶47 Hæ cognationes filiorum Asser, & numerus eorũ quinquaginta sex millia quadringẽtorum. ¶48 Filii Nephthali per cognationes suas, Iesiel, à quo familia Iesielitarum: Guni, à quo familia Gunitarũ: ¶49 Iezer, à quo familia Iezeritarum: Sellẽ, à quo familia Sellemitarũ. ¶50 Hæ sunt cognationes filiorum Nephthali per familias suas: quorũ numerus quadraginta quinq; millia quadringẽtorum. ¶51 Ista est summa filiorum Israel qui recensiti sunt, sexcẽta millia & mille septingenti triginta. ¶52 Locutúsque est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶53 Istis dividetur Terra iuxta numerum vocabulorum in possessiones suas. ¶54 Pluribus maiorẽ partẽ dabis, & paucioribus minorẽ: singulis sicut nunc recẽsiti sunt tradetur possessio. ¶55 Ita dũtaxat vt sors Terram tribubus diuidat & familiis.
¶56 Quicquid sorte contigerit, hoc vel plures acciplãt, vel pauciores. ¶57 Hic quoq; est numerus filiorũ Leui per familias suas: Gerson, à quo familia Gersonitarum: Caath, à quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum. ¶58 Hæ sunt familiæ Leui: familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Musi, familia Core. At verõ Caath genuit Amrã: ¶59 Qui habuit uxorẽ Iochabed filiã Leui, quæ nata est ei in Ægypto. hæc genuit Amram viro suo, filios, Aaron & Moysen, & Mariã sororem eorum. ¶60 De Aarõ orti sunt Nadab & Abiu & Eleazar & Ithamar: ¶61 Quorum Nadab & Abiu mortui sunt, quũ obtulissent ignẽ alienum coram Domino. ¶62 Fuerũntq; oẽs qui numerati sunt vigintitria millia generis masculini ab vno mẽse & supra: qui nõ sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum cæteris data possessio est. ¶63 Hic est numerus filiorũ Israel, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote, in cãpestribus Moab supra Iordanẽ contra Iericho. ¶64 Inter quos nullus fuit eorũ qui numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai. ¶65 Prædixerat enim Dominus quòd omnes morerẽtur in solitudine: nullúsque remansit ex eis, nisi Caleb filius Iephone, & Iosue filius Nun.

CAP. XXVII.

¶1 Ex hæreditatis filiarum Salphaad. ¶12 Moysi ostenditur terra promissionis, ¶13 Constitui

*ducenti

*Heri,

*quingenti.

Gen. 38. 2. 3. & 46. 12.

Iachar.

*trecenti

Exo. 6.

Exod 6. 20.

1. par. 5. 3.

*quia

2. Cor 11. 4. e

tur Iosue dux populi pro Moyse.

A Cceſſerunt autem filiæ Salphaad, filii Hepher, filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, qui fuit filius Ioseph: quarum sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. ¶2 Steterúntque coram Moyse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi ad ostiū tabernaculi fœderis, atq; dixerunt, ¶3 Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione quæ concitata est cōtra Dominum sub Core, sed in peccato suo mortuus est: hic non habuit mares filios. ¶4 Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habet filium? date nobis possessionem inter cognatos patris nostri. ¶5 Retulitq; Moyses causam earum ad iudicium Dominī. ¶6 Qui dixit ad eum, ¶7 Iustam rē postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hæreditatē succedant. ¶8 Ad filios au tem Israel loquēris hæc. Homo quū mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit hæreditas. ¶9 Si filiam nō habuerit, habebit successores fratres suos. ¶10 Quòd si & fratres nō fuerint, dabitis hæreditatē fratribus patris eius. ¶11 Sinautē nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi sunt, omnique hoc filiis Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi. ¶12 ‖ Dixit quoque Dominus ad Moysen, Ascēde in montē istum Abarim, & contemplare inde Terrā quam daturus sum filiis Israel. ¶13 Quámque videris eā, ibi & tu ad populum tuū, sicut iuit frater tuus Aaron, ¶14 Quia ſ offendistis me in deserto Sin in cōtradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas. Hæ sunt aquæ cōtradictionis in Cades deserti Sin. ¶15 Cui respōdit Moyses, ¶16 Prouideat Dominus Deus spirituū omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc: ¶17 Et possit exire & intrare ante eos, & ducere eos, vel introducere: ne sit populus Domini sicut oues absque pastore. ¶18 Dixitque Dominus ad eum, ‖ Tolle Iosue filium Nun virū in quo est Spiritus Dei, & pone manum tuā super eum. ¶19 Qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine, ¶20 Et dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partē gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis synagōga filiorum Israel. ¶21 Pro hoc ſi quid agēdum erit, Eleazar sacerdos cōsulet Dominū. Ad verbū eius egredietur & ingredietur ipſe, & omnes filii Israel cum eo, & cætera multitudo. ¶22 Fecit Moyses vt præceperat Dominus: quúmq; tulisset Iosue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote & omni frequentia populi. ¶23 Et impositis capiti eius manibus, cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus.

## CAP. XXVIII.

Quid quibusque festiuitatibus offerendum. 3 Quotidie. 9 Die Sabbathi. 11 Calendis. 26 Dies primitiuorum.

DIxit quoq; Dominus ad Moysen, ¶1 Præcipe filiis Israel, & dices ad eos. Oblationem meā & panes, & incēsum odoris suauissimi offerte per tempora sua. ¶3 Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis, agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternū: ¶4 Vnum offeretis mane, & alterū ad vesperū: ¶5 Decimā partē ephi similæ, quæ cōsperſa sit oleo purissimo, & habeatquæ tam partē hin. ¶6 Holocaustū iuge est quod obtulistis in monte Sinai in odorē suauissimū incensi Domini. ¶7 Et libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in sanctuario Domini. ¶8 Alterúmque agnum similiter offeretis adversperā iuxta omnē ritum sacrificii matutini, & libamētorum eius, oblationē suauissimi odoris Domino. ¶9 Die autem Sabbathi offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo consperſæ in sacrificio, & liba: ¶10 Quæ rite funduntur per singula Sabbatha in holocaustum sempiternū. ¶11 In Calendis autē, id est in mēsium exordiis, offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos septē immaculatos: ¶12 Et tres decimas similæ oleo cōsperſæ in sacrificio per singulos vitulos: & duas decimas similæ oleo cōsperſæ per singulos arietes: ¶13 Et decimā decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos. Holocaustū suauissimi odoris atque incēsi est Domino. ¶14 Libamēta autem vini quæ per singulas fundēda sunt victimas, ista erūt, Media pars hin per singulos vitulos, tertia pars arietē, quarta per agnū. hoc erit holocaustum per omnes mēses, qui ūbi anno vertente succedunt. ¶15 Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cū libamentis suis. ¶16 Mēse autem primo, quartadecima die mēsis, Phase Domini erit. ¶17 Et quintadecima die solennitas: septē diebus vescentur azymis. ¶18 Quarū dies prima venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea. ¶19 Offeretisque incensum holocaustum Domino vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septē: ¶20 Et sacrificia singulorum ex similа quæ cōsperſa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietē, ¶21 Et decimam decimæ per agnos singulos, id est per septem agnos. ¶22 Et hircū pro peccato vnum, vt expietur pro vobis: ¶23 Præter holocaustum matutinū quod semper offertis. ¶24 Sta. facietis per singulos dies septē dierum in fomitē ignis. & in odorem suauissimum Domino, qui surget de holocausto & de libationib singulorū. ¶25 Dies quoque septimus celeberrimus & sanctus erit vobis: omne opus seruile non facietis in eo. ¶26 Dies etiā primitiorū quibo offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus venerabilis & sancta erit: omne opus seruile nō facietis in ea. ¶27 Offeretisq; holocaustū in odorē suauissimum Domino, vitulos de armēto duos, arietē vnū. agnos anniculos septē: ¶28 Atq; in sacrificiis eorū similæ oleo cōsperſæ tres decimas per singulos vitulos: per arietes duas: ¶29 Per agnos, decimam decimæ, qui simul sunt agni septē. ¶30 Hircū quoque qui mactatur pro expiatione. ¶31 Præter holocaustum sempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

## CAP. XXIX.

Quid octo primis diebus septimi mensis sit offerendum.

Mensis etiã septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis, omne opus seruile nõ facietis in ea, quia dies clangoris est & tubarũ. ¶2 Offeretisque holocaustum in odorẽ suauissimum Domino, vitulũ de armento vnum, arietẽ vnum, & agnos anniculos immaculatos septẽ: ¶3 Et in sacrificiis eorũ similæ oleo cõspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, ¶4 vnam decimã per agnum, qui simul sunt agni septem: ¶5 Et hircũ pro peccato, qui offertur in expiationẽ populi: ¶6 Præter holocaustũ calendarum cum sacrificiis suis, & holocaustum sempiternum cum libationibus solitis, ei⁹dẽ ceremoniis offeretis in odorem suauissimum incẽsum Domino. ¶7 Decima quoque dies mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis, & affligetis animas vestras: omne opus seruile nõ facietis in ea. ¶8 Offeretisque holocaustũ Domino in odorẽ suauissimũ, vitulum de armẽto vnum, arietẽ vnum, agnos anniculos immaculatos septem. ¶9 Et in sacrificiis eorũ, similæ oleo cõspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, ¶10 Decimã decimæ per agnos singulos, qui sunt simul agni septẽ. ¶11 Et hircum pro peccato: absque his quæ offerri pro delicto solent in expiationem: & holocaustũ sempiternum, & sacrificio & libaminibus eorum. ¶12 Quintadecima verò die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atq; venerabilis, omne opus seruile non facietis in ea: sed celebrabitis solennitatẽ Domino septem diebus. ¶13 Offeretisque holocaustũ in odorem suauissimũ Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuor decim: ¶14 Et in libamẽcis eorum similæ oleo conspersæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim: & duas decimas arieti vno, id est simul arietibus duobus, ¶15 Et decimã decimæ agnis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim. ¶16 Et hircum pro peccato: absque holocausto sempiterno, & sacrificio, & libamine eius. ¶17 In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: ¶18 Sacrificiũq; & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis. ¶19 Et hircũ pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioque & libamine eius. ¶20 Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: ¶21 Sacrificiumque & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis. ¶22 Et hircũ pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioq; & libamine eius. ¶23 Die quarto offeretis vitulos decẽ, arietes duos, agnos anniculos imaculatos quatuordecim: ¶24 Sacrificiũq; & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis. ¶25 Et hircũ pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. ¶26 Die quinto offeretis vitulos nouẽ, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: ¶27 Sacrificiumque & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis. ¶28 Et hircũ pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioq; eius & libamine. ¶29 Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: ¶30 Sacrificiũq; & libamina singulorũ pervitulos & arietes & agnos rite celebrabitis. ¶31 Et hircũ pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine ¶32 Die septimo offeretis vitulos septẽ, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: ¶33 Sacrificiumque & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis. ¶34 Et hircum pro peccato: absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. ¶35 Die octauo qui est celeberrim⁹, omne opus seruile nõ facietis. ¶36 Offerentes holocaustũ in odorẽ suauissimũ Domino, vitulum vnum, arietẽ vnum, agnos anniculos immaculatos septem: ¶37 Sacrificiumque & libamina singulorũ per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis. ¶38 Et hircũ pro peccato: absq; holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. ¶39 Hæc offeretis Domino in solennitatibus vestris. præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostiis pacificis.

CAP. XXX.

3 Vota quando reddenda. 4 Puellarum innuptarũ & maritos habentium vota. 14 Affligere animam.

NArrauitque Moyses filiis Israel omnia quæ ei Dominus imperarat. ¶2 Et locutus est ad principes tribuum filiorum Israel, Iste est sermo quem præcepit Dominus. ¶3 Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento: non faciet iritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit. ¶4 Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari: ¶5 Si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit. ¶6 Sinautem statim vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quòd contradixerit pater. ¶7 Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento: ¶8 Quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddẽtque quodcunque promiserat. ¶9 Sinautem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbique quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei Dominus. ¶10 Vidua & repudiata quicquid vouerint, reddent. ¶11 Vxor in domo viri quũ se voto constrinxerit & iuramento, ¶12 Si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcunque promiserat. ¶13 Sinautem extemplo contradixerit, nõ tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus el propitius erit. ¶14 Si vouerit, & iuramento se constrinxerit vt per ieiunii vel cæterarũ rerum abstinentiã affligat animã suã: in arbitrio viri erit sine faciat. sine nõ faciat. ¶15 Quòd si audiẽs vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiã: quicquid vouerat atque promiserat, reddet, quia statim vt audiuit, tacuit. ¶16 Sinautem con-

Leui. 16. g. 30. & 23. c. 27.

tradixerit postquã resciuit, portabit ipse iniquitatẽ eius. ¶17 Istæ sunt leges quas cõstituit Domin' Moysi inter virũ & vxorẽ, iter patrẽ & filiam quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in patris domo. ◆ CAP. XXXI.

1 Madianitæ & Balaã interficiuntur. 11 Præda allata Moysi ex æquo diuiditur. 17 Mulieribus interfectis reseruantur virgines. 21 Ignis. Aqua. 48 Gratiarum actio Israelitarum.

A LOcutúsque est Dominus ad Moysen, dicens, ¶2 Vlciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligẽris ad populũ tuum. ¶3 Statimque Moyses, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnã, qui possint vltionẽ Domini expetere de Madianitis. ¶4 Mille viri de singulis tribubus eligãtur ex Israel qui mittantur ad bellum. ¶5 Dederúntq; millenos de singulis tribubus, id est duodecim millia expediti rorum ad pugnã: ¶6 Quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasa q; sancta, & tubas ad clãgendũ tradidit ei. ¶7 Quũque pugnassent cõtra Madianitas atque vicissent omnes mares occiderunt. ¶8 Et reges eorum Eui & Recem & Sur & Hur & Rebe, quinque principes gẽtis: Balaã quoque filiũ Beor interfecerunt gladio. ¶9 Ceperũntque mulieres eorum & paruulos, omniáque pecora & cunctam supellectilem, quicquid habere potuerãt, depopulati sunt. ¶10 Tam vrbes, quàm viculos & castella flamma cõsumpsẽrũt. ¶11 Et tulerunt prædã, & vniuersa quæ ceperant tã ex hominibus quàm ex iumentis: ¶12 Et addũxerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotẽ, & ad omnem multitudinem filiorum Israel. nẽll qua autem vtensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab, iuxta Iordanem contra Iericho. ¶13 Egressi sunt autem Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagõgæ in occursum eorũ extra castra. ¶14 Iratúsque Moyses principibus exercitus, tribunis & centurionibus qui venerãt de bello. ¶15 Ait. Cur fœminas reseruastis? ¶16 Nõne istæ sũt quæ ßdeceperunt filios Israel ad suggestionẽ Balaam, & præuaricari vos fecerunt in Domiñ super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? ¶17 Ergo cũctos interficite quicquid est generis masculini etiã in paruulis: & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate. ¶18 Puellas autẽ & omnes fœminas virgines reseruate vobis, ¶19 Et manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel oci sumtetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. ¶20 Et de omni præda, siue vestimẽtũ fuerit, siue vas, & aliquid in vtẽsilia præparatum de caprarũ pellibus & pilis & ligno expiabitur. ¶21 Eleazar quoque sacerdos ad viros exercibus, qui pugnauerant, sic locutus est. Hoc est præceptũ legis quod mandauit Deus Moysi, ¶22 Aurum & argẽtũ & æs & ferrum & plumbum & stannum, ¶23 Et omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur, quicquid autẽ ignẽ non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur. ¶24 Et lauabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. ¶25 Dixit quoque Dominus ad Moysen, ¶26 Tollite summã eorum quæ capta sunt, ab homine vsque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & omnes principes vulgi: ¶27 Diuidẽsque ex æquo prædã inter eos qui pugnauerunt, egressíque sunt ad bellum, & inter omnẽ reliquã multitudinẽ. ¶28 Et separabis partẽ Domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animã de quingẽtis, tã ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus. ¶29 Et dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt. ¶30 Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquagesimũ caput hominum & boum & asinorum & ouium, cunctorúmq; animantium: & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodiis tabernaculi Domini. ¶31 Fecerũntque Moyses & Eleazar sicut præceperat Dominus. ¶32 Fuit autẽ præda quam exercitus ceperat, ouium sexcentæ septuaginta quinq; millia, ¶33 Boum septuaginta duo millia, ¶34 Asinorum sexaginta millia & mille: ¶35 Animæ hominum sexus fœminei, quæ non cognouerant viros, triginta duo millia. ¶36 Datique est media pars his qui in prælio fuerãt, ouium trecẽta triginta septem millia quingẽtæ. ¶37 E quibus in parte Domini supputatæ sunt oues sexcentæ septuaginta quinq; ¶38 Et de bobus triginta sex millibus, boues septuaginta & duo: ¶39 De asinis triginta millibus quingẽtis, asini sexaginta vnus. ¶40 De animabus hominum sedecim millibus, cesserunt in partẽ Domini triginta duæ animæ. ¶41 Tradiditque Moyses numerum primitiarum Domini Eleazaro sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum. ¶42 Ex media parte filiorum Israel, quam separauerat his qui in prælio fuerãt. ¶43 De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est de ouibus trecentis triginta septem millibus quingentis, ¶44 Et de bobus triginta sex millibus, ¶45 Et de asinis triginta millibus quingẽtis, ¶46 Et de hominibus sedecim millibus, ¶47 Tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo Domini, sicut præceperat Domin'. ¶48 Quũm que accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, cẽturionesque, ¶49 Dixerunt, Nos serui tui recensuimus numerũ pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & nẽ vnus quidẽ defuit. ¶50 Ob hãc causam offerimus in donariis Domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia ac murenulas, vt deprecetur pro nobis Dominum. ¶51 Susceperũntq; Moyses & Eleazar sacerdos omne aurũ in diuersis speciebꝰ, ¶52 Põdo sedecim millia septingẽtos quinquaginta siclos, à tribunis & cẽturionibꝰ. ¶53 vnusquisq; enim quod in præda rapuerat, suũ erat. ¶54 Et susceptũ intulerunt in tabernaculũ testimonii, in monimẽtũ filiorũ Israel corã Domino. ◆ CAP. XXXII.

1 Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Manasse promittitur possessio trãs Iordanẽ ad Orientẽ, si deduxerint fratres suos i terrã promissionis. Filii autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Quúmque vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, ¶2 Venerunt ad Moysen & ad Eleazarum sacerdotẽ, & principes multitudinis, atq; dixerũt, ¶3 Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Hesebõ, & Eleale, & Sabam, & Nebo, & Beon, ¶4 Ter-

ra quā percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regionis huberrimæ est ad pastum animalium. ¶ Et nos serui tui habemus iumenta plurima: ¶ Precamúrq; , si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eā in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. ¶ Quibus respondit Moyses. Nunquid fratres vestri ibūt ad pugnam, & vos hic sedebitis? ¶ Cur subuertitis mētes filiorū Israel, ne trāsire audeant in locum quem eis daturus est Dominus? ¶ Nōne ita egerūt patres vestri, quando missi de Cadesbarne ad explorā dam Terrā? ¶ Quūmque venissēt vsque ad vallem botri, lustrata omni regione, subuerterunt cor filiorum Israel, vt non intrarēt terrā quos eis Dominus dedit. ¶ Qui iratus iurauit, dicens, ¶ Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex Aegypto à viginti annis & supra, Terrā quam sub iuramēto pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob: & noluerunt sequi me, ¶ Præter Caleb filium Iephone Cenezæum, & Iosue filium Nun: isti impleuerūt voluntatem meā. ¶ Iratúsque Dominus aduersum Israel, circunduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio quæ fecerat malū in conspectu eius. ¶ Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris, incremēta, & alūni hominum peccatorum, vt augereti furorem Domini cōtra Israel. ¶ Quōd si noluerit sequi eum, in solitudine populum derelinquet, & vos causa exitii necis omniū. ¶ At illi propè accedētes, dixerunt, Caulas ouiū fabricabimus, & stabula iumentorum, paruulis quoque nostris vrbes munitas: ¶ Nos autē ipsi armati & accincti pergemus ad prælia ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri & quicquid habere possumus, erunt in vrbibus *munitis, propter habitatorū insidias. ¶ Nō reuertemur in domos nostras, vsquedum possideāt filii Israel hæreditatē suā: ¶ Nec quicquam quæremus trans Iordanē, quia iam habemus nostram possessionē in Orientali eius plaga. ¶ Quibus Moyses ait, Si facitis quod promittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnam: ¶ Et omnis vir bellator armatus Iordanem transeat, donec subuertat Dominus inimicos suos, ¶ Et subiiciatur ei omnis Terra: tunc eritis inculpabiles apud Dominū & apud Israel, & obtinebitis regiones quas vultis coram Domino. ¶ Sinautē quod dicitis non feceritis, nulli dubiū est quin peccetis in Deum: & scitote quoniam peccatum vestrū apprehendet vos. ¶ Ædificate ergo vrbes paruulis vestris, & caulas & stabula ouib' ac iumētis: & quod polliciti estis implete. ¶ Dixerūntq; filii Gad & Rubē ad Moysen, Serui tui sumus, faciemus quod iubet Dominus noster. ¶ Paruulos nostros & mulieres, & pecora, ac iumēta relinquemus in vrbibus Galaad: ¶ Nos autē famuli tui omnes expediti pergem⁹ ad bellū, sicut tu domine lōquueris. ¶ Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti, & Iosuē filio Nū, & principibus familiarū *tribus Israel, ¶ Et dixit ad eos, Si trāsierint filii Gad, & filii Rubē vobiscum Iordanē omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit Terra subiecta: date eis Galaad in possessionē. ¶ Sinautē noluerint trāsire armati vobiscum in Terrā Chanāan, inter vos habitandi accipiant loca. ¶ Respondērūntque filii Gad, & filii Ruben, Sicut locutus est dominus seruis *suis, ita faciemus: ¶ Ipsi armati pergemus coram Domino in Terrā Chanāan, & possessionem iam suscepisse nos con fitemur trans Iordanē, ¶ Dedit itaque Moyses filiis Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manasse filii Ioseph regnum Sehon regis Amorrhæi, & regnum Og regis Basan, & Terram eorum cum vrbibus suis per circuitū. ¶ Igitur extruxerunt filii Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroer, ¶ Et Roth, & Sophā, & Iazer, & Iegbaa, ¶ Et Beth-nemra, & Bethará, vrbes munitas, & caulas pecorib' suis. ¶ Filii verō Rubē ædificauerunt Hesebō, & Eleale, & Cariathaim, ¶ Et Nabo, & Baal-meon versis nominibus, Sabama quoque: imponentes vocabula vrbibus quas extruxerant. ¶ Porrō filii Machir, filii Manasse perrexerūt in Galaad, & vastauerunt eā interfecto Amorrhæo habitatore eius. ¶ Dedit ergo Moyses Terrā Galaad Machir filio Manasse, qui habitauit in ea. ¶ Iair autē filius Manasse abiit, & occupauit vicos eⁱ, quos appellauit Hauoth-Iair, id est, villas Iair. ¶ Nobe quoque perrexit, & apprehēdit Canath cum viculis suis: vocauitque eam ex nomine suo Nobe.

## CAP. XXXIII.

*1 Mansiones filiorum Israel numerantur.* 51 *Chananæos iubet Deus occidere.*

HÆ sunt mansiones filiorum Israel qui egressi sunt de Aegypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron, ¶ Quas descripsit Moyses iuxta castrorū loca, quæ Domini iussione mutauit. ¶ Profecti igitur de Rameſſe mēſe primo, quintadecima die mēſis primi, fecerunt' altera die Phase, filii Israel in manu excelsa, videntibus cunctis Aegyptiis ¶ Et sepelientibus primogenitos, quos percusserat Dominus: nā & in dijs eorū exercuerat vltionē) ¶ Castrametati sunt in Socoth. ¶ Et de Socoth venerunt in Etham, quæ est in extremis finibus solitudinis. ¶ Inde egressi venerunt cōtra Phi-hahiroth, quæ respicit Beelsephon, & castrametati sunt ante Magdalum. ¶ Profectiq; de Phi-hahiroth, trāsierūt per medium mare in solitudinē, & ambulātes tribus diebus per desertum Ethā, castrametati sunt in Mara. ¶ Profectiq; de Mara venerūt in Elim, vbi erāt duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta: ibiq; castrametati sunt. ¶ Sed & inde egressi, fixerunt tētoria super Mare rubrum. ¶ Profectiq; de Mari-rubro, castrametati sunt in deserto Sinai. ¶ Vnde egressi, venerunt in Daphca. ¶ Profectiq; de Daphca, castrametati sunt in Alus. ¶ Egressique de Alus, Raphidim fixere tentoria, vbi populo defuit aqua ad bibendū. ¶ Profectiq; de Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai. ¶ Sed & de solitudine Sinai egressi, venerūt ad Sepulchra-cōcupiscentiæ. ¶ Profectiquæ de Sepulchris-cōcupiscentiæ, castrametati sunt in Haseroth. ¶ Et de Haseroth venerunt in Rethma. ¶ Profectiq; de Rethma, castrametati sunt in Remmon-phares. ¶ Vnde egressi venerunt in Lebna. ¶ De

*tuis,

Iosue 8. & 11. a deut. 3

G

Gen. 15

Deut. 2

A

Exod. 12

Exo. 13

B

Exod. 15 & c. 16

Exod. 16

Exod. 17

Exod. 18

Exod. 19

C

Exod. 24

Exod. 32

Num. 11. g. 33. a. 19

*Sin.

.13.d.24.

.14.c.28.

Iosue 4.c.21.

per

Lebna castrametati fũt in Ressa. ¶ 22 Egressiq; de Ressa, venerũt in Ceelatha. ¶ 23 Vnde profecti, castrametati sunt in mõte Sepher. ¶ 24 Egressi de monte Sepher, venerunt in Harada. ¶ 25 Inde proficiscẽtes castrametati fũt in Maceloth. ¶ 26 Profectiq; de Maceloth, venerunt in Thahath. ¶ 27 De Thahat castrametati fũt in Thare. ¶ 28 Vnde egressi, fixẽre tentoria in Methca. ¶ 29 Et de Methca castrametati fũt in Hesmona. ¶ 30 ‖ Profectique de Hesmona, venerũt in Moseroth. ¶ 31 Et de Moseroth castrametati fũt in Bene-iaacan. ¶ 32 Profectique de Bene-iaacã venerũt in montẽ Gadgad. ¶ 33 Vnde profecti, castrametati sunt in Ietebatha. ¶ 34 Et de Ietebatha venerũt in Hebrona. ¶ 35 Egressique de Hebrona, castrametati fũt in Asiongaber. ¶ 36 Inde profecti, venerũt in desertum Sin, hæc est Cades. ¶ 37 ‖ Egressique de Cades, castrametati fũt in mõte Hor in extremis finibus Terræ Edom. ¶ 38 Ascẽditque Aaron sacerdos in montẽ Hor iubẽte Domino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorũ Israel ex Ægypto, mẽse quinto, prima die mẽsis, ¶ 39 Quum esset annorũ cẽtũ viginti trium. ‖ 40 Audiuitq; Chananæus rex Arad, qui habitabat ad ‖ Meridiem, in Terra Chanaan veniss̃e filios Israel. ¶ 41 Et profecti de mõte Hor, castrametati sunt in Salmona. ¶ 42 Vn de egressi, venerunt in Phunon. ¶ 43 ‖ Profectique de Phunon, castrametati sunt in Oboth. ¶ 44 Et de Oboth venerunt in Ie-abarim, quæ est in finibus Moabitarũ. ¶ 45 Profectiq; de Ieabarim, fixẽre tentoria in Dibon-gad. ¶ 46 Vnde egressi, castrametati fũt in Helmon-deblathaim. ¶ 47 Egressiq; de Helmon-deblathaim, venerunt ad montes Abarim cõtra Nabo. ¶ 48 Profectiq; de mõtibus Abarim, trãsierũt ad cãpestria Moab, supra Iordanem cõtra Iericho. ¶ 49 Ibique castrametati fũt de Bethsimoth, vsque ad Abel-satim in planitiẽ locis Moabitarũ, ¶ 50 vbi locutus est Dominus ad Moysen, ¶ 51 Præcipe filiis Israel, & dic ad eos, Quando trãsieritis Iordanẽ, intrãtes Terrã Chanaã, ¶ 52 Disperdite cũctos habitatores Terræ illius: cõfringite simulos, & statuas eorum minuite, atq; omnia excelsa vastate, ¶ 53 Mundantes Terrã, & habitãtes in ea. ego enim dedi vobis illã in possessionem: ¶ 54 Quã diuidetis vobis sorte: pluribus dabitis latiorẽ, & paucioribus angustiorẽ. ũnguli vt sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. per trib⁹ & familias possessio diuidetur. ¶ 55 Sinautẽ nolueritis interficere habitatores Terræ: qui remãserint, erũt vobis quasi clauꝰ in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabũtur vobis in Terra habitationis vestræ: ¶ 56 Et quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciã.

CAP. XXXIIII.

1 Terræ promissionis fines & termini. 17 Qui eam debeant diuidere.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicẽs, ¶ 2 Præcipe filiis Israel, & dices ad eos, Quũ ingressi fueritis Terrã Chanaã, & in possessionẽ vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur, ¶ 3 ‖ Pars Meridiana incipiet a solitudine Sin, quæ est iuxta Edõ: & habebit terminos cõtra Orientẽ mare salsissimũ. ¶ 4 Qui circuibunt Australem plagam per Ascensionem ‖ scorpionis, ita vt trãseant in Senna, & perueniant ad Meridiem vsque ad Cadesbarne, vnde egredientur confinia ad villã nomine Addar, & tẽdent vsque ad Asemona. ¶ 5 Ibitque per gyrum terminus ab Asemona vsq; ad torrentẽ AEgypti, & magni maris, litore finietur. ¶ 6 Plaga autẽ Occidentalis a mari magno incipiet, & ipso fine claudetur. ¶ 7 Porrõ ad Septẽtrionalẽ plagã a mari magno termini incipiẽt, perueniẽtes vsque ad montẽ altissimũ: ¶ 8 A quo veniẽt in Emath vsq; ad terminos Sedãda. ¶ 9 Ibũntque confinia vsque ad Ebrona, & villã Enã. hi erunt terminꝰ in parte Aquilonis. ¶ 10 Inde metabuntur fines cõtra Orientalẽ plagã de villa Enan vsque Sephãma. ¶ 11 Et de Sephãma descẽdent termini in Reblãtha cõtra fontẽ Daphnim: inde peruenient cõtra Orientẽ ad mare Cenẽreth, ¶ 12 Et tendẽt vsque ad Iordanẽ, & ad vltimum salsissimo claudẽtur mari. Hãc habebitis Terrã per fines suos in circuitu. ¶ 13 Præcepitque Moyses filiis Israel, dicẽs, Hæc erit Terra quã possidebitis sorte, & quã iussit Dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui. ¶ 14 Tribus enim filiorũ Rubẽ per familias suas, & tribꝰ filiorũ Gad iuxta cognationũ numerum, media quoq; tribus Manasse, ¶ 15 Id est duæ semis tribus, acceperunt partẽ suã trans Iordanẽ contra Iericho ad Orientalẽ plagã. ¶ 16 Et ait Dominus ad Moysen, ¶ 17 ‖ Hæc sunt nomina virorum qui terram vobis diuidẽt. Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nũ. ¶ 18 Et singuli principes de tribubus singulis, ¶ 19 Quorũ ista sunt vocabula. De tribu Iuda, Caleb filius Iephone. ¶ 20 De tribu Simeõ, Samuel filius Ammiud. ¶ 21 De tribu Beniamin, Elidad filius Chaselon. ¶ 22 De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli. ¶ 23 Filiorum Ioseph de tribu Manasse, Haniel filius Ephod. ¶ 24 De tribu Ephraim, Camuel filius Sephthã. ¶ 25 De tribu Zabulõ, Elisaphã filius Pharnach. ¶ 26 De tribu Iissachar dux Phaltiel filius Ozã. ¶ 27 De tribu Aser, Ahiud filius Salomi. ¶ 28 De tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud. ¶ 29 Hi sunt quibus præceperat Dominus vt diuiderent filiis Israel Terrã Chanaan.

CAP. XXXV.

1 Vrbes Leuitis dandæ. 10 Vrbes perfugii. 16 Lex homicidii. 30 Vnius testimonio nullus condemnandus.

HAEc quoq; locutus est Dominus ad Moysen in cãpestribus Moab supra Iordanẽ, cõtra Iericho, ¶ 2 ‖ Præcipe filiis Israel vt dent Leuitis de possessionibus suis, vrbes ad habitãdum, & suburbana earũ per circuitũ: vt ipsi in oppidis maneãt, & suburbana sint pecorib⁹ ac iumẽtis: ¶ 4 Quæ a muris ciuitatũ forinsecus, per circuitũ, mille passuum spatio tẽdentur. ¶ 5 Contra Orientẽ duo millia erunt cubiti, & contra Meridiẽ similiter erũt duo millia: ad Mare quoque quod respicit ad Occidentẽ, eadẽ mẽsura erit. & Septẽtrionalis plaga æqua li termino finietur. ¶ 6 Sunt autẽ vrbes in medio, & foris suburbana. ¶ 7 ‖ De ipsis autẽ oppidis quæ Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiorum auxilia separata, vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinẽ: & exceptis his alia quadraginta duo oppida. ¶ 7 Id est simul quadraginta octo cũ suburbanis suis. ¶ 8 Ipsæque vrbes quæ dabuntur de possessionibus filiorũ Israel, ab his qui

plus habent, pluresue auferentur: & qui minus, pauciores. singuli iuxta mensuram hæreditatis suæ dabunt oppida Leuitis. ¶9 Ait Dominus ad Moysen, ¶10 Loquere filiis Israel, & dices ad eos, ¶Quando transgressi fueritis Iordanē in Terram Chanaan, ¶11 Decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum, qui nolentes sanguinē fuderint: ¶12 In quibus quū fuerit profugus, cognatus occisi non poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. ¶13 De ipsis autem vrbibus quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, ¶14 Tres erunt trans Iordanem, & tres in Terra Chanaan, ¶15 Tam filiis Israel, quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolens sanguinem fuderit. ¶16 Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est: reus erit homicidii, & ipse morietur. ¶17 Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit: similiter punietur. ¶18 Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. ¶19 Propinquus occisi homicidā interficiet: statim vt apprehenderit eum, interficietur, ¶20 Si per odium quis hominē impulerit, vel iecerit quippiā in eum per insidias: ¶21 Aut quum effet inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit: percussor homicidii reus erit. cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit. ¶22 Quòd si fortuitu, & absque odio & inimicitiis quicquam horum fecerit, ¶24 Et hoc audiēte populo fuerit cōprobatum, atq; inter percussorē & propinquū sanguinis quæstio vētilata: ¶25 Liberabitur innocens de ultoris manu, & reducetur per sententiam in vrbē ad quā cōfugerat, manebitq; ibi donec sacerdos magnus qui oleo sācto vnctus est, moriatur. ¶26 Si interfector extra fines vrbium quæ exulibus deputatæ sunt, ¶27 Fuerit inuētus, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis: absque noxa erit qui eum occiderit. ¶28 Debuerat enim profugus vsq; ad mortē Pōtificis in vrbe residere. postquā autē ille obierit, homicida reuertetur in Terrā suā. ¶29 Hæc sempiterna erunt: & legitima in cunctis habitationibus vestris. ¶30 Homicida sub testibus punietur: ad vnius testimonium nullus condemnabitur. ¶31 Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis. statim & ipse morietur. ¶32 Exules & profugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterūt: ¶33 Ne polluatis Terram habitationis vestræ quæ insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinē qui alterius sanguinē fuderit. ¶34 Atque ita emundabitur vestra possessio me cōmorante vobiscum. ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israel.

CAP. XXXVI.

1 Lex connubii filiarum Salphaad. 7 viris ē sua tribu ducenda vxor, mulieribus similiter nubendum.

ACcesserunt autē & principes familiarum Galaad filii Machir, filii Manasse de stirpe filiorum Ioseph: locutique sunt Moysi coram principibus Israel, ¶2 Atque dixerūt, ¶Tibi domino nostro præcepit Dominus vt Terrā sortе diuideres filiis Israel, & vt filiab' Salphaad fratris nostri dares possessionē debitam patri: ¶3 Quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua, & transfiata ad aliam tribum, de nostra hæreditate minuetur: ¶4 Atque ita fiet, vt quum iubileus, id est quinquagesimus annus remissionis aduenerit, cōfundatur sortium distributio, & aliorū possessio ad alios transeat. ¶5 Respondit Moyses filiis Israel, & Domino præcipiēte ait, Recte tribus filiorū Ioseph locuta est. ¶6 Et hæc lex super filiab' Salphaad à Domino promulgata est, ¶Nubant quibus volunt, tantūm vt suæ tribus hominib'. ¶7 Ne cōmisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. omnes enim viri ducēt vxores de tribu & cognatione sua: ¶8 Et cuncte fœminæ de eadē tribu maritos accipiēt: vt hæreditas permaneat in familiis. ¶9 Nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant ¶10 Vt à Domino separatæ sunt. Fecerūntque filiæ Salphaad vt libi fuerat imperatum: ¶11 Et nupserunt Maala, & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa filiis patrui sui ¶12 De familia Manasse, qui fuit filius Ioseph: & possessio quæ illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum. ¶13 Hæc sunt mādata atque iudicia quæ mandauit Dominus per manum Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab supra Iordanem cōtra Iericho.

# Deuteronomiū Hebraice Elle haddebarim.

CAP. I.

1 Brevis repetitio gestorū à mūsione in mōte Horeb, vsq; ad mansionem in Cadesbarne. 5 Moyses legem explanat. 9 Principes populo secum constituit. 16 Iudicium iustū. 22 Exploratores. 24 Populus incredulus non vidēt Terram promissam. 27 Infidelitas Moysi. 41 Populus cæditur ab Amorrhæis.

HAEC C sunt verba quæ locutus est Moyses ad omnē Israel trās Iordanē in solitudine cāpestri, contra Mare rubrū, inter Pharā & Thophel & Laban & Haseroth, vbi auri est plurimū: ¶2 Vndecim dieb' de Horeb per viā montis Seir vsque ad Cadesbarne. ¶3 Quadragesimo anno, vndecimo mēse, prima die mensis locutus est Moyses ad filios Israel omnia quæ præceperat illi Dominus vt diceret eis: ¶4 Postquā percussit Sehon regē Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon: & Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrai, ¶5 Trans Iordanem in Terra Moab. Cœpitque Moyses explanare Legem & dicere, ¶6 Dominus Deus noster locut' est ad nos in Horeb, dicēs, Sufficit vobis quòd in hoc monte mansistis: ¶7 Reuertimini, & venite ad mōtem Amorrhæorum, & ad cætera quæ ei proxima sunt, campestria atque montana & humiliora loca contra Meridiem, & iuxta litus maris, Terram Chananæorum, & Libani vsque ad flumen magnum Euphraten. ¶8 Ecce, inquit, tradidi vobis: ingredimini & possidete eam, super qua iurauit Dominus patribus vestris Abrahā, Isaac, & Iacob, vt daret illā eis, & semini eorum post eos. ¶9 Dixique vobis illo in tēpore, Nō possum solus sustinere vos:

Deut. 19. a. 2. Iosue 20. a. 2.

C

Interficiet. Deut. 19. c. 11.

Versus 23 ex Hebræo desyderatur.

A

Num

B

Tob. 1. & 7. d.

D

præc

Exod.

¶10 Quia Domin⁹ Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cæli, plurimi. ¶11 Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis sicut locutus est.) ¶12 Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus ac iurgia.

C ¶13 Date ex vobis viros sapientes & gnaros, ⁴quorũ cõuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponã eos vobis principes. ¶14 Tũc respõdistis mihi, Bona res est quam vis facere. ¶15 Tulique de tribub⁹ vestris viros sapiẽtes & nobiles & cõstitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerẽt vos singula. ¶16 Præcepiq; eis, dicẽs, Audite illos, & ⁵quod iustum est iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus. ¶17 Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiusquam personã, quia Dei iudicium est. Quòd si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. ¶18 Præcepique omnia quæ facere deberetis. ¶19 Profecti autem de Horeb, trãsiuimus per eremum terribilem & maximam ⁶solitudi nẽ⁷ quam vidistis, per viã montis Amorrhæi, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Quúmque venissem⁸ in Cadesbarne, ¶20 Dixi vobis, Venistis ad mõtem Amorrhæi, quẽ Dominus Deus⁹ vester daturus est vobis. ¶21 Vide Terram quam Dominus Deus tuus ⁴ dabit¹ tibi. ascende & posside eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: noli timere, nec quicquam paueas. ¶22 Et accessistis ad me omnes, atque dixistis, ⁷Mittamus viros qui considerẽt Terrã: & renũtient per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates. ¶23 Quúmq; mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis. ¶24 Qui quũ peruenissent, & ascendissent in montana, venerunt vsque ad Vallem botri: & considerata terra, ¶25 Sumẽtes de fructibus eius, vt ostenderent hubertatem, attulerunt ad nos, atque dixerunt, Bona est Terra quã Dominus Deus noster daturus est nobis. ¶26 Et noluistis ascẽdere, sed increduli ad sermonẽ Domini Dei⁹ nostri¹ ¶27 Murmuraſtis in tabernaculis vestris, atque dixistis, ⁹Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de Terra Aegypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret. ¶28 Quò ascendemus? nuntii terruerunt cor nostrum, dicentes, Maxima multitudo est, & nobis statura procerior: vrbes magnæ, & ad cælum vsque munitæ. filios Enacim vidimus ibi. Et dixi vobis, ¶29 Nolite metuere, nec timeatis eos: ¶30 Domin⁹ Deus qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecerat in Aegypto cunctis videntibus. ¶31 Et in solitudine ipsi vidistis: portauit te Domin⁹ Deus tuus, vt solet homo gestare paruulum filium suum, in omni via per quam ambulastis, donec veniretis ad locum istum. ¶32 Et nec sic quidẽ credidistis Domino Deo vestro, ¶33 Qui præcessit vos in via, & metatus est locum in quo tentoria figere deberetis, ⁸nocte ostendẽs vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. ¶34 Quúmque audisset Dominus vocẽ sermonũ vestrorũ, iratus iurauit, & ait, ¶35 ⁹Nõ videbit quispiam de hominibus generationis huius pessimæ Terram bonam, quam sub iuramẽto pollicitus sũ patribus vestris: ¶36 Exceptet Caleb filium Iephone: ipse enim videbit eam, & ipsi dabo Terram quam calcauit, & filiis eius, quia secutus est Dominum. ¶37 Nec miranda indignatio in populum, quum mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit. ¶Nec tu ingrediẽris illuc: ¶38 Sed Iosue filius Nun minister tuus, ipse introibit pro te. hunc exhortare & robora, & ipse sorte Terram diuidet Israeli. ¶39 Paruuli vestri, de quibus dixistis quòd captiui ducerentur, & filii qui hodie boni ac mali ignorãt distantiã. ipsi ingredientur: & ipsis dabo Terram, & possidebunt eam. ¶40 Vos autem reuertimini, & abite in solitudinem per viam Maris rubri. ¶41 Et respondistis mihi, ¶Peccauimus Domino: ascendemus & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster. Quúmq; instructi armis pergeretis in montem, ¶42 Ait mihi Dominus, Dic ad eos, Nolite ascendere, neque pugnetis: non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris. ¶43 Locutus sum, & non audistis, sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia ascendistis in montẽ. ¶44 Itaque egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & cecidit de Seir vsque Horma. ¶45 Quúmque reuerti ploraretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere. ¶46 Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore.

## CAP. II.

4 Præcipitur populo emere cibos & aquam à filiis Esau. 8 Ne contra Moab & Ammon prælietur. 9 Possessio filiorum Lot. 10 Emmin. 12 Horrhæi. 21 Zonzommim. 23 Heuæi à Cappadocibus victi. 26 Sehon vincitur.

PRofectique inde venimus in solitudinem, A
quæ ducit ad Mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus: & circuiuimus montem Seir
lõgo tempore. ¶2 Dixitque Dominus ad me,
¶3 Sufficit vobis circuire montem istum: ite
contra Aquilonem. ¶4 Et populo præcipe,
dicens, Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, &
timebunt vos: videte ergo diligẽter ¶5 Ne moueamini contra eos, neque enim dabo vobis de
terra eorum quantum potest vnius pedis calcate vestigium: quia in possessionem Esau dedi montem Seir. ¶6 Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis. ¶7 Dominus Deus tuus benedixit tibi B
in omni opere manuum tuarũ: nouit iter tuũ,
quomodo transieris solitudinẽ hanc magnã,
per quadraginta annos habitans tecum Domin⁹ Deus tuus, & nihil tibi defuit. ¶8 Quãque tranſisſemus fratres nostros filios Esau, qui habitabãt in Seir, per viam campestrem, de Elath, & de Asion-gaber, venimus ad iter quod ducit in desertum Moab. ¶9 Dixitque Dominus ad me, Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduersus eos prælium: nõ enim dabo tibi quicquã de Terra eorum, quia filiis Lot tradidi Ar in possessionẽ. ¶10 Emim primi fuerunt habitatores eius, populus magnus & validus, & tam excelsus vt de Enacim stirpe ¶11 Quasi gigãtes crederentur, & essent similes filiorum Enacim. Denique Moabitæ ap- C

¶.3.d.26, c.31, 32.

Nu.10.b.

Nu.14.g.

d.11.

d.20.

pellãt eos Emim. ¶12 In Seir autem prius habitauerunt Horrim: quibus expulsis atq; deletis habitauerunt filii Esau, sicut fecit Israel in Terra possessionis suæ, quam dedit illi Dominus. ¶13 Surgẽtes ergo vt trãsiremus torrẽtem Zared, venimus ad eum. ¶14 Tẽpus autẽ quo ambulauimus de Cadesbarne vsque ad trãsitum Zared, triginta & octo annorũ fuit: donec cõsumeretur omnis cõgregatio hominum bellatorũ de castris, sicut iurauerat Dominus. ¶15 Cuius manus fuit aduersum eos, vt interiret de castrorum medio. ¶16 Postquam autẽ vniuersi ceciderunt pugnatores, ¶17 Locutus est Dominus ad me, dicẽs, ¶18 Tu trãsibis hodie terminos Moab, vrbem nomine Ar: ¶19 Et accedẽs in vicina filiorum Ammõ, caue ne pugnes cõtra eos, nec mouearis ad prælium. nõ enim dabo tibi de Terra filiorũ Ammon quia filiis Lot dedi eam in possessionem. ¶20 Terra gigãtum reputata est: & in ipsa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant Zõzommim, ¶21 Populus magnus, & proceræ lõgitudinis, sicut Enacim, quos deleuit Dominus à facie eorũ: & fecit illos habitare pro eis, ¶22 Sicut fecerat filiis Esau, qui habitant in Seir, delẽs Horrhæos, & Terram eorum illis tradẽs, quam possidẽt vsque in præsens. ¶23 Heuæos quoque qui habitabãt in Haserim vsque ad Gazã, Cappadoces expulerũt: qui egressi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. ¶24 Surgite, & trãsite torrentẽ Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regẽ Hesebon, Amorrhæum, & Terram eius incipe possidere, & cõmitte aduersus eũ prælium. ¶25 Hodie incipiã mittere terrorem atque formidinẽ tuã in populos qui habitant sub omni cælo: vt audito nomine tuo paueãt, & in more parturiẽtium cõtremiscant, & dolore teneãtur. ¶26 Misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Sehon regẽ Hesebõ verbis pacificis, dicẽs, ¶27 Trãsibimus per Terrã tuam, publica gradiemur via: non declinabimus neque ad dextrã, neq; ad sinistrã. ¶28 Alimẽta pretio vende vt edamus: aquam pecunia tribue, & sic bibemus. Wantum est vt nobis concedas trãsitum, ¶29 Sicut fecerunt filii Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ qui morantur in Ar: donec veniamus ad Iordanẽ, & transeamus ad Terrã quam Dominus Deus noster daturus est nobis. ¶30 Noluit que Sehon rex Hesebon dare nobis trãsitũ: quia indurauerat Dominus Deus tuus spiritum eius, & obfirmauerat cor illius vt traderetur in manus tuas, sicut nunc vides.

¶31 Dixitque Dominus ad me, Ecce cœpi tibi tradere Sehon & Terram eius: incipe possidere eam. ¶32 Egressusque est Sehõ obuiam nobis cum omni populo suo ad prælium in Iasa. ¶33 Et tradidit eum Dominus Deus noster nobis: percussimusque eum cum filiis suis & omni populo suo. ¶34 Cunctas vrbes in tẽpore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis non reliquimus in eis quicquam. ¶35 Absque iumentis, quæ in partem venere prædantium: & spoliis vrbium quas cepimus ¶36 Ab Aroer, quæ est super ripã torrẽtis Arnon, & oppido quod in valle situm est, vsque Galaad. Non fuit vicus & ciuitas quæ nostras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noster nobis.

¶37 Absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus: & cunctis quæ adiacent torrẽti Iaboc, & vrbibus mõtanis, vniuersisque locis, à quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

CAP. III.

3 Og occiditur. 8 Hermon mons. 11 Possessio Ruben, &c. 13 Basan. 18 Rubenitæ & Gaaditæ deducturi fratres in Terram promissam. 21 Iosue dux. 23 Orans Moyses, ob infidelitatem non exauditur.

¶Taque conuersi ascẽdimus per iter Basan: egressusque est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandũ in Edrai. ¶2 Dixitque Dominus ad me, Ne timeas eũ: quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua: faciẽsque ei sicut fecisti Sehõ regi Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebon. ¶3 Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiã Og regẽ Basan, & vniuersum populum eius: percussimusque eos vsque ad internecionẽ, ¶4 Vastantes cunctas ciuitates illius vno tempore. non fuit oppidum quod nos effugeret: sexaginta vrbes, omnẽ regionem Argob regni Og in Basan. ¶5 Cunctæ vrbes erãt munitæ muris altissimis, portis que & vectibus, absq; oppidis innumeris quæ nõ habebant muros. ¶6 Et deleuimus eos, sicut feceramus Sehon regi Hesebon, diẽs perdentes omnẽ ciuitatem, virũque ac mulieres & paruulos: ¶7 Iumenta autẽ & spolia vrbium diripuimus. ¶8 Tulimusque illo in tẽpore terrã de manu duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem: à torrente Arnõvsque ad montem Hermon. ¶9 Quẽ Sidonii Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir: ¶10 Omnes ciuitates quæ sitæ sunt in planitie, & vniuersam Terrã Galaad & Basan vsque ad Selcha & Edrai ciuitates regni Og in Basã. ¶11 Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantũ. Et monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabbath filiorũ Ammon, nonẽ cubitos habẽs longitudinis, & quatuor latitudinis ad mẽsurã cubiti virilis manus. ¶12 Terrãmque possedimus tẽpore illo ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon. vsque ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Rubẽ & Gad. ¶13 Reliquam autem partẽ Galaad, & omnem Basan regni Og, tradidi mediæ tribui Manasse, omnem regionem Argob: cunctãque Basan vocabatur Terra gigãtum. ¶14 Iair filius Manasse possedit omnem regionem Argob vsque ad terminos Gessuri & Machati. Vocauitque ex nomine suo Basan, Hauoth-Iair, id est Villas-Iair, vsque in præsentẽ diẽ, ¶15 Machir quoq; dedi Galaad. ¶16 Et tribubus Ruben & Gad dedi de Terra Galaad vsque ad torrentẽ Arnon medium torrẽtis, & confinium, vsque ad torrentem Iaboc, qui est terminus filiorũ Ammõ. ¶17 Et planitiẽ solitudinis atque Iordanẽ, & terminos Cenereth vsque ad mare deserti, quod est salsissimũ, ad radices mõtis Phasga cõtra Orientẽ. ¶18 Præcepique vobis in tempore illo, dicẽs, Dominus Deus vester dat vobis Terram hanc in hæreditatẽ, expediti præcedite fratres vestros filios Israel omnes viri robusti: ¶19 Absque vxoribus

Horrhæi: Num. 27. e. 21.

torrentis generatio

Transibo gradiar via: nõ declinabo mihi, vt vescar: bibã. Wãtum est, mihi veniã ad Iordanem, & trãseam

Deuros 2. c. 9.

vos

hus & parnulis atque lumentis, (noui enim quòd plura habeatis pecora,) & in vrbibus re manere debebunt, quas tradidi vobis. ¶ 20 Donec requiem tribuat Dominus fratribus vestris sicut vobis tribuit: & possideant ipsi etiã Terram quam daturus est eis trans Iordanẽ: tunc reuertetur vnusquisque in possessionem suam quam dedi vobis. ¶ 21 Iosue quoque in tempore illo præcepi, dicens, Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis ad quæ transiturus es. ¶ 22 Ne timeas eos: Dominus enim Deus vester pugnabit p vobis. ¶ 23 Precatúsque sum Dominum in tempore illo, dicens, ¶ 24 Domine Deus tu cœpisti ostendere seruo tuo magnitudinem tuam, manúmque fortissimam, neque enim est alius Deus vel in cælo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. ¶ 25 Transibo igitur & videbo Terram hanc optimam trans Iordanem, & montem istum egregium, & Libanum. ¶ 26 Iratúsque est Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, sed dixit mihi, Sufficit tibi: nequaquam vltrà loquaris de hac re ad me. ¶ 27 Ascende cacumen Phasgæ, & oculos tuos circunfer ad Occidẽtem, & ad Aquilonem, Austrúmque, & Orientẽ, & aspice nec enim transibis Iordanem istum. ¶ 28 Præcipe Iosuæ, & corrobora eum atque confortа: quia ipse præcedet populum istũ, & diuidet eis Terram quam visurus es. ¶ 29 Mãsimúsque in valle contra Phanum Phogor.

CAP. III.

¶ Lex seruanda. 2 Verbo Dei nihil ad dendum aut detrahendum. 4 Adhærere Deo. 6 Sapientia. 7 Orationibus nostris adest Deus. 9 Filii quid docẽdi. 15 Dehortatio à quacunque similitudine adoranda. 19 Astra. 20 Hæreditas Dei populus Israel. 23 Quærẽdus Deus toto corde. 31 Misericors Deus. 32 Beneficia Dei in Israelitas. 39 Deus Israel solus Deus. 41 Ciuitates perfugii. 42 Sion.

AET nũc Israel audi præcepta & iudiciaquæ ego doceo te vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas Terram quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. ¶ 2 Non addetis ad verbum quod vobis loquor, necau feretis ex eo: custodite mandata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis. ¶ 3 Oculi vestri viderũt omnia quæ fecit Dominus cõtra Beel phegor, quomodo cõtriuerit omnes cultores ei' de medio vestri. ¶ 4 Vos autẽ qui adhæretis Domino Deo vestro, viuitis vniuersi vsque in præsentem diem. ¶ 5 Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iustitias, sicut mãdauit mihi Domin' Deus meus: sic facietis ea in Terra quam possessuri estis. ¶ 6 Et obseruabitis, & implebitis opere: hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc, dicãt, En populi sapiens & intelligẽs, gẽs magna. ¶ 7 Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquãtes sibi sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. ¶ 8 Quæ est enim alia gens sic inclyta, vt habeat cæremonias, iustasque iudicia, & vniuersa legẽ, quam ego proponi hodie ãte oculos vestros? ¶ 9 Custodi igitur temetipsum, & animam tuam solicitè, ne obliuiscaris verborum quæ viderũt oculi tui, & ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ: ‖ docebis ea filios ac nepotes tuos. ¶ 10 Diem in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus est mihi, dicens, Congrega ad me populum, vt audiant sermones meos, & discant timere me omni tempore quo viuunt in terra, docentque filios suos. ¶ 11 Et accessistis ad radices montis qui ardebat vsque ad cælum: erantque in eo tenebræ, & nubes, & caligo. ¶ 12 Locutúsque est Dominus ad vos de medio ignis: vocẽ verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. ¶ 13 Et ostendit vobis pactum suum quod præcepit vt faceretis, & Decem verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis. ¶ 14 Mihique mandauit in illo tẽpore vt docerem vos cæremonias & iudicia quæ facere deberetis in Terra quam possessuri estis. ¶ 15 Custodite igitur solicitè animas vestras. (Non vidistis aliquam similitudinem in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis.) ¶ 16 Ne fortè decepti faciatis vobis sculptam similitudinem aut imaginem masculi vel fœminæ, ¶ 17 Similitudinem omnium iumẽtorum quæ sunt super terram, vel auium sub cælo volantium, ¶ 18 Atque reptilium quæ mouẽtur in terra, siue pisciũ qui sub terra morãtur in aquis: ¶ 19 Ne forte eleuatis oculis ad cælum, videas solem & lunã, & omnia astra cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus quæ sub cælo sunt. ¶ 20 Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Ægypti, vt haberet populum hæreditarĩũ, sicut est in præsenti die. ¶ 21 Iratúsq; est Dominus contra me propter sermones vestros, & iurauit vt nõ transirẽ Iordanem, nec ingrederer Terrã optimã quam daturus est vobis. ¶ 22 Ecce' morior in hac humo, nõ trãsibo Iordanẽ: vos trãsibitis, & possidebitis Terram egregiam. ¶ 23 Caue nequando obliuiscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum: & facias tibi sculptam similitudinem eorum quæ fieri Dominus prohibuit. ¶ 24 Quia Dominus Deus tuus ignis consumẽs est. De' æmulator. ¶ 25 Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptiq; feceritis vobis aliquam similitudinẽ, parantes malum coram Domino Deo vestro, vt eũ ad iracundiã prouocetis: ¶ 26 Tollet in vobis hodie cælũ & terrã, citò perituros vos esse de Terra quã transito Iordane possessuri estis. Non habitabitis in ea longo tẽpore, sed delebit vos Dominus, ¶ 27 Atque disperget in omnes Gentes, & remanebitis pauci in nationibus ad quas vos ducturus est Domin'. ¶ 28 Ibiq; seruietis diis qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui non vidẽt nec audiũt, nec comedũt, nec odorãtur. ¶ 29 Quũmque quæsieris ibi Dominum Deum tuum, inuenies eum si tamen toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. ¶ 30 Postquam te inuenerint omnia quæ prædicta sunt, nouissimo autem tempore reuertẽris ad Dominum Deũ tuũ, & audies vocẽ eius: ¶ 31 Quia Deus misericors Dominus Deus tuus est: ‖ non dimittet te, nec omnino delebit, neq; obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis. ¶ 32 In-

Exod. 19. c.

d. 12

D

34.

C

Heb. 12. g.

E

Sap. 13. 1.

5. 1. d. 26, & f. 37.

34. 20.

D

terroga de diebus antiquis, qui fuerũt ante te ex die quo creauit ¶ Dominus ¶ Deus hominem super terram, à summo cælo vsque ad summum eius, si facta est aliquando huiusce-modi res, aut vnquam cognitum est. ¶33 Vt audiret populus vocem ¶ Domini Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti, & *vixisti. ¶34 Si fecit deus vt ingrederetur, & tolleret sibi gentẽ de medio nationum, per tẽtationes, signa atque portenta, per pugnã & robustam manum, extẽtúmque brachiũ, & horribiles visiones iuxta omnia quæ fecit pro * nobis Dominus Deus noster in AEgypto, videntibus oculis tuis? ¶35 Vt scires quoniã Dominus ipse est Deus, & non est alius præter * vnũ. ¶36 De cælo te fecit audire vocẽ suã vt doceret te: & in terra ostẽdit tibi ignẽ suũ maximũ, & audisti verba illius de medio ignis. ¶37 Quia dilexit patres tuos, & elegit semẽ eorũ post eos: Exod.13.d.21. eduxitq; te præcedens in virtute sua magna ex AEgypto, ¶38 Vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, darẽtque tibi Terram earum in possessionẽ, sicut cernis in præsenti die. ¶39 Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo quòd Dominus ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum, & nõ sit alius. ¶40 Custodi præcepta eius atque mãdata quæ ego præcipio tibi: vt bene sit tibi, & filiis tuis post te, & permaneas multo tẽpore super Terram quã Dominus Deus tuus daturus est tibi. ¶41 Tunc Num.35.a.6. G. seorsum parauit Moyses tres ciuitates trans Iordanem ad Orientalẽ plagã. ¶42 Vt confugiat ad eas qui occiderit nolẽs proximum suum, nec ibi fuerit inimicus ante vnum & alterum diẽ, & ad harũ aliquã vrbiũ possit euadere: ¶43 Bosor in solitudine quæ sita est in terra cãpestri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad: & Golã in Basan, quæ est in tribu Manasse. ¶44 Ista est lex quam proposuit Moyses corã filiis Israel, ¶45 et hæc testimonia & cæremoniæ atque iudicia quæ locutus est ad filios Israel, quãdo egressi sunt de AEgypto. ¶46 Trãs Iordanẽ in valle cõtra Phaiin Phogor in terra Sehõ regis Amorrhæi, qui habitauit in Hesebõ, quẽ percussit Moyses. & filii quoque Israel egressi ex AEgypto ¶47 Possederunt terram eius, & terram Og regis Basan duorum regum Amorrhæorum, qui erãt trans Iordanem ad solis ortum: ¶48 Ab Aroer quæ ita est super ripam torrentis Arnon, vsque ad montẽ Sion, qui est & Hermõ, ¶49 Omnem plantiem trans Iordanem ad Orientalem plagam, vsque ad Mare solitudinis, & vsque ad radices montis Phasga.

Iosue 20.c.8.

## CAP. V.

1 Discẽda & faciẽda præcepta Dei. 5 Mediator Moyses. 6 Decẽ præcepta. 23 Lex terrens conscientias. 31 Verbo Dei adhærendum.

A VOcauitq; Moyses omnẽ Israelẽ, & dixit ad eum, Audi Israel ceremonias atq; iudicia quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere cõplete. ¶2 Dominus Deus noster pepigit nobiscũ fœd * us in Horeb. ¶3 Nõ cũ patribus nostris iniit pactũ: sed nobiscum qui impræsentiarũ sumus & viuimus, ¶4 Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis, ¶5 (Ego sequester & medi-fui inter Dominum & vos in tẽpore illo, vt annuntiarem vobis verba eius, timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem.) & ait. ¶6 Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra AEgypti, de domo seruitutis. ¶7 Nõ habebis deos alienos in conspectu meo. ¶8 Non facies tibi sculptile, nec simulitudinẽ omnium quæ in cælo sunt de super, & quæ in terra deorsũ, & quæ versãtur in aquis sub terra. ¶9 Nõ adorabis ea, & nõ coles: Ego enim sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatẽ patrum super filios in tertiam & quartã generationem his qui oderunt me, ¶10 Et faciẽs misericordiam in multa millia diligẽtibus me, & custodientibus præcepta mea. ¶11 Non assumes nomen * Dei tui frustrà: quia nõ erit impunitus qui super re vana nomen eius assumpserit. ¶12 Obserua diem Sabbathi, vt sanctifices eum sicut præcepit tibi Domin Deus tuus. ¶13 Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: ¶14 Septimus dies Sabbathi est, id est requies Domini Dei tui. Non facies in eo quicquam operis, tu & filius tuus & filia, seruus & ancilla, * bes & asinus, & omne iumẽtum tuum, & peregrinus qui est intra portas tuas: vt requiescat seruus * & ancilla tua, sicut & tu. ¶15 Memento quòd & ipse seruieris in AEgypto, & eduxerit te inde Domin Deus tuus in manu forti, & brachio extento: idcirco præcepit tibi vt obseruares diem Sabbathi. ¶16 Honora patrẽ tuum & matrẽ, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tẽpore, & bene sit tibi in Terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. ¶17 Non occides. ¶18 Neq; mœchaberis. ¶19 Furũmque nõ facies. ¶20 Nec loquẽris cõtra proximũ tuum falsum testimonii. ¶21 Non concupisces * xorẽ proximi tui, non domũ, non agrũ, non seruũ, non ancillã, non bouẽ, non asinũ, & vniuersa quæ illius sunt. ¶22 Hæc verba locutus est Dominus ad omnẽ multitudinem vestram in mõte de medio ignis & nubis, & caligĩs, voce magna, nihil addens amplius, & scripsit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi. ¶23 Vos autẽ postquã audistis vocẽ de medio tenebrarũ, & mõtem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuũ & maiores natu, atque dixistis, ¶24 Ecce ostẽdit nobis Dominus Deus noster malestatẽ & magnitudinẽ suam, vocem enim eius audiumus de medio ignis, & probauimus hodie quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo. ¶25 Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic ma ximus? si enim audierimus vltrà vocem Domini Dei nostri, moriemur. ¶26 Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuimus, & possit viuere? ¶27 Tu magis accede: & audi cũcta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi: lo quereq; ad nos & nos audientes faciem⁹ ea. ¶28 Quod quum audisset Dominus, ait ad me, Audiui vocẽ verborũ populi huius quæ locuti sunt tibi: bene omnia sunt locuti. ¶29 Quis det talem eos habere mẽtem vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tempore, vt bene sit eis & filiis eorum in sempiternum? ¶30 Vade ergo, & dic eis, Reuertimini in tentoria vestra. ¶31 Tu verò hic

Exo. leu. pſ.

Exo. ier.

Exo. leu. ma. * D. Ezec. Exo.

Ge. he. * &. * tt.

Exo. cc. m. ep. Ma. c. Ro.

D

ſtamecũ & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atque iudicia: quæ docebis eos vt faciant ea in Terra quam dabo illis in poſſeſſionem. ¶ 32 Cuſtodite igitur & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram. ¶ 33 Sed per viam qui præcepit Dominus Deus vester ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis, & protelentur dies veſtri in Terra poſſeſſionis veſtræ

CAP. VI.

1 Expoſitio primi præcepti. 4 Deus diligendus. 11 Per nomen illius iurandum. 20 Præcepta Dei, filiis inculcanda.

HAEC ſunt præcepta & ceremoniæ atque iudicia quæ mãdauit Dominus Deus veſter vt docerẽ vos, vt faciatis ea in Terra ad quam tranſgredimini poſſidendam, ¶ 2 Vt timeas Dominum Deum tuũ, & cuſtodias omnia mandata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filiis ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt p olongentur dies tui. ¶ 3 Audi Iſrael & obſerua vt facias quæ præcepit tibi Dominus: & bene ſit tibi, & multipliceris amplius, ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrum tuorum tibi, terram lacte & melle manantem. ¶ 4 ‖ Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. ¶ 5 Diliges Dominũ Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. ¶ 6 ‖ Erũntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: ¶ 7 Et narrabis ea filiis tuis, & meditaberis ea, dum in domo tua & ambulans in itinere dormies, atque conſurgens. ¶ 8 Et ligabis ea quaſi ſignum in manu tua, erũtque & mouebuntur inter oculos tuos. ¶ 9 Scribeſque ea in limine & oſtiis domus tuæ. ¶ 10 Quũmq; introduxerit te Dominus Deus tuus in Terrã pro qua iurauit patribus tuis Abraham, Iſaac & Iacob, & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificaſti, ¶ 11 Domos plenas omnium opum quas non extruxiſti, ciſternas quas nõ fodiſti, vineta & oliueta quæ nõ plantaſti, & comederis & ſaturat' fueris: ¶ 12 Caue diligenter ne obliuiſcaris Domini qui eduxit te de Terra AEgypti, de domo ſeruitutis. ¶ 13 ‖ Dominum Deum tuum timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomẽ illius iurabis. ¶ 14 Nõ ibitis poſt deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt: ¶ 15 Quoniam Deus æmulator Domin' Deus tuus in medio tui: nequãdo ira ſcatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de ſuperficie terræ. ¶ 16 Nõ tentabis Dominum Deum tuum ‖ ſicut tentaſti in loco tentationis. ¶ 17 Cuſtodi præcepta Domini Dei tui, ac teſtimonia & ceremonias, quas præcepit tibi. ¶ 18 Et fac quod placitum eſt & bonum in conſpectu Domini, vt beneſit tibi: & ingreſſus poſſideas Terram optimam, de qua iurauit Dominus patribus tuis, ¶ 19 vt deleret omnes inimicos tuos coram te, ſicut locutus eſt. ¶ 20 Quum interrogauerit te filius tuus cras, dicens: Quid ſibi volunt teſtimonia hæc, & ceremoniæ, atque iudicia, quæ præcepit Dominus Deus noſter nobis? ¶ 21 Dices ei, Serui eramus Pharaonis in AEgypto, & eduxit nos Dominus de AEgypto in manu forti: ¶ 22 Fecitque ſigna atque prodigia magna & peſſima in AEgypto, contra Pharaonem, & omnem domum illius in conſpectu noſtro. ¶ 23 Et eduxit nos inde, vt introductis daret Terram ſuper qua iurauit patribus noſtris. ¶ 24 Præcepitque nobis Dominus vt faciamus omnia iuſtitias hæc, & timeamus Dominum Deũ noſtrum, vt bene ſit nobis, cunctis diebus vitæ noſtræ, ſicut eſt hodie. ¶ 25 Eritq; noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præcepta eius, coram Domino Deo noſtro, ſicut mãdauit nobis.

CAP. VII.

1 Cum gentibus fœdus nõ ineundũ. 5 & 25 Statuæ ſubuertẽdæ. 8 Iuramentũ & miſericordia Dei. 11 Benedictio ſeruantibus præcepta. 14 Sterilis. 15 Infirmitates. 16 Idololatræ occidẽdi. 22 Gentes quare paulatim interficiendæ.

QVum verò introduxerit te Dominus Deus tuus in Terrã quã poſſeſſurus ingredieris, & deleuerit Gẽtes multas coram te, Hethæum & Gergezæum & Amorrhæum, Chananæum & Pherezæũ & Heuæũ & Iebuſæũ, ſeptẽ gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robuſtiores te: ¶ 2 Tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas vſq; ad interneciõe. ‖ Nõ inibis cum eis fœdus, nec miſereberis earũ. ¶ 3 Neq; ſocĩabis eum eis cõiugia: filiã tuam nõ dabis filio eius, nec filiã illius accipies filio tuo: ¶ 4 Quia ſeducet filiũ tuum ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat diis alienis iraſcetúrque furor Domini, & delebit te cito. ¶ 5 Quin potius hæc facietis eis, aras eorũ ſubuertite, & cõfringite ſtatuas, lucoſque ſuccidite, & ſculptilia cõburite. ¶ 6 ‖ Quia populus ſanctus es Domino Deo tuo: te elegit Dominus Deus tuus vt ſis ei populus peculiaris de cũctis populis qui ſunt ſuper terrã. ¶ 7 Nõ quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus eſt Dominus, & elegit vos, quũ omnibus iſtis populis pauciores. ¶ 8 Sed quia dilexit vos Dominus, & cuſtodiuit iuramentum quod iurauit patribus veſtris, eduxitq; vos in manu forti, & redemit de domo ſeruitutis, de manu Pharaonis regis AEgypti. ¶ 9 Et ſcies quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiẽs pactum & miſericordiam diligẽtibus ſe, & his qui cuſtodiunt præcepta eius in mille generationes. ¶ 10 Et reddens odiẽtibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltrà nõ differat, protinus eis teſtimõ quod merẽtur. ¶ 11 Cuſtodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia quæ ego mandabo tibi hodie, vt facias. ¶ 12 Si poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea & feceris, cuſtodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi & miſericordiã quam iurauit patribus tuis: ¶ 13 Et diliget te ac multiplicabit, benedicẽtque fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atque vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ouium tuarũ ſuper Terram, pro qua iurauit patribus tuis vt daret eam tibi. ¶ 14 Benedictus eris inter omnes populos. ‖ Nõ erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus, tam in hominib' quàm in gregibus tuis. ¶ 15 Auferet Dominus à te omnẽ lãguorẽ: & infirmitates AEgypti peſſimas quas nouiſti, non inferet tibi, ſed cunctis hoſtibus tuis. ¶ 16 Deuorabis omnes populos quos Dominus Deus tuus daturus eſt tibi: non parcet eis oculus tuus, nec ſeruies diis eorũ, ne ſint in ruinã tui. ¶ 17 Si dixeris in corde tuo, Plures ſunt gentes iſtæ quàm ego, quomodo potero dele-

A ingrederis,

Exod. 22. g. 32. & 34. b. 12.

B

7. 12. 2. 1, & 16. d. 18.

C

mando

Exod. 23. d.

re eas? ¶12 Noli metuere, sed recordare quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni & cunctis Ægyptiis. ¶19 Plagas maximas quas viderũt oculi tui, & signa atque portenta, manũmque robustam, & extentum brachium vt educeret te Dominus Deus tuus. sic faciet cunctis populis quos metuis. ¶20 Insuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat, qui te fugerint, & latẽre potuerint. ¶21 Nõ timebis eos, quia Domin' De' tuus in medio tui est, De' magnus & terribilis: ¶22 ipse cõsumet nationes has in cõspectu tuo paulatim atque per partes. Nõ poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicẽtur contra te bestiæ Terræ. ¶23 Dabitque eos Dominus Deus tuus in cõspectu tuo. & interficiet illos, donec penitus deleantur. ¶24 Tradẽtque reges eorũ in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cælo: nullus poterit resistere tibi, donec cõteras eos. ¶25 Sculptilia eorũ igne cõbures: non concupisces argẽtum & aurũ de quib' facta sunt, neque assumes ex eis tibi quicquã, ne offendas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui. ¶26 Nec inferes quippiã ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut & illud est. Quasi spurcitiã detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anathema est.

CAP. VIII.

2 Affligit & tentat fidem nostram Deus. 3 Verbo Dei vinimus. 7 Terra promissionis qualis. 11 Misericordiæ Dei omnia tribuenda.

OMne mandatum quod ego præcipio tibi hodie caue diligẽter vt facias: vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressique possideatis Terrã, pro qua iurauit Dominus patribus vestris. ¶2 Et recordaberis cunctũ itineris per quod adduxit te Dominus Deus tu' quadraginta annis per desertũ, vt affligeret te, atq; tẽtaret, & nota fierẽt quæ in tuo animo versabãtur, vtrũ custodires mãdata illius, annõ. ¶3 Afflixit te penuria, & dedit tibi cibũ Mãna, quod ignorabas tu & patres tui: vt ostẽderet tibi quòd hõ in solo pane viuit' homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Domini. ¶4 Vestimentũ tuũ quo operiebaris, nequaquã vetustate defecit, & pes tuus non est subtritus ex quadragesim' annus est: ¶5 vt recogites in corde tuo quia sicut erudit filiũ suũ homo, sic Domin' De' tuus erudiuit te. ¶6 Vt custodias mãdata Domini Dei tui, & ambules in viis eius, & timeas eum. ¶7 Dominus enim Deus tuus introducet te in terrã bonam, terram riuorum aquarũmque, & fontium: in cuius campis & montibus erũpunt fluuiorum abyssi: ¶8 Terram frumenti, hordei, ac vinearũ, in qua ficus & malogranata & oliueta nascũtur: terram olei ac mellis. ¶9 Vbi absque vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omnium abundãtia perfruẽris: cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur. ¶10 Vt quum comederis, & satiatus fueris, benedices Domino Deo tuo pro terra optima quã dedit tibi. ¶11 Obserua & caue ne quando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mãdata eius atque iudicia & cæremonias quas ego præcipio tibi hodie: ¶12 Ne postquã comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, ¶13 Habueris quæ arméta boũ, & ouiũ greges, argẽti & auri, cunctarúmque rerũ copiã. ¶14 Eleuetur cor tuũ, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de Terra Ægypti, de domo seruitutis: ¶15 Et ductor tu' tuus in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurẽs, & scorpio ac dipsas, & nullæ ũnino aquæ: qui eduxit riuos de petra durissima. ¶16 Et cibauit te Manna in solitudine, quod nescierũt Patres tui. Et postquam afflixit ac probauit, ad extremũ misertus est tui. ¶17 Ne dicetes in corde tuo. Fortitudo mea, & robur manus meæ hæc mihi ẽnia præstiterũt. ¶18 Sed recorderis Domini Dei tui. quòd ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactum suũ, super quo iurauit patribus tuis, sicut præsẽs indicat dies. ¶19 Si autem oblitus Domini Dei tui, secutus fueris deos alienos, coluerisque illos & adorauerris: ecce nũc prædico tibi quòd ẽnino disperearis. ¶20 Sicut Gentes quas delebit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, ũ inobedientes fueritis voci Domini Dei vestri. CAP. IX.

4 Iustitia hominũ nulla. 7 Israelitæ peccatores. 8 Horeb tabulæ. 11 Vitulus aureus. 17 Oratio Mosi cũ ieiunio. 20 Iratus Deus cõtra Aaronem. 22 Sepulcha concupiscentiæ.

AVdi Israel, Tu transgrederis' hodie Iordanẽ, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad cælum vsque muratas, ¶2 Populũ magnum atque sublimẽ, filios Enacim, quos ipse vidisti & audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere. ¶3 Scies ergo hodie quòd Dominus Deus tu' ipse trãsibit ante te, ignis deuorãs atque cõsumens, qui conteret eos & deleat atque disperdat ante faciem tuam velociter, sicut locutus est tibi. ¶4 Ne dicas in corde tuo quũ deleuerit eos Dominus Deus tu' in cõspectu tuo, Propter iustitiã meã introduxit me Dominus vt Terrã hanc possiderem, quum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes. ¶5 Neque enim propter iustitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris' vt possideas terras eorum: sed quia illæ egerunt impie, introeũte te deletæ sunt: & vt cõpleret verbũ suum Dominus, quod sub iuramento pollicitus est patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob. ¶6 Scito ergo quòd non propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi Terrã hanc optimã in possessionem, quũ durissimæ ceruicis sis populus. ¶7 Memento, & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiam prouocaueris Dominũ Deum tuum in solitudine: & ex eo die quo egressus es ex Ægypto vsque ad locum istum semper aduersum Dominum contendisti. ¶8 Nam & in Horeb prouocasti eum, & iratus delere te voluit, ¶9 Quando ascendi in montem, vt acciperem' duas tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiscũm Deus: & perseuerani in mõte quadraginta diebus ac nocti bus, panẽ non comedens, & aquam non bibens. ¶10 Deditq; mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & continentes omnia verba quæ vobis locutus est in monte de medio ignis, quãdo cõcio populi cõgregata est. ¶11 Quũm que transiissent quadraginta dies, & totidẽ noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas la-

Exod.13.c.23, & 32.2.
Iosue 24.c.11.
2.Mac.12.g. 40,
Matth.4.2.4. Luc.4.2.5. viuat
16.2.9.
Exod & 16.
Exod
Exod & 34. Exod

pideas,tabulas fœderis. ¶12 Dixitque mihi, Surge, & descēde hinc citō: qa populus tuus qué eduxisti de AEgypto,desciuerūt velociter viā quam demonstrasti eis, fecerūntque sibi conflatile. ¶13 Rursumq; ait Dominus ad me, Cerno quòd populus iste duræ cervicis sit: ¶14 Dimitte me vt conteram eum,& deleam nomen eius de sub cælo, & constituam te super Gentem quæ hac maior & fortior sit. ¶15 Quúmque de monte ardente descenderem,& duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu, ¶16 vidissemq; vos peccasse Domino Deo vestro, & fecisse vobis vitulum cōflatilem, ac deseruisse velociter viā eā quā vobis ostenderat: ¶17 Proieci tabulas de manibus meis,confregique eas in cōspectu vestro. ¶18 Et prōcidi ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus,panem non comedens , & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra quæ gessistis contra Dominū, & eum ad iracundiā prouocastis. ¶19 Timui enim indignationē & irā illius,qua aduersum vos cōcitatus,deiere vos voluit. Et exaudiuit me Dominus etiā hac vice. ¶20 Aduersum Aaron quoque vehementer iratus,voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum. ¶21 Peccatum autem vestrum quod feceratis,id est vitulum,arripiēs, igne combussī, & in frusta comminuens, omnínoque in puluerem redigens, proieci in torrentem qui de monte descendit. ¶22 In incendio quoque,& in Tētatione,& in Sepulchris concupiscentiæ prouocastis Dominum: ¶23 Et quando misit vos de Cadēs Barne,dicēs, Ascēdite, & possidete Terrā quā dedi vobis.& contempsistis imperium Domini Dei vestri, & nō credidistis ei: neque vocem eius audire voluistis, ¶24 Sed semper fuistis rebelles à die qua nosse vos cœpi. ¶25 Et iacui corā Domino qua draginta diebus ac noctibus,quibus eum suppliciter deprecabar , ne deleret vos vt fuerat comminatus. ¶26 Et ōrās dixi, Domine Deus, ne disperdas populum tuum,& hæreditatem tuam,quā redemisti in magnitudine tua,quos eduxisti de AEgypto in manu forti. ¶27 Recordare seruorum tuorum Abraham, Isaac, & Iacob: ne aspicias dutitiam populi huius,& impietatem atque peccatū: ¶28 Ne forte dicant habitatores Terræ,de qua eduxisti nos,Nō poterat Dominus introducere eos in Terrā quam pollicit' est eis,& oderat illos:idcirco eduxit, vt interficeret eos in solitudine. ¶29 Qui sunt populus tuus & hæreditas tua , quos eduxisti in fortitudine tua magna,& i brachio tuo extento.

CAP. X.

1 Instauratio tabularum. 3 Arca fœderis. 8 Tribus Leui. 12 Timendus Deus,diligendus, illique seruiendum. 14 Bonitas, amor & electio Dei. 16 Circuncisio cordis. 20 Iuramētum.

IN tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapideas , sicut priores fuerunt,& ascende ad me in montem : faciēsque arcam ligneam. ¶2 Et scribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas antè confregisti, ponēsque eas in arca. ¶3 Feci igitur arcam de lignis setim:quúmque dolassem duas tabulas lapideas instar priorum , ascendi in montem,habens eas in manibus. ¶4 Scripsitque in tabulis iuxta id quod prius scripserat , verba decē, quæ locutus est Dominus ad vos in mō te de medio ignis,quando populus congregatus est,& dedit eas mihi. ¶5 Reuersúsq; de mō te,descēdi, & posui tabulas in arcam quam feceram,quæ hucusque ibi sunt, sicut mihi præcepit Dominus. ¶6 Filii autem Israel moeuerunt castra ex Beroth-filiorum Iacan in Mosera,vbi Aaron mortuus & sepultus est, pro quo sacerdotio functus est Eleazar filius eius. ¶7 Inde venerūt in Gadgad:de quo loco profecti,castrametati fūt in Ietebatha, in terra aquarum atque torrentium. ¶8 Eo tempore seperauit tribum Leui,vt portaret arcam fœderis Domini,& staret corā eo in ministerio, ac benediceret in nomine illius vsque in præsentem diem. ¶9 Quam ob rem non habuit Leui partem, neque possessionē cum fratribus suis: quia ipse Dominus possessio eius est,sicut promisit ei Dominus Deus tuus. ¶10 Ego autē steti in monte,sicut prius,quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitque me Dominus etiā hac vice, & te perdere noluit. ¶11 Dixitque mihi, vade,& præcede populum, vt ingrediatur, & possideat Terram quam iurauí patribus eorū vt traderem eis. ¶12 Et nūc Israel quid Dominus Deus tuus petit à te, nisi vt timeas Dominum Deum tuum,& ambules in viis eius,& diligas eum,ac seruias Domino Deo tuo in toto corde tuo,& in tota anima tua: ¶13 Custodiásque mandata Domini,& ceremonias eius quas ego hodie præcipio tibi,vt bene sit tibi? ¶14 En Domini Dei tui cælum est,& cælum cæli,terra, & omnia quæ in ea sunt: ¶15 Et tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus,& amauit eos,elegitque semen eorum post eos,id est vos,de cunctis Gentibus, sicut hodie comprobatur. ¶16 Circuncidite igitur præputium cordis vestri,& ceruicē vestram ne induretis amplius: ¶17 Quia Dominus Deus vester ipse est Deus deorum,& Dominus dominantiū, Deus magnus,& potēs,& terribilis, qui personam non accipit,nec munera. ¶18 Facit iudiciū pupillo & viduæ,amat peregrinum,& dat ei victum atque vestitū. ¶19 Et vos ergo amate peregrinos,quia & ipsi fuistis aduenæ in Terra AEgypti. ¶20 Dominū Deum tuum timebis, & ei soli seruies:ipsi adhærebis,iurabisque in nomine illius. ¶21 Ipse est laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia quæ viderūt oculi tui. ¶22 In septuaginta animabus descenderunt patres tui in AEgyptum : & ecce nūc multiplicauit te Dominus Deus tuus sicut astra cæli.

CAP. XI.

1 Amor Dei. 4 Opera Dei erga Israelem. 10 Terra promissionis. 12 Oculi Dei. 16 Idolatria fugienda. 18 Verbo Dei attendendum,filiisque illud docendi. 26 Benedictio & maledictio. 29 Garizim. Hebal.

AMa itaque Dominum Deum tuum,& observa præcepta eius & ceremonias , iudicia atque mandata omni tempore. ¶2 Cognoscite hodie ( quæ ignorant filii vestri qui non viderunt)disciplinam Domini Dei vestri,magnalia eius & robustam manum , extentúmque brachium, ¶3 Signa & opera quæ fecit in medio AEgypti Pharaoni regi,& vniuersæ terræ eius, ¶4 Omnique exercitui AEgyptiorū, & equis ac curribus:quomodo operuerint eos

Num.33.d.
Num.10.d.
Num.18.c.
18.2.2.

aquæ Maris-rubri, quum vos persequerentur,
& deleuerit eos Dominus vsque in præsentem
diē: ¶5 Vobisque quæ fecerit in solitudine, do-
Num.16.e.31. nec veniretis ad hunc locū: ¶6 Et Dathan at-
psal.105.c.17. que Abirom filiis Eliab, qui fuit filius Ruben:
quos aperto ore suo terra absorbuit cū domi-
bus & tabernaculis, & vniuersa substantia eo-
rum, quam habebant in medio Israel. ¶7 Ocu
li vestri viderūt omnia opera Domini magna
quæ fecit. ¶8 Vt custodiatis vniuersa mandata
Illius, quæ ego hodie præcipio vobis, *& possi-
fitis introire, & possidere Terram ad quam in-
B gredimini, ¶9 Multóque in ea viuatis tēpore:
quam sub iuramento pollicitus est Dominus
patribus vestris, & semini eorū, lacte & melle
manantē. ¶10 Terra enim ad quam ingredie-
ingrederis, ris possidendam, non est sicut Terra Ægypti
de qua exiſti, vbi iacto semine in hortorū mo
rem aquæ ducuntur irriguæ: ¶11 Sed mōtosa
est & campestris, de cælo expectans pluuias,
¶12 Quam Dominus Deus tuus semper intuitur,
& oculi illius in ea sunt à principio anni vsq;
ad finem eius. ¶13 Si ergo obedieritis mādatis
meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diliga
tis Dominum Deū vestrū, & seruiatis ei in toto
corde vestro, & in tota anima vestra: ¶14 Da-
bit pluuiam terræ vestræ temporaneam & se
rotinam, vt colligatis frumentum, & vinum &
oleum, ¶15 Fœnúmque ex agris ad pascenda
iumenta, & vt ipsi comedatis ac saturemini.
¶16 Cauete ne forte decipiatur cor vestrum, &
recedatis à Domino, seruiatisque diis alienis,
& adoretis eos: ¶17 Iratúsq; Dominus claudat
cælū, & pluuiæ non descendant, nec terra det
germen suum, pereatisque velociter de Ter-
ra optima quam Dominus daturus est vobis.
Deu.6.b. ¶18 ¶ Ponite hæc verba mea in cordibus & in
animis vestris, & suspēdite ea pro signo ī ma-
nib⁹, & inter oculos vestros collocate. ¶19 Do-
cete filios vestros, vt illa meditentur, quando
sederis in domo tua, & ambulaueris in via, &
æcubueris atque surrexeris. ¶20 Scribes ea sū
per postes & ianuas domus tuæ: ¶21 Vt multi-
plicentur dies tui, & filiorum tuorum in Ter-
ra quam iurauit Dominus patribus tuis vt da
ret eis quandiu cælum imminet terræ. ¶22 Si
enim custodieritis mādata quæ ego præcipio
vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominū Deū
vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, ad-
hærētes ei, ¶23 Disperdet Dominus omnes gē
Iosue 1.2.3. tes istas ante faciem vestrā, & possidebitis eas
quæ maiores & fortiores vobis sunt. ¶24 Omnis
locus quem calcauerit pes vester, vester e-
rit: à deserto, & à Libano, *& flumine magno
Euphrate vsque ad mare Occidētale erunt ter
mini vestri. ¶25 Nullus stabit contra vos: ter-
rorum vestrum & formidinem dabit Dominus
D Deus vester super omnem terram quam calca
turi estis, sicut locutus est vobis. ¶26 En propo
no in conspectu vestro hodie benedictionē &
maledictionem: ¶27 Benedictionem, si obedie-
ritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego ho
die præcipio vobis: ¶28 Maledictionem, si non
obedieritis mādatis Domini Dei vestri, sed re-
cesseritis deuia quam ego nūc ostendo vobis,
& ambuleritis post deos alienos, quos igno
ratis. ¶29 Quum verò introduxerit te Domi-
nus Deus tuus in Terram, ad quam pergis ha-
bitandam, pones benedictionem super mon-
tem Garizim, maledictionem super montem
Hebal: ¶30 Qui sunt trans Iordanem post viā
quæ vergit ad solis occubitum in Terra Cha-
nanæi, qui habitat in campestribus cōtra Gal
galam, quæ est iuxta vallem tendentem & in-
trantem procul. ¶31 Vos enim transitis Iorda-
nem, vt possideatis Terram quā Dominus De
us vester daturus est vobis, vt habeatis & pos-
sideatis illam. ¶32 Videte ergo vt impleatis ce
remonias atque iudicia quæ ego hodie ponā
in conspectu vestro.

## CAP. XII.

1 Idololatria fugienda. 8 Faciēdum quod
Deus præcipit, non quod rectum nobis vide-
tur. 15 & 23 Sanguis non comedendus. 17 De-
cimæ. 19 Leuitæ alendi. 31 Filios comburentes
in honorem deorum. 32 Verbo Dei nihil
addendum.

HAEc sunt præcepta atque iudicia quæ fa- A
cere debetis in Terra quam Dominus De
us patrum tuorū daturus est tibi, vt possideas
eam cunctis diebus quibus super humum gra
diēris. ¶2 Subuertite omnia loca in quibus co-
luerunt gentes quas possessuri estis, deos suos,
super montes excelsos, & colles, & subter om-
ne lignum frondosum. ¶3 Dissipate aras earū,
& cōfringite statuas, lucos igne comburite, &
idōla comminuite: disperdite nomina earū de
locis illis. ¶4 Non facietis ita Domino Deo ve
stro: ¶5 Sed ad locū quem elegerit Dominus 2.B
Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt po-
nat nomen suum ibi, & habitet in eo, venietis:
¶6 Et offeretis in loco illo holocausta & victi-
mas vestras, decimas & primitias manuum ve
strarum, & vota atque donaria, primogenita
boum & ouium. ¶7 Et comedetis ibi in cōspe-
ctu Domini Dei vestri: ac lætabimini in cun-
ctis ad quæ miseritis manum vos & domus ve
stræ, in quib⁹ benedixerit vobis Dominus De-
us vester. ¶8 Non facietis ibi quæ nos hic fa- C
cimus hodie, vnusquisque quod sibi rectum videtur.
¶9 Neque enim vsque in præsens tempus ve-
nistis ad requiem, & possessionē quam Domi-
nus Deus vester daturus est vobis. ¶10 Transi- B
bitis Iordanem, & habitabitis in Terra quam
Dominus Deus vester daturus est vobis, vt re-
quiescatis à cunctis hostibus per circuitum: &
absque vllo timore habitetis. ¶11 In loco quē
elegerit Dominus Deus vester, ‖ vt sit nomen 3.B
eius in eo, illuc omnia quæ præcipio, conferē-
tis, holocausta*, & hostias, ac decimas, & pri- *vel
mitias manuum vestrarum: & quicquid præ- munera
cipuum est in muneribus quæ vouistis Domi-
no. ¶12 Ibi epulabimini coram Deo ve
stro, vos & filii ac filiæ vestræ, famuli & famu
læ, atque Leuites, qui in vrbibus vestris *com- *cō
morantur, neque enim habet aliam partem & morantes
possessionem inter vos. ¶13 Cauē ne offeras ho
locausta tua in omni loco quē videris: ¶14 Sed
in eo quem elegerit Dominus, in vna tribuum
tuarum offeres hostias, & facies quæcunque
præcipio tibi. ¶15 Si autem comedere volue-
ris, & te esus carnium delectauerit, occide, &
comede iuxta benedictionem Domini Dei tui,
quam dedit tibi in vrbibus tuis: siue immun-
dam fueris, hoc est maculatum & debile: si-
ue mundum, hoc est integrum & sine macula,
quod offerri licet, sicut capream & cetum co-

medes, ¶16 Absque esu dūtaxat sanguinis, quē C super terram quasi aquam effundes. ¶17 Non poteris comedere in oppidis tuis decimā frumenti, & vini, & olei tui, primogenita armentorum & pecorum, & omnia quæ voueris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum: ¶18 Sed coră Domino Deo tuo comedes ea in loco quē elegerit Domin' Deus tuus, tu & filius tuus & 'filia', & seruus & famula, at que Leuites, qui' manēt' in vrbibus tuis: & lætaberis & reficieris coram Domino Deo tuo in cunctis ad quæ extenderis manum tuā. ¶19 Cāue ne derelinquas Leuitem in omni tempore quo versaris in Terra. ¶20 Quando dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut locutus est tibi, & volueris vesci carnibus quas desyderat anima tua: ¶21 Locus autem quem elegerit Dominus Deus tuus, vt ſit nomē eius ibi, ſi procul fuerit, occides de armentis & pecoribus quæ habueris, ſicut præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet. ¶22 Sicut comeditur caprea & ceruus, ita vescēris eis: & mundus & immundus in commune vescētur. ¶23 Hoc solum caue, ne sanguinem comedas. sanguis enim eorum pro anima est: & idcirco non debes animam comedere cum carnibus: D ¶24 Sed super terrā fundes quasi aquā, ¶25 vt bene ſit tibi & filiis tuis post te, quum feceris quod placet in cōſpectu Domini. ¶26 Quæ autem ſanctificaueris, & voueris Domino, tolles, & venies ad locum quem elegerit Dominus: ¶27 & offeres oblationes tuas carnē & sanguinem ſuper altare Domini Dei tui: ſanguinem hoſtiarū 'fundes in altari, carnibus autē ipſe vescēris. ¶28 Obserua, & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis tuis post te in ſempiternum, quum feceris quod bonū est & placitum in conſpectu Domini Dei tui. ¶29 Quādo diſperdiderit Dominus Deus tuus ante faciē tuā Gētes ad quas ingredieris' poſſidēdas, & poſſederis eas, atque habitaueris in Terra earū: ¶30 Caue ne imiteris eas, postquā te fuerint introeunte ſubuerſæ, & requiras cerimonias earum, dicens, Sicut coluerunt Gentes iſtæ deos suos, ita & ego colam. ¶31 Nō facies ſimiliter Domino Deo tuo. omnes enim abominationes quas auerſatur Dominus, fecerunt diis ſuis, offerentes filios & filias, & combuſtes igni. ¶32 Quod præcipio tibi, hoc tantūm facito Domino. nec addas quicquā, nec minuas.

CAP. XIII.

1 Pseudoprophetæ occidendi. 3 Miraculis tentat fidem noſtram Deus. 6 Abducens à fide Dei, occidendus. 12 Ciuitas à fide abducta, delenda.

SI surrexerit in medio tui' prophetes, aut qui somnium vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignum atque portētum, ¶2 Et euenerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus, & ſequamur deos alienos (quos ignoras) & ſeruiamus eis: ¶3 Nō audies verba prophetæ illius aut somniatoris: quia tētat vos Dominus Deus veſter, vt palām fiat vtrum diligatis eum an non, in toto corde, & in tota anima veſtra. ¶4 Dominum Deum veſtrum ſequimini, & ipſum time te, & mādata illius cuſtodite, & audite vocem eius: ipſi ſeruietis, & ipſi adhærebitis. ¶5 Propheta autem ille aut fictor ſomniorum interficietur: quia locutus est vt vos auerteret à Do- B
mino Deo veſtro, qui eduxit vos de Terra Aegypti, & redemit vos de domo ſeruitutis: vt errare te faceret de via quam tibi præcepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio tui. ¶6 Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in ſinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, clām dicens, Eamus, & ſeruiamus diis alienis, quos ignoras tu & patres tui, ¶7 Cūctarum in circuitu Gentiū quæ iuxtā vel procul ſunt, ab initio vſque ad fīnē terræ: ¶8 Non acquieſcas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus vt miſereāris & occultes eum. ¶9 Sed ſtatim interficies: ipſe primū manus tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manum. ¶10 Lapidibus obruitis necabitur: quia voluit te abſtrahere à Domino Deo C 7.17.b.
tuo, qui eduxit te de Terra Aegypti de domo ſeruitutis: ¶11 Vt omnis Israel audiens timeat, & nequaquam vltrà faciat quippiā huius rei ſimile. ¶12 Si audieris in vna vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos, ¶13 Egreſſi sunt filii belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis ſuæ, atque dixerūt, Eamus, & ſeruiamus diis alienis quos ignoratis: ¶14 Quære ſolicitè, & diligenter rei veritate perſpecta, ſi inueneris certum eſſe quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratum, ¶15 Statim percuties habitatores vrbis illius in ore gladii, & delebis eam, omniāque quæ in illa sunt vſque ad pecora. ¶16 Quicquid etiā ſupellectilis fuerit, cōgregabis in medio platearum eius, & cū ipſa ciuitate ſuccendes, ita vt vniuerſa conſumas Domino Deo tuo, & ſit tumulus ſempiternus: non ædificabitur amplius. ¶17 Et non adhærebit de illo anathematis quicquam in manu tua: vt auertatur Dominus ab ira furoris ſui, & miſereatur tui, multiplicētque te, ſicut iurauit patribus tuis, ¶18 Quando audieris vocem Domini Dei tui, cuſtodiens omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt faciasquod placitum est in conſpectu Domini Dei tui.

CAP. XIIII.

1 Ritus Gentium non imitandi. 2 Animalia munda & immunda. 21 Morticina. Peregrinus. 22 Decimæ dandæ. 29 Leuitæ, peregrini, pupilli & viduæ alendi.

FILII estote Domini Dei veſtri: non vos inci A 5.7.a.6.
deritis, nec facietis calnitium ſuper mortuo: 7.16.d.18.
¶2 Quoniā populus ſanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt ſis ei in populum peculiarē de cūctis gēnibus quæ ſunt ſuper terrā. ¶3 Nō comedetis quæ immunda ſunt. ¶4 Hoc est a- Leui.11.2.
nimal quod comedere debetis, Boue, & ouem, & capram, ¶5 Cerum & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum. ¶6 Omne animal quod in duas partes ſindit vngulam & ruminat, comederis. ¶7 De his autem quæ ruminant, & vngulam non ſindunt, hæc comedere nō debetis: camelum, lēporem, chœrogryllū: quia ruminat, & non diuidunt vngulam, immūda erunt vobis. ¶8 Sus quoque quoniam diuidit vngulam, & non ru B
minat, immūda erit. carnibus eorum non vescemini, & cadauera non tangetis. ¶9 Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis,

Quæ habent pinnulas,& squamas, comedite: ¶10 Quæ absque pinnulis & squamis sunt,ne comedatis,quia immunda sunt ¶11 Omnes aues mundas comedite. ¶12 Immundas ne cõmedatis: aquilam scilicet, & gryphem. & haliæetum, ¶13 Ixon, & vulturem ac miluum iuxta genus suũ: ¶14 Et omne coruini generi, ¶15 Et struthionẽ,ac nocticorax, & larum, atque accipitrem iuxta genus suum: ¶16 Herodiũ ac cygnum,& ibin, ¶17 Ac mergulum, porphyrionem,& nycticoracẽ: ¶18 Onocrotalum,& charadrium,singula in genere suo: vpupam quoque, & vespertilionem. ¶19 Et omne quod reptat & pennulas habet, immundũ erit,& non
C comedetur. ¶20 Omne quod mundum est,comedite. ¶21 Quicquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo: peregrino qui intra portas tuas est,da vt comedat, aut vende ei. quia
Exod.22.c.19. & 34.d.16. tu populus sanctus Domini Dei tui es. ¶Nõ coques hœdum in lacte matris suæ. ¶22 Decimã partem separabis de cũctis fructibus tuis quæ nascuntur in terra per annos singulos. ¶23 Et comedes in conspectu Domini Dei tui (in loco quem elegerit vt in eo nomen illius inuocetur)decimã frumenti tui,& vini,& olei,& primogenita de armentis & ouibus tuis: vt discas timere Dominum Deum tuum omni tẽpore.
¶24 Quum autem longior fuerit via,& locus quem elegerit Dominus Deus tuus,vt hibique benedixerit,nec potueris ad eum hæc cũcta por
D Matth.11.c.12. tare. ¶25 Vẽdes omnia,& in pretium rediges, portabisq; manu tua. & proficiscẽris ad locũ quem elegerit Dominus Deus tuus: ¶26 Et emes ex eadẽ pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armentis,siue ex ouibus,vinũ quoque, & sicerã, & omne quod desyderat anima tua: & comedes coram Domino Deo tuo,& epulaberis tu & domus tua. ¶27 Et Leuita qui intra portas tuas est,cane ne derelinquas eum,quia non habet aliam partem in possessione tua.
¶28 Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore: & reponesintra ianuas tuas. ¶29 Veniẽtque Lenites qui aliam non habet partem nec possessionem tecũ. & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt,& comedent, & saturabuntur: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cũctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

CAP. XV.

1 Remissio debitorũ. 4 Mendici. 7 De fratre in paupertatem redacto. 8 Mutuum dandum. 11 Pauperes semper futuri. 12 Serui & ancillæ Hebræi. 17 Auris perforata. 19 Primogenita Deo sanctificata.

A SEptimo anno facies remissionem, ¶2 Quæ hoc ordine celebrabitur. Qui debetur aliqd ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit,quia annus remissionis est Domini. ¶3 A peregrino & aduena exiges: ciuem & propinquum repetendi nõ habetis potestatẽ. ¶4 Et omnino indigens & mendicus non erit inter vos: vt benedicat tibi Dominꝰ Deꝰ tuus in Terra quam traditurus est tibi in possessionem. ¶5 Si tamen audieris vocem Domini Dei tui,& custodieris vniuersa quæ iussit, & quæ ego hodie præcipio tibi, ¶6 Benedicet tibi, vt pollicitus est: fœnerabis Gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuũ. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur.
¶7 Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in Terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatẽ deuenerit : non obdurabis cor tuum,nec contrahes manum. ¶8 Sed aperies eam paupertati,& dabis mutuũ quo eum indigere perspexeris. Ma
Luc ¶9 Caue ne forte subrepat tibi impia cogitatio,& dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis,& auertas oculos tuos à paupere fratre tuo. nolens ei quod postulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dominum,& fiat tibi in peccatum. ¶10 Sed da bis ei: nec ages quippiam callide in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni "tempore",& in cunctis "op
Ma ad quæ manum miseris. ¶11 Non deerũt pauperes in Terra habitationis tuæ : ideirco ego præcipio tibi vt aperias manũ fratri tuo egeno & pauperi , qui tecum versatur in Terra.
¶12 Quum tibi vendituS fuerit frater tuus He
C hræus aut Hebræa,& sex annis seruierit tibi, in ier septimo anno dimittes eũ liberum: ¶13 Et quẽ libertate donaueris , nequaquã vacuum abire patieris: ¶14 Sed dabis viaticum de gregibus,& de area & torculari tuo,quib' Dominus Deus tuus benedixerit tibi. ¶15 Memento quòd & ipse seruieris i Terra Ægypti, & liberauerit te Dominus Deus tuus: & ideirco ego nunc præcipio tibi. ¶16 Si autem dixerit. Nolo egredi eo quòd diligat te,& domum tuam,& bene sibi apud te esse sentiat: ¶17 Assumes subulam, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum.ancillæ quoque similiter facies. ¶18 Nõ auertas ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos: quoniã iuxta mercedem mercenarii per sex annos seruiuit tibi: vt benedicat tibi Dominꝰ Deus tuus in cũctis operibus quæ agis. ¶19 De primoge D nitis quæ nascũtur in armẽtis, & ouibus tuis, quicquid est sexus masculini,sanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito bouis,& nõ tondebis primogenita ouium.
¶20 In cõspectu Domini Dei tui comedes ea Leu per annos singulos in loco quem elegerit Do ecc minus,tu & domus tua. ¶21 Si autẽ habuerit maculam,& vel claudũ fuerit vel cæcum. aut in aliqua parte deforme vel debile,non immolabitur Domino Deo tuo. ¶22 Sed intra portas vrbis tuæ comedes illud: tam mũdus quàm immundus similiter vescentur eis quasi caprea, & ceruo. ¶23 Hoc solum obseruabis vt sanguinem eorum non comedas,sed effundes in terram quasi aquam.

CAP. XVI.

1 Festa Iudæorũ. 21 Iudices & magistratus.

OBserua mensem nouarum frugum,& ver A
ni primũm temporis, vt facias Phase Domino Deo tuo: quoniã in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte. ¶2 Immolabis ex Phase Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. ¶3 Non comedes in eo panem fermentatum,septẽ diebus comedes absque fermento afflictionis panem: quoniam in pauore egressus es de Ægypto : vt memineris diei egressionis tuæ de Ægypto omnibus diebus vitæ tuæ. ¶4 Nõ apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis

septem diebus, & non remanebit de carnibus
eius quod immolatum est vespere in die primo, vsque mane. ¶5 Non poteris immolare
B phasē in qualibet vrbium tuarum quas Domi
nus Deus tuus daturus est tibi: ¶6 Sed in loco
quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet
is* nomen eius ibi: *immolabis quæ phase vespere
ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto. ¶7 Et coques, & comedes in loco quē
elegerit Dominus Deus tuus, manēque cōsurgēs vades in tabernacula tua. ¶8 Sex diēb' co-
medes azyma: & in die septima, quia collecta
est Domini Dei tui, non facies opus. ¶9 Septē
.15. hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua fal
cem in segetē miseris, ¶10 Et celebrabis diem
festum hebdomadarum Domino Deo tuo, o-
blationem spontaneam manus tuæ, quam of-
feres iuxta benedictionem Domini Dei tui:
¶11 Et epulaberis coram Domino Deo tuo, tu
& filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & an-
cilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas,
C & aduena ac pupillus & vidua qui morantur
vobiscum: in loco quē elegerit Dominus Deus
tuus, vt habitet nomen eius ibi. ¶12 Et recorda
beris quoniā seruus fueris in Ægypto: cūsto-
diēsq; ac facies quæ*cibi' præcepta sūt. ¶13 So
lennitatē quoque tabernaculorum celebrabis
per septē dies quando collegeris de area & tor
culari fruges tuas: ¶14 Et epulaberis in festiui
tate tua tu & filius tuus & filia, & seruus tuus
& ancilla, Leuites quoque, & aduena, & pupil
lus ac vidua qui intra portas tuas sunt. ¶15 Se
ptē diebus Domino Deo tuo festa celebrabis
in loco quē elegerit Dominus: benedicētque
tibi Dominus Deus tuus in cūctis frugib' tuis,
& in omni opere manuum tuarum, eritque in
lætitia. ¶16 Tribus vicibus per annum appa-
D rebit omne masculinum tuum in cōspectu
Domini Dei tui in loco quē elegerit, in Solen
nitate azymorum, & in Solennitate hebdoma
.15. darum, & in Solennitate tabernaculorū. ‖ Nō
apparebit ante Dominum vacuus: ¶17 Sed of
.16. feret vnusquisque secundum quod habuerit
iuxta benedictionem Domini Dei sui, quam
dederit ei. ¶18 Iudices & magistros constitues
in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus
tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: vt iu
dicent populum iusto iudicio, ¶19 Nec in al-
teram partem declinent. ‖ Non accipies per-
sonam, nec munera: quia munera excæcat o-
culos sapientum, & mutant verba iustorum.
¶20 Iustē quod iustū est persequēris: vt viuas,
& possideas Terram quam Dominus Deus tu'
dederit tibi. ¶21 Non plātabis lucū & omnem
arborē iuxta altare Domini Dei tui. ¶22 Nec
facies tibi atque cōstitues statuā: quæ odit Do
minus Deus tuus.

CAP. XVII.

1 Vitiosa hostia non offerenda. 2 Idololatræ. 6 Testes. 8 De ambigua & difficiliore cau
sa sacerdotes adeūdi. 11 Rebelles & cōtumaces. 14 Institutio regis & officiū. 18 Regibus legendum Deuteronomium.

NOn immolabis Domino Deo tuo bouē & ouē in quo est macula aut quippiā vi-
tii: quia abominatio est Domino Deo tuo.
¶2 *Quūmque' reperti fuerint apud te intra vnā portarū tuarū, quas Dominus Deus tuus
dabit tibi, vir aut mulier q faciāt malū in cō-
spectu Domini Dei tui, & trāsgrediātur pactū
illius ¶3 Vt vadāt & seruiant diis alienis, & a-
dorēt eos, solē & lunā, & omnē militiā cæli,
quæ nō præcepi: ¶4 Et hoc tibi fuerit nuntia-
tū, audiēnsque inquisieris diligēter, & verū es
se repereris, & abominatio facta est in Israel:
¶5 Educes virū ac mulierem qui rem sceleratissimā perpetrarūt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruētur. ¶6 In ore duorū aut trium
testiū peribit qui interficietur. Nemo occidē-
tur, vno cōtra se dicēte testimoniū. ¶7 ‖ Manū
testiū primo interficiēt eū, & manus reliqui
populi extrema mittetur: vt auferas malū de
medio tui. ¶8 ‖ Si difficile & ambiguū apud te
iudiciū esse perspexeris inter sāguinē & sāgui
nē, causam & causam, lepram & non lepram:
& iudicum inter portas tuas videris verba va
riari: surge, & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, ¶9 Veniēsque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui
fuerit illo tempore: quærēsque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicii veritatem. ¶10 Et facies
quodcunque dixerint qui præsunt loco quē
elegerit Dominus, & docuerint te ¶11 Iuxta
legē eius: sequerisque sententiā eorum, nec de
clinabis ad dexterā, neque ad sinistrā. ¶12 Qui
autem superbierit, nolens obedire sacerdotis
imperio, qui eo tempore ministrat Domino
Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo
ille, & auferes malum de Israel: ¶13 Cūctusq;
populꝰ audiēs timebit, vt nullus deinceps in-
tumescat superbia. ¶14 Quum ingressus fueris
Terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi,
& possederis eam, habitauerisque in illa, & di
xeris, Cōstituam super me regem, sicut habēt
omnes per circuitum nationes: ¶15 Eum constitues quem Dominus Deus tuus elegerit de
numero fratrum tuorum. Non poteris alte-
rius gentis hominem regem facere, qui nō sit
frater tuus. ¶16 Quūmque fuerit constitutus,
non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero subleuatus. Præsertim quū Dominus præceperit
vobis vt nequaquam amplius per eandē viā
reuertamini. ¶17 Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius, neque argē-
ti & auri immensa pondera. ¶18 Postquam
autem sederit in solio regni sui, describet sibi
Deuteronomium legis huius in volumine, ac-
cipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tri
bus, ¶19 Et habebit secum, legētque illud o-
nmibus diebus vitæ suæ, vt discat timere Do-
minum Deum suum, & custodire verba & cē
remonias eius, quæ in Lege præcepta sunt.
¶20 Nec eleuetur cor eius in superbiam su-
per fratres suos, neq; declinet in partem dex-
teram vel sinistram, vt longo tempore regnet
ipse, & *filius' eius super Israel.

CAP. XVIII.

3 Leuitis quid debatur. 9 Idololatria fugienda. 15 Christus promittitur. 20 Pseudopro
phetæ occidendi, & quomodo dignoscendi.

NOn habebūt sacerdotes & Leuitæ, & om
nes qui de eadē tribu sunt, partē & hæ
reditatē cū reliquo populo Israel. Quia sacri
ficia Domini, & oblationes eius comedēt. ¶2 Et
nihil aliud accipiēt de possessione fratrū suo
rum: ‖ Dominus enim ipse est hæreditas eo-

rum, ſicut locutus eſt illis. ¶3 Hoc erit iudiciū
ſacerdotum à populo, & ab his qui offerūt vi
ctimas: ſiue bouem, ſiue ouem immolauerint,
dabunt ſacerdoti armū ac ventriculū: ¶4 Pri-
mitias frumenti, vini & olei, & lanarum par-
tem ex ouium tonſione. ¶5 Ipſum enim ele-
git Dominus Deus tuus de cunctis tribubus
tuis, vt ſtet, & miniſtret nomini Domini Dei
B tui ipſe & filii eius in ſempiternum. ¶6 Si e-
xierit Leuites ex vna vrbium tuarum ex om-
ni Iſrael in qua habitat, & voluerit venire,de
ſyderatus locum quē elegerit Dominus, ¶7 Mi
niſtrabit in nomine Domini Dei ſui,ſicut om
nes fratres eius Leuitæ,qui ſtabunt eo tempo
re coram Domino. ¶8 Partem ciborū eandē
accipiet quam & cæteri: excepto eo quod in
vrbe ſua ex paterna ei ſucceſſione debetur.

¶9 Quando ingreſſus fueris Terram quā Do
minus Deus tuus dabit tibi,caue ne imitari ve
lis abominationes illarū Gentiū. ¶10 Nec in-
ueniatur in te qui luſtret filiū ſuū,aut filiam,
ducens per ignem: aut qui ariolos ſciſcitetur,
C & obſeruet ſomnia atque augiuria: nec ſit ma-
Leui.20.d.27. leficus, ¶11 Nec incantator, neque qui pythō
1.Reg.28.b.7. nes conſulat, nec diuinos. ¶& quærat à mor-
tuis veritatē. ¶12 Omnia enim hæc abomina-
tur Domin⁹, & propter iſtiuſmodi ſcelera de
lebit eos in introitu tuo. ¶13 Perfectus eris, &
abſque macula eſi Domino Deo tuo. ¶14 Gen
tes iſtæ quarū poſſideris Terrā, augures & di
uinos audiūt: tu autē à Domino Deo tuo ali-
ter inſtitutus es. ¶15 PROPHETA M de gē
Ioh.1.f.45. te tua & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit
act.3.d.22, tibi Dominus Deus tuus, ipſū audies: ¶16 Vt
& 7.c.37. poſtulaſti à Domino Deo tuo in Horeb, quando
Exod.20.d.19. cōcio cōgregata eſt, atque dixiſti, ¶Vltrà non
audiā vocē Domini Dei mei, & ignē hūc ma-
ximū amplius nō videbo, ne moriar. ¶17 Re
ait Dominus mihi. Bene omnia ſunt locuti,
Ioh.1.g.45. ¶18 Prophetā ſuſcitabo eis de medio fratrum
P ſuorū ſimilē tui: & ponā verba mea in ore e-
ius, loquetúrque ad eos omnia quæ præcepe-
ro illi. ¶19 Qui autē verba eius quæ loquetur
in nomine meo, audire noluerit,ego vltor exi
ſtā. ¶20 Propheta autē qui arrogantia depra
uatus voluerit loqui in nomine meo,quæ ego
nō præcepi illi vt diceret,aut ex nomine alie-
norum deorū interficietur. ¶21 Quòd ſi tacita
cogitatione reſpōderis,Quomodo poſſum in-
telligere verbum quod Dominus nō eſt locu-
tus? ¶22 Hoc habebis ſignum. Quod in nomi-
ne Domini propheta ille prædixerit, & nō e-
uenerit: hoc Dominus non eſt locutus, ſed
per tumorem animi ſui propheta conſinxit,
& idcirco non timebis eum. CAP. XIX.

1 Ciuitates perfugii.4 Qui homicidæ inno
centes.14 Termini non tranſferendi.16 Pœna
falſi teſtis.19 Lex talionis.

4 QVum diſperdiderit Dominus Deus tuus
Gentes,quarū tibi traditurus eſt Ter
rā,& poſſederis eam,habitaueriſque in vrbib⁹
eius & in ædibus: ¶2 Tres ciuitates ſeparabis
tibi in medio Terræ,quā Dominus Deus tuus
dabit tibi in poſſeſſionem. ¶3 Sternens diligē-
ter viam: & in tres æqualiter partes toram Ter
ræ tuæ prouinciam diuides: vt habeat è vici-
no qui propter homicidiū profugus eſt, quò
poſſit euadere. ¶4 Hæc erit lex homicidæ fu-
gientis,cuius vita ſeruanda eſt, Qui percuſſe-
rit proximum ſuum neſciens,& qui heri & nu
diuſtertius nullum contra eum odiū habuiſſe
comprobatur: ¶5 Sed abiiſſe cum eo ſimplici-
ter in ſyluā ad ligna cædenda, & in ſucciſio-
ne ligni de ſecuris fugerit manu, ferrūque B
lapſum de manubrio amicū eius percuſſerit,
& occiderit: hic ad vnam ſupradictarū vrbiū
confugiet,& viuet: ¶6 Ne forſitan proximus
eius cuius effuſus eſt ſanguis,dolore ſtimula-
tus,perſequatur, & apprehendat eū ſi lōgior
via fuerit,& percutiat animam eius qui nō eſt
reus mortis:quia nullum contra eum qui oc-
ciſus eſt,odiū prius habuiſſe mō ſtratur. ¶7 Id
circo præcipio tibi, vt tres ciuitates æqualis
inter ſe ſpatiis diuidas. ¶8 Quum autem dilata
uerit Dominus Deus tu⁹ terminos tuos, ſicut
iurauit patribus tuis, & dederit tibi cunctam
Terram quam eis pollicitus eſt, ¶9 (Si tamen Gen.
cuſtodieris mādata eius, & feceris quæ hodie 5.11.
præcipio tibi, vt diligas Dominum Deū tuū,
& ambules in viis eius omni tempore) addes
tibi tres alias ciuitates, & ſupradictarum triū Iosu.
vrbiū numerum duplicabis: ¶10 Vt non effun- G
datur ſanguis innoxius in medio Terræ, quā
Dominus Deus tuus dabit tibi poſſidendam,
ne ſis ſanguinis reus. ¶11 ¶Siquis autem odio Nu.
habens proximum* inſidiatus fuerit vitæ eius, *ſu
ſurgēnſque percuſſerit illum,& mortuus fue-
rit,fugeritque ad vnā de ſupradictis vrbibus:
¶12 Mittent ſeniores ciuitatis illius,& arripiēt
eum de loco effugii, tradēntque in manu pro
ximi, cuius ſanguis effuſus eſt, & morietur.
¶13 Non miſereberis eius,& auferes *noxium* *in
ſanguinem de Iſrael,vt bene ſit tibi. ¶14 Non
aſſumes, & tranſferes terminos proximi tui,
quos fixerūt priores, in poſſeſſione tua, quā Ge
Dominus Deus tuus dabit tibi in Terra quā ac 26.
ceperis poſſidendam. ¶15 ¶Non ſtabit teſtis v- Nu.
nus cōtra aliquē,quicquid illud peccati & fa 35.
cinoris fuerit: ¶ſed in ore duorum aut triū te- Ioh.
ſtiū ſtabit omne verbum. ¶16 Si ſteterit teſtis 8.
mendax cōtra hominem,accuſans eū prærua-
ricationis, ¶17 Stabūt ambo, quorū cauſa eſt,
ante Dominum in conſpectu ſacerdotū & iu
dicum qui fuerint in diebus illis. ¶18 Quſm-
que diligentiſſimè perſcrutantes inuenerint
falſum teſtem dixiſſe contra fratrem ſuū mē-
daciū: ¶19 ¶Reddent ei ſicut fratri ſuo facere
cogitauit, & auferes malum de medio tui:
¶20 Vt audientes cæteri timorem habeant, & Deu.
nequaquam talia audeant facere. ¶21* Nō mi- *17.
ſereberis eī,¶ſed animā pro anima,oculū pro
oculo,dentē pro dente,manum pro manu,pe
dem pro pede exiges. CAP. XX.

1 Fiducia in Deū pugnaturis. 5 Immunes
belli.13 Ius belli cōtra vrbes expugnatas.16 Cha
naanæi occidi iubentur. 19 Arbores fructiferæ
non excidendæ.

1 Et exieris ad bellum contra hoſtes tuos, &
videris equitatus & currus, & maiorem
quàm tu habeas,aduerſarii exercitus multitu
dinem,non timebis eos: quia Dominus Deus
tuus tecum eſt, qui eduxit te de Terra Ægy-
pti. ¶2 Appropinquāte autem iam prælio,ſta
bit ſacerdos ante aciem,& ſic loquetur ad po-
pulū, ¶3 Audi Iſrael,vos hodie contra inimi-
cos veſtros pugnam committitis, non perti-

meſcat cor veſtrum,nolite metuere,nolite cedere, nec formidetis eos: ¶ 4 Quia Dominus Deus veſter in medio veſtri eſt , & pro vobis contra aduerſarios dimicabit,vt eruat vos de
B periculo. ¶5 Duces quoque per ſingulas turmas audiente exercitu proclamabunt, ¶Quis
.9. eſt homo qui ædificauit domũ nouam, & nõ
b. 3. dedicauit eam? vadat,& reuertatur in domũ ſuã,ne fortè moriatur in bello, & alius dedicet eam. ¶ 6 Quis eſt homo qui plantauit vi-
.9. neam,& nõ necdum fecit eã eſſe cõmunem,de qua veſci omnibus liceat? vadat,& reuertatur in domum ſuam:ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. ¶7 Quis eſt homo qui deſponſit vxorẽ,& nõ accepit eã? vadat,& reuertatur in domũ ſuam,ne forte moriatur in bello, & alius homo accipiat eã. ¶8 His dictis addẽt reliqua,& loquẽtur ad
2.3. populũ, ¶Quis eſt homo formidoloſus,& cor de pauido? vadat,& reuertatur in domũ ſuã: ne pauere faciat corda fratrum ſuorum, ſicut ipſe timore perterritus eſt. ¶9 Quúmq; ſilẽtium fuerit ducum exercitus , & finem loquendi fecerint,vnuſquiſque ſuos ad bellandum cuneos præparabit. ¶10 Si quando acceſſeris ad expugnandam ciuitatem,offeres ei primdm pacẽ. ¶11 Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea eſt, ſaluabitur, & ſeruiet tibi ſub tributo. ¶12 Sinautẽ fœdus inire noluerit,& cœperit cõtra te bellũ,oppugnabis eã. ¶13 Quúmq; tradiderit Dominꝰ Deus tuus illã in manu tua, percuties omne quod in ea generis maſculini eſt,i ore gladii. ¶14 Abſque mulieribus & infantibus, iumẽtis & cæteris quæ in ciuitate ſunt. omnem prædã exercitui diuides, & comedes de ſpoliis hoſtium tuorũ, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi. ¶15 Sic facies cũctis ciuitatib' quæ à te procul valde ſunt, & nõ ſunt de his vrbibus quas in
D poſſeſſionẽ accepturus es. ¶16 De his autem ciuitatibus quæ dabũtur tibi,nullum omnino permittes viuere, ¶17 ſed interficies in ore gladii. Hethæũ videlicet, & Amorrhæũ. & Chananæũ, Pherezæũ,& Heuæũ,& Iebuſæũ ,ſicut præcepit tibi Dominus De'tu': ¶18 Neforte docẽt vos facere cunctas abominationes quas ipſi operati ſunt diis ſuis , & peccetis in Dominũ Deũ veſtrũ. ¶19 Quando obſederis ciuitatẽ multo tempore, & munitionibus circundederis vt expugnes eam,non ſuccides arbores de quibus veſci poteſt, nec ſecutibus per circuitum debes vaſtare regionem: quoniam lignum eſt,& non homo, nec poteſt bellantium contra te augere numerum. ¶ 20 Sıqua autemligna non ſunt pomifera,ſed agreſtia, & in cæteros apta vſus,ſuccide,& inſtrue machinas , donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat. CAP. XXI.

1 Lex expurgationis ſuper occiſo cuius author ignoretur.10 Quomodo ducẽda captiua in vxorẽ.17 Ius primogenituræ nõ dandũ ex animi libidine. 22 Suſpenſi in patibulo.

QVando inuentum fuerit in Terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi,hominis cadauer occiſi, & ignorabitur cædis reus. ¶2 Egredientur maiores natu.& iudices tui,& metientur à loco cadaueris ſingulas ciuitates per circuitũ ſpatia ciuitatũ : ¶3 Et quã vicinioré cæteris eſſe perſpexerint,ſeniores ciuitatis illius tollent vitulam de armẽto,quæ non traxit iugum,nec terram ſcidit vomere. ¶4 Et ducent eam ad vallẽ aſperam atque ſaxoſam,quæ nunquam arata eſt,nec ſementẽ recepit,& cædẽt ea ceruices vitulæ. ¶5 Accedẽtque ſacerdotes filii Leuiꝰ quos elegerit Dominus Deus tuus vt miniſtrent ei,& benedicant in nomine eius,& ad verbum eorũ omne negotiũ pendet & quicquid mũdum vel immundũ eſt,iudicetur. ¶6 Et venient*ima
* omnes. iores nata ciuitatis illius ad interfectũ. lauabũtque manus ſuas ſuper vitulam quæ in valle percuſſa eſt. ¶7 Et dicẽt, Manus noſtræ non effuderunt ſanguinẽ hunc,nec oculi viderunt. ¶8 Propitiu eſto populo tuo Iſrael, quẽ redemiſti Domine,& ne reputes ſanguinem innocentẽ in medio populi tui Iſrael.Et auferetur ab eis reatus ſanguinis. ¶9 Tu autem alienus eris ab innocentis cruore qui fuſus eſt,quũ feceris quod præcepit Dominus. ¶10 Si egreſſus fueris ad pugnam contra inimicos tuos , & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua,captiuoſque duxeris, ¶11 Et videris in numero captiuorum mulierẽ pulchram,& adamauerris eam,voluerisque habere vxorem: ¶12 introduces eam in domũ tuã: quæ radet cæſariem , & circuncidet vngues, ¶13 Et deponet veſtẽ in qua capta eſt: ſedẽſque in domo tua, flebit patrẽ & matrem ſuã vno mẽſe. & poſtea intrabis ad eam,dormiẽſque cum illa, & erit vxor tua. ¶14 Si autem poſtea nõ ſederit animo tuo, dimittes eam liberam,nec vẽdere poteris pecunia,nec opprimere per potẽtiam:quia humiliaſti eã. ¶15 Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectã,& alterã odioſam,*genuerintque ex eã,filiosque, & fuerit filius odioſæ primogenitus, ¶16 Voluerit que ſubſtitiam inter filios ſuos diuidere:non poterit filium dilectæ facere primogenitum,& præferre filio odioſæ, ¶17 Sed filium odioſæ agnoſcet primogenitũ,& dabit ei de his quæ habuerit cũcta duplicia.iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debẽtur primogenita. ¶18 Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui nõ audierit patris ac matris imperium,& coercitus obedire contemſerit: ¶19 Apprehendent eũ, & ducẽt ad ſeniores ciuitatis illius & ad portam iudicii, ¶20 Dicẽtque ad eos. Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt , monita noſtra audire contemnit,comeſſationibus vacat,& luxuriæ atque conuiuiis. ¶21 Lapidibus eum obruet populus ciuitatis , & morietur,vt auferatis malũ de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. ¶22 Quando peccauerit homo quod morte plectẽdum eſt:& adiudicatus morti appẽſus fuerit in patibulo: ¶23 Non pernanebit cadauer eius in ligno,ſed in eadem die ſepelietur : quia maledictus à Deo eſt qui pendet in ligno.& ne-
Galat.3.b.13. quaquam contaminabis Terram tuam quam Dominus Deus tuus dederit tibi in poſſeſſionem. CAP. XXII.

1 Res proximi perdita. 5 Mulier veſte virili ne vtatur. 6 De nido inuento. 8 Tectũ domus 9 Vinea. 10 Arare. 11 Veſtimẽtũ. 12 Fimbriæ. 13 Vxor nõ inuẽta virgo. 22 Adulterii pœna. 23 Vir

go oppressa in ciuitate vel agro.22 Lex viri op primẽtis virginẽ nõ despõsatã.30 Vxor patris non ducenda.

NOn videbis bouẽ fratris tui,aut ouẽ errã tẽ,& præteribis : sed reduces fratri tuo. ¶2 Sciã ti nõ est propinquus frater tuus , nec nosti eũ:duces in domum tuã , & erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus , & recipiat. ¶3 similiter facies de asino,& de vestimẽto,& de omni re fratris tui quæ perierit:si inueneris eã, ne negligas quasi alienã. ¶4 Si videris asinũ fratris tui aut bouẽ cecidisse in via , nõ despicies,sed subleuabis cũ eo. ¶5 Non induetur mulier veste virili ,nec vir vtetur veste fœminea, abominabilis enim apud Deũ est qui facit hæc. ¶6 Si ambulãs per viã, in arbore vel in terra nidũ auis inueneris , & matrẽ pullis vel ouis desuper incubantẽ: nõ tenebis eã cũ filiis, ¶7 Sed abire patieris,captos tenẽs filios, vt bene sit tibi.& lõgo viues tẽpore. ¶8 Quum ædificaueris domũ nouã , facies murum tecti per circuitũ ne effundatur sanguis in domo tua, & tu reus labẽte alio,&in præceps ruẽte. ¶9 Nõ seres vineã tuã altero semine:ne & sẽmẽtis quã semisti , & quæ nascũtur ex vinea, pariter sanctificẽtur. ¶10 Nõ arabis in boue ũ mul & asino. ¶11 Nõ induẽris vestimẽto quod ex lana linõque cõtextũ est. ¶12 Funiculos in fimbriis facies per quatuor angulos pallii tui, quo operiris . ¶13 Si duxerit vir vxorẽ, & postea odio habuerit eã, ¶14 Quærẽtque occasiones quibus dimittat eã , obiiciẽs ei nomen pessimũ, & dixerit, vxorẽ hanc accepi, & ingressus ad eã nõ inueni virginem: ¶15 Tollẽt eã pater & mater eius,& ferẽt secũ signa virginitatis eius ad seniores vrbis qui in porta sunt : ¶16 Et dicet pater, filiã meã dedi huic vxorẽ:quã quia odit. ¶17 Imponit ei nomen pessimũ,vt dicat, Nõ inueni filiã tuã virginẽ: & ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ. expandẽt vestimentũ corã senioribus ciuitatis: ¶18 Apprehẽdẽntque senes vrbis illius, vi rũ,& verberabũt illũ, ¶19 Condẽnantes insuper centũ siclis argẽti, quos dabit patri puellæ, quoniã diffamauit nomen pessimũ super virginẽ Israel,habebitque eam vxorẽ,& non poterit dimittere * omnibus diebus vitæ suæ. ¶20 Quòd si verũ est quod obiicit,& nõ est in puella inuẽta virginitas: ¶21 Educẽt eã extra fores domus patris sui,& lapidibus obruẽt vi ri ciuitatis illius,& morietur:quoniã fecit nefas in Israel , vt fornicaretur in domo patris sui:& auferes malum de medio tui. ¶22 Si dormierit vir cũ vxore alterius , vterque morietur,id est adulter & adultera: & auferes malũ de Israel. ¶23 Si puellã virginẽ despõderit vir, & inuenerit eã aliquis in ciuitate,& cõcubuerit cũ ea: ¶24 Educes vtrunque ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur: puella, quia non clamauit quũ esset in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi sui. & auferes malum de medio tui. ¶25 Si autẽ in agro repererit vir puellam quæ desponsata est , & apprehendens concubuerit cum ea, ipse morietur solus: ¶26 Puella nihil patietur,nec est rea mortis: quoniam sicut latro consurgit cõtra fratrẽ suum,& occidit animam eius,ita & puella perpessa est, ¶27 Sola erat in agro:clamauit,& nullus affuit qui liberaret eã. ¶28 Si inuenerit vir puellã virginẽ , quæ non habet sponsũ, & apprehendes cõcubuerit cũ illa,& res ad iudicũ venerit: ¶29 Dabit qui dormiuit cũ ea,patri puellæ quinquaginta siclos argenti,& habebit eam vxorẽ , quia humiliauit illam: non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ . ¶30 Non accipiet homo vxorẽ patris sui , nec reuelabit operimentum eius.

CAP. XXIII.

1 Eunuchi.3 Moabitæ,& Ammonitæ.7 Idumæi & AEgyptii nõ abominandi.9 Lex belli.10 Pollutio nocturna.11 Vẽter leuiũ extra castra.15 De seruo fugitiuo.17 Meretrix & scortator.18 Merces prostibuli.19 Non fœnerãdum.21 Votum reddendum.24 De vinea & segete proximi.

NOn intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis,& abscisso veretro ecclesiã Domini.¶2 Nõ ingredietur mãzer,hoc est de scorto natus,in ecclesiã Domini vsque ad decimam generationẽ . ¶3 Ammonites & Moabites etiã post decimã generationem non intrabunt ecclesiã Domini in æternũ : ¶4 Quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quãdo egressi estis de AEgypto: Et quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ , vt malediceret tibi: ¶5 Et noluit Dominus Deus tuus audire Balaam , vertitque maledictionem eius in benedictionem tuam,eo quòd diligeret te. ¶6 Nõ facies cũ eis pacem , nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ,in sempiternum. ¶7 Nõ abominaberis Idumæum,quia frater tuus est: nec AEgyptium , quia aduena fuisti in terra eius.¶8 Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in ecclesiam Domini. ¶9 Quãdo egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam,custodies te ab omni re mala. ¶10 Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio,egredietur extra castra , ¶11 Et non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. ¶12 Habebis locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita naturæ, ¶13 Cerens pa xillum in balteo.quúmque sederis,fodies per circuitum, & egesta humo operies quo releuatus es. ¶14 Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum*, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos. Et sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. ¶15 Non trades seruum domino suo, qui ad te confugerit . ¶16 Habitabit tecum in loco qui ei placuerit , & in vna vrbium tuarum requiescet: ne contristes eum. ¶17 Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel. ¶18 Non offeres mercedem prostibuli , nec pretium canis in domo Domini Dei tui,quicquid illud est quod vouerint:quia abominatio est vtrunque apud Dominũ Deũ tuum . ¶19 Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniam,nec fruges,nec quamlibet aliã rem, ¶20 Sed alieno: fratri autem tuo absque vsura id quo indiget.commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris* possidendam. ¶21 Quum votum voueris Domino Deo tuo,non tardabis reddere: quia requiret illud

Dominus Deus tuus: & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatū. ¶12 Si nolueris pollicteri, absque peccato eris. ¶13 Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria uolūtate & ore tuo locutus es. ¶14 In gressus vineam proximi tui, comede uuas quātum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. ¶15 Si intrueris segetem amici tui, frāges spicas, & manu conteres: falce autem non metes.

CAP. XXIIII.

1 Repudiū. 5 Nuper cōiugati. 6 Pign". 7 Vēdens Israelitem. 8 Lepra. 14 Merces non retinenda. 16 Boni pro malis non puniēdi. 17 Pupillus, aduena, vidua. 18 Reliquiæ in agris.

A ¶1 Si acceperit homo vxorem, & habuerit eā, 31, & ¶ non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: scribet libellū repudii, & dabit in manu illius, & dimittet eam 1.4. de domo sua. ¶2 Quūmque egressa alterū maritum duxerit, ¶3 & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellū repudii, & dimiserit de domo sua, vel certe mortuus fuerit: ¶4 Non poterit prior maritus recipere eam in vxorē: quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino: ne peccare facias Terrā tuam, quam Dominus Deus tradiderit tibi possidēdam. ¶5 Quum acceperit homo nuper vxorem, non procedet ad bellum, nec ei quippiā necessitatis iniūgetur publicæ, sed vacabit absque culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cū vxore sua. ¶6 Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animā suam apposuit tibi. ¶7 Si deprehensus fuerit homo sollicitās fratrem suum de filiis Israel, & vendito eo acceperit pretium: interficietur, & auferes malū de medio tui. ¶8 Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ, sed facies quæcunque docuerint te Sacerdotes Leuitici generis iuxta id quod præcepi eis, & imple solicitē. ¶9 ‖ Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via quum egrederemini de Ægypto. ¶10 Quum repetes à proximo tuo rem aliquam, quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas: ¶11 Sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. ¶12 Si nautem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, ¶13 Sed statim reddes ei ante solis occasum: vt dormiens in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo. ¶14 ‖ Non negabis mercedem indigētis, & pauperis fratris tui, siue aduenæ qui tecum moratur in Terra, & intra portas tuas est: ¶15 Sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamēt cōtra te ad Dominū, & reputetur tibi in peccatum. ¶16 ‖ Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus: sed vnusquisq; pro peccato suo morietur. ¶17 Nō peruertes iudicium aduenæ & pupilli: nec auferes pignoris loco viduæ vestimentū. ¶18 Memento quòd seruieris in Ægypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem. ¶19 ‖ Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulū reliqueris, non reuertēris vt tollas illum: sed aduenam, & pupillum, & viduam auferte patiēris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum. ¶20 Si fruges collegeris olīuarum, quicquid remanserit in arboribus, nō reuertēris vt colligas: sed relinques aduenæ, pupillo, ac viduæ. ¶21 Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanētes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, ac viduæ. ¶22 Memēto quòd & tu seruieris in Ægypto, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

CAP. XXV.

Pœna delinquentium. 4 Merces reddēda. 5 Suscitatio seminis fratris mortui. 10 Domus discalceati. 11 Mulier apprehendens virilia. 13 Pondera. 17 Amalecitæ occidendi.

¶1 Si fuerit causa inter aliquos, & interpella- A
uerint iudices: quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis. ¶2 Si autē eum qui peccauit dignū viderint plagis: prosternent, & coram se faciēt verberari. Pro mēsura peccati erit & plagarum modus: ¶3 Ita dūntaxat vt ‖ quadraginarium numerum nō 2. Cor. 11. f.
excedāt: ne fœdē laceratus ante oculos tuos
abeat frater tuus. ¶4 ‖ Non ligabis os bouis te 1. Cor. 9. b.
rentis in area fruges tuas. ¶5 ‖ Quando habi 1. tim. 5. c.
tauerint fratres vnul, & vnus ex eis absque Mat. 22. c.
liberis mortuus fuerit, vxor defuncti nō nu- mar. 12. b.
bet alteri: sed accipiet eam frater eius, & su- luc. 20. d.
scitabit semē fratris sui: ¶6 Et primogenitum B
ex ea filium nomine illius appellabit, vt non
deleatur nomen eius ex Israel. ¶7 Sinautem
noluerit accipere vxorem fratris sui quæ ei
lege debetur, perget mulier ad portam ciuita-
tis, & interpellabit maiores natu, dicētque,
‖ Non vult frater viri mei suscitare semē fra- Ruth 4. b.
tris sui in Israel: nec me in coniugiū sumere. *nomen
¶8 Statimque accersiri eum facient, & interrogabunt. Et responderit, Nolo eam vxorem
accipere: ¶9 Accedet mulier ad eum coram
senioribus, & tollet calceamēntum de pede e-
ius, spuētque in faciem illius, & dicet, Sic fiet
homini qui non ædificat domum fratris sui. C
¶10 Et vocabitur nomen illius in Israel, Do-
mus discalceati. ¶11 Si habuerint iter se iurgā-
tum viri duo, & vnus contra alterū rixari cœperit: volēnsque vxor alterius eruere virum
suum de manu fortioris, misertit que manum,
& apprehenderit verenda eius: ¶12 Abscindes
manum illius, nec flectēris super eam vlla mi-
sericordia. ¶13 Non habebis in sacculo diuer-
sa pondera, maius & minus: ¶14 Nec erit in
domo tua modius maior & minor. ¶15 Pon-
dus habebis iustū & verum, & modius æqua-
lis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore D
super Terram quam Dominus Deus tuus de-
derit tibi. ¶16 Abominatur enim Dominus
tuus eum qui facit hæc, & auersatur omnem
iniustitiam. ¶17 ‖ Memēto quæ fecerit tibi A Exod. 17. c.
malec in via quando egrediebaris ex Ægy-
pto: ¶18 Quomodo occurrerit tibi, & extre-
mos agminis tui, qui lassi retidebant, ecciderit, quando tu eras fame & labore confectus,
& non timuerit Deum. ¶19 Quum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiē, & subiecerit cunctas per circuitum nationes in Terra quam tibi pollicitus est: delebis nomen eius sub cælo, caue ne obliuiscaris.

CAP. XXVI.

11 Primitiæ tertio quoque anno Leuitis, pupillis, viduis, & aduenis persoluendæ. 18 Iudæi in gloriã Dei assumpti in populum.

A Quumque intraueris Terrã quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendã, & obtinueris eã, atque habitaueris in ea, ¶2 Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergésque ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius. ¶3 Accedésque ad sacerdotẽ qui fuerit in diebus illis, & dices ad eũ, Profiteor hodie corã Domino Deo tuo quòd ingressus sum in Terrã pro qua iurauit patribus nostris vt daret eam nobis. ¶4 Suscipiensque sacerdos cartallum de manu eius, ponet ante altare Domini Dei tui. ¶5 Et loquẽris in conspectu Domini Dei tui, Syrus perfequebatur patrẽ meum, qui descẽdit in Ægyptũ, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero: creuitq; in gentem magnam ac robustam & infinitæ multitudinis. ¶6 Afflixerũtq; nos Ægyptii, & persecuti sunt, imponentes onera grauissima. ¶7 Et clamauimus ad Dominũ Deum patrum nostrorum, qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem atque angustiam. ¶8 Et eduxit nos de Ægypto in manu forti, & brachio extẽto, in ingẽti pauore, in signis atq; portẽtis: ¶9 Et introduxit ad locũ istum, & tradidit nobis Terrã lacte & melle manantẽ. ¶10 Et idcirco nunc offero primitias frugũ Terræ quã Dominus dedit mihi, & dimittes eas in cõspectu Domini Dei tui: & adorato Domino Deo tuo, ¶11 epulaberis in omnibus bonis quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecũ est. ¶12 Quãdo compleueris decimam cunctarum frugũ tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ & aduenæ, & pupillo & viduæ, vt comedãt intra portas tuas, & saturentur: ¶13 Loquerisq; in conspectu Domini Dei tui, Attuli quod sanctificatum est, de mo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, ‖ sicut iussisti mihi: non præteriui mandata tua, nec tum oblitus imperii tui. ¶14 Nõ comedi ex eis in luctu meo, nec separani ea in qualibet immũditia, nec expẽdi ex his quicquã in re funebri: obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. ¶15 ‖ Respice de sanctuario tuo, & de excelso cælorũ habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & Terræ quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, Terræ lacte & melle manãti. ¶16 Hodie Dominꝰ Deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atque iudicia: vt custodias & ipleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. ¶17 ‖ Dominũ elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in viis eius, vt custodias ceremonias illius, & mãdata atque iudicia, & obedias eius imperio. ¶18 ‖ Et Dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius: ¶19 Et faciet te excelsiõrẽ cunctis gentibus quas creauit, in laudẽ, & nomẽ, & gloriã suã: vt sis populus sanctꝰ Dei tui, sicut locutꝰ est. CAP. XXVII.

1 Altare lapideum super quod lex erat descripta. 11 Benedictiones in monte Garizim.

13 Maledictiones in monte Hebal.

PRæcepit autem Moyses & seniores Israel populo, dicentes, Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. ¶2 Quúmque trãsieritis Iordanem in Terram quã Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, ¶3 vt possis in eis scribere omnia verba legis hui', Iordane trãsmisso, vt introeas Terrã quam Dominus Deus tuus dabit tibi, Terram lacte & melle manãtem, sicut iurauit patribus tuis. ¶4 ‖ Quando ergo transieritis Iordanem, erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis in monte Hebal, & leuigabis eos calce: ¶5 Et ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus quos fortum non tetigit, ¶6 Et de faxis informibus & impolitis: & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo, ¶7 Et immolabis hostias pacificas, comedésque ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo. ¶8 Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. ¶9 Dixerũntque Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnẽ Israelẽ, Attende, & audi Israel, Hodie factus es populus Domini Dei tui. ¶10 Audies vocẽ eius, & faciesmandata atq; iustitias quas ego præcipio tibi, * ¶11 Præcepitq; Moyses populo in die illo, dicẽs, ¶12 Hi ‖ stabũt ad benedicendũ Domino' super montem Garizim, Iordane trãsmisso: Simeõ, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph, & Bẽiamin. ¶13 Et ex regione isti ‖ stabũt ad maledicendũ in mõte Hebal, Rubẽ, Gad, & Aser, & Zabulon, Dã, & Nephthali. ¶14 ‖ Et pronũtiabũt Leuitæ, dicẽtq; ad omnes viros Israel excelsa voce, ¶15 Maledictus homo qui ‖ facit' sculptile & conflatile, abominationem Domini, opus manuũ artificum, ponẽtque illud in abscondito. & respõdebit omnis populus, & dicet, Amẽ. ¶16 Maledictus qui nõ honorat patrem suum, & matrem*, & dicet omnis populus, Amẽ. ¶17 Maledictus qui transfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus, Amẽ. ¶18 Maledictus qui errare facit cæcũ in itinere. & dicet omnis populus, Amẽ. ¶19 Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli & viduæ. & dicet omnis populus, Amẽ. ¶20 Maledictus qui dormit cum vxore patris sui, & reuelat operimẽtum lectuli eius. & dicet omnis populus, Amẽ. ¶21 Maledictus qui dormit cũ omni iumẽto. & dicet omnis populus, Amẽ. ¶22 Maledictus qui dormit cũ sorore sua, filia patris sui, vel matris suæ. & dicet omnis popul', Amẽ. ¶23 Maledictus qui dormit cum socru sua. & dicet omnis populus, Amen. ¶24 Maledictus qui clãm percusserit proximũ suũ. & dicet omnis popul', Amen. ¶25 Maledictus qui dormit cũ vxore proximi sui. & dicet omnis popul', Amẽ. ¶26 Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animã sanguinis innocẽtis. & dicet omnis populus, Amen. ¶27 Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. & dicet omnis populus, Amen.

CAP. XXVIII.

1 Benedictio seruãtibus mandata. 15 Maledictio non seruantibus.

SI autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atque custodias omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie: faciet

Exod. 20. Deut. 5.

Dominus ‖ tuus,

Deut. 11. Iosue 8.

Leuit. 19. Deut. 27.

Exod. 20. Deut. 5.

Leuit. 18. & 20.

Deut. 22. & 27.

Leuit. 18. & 20.

Deut. 27.

Leuit. 18. & 20.

Deut. 27.

Leuit. 18. & 20.

Deut.

te Dominus Deus tuus excelsiorē cunctis gentibus quæ versantur in terra. ¶2 Veniēntque super te vniuersæ benedictiones istæ, & apprehendent te: si tamen præcepta eius audieris. ¶3 Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro. ¶4 Benedictus fructus vētris tui, & fructus terræ tuæ, fructusque iumentorum tuorum, greges armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum. ¶5 Benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ. ¶6 Benedictus eris ingrediens, & egrediens. ¶7 Dabit Dominus inimicos tuos qui consurgent aduersum te, corruentes in conspectu tuo: per vnam viam venient contra te, & per septem fugient à facie tua. ¶8 Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: benedicetque tibi in Terra quam acceperis. ¶9 Suscitabit te Dominus tibi in populum sanctum, sicut iurauit tibi: si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in viis eius. ¶10 Videbūntque omnes terrarū populi quōd nomen Domini inuocatum sit super te, & timebūt te. ¶11 Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumentorum tuorum, fructu Terræ tuæ quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi. ¶12 Aperiet Dominus thesaurum suum optimum, cælum, vt tribuat pluuiā terræ tuæ in tempore suo: benedicetque cunctis operibus manuum tuarum. & fœnerabis gentibus multis, & ipse à nullo fœnus accipies. ¶13 Constituet te Dominus Deus tuus in caput, & non in caudam: & eris semper suprà, & nō subter: si tamen audieris mandata Domini Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris & feceris, ¶14 Ac non declinaueris ab eis nec ad dexteram nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos, neque colueris eos. ¶15 Quōd si audire noluer is vocem Domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehēdent te. ¶16 Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. ¶17 Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. ¶18 Maledictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarum. ¶19 Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediens. ¶20 Mittet Dominus super te famem & esurtem, & increpationem in omnia opera tua quæ tu facies: donec cōterat te & perdat velociter, propter adinuentiones tuas pessimas in quibus reliquisti me. ¶21 Adiungat tibi Dominus pestilentiā donec cōsumat te de Terra ad quam ingredieris possidendā. ¶22 Percutiat te Dominus egestate, febri & frigore, ardore & æstu & aere corrupto ac rubigine, & persequatur donec pereas. ¶23 Sit cælum quod supra te est, æneū: & terra quā calcas, ferrea. ¶24 Det Dominus imbrem terræ tuæ pulueream, & de cælo descendat super te cinis, donec conteraris. ¶25 Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos: & per vnam viam egredieris contra eos, & per septem fugias, & dispergaris per omnia regna terræ. ¶26 Sitque cadauer tuum in escam cunctis volatilibus cæli & bestiis terræ, & non sit qui abigat, ¶27 Percutiat te Dominus vlcere Ægypti, & partem corporis per quā stercora egeruntur, scabie quoque & prurigine: ita vt curari nequeas. ¶28 Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis, ¶29 Et palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Omnique tempore calumniam sustineas, & opprimaris violenta, nec habeas qui liberet te. ¶30 Vxorem accipias, & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, & nō habites in ea: plantes vineam, & non vindemies eam. ¶31 Bos tuus immoletur coram te, & nō comedas ex eo: asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, & nō reddatur tibi. Oues tuæ dentur inimicis tuis, & nō sit qui te adiuuet. ¶32 Filii tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo, videntibus oculis tuis, & deficiētibus ad conspectum eorum tota die, & non sit fortitudo in manu tua. ¶33 Fructus terræ tuæ, & omnes labores tuos comedat populus quem ignoras: & sis semper calumniam sustinens, & oppressus cunctis diebus, ¶34 Et stupēs ad terrorē eorū quæ videbunt oculi tui. ¶35 Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus & in suris, sanarique non possis à planta pedis vsque ad verticem tuum. ¶36 Ducētque te Dominus, & regem quem cōstitues super te, in gentem quam ignoras tu & patres tui: & seruies ibi dits alienis, ligno & lapidi. ¶37 Et eris perditus, in prouerbium ac fabulam omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus. ¶38 Sementem multam iacies in terram, & modicum congregabis: quia locustæ deuorabunt omnia. ¶39 Vineam plantabis & fodies, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniam vastabitur vermibus. ¶40 Oliuas habebis in omnibus terminis tuis: & non vngēris oleo: quia defluent & deperibunt. ¶41 Filios generabis & filias, & nō fruēris eis: quoniam ducentur in captiuitatē. ¶42 Omnes arbores tuas & fruges Terræ tuæ rubigo consumet. ¶43 Aduena qui tecū versatur in Terra, ascēdet super te, erituq; sublimior: tu autem descendes, & eris inferior. ¶44 Ipse fœnerabit tibi, & tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. ¶45 Et venient super te omnes maledictiones istæ, & persequentes apprehēdent te, donec intereas: quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec seruasti mādata eius, & ceremonias quas præcepit tibi. ¶46 Et erunt in te signa atque prodigia, & in semine tuo vsque in sempiternū: ¶47 Eo quōd nō seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitia, propter rerum omnium abundantiam. ¶48 Seruies inimico tuo quem emittet tibi Dominus, in fame, & siti, & nuditate, & omni penuria, & ponet iugum ferreum super cervicem tuam, donec te conterat. ¶49 Adducet Dominus super te gentem de longinquo, & de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cū impetu: cuius linguam intelligere non possis, ¶50 Gentem procacissimam, quæ non deferat senj, nec misereatur parvuli. ¶51 Et deuoret fructum iumentorum tuorū, ac fruges Terræ tuæ, donec intereas: & non relinquat tibi triticum, vinum & oleum, armenta boum & greges ouium, donec te disperdat, ¶52 Et cō-

gunt
ris
c.19.
Ducet
Mich.6.d.
aggæi 1.a.
immittet

terat in cunctis vrbibus tuis,& destruatur mu-
E ri tui firmi atque sublimes,in quibus habebas fiduciã in omni Terra tua. ¶Obsideberis intra portas tuas in omni Terra tua quam dabit tibi Dominus Deus tuus: ¶51 Et comedes fructum ventri tui, & carnes filiorum tuorum & filiarum tuarum, quas dederit tibi Dominus Deus tuus,in angustia & vastitate qua opprimet te hostis tuus. ¶52 Homo delicatus in te, & luxuriosus valde inuidebit fratri suo,& vxori quæ cubat in sinu suo, ¶53 Ne det eis de carnibus filiorũ suorum quas comedet: eo quòd nihil aliud habeat i obsidione & penuria qua vastauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. ¶54 Tenera mulier & delicata quæsu per terram ingredi non valebat,nec pedis vestigiũ figere propter mollitiem & teneritudinem nimiam,inuidebit viro suo qui cubat in sinu eius,super filii & filiæ carnibus, ¶55 Et illuuie secundinarũ quæ egrediuntur de medio fœminum eius,& super liberis qui eadem hora nati sunt.comedent enim eos clãm propter rerum omnium penuriam.in obsidione & vastitate qua opprimet te inimicus tuus in
F tra portas tuas. ¶56 Nisi custodieris,& feceris omnia verba legis huius quæ scripta sunt in hoc volumine. & timueris nomẽ eius gloriosum & terribile.hoc est Dominum Deum tuũ: ¶57 Augebit Dominꝰ plagas tuas,& plagas seminis tui,plagas magnas & perseuerantes,infirmitates pessimas & perpetuas. ¶58 Et conuertet in te omnes afflictiones Aegypti, quas timuisti, & adhærebũt tibi. ¶59 Insuper & vniuersas lãguores,& plagas quæ nõ sunt scriptæ in volumine legis huius induxit Dominus super te,donec te cõterat. ¶60 Et remanebitis pauci numero, qui priꝰ eratis sicut astra cæli præ multitudine:quoniã nõ audisti vocẽ Domini Dei tui. ¶61 Et sicut antè lætatus est Dominus super vos,bene vobis faciẽs, vosq; multiplicans: sic lætabitur disperdens vos atq; subuertẽs,vt auferamini de Terra ad quã ingredieris possidẽdã. ¶62 Dispergetq; te Dominus in omnes populos à summitate terræ vsq; ad terminos eius: & seruies ibi diis alienis quos & tu ignoras & patres tui , lignis & lapidibꝰ. ¶63 In Gẽtibus quoq; illis nõ quiesces,neq; erit requies vestigio pedis tui.dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidũ, & deficientes oculos,& animam consumptam mœrore. ¶64 Et erit vita tua quasi pẽdẽs ante te:time bis nocte & die,& nõ credes vitæ tuæ. ¶65 Mane dices, Quis mihi det vesperum? & vespere, Quis mihi det manè propter cordis tui formidinẽ qua terreberis,& propter ea quæ tuis videbis oculis. ¶66 Reducet te Dominus classibus in Aegyptum per viam de qua dixit tibi vt eam amplius non videres:ibi vendẽris inimicis tuis in seruos & ancillas,& nõ erit qui emat.

CAP. XXIX.

1 Commemoratione beneficiorũ Dei, ad mandata seruanda hortatur. 24 Causa furoris Domini in populum.

HAEc sunt verba fœderis quod præcepit Dominus Moysi vt feriret cum filiis Israel in Terra Moab: præter illud fœdus quod cum eis pepigit in Horeb. ¶1 Vocauitq; Moyses omnem Israel, & dixit ad eos, Vos vidi-
Exod.19.2.4 stis vniuersa quæ fecit Dominus coram vobis in Terra Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius,vniuersæque terræ illius, ¶3 Tentationes magnas quas viderũt oculi tui,signa illa portentaq; ingẽtia, ¶4 Et nõ dedit vobis Dominus cor intelligẽs,& oculos videntes, & aures quæ possint audire, vsq; in præsentem diẽ. ¶5 Adduxit vos quadraginta annis per desertũ: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamẽta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. ¶6 Panẽ non comedistis, vinum & ticerã nõ bibistis: vt sciretis quia ego sum Dominus Deus vester. ¶7 Et venistis ad hunc locum:egressusque est Sehon rex Hesebon,& Og rex Basan,occurrẽtes nobis ad pugnam.Et percussimus eos, ¶8 Et tulimus Terram eorum, ac tradidimus possidendam Ruben & Gad,& dimidiæ tribui Manassẽ. ¶9 Custodite ergo verba pacti huius,& implete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis. ¶10 Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro,principes vestri,& tribus, ac maiores natu,atq; doctores,omnis populus Israel, ¶11 Liberi & vxores vestræ,& aduenæ qui tecũ morantur'in castris , exceptis lignorum cæsoribus,& his qui comportant aquas: ¶12 Vt transeas in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum: ¶13 Vt suscitet te sibi in populũ, & ipse sit Dominus Deus tuus sicut locutus est tibi,& sicut iurauit patribus tuis Abrahã, Isaac, & Iacob. ¶14 Nec vobis solis ego hoc fœdꝰ ferio,& hæc iuramẽta cõfirmo, ¶15 Sed cunctis præsentibus & absentibus. ¶16 Vos enim nostis quomodo habitauerimꝰ in Terra Aegypti, & quomodo transierimus per medium nationũ,quas transeuntes ¶17 Vidistis abominationes & sordes,id est idola eorũ,lignum & lapidẽ,argentum & aurũ quæ colebãt. ¶18 Ne forte sit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus cuius cor auersum est hodie à Domino Deo nostro: vtvadat & seruiat diis illarum Gentiũ, & sit inter vos radix germinãs fel & amaritudinẽ. ¶19 Quũmque audierit verba iuramẽti huius, benedicat tibi in corde suo,dicens, Bene erit mihi,& ambulabo in prauitate cordis mei:& assumat ebria sitiẽtẽ. ¶20 Et Dominus non ignoscat ei:sed tunc quammaximæ furor eius fumet, & zelus contra hominẽ illum:& sedeant super eũ omnia maledicta quæ scripta sunt in hoc volumine: & deleat Dominus nomen eius sub cælo. ¶21 Et cõsumat eum in perditionẽ ex omnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones quæ in libro legis huius ac fœderis continentur. ¶22 Dicẽtque sequens generatio, & filii qui nascentur deinceps,& peregrini qui delonge venerint, videntes plagas Terræillius, & infirmitates quibus eam afflixerit Dominus, ¶23 Sulphure,& salis ardore cõburens, ita vt vltrà nõ seratur,nec virens quippiam germinet,in exẽplum subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ , Adamæ & Seboim , quas subuertit Dominus in ira & in furore suo. ¶24 Et dicẽt omnes Gentes, Quare sic fecit Dominus Terræ huic? quæ est hæc ira furoris eius immensa? ¶25 Et respondebũt, Quia dereliquerũt pactum Domini: quod pepigit cum patribus eo-

rum, quando eduxit eos de Terra AEgypti: ¶16 Et seruierunt diis alienis, & adorauerunt eos quos nesciebant, & quibus nō fuerāt attributi: ¶17 Idcirco iratus est furor Domini contra Terram istā, vt induceret super eā omnia maledicta quæ in hoc volumine scripta sunt. ¶18 Et elecit eos de Terra sua in ira & in furore, & in indignatione maxima, proiecitq; in Terrā alienā sicut hodie cōprobatur. ¶19 Abscondita, Domino Deo nostro: quæ manifesta sunt, nobis & filiis nostris vsque in sempiternum, vt faciamus vniuersa legis huius.

CAP. XXX.

1 Pœnitentibus misericordia. 6 Corda purificat Deus vt eū diligamus. 11 Verbum Euāgelii prædicatū & corde creditum. 15 Vita, di lectio Dei: Mors, inobedientia.

QVum ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio siue maledictio quā proposui in cōspectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in vniuersis gentibus, in quas dispersérit te Domin⁹ Deus tuus, ¶2 Et reuersus fueris ad eum, & obedieris eius imperiis, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filiis tuis, in toto corde tuo, & in tota anima tua. ¶3 Reducet⁹te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, ⁊ac miserebitur tui, & rursum congregabit te de cunctis populis in quos te antè dispersit. ¶4 Si ad cardines cæli fueris dispútus, inde te retrahet Dominus Deus tuus, ¶5 ‖Et assúmet, atq; introducet in Terrā quā possederunt patres tui, & obtinebis eā: & bene dicés tibi, maioris numeri te esse faciet quàm fuerint patres tui. ¶6 Circuncidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui: vt diligas Dominū Deum tuum⁹ex⁹toto corde tuo, & in tota anima tua, vt possis viuere. ¶7 Omnes autē maledictiones has cōuertet super inimicos tuos, & eos qui oderunt te, & persequūtur. ¶8 Tu autem reuertēris, & audies vocē Domini Dei tui: faciésque vniuersa māda ta quæ ego præcipio tibi hodie: ¶9 Et abunda te te faciet Dominus Deus tuus in cūctis operibus manuum tuarū, in sobole vteri tui, & in fructu iumētorum tuorū, in hubertate terræ tuæ, & in terū omniū largitate. reuertetur enim Dominus, vt gaudeat super te in omnibus bonis, sicut gaudísus est in patribus tuis: ¶10 Si tamē audieris vocē Domini Dei tui, & custodieris præcepta eius & ceremonias, quæ in hac lege cōscripta sunt: & reuertaris ad Dominum Deum tuū in toto corde tuo, & in tota anima tua. ¶11 Mādatū hoc quod ego præcipio tibi hodie, nō supra te est, neq; procul positum, ¶12 Nec in cælo sitū, vt possis dicere, ‖Quis nostrū valet ad cælū ascendere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atq; opere cōpleamus? ¶13 Neque trans mare positum: vt causeris, & dicas, Quis ē nobis poterit trāsfretare mare, & illud ad nos vsq; deferre: vt possímus audire, & facere quod præceptum est? ¶14 Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo & in corde tuo, vt facias illum. ¶15 Considera quòd hodie proposuerim in cōspectu tuo vitā & bonum, & econtrario mortem & malū: ¶16 Vt diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & custodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia: & viuas, atque multiplicet te, benedicátque tibi in Terra ad quam ingredíeris possidendam. ¶17 Si autem auersum fuerit cor tuū, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraueris deos alienos, & seruieris eis: ¶18 Prædico tibi hodie quòd pereas, & parvo tempore morēris in Terra ad quā Iordane transmisso ingrediēris possidendam. ¶19 Testes inuoco hodie cælū & terram, quòd proposuerim vobis vitā & ‖bonū, ‖benedictione & maledictionē: elige ergo vitam, vt & tu viuas, & semē tuū. ¶20 Et diligas Dominū Deum tuū, atque obedias voci eius, & illi adhæreas (ipse est enim vita tua, & longitudo dierū tuorū) vt habites in Terra pro qua iurauit Dominus patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eā illis. CAP. XXXI.

1 Moyses morituras præfícit Iosue populo. 9 Scribit Deuteronomium. 10 Præcipit il lud legi. 14 Prædicit Deus futuram Israelitarum idololatriam, & cātícum in eius detestationem componi iubet. 24 Deuteronomium in arcam reponi præcipit Moyses.

ABiit itaque Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israel, ¶2 Et dixit ad eos, Centum viginti annorum sum hodie, non possum vltrà egredi & ingredi, præsertim quū & Dominus dixerit mihi, ‖Non trans ibis Iordanem istum. ¶3 Dominus ergo Deus tuus trāsíbit ante te, ipse delebit omnes gentes has in cōspectu tuo, & possídebis eas: & Iosue íste trans ibit ante te, sicut locutus est Dominus. ¶4 Faciétque Dominus eis ‖sicut fecit Sehō & Og regibus Amorrhæorū, & Terræ eorū. ⁊delebitq; eos. ¶5 Quum ergo & hos tradíderit vobis, símiliter facietis eis sicut præcepi vobis. ¶6 ‖Viriliter agite, & cōfortamini: nolite timere, nec paueatis ad conspectū eorū: quia Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus, & nō dimittet, nec derelinquet te. ¶7 Vocauitq; Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel, cōfortare, & esto robustus: tu enim introduces populū istū in Terram quam daturum se patribus eorū iurauit Dominus, & tu eam sorte dívides. ¶8 Et Dominus qui ductor est vester, ipse erit tecū: non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas. ¶9 Scripsit itaque Moyses legē hanc, & tradidit eam sacerdotibus filiis Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israel. ¶10 Præcepitque eis, dícens, Post septem annos anno remissionis, in solennitate tabernaculorum, ¶11 Cōuenientibus cūctis ex Israel, vt appareant in conspectu Domini Dei tui in loco quē elegerit Dominus: leges verba legis huius coram omni Israel, audientibus eis, ¶12 Et in vnum omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant, & timeāt Dominum Deum vestrū, & custodiant, implēántque omnes sermones legis huius. ¶13 Filii quoque eorum qui nūc ignorant: vt audire possint, & timeant Dominum Deum⁹ suum⁹ cunctis diebus quibus vertántur in Terra ad quam vos Iordane transmisso pergitis obtinendam. ¶14 Et ait Dominus ad Moysen, Ecce propè sunt dies mortis tuæ: voca Iosuè, & state in tabernaculo testimonii, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moy-

A
45.

De
pti
ma.

f.

3.

B

C

6.

D

ingrederis

*mortem

Nu.21.e.24.

*deleuitque

Ex.7.a.4.

*vestrum

ses & Iosue, & steterunt in tabernaculo testimonii: ¶15 Apparuitq; Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi, ¶16 Dixitque Dominus ad Moysen, Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste cõsurgens fornicabitur post deos alienos in Terra ad quã ingrediet|ur vt habiter in eis|bi de relinquet me, & irritũ faciet fœdus quod pepigi cum eo. ¶17 Et irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eũ, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in deuorationem: inuenient eum omnia mala & afflictiones: ita vt dicat in illo die, Nonne quia non est Deus mecum, inuenerunt me hæc mala. ¶18 Ego autem abscondam, & celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos. ¶19 Nunc itaque scribite vobis canticum istud, & docete filios Israel: vt memoriter teneant, & ore decantẽt, & sit mihi carmẽ istud pro testimonio inter filios Israel. ¶20 Introducã enim eum in Terram pro qua iurauì patribus eius, lacte & melle manantem: quúmque comederint, & saturati, crassique fuerint, auertentur ad deos alienos, & seruient eis: detrahẽtque mihi, & irritum faciẽt pactum meũ. ¶21 Postquã inuenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei cãticum istud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis|sui. Scio enim cogitationes eius, quæ facturus sit hodie, antequam introducam eum in Terram quam ei pollicitus sum. ¶22 Scripsit quoque Moyses cãticum, & docuit filios Israel. ¶23 Præceptique Dominus Iosue filio Nun, & ait, Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in Terram quam pollicit|us sum, & ego ero tecũ. ¶24 Postquã ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque compleuit, ¶25 Præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis Domini, dicẽs, ¶26 Tollite librũ istum, & ponite eũ in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit ibi cõtra te in testimoniũ. ¶27 Ego enim scio cõtentionem tuã, & cervicem tuam durissimã. Adhuc viuẽte me, & ingrediẽte vobiscũ, semper contentiosè egistis contra Dominũ: quãto magis quũ mortuus fuero? ¶28 Cõgregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atq; doctores, & loquar audiẽtibus eis sermones istos, & inuocabo cõtra eos cælum & terram. ¶29 Noui enim quòd post mortem meã iniquè agetis, & declinabitis citò de via quã præcepi vobis: & occurrẽt vobis mala in extremo tẽpore, quãdo feceritis malũ in cõspectu Domini, vt irritetis eũ per opera manuũ vestrarũ. ¶30 Locutus est ergo Moyses audiẽte tẽpluerso cœtu Israel verba carminis huius, & ad finẽ vsq; cõpleuit.

ingreditur

fui.

ergo

CAP. XXXII.

1 Canticum Moysi. 2 Doctrina & opera Dei. 15 Saturatus Israel & ingratus conuertitur ad idola. 48 Moyses scãdit mõtẽ Abarim.

AVdite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei, ¶1 Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meũ, quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina, ¶3 Quia nomẽ Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro. ¶4 Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus. ¶5 Peccauerunt eĩ & non filii eius in sordibus, generatio prauа atque peruersa. ¶6 Hæccine reddis Domino populе stulte & insipiens? nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? ¶7 Memẽto dierum antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

¶8 Quando diuidebat Altissimus gentes, quã do separabat filios adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel: ¶9 Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius. ¶10 Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circunduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui. ¶11 Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas: & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. ¶12 Dominus solus dux eius fuit: & non erat cũ eo deus alienus. ¶13 Cõstituit eũ super excelsam Terram: vt comederet fructus agrorum, vt sugeret mel de petra, oleúmque de saxo durissimo: ¶14 Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietũ filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberent meracissimũ. ¶15 Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorẽ suum, & recessit à Deo salutari suo. ¶16 Prouocauerunt eũ in alienis diis & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt, ¶17 Immolauerunt dæmoniis & nõ Deo, diis quos ignorabant: noui recentésque venerunt, quos non coluerunt patres eorum. ¶18 Deum qui te genuit derelinquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. ¶19 Vidit Dominus, & ad iracundiam cõcitatus est: quia prouocauerunt eum filii sui & filiæ. ¶20 Et ait, Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorũ: generatio enim peruersa est, & infideles filii, ¶21 Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gẽte stulta irritabo illos. ¶22 Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet. ¶23 Congregabo super eos mala, & sagittas meas cõplebo in eis. ¶24 Consumẽtur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium. ¶25 Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenẽ simul ac virginem, lactẽtẽ cum homine sene. ¶26 Et dixi, Vbinã sunt? cessare facia ex hominibus memoriam eorũ. ¶27 Sed propter iram inimicorum distuli: ne forte superbirẽt hostes eorum, & dicerent, Manus nostra excelsa, & nõ Dominus fecit hæc omnia. ¶28 Gẽs absque cõsilio est, & sine prudentia. ¶29 Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent. ¶30 Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem milliа? nõne ideo quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos? ¶31 Non enim est

Deus noſter vt dii eorum: & inimici noſtri ſunt iudices. ¶32 De vinea Sodomorũ, vinea eorum, & de ſuburbanis Gomorrhæ, vua eorum, vua fellis, & botri amariſſimi. ¶33 Fel draconum vinum eorum, & venenum aſpidũ inſanabile. ¶34 Nõne hæc condita ſunt apud me, & ſignata in theſauris meis? ¶35 ‖Mea eſt vltio, & ego retribuã eis in tẽpore, vt labatur pes eorum: iuxtã eſt dies perditionis, & aſeſſe feſtinant tempora. ¶36 Iudicabit Dominus populũ ſuum, & in ſeruis ſuis miſerebitur: videbit quòd infirmata ſit manꝰ, & clauſi quoq; defecerũt, retẽduq; cõſumpti ſunt. ¶37 Et dicet, vbi ſunt dii eorũ, in quibus habebant fiduciam, ¶38 De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum: ſurgant, & opitulentur vobis, & in neceſſitate vos protegant. ¶39 Videte quòd ego ſim ſolus, & non ſit alius Deus præter me: ‖ego occidã, & ego viuere faciã: percutiã, & ego ſanabo, & nõ eſt qui de manu mea poſſit eruere. ¶40 Leuabo ad cælũ manum meam, & dicã, viuo ego in æternũ, ¶41 Si acuero vt fulgur gladiũ meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddã vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam. ¶42 Inebriabo ſagittas meas ſanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occiſorũ, & de captiuitate nudati inimicorũ capitis. ¶43 ‖Laudate gentes populum eius, quia ſanguinẽ ſeruorũ ſuorum vlciſcetur: & vindictam retribuet in hoſtes eorum, & propitius erit terræ populi ſui. ¶44 Venit ergo Moyſes, & locutus eſt omnia verba cantici huius in auribus populi, ipſe & Ioſue filiꝰ Nũ, ¶45 Cõpleuitq; omnes ſermones iſtos, loquens ad vniuerſum Iſrael. ¶46 Et dixit ad eos, Ponite corda veſtra in omnia verba mea quæ ego teſtificor vobis hodie: vt mãdetis ea filiis veſtris cuſtodire & facere, & implere vniuerſa quæ ſcripta ſunt in volumine legis huius: ¶47 Quia nõ incaſſum præcepta ſunt vobis, ſed vt ſinguli in eis viuere ſtudeãtis: quæ faciẽtes longo perſeuerabitis tempore in Terra ad quã Iordane tranſmiſſo ingredimini poſſidendã. ¶48 ‖Locutúſque eſt Dominus ad Moyſen in eadẽ die, dicẽs, ¶49 Aſcende in monte iſtũ Abarim, id eſt tranſitũ, in monte Nebo, qui eſt in Terra Moab cõtra Iericho: & vide Terram Chanaan, quam ego tradã filiis Iſrael obtinendã. ¶50 Et morere in monte, quẽ conſcendens iungẽris populis tuis, ‖ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus in mõte Hor, & appoſitus populis ſuis: ¶51 Quia ‖prævaricati eſtis cõtra me in medio filiorũ Iſrael ad Aquas contradictionis in Cades deſerti Sin: & nõ ſanctificaſtis me inter filios Iſrael. ¶52 Ecõtra videbis Terrã, & nõ ingrediẽris in eam quam ego dabo filiis Iſrael.

CAP. XXXIII.

1 Moyſes moriturus benedicit ſinguli tribubus Iſrael. 3 A Deo qui doceantur.

HAEc eſt benedictio qua benedixit Moyſes homo Dei filijs Iſrael ante mortem ſuã. ¶2 Et ait, Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus eſt nobis: apparuit de monte Pharã, & cũ eo ſanctorum millia: in dextera eius ignea lex. ¶3 Dilexit populos, omnes ſancti in manu illius ſunt: & qui appropinquãt pedibus eius, accipiẽt de doctrina illius. ¶4 Legẽ præcepit nobis Moyſes hæreditate multitudinis Iacob. ¶5 Erit apud rectiſſimũ rex, cõgregatis principibus populi cum tribubus Iſrael. ¶6 Viuat Rubẽ, & nõ moriatur, & ſit parvus in numero. ¶7 Hæc eſt Iudæ benedictio. Audi Domine vocẽ Iudæ, & ad populũ ſuũ introduc eũ: manus eius pugnabũt pro eo, & adiutor illius contra aduerſarios eius erit. ¶8 Leui quoq; ait, Perfectio tua, & doctrina tua viro ſancto tuo, quẽ probaſti in tentatione, & iudicaſti ad Aquas contradictionis. ¶9 Qui dixit patri ſuo, & matri ſuæ, Neſcio vos: & fratribus ſuis, Ignoro illos: & neſcierũt filios ſuos. Hi cuſtodierũt eloquia tuã, & pactũ tuũ ſeruauerũt, ¶10 Iudicia tua ô Iacob, & legẽ tuã ô Iſrael: ponẽt thymiama in furore tuo, & holocauſta ſuper altare tuũ. ¶11 Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuũ illius ſuſcipe. Percute dorſa inimicorum eius: & qui oderũt eum, nõ conſurgãt. ¶12 Et Beniamin ait, Amantiſſimus Domini habitabit cõfidenter in eo: quaſi in thalamo totadie morabitur, & inter humeros illius requieſcet. ¶13 Ioſeph quoq; ait, De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli, & rore, atq; abyſſo ſubiacente. ¶14 De pomis fructuũ ſolis ac lunæ, ¶15 De vertice antiquorũ montium, de pomis colliũ æternorũ, ¶16 Et de frugibus terræ, & de plenitudine eius. benedictio illi ‖qui apparuit in rubo, veniat ſuper caput Ioſeph, & ſuper verticem nazaræi inter fratres ſuos. ¶17 Quaſi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerõtis cornua illi: in ipſis ventilabit Gentes vſq; ad terminos terræ. hæ ſunt multitudines Ephraim, & hæc milia Manaſſe. ¶18 Et Zabulõ ait, Lætare Zabulõ in exitu tuo, & Iſſachar in tabernaculis tuis. ¶19 Populos vocabũt ad montẽ: ibi immolabunt victimas iuſtitiæ: qui inundationẽ maris quaſi lac ſugent, & theſauros abſconditos arenarum. ¶20 Et Gad ait, Benedictus in latitudine, Gad: quaſi leo requieuit, cepitque brachiũ & vertice. ¶21 Et vidit principatum ſuũ, quòd in parte ſua doctor eſſet repoſitus: qui fuit cũ principibus populi, & fecit iuſtitias Domini, & iudiciũ ſuũ cũ Iſrael. ¶22 Dan quoq; ait, Dan catulus leonis, fluet largiter de Baſan. ¶23 Et Nephthali dixit, Nephthali abundãtia perfruetur, & plenus erit benedictionibꝰ Domini: Mare & Meridiẽ poſſidebit. ¶24 Aſer quoq; queait, Benedictus in filiis Aſer, ſit placẽs fratribus ſuis, & tingat in oleo pedẽ ſuũ. ¶25 Ferrũ & æs calceamẽtũ eius: ſicut dies iuuentutis tuæ, ita & ſenectus tua. ¶26 Nõ eſt deus alius vt Deus rectiſſimi: aſcẽſor cæli auxiliator tuus: magnificẽtia eius diſcurrũt nubes. ¶27 Habitaculũ eius ſurſum, & ſubter, brachia ſempiterna: eiiciet à facie tua inimicum, dicẽtq;, Cõterere. ¶28 ‖Habitabit Israel cõfidenter & ſolus, oculus Iacob, in terra frumenti & vini, cælique caligabũt rore. ¶29 Beatus es tu Iſrael, quis ſimilis tui populo, qui ſaluaris in Domino? ſcutũ auxilii tui, & gladius gloriæ tuæ. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

CAP. XXXIIII.

5 Moyſes mõte cõſcenſo cõſideratTerrãpromiſſionis. 5 Moritur & ſepelitur à Deo 8 Fle-

tur ab Israelitis. 9 Iosue ei subsistuitur.

A Ascendit ergo Moyses de cāpestribus Moab super montē Nebo in verticē Phasga cōtra Iericho: ostenditque ei Dominus omnē Terram Galaad vsque Dan, 2 Et vniuersum Nephthali, Terramq; Ephraim & Manasse, & omnē Terram *vsque ad Mare nouissimū, 3 Et Australē partē, & latitudinē cāpi Iericho, ciuitatis palmarū, vsq; Segor. 4 Dixitque Dominus ad eum, ‖Hæc est Terra pro qua iurraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicēs, Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & nō transibis ad illā. 5 Mortuusq; est ibi Moyses seruus Domini in Terra Moab, iubēte Domino. 6 Et sepeliuit eū in Valle Terræ Moab cōtra Phogor. ‖& non cognouit homo sepulchrū eius vsque in præsentē diē. 7 Moyses cētum & viginti annorū erat quādo mortuus est: non caligauit oculus eius, nec dētes illius mouti sunt. 8 Fleuerūntq; eū filii Israel in cāpestribus Moab triginta dieb*: & cōpleti sunt dies planctus lugentium Moysen. 9 Iosue verò filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eū manus suas: & obedierunt ei filii Israel, fecerūntq; sicut præcepit Dominus Moysi. 10 Et nō surrexit vltrà propheta in Israel sicut Moyses, quē nosset Dominus facie ad faciem, 11 In omnibus signis, atque portentis quæ misit per eū, vt faceret in Terra Ægypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius, 12 Et cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

# Liber Iosue, Hebraice Iehosua.

CAP. I.

1 Dominus animat Iosue ad inuadendā Terrā promissam. 4 Termini Terræ promissionis. 8 Cōtinua lectio Deuteronomii. 10 Iosue iubet cibaria præparari. 12 Tribum Ruben, Gad, & Manasse hortatur ad auxilium fratrum.

Factum est post mortem Moysi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun, ministrum Moysi, & diceret ei, 2 Moyses seruus meus mortuus est: surge, & transi Iordanem istum tu & omnis populus tecum, in Terram quam ego dabo filiis Israel. 3 Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradā, sicut locutus sum Moysi. 4 ‖A deserto & Libano vsque ad fluuium magnum Euphratē, omnis Terra Hethæorū vsque ad Mare magnum cōtra solis occasum erit terminus vester. 5 Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ: sicut fui cū Moyse, ita ero tecum: ‖non dimittam, nec derelinquā te. 6 Confortare & esto robustus: tu enim sorte diuides populo huic Terram illis, pro qua iurraui patribus *suis vt traderē eam. 7 Cōfortare igitur, & esto robustus valde: vt custodias, & facias omnem legē quā præcepit tibi Moyses seruus meus: ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistrā, vt intelligas cūcta quæ agis. 8 Nō recedat volumē legis

hulus ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viam tuam, & intelliges eam. 9 Ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris. 10 Præcepitque Iosue principibus populi, dicens, 11 Traslite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite, ‖11 Præparate vobis cibaria: quoniam post diem tertium trāsibitis Iordanem, & intrabitis ad possidēdam Terram quam Dominus Deus *noster daturus est nobis.' 12 Rubenitis quoque, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse ait, 13 Mementote sermonis ‖ quem præcepit vobis Moyses famul' Domini, dicēs, Dominus Deus vester dedit vobis requiem, & omnem Terrā. 14 Vxores vestræ, & filii, ac iumenta manebunt in Terra quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem: vos autē transite armati, ãte fratres vestros omnes fortes manu, & pugnate pro eis, 15 Donec det Dominꝰ requiem fratribus vestris sicut & vobis dedit, & possideāt ipſi quoque Terrā quā Dominus Deus vester daturus est eis. & tic *reuertimini' in Terrā possessionis vestræ, & habitabitis in ea quā vobis dedit Moyses famulus Domini trās Iordanem cōtra solis ortum. 16 Respondērūntque ad Iosue, atque dixerunt, Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus: & quocūque miseris, ibimus. 17 Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: tātūm sit Dominus Deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse. 18 Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. tu tantum confortare, & viriliter age.

CAP. II.

1 Iosue mittit exploratores in Iericho. 4 Absconduntur à Rahab, quæ petit sibi fieri misericordiam.

Misit igitur Iosue filius Nun de Setim duos viros exploratores in absconso: & dixit eis, ‖te, & considerate Terram, vrbemque Iericho. ‖Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. 2 Nuntiatumque est regi Iericho, & dictum, ‖Ecce viri ingressi sūt hac nocte de filiis Israel, vt explorarent Terrā. 3 Misitque rex Iericho ad Rahab *meretricē' dicens, ‖duc viros qui venerūt ad te, & ingressi sunt domum tuam: exploratores quippe sūt, & omnem Terrā considerare venerūt. 4 Tollensque mulier viros, abscondit, & ait, Fateor, venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent. 5 Quúmque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quo abierunt: persequimini citò, & comprehendetis eos. 6 Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ, operuitque eos stipula lini, quæ ibi erat. 7 Illi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad *vadum' Iordanis: illisque egressis statim porta clausa est. 8 Necdū obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait, 9 Noui quòd Dominus tradiderit vobis Terrā: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores Terræ. 10 Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas Maris-rubri ad vestrum

introitum, quando egressi estis ex AEgypto: & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus qui erant trans Iordanem, Sehon & Og, quos interfecistis. ¶11 Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec teman sit in nobis spiritus ad introitum vestrum: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum. ¶12 Nunc ergo iurate mihi per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscũ, ita & vos faciatis cũ domo patris mei: detisque mihi verum signum: ¶13 vt saluetis patrem meũ & matrẽ, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorũ sunt, & eruatis animas nostras à morte. ¶14 Qui respõderũt ei, Anima nostra sit pro vobis in mortem: si tamẽ non prodideris nos, quúmque tradiderit nobis Dominus Terram: faciemus tẽ misericordiã & veritatẽ. ¶15 Demisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim ei` hærebat muro. ¶16 Dixitq; ad eos, Ad montana conscendite, ne forte occurrant vobis reuertẽtes: ibique latitate tribus diebus, donec redeãt, & sic ibitis per viã vestrã. ¶17 Qui dixerunt ad eam, Innoxi erimus à iuramẽto hoc quo adiurasti nos, ¶18 Si ingredientibus nobis Terram, signum fuerit funiculus ist̃e coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam demisisti nos: & patrẽ tuũ ac matrem, fratrẽsque, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam. ¶19 Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, `reus sibi erit, `sanguis ipsius erit in caput ei`, & nos erimus `alieni. Cũctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. ¶20 Quòd si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento quo adiurasti nos. ¶21 Et illa respondit, Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittẽnsque eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. ¶22 Illi verò ambulantes peruenerunt ad montana, & manserũt ibi tres dies, donec reuerterẽtur qui fuerant persecuti: quærentes enim per omnem viam, non repererũt eos. ¶23 Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte: & trãsmisso Iordane venerunt ad Iosuẽ filiũ Nun, narrauerũntque ei omnia quæ acciderant sibi, ¶24 atque dixerunt, Tradidit Dominus omnem Terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

CAP. III.

1 Iosue eum populo ficcatis aquis trãsit Iordanem, 7 Miraculis ostendit Deus se esse cũ Iosue.

¶Igitur Iosue de nocte consurgens mouit castra: egredientèsque de Setim, venerunt ad Iordanem ipse, & omnes filii Israel, & morati sunt ibi per tres dies. ¶2 Quibus euolutis transierunt præcones per castrorum medium, ¶3 Et clamare cœperunt, Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini præcedentes: ¶4 Sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duũm millium: vt procul `magis` videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini: quia prius non ambulastis per eam, & cauete ne appropinquetis ad arcam. ¶5 Dixitque Iosue ad populum, Sanctificamini: eras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. ¶6 Et ait ad sacerdotes, Tollite arcã fœderis, & præcedite populũ. qui iussa cõplentes, tulerunt, & ambulauerũt ante eos. ¶7 Dixitque Dominus ad Iosue, Hodie incipiã exaltare te coram omni Israel: vt sciant quòd sicut cũ Moyse fui, ita & tecũ sim. ¶8 Tu autẽ præcipe sacerdotibus qui portãt arcã fœderis, & dic eis, Quum ingressi fueritis partẽ aquæ Iordanis, state in ea. ¶9 Dixitque Iosue ad filios Israel, Accedite huc, & audite verbũ Domini Dei vestri. ¶10 Et rursũ, In hoc, inquit, scietis quòd Dominus Deus viues in medio vestri est, & disperdet in cõspectu vestro Chananæũ & Hetheæũ, Heuæũ & Pherezæum, Gergeseæũ quoque & Iebuſæũ, & Amorrhæũ. ¶11 Ecce, arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem. ¶12 Parate duodecim viros de `duodecim` tribubus Israel, singulos per singulas tribus. ¶13 Et quum posuerint vestigia pedũ suorum sacerdotes qui portãt arcã `fœderis` Domini Dei vniuersæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrẽt atque deficiẽt: quæ autem desuper venĩunt, stabunt vna mole consistent. ¶14 Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt trãsiret Iordanem: & sacerdotes qui portabãt arcam fœderis pergebant ante eum. ¶15 Ingressique eis Iordanem, & pedibus eorũ in parte aquæ tinctis (Iordanis autem, ripas aluei sui tempore messis impleuerat) ¶16 cesserũt aquæ descendentes in loco vno, & ad iustar montis intumescẽtes apparebãt procul ab vrbe quæ vocatur Edom vsque ad `locum` Sarthan, quæ autem inferiores erant, in Mare-solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) defecenderunt vsquequo omnino deficerent. Populus autem incedebat contra Iordanem. ¶17 Et sacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisque populus per arentem alueum trãsibat.

CAP. IIII.

1 Duodecim lapides erecti in memoriã siccati Iordanis. 8 Iordanis in alueũ reuertitur.

QVibus trãsgressis dixit Dominus ad Iosue, ¶2 Eligе duodecì viros singulos per singulas trib', ¶3 Et præcipe eis vt tollãt de medio Iordanis alueo, vbi steterũt pedes sacerdotũ, duodecì duriſſimos lapides, quos ponetis loco castrorũ vbi fixeritis hac nocte tẽtoria. ¶4 Vocauitq; Iosue duodecì viros, quos elegerat de filijs Israel singulos de singulis tribubus, ¶5 Et ait ad eos, Ite ante arcã Domini Dei vestri ad Iordanis mediũ, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris iuxta numerum filiorum Israel, ¶6 Vt sit signũ inter vos. Et quando interrogauerint vos filii vestri cras, dicẽtes, Quid sibi volunt isti lapides? ¶7 Respõdebitis ei`s. Defecerũt aquæ Iordanis ante arcã fœderis Domini, quũ transiret eũ: ideirco positi sunt lapides isti in monimẽtum filiorũ Israel vsque in æternũ. ¶8 Fecerunt ergo filii Israel sicut præcepit eis Iosue, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperarat, iuxta numerum filiorum Israel, vsque ad locũ in quo castramentati sunt, ibique posuerunt eos. ¶9 Alios quoque duodecim lapides posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes qui portabant arcam fœderis` Domi

Psal.113.2.3. Act.7.f.45.

Ecclꝰ 24.c.3

Adam. Iatus

Ierichoꝫ

ni,' & sunt ibi vsque in præsentē diē. ¶10 Sacerdotes autē qui portabāt arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ Iosue, vt loqueretur ad populum, præceperat Dominus, & dixerat ei Moyses. festinauitque populus, & transiit. ¶11 Quūmq; trāsissent omnes, trāsiuit & arca Domini, sacerdotes quoque pergebant ante populū. ¶12 Filii quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebāt fratres suos filios Israel, sicut eis præceperat Moyses: ¶13 Et quadraginta pugnatorū millia per turmas & cuneos, incedebāt per plana atque cāpestria vrbis Iericho. ¶14 In die illo magnificauit Dominus Iosue corā omni Israel. vt timerent eū, sicut timuerant Moysen dum adhuc viueret. ¶15 Dixitque ad eum, ¶16 Præcipe sacerdotibus qui portant arcā fœderis Domini vt ascēdāt de Iordane. ¶17 Qui præcepit eis, dicēs, Ascēdite de Iordane. ¶18 Quūmq; ascēdissēt pedes arcā fœderis Domini, & sicca humum calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueū suū, & fluebant sicut antē cōsueuerāt. ¶19 Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra Orientalem plagam vrbis Iericho,

¶20 Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosue in Galgalis, ¶21 Et dixit ad filios Israel, Quando interrogauerint filii vestri eras patres suos, & dixerint eis, Quid sibi volūt lapides isti? ¶22 Docebitis eos, atque dicetis, Per arentē alueū transiuit Israel Iordanem istum, ¶23 Siccāte Domino Deo' nostro aquas eius in conspectu nostro,' donec transiret: sicut fecerat prius in Mari rubro, quod siccauit donec trāsiremus: ¶24 Vt discant omnes terrarū populi fortitudinē Domini manum, vt & vos timeatis' Deum vestrum omni tempore.

## CAP. V.

1 Chananæi terrentur aduentu Israelitarū. 2 Secunda circumcisio sub Iosue. 9 Galgala. 12 Defecit man. 13 Angelus præturus exercitui Israelitico apparet Iosue.

POstquā ergo audierūt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabāt trans Iordanem ad Occidentalē plagam, & cuncti reges Chanaan, qui propinqua possidebāt Magni maris loca, quòd siccasset Dominus aquas Iordanis coram filiis Israel donec trānsirēt, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus, timentium introitū filiorū Israel. ¶2 Eo tempore ait Dominus ad Iosue, Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundo filios Israel. ¶3 Fecit quoque quod iusserat Dominus, & circūcidit filios Israel in Colle præputiorū. ¶4 Hæc autem causa est secundæ circumcisionis, Omnis populus qui egressus est de Ægypto generis masculini, vniuersi bellatores viri, mortui sunt in deserto per longissimos viæ circuitus, ¶5 Qui omnes circuncīsi erant. Populus autē qui natus est in deserto, ¶6 Per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis, incircumcīsus fuit: donec consumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus antē iurauerat' vt ostenderet eis Terram lacte & melle manantem. ¶7 Horum filii in locum succedentes patrum, & circuncīsi sunt à Iosue: quia sicut nati fuerant, in præputio erāt, nec eos in via aliquis circūciderat. ¶8 Postquam autem omnes circuncīsi sunt, mansērunt in eodem castrorum loco, donec sanarentur, ¶9 Dixitque Dominus ad Iosue, Hodie abstuli opprobrium Ægypti à vobis. Vocatūmq; est nomen loci illius Galgala, vsque in præsentem diem. ¶10 Mansērūntque filii Israel in Galgalis, & fecerunt Phasē quartadecima die mēsis ad vesperū in campestribus Iericho, ¶11 Et comederūt de frugibus Terræ die altero, & azymos panes, & polentā eiusdem anni. ¶12 Defecitque manna postquam comederunt de frugibus Terræ, nec vsi sunt vltrà ci bo illo filii Israel, sed comederunt de frugibꝰ præsentis anni Terræ Chanāan. ¶13 Quū autem esset Iosue in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se, enaginatū tenentē gladium, perrexitque ad eū, & ait, Noster es, an aduersariorum? ¶14 Qui respondit, Nequaquā, sed sum princeps exercitus Domini, & nunc veni. cecidit Iosue pronus in terram: & adorans ait, Quid dominus meus loquitur ad seruum suū? ¶15 Solue, inquit, calceamētum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est. Fecitque Iosue vt sibi fuerat imperatum.

## CAP. VI.

1 Capta vrbe Iericho, seruatur Rahab, 26 Maledictus reædificator vrbis Iericho.

IEricho autem clausa erat atque munita, timore filiorū Israel, & nullus egredi audebat aut ingredi.) ¶2 Dixitque Dominus ad Iosue, Ecce dedi in manus tuas Iericho, & regem eius, omnēsque fortes viros. ¶3 Circuite vrbem cūcti bellatores semel per diē: sic facietis sex diebus. ¶4 Septimo autem die sacerdotes tollēt septē buccinas, quarū vsus est in Iubileo, & præcedent arcam fœderis: septiēsque circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis. ¶5 Quūmque insonuerit vox tubæ longior atque cōcīsior, & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredientūrque singuli per locū contra quē steterint. ¶6 Vocauit ergo Iosue filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos, Tollite arcā fœderis: & septē alii sacerdotes tollant septē Iubileorū buccinas, & incedant ante arcā Domini. ¶7 Ad populū quoque ait, Ite, & circuite ciuitatem, armati præcedentes arcam Domini. ¶8 Quūmque Iosue verba finīsset, & septem sacerdotes septem buccinis clangerent ante arcam fœderis Domini, ¶9 Omnisque populus præcederet armatꝰ exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia conterebantur. ¶10 Præceperat autē Iosue populo, dicens, Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur: donec veniat dies in quo dicam vobis, Clamate & vociferamini. ¶11 Circuiuit ergo arca Domini ciuitatem semel per diē, & reuersa in castra, mānsit ibi. ¶12 Igitur Iosue de nocte consurgēte, tulerūt sacerdotes arcam Domini. ¶13 Et septē ex eis septē buccinas, quarū in Iubileo vsus est: præcedebantque arcam Domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquū sequebatur arcam, & buc-

ciuis personabat, ¶14 Circuierúntq; ciuitatẽ secundo die semel, & reuersi sunt in castra: sic fecerunt sex diebus. ¶15 Die autẽ septimo diluculo consurgẽtes, circuierunt vrbẽ, sicutdiſ
C positũ erat, septies. ¶16 Quúmq; septimo circuitu clangerẽt buccinis lacerdotes, dixit Iosue ad omnẽ Israel, Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatẽ. ¶17 Sitque ciuitas hæc anathema: & omnia quæ in ea sunt, Domino. sola Rahab meretrix viuat cũ vniuersis qui cũ ea in domo sunt: ||abscõdit enim nuntios quos diximus. ¶18 Vos autẽ cauete ne de his quæ præcepta sunt vobis' quippiã contingatis, & iltis præuaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atque turbẽtur. ¶19 Quicquid autẽ auri, aut' argenti fuerit, & vasorum æneorũ ac ferri, Domino consecretur, repositũ in thesauris eius. ¶20 ||Igitur omni populo vociferãte, & clãgentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitúsque increpuit, muri ilico corruerunt: & ascẽdit vnusquisque per locũ qui cõtra se erat: ||ceperúntque ciuitatẽ, ¶21 Et interfecerũt omnia quæ erant in ea, à viro vsque ad mulierẽ, ab infante vsque ad senẽ. Boues quoq; & oues, & asinos in ore gladii percusserunt.
D ¶22 ||Duobus autẽ viris qui exploratores missi fuerant, dixit Iosue. ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. ¶23 Ingressíque iuuenes, eduxerũt Rahab, & parẽtes eius, fratres quoque, & cuncta supellectilẽ ac cognationẽ illius, & extra castra Israel manere fecerunt. ¶24 Vrbẽ autẽ, & omnia quæ inuẽta sunt in ea, succenderũt: absque auro & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini cõsecrarũt. ¶25 Rahab verò meretricẽ, & domũ patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosue viuere, & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentẽ diem: eo quòd absconderit nuntios quos miserat vt explorarent Iericho. In tempore illo
E imprecatus est Iosue, dicẽs, ¶26 Maledictus vir coram Domino, qui susciterauerit, & ædificauerit ciuitatẽ Iericho. In primogenito suo fundabit eam: & in nouissimo liberorũ ponat portas eius. ¶27 Fuit ergo Dominus cũ Iosue, & nomen eius vulgatum est in omni Tetra.

## CAP. VII.

1 Achan vsurpat de anathemate. 2 Explorantur Hai. 4 Percutitur Israel. 25 Achan ob furtum anathematis lapidatur.

A Filii autẽ Israel præuaricati sunt mãdatũ, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate: iratúsq; est Dominus cõtra filios Israel. ¶2 Quúmque mitteret Iosue de Iericho viros contra Hai, quæ est iuxta Beth-auen, ad Orientalem plagã oppidi Beth-el, dixit eis. Ascendite, & explorate Terram. Qui præcepta complentes exploratierunt Hai. ¶3 Et reuersi dixerunt ei, Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatẽ: quare omnis populus frustra vexabitur cõtra hostes paucissimos? ¶4 Ascenderunt ergo tria millia pugnatorũ. Qui statim terga vertẽtes, ¶5 Percussi sunt à viris vrbis Hai, & corruerunt ex eis triginta & sex homines: persecutique sunt eos à duersarii de porta vsque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitq; cor populi, & ad instar aquæ liquefactũ est. ¶6 Iosue verò scidit vestimenta sua, & pronus cecidit in terrã coram arca Domini vsque ad vesperã, tãipse quàm omnes seniores Israel: miserúntq; pulueré super capita sua: ¶7 Et dixit Iosue, Heu Domine Deꝰ, quid voluisti traducere populũ istũ Iordanẽ fluuiũ, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinã. vt cæpimus, mãssemus trãs Iordanem. ¶8 Mi Domine Deus, quid dicã, videns Israelẽ hostibus suis terga vertentem? ¶9 Audient Chananæi, & omnes habitatores Terræ, & pariter cõglobati circũdabũt nos, atque delebũt nomẽ nostrũ de Terra: & quid facies magno nomini tuo? ¶10 Dixitq; Domi
B nꝰ ad Iosue, Surge, cur iaces pronus in terra? ¶11 Peccauit Israel, & præuaricatus est pactũ meũ: tulerúntq; de anathemate, & furati sunt atque mentiti, & abscõderunt inter vasa sua. ¶12 Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eósq; fugiet: quia pollutus est anathemate. nõ ero vltrà vobiscũ, donec cõteratis eũ qui hui⁹ sceleris reus est. ¶13 Surge, sanctifica populũ, & dic eis, Sanctificamini in crastinũ: hæc enim dicit Dominus Deus Israel, Anathema in medio tui est Israel: non poteris stare corã hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc cõtaminatus est scelere. ¶14 Accedetisque mane singuli per tribus vestras: & quamcunque tribum sors inuenerit, accedet per cognationes
C suas, & cognatio per domos, domúsque per viros. ¶15 Et quicunque ille in hoc facinore fuerit deprehẽsus, cõburetur igni cum omni substãtia sua: quoniam præuaricatus est pactum Domini, & fecit nephas in Israel. ¶16 Surgés itaque Iosue mane, applicuit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. ¶17 Quæ quũ iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illam quoque per domos offerẽs, reperit Zabdi. ¶18 Cuius domum in singulos diuidẽs viros, inuenit Achan filium Charmi, filii Zabdi, filii Zare de tribu Iuda. ¶19 Et ait Iosue ad Achan. Fili mi, da gloriam Domino Deo Israel, & cõfitere, atque indica mihi quic quid fecer is, ne abscõdas. ¶20 Respondítque Achan Iosue, & dixit ei, Verè ego peccaui Domino Deo Israel, & sic & sic feci. ¶21 Vidi enim inter spolia pallium coccineum valde bonũ, & ducentos siclos argẽti, regulámque aureã quinquaginta siclorum: & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentúmque fossa humo operui. ¶22 Misit ergo Iosue minist ros qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta absconditta in eodem loco, & argentũ simul. ¶23 Auferentẽsque de tentorio, tulerunt ea ad Iosue, & ad omnes filios Israel, proiecerúntque ante Dominum. ¶24 Tollens itaque Iosue Achã filiũ Zare, argentúmq; & palliũ, & aureã regulam, filios quoque & filias eius, boues & asinos & oues, ipsúmque tabernaculũ, & cunctam supellectilem: (& omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad vallem achor, ¶25 Vbi dixit Iosue, Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauitque eũ

omnis Israel: & cuncta quæ illius erant, igne cõsumpta sunt. ¶16 Cõgregauerũtque super eum acerũ magnum lapidum, qui permanet vsque in præsentẽ diẽ. Et auersus est furor Dominus ab eis. Vocatúmque est nomẽ loci illius, Vallis achor, vsque hodie. CAP VIII.

1 Expugnatur Hai. 19 Succenditur. 23 Rex Hai captus suspenditur. 30 Constituitur altare lapideum, cui inscribitur Deuteronomium. 34 Iosue benedicit populo.

DIxit autem Dominus ad Iosue, Ne timeas, neque formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidum Hai. ecce tradidi in manu tuam regẽ eius, & populum, vrbẽmque, & Terram. ¶2 Faciẽsque vrbi Hai, & regi eius, sicut fecisti Iericho, & regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis: pone insidias vrbi post eam. ¶3 Surrexitque Iosue, & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hai: & electa triginta millia virorũ fortium misit nocte, ¶4 præcepitque eis, dicens, Bonite insidias post ciuitatem: nec longius recedatis, & eritis omnes parati. ¶5 Ego autem & reliqua multitudo, quæ mecum est, ascendemus ex aduerso contra vrbem. Quúmque exierint contra nos, sicut antè fecimus, fugitemus, & terga vertemus: ¶6 Donec persequẽtes ab vrbe longius protrahãtur: putabunt enim nos fugere sicut prius. ¶7 Nobis ergo fugiẽtibus, & illis persequẽtibus, consurgetis de insidiis, & vastabitis ciuitatem: tradẽtque eam Dominus Deus vester in manus vestras. ¶8 Quúmque ceperitis, succendite eam, & sic omnia facietis vt iussi. ¶9 Dimisitque eos, & perrexerũt ad locum insidiarũ, sederũtque inter Beth el & Hai, ad Occidentalem plagam vrbis Hai: Iosue autem nocte illa in medio manũt populi, ¶10 Surgẽnsque diluculo recensuit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitus, ¶11 Vallatus auxilio pugnatorum. Quúmque venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, stetertunt ad Septentrionalem vrbis plagã, inter quã & eos erat vallis media. ¶12 Quinque autẽ millia viros elegerat, & posuerat in insidiis inter Bethauen & Hai ex Occidẽtali parte ciuitatem ciuitatis: ¶13 Omnis verò reliquus exercitus ad Aquilonẽ aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis Occidentalem plagam vrbis attingerẽt. Abiit ergo Iosue nocte illa, & stetit in vallis medio. ¶14 Quod quum vidisset rex Hai, festinauit mane, & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxitque aciẽ contra desertum, ignorans quòd post tergum lateret insidiæ: ¶15 Iosue verò, & omnis Israel cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam. ¶16 At illi vociferantes pariter, & se mutuo cohortãtes, persecuti sũt eos. Quúmque recessissent à ciuitate, ¶17 Et ne vnus quidem in vrbe Hai, & Beth el remansisset qui non persequeretur Israel, (sicut eruperant aperta oppida relinquentes,) ¶18 Dixit Dominus ad Iosue, Inẽa clypeum qui in manu tua est cõtra vrbem Hai, quoniam tibi tradã eam. ¶19 Quúmque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ quæ latebant surrexerunt con festim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt, & succenderũt eam. ¶20 Viri autem ciuitatis qui persequebantur Iosue, respicientes & videtes fumum vrbis ad cælum vsque cõscendere, nõ potuerũt vltrà huc illúcque diffugere: præsertim quũ hi qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinem, contra persequentes forti ssimè restitissent. ¶21 Videnſque Iosue & omnis Israel quòd capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascenderet, reuersus percussit viros Hai. ¶22 Siquidem & illi qui ceperant & succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe contra suos, medios hostium ferire cœperunt. Quum ergo ex vtraque parte aduersarii cæderẽtur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur, ¶23 Regẽ quoque vrbis Hai appreheuderunt viuentem, & obtulerunt Iosue. ¶24 Igitur omnibus interfectis qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodẽ loco gladio corruentibus, reuersi filii Israel percusserunt ciuitatẽ. ¶25 Erant autem qui in eodem die conciderãt à viro vsque ad mulierẽ, duodecim millia hominum, omnes vrbis Hai. ¶26 Iosue verò non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai. ¶27 Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filii Israel, sicut præceperat Dominus Iosue. ¶28 Qui succendit vrbem, & fecit eam tumulum sempiternum: ¶29 Regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperã & solis occasum. Hæc cepitque Iosue, & depositum cadauer eius de cruce: proiecerũntque in ipso introitu ciuitatis, cõgestoque super eum magno acerũ lapidũ, qui permanet vsque in præsentẽ diẽ. ¶30 Tũc ædificauit Iosue altare Domino Deo Israel in monte Hebal, ¶31 sicut præceperat Moyses famulus Domini filiis Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi, altare de lapidibus imp olitis quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocaustum Domino, immolauitque pacifica victimas. ¶32 Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat coram filiis Israel. ¶33 Omnis autem populus, & omnes maiores natu, ducesque ac iudices stabant ex vtraque parte arcæ, in conspectu sacerdotum qui portabant aream fœderis Domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizim, & media iuxta montẽ Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini. Et primùm quidem benedixit populo Israel. ¶34 Post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cũcta quæ scripta fuerant in legis volumine. ¶35 Nihil ex his quæ Moyses fuerat reliquit intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

CAP. IX.

1 Congregantur reges aliquot contra Iosue. 3 Gabaonitæ callidi impetrant pacem à Iosue. 23 Postea maledicuntur.

QVibus auditis, cuncti reges trans Iordanẽ qui versabantur in montanis & campestribus, in maritimis ac litore Magni maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanum, Hethæus & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus & Iebusæus, ¶2 Congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosue & Israel vno animo, eadẽmque sententia. ¶3 At hi qui

habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Iosue, Iericho & Hai: ¶4 *Callidè cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios scissos atque consutos, ¶5 Calceamentáque perantiqua quæ ad indicium vetustatis pittaciis consuta erat, induti veteribus vestimẽtis: panes quoq; quos portabant ob viaticum, duri erant, & in frusta cõminuti: ¶6 Perrexerúntq; ad Iosue qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerũt ei, atque simul omni Israeli, De Terra longinqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Respondentúrque viri Israel ad eos, atque dixerunt, ¶7 Ne fortè in Terra quæ nobis sor te debetur, habitetis, & non possimus fœdus inire vobiscũ. ¶8 At illi ad Iosue, Serui, inquiunt, tui sumus. Quibus Iosue ait, Quinam estis vos? aut vnde venistis? ¶9 Responderunt, De Terra longinqua valde, venerunt serui tui in nomine Domini Dei tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ fecit in Ægypto, ¶10 ‖Et duobus regibus Amorrhæorũ qui fuerunt trans Iordanem, Sehon regi Hesebon, & Og regi Basan, qui erãt in Astaroth: ¶11 Dixerúntque nobis seniores, & omnes habitatores Terræ nostræ, Tollite in manibus *cibaria ob longissimam viã, & occurrite eis, & dicite, Serui vestri sum', fœdus inite nobiscũ. ¶12 En, panes quando egressi sumus de domibus nostris vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus: nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia cõminuti. ¶13 Vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti sunt & soluti: vestes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consumpta. ¶14 Susceperunt igitur de cibariis eorum, & os Domini non interrogauerũt. ¶15 ‖Fecitque Iosue cum eis pacẽ, & iniito fœdere pollicitus est vt non occidentetur: principes quoque multitudinis iurauerunt eis. ¶16 Post dies autem tres initi fœderis, audierunt quòd in vicino habitarẽt, & inter eos futuri essent. ¶17 Mouerũntque castra filii Israel, & venerunt in ciuitates eorũ die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon & Caphira & Beroth & Cariath-iarim. ¶18 Et non percusserunt eos, eo quòd iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus cõtra principes 'Israel'. ¶19 Qui respõderũt eis, Iuraui mus eis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possum' eos cõtingere. ¶20 Sed hoc faciemus, eis, Reseruentur quidẽ vt viuãt, ne cõtra nos ira Domini cõcitetur, ũ peieraueri'*: ¶21 Sed ũe viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant, aquásque cõportent. Quibus hæc loquentibus, ¶22 Vocauit Gabaonitas Iosue, & dixit eis, Cur nos decipere fraude voluistis vt diceretis, Procul valde habitamus à vobis: quũ in medio nostrũ sitis? ¶23 Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cædẽs, aquásque comportans in domum Dei mei. ¶24 Qui respondentes, Nuntiatũ est nobis serui tuis quòd promisisset Dominus Deus tuus Moysi seruo suo vt traderet vobis omnem Terram, & disperderet cunctos habitatores eius: timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris, vestro terrore compulsi: & hoc consilium iniuimus. ¶25 Nunc autem in manu tua sumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis. ¶26 Fecit ergo Iosue vt dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Israel, vt non occiderẽtur. ¶27 Decreuitque in illo die eos esse in ministerio cũcti populi & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportãtes, vsque in præsens tempus, in loco quem Dominus elegisset.

## CAP. X.

1 Amorrhæi pugnantes contra Gabaonitas vincuntur à Iosue. 11 Pluit lapides. 12 Sistitur sol, & prolongatur dies. 26 Quinque reges suspenduntur. 28 Maceda, Lebna, Lachis, Eglon, Hebron, Dabio vrbes expugnantur.

QVæ quum audisset Adoni-sedec rex Ierusalem, quòd scilicet cepisset Iosue Hai, & subuertisset *eam* (sicut enim fecerat Iericho & regi eius, *sic fecit Hai, & regi illius*) & quòd transfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent fœderati eorum, ¶2 Timuit valde, vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, omnésque bellatores eius fortissimi. ¶3 Misit ergo Adoni-sedec rex Ierusalem ad Oham regem Hebron, & ad Pharan regem Ierimoth, ad Iaphia quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens, ¶4 Ad me ascendite, & ferte præsidiũ, vt expugnemus Gabaon, quare trãsfugerit ad Iosue, & ad filios Israel. ¶5 Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorum: rex Ierusalem, rex Hebron, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam. ¶6 Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ miserunt ad Iosue, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei, Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum: ascẽde cito, & libera nos, fer quæ præsidium: conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in mõtanis. ¶7 Ascendit ergo Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo *viri' fortissimi. ¶8 Dixitque Dominus ad Iosue, Ne timeas eos: in man' enim tuas tradidi illos: nullus `enim' ex eis tibi resistere poterit. ¶9 Irruit itaque Iosue super eos repente, tota nocte ascendens de Galgalis. ¶10 Et conturbauit eos Dominus à facie Israel: contriuitque plaga magna in Gabaõ, ac persecutus est eos per viam ascensus Beth-horon, & percussit vsque Azẽca & Maceda. ¶11 Quúmque fugerent filios Israel, & essent in descensu Beth-horon, Dominus misit super eos lapides magnos de cælo vsque ad Azẽca: & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filii Israel. ¶12 Tunc locutus est Iosue Domino in die qua tradidit Amorrhæũ in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis, ‖Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra Vallem-Aialon, ¶13 Steterũntque sol & luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nõne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaque sol in medio cæli, & non festinauit occumbere spatio vnius *diei*. ¶14 Nõ fuit antea & postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnãte pro Israel. ¶15 Reuersúsque est Iosue cum omni Israel in

virique

Esa. 28. d. 21. eccli 46. 2.

castra Galgalæ. ¶16 Fugerāt enim quinque reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. ¶17 Nuntiatúmque est Iosue quòd inuenti essent quinque reges latentes in spelūca vrbis Maceda. ¶18 Qui præcepit socijs, & ait, volunite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios qui clausos custodiāt: ¶19 vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosque fugientium cædite: nec dimittatis eos vrbium suarū intrare præsidia, quos tradidit Domin' Deus in manus vestras. ¶20 Cæsis ergo aduersarijs plaga magna, & vsque ad internecionem pene cōsumptis, hi qui in Israel effugere potuerunt, ingressi sunt ciuitates munitas. ¶21 Reuersúsque est omnis exercitus ad Iosue in Maceda, vbi tunc erāt castra, sani & integro numero: nullúsque cōtra filios Israel mutire ausus est. ¶22 Præcepitq; Iosue, dicens, Aperite os speluncæ, & producite ad me quinque reges qui in ea latitant. ¶23 Fecerūntque ministri vt ūbi fuerat imperatum: & *adduxerūt ad eum quinque reges de spelunca, regem Ierusalem, regem Hebron, regem Jerimoth, regē Lachis, regem Eglon. ¶24 Quúmque adducti essent ad eum, vocauit omnes viros Israel, & ait ad principes exercitus qui secum erant, Accedite, & ponite pedes super colla regum istorū, qui quū perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent, ¶25 Rursum ait ad eos, Nolite timere, nec pauetis, confortamini & estote robusti: sic enim faciet Domin' cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicabitis'. ¶26 Percussitque Iosue, & interfecit eos, atque suspēdit super quinque stipites: fuerúntque suspēsi vsque ad vesperū. ¶27 Quúmque occumberet sol, præcepit socijs vt deponerent eos de patibulis: qui depositos proiecerunt in speluncam in qua latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia, quæ permanent vsque in præsens. ¶28 Eodem die Maceda quoque cepit Iosue, & percussit in ore gladii, regēmque illius interfecit, & omnes habitatores eius: non dimisit in ea faltem paruas reliquias: fecitque regi Maceda sicut fecerat regi Iericho. ¶29 Trānsiit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam. ¶30 Quam tradidit Dominus cū rege suo in manus Israel: percussērúntque vrbem in ore gladii, & omnes habitatores eius: non dimiserūt in ea vllas reliquias. Fecerūntq; regi Lebna sicut fecerant regi Iericho. ¶31 De Lebna transiit in Lachis cū omni Israel: & exercitu per gyrum diſpoſito oppugnabat eā. ¶32 Tradiditque Dominus Lachis in manus filiorū Israel, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij, omnémq; animā quæ fuerat in ea, sicut fecerat Lebna. ¶33 Eo tempore ascendit Horam rex Gaſer, vt auxilliaretur Lachis: quem percussit Iosue cum omni populo eius vsque ad internecionem. ¶34 Trānsiitque de Lachis in Eglon, & circūdedit ¶35 Atque expugnauit eam in eadem die: percussítque in ore gladiu omnes animas quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis. ¶36 Ascēdit quoq; cū omni Israel de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eam: ¶37 Cepítque, & percussit in ore gladii, regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersásque animas quæ in ea fuerant commoratæ: nō reliquit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit, consumēs gladio. ¶38 Inde reuersus in Dabir, ¶39 Cepit ea, atque vastauit: regem quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij: non dimisit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius. ¶40 Percussit itaque Iosue omnē Terrā montanā & Meridianā: atque cā pestrē & Asedoth cū regibus suis: nō dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei Domin' Deus Israel ¶41 A Cades barne vsque Gazam. Omnē Terrā Gosen vsque Gabaō. ¶42 Vniuersósque reges & regiones eorū vno impetu cepit atque vastauit: Dominus enim Deus Israel pugnauit pro eo. ¶43 Reuertítque, est cū omni Israel ad locū castrorū i Galgala. CAP. XI.

1 Reges omnes aduersus Iosue congregati, vincuntur ab eo. 7 Occidit Iebusæos & reliquos. 11 Stirps eorum interficitur.

QVæ quum audisset Iabin rex Hasor, misit ad Iobab regē Madon, & ad regem Semeron, atque ad regem Achsaph: ¶2 Ad reges quoque Aquilonis, qui habitabāt in mōtanis & in plantie contra Meridiem Cenereth, in campestribus quoque & regionibus Dor iuxta mare: ¶3 Chananæū quoque ab Oriente & Occidente, & Amorrhæum atque Hetthæū ac Pherezæum & Iebusæum in montanis: Heuæum quoque qui habitabat ad radices Hermon in Terra Maspha. ¶4 Egressíque sunt omnes cū turmis suis, populus multus nimis sicut arena quæ est in litore maris, equi quoque & currus immensæ multitudinis. ¶5 Conuenerūntque omnes reges isti in vnum ad Aquas meron, vt pugnarent contra Israel. ¶6 Dixitque Dominus ad Iosue, Ne timeas eos: cras enim hac eadem hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel: equos eorum subneruabis, & currus igne combures. ¶7 Venítque Iosue, & omnis exercitus eius cum eo aduersus illos ad Aquas meron subitò, & irruerunt super eos, ¶8 Tradiditq; illos Dominus in manus Israel. Qui percusserunt eos, & persecuti sunt vsque ad Sidōnem magnā & Aquas Asrephoth, campúmque Maspheh, qui est ad Orientalem illius partem. Itaque percussit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias: ¶9 Fecítque sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subuertit, currúsque combussit igni.

¶10 Reuertísque statim cepit Asor: & regem eius percussit gladio. Asor enim antiquit' inter omnia regna hæc principatum tenebat. ¶11 Percussítque omnes animas quæ ibidē morabantur: non dimisit in ea vllas reliquias, sed vsque ad internecionem vniuersa vastauit, ipsámque vrbem peremit' incendio. ¶12 Et omnes per circuitū ciuitates, reges quoque earū cepit, percussit, atque deleuit, sicut præceperat ei Moyses famulus Domini. ¶13 Absque vrbibus quæ erāt in collibus & in tumulis sitæ, cæteras succendit Israel: vnā tantū Asor munitissimā flamma cōsumpsit. ¶14 Omnémque prædā istarum vrbium ac iumēta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominibus interfectis. ¶15 Sicut præceperat Dominus Moysi seruo suo

a.1. ¶Ita præcepit Moyses Iosuæ, & ille vniuersa cõpleuit: nõ præteriit de vniuersis mãdatis, nec vnum quidem verbum quod iusserat Dominus Moysi. ¶16 Cepit itaque Iosue omnem Terram montanam, & Meridianã: Terrámque Gosen, & planitiem, & Occidentalem plagam, montémque Israel, & campestria eius: ¶17 Et partẽ montis quæ ascendit Seir vsque Baal-gad per planitiẽ Libani subter mõtem Hermõ: omnes reges eorũ cepit, percussit, & occidit. ¶18 Multo tempore pugnauit Iosue cõtra reges istos. ¶19 Nõ fuit ciuitas quæ se non tradereet filiis Israel, præter Heuæũ qui habitabat in Gabaõ: omnes enim bellando cepit. ¶20 Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorũ, & pugnarent contra Israel, & caderent: & nõ mererẽtur vllam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moysi. ¶21 In illo tẽpore venit Iosue, & interfecit Enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni mõte Iuda & Israel, vrbesq; eorũ deleuit. ¶22 Nõ reliquit vllũ de stirpe Enacim, in Terra filiorum Israel: absque ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azõto, in quibus soldm reliqui sũt. ¶23 Cepit ergo Iosue omnem Terrã, sicut locutus est Dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filiis Israel secundũ partes & tribus suas, quieuitque Terra à prælijs. CAP. XII.

1 Catalogus regum percussorum à filiis Israel trans Iordanem.

A HI sunt reges quos percusserũt filii Israel, & possederunt Terram eorum trans Iordanem ad solis ortum, à Torrente-Arnon vsque ad montem Hermon, & omnem Orientalem plagam quæ respicit solitudinẽ. ¶2 Sehõ rex Amorrhæorum, qui habitauit in Hesebõ, dominatus est ab Aroer quæ ũita est super ripam Torrentis-Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæque Galaad, vsque ad Torrentẽ-Iaboc qui est terminus filiorum Ammon. ¶3 Et à solitudine vsque ad Mare-Cenereth contra Orientem, & vsque ad Mare-deserti, quod est mare salsissimum, ad Orientalem plagam per viam quæ ducit Beth-iimoth: & ab Australi parte, quæ subiacet Asdoth ~vsque' Phasga, ¶4 Terminus Og regis Basan, de reliquiis raphaim, qui habitauit in Astaroth, & in Edrai. ¶5 Et dominatus est in mõte Hermon, & in Salecha, atque in vniuersa Basan, vsq; ad terminos Gessuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad, ~& "terminus Sehõ regis Hesebõ. ¶6 Moyses famulus Domini, & filii Israel percusserunt eos, tradiditque Terram eorũ Moyses in possessionem Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse. ¶7 Hi sunt reges Terræ quos percussit Iosue & filii Israel trans Iordanem ad Occidentalem plagam, à Baal-gad in campo Libani, vsque ad montẽ ~Libani' cuius pars ascendit in Seir: tradiditque eam Iosue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas, ¶8 Tam in mõtanis quàm in planis atque cãpestribus. In' Aseroth', & in solitudine, ac in Meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus & Iebusæ'. ¶9 Rex Iericho vnus: rex Hai, quæ est ex latere Bethel, vnus: ¶10 Rex Ierusalem vnus, rex Hebron vnus, ¶11 Rex Ierimoth vn', rex Lachis vnus, ¶12 Rex Eglon vnus, rex Gazer vnus, ¶13 Rex Dabir vnus, rex Gader vnus, ¶14 Rex Herma vnus, rex Hered vnus, ¶15 Rex Lebna vnus, rex Adullã vnus, ¶16 Rex Maceda vnus, rex Bethel vnus, ¶17 Rex Taphũa vnus, rex 'Opher' vnus, ¶18 Rex Aphec vnus, rex 'Saron' vnus, ¶19 Rex 'Madan' vnus, rex Asor vnus, ¶20 Rex Semeron' vnus, rex Acsaph vnus, ¶21 Rex Thenac vnus, rex Mageddo vnus, ¶22 Rex Cedes vnus, rex Iachanã Carmeli vnus, ¶23 Rex Dor, & prouinciæ Dor vnus, rex Gentium Galgal vnus, ¶24 Rex Therſa vnus: omnes reges triginta vnus.

'Hepher
'Lasaron
'Madon
'Meron

CAP. XIII.

1 Iubetur Iosue diuidere Terrã Israelitis, 13 Gessuri & Machati. 15 Possessio Rubẽ, Gad & dimidiæ tribus Manasse. 22 Balaam occisus.

IOsue senex prouectæque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum, Senuisti, & longæuus es, Terráque latissima derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est: ¶2 Omnis videlicet Galilæa, Philisthiim, & vniuersa Gessuri. ¶3 A fluio turbido qui irrigat Ægyptum, vsque ad terminos Accaron contra Aquilonem, Terra-Chanaan: quæ in quinq; regulos Philisthiim diuiditur, Gazæos, & Azotios, Ascalonitas, Getthæos, & Accaronitas. ¶4 Ad Meridiem verò sunt Heuæi, omnis Terra Chanaan, & Maara Sidoniorum, vsque Apheca & terminos Amorrhæi, ¶5 Eiúsque confinia. Libani quoque regio contra Orientem à Baal-gad sub montem Hermon, donec ingrediaris Emath. ¶6 Omniũ qui 'habitabant' in monte à Libano vsque ad Aquas-maserephoth, vniuersq; Sidonii. Ego sum qui delebo eos à facie filiorum Israel. veruntamen ergo in partem hæreditatis Israel, sicut præcepi tibi. ¶7 Et nũc divide Terram in possessionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse, ¶8 Cũ qua Ruben & Gad possederũt Terram, quã tradidit eis Moyses famulus Domini trans fluenta Iordanis, ad Orientalẽ plagam. ¶9 Ab Aroer quæ ũita est in ripa Torrentis-Arnon, & in vallis medio, vniuersáque cãpestria Medaba, vsque Dibon: ¶10 Et cunctas ciuitates Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebõ vsque ad terminos filiorũ Ammon. ¶11 Et Galaad, ac terminum Gessuri & Machati, & omnem montem Hermon, & vniuersam Basan, vsque ad Salecha, ¶12 Omne regnũ Og in Basan, qui regnauit in Astaroth & Edrai, ipse fuit de reliquiis raphaim: percussítque eos Moyses, atque deleuit. ¶13 Noluerũtque dispergere filii Israel Gessuri & Machati: & habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem. ¶14 ‖Tribui autem Leui non dedit possessionẽ: sed sacrificia & victimæ Domini Dei Israel, ipsa est eius hæreditas, sicut locutus est illi. ¶15 Dedit ergo Moyses possessionem tribui filiorum Ruben iuxta cognationes suas. ¶16 Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ ũita est in ripa Torrẽtis-Arnon, & in valle eiusdem torrentis media: vniuersam planitiem, quæ ducit Medaba. ¶17 ~Et' Hesebon, cunctósque viculos 'eorum' qui sunt in campestribus: Dibon quoque, & Bamoth-baal, & oppidum Baal-meõ, ¶18 Et Iassa, & Cedimoth, & Mephaath, ¶19 Et Cariathaim, & Sabama, & Sarathasar in monte cõuallis. ¶20 Beth-phogor & Asedoth, Phasga & Beth-iesimoth, ¶21 Et omnes vrbes cãpestres, vniuersáque regna Sehõ regis

Num.32.f.
Iud.11.d.4.

Num.18.c.20.

'habitauit

'eius

Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon, quē per
euſſit Moyſes cum principibus Madian : He-
uæum, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe dnces
Sehon habitatores Terræ. ¶22 Et Balaam filiū
Beor ariolum occiderunt filii Israel gladio cū
cæteris interfectis, ¶23 Factúſque eſt terminus
filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc eſt poſ-
ſeſſio Rubenitarum per cognationes ſuas vr-
bium & viculorum. ¶24 Dedit que Moyſes tri
bui Gad & filiis eius per cognationes ſuas poſ
ſeſſionem, cuius hæc diuiſio eſt: ¶25 Terminus
Iazer, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiam
partem Terræ filiorum Ammon: vſque ad A-
roer quæ eſt contra Rabba. ¶26 Et ab Hesebō
vſque Ramoth, Maſphe & Betonim: & à Ma-
naim vſque ad terminos Dabir. ¶27 In valle
quoque Beth-aram, & Beth-nemra, & Socoth,
& Saphon reliquam partem regni Sehon re-
gis Hesebon. huius quoque finis, Iordanis eſt
vſque ad extremam partem maris Cenereth
trans Iordanem ad Orientalē plagā. ¶28 Hæc
eſt poſſeſſio filiorum Gad per familias ſuas,
& ciuitates, & villæ earum. ¶29 Dedit & di-
midiæ tribui Manaſſe, filiiſque eius iuxta co-
gnationes ſuas poſſeſſionem, ¶30 Cuius hoc
principium eſt: A Manaim vniuerſam Basan,
& cuncta regna Og regis Basan, omneſque vi
cos Iair qui ſunt in Basan: ſexaginta oppida.
¶31 Et dimidiam partem Galaad, & Aſtaroth,
& Edrai vrbes regni Og in Basā: filiis Machir,
filii Manaſſe dimidiæ parti filiorū Machir iux
ta cognationes ſuas. ¶32 Hāc poſſeſſionem di
uiſe Moyſes in cāpeſtribus Moab, trans Iorda
nē cōtra Iericho ad Orientalē plagā. ¶33 Tri
bui autem Leui non dedit poſſeſſionē: quoniā
Dominus Deus Israel, ipſe eſt poſſeſſio eius,
ſicut locutus eſt illi.

CAP. XIIII.

¶ Caleb poſtulat promiſſā ſibi hæreditatē.

HOc eſt quod poſſederūt filii Israel in Ter-
ra Chanaan, quam dederunt eis Eleazar
ſacerdos, & Iosue filius Nun, & principes fa-
miliarum per tribus Israel: ¶2 Sorte omnia di
uiderūt, ſicut præceperat Dominus in manu
Moyſi, nouem tribubus, & dimidiæ tribui Ma-
naſſe. ¶3 Duabus enim tribubus, & dimidiæ
dederat Moyſes trans Iordanem poſſeſſionē:
abſque Leuitis, qui nihil terræ acceperunt in-
ter fratres ſuos. ¶4 Sed in eorum ſucceſſerūt
locū filii Ioſeph in duas diuiſi tribus, Manaſ-
ſe & Ephraim: nec acceperunt Leuitæ aliam
in Terra partem, niſi vrbes ad habitandum,
& ſuburbana earum ad alenda iumenta & pe
cora ſua. ¶5 Sicut præceperat Dominus Moy-
ſi, ita fecerunt filii Israel, & diuiſerunt Terrā.
¶6 Acceſſerūt itaque filii Iuda ad Iosue in Gal
gala, locutúſque eſt ad eū Caleb filius Iepho-
ne Cenæus, Noſti quid locutus ſit Domin⁹
ad Moyſen hominē Dei de me & te in Cades-
barne. ¶7 Quadraginta annorum eram quan
do miſit me Moyſes famulus Domini de Ca-
des-barne, vt conſyderarem Terram, nuntia-
uique ei quod mihi verum videbatur. ¶8 Fra-
tres autem mei qui aſcenderāt mecum, diſſol
uerunt cor populi : & nihilominus ego ſecu-
tus ſum Dominum Deum⁹ tuum. ¶9 Iurauit-
que Moyſes in die illo, dicens. Terra quam cal
cauit pes tuus, erit poſſeſſio tua, & filiorum
tuorum in æternum: quia ſecutus es Dominū
Deum⁹ tuum. ¶10 Conceſſit ergo Dominus vi
tam mihi, ſicut pollicitus eſt vſque in præſen
tem diem, quadraginta & quinque anni ſunt
ex quo locutus eſt Dominus verbum iſtud ad
Moyſen, quando ambulabat Israel per ſolitu
dinem : hodie octoginta quinque annorū ſū,
¶11 Sic valens vt eo valebam tempore quan-
do ad explorandū miſſus ſū: illíus in me tē-
poris fortitudo vſque hodie perſeuerat, tam
ad bellandum quàm ad gradiendum. ¶12 Da
ergo mihi montem iſtum quem pollicitus eſt
Dominus, te quoque audiente, in quo enacim
ſūt, & vrbes magnæ atque munitæ: ſi forte ſit
Dominus mecum, & potuero delere eos, ſicut
promiſit mihi. ¶13 Benedixitque ei Ioſue: & ſo
tradidit ei Hebron in poſſeſſionem, ¶14 Atque
ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cene-
æo vſque in præſentē diem: quia ſecutus eſt
Dominum Deum Israel. ¶15 Nomen Hebron
antè vocabatur Cariath-Arbe: adā maximus
ibi inter enacim ſitus eſt : & Terra ceſſauit à
bellis.

CAP. XV.

¶ Sors filiorum Iudæ. 13 Sors Caleb. 18 Axæ
filiæ Caleb petitio. 20 Vrbium poſſeſſionis Iu
dæ enumeratio. 63 Iebuſæus non eiicitur.

IGitur ſors filiorum Iudæ per cognationes
ſuas iſta fuit : A termino Edom vſque ad
deſertum Sin contra Meridiem, & vſque ad ex
tremam partem Auſtralis plagæ. ¶2 Initium
eius à ſummitate Maris ſalſiſſimi, & à Lingua
eius quæ reſpicit Meridiem. ¶3 Egreditúrque
contra Aſcenſum-ſcorpionis, & pertranſit in
Sina: aſcenditque in Cades-barne, & peruenit
in Heſron, aſcendens ad Addar, & circuiens
Cariathaa, ¶4 Atque inde pertranſiens in A-
ſemona, & perueniens ad Torrentem-Aegy-
ptiſcrintque termini eius Mare-magnum. hic
erit finis Meridianæ plagæ. ¶5 Ab Oriente ve
rò erit initium Mare ſaliſſimum vſque ad ex-
trema Iordanis: & ea quæ reſpiciunt ad Aqui
lonem à Lingua maris vſque ad eundem Ior-
danis fluuiū. ¶6 Aſcēditque terminus in Beth
hagla, & tranſit ab Aquilone in Beth-araba:
aſcendens ad Lapidem-Boen filii Rubē. ¶7 Et
tendens vſque ad terminos Debera de Valle-
achor, contra Aquilonem reſpiciens Galgala,
quæ eſt ex aduerſo Aſcenſionis-adommim, ab
Auſtrali parte Torrentis: tranſiēs aquas quæ
vocantur Fons-ſolis: & erūt exitus eius ad fō
tem rogel. ¶8 Aſcenditque per conuallem filii
Enuom ex latere Iebuſæi ad Meridiē, hæc
eſt Ieruſalem : & inde ſe erigens ad verticem
montis qui eſt contra Ge-Enom ad Occiden
tem in ſummitate vallis-raphaim contra A-
quilonem. ¶9 Pertranſítque à vertice montis
vſque ad fontem aquæ Nephtōa: & peruenit
vſque ad vicos montis Ephrō: inclinatúrque
in Baala, quæ eſt Cariath-iarim, id eſt vrbs Syl
uarum. ¶10 Et circuit de Baala contra Occidē
tem, vſque ad montem Seir: tranſítque iuxta
latus montis Iarim ad Aquilonem in Chesō:
& deſcendit in Beth-ſames, tranſítque in Tham
na, ¶11 Et peruenit contra Aquilonem partis
Accaron ex latere: inclinatúrque Sechrona, &
tranſit mōtem Baala: peruenítque in Iebneel,
& Magni maris contra Occidentem fine con-
cluditur. ¶12 Hi ſunt termini filiorū Iuda per
circuitum in cognationibus ſuis. ¶13 Caleb ve

Num. 31. a. 8.
Deba
Cariath,
Num. 18. c. 20
Nu. 34. g. 16. 29
ſucceſſerunt
Num. 14. d. 24
meum.
Num. 13. a. 3.
met
Ecc
D
Ios. 1. Ma
A
Nu
Ca
B
v 21
C

c.10, D

16 filio Iephone dedit partem in medio filiorum Iuda, iuxta præceperat ei Dominus: Cariath-Arbe patris enac, ipsa est Hebrō. ¶19 De leuitque ex ea Caleb tres filios enac, Sesai & Ahimam & Tholmai de stirpe enac. ¶20 Atque inde conscendēs venit ad habitatores Dabir, quæ pri' vocabatur Cariath sepher, id est ciuitas literarum. ¶21 Dixitque Caleb, Qui per cusserit Cariath sepher, & ceperit eā, dabo ei Axam filiam meam vxorem. ¶22 Cepitque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior: deditque ei Axam filiam suam vxorem. ¶23 Qui quū pergerent ūmul, suasa est à viro suo vt peteret à patre suo agrum: suspirauitque vehemēter sedebat in asino. Cui Caleb, Quid habes, inquit? ¶24 At illa respondit, Da mihi benedictionem: terram Australem & arentem dedisti mihi, iunge & irriguam. Dedit itaque ei Caleb irriguum superius & inferius. ¶25 Hæc est possessio tribus filiorū Iuda per cognationes suas. ¶26 Erāntque ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda iuxta terminos Edom a Meridie: Cabseel & Eder & Iagur. ¶27 Et Cina & Dimona & Adada, ¶28 Et Cedes & Asor & Iethnā, ¶29 Ziph & Telē & Baloth, ¶30 Asor noua & Carioth, Hesron, hæc est Asor. ¶31 Amā, Sama, & Molada, ¶32 Et Hasergadda & Hassemon & Beth-phelet ¶33 Et Hasersual & Bersabee & Baziothia ¶34 Et Baala & Iim & Esē, ¶35 Et Eltholad & Cesil & Harma, ¶36 Et Siceleg & Medemena & Sésenna, ¶37 Et Enbaoth & Selim & Aen & Remmō. octo ciuitates vigintinouē, & villæ earū. ¶38 In cāpestribus verō: Esthaol & Sarea & Asena ¶39 Et Zanoe & En gannim & Taphūa & Enaim, ¶40 Et Iermoth & Adullā, Socho & Azeca ¶41 Et Saraim & Adithaim & Gedera & Gederothaim: vrbes quatuordecim, & villæ earū. ¶42 Sanā & Hadassa & Magdal gad, ¶43 Delean & Masepha & Iecthel, ¶44 Lechis & Bascath & Eglon, ¶45 Chebbon & Lehaman & Cethlis, ¶46 Et Giderothō, & Beth-dagō & Naama & Maceda: ciuitates sedecim, & villæ earū. ¶47 Labana & Ether & Asan, ¶48 Iephtha & Esna & Nebb, ¶49 Et Cesla & Achzib & Mareta: ciuitates nouē, & villæ earū. ¶50 Accarō cū vicis & villulis suis. ¶51 Ab Accaron vsq; ad mare omnia quæ vergūt ad Azōtū & viculos eius. ¶52 Azōtus cū vicis & villulis suis. Gaza cū vicis & villulis suis, vsque ad Torrente-Aegypti & Mare-magnū terminus eius. ¶53 Et in monte: Samir & Iether & Socoth ¶54 Et Danna & Cariath-senna. hæc est Dabir. ¶55 Anab & Isthemo & Anim, ¶56 Gosen & Holon & Gilo: ciuitates vndeci & villæ earū. ¶57 Arab & Ruma & Esaan, ¶58 Et Ianum & Beth-thaphua & Apheca, ¶59 Athmatha & Cariath-arbe, hæc est Hebron, & Sior: ciuitates nouē & villæ earū. ¶60 Maon & Charmel & Ziph & Iota, ¶61 Iezrael & Iucadā & Zanoe, ¶62 Accain, Gabaa & Thamna: ciuitates decē & villæ earū. ¶63 Habul, & Beth-sur, & Gedor, ¶64 Mareth, & Bethanoth, & Eltheco: ciuitates sex & villæ earū ¶65 Cariath baal, hæc est Cariath iarim vrbs Syluarū. & Arebba: ciuitates duæ & villæ earū. ¶66 In deserto: Beth-araba, Meddin, & Sachacha ¶67 Et Nebsan, & Ciuitas-salis, & En-gaddi: ciuitates sex & villæ earum. Fiunt simul cētū quindecim. ¶68 Iebusæū autē habitatorem Ierusalē nō potuerunt filii Iuda delere: habitauitque Iebusæus cū filiis Iuda in Ierusalē vsque in præsentem diem.

CAP. XVI.

1 Sors Ephraim. 10 Chananæus nō electus.

A Cecidit quoque sors filiorū Ioseph ab Iordane contra Iericho & aquas eius, ab Oriente: solitudo quæ ascēdit de Iericho ad mōtē Beth-el. ¶2 Et egreditur de Beth el Luzam: trāsitque terminū Archi, Ataroth. ¶3 Et descēdit ad Occidentē iuxta terminū Iephleti, vsque ad terminos Beth-oron inferioris, & Gazer: finiuntúrque regiones eius Mari magno. ¶4 Possedērúntque filii Ioseph Manasses & Ephraim: ¶5 Et factus est terminus filiorum Ephraim per cognationes suas: & possessio eorū cōtra Orientē Ataroth addar, vsque Bethoron superioré. ¶6 Egreditúrque cōfinia in mare: Machmethath verò Aquilonē respicit, & circuit terminos contra Orientem in Thanath silo: & pertrāsit ab Oriente Ianoe. ¶7 Descēditque de Ianoe in Ataroth & Naarātha: & peruenit in Iericho, egreditúrque ad Iordanē. ¶8 De Taphūa pertranśit contra mare in Vallē arūdineti, súntque egressus eiusin mare salsissimū. hæc est possessio tribus filiorum Ephraim per familias suas. ¶9 Vrbésque separatæ sunt filiis Ephraim in medio possessionis filiorū Manasse, & villæ earū. ¶10 Et non interfecerūt filii Ephraim Chananæū qui habitabat in Gazer: habitauitque Chananæus in medio Ephraim vsque in diem hāc tributarius.

CAP. XVII.

1 Sors dimidiæ tribus Manasse. 3 Salphaad filiabus datur possessio. 13 Chananæi tributarii. 14 Manasse & Ephraim petunt maiorem possessionem.

Cecidit autem sors tribui Manasse ipse enim est primogenitus Ioseph) Machir primogenito Manasse patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque possessionem Galaad & Basan. ¶2 Et reliqui filiorum Manasse iuxta familias suas, filiis Abi-ezer, & filiis Helec, & filiis Esriel, & filiis Sechen, & filiis Hepher, & filiis Semida. hi sunt filii Manasse filii Ioseph, mares, per cognationes suas. ¶3 Salphaad verò filio Hepher filii Galaad filii Machir filii Manasse non erant filii, sed solæ filiæ: quarum ista sunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Thersa. ¶4 Venerúntque in conspectu Eleazari sacerdotis, & Iosuē filii Nun, & principum, dicentes, Dominus præcepit per manū Moysi, vt daretur nobis possessio in medio fratrum nostrorum: deditque iuxta imperium Domini possessionem in medio fratrū patris earum. ¶5 Et ceciderūt funiculi Manasse, decem, absque Terra-Galaad & Basan trans Iordanē. ¶6 Filiæ enim Manasse possederunt hereditatem in medio filiorū eius. Terra autem Galaad cecidit in sortem filiorum Manasse qui reliqui erant. ¶7 Fuitque terminus Manasse ab Aser, Machmathath, quæ respicit Sichē: & egreditur ad dextrā iuxta habitatores Fōtis Taphūæ. ¶8 Etenim in sorte Manasse cecidērat Terra Taphūa, quæ est iuxta terminos Manasse filiorum Ephraim. ¶9 Descenditque terminus Vallis-arundineti in Meridiem torrētis ciuitatū Ephraim, quæ in mē

c.10, D
Num.26.d
Num.27.a & 36.2.d.
reis B

dio sunt vrbiũ Manasse : terminus Manasse ab
Aquilone torrẽtis,& exitus eius pergit ad ma
re: ¶10 Ita vt possessio Ephraim ũt ab Austro
C & ab Aquilone Manasse, & vtranque claudat
mare,& coniũgantur sibi in tribu Aser ab A-
quilone,& i tribu Issachar ab Oriẽte. ¶11 Fuit-
que hæreditas Manasse in Issachar & in Aser,
Beth-san &vicũli eius,&leblaã cũ vicinis suis,
& habitatores Dor cũ oppidis suis, habitato-
res quoque Endor cũ vicinis suis:similiterque
habitatores Tenac cum vicinis suis, & habi-
tatores Mageddo cum vicinis suis, & tertia
pars vrbis Nopheth . ¶12 Nec potuerunt filii
Manasse has ciuitates subuertere , sed cœpit
Chananæus habitare in Terra ℣sua'. ¶13 Post
quã autẽ cõualuerunt filii Israel, subiecerunt
Chananæos,& fecerũt ibi tributarios, nec in-
terfecerũt eos. ¶14 Locutique sũt filii Ioseph
ad Iosue,& dixerũt, Quare dedisti mihi ~Terrã
in ℣possessionẽ sortis &funiculi vnius, quũ sim
tãtæ multitudinis, & benedixerit mihi Domi-
nus? ¶15 Ad quos Iosue ait, Si populus mule'
es, ascẽde in syluã,& succide tibi spatia in Ter
ra Pherezæi & raphaim: quia angusta est tibi
possessio mõtis Ephraim. ¶16 Cui respõderũt
filii Ioseph, Nõ poterimus ad mõtana conscẽ
dere, quũ ferreis currib' vtãtur Chananæi qui
habitãt in Terra cãpestri:in qua ũtæ sũt Beth
san cũ vicinis suis,& Iezrael mediã possidens
vallẽ. ¶17 Dixitque Iosue ad domum Ioseph
~&' Ephraim & Manasse, Populus multus es,&
magnæ fortitudinis, nõ habebis sortem vnã,
¶18 Sed transibis ad montem,& succides tibi,
atque purgabis ad habitandũ spatia: & pote-
ris vltrà procedere quum subuerteris Chana-
næũ, quem dicis ferreos habere currus,& esse
fortissimum. CAP. XVIII.

1 Mittuntur qui Terram describant reli-
quis septem tribubus. 11 Sors filiorum Beniamin. 12 Luza quæ & Beth-el 14 Cariath-báal.

COngregatique sunt omnes filii Israel in
Silo, ibique fixerunt tabernaculum testi-
monii,& fuit eis Terra subiecta. ¶2 Remanse-
rant autem filiorũ Israel septem tribus, quæ
necdum acceperant possessiones suas. ¶3 Ad
quos Iosue ait, Vsquequo marcetis ignaua,&
non intratis ad possidendam Terram,quã Do
minus Deus patrum vestrorum dedit vobis?
¶4 Eligite de ũngulis tribub' ternos viros: vt
mittam eos,& describãt eam iuxta' numerum' vniuſ-
cuiusque multitudinis : referãtque ad me
quod describ'serint. ¶5 Diuidite vobis Terram
in septẽ partes : Iudas sit in terminis suis ab
Australi plaga , & domus Ioseph ab Aquilo-
ne: ¶6 Mediam inter hos Terram in septẽ par
tes describite:& huc venietis ad me,vt coram
Domino Deo vestro mittã vobis hic sortem:
¶7 Quia nõ est inter vos pars Leuitarum,sed
sacerdotium Domini,est eorũ hæreditas. Gad
autẽ & Ruben,& dimidia tribus Manasse iam
acceperant possessiones suas trans Iordanem
D ad Orientalem plagam quas dedit eis Moyses
famulus Domini. ¶8 Quũque surrexissẽt vi
ri vt pergerent ad describendam Terram, præ
cepit eis Iosue,dicens, Circuite Terram, & de-
scribite eã,ac reuertimini ad me: vt hic corã
Domino ~Deo vestro,' in Silo mittam vobis
fortem, ¶9 Itaque perrexerunt : & lustrantes
eam,in septem partes diuiserunt, scribẽtes in
volumine. Reuersique sunt ad Iosue in castra
Silo . ¶10 Qui misit sortes coram Domino in
Silo, diuisitque Terram filiis Israel in septem
partes . ¶11 Et ascendit sors prima filiorum
Beniamin per familias suas , vt possiderent
Terram inter filios Iuda & filios Ioseph.
¶12 Fuitque terminus eorum contra Aquilo-
nem à Iordane : pergens iuxta latus Iericho
Septentrionalis plagæ , & inde contra Occi-
dentem ad montana conscendens , & perue-
niens ad solitudinem Beth-auen, ¶13 Atque
pertransiens iuxta Luzam ad Meridiem , ipsa
est Beth-el:descenditque in ℣Astaroth' addar
in montem qui est ad Meridiem Bet-horõ in-
ferioris: ¶14 Et inclinatur circuiens cõtra ma
re ad Meridiem mõtis qui respicit Beth-horõ
contra Africũ:sũtque exitus eius in Cariath
báal,quæ vocatur & Cariath-iarim,vrbem fi-
liorũ Iuda.hæc est plaga contra mare, ad Oc
cidentem . ¶15 A Meridie autem ex parte Ca-
riath iarim egreditur terminus contra mare,
& peruenit vsque ad fontem aquarum Neph
toa. ¶16 Descenditque in partem montis qui
respicit Vallem-filiorum-Ennon : & est cõtra
Septentrionalem plagam in extrema parte
Vallis-raphaim. Descenditque in Ge-Ennon,
id est Vallem-Ennon , iuxta latus Iebusæi ad
Austrum: & peruenit ad Fontẽ-rogel, ¶17 Tra
iiens ad Aquilonẽ,& egrediens ad En-semes,
id est fontem-solis: & pertransit vsque ad Tu
mulos qui sũt è regione Ascẽsus-adommim:
descenditque Aben-Boen, id est lapidẽ Boen
filii Ruben. ¶18 Et pertransit ex latere Aqui-
lonis ad cãpestria: descenditque in planitiẽ,
¶19 Et prætergreditur cõtra Aquilonẽ Beth-
hagla : sũtque exitus eius contra Linguam-
maris-salsissimi ab Aquilone in ũne Iordanis
ad Australem plagam: ¶20 Qui est terminus il
li' ab Oriẽte. hæc est possessio filiorũ Bẽiamin
per terminos suos in circuitu,& familias suas.
¶21 Fuerũntque ciuitates eius,Iericho & Beth-
hagla & vallis-casis,¶22 Beth-araba & Sama-
raim & Beth-el ¶23 & Auim & Aphara & O-
phera, ¶24 Villa-hemona & Ophni & Gabee:
ciuitates duodecim,& villæ earũ. ¶25 Gabaõ &
Rama & Beroth ¶26 Et Mesphe,& Caphara &
Amosa ¶27 Et Recẽ, Iarephel & Tharela ¶28 Et
Sela, Eleph, & Iebus,quæ est Ierusalẽ. Gabaath
& Cariath:ciuitates quatuordecim,& villæ ea
rũ. ~Fuerũntque omnes ciuitates viginti sex.'
Hæc est possessio filiorum Beniamin iuxta fa-
milias suas. CAP. XIX.

1 Sors Simeon, Issachar, 24 Aser, 32 Nephthali, 40 Dan, 49 Iosue.

EGressa est sors secũda filiorũ Simeõ per A
cognationes suas: fuitq; hæreditas eorũ i
medio possessionis filiorũ Iuda : ¶2 Ber-sabee
℣& Sabee & Molada ¶3 Et Haser-sual, Bala & A- ℣&
sẽ ¶4 Et Bitholad, Bethul & Harma ¶5 Et Siceleg est.
& Beth-marchaboth & Haser susa ¶6 Et Beth
lebaoth & Sarohẽ ciuitates tredecim , & villæ
earũ. ¶7 Ain & Remõ & Athar & Asan:ciuita-
tes quatuor, & villæ earũ. ¶8 Omnes viculi p
circuitũ vrbiũ istarũ vsq; ad Baalath, Beer, Ra
math cõtra Australẽ plagam. ~Fuerũntq; om
nes ciuitates decẽ & septẽ. hæc est hæreditas

filiorum Simeõ iuxta cognationes suas, ¶9 in
possessione & funiculo filiorum Iuda: quia ma
ior erat. & idcirco filii Simeõ possederunt in
medio hæreditatis eius'. ¶10 Cecidit que sors
tertia filiorum Zabulõ per cognationes suas:
& factus est terminus possessionis filiorũ Za
bulon' vsque Sarid. ¶11 Ascenditque de mari
& Medalaa,' & peruenit in Debbaseth: vsque
ad torrentem, qui est contra Ieconam. ¶12 Et
reuertitur de Sarid contra Orientem in finem
Chesseleth-thabor: & egreditur ad Dabereth,
ascenditque contra Iaphie. ¶13 Et inde pertrã
B sit vsque ad Orientalem plagã Geth-hepher
& Tacasin: & egreditur in Remmon, Amthar
& Noa. ¶14 Et circuit ad Aquilonem Hana
thon: fúntque egressus eius Vallis-Iephthahel
¶15 Et Cateth & Naalol & Semeró & Iedala'
& Beth-lehem: ciuitates duodecim, & villæ ea
rum. ¶16 Hæc est hæreditas tribus filiorũ Za
bulon per cognationes suas, vrbes, & viculi ea
rum. ¶17 Issachar egressa est sors quarta per
cognationes suas: ¶18 Fuitque eius hæreditas
Iezrael & Casaloth & Sunem ¶19 Et Hapha
raim & Senõ' & Anaharath ¶20 Et Rabboth
& Cession, Abes, ¶21 Et Rameth & En-gannim
& Enhadda & Beth-phesses. ¶22 Et peruenit ter
minus eius vsque Thabor & Sechesima & Beth
semes: erúntque exitus eius Iordanis: ciuitates
sedecim, & villæ earum. ¶23 Hæc est possessio
filiorum Issachar per cognationes suas, vrbes,
& viculi earum. ¶24 Cecidit que sors quinta
tribui filiorum Aser per cognationes suas:
¶25 Fuitque terminus eorum Halcath & Cha
li & Bethen & Axaph ¶26 Et Elmélech & A
maad & Messal: & peruenit vsque ad Carmelũ
maris & Sihor & Labanath. ¶27 Ac reuertitur
contra Orientem Beth-dagon: & pertransitvs
que Zabulon & Vallem Iephthahel contra A
quilonem in Bethémec & Nehiel. Egreditúr-
C que ad leuam Cabul, ¶28 Et Abran & Roboh
& Hamon & Cana, vsque ad Sidõnem magnã:
¶29 Reuertitúrque in Horma vsque ad ciuita
tem munitissimam Tyrum, & vsque Hosa: e-
rúntque exitus eius in mare de funiculo Ach
ziba: ¶30 Et Amma & Aphec & Rohob: ciuita
tes vigintiduæ, & villæ earũ. ¶31 Hæc est pos
sessio filiorum Aser per cognationes suas, vr-
bésque & viculi earum. ¶32 Filiorum Neph
thali sexta pars' cecidit per familias suas.
¶33 Et cœpit terminus de Heleph & Elon Sa
ananim & Adami, quæ est Neceb, & Iebnael vs
que Lecum: & egressus eorum vsque ad Iorda
nem, ¶34 Reuertitúrque terminus contra Oc
cidétem & Azanoth-thabor, atque inde egre
ditur in Hucúca, & pertransit in Zabulon cõ
tra Meridiem, & in Azer contra Occidentem,
& in Iuda ad Iordanem contra Ortum solis.
¶35 Ciuitates munitissimæ, Assedim, Ser & E
math & Reccath & Cenéreth, ¶36 Et Edema
& Arama, Asor ¶37 Et Cedes & Edrai, En-hasor
¶38 Et Ieron & Magdalel, Horé & Beth-anath
& Beth-semes: ciuitates decem & nouem, & vil
læ earum. ¶39 Hæc est possessio tribus filiorũ
Nephthali per cognationes suas, vrbes & vicu
li earum. ¶40 Tribui filiorum Dan per fami-
D lias suas egressa est sors septima: ¶41 Et fuit
terminus possessionis eius Saraa, & Esthaol, &
Hir-semes, id est Ciuitas solis, ¶42 Selebin &
Aialon & Iethela. ¶43 Elon & Themna & A
cron. ¶44 Elthece, Gebbethon & Balaath,
¶45 Et Iud & Bane & Barac & Geth-remmõ:
¶46 Et atque Iercon & Areon, cum termi- Aquæ
no qui respicit Ioppen. ¶47 Et ipso fine con
cluditur. Ascenderúntque filii Dan, & pugna
uerunt cõtra Lesem, ceperúntque eam: & per
cusserunt eam in ore gladii, & possederunt, &
habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Le
sem Dan, ex nomine Dan patris sui. ¶48 Hæc
est possessio tribus filiorum Dã, per cognatio
nes suas, vrbes & vículi earum. ¶49 Quúmque
complesset sorte diuidere Terram singulis per
tribus suas, dederunt filii Israel possessionem
Iosue filio Nun in medio sui, ¶50 iuxta præ-
ceptum Domini, vrbem quã postulauit, Thã
nath-sirsa in monte Ephraim: & ædificauit
ciuitatem, habitauitque in ea. ¶51 Hæ sunt pos
sessiones quas sorte diuiserunt Eleazar sacer-
dos, & Iosue filius Nun, & principes familia-
rum, ac tribuum filiorũ Israel, in Silo, coram
Domino ad ostium tabernaculi testimonii,
partitique sunt Terram. CAP. XX.
Ciuitates perfugii.

LT locutus est Dominus ad Iosue, dicens, A
loquere filiis Israel, & dic eis, Separate
vrbes fugitiuorum, de quibus locutus sum ad
vos per manum Moysi, ¶2 vt cõfugiat ad eas Num. 35.
quicunque animam percusserit nescius: & pos Deut. 19.a
sit euadere iram proximi qui vltor est sangui
nis, ¶4 Quum ad vnam harum confugerit ci
uitatum: stabitque ante portam ciuitatis, & lo
quetur senioribus vrbis illius ea quæ se com- B
probent innocentem: sicque suscipient eum,
& dabunt ei locum ad habitandum. ¶5 Quúm
que vltor sanguinis eum fuerit persecutus, nõ
tradét in manus eius: quia ignorans percussit
proximum eius, nec ante biduum triduúmve
eius probatur inimicus. ¶6 Et habitabit in ci
uitate illa, donec stet ante iudicium ceusum
reddés facti sui, & moriatur sacerdos magnus
qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur ho C
micida, & ingredietur ciuitatem & domũ suã
de qua fugerat. ¶7 Decreuerúntque Cedes in
Galilæa montis Nephthali, & Sichem in mõ
te Ephraim, & Cariath-Arbe, ipsa est Hebron
in monte Iuda. ¶8 Et trans Iordanem cõtra
Orientalem plagam Iericho, constituerunt Bo- Deut. 4.
sor, quæ tita est in campestri solitudine de tri
bu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, D
& Gaulon in Basan de tribu Manasse. ¶9 Hæ
ciuitates constitutæ sunt cunctis filiis Israel,
& aduenis qui habitabant inter eos: vt fuge-
ret ad eas qui animam nescius percussisset, &
non moreretur in manu proximi ultus sui sã
guinẽ vindicare cupientis, donec staret ante po
pulũ expositurus causã suã. CAP. XXI.
Ciuitates Leuitis attributæ, 43 Promissio
nes de Terra Chanaan impletæ. 44 Pax Israe
litis.

ACcesserúntque principes familiarum Le- A
ui ad Eleazarum sacerdotem, & Iosue fi
lium Nun, & ad duces cognationum per sin
gulas tribus filiorum Israel: ¶2 Locutique sũ
ad eos in Silo Terræ Chanaan, atque dixerũt,
Dominus præcepit per manum Moysi, vt da Num. 35.
rentur nobis vrbes ad habitandum, & subur-
bana earum ad alenda iumenta. ¶3 Dederũt

que filii Israel de possessionibus suis iuxta imperium Domini, ciuitates & suburbana earũ. ¶4 Egressique est sors in familiam Caath filiorum Aaron sacerdotis de tribu Iuda & Simeon & Beniamin, ciuitates tredecim. ¶5 Et reliquis filiorum Caath, id est Leuitis qui superfuerant, de tribubus Ephraim, & Dan, & *dimidiæ tribus Manasse ciuitates decem. ¶6 Porrò filiis Gersõ egressa est sors, vt acciperẽt de tribubus Issachar & Aser & Nephthali, dimidiaque tribu Manasse in Basan ciuitates numero tredecim. ¶7 Et filiis Merari per cognationes suas de tribubus Ruben & Gad & Zabulon vrbes duodecim. ¶8 Dederũntque filii Israel Leuitis ciuitates & suburbana earum, sicut præcepit Dominus per manum Moysi, singulis sorte tributes. ¶9 De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Iosue ciuitates: ‖quarum ista sunt nomina, ¶10 Filiis Aarõ per familias Caath Leuitici generis (prima enim sors illis egressa est) ¶11 Cariath-Arbe patris enac, quæ vocatur Hebron, in monte Iuda, & suburbana eius per circuitum. ¶12 ‖Agros verò, & villas eius dederat Caleb filio Iephone ad possidendum. ¶13 Dedit ergo filiis Aarõ sacerdotis Hebron confugii ciuitatem, ac suburbana eius: & Lobnam cum suburbanis suis: ¶14 Et Iether, & *Esthemo, ¶15 Et Holon, & Dabir, ¶16 Et Ain, & Ieta, & Beth-sames, cũ suburbanis suis: ciuitates nouem de tribubus, vt dictum est, duabus. ¶17 De tribu autẽ filiorum Beniamin, Gabaõ & Gabae ¶18 Et Anathoth & Almon, cũ suburbanis suis: ciuitates quatuor. ¶19 Omnes simul ciuitates filiorũ Aarõ sacerdotis tredecim, cũ suburbanis suis. ¶20 Reliquis verò per familias filiorũ Caath Leuitici generis hæc est data possessio. ¶21 De tribu Ephraim vrbes cõfugii Sichẽ cũ suburbanis suis i mõte Ephraim, & Gazer ¶22 Et Cibsai & Beth-horõ, cũ suburbanis suis, ciuitates quatuor. ¶23 De tribu quoque Dan: Eltheco & Gabathõ ¶24 Et Aialon & Geth-rẽmõ, cũ suburbanis suis, ciuitates quatuor. ¶25 Porrò de dimidia tribu Manasse, Thanach & Geth-rẽmõ, cũ suburbanis suis, ciuitates duæ. ¶26 Omnes ciuitates decẽ & suburbana earũ datæ sũt filiis Caath inferioris gradus. ¶27 Filiis quoque Gersõ Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manasse cõfugii ciuitates, Gaulno in Basan, & Bosrã, cũ suburbanis suis, ciuitates duas. ¶28 Porrò de tribu Issachar: Cesion, & Dabereth, ¶29 Et Iaramoth, & En-gannim, cũ suburbanis suis, ciuitates quatuor. ¶30 De tribu autẽ Azer, *Masaa & Abdõ, ¶31 Et Helcath, & Rohob cũ suburbanis suis, ciuitates quatuor. ¶32 De tribu quoque Nephthali ciuitates cõfugii, Cedes in Galilæa, & Hãmoht-dor, & Carthã, cũ suburbanis suis, ciuitates tres. ¶33 Omnes vrbes familiarũ Gerson, tredecim, cũ suburbanis suis. ¶34 Filiis autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias suas data est de tribu Zabulon, Iecnam & Cartha ¶35 Et Damna & Naalol, ciuitates quatuor cum suburbanis suis. *¶36 De tribu Gad ciuitates confugii, Ramoth in Galaad, & Manaim & Hesebon & Iazer, ciuitates quatuor, cũ suburbanis suis. *¶37 De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iericho ciuitates refugii, Bosor in solitudine, Misor & Iasei, Et Iethson & Mephaad, ciuitates quatuor cum suburbanis suis. ¶40 Omnes vrbes filiorum Merari per familias, & cognationes suas duodecim. ¶41 Itaque ciuitates vniuersæ Leuitarum in medio possessionis filiorũ Israel fuerũt quadraginta octo ¶42 Cũ suburbanis suis, singulæ per familias distributæ. ¶43 Deditque Dominus Deus Israeli omnem Terram, quam traditurum se patribus eorum iurauerat: & possederunt illam, atque habitauerunt in ea. ¶44 Datáque est ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nullúsque eis hostium resistere ausus est, sed cũcti in eorum ditionem redacti sunt. ¶45 Nec vnum quidem verbum quod illis prætiturũ se esse promiserat, irritũ fuit, sed rebus expletа sunt omnia.

CAP. XXIII.

1 Tribus Rubẽ, Gad, & dimidia tribus Manasse remittuntur in possessionẽ. 10 A dificãt altare in monumentum religionis, propter quod successentibus cæteris Israelitis, purgãt se.

EOdem tempore vocauit Iosue Rubenitas, & Gaditas, & dimidiã tribũ Manasse, ¶2 Dixitque ad eos, Fecistis omnia quæ præcepit vobis Moyses famulus Domini: mihi quoque in omnibus obedistis, ¶3 Nec reliquistis fratres vestros longo tempore, vsque in præsentem diem, custodientes imperiũ Domini Dei vestri. ¶4 Quia igitur dedit Dominus Deus vester fratribus vestris quietem & pacẽ, sicut pollicitus est: reuertimini, & ite in tabernacula vestra, & in Terram possessionis, ‖quã tradidit vobis Moyses famulus Domini trans Iordanem, ¶5 Ita dũntaxat, vt custodiatis attentẽ, & opere compleatis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyses famulus Domini, vt diligatis Dominum Deum vestrum, & ambuletis in omnibus viis eius, & obseruetis mandata illius, adhæreatísque ei, ac seruiatis in omni corde, & in omni anima vestra. ¶6 Benedixitque eis Iosue, & dimisit eos. Qui reuersi sunt in tabernacula sua. ¶7 Dimidiæ autẽ tribui Manasse possessionem Moyses dederat in Basan: & idcirco mediæ quæ superfuit, dedit Iosue sortẽ inter cæteros fratres suos trãs Iordanem ad Occidentalem eius plagam. Quúmque dimitteret eos in tabernacula sua, & benedixisset eis, ¶8 Dixit ad eos, In multa substantia atque diuitiis reuertimini ad sedes vestras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veste multiplici: diuidite prædam hostium cum fratribus vestris. ¶9 Reuersique sunt, & ablerunt filii Ruben, & filii Gad, & dimidia tribus Manasse, à filiis Israel de Silo, quæ sita est in Chanaan, vt intrarent Galaad Terram possessionis suæ, quam obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Moysi. ¶10 Quúmque deuenissent ad tumulos Iordanis, in Terrã Chanaan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. ¶11 Quod quum audissent filii Israel, & ad eos certi nuntii detulissent ædificasse filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse altare in Terra Chanaan, super Iordanis tumulos, contra filios Israel: ¶12 Conuenerunt omnes in Silo, vt ascenderent, & dimicarent contra eos. ¶13 Et interim miserunt ad illos in Terram Galaad Phinees filiũ Eleazari sacerdotẽ, ¶14 Et decẽ principes cũ eo, ũngulos de ũngulis tribub⁹. ¶15 Qui

*dimidia tribu

2. Par. 6. 2. a.

Ios. 14. d. 15. 2. par. 6. c. 56.

*Esthemoa

*Masal

*Desunt hic duo versus vt in nonnullis antiquis Dexemplaribus hebraicis.

*Hæc non cõueniũt cũ Hebræo.

I. i.

venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse in Terram-Galaad, dixerúntque ad eos, ¶16 Hæc mandat omnis populus Domini, Quæ est ista trãsgressio quã reliquistis Dominum Deũ Israel, ædificantes altare sacrilegum, & à cultu illius recedentes? ¶17 An parũ vobis est quòd peccastis in Beel-phegor, & vsque in præsentẽ diẽ macula huius sceleris in vobis permanet, multique de populo corrue rũt? ¶18 Et vos hodie reliquistis Dominũ, & cras in vniuersum Israel ira eius desæuiet. ¶19 Quòd si putatis immundã esse Terrã possessionis vestræ, trãsite ad Terrã in qua tabernaculũ Domini est, & habitate inter nos: tantũ vt à Domino, & à nostro cõfortio nõ recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei nostri. ¶20 Nõne Achan filius Zare præterijt mandatũ Domini, & super omnẽ populũ Israel ira eius incubuit? & ille erat vnus homo, atque vtinã solus periisset in scelere suo. ¶21 Respõderúntque filii Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse principibus legationis Israel, ¶22 Fortissimus Deus Dominus, ipse nouit, & Israel simul intelliget: si prævaricationis animo hoc altare construximus, nõ custodiat nos, sed puniat nos in præsenti: ¶23 Et si ea mẽte fecimus vt holocausta, & sacrificiũ, & pacifica victimas super eo imponeremus, ipse quærat & iudicet: ¶24 Et nõ ea magis cogitatione atque tractatu, vt diceremus, Oras dicent filii vestri filiis nostris, Quid vobis & Domino Deo Israel? ¶25 Terminũ posuit Dominus inter nos & vos ô filii Ruben, & filii Gad Iordanem fluuiũ: & idcirco parte nõ habetis in Domino. & per hanc occasionem auertent filii vestri filios nostros à timore Domini. Putauimus itaque melius, ¶26 Et diximus, Extruamus nobis altare, nõ in holocausta, neque ad victimas offerendas, ¶27 Sed in testimonium inter nos & vos, & sobolẽ nostrã, vestrãmque progeniem, vt seruiamus Domino, & iuris nostri sit offerre & holocausta, & victimas & pacificas hostias: & nequaquã dicãt eras filii vestri filiis nostris, Nõ est vobis pars in Domino. ¶28 Quod si voluerint dicere, respõdebũt eis, Ecce altare Domini quod fecerunt patres nostri, nõ in holocausta, neque in sacrificiũ, sed in testimonii nostrũ ac vestrũ. ¶29 Absit à nobis hoc scelus vt recedamus à Domino, & eius vestigia relinquamus extructo altari ad holocausta, & sacrificia, & victimas offerẽdas, præter altare Domini Dei nostri quod extructũ est ante tabernaculũ eius. ¶30 Quibus audit is, Phinees sacerdos, & principes legationis Israel, qui erãt cũ eo, placati sũt: & verba filiorũ Rubẽ, & Gad, & dimidiæ tribus Manasse, libentissime susceperũt. ¶31 Dixitque Phinees filius Eleazari sacerdos ad eos, Nunc scimus quòd nobiscũ sit Dominus, quoniã alieni estis à prævaricatione hac, & liberastis filios Israel de manu Domini. ¶32 Reuersũsque est cum principibus à filiis Ruben & Gad de Terra Galaad, in vnum Chanaan ad filios Israel, & retulit eis. ¶33 Placuitque sermo cunctis audientibus: Et laudauerũt Deũ filii Israel, & nequaquã vltrà dixerũt vt ascenderet cõtra eos atq; pugnaret, & deleret Terrã possessionis eorum. ¶34 Vocauerũntque filii Rubẽ, & filii Gad altare quod extruxerant, Testimonii nostrum, quòd Dominus ipse sit Deus.

CAP. XXIII.

1 Iosue dehortatur populum à commercio & falsa religione Gentium.

Evoluto autem multo tempore, postquam pacem dederat Dominus Israeli, subiectis in gyro nationibus vniuersis, & Iosue iã ingrauato, & persenilis ætatis, ¶2 Vocauit Iosue omnẽ Israelem, maiorẽsque natu, & principes, ac du ces, & magistros, dixitque ad eos, Ego senui, & progressioris ætatis sũ: ¶3 Vos que cernitis omnia quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitũ nationibus, quomodo pro vobis ipse pugnauerit: ¶4 Et nũc quia vobis sorte diuisit omnẽ Terrã, ab Orientali parte Iordanis vsq; ad Mare-magnũ, multæque adhuc supersunt nationes: ¶5 Dominus Deus vester disperdet eas, & auferet à facie vestra, & possidebitis Terrã, sicut vobis pollicitus est. ¶6 Tantum confortamini, & estote solliciti vt custodiatis cuncta quæ scripta sunt in volumine legis Moysi: & nõ declinetis ab eis neque ad dexteram neque ad sinistram: ¶7 Ne postquam intrauerit is ad Gentes, quæ inter vos futuræ sunt, iuretis in nomine deorum earum, & seruiatis eis, & adoretis illos: ¶8 Sed adhæreatis Domino Deo vestro, quod fecistis vsque in diẽ hãc. ¶9 Et tũc auferet Dominus Deus in conspectu vestro Gentes magnas & robustissimas, & nullus vobis resistere poterit. ¶10 Vnus è vobis persequetur hostium mille viros: quia Dominus Deus vester pro vobis ipse pugnabit, sicut pollicitus est. ¶11 Hoc tantum diligẽtissime prævcauete, vt diligatis Dominũ Deũ vestrum. ¶12 Quòd si voluerit is Gentiũ harũ quæ inter vos habitãt, erroribus adhærere, & cum eis miscere connubia, atque amicitias copulare: ¶13 Iam scitote quòd Dominus Deus vester nõ eas deleat ante faciem vestrã, sed sint vobis in foueã ac laqueũ, & offendiculum ex latere vestro, & fudes in oculis vestris, donec vos auferat atq; disperdat de Terra hac optima quã tradidit vobis. ¶14 Ego hodie ingredior viam vniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis quòd de omnibus verbis quæ se Dominus præstiturum vobis esse pollicitus est, vnum non præterierit incassũ. ¶15 Sicut ergo impleuit opere quod promisit, & prospera cuncta venerunt: sic adducet super vos quicquid malorum cõminatus est, donec vos auferat atque disperdat de Terra hac optima quam tradidit vobis. ¶16 Eo quòd præterieritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum, & seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos: cito atque velociter consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac Terra optima quam tradidit vobis.

CAP. XXIIII.

1 Iosue hortatur Israelitas ad legis obseruationẽ. 24 Deus populi cũ Domino. 29 Moritur Iosue. 31 Israel seruit Deo. 32 Ossa Ioseph sepeliuntur.

COngregauitque Iosue omnes tribus Israel in Sichẽ, & vocauit maiores natu, ac principes, & iudices, & magistros: steterũntque in cõspectu Domini, ¶2 Et ad populũ sic locutus est. Hæc dicit Dominus Deus Israel, Trãs Fluuium habitauerũt patres vestri ab initio,

Thare, pater Abrahã & Nachor: seruierúntque diis alienis. ¶3 Tuli ergo patré vestrũ Abrahã de Mesopotamiæ finibus: & adduxi eũ in Terram Chanaã: multiplicauique semẽ eius. ¶4 Et dedi ei Isaac: illique rursũ dedi Iacob & Esau. Et quibus, Esau dedi mõtẽ Seir ad possidendũ: Iacob verò, & filii eius descenderũt in Aegyptum. ¶5 Misique Moysen & Aaron, & percussi Aegyptum multis ũgnis atque portentis. ¶6 Eduxique vos & patres vestros de Aegypto, & venistis ad mare: persecutiq; fũt Aegyptii patres vestros cum curribus & equitatu, vsque ad Mare-rubrum. ¶7 Clamauerũt autem ad Dominum filii Israel: qui posuit tenebras inter vos & Aegyptios: & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Aegypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore: ¶8 Et introduxi vos in Terram Amorrhæi, qui habitabat trans Iordanẽ. Quúmque pugnarẽt cõtra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis Terram eorum, atque interfecistis eos. ¶9 Surrexit autẽ Balac filius Sephor rex Moab, & pugnauit contra Israelem. Misitque, & vocauit Balaam filium Beor, vt malediceret vobis: ¶10 Et ego nolui audire eum, sed è contrario per illũ benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius. ¶11 Trãsistisque Iordanem, & venistis ad Iericho. Pugnauerũtque contra vos viri ciuitatis eius, Amorrhæus & Pherezæus & Chananæus & Hethæus & Gergesæus & Heuæus & Iebusæus: & tradidi illos in manus vestras. ¶12 Misique ante vos crabrones: & eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum, non in gladio & in arcu tuo. ¶13 Dedique vobis Terrã in qua nõ laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vt habitaretis in eis, vineas & olietа quæ non plantastis. ¶14 Nunc ergo timete Dominum, & seruite ei perfecto corde atque veríssimo: & auferte deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in Aegypto, ac seruite Domino. ¶15 Sinautem malũ vobis videtur vt Domino seruiatis, optio vobis datur: eligite hodie quod placet, cui seruire potíssimum debeatis, vtrum diis quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia, an diis Amorrhæorum, in quorum Terra habitatis: ego autem & domus mea seruiemus Domino. ¶16 Respondítque populus, & ait, Absit à nobis vt relinquamus Dominũ, & seruiamus dis alienis. ¶17 Dominus Deus noster ipse eduxit nos & patres nostros de Terra Aegypti, & de domo seruitutis: fecitque vidẽtibus nobis signa ingentia, & custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus, & in cunctis populis per quos trãsiuimus. ¶18 Et eiecit vniuersas Gentes, Amorrhæũ habitatorẽ Terræ quã nos intrauimus. Seruiemus igitur Domino, quia ipse est Deus noster. ¶19 Dixitque Iosue ad populum, Non poteritis seruire Domino: Deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. ¶20 Si dimiseritis Dominũ, & seruieritis diis alienis, conuertet se, & affliget vos, atque subuertet postquã vobis præstiterit bona. ¶21 Dixitque populꝰ ad Iosue, Nequaquam ita vt lõ queris erit, sed Domino seruiemus. ¶22 Et Iosue ad populum, Testes, inquit, vos estis quia ipsi elegeritis vobis Dominum vt seruiatis ei. Respondentúntque, Testes. ¶23 Nũc ergo, ait, auferte deos alienos de medio vestri, & inclinate corda vestra ad Dominũ Deum Israel. ¶24 Dixitque populus ad Iosue, Domino Deo nostro seruiemus, & obediẽtes erimus præceptis eius. ¶25 Percussit ergo Iosue in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichẽ. ¶26 Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini: & tulit lapidẽ pergrandẽ, posuitque eũ subter quercũ quæ erat in sanctuario Domini. ¶27 Et dixit ad omnẽ populũ, En lapis iste erit vobis in testimoniũ quòd audierit is omnia verba Domini quæ locutus est vobis: ne forte postea negare velitis, & mẽtiri Domino Deo vestro. ¶28 Dimisitque populũ, singulos in possessionẽ suã. ¶29 Et post hæc mortuus est Iosue filius Nun seruus Domini, centũ & decẽ annorũ: ¶30 Sepelierũtque eũ in finibus possessionis suæ in Thanath-sare, quæ est ita in mõte Ephraim, à Septẽtrionali parte mõtis Gaas. ¶31 Seruiuit que Israel Domino cũctis diebus Iosue & seniorũ, qui lõgo vixerãt tẽpore post Iosue, & qui nouerãt omnia opera Domini quæ fecerat in Israel. ¶32 Ossa quoque Ioseph, quæ tulerãt filii Israel de Aegypto, sepelierũt in Sichẽ, in parte agri quæ emerat Iacob à filiis Hemor patris Sichẽ, centũ nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph. ¶33 Eleazar quoque filius Aaron mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filii eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

Gene.11.2.1, & 15.d.16.
Gene.36.2.8.
Gene.46.2.6.
Exod.3.c.10.
Exod.11.f.37.
Exod.14.b.9.
Num.11.e.25.
Num.22.a.5.
Iosu.3.d.14, & 6.a.1, & 11.a.30.
Deut.7.c.10.
Iud.6.d.10.

# Liber Iudicum, Hebraice Sophetim.

CAP. I.

1 Tribus Iuda dux belli, expugnat Chananæos. 6 Adoni-bezec cõprehenditur. 8 Ierusalẽ expugnatur. 13 Othoniel marit' Axe. 22 Bethel expugnatur. 24 Chananæi tributarii.

POST mortẽ Iosue cõsuluerunt filii Israel Dominũ, dicentes, Quis ascendet ante nos contra Chananæũ, & erit dux belli? ¶2 Dixitque Dominus, Iudas ascendet: ecce tradidi Terram in manus eius. ¶3 Et ait Iudas Simeõni fratri suo, Ascende mecum in sorte mea, & pugna contra Chananæum, vt & ego pergam tecum in sorte tua. Abiit cũ eo Simeõ. ¶4 Ascenditque Iudas, & tradidit Dominus Chananæum, ac Pherezæum in manus eorũ: & percusserunt in Bezec decem millia virorum. ¶5 Inuenerũtq; Adoni-bezec in Bezec, & pugnauerunt contra eum, ac percusserunt Chananæum & Pherezæum. ¶6 Fugit autem Adoni-bezec: quem persecuti comprehenderunt, cæsis summitatibus manuũ eius ac pedum. ¶7 Dixitque Adoni-bezec, Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus, colligebant sub mensꝰ mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus, adduxerũtque eum in Ierusalem, & ibi mortuus est. ¶8 Oppugnantes ergo ci-

illi Iuda Ierusalem, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladii, tradentes cunctā incēdio ciuitatem. ¶7 Et postea descendentes pugnauerunt contra Chananæum qui habitabat in montanis, & ad Meridiem in campestribus.

C ¶10 Pergēsque Iudas contra Chananæum qui habitabat in Hebron, (culus nomen fuit antiquitus Cariath-arbe) percussit Sesai, & Ahimam, & Tholmai: ¶11 Atque inde profectus abiit ad habitatores Dabir, cuius nomē vetus erat Cariath-sepher, id est ciuitas literarum. ¶12 Dixitque Caleb, Qui percusserit Cariath-sepher, & vastauerit eā, dabo ei Axā filiā meā vxorē. ¶13 Quūmque cepisset eā Othoniel filius Genez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam coniugem. ¶14 Quam pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrum. Quæ quum suspirasset sedēs in asi no, dixit ei Caleb, Quid habes? ¶15 At illa respondit, Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. de D dit ergo ei Caleb irriguum superius & irriguū inferius. ¶16 Filii autem Cinæi cognati Moysi ascēderunt de Ciuitate-palmarū, cum filiis Iuda in desertum sortis eius, quod est ad Meridiem Arad, & habitauerunt cum eo. ¶17 Abiit autem Iudas cum Simeōne fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephath, & interfecerunt eum. vocatūmque est nomen vrbis, Horma, id est anathema.

¶18 Cepitque Iudas Gazā cū finibus suis, & Ascalonem, atque Accaron cum terminis suis. ¶19 Fuitque Dominus cum Iuda, & montana posseditnec potuit delere habitatores vallis, E quia falcatis curribus abundabāt. ¶20 Dederūntque Caleb Hebrō, sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios enac. ¶21 Iebusæū autem habitatorem Ierusalem non deleuerūt filii Beniamin: habitauitque Iebusæus cum filiis Beniamin in Ierusalem vsque in præsentem diem. ¶22 Domus quoque Ioseph ascendit in Beth-el, fuitque Dominus cū eis. ¶23 Nā quum obsiderent vrbem, quæ prius Luza vocabatur, ¶24 Viderunt hominē egredientē de ciuitate, dixerūntque ad eū, Ostende nobis in F troitum ciuitatis, & faciemus tecū misericordiam. ¶25 Qui quum ostendisset eis, percusserunt vrbem in ore gladii: hominem autem illum, & omnem cognationem eius dimiserūt. ¶26 Qui dimissus, abiit in Terram-Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauitque eam Luzam: quæ ita appellatur vsque in præsentem diem. ¶27 Manasses quoque non deleuit Bethsan, & Chanath cum viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Mageddo cum viculis suis, cœpitque Chananæus habitare cum eis. ¶28 Postquā autē confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit. ¶29 Ephraim etiā nō interfecit Chananæum qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo. ¶30 Zabulon nō deleuit habitatores Tethron, & Naalō: sed habitauit Chananæus in medio ei, factūque est ei tributarius. ¶31 Aser quoque non deleuit habitatores Accho, & Sidōnis, Ahalab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Rohob.

¶32 Habitauitque in medio Chananæi habitatoris illius Terræ, nec interfecit eū. ¶33 Nephthali quoque nō deleuit habitatores Beth-semes, & Beth-anath: & habitauit inter Chananæum habitatorē Terræ, fuerūntque ei Bethsemitæ, & Bethanitæ tributarii. ¶34 Arctauitque Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locū vt ad planiora descēderēt: ¶35 Habitauitque in mōte Hares, quod interpretatur testatio, in Atalon & Salebim. Et aggrauata est manus domus Ioseph, factūsque est ei tributarius. ¶36 Fuit autē terminus Amorrhæi ab Ascensu-scorpionis, Petra, & superiora loca.

CAP. II.

1 Angelus exprobrat Israelitis quòd fœdus fecerint cū populo Chanaā. 10 Israelitæ idola colentes puniuntur, nec ob id respiscunt.

A Scenditque Angelus Domini de Galgalis ad Locum-flentium, & ait, Eduxi vos de A Egypto, & introduxi in Terrā pro qua iurau patribus vestris: & pollicitus sum vt nō facerem irritum pactum meum vobiscū in sempiternum: ¶2 Ita dūtaxat vt nō feriretis fœdus cum habitatoribus Terræ huius, & aras eorū subuerteretis: & noluistis audire vocem meam. cur hoc fecistis? ¶3 Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra: vt habeatis hostes, & dii eorū sint vobis in ruinā. ¶4 Quūmque loqueretur Angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suā, & fleuerunt. ¶5 Et vocatum est nomen loci illi, B Locus-flentium siue lachrymarum: immolaue rūntque ibi hostias Domino. ¶6 ‖ Dimisit ergo Iosue populum, & abierunt filii Israel vnusquisque in possessionem suam, vt obtinerent eam: ¶7 Seruierūntque Domino cunctis diebus eius, & seniorum, qui longo post eū vixerūt tēpore, & nouerāt omnia opera Domini quæ fecerat cum Israel. ¶8 Mortuus est autē Iosue filius Nun, famulus Domini, centū & decem annorum, ¶9 Et sepelierunt eū in finib' possessionis suæ in Thānath-sare in mōte Ephraim, à Septentrionali plaga montis Gaas. ¶10 Omnisque illa generatio congrega ta est ad patres suos: & surrexerunt alii qui non nouerunt Dominum, & opera quæ fecerat cū Israel. ¶11 Fecerūntque filii Israel malū in cōspectu Domini, & seruierunt Baalim. ¶12 Ac dimiserūt Dominū Deū patrū suorū, qui eduxerat eos de Terra AEgypti: & secuti sunt deos alienos, deos quoque' populorum qui habitabāt in circuitu eorū, & adorauerūt eos: & ad iracundiam concitauerūt Dominū, ¶13 Dimittentes eum, & seruientes Baal & Astharoth. ¶14 Iratūsque Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersariis suis, ¶15 Sed quocunque pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis: & vehementer afflicti sunt. ¶16 Suscitauitque Dominus Iudices qui liberarēt eos de vastantium manibus: ¶17 Sed nec eos audire voluerūt, fornicates cū dīs alienis, & adorātes eos. Cito deseruerūt viam per quam ingressi fuerant patres eorū: & audientes mandata Domini, omnia fecere contraria. ¶18 Quūmque Dominus Iudices su D scitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. ¶19 Postquā

14. testaceo.

Iosue 24. f.

Thānath-hares

nouerant

C. deósque

autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo faciebāt pejora quàm fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, seruientes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinuentiones suas, & viam durissimā per quam ambulare consueuerant. ¶10 Iratúsque est furor Domini in Israel, & ait, Quia irritū fecit gēs ista pactum meum quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contēpsit, ¶11 Et ego non delebo gentes quas dimisit Iosue, & mortuus est: ¶12 Vt in ipsis expe rīat Israel, vtrum custodiant viā Domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorū, an nō. ¶13 Dimisit ergo Dominus omnes nationes has cito, & subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosue. CAP. III.

1 Chananæi & huiusmodi quare relicti à Deo inter Israelitas. 5 Israelitarum connubia cum idololatris. 9 Othoniel liberat populum. 14 Aod occiso rege Moabitarum, liberat Israelem. 31 Samgar liberator populi.

HAE sunt gētes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & omnes qui non nouerāt bella Chananæorum: ¶2 Et post ea discerent filii eorum certare cū hostibus, & habere consuetudinem præliandi: ¶3 Quin que satrapas Philisthinorum, omnēmq; Chananæum, & Sidonii atque Heuæum qui habitabat in monte Libano, de monte Baal-hermon vsque ad introitum Emath. ¶4 Dimisitque eos, vt in ipsis experiretur Israelem vtrū audirent mandata Domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. ¶5 Itaque filii Israel habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, & Iebusæi: ¶6 Et duxerunt vxores filias eorū, ipsique filias suas filiis eorum tradiderunt, & seruierunt diis eorum. ¶7 Fecerúntque malum in cōspectu Domini, & obliti sunt Dei sui, seruientes Baalim & Astharoth. ¶8 Iratúsque contra Israel Dominus, tradidit eos in manus Chusan-rasathāim regis Mesopotamiæ, seruierúntq; ei octo annis. ¶9 Et clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorē, & liberauit eos, Othoniel videlicet filiū Cenez, fratrem Caleb minorem: ¶10 Fuitque in eo Spiritus Domini, & iudicauit Israel. Egressúsque est ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius Chusan-rasathāim regē Syriæ, & oppressit eum. ¶11 Quietúque est terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez. ¶12 Addiderunt autem filii Israel facere malum in cōspectu Domini: qui confortauit aduersum eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in cōspectu eius. ¶13 Et copulauit ei filios Ammon, & Amalec: abiitque & percussit Israel, atque possedit Vrbem palmarum. ¶14 Seruierúntque filii Israel Eglon regi Moab decem & octo annis: ¶15 Et postea clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, inclytum filium Gera filii Iemini, qui vtraq; manu pro dextera vtebatur. Miserúntque filii Israel per illum munera Eglon regi Moab. ¶16 Qui fecit sibi gladium anciptem, habentem in medio capulū longitudinis palmæ manus, & acincthus est eo subter fugum in dextro femore. ¶17 Obtulitque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. ¶18 Quúmque obtulisset ei munera, prosecutus est socios qui cum eo venerāt. ¶19 Et reuersus de Galgalis, vbi erant idōla, dixit ad regem, verbum secretum habeo ad te ō rex. Et ille impetrauit silētium: egressíque omnibus qui circa eū erant, ¶20 Ingressus est Aod ad eum. sedebat autē in æstiuo cœnaculo solus. Dixitque, Verbum Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. ¶21 Extenditque Aod sinistram manum, & tulit sicam de dextro femore suo, infixitque eam in ventré eius ¶22 Tam valide vt capulus sequeretur ferrū invulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladiū, sed ita vt percusserat, reliquit in corpore, stātimque per secreta naturæ alui stercora proruperunt. ¶23 Aod autē clausis diligentissimè ostiis cœnaculi, & obsirmatis sera, ¶24 Per posticum egressus est. Seruique regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atq; dixerūt, Forsitā purgat aluum in æstiuo cœnaculo. ¶25 Expectantésque diu donec erubescerēt, & videtes quòd nullus aperiret, tulerunt clauē: & aperientes inuenerunt dominum suum in terra iacentem mortuum. ¶26 Aod autem dum illi turbarentur, effugit, & pertransiit Locum-idolorum vnde reuersus fuerat. Veniteq; in Seirath: ¶27 Et statim insonuit buccina in monte Ephraim: descenderúntque cum eo filii Israel, ipso in fronte gradiente. ¶28 Qui dixit ad eos, Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas i man' nostras. Descenderúntq; post eum, & occupauerūt vada Iordanis quæ trāsmittunt in Moab: & non dimiserunt transire quenquam, ¶29 Sed percusserunt Moabitas in tempore illo, circiter decem millia, omnes robustos & fortes viros. nullus eorum euadere potuit. ¶30 Humiliatúsque est Moab in die illo sub manu Israel: & quieuit Terra octogīta annis' à prælliis. ¶31 Post hūc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthiim sex centos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel. CAP. IIII.

1 Israelitæ tradūtur in manus Iabin. 4 Debora cū Barac iudicat & liberat Israelem, occiso à Iahel Sisara.

ADdiderúntque filii Israel facere malū in conspectu Domini post mortem Aod, ¶2 Et tradidit illos Domin' in manus Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Asor: habuitq; ducem exercitus sui nomine Sisaram: ipse autem habitabat in Haroseth-gentiū. ¶3 Clamauerúntque filii Israel ad Dominum. nongentos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppresserat eos. ¶4 Erat autē Debora prophētis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populū in illo tempore: ¶5 Et sedebat sub palma, quæ nomine illi' vocabatur, inter Rama & Beth-el in mōte Ephraim: ascendebántque ad eā filii Israel in omne iudicium. ¶6 Quæ misit, & vocauit Barac filium Abi-noem de Cedes Nephthali: dixitque ad eum, Præcepit tibi Dominus Deus Israel, vade, & duc exercitum in montem Thabor, tolle secum decem millia pugnatorū de filiis Nephthali, & de filiis Zabulō. ¶7 Ego autem adducā ad te in loco torrentis Cison, Si-

habitabant

Aseroth.

B sarā principē exercitus Iabin, & currus eius, atque omnē multitudinē, & tradā eos in manu tua. ¶ 8 Dixitque ad eā Barac, Si venis mecū, vadam: si nolueris venire mecum, nō pergā. ¶ 9 Quæ dixit ad eum. Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria nō reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Surrexit itaque Debora, & perrexit cū Barac in Cedes. ¶ 10 Qui accitis Zabulon & Nephthali, ascendit cum decem millibus pugnatorū, habens Deboram in comitatu suo. ¶ 11 Haber autem Cinæus recesserat quondam à cæteris Cinæis fratribus suis filiis Hobab, cognati Moysi: & tetenderat tabernacula vsque ad vallem quæ vocatur Senuim, & erat iuxta Cedes.

¶ 12 Nuntiatúmque est Sisaræ quód ascēdisset Barac filius Abi-noem, in montem Thabor: ¶ 13 Et congregauit nongentos falcatos
C currus, & omnem exercitum de Haroseth-gētium ad Torrētem cisō. ¶ 14 Dixitque Debora ad Barac, Surge: hæc est enim dies in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. Descendit itaque Barac de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cū eo. ¶ 15 Perterruitque Dominus Sisaram, & omnes currus eius, vniuersámque multitudinem in ore gladii ad cōspectum Barac: intantū vt Sisara de curru deliliens, pedibus fugeret. ¶ 16 Et Barac persequeretur fugientes currus, & exercitum vsque ad Haroseth-gentium, & omnis hostium multitudo vsque ad internecionem caderet. ¶ 17 Sisara autem fugiens peruenit ad tētorium Iahel vxoris Haber Cinæi. Erat autem pax inter Iabin regem Hasor, & domum Haber Cinæi. ¶ 18 Egressa igitur Iahel in occursum Sisaræ, dixit ad eū, Intra ad me domine mi, ne timeas. Qui ingressus tabernaculū eius, & opertus ab ea pallio,
¶ 19 Dixit ad eam, Da mihi obsecro paululū aquæ, quia sitio valde. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illū. ¶ 20 Dixit eque Sisara ad eam, sta ante ostiū tabernaculi: & quū venerit aliquis interrogans te, & dicens, Nunquid hic est aliquis? Respondebis, Nullus est. ¶ 21 Tulit itaque Iahel vxor Haber, clauum tabernaculi, assumens pariter & malleum: & ingressa abscondité, & cum silentio posuit supra tempus capitis eius clauum, percussúmque malleo defixit in cerebrū vsque ad terram: qui soporem morti sociās desecit, & mortuus est. ¶ 22 Et ecce Barac sequēs Sisaram veniebat: egressíque Iahel in occursum eius, dixit ei, Veni, & ostendam tibi virū quem quæris. qui quū intrasset ad eam, vidit Sisaram iacentem mortuū, & clauum infixū in tēpore eius. ¶ 23 Humiliauit ergo Deus in die illo Iabin regem Chanaan coram filiis Israel: ¶ 24 Qui crescebat quotidie, & forti manu opprimebat Iabin regem Chanaan, donec delerent eum.

CAP. V.

1 Canticum Deboræ post victoriam.

A Cecinerūntq; Debora & Barac filius Abinōem in illo die, dicentes, ¶ 2 Qui sponte obtulistis de Israel animas vestras ad periculū, benedicite Domino. ¶ 3 Audite reges, auribus percipite principes: Ego sum, ego sum quæ Domino canā, psallam Domino Deo Israel. ¶ 4 Domine quū exires de Seir, & tranires per regiones Edom, terra mota est, cæli quoque ac nubes distillauerunt aquis. ¶ 5 Montes fluxerūt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israel. ¶ 6 In diebus Samgar filii Anath, in diebus Iahel quiescerunt semitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerūt per calles deuios. ¶ 7 Cessauerunt fortes in Israel, & quieuerūt: donec surgeret Debora, surgeret mater i Israel. ¶ 8 Noua bella elegit Domin", & portas hostiū ipse subuertit: clypeus & hasta si apparuerūt in quadraginta millib' Israel. ¶ 9 Cor meū diligit principes Israel: qui propria volūtate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino. ¶ 10 Qui ascēditis sup nitētes' asinos, & sedetis super in iudicio, & ambulatis in via, loquimini. ¶ 11 vbi collīū sunt currus, & hostiū suffocatus est exercit', ibi narrētur iustitiæ Domini, & clementiæ fortis Israel: tunc descendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum. ¶ 12 Surge, surge Debora, surge, surge, & loquere canticum: surge Barac, & apprehende captiuos tuos fili Abi-noem. ¶ 13 Saluatæ sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicauit. ¶ 14 Ex Ephrā im deleuit eos in Amalec, & post eum ex Benjamin in populos tuos ō Amalec: de Machir principes descenderūt, & de Zabulon qui ex ercitum ducerent ad bellandum. ¶ 15 Duces Issachar fuere cū Debora, & Baraceste vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrum se discrimini dedit: diuiso contra se Rubē, magnanimorum reperta est contentio. ¶ 16 Quare habitas inter duos terminos, vt audias tibilos gregum? diuiso cōtra se Ruben, magnanimorū reperta est contentio. ¶ 17 Galaad trās Iordanē quieseebat, & Dan vacabat nauibus: Aser habitabat in litore maris, & in portubus morabatur. ¶ 18 Zabulon verō & Nephthali obtulerunt animas suas morti in regione Merome. ¶ 19 Venerunt reges & pugnauerūt, pugnauerunt reges Chanaan in Thanē, iuxta Aquas-Mageddo, & tamē nihil tulere prædantes. ¶ 20 De cælo dimicatum est cōtra eos: stellæ manētes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnauerunt. ¶ 21 Torrens-Cison traxit cadauera eorum, Torrens-Cadumim, Torrēs-Cison: cōculca anima mea robustos. ¶ 22 Vngulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortissimis hostium. ¶ 23 Maledicite Terræ-Meroz, dixit Angelus Domini, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adiutoriū fortissimorum eius. ¶ 24 Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo suo. ¶ 25 Aquā petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrū. ¶ 26 Sinistram manum misit ad clauū, & dexteram ad fabrorū malleos, percussítque Sisaram quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans. ¶ 27 Inter, pedes eius ruit, defecit, & mortuus est: volueabatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miserabilis. ¶ 28 Per fenestrā respiciēs vlulabat mater eius: & de cœnaculo loquebatur, Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarū illius? ¶ 29 Vna sapiētior cæteris vxoribus eius, hæc socrui verba respōdit, ¶ 30 Forsitā nunc diuidit spolia

Deus

B

asinas,
sedetis sup iudicium,
clementia fortes,

C

D

Tanach.

D

& pulcherrima fœminarum eligitur ei: vestes diuersorum colorum sisaræ tradūtur ia præ dā,& supellex varia ad ornanda colla congeritur. ¶31 Sic pereāt omnes inimici tui Domine:qui autem diligūt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. Quieuitque Terra per quadraginta annos.

CAP. VI.

1 Israel idololatra opprimitur à Madianitis. 14 Mittitur Gedeō à Deo liberator. 17 Signum suæ vocationis petit. 27 Aram Baal euertit. 32 Ierobaal vocatur.

FEcerunt autem filii Israel malum in conspectu Domini:qui tradidit illos in manu Madiā septem annis, ¶2 Et oppressi sunt valde ab eis: fecerūntque sibi antra & spelunças in mōtibus. & munitissima ad repugnādum loca. ¶3 Quúmque sæuisset Israel, ascendebat Madian & Amalec,cæterique Orientaliū nationū. ¶4 Et apud eos figentes tētoria,sicut erant in herbis cuncta vastabant vsque ad introitū Gazæ:nihil que omnino ad vitā pertinens relinquebāt in Israel,nō oues, non boues,nō asinos. ¶5 Ipsi enim & vniuersi greges eorū veniebāt cū tabernaculis suis, & instar locustarū vniuersa cōplebāt, innumera multitudo hominū,& camelorū,quicquid tetigerant deuastantes. ¶6 Humiliatúsq; est Israel valde in conspectu Madian; ¶7 Et clamauit ad Dominum postulans auxiliū contra Madianitas. ¶8 Qui misit ad eos virum prophetā,& locutus est, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego vos feci cōscendere de AEgypto, & eduxi vos de domo seruitutis, ¶9 Et liberaui de manu AEgyptiorum, & omnium intmico rum qui affligebant vos : elecique eos ad introitū vestrū, & tradidi vobis Terram eorū. ¶10 Et dixi, Ego Dominus Deus vester,ne timeatis deos Amorrhæorū,in quorū Terra habitatis. Et noluistis audire vocē meam. ¶11 Venit autem Angelus Domini,& sedit sub quer cu quæ erat in Ephra , & pertinebat ad Ioas patrē familiæ Ezri. Quūmq; Gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumēta in torcular,vt fugeret Madiā, ¶12 Apparuit ei Angelus Domini,& ait, Dominus tecū virorum fortissime. ¶13 Dixitq; ei Gedeon,Obsecro mi domine,si Dominus nobiscū est,cur ergo ap prehenderūt nos hæc omnia? vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerūt patres nostri, atq; dixerunt. De AEgypto eduxit nos Dominus? Nunc autē dereliquit nos Dominus,& tradidit in manus Madian. ¶14 Respexitque ad eū Domin",& ait. Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Israel de manu Madiā: scito quōd miserim te. ¶15 Qui respōdēs ait, Obsecro mi domine,in quo liberabo Israelē ece familia mea infima est in Manasse,& ego minimus in domo patris mei. ¶16 Dixitque ei Dominus, Ego ero tecū,& percuties Madiā quasi vnum virū. ¶17 Et ille,Si inueni,inquit,gratiam coram te, da mihi signū quōd tu sis qui loqueris ad me. ¶18 Nec recedas hinc,donec reuertar ad te,portās sacrificium, & offerens tibi. Qui respondit,Ego præstolabor aduentum tuum. ¶19 Ingressus est itaq; Gedeō,& coxit hœdū, & de farinæ modio azymos panes: carnēsq; ponens in canistro,& ius carnū mittens in ollam,tulit omnia sub quercu,& obtulit ei. ¶20 Cui dixit Angel" Domini," Volle carnes & azymos panes,& pone supra petrā illā, & ius dēsuper funde. Quúmq; feciſſet ita, ¶21 Extēdit Angelus Domini summitatē virgæ quā tenebat i manu,& tetigit carnes & panes azymos:ascēditque ignis de petra,& carnes, azymosq; panes cōsumpsit: Angelus autē Domini euanuit ex oculis eius. ¶22 Vidēnsq; Gedeō quōd esset Angelus Domini,ait, Heu mi Domine Deus:quia vidi Angelum Domini facie ad faciem. ¶23 Dixitque ei Dominus, Pax tecum:ne timeas,nō morieris. ¶24 Ædificauit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocauitque illud, Domini pax,vsque in præsentē diem. Quūmque adhuc esset in Ephra quæ est familiæ Ezri, ¶25 Nocte illa dixit Dominus ad eū, Volle taurū patris tui, & alterū taurū annorum septē, destruēsque ārā Bāal,quæ est patris tui:& nemus quod circa a ramBāal', est, succide: ¶26 Et ædificabis altare Domino Deo tuo in summitate petræ huius,super quā ante sacrificiū posuisti tollēs, taurū secundū, & offeres holocaustum super struē lignorum quæ dēnemore succideris. ¶27 Assumptis ergo Gedeō decē viris de seruis suis, fecit sicut præceperat ei Dominus. timens autē domum patris sui, & homines illius ciuitatis, per diē noluit facere,fed omnia nocte compleuit. ¶28 Quūmque surrexissent viri oppidi eius mane,viderūt destructā ārā Bāal,lucūmque succisum,& taurū alterum impositum super altare quod tūc ædificati o erat. ¶29 Dixerūnt que adinuicē, Quis hoc fecit? Quūmque perquirerēt authorem facti,dictū est, Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia. ¶30 Et dixerūt ad Ioas, Produc filiū tuū huc,vt moriatur: quia destruxit ārā Bāal, & succidit nemus. ¶31 Quibus ille respōdit, Nūquid vltores estis Bāal, vt pugnetis pro eo?qui aduersarius est eius, moriatur antequā lux crastina veniat. si deus est,vin dicet sibi de eo qui suffodit aram eius. ¶32 Ex illo die vocatus est Gedeō, Ierobāal, eo quōd dixisset Ioas, Vindicet se de eo Bāal,qui fodit ārā eius. ¶33 Igitur omnis Madiā & Amalec,& Orietales populi cōgregati sunt simul,& trāseūtes Iordanē,castrametati sunt in Valle Izreael. ¶34 Spiritus autem Domini induit Gedeō,qui clangēs buccina cōuocauit domū Abi-ēzer,vt sequeretur se. ¶35 Misitque nūtios in vniuersum Manassen,qui & ipse secutus est eū: & alios nūtios in Azer & Zabulō & Nephthali,qui occurrerūt ei. ¶36 Dixitque Gedeō ad" Dominū," Si saluum" facis" per manum meā" populū" Israel,sicut locutus es, ¶37 Ponā hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit,& in omni terra siccitas,sciā quōd per manum meā,sicut locutus es,liberabis Israel. ¶38 Factūmq; est ita. & de nocte cō surgēs expresso vellere,concham rore implevit. ¶39 Dixitque rursus ad" Dominum," Ne irascatur furor tuus cōtra me si adhuc semel tentauero, signum quærēs in vellere, Oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. ¶40 Fecitque" Dominus" nocte illa" vt postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere,& ros in omni terra.

CAP. VII.

15 Trecenti viri Gedeone duce Madianitas debellant. 15 Oreb & Zeb occiduntur.

A ITur Ierobaal qui & Gedeon, de nocte cõ surgens, & omnis populus cũ eo, venit ad fontem qui vocatur Harad. erant autẽ castra Madian in valle ad Septentrionalem plagã collis excelsi. ¶ 2 Dixitq; Dominus ad Gedeõ, multus tecũ est populus, nec tradetur Madiã in manus eius: ne gloretur contra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum. ¶ 3 Loquere ad populum, & cunctis audientibus prædica, ‖ Qui formidolosus & timidus est, reuertatur. Recesserũtque de monte Galaad, & reuersi sunt ex populo viginti duo millia virorum, & tantũm decem millia remanserunt. ¶ 4 Dixitq; Dominus ad Gedeon, Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero, reuertatur. ¶ 5 Quũmque descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon. Qui manu & lingua lãbuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autẽ curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. ¶ 6 Fuit itaque numerus eorum qui manu ad os proficiente, lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. ¶ 7 Et ait Dominus ad Gedeon, In trecentis viris qui lambuerunt aquas, libe rabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locum suum. ¶ 8 Sumptis itaque pro numero cibariis & tubis, omnẽ reliquã multitudinem abire præcepit ad tabernacula sua: & ipse cũ trecentis viris se certamini dedit. Castra autẽ Madian erãt subter in valle. ¶ 9 Eadem nocte dixit Dominus ad eum, Surge, & descende in castra: quia tradidi eos in manu tua. ¶ 10 Sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus. ¶ 11 Et quum audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse & Phara puer eius in partẽ castrorũ, vbi erant armatorũ vigiliæ. ¶ 12 Madian autem & Amalec, & omnes Orientales populi fusi iacebãt in valle, vt locustarũ multitudo: camelique autem innumerabiles erant, sicut arena quæ iacet i litore maris. ¶ 13 Quũmque veniisset Gedeõ, narrabat aliquis somnium proximo suo: & in hũc modũ referebat quod viderat, Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subeneritius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: quũmque peruenisset ad tabernaculũ, percussit illud atque subuertit: & terræ funditus coæquauit. ¶ 14 Respondit is cui loquebatur, Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filii Ioas viri Israelitæ. tradidit enim Dominus in manus eius Madiã, & omnia castra eius. ¶ 15 Quũmque audisset Gedeon somnium, & interpretationẽ eius, adorauit: & reuersus est ad castra Israel, & ait, Surgite: tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian. ¶ 16 Diuisitque trecẽtos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorũ lagenasque vacuas, ac lampades in medio lagenarum. ¶ 17 Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorũ, & quod fecero, fectamini. ¶ 18 Quãdo personuerit tuba in manu mea, vos quoque per castrorũ circuitum clangite, & conclamate, Domino & Gedeoni. ¶ 19 Ingressusq; est Gedeon, & trecẽti viri qui erant cum eo in partem castrorũ, incipiẽtibus vigiliis nocte media: & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas. ¶ 20 Quũmque per gyrum castrorum in tribus personarẽt locis, & hydrias cõfregissent, tenuerũt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamauerũnt, Gladius Domini & Gedeonis. ¶ 21 Stantes singuli in loco suo per circuitũ castrorũ hostilium. omnia itaq; castra turbata sunt, & vociferantes, vlulantesq; fugerũt: ¶ 22 Et nihilominus insistebãt trecenti viri buccinis personãtes. Commisitque Dominus gladiũ in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant. ¶ 23 Fugientes vsq; ad Beth-seca, & crepidinẽ Abel-mehula in Tebbath. Conclamãtes autem viri Israel de Nephthali & Aser, & omni Manasse persequebantur Madian. ¶ 24 Misitque Gedeõ nũtios in omnẽ montem Ephraim, dicẽs. Descendite in occursum Madian, & occupate aquas vsq; Beth-bera atque Iordanẽ. Clamauitq; omnis Ephraim, & præoccupauit aquas atque Iordanẽ vsq; Beth-bera. ¶ 25 ‖ Apprehensõsque duos viros Madian. Oreb & Zeb: interfecit Oreb i Petra-Oreb, Zeb verõ in Torcular-Zeb. Et persecuti sunt Madiã, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

CAP. VIII.

1 Ephraimitæ in Gedeonem insurgentes mitigantur ab eo. 4 Socothitæ & Phanuelitæ occiduntur cum Zebee & Salmana. 11 Præficitur Gedeon Israelitis. 30 Septuaginta eius filii. 33 Moritur.

DIxerũtq; ad eũ viri Ephraim, Quid est hoc quod facere voluisti, vt nos non vocares, quũ ad pugnã pgeres cõtra Madiã? inter gãtes fortiter, & prope vim inferẽtes. ¶ 2 Quibus ille respondit, Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nonne melior est racemus Ephraim, vindemiis Abi ezer? ¶ 3 In manus vestras Domini tradidit principes Madiã, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod quũ locuta esset, requieuit spiritus eorũ, quo tumebãt cõtra eũ. ¶ 4 Quũmque veniisset Gedeõ ad Iordanẽ, transiuit eũ cum trecẽtis viris qui secũ erãt: & præ lassitudine, fugiẽtes persequi nõ poterant. ¶ 5 Dixitque ad viros Socoth. Date, obsecro, panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt: vt possimus persequi Zebee & Salmana reges Madiã. ¶ 6 Responderunt principes Socoth. Forsitan palmæ manuum Zebee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes. ¶ 7 Quibus ille ait, Quũ ergo tradiderit Dominus Zebee & Salmana in manus meas, & quũ reuersus fuero victor in pace, conteram carnes earum spinis, tribulisque deserti. ¶ 8 Et inde conscendens, venit in Phanuel: locutusque est ad viros loci illius similia. Qui & illi respõderunt sicut respõderãt viri Socoth. ¶ 9 Dixit itaque eis, Quũ reuersus fuero victor i pace, destruã turrim hãc. ¶ 10 Zebee autẽ & Salmana requiescebãt cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remãserãt ex omnib' turmis Orientalis populorũ, cæsis centũ viginti mil

Psal. 8. b. 12.

G

'Beth-seta.

Esa. 10. f. 26. psal. 82. c. 11.

A

'Deut.

B

C

lios bellatorũ, & educentiũ gladiũ. ¶11 A scé dénsq; Gedeõ per viam eorũ qui in tabernaculis morabantur ad Orientalem partem Nobe & Iegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur. ¶12 Fugerũntque Zébee & Salmana: quos persequens Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. ¶13 Reuertẽsque debello ante solis ortum, ¶14 apprehendit puerum de viris Socoth, interrogauitque eum nomina principũ & seniorum Socoth, & descripsit septuaginta septem viros. ¶15 Venitque ad Socoth, & dixit eis, Ecce Zébee & Salmana super quibus exprobrastis mihi, dicentes, Porrũ manus Zébee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcirco postulas vt demus viris qui lassi sunt & defecerunt, panes. ¶16 Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atque cõminuit viros Socoth. ¶17 Turrim quoque Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. ¶18 Dixitque ad Zébee & Salmana, Quales fuerũt viri quos occidistis in Thabor? Qui responderunt, Smiles tui, & vnus ex eis quasi filius regis. ¶19 Quibus ille respondit, Fratres mei fuerunt, filii matris meæ. viuit Dominus, quia si seruassetis eos, non vos occiderem. ¶20 Dixitque Iether primogenito suo, Surge, & interfice eos. qui nõ eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat. ¶21 Dixerũntque Zébee & Salmana, Tu surge, & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zébee & Salmana: & tulit ornamẽta ac bullas quibus colla regalium camelorũ decorari solent. ¶22 Dixerũntque omnes viri Israel ad Gedeon, Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filii tui: quia liberasti nos de manu Madian. ¶23 Quibus ille ait, Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur *Dominus. ¶24 Dixitque ad eos, Vnam petitionem postulo à vobis, Date mihi inaures ex præda vestra. inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerant. ¶25 Qui responderunt, Libentissimè dabimus. expandentèsque super terram pallium, proiecerunt in eo inaures de præda, ¶26 & fuit pondus postulatarum inaurium mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea, quã reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorũ. ¶27 Fecitque ex eo Gedeõ ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatúsque est omnis Israel in eo, & factũ est Gedeoni & omni domui eius in ruinã. ¶28 Humiliatus est autem Madiã coram filiis Israel, nec potuerũt vltrà cernices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta ãnos quibus Gedeon præfuit. ¶29 Ablit itaque Ierobaal filius Ioas, & habitauit in domo sua: ¶30 habuitque septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius, eo quòd plures haberet vxores. ¶31 Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit et filium nomine Abi-melech. ¶32 Mortuúsque est Gedeon filius Ioas in sene ctute bona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. ¶33 Postquã autẽ mortuus est Gedeon, auersi sunt filii Israel, & fornicati sũt in baali. Percussérũntque cũ baal fœdus, vt esset eis in deũ: ¶34 Nec recordati fũt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorũ omnium per circuitum: ¶35 Nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobáal Gedeõ iuxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

CAP. IX.

1 Abimelech occisis LXX fratribus suis, constituitur rex. 7 Ioatham proposita lignorum parabola, prædicit interitum ipsius. 19 Abimelech expugnato exercitu Gaal, & turre Sichem combusta, interficitur à muliere.

A Fit autem Abi-mélech filius Ierobáal in Sichem ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & ad omnem cognationem domus patris "matrisque" suæ, dicens, ¶2 Loquimini ad omnes viros Sichem, Quid vobis est melius, vt dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Ierobáal, an vt dominetur vobis vnus vir? simúlq; considerate quòd os vestrũ, & caro vestra sum. ¶3 Locutique sunt fratres matris eius de eo, ad omnes viros Sichem vniuersos sermones istos, & inclinauerunt corda eorum post Abi-mélech, dicentes, Frater noster est. ¶4 Dederũntque illi septuaginta pondera argenti de phano Baal-berith. qui cõduxit sibi ex eo viros inopes & vagos, secutique sunt eum. ¶5 Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobáal septuaginta viros, super lapidem vnum: remansítque Ioatham filius Ierobáal minim⁹, & absconditus est. ¶6 Congregati sunt autem omnes viri Sichem, & vniuersæ familiæ vrbis Mello: abierũntque, & constituerunt regem Abi-mélech, iuxta quercũ quæ stabat in Sichẽ. ¶7 Quod quum nuntiatum esset Ioathã, iuit, & stetit in vertice mõtis Garizim: eleuatáque voce, clamauit & dixit. Audite me viri Sichem ita vt audiat vos "Dominus." ¶8 Ierunt ligna, vt vngerent super se regem: dixerũntque oliuæ, Impera nobis. ¶9 Quæ respondit, Nunquid possum deserere pinguedinem meã, qua & dii vtuntur, & homines: & venire vt inter ligna promouear? ¶10 Dixerũntque ligna ad arborem ficum, Veni, & super nos regnum accipe. ¶11 Quæ respondit eis, Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructúsque suauissimos, & ire vt inter cætera ligna promoueari? ¶12 Locutaque sunt ligna ad vitem, Veni, & impera nobis. ¶13 Quæ respondit eis, Nũquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri? ¶14 Dixerũntq; omnia ligna ad rhamnum, Veni, & impera super nos. ¶15 Quæ respondit eis, Si verè me regem vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite. ẽ autem non vultis, egrediatur ignis de rhãno, & deuoret cedros Libani. ¶16 Nũc igitur si rectè, & absq; peccato constituitis super vos regẽ Abi-mélech, & bene egistis cũ Ierobáal, & cum domo eius, & reddidistis vicem beneficiis eius ¶17 (Qui pugnauit pro vobis, & animã suã dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian, ¶18 Qui nunc surrexistis contra domũ patris mei, & interfecistis filios ei⁹ septuaginta viros super vnum lapidem, & cõstituistis regẽ Abimelech filiũ ancillæ eius super habitatores Sichẽ, eo quòd frater vester sit.) ¶19 Si ergo rectè, & absque vitio egistis cũ Ierobáal, & domo ei⁹, hodie lætemini in Abi-mélech, & ille

Exod. 20. d. 14.

Psal. 82. c. 12.

Iudic. 6. b. 25.

Iudic. 6. a. 32.

Iudic. 8. b. 27.

Iudic. 8. c. 33.

Iudic. 8. a. 35.

Iudic. 8. b. 35.

Iudic. 8. c. 35.

Iudic. 8. a. 28.

Iudic. 8. b. 29.

Iudic. 8. c. 30.

Iudic. 8. a. 31.

Iudic. 8. b. 32.

Iudic. 8. c. 33.

Iudic. 8. a. 34.

Iudic. 8. b. 35.

Iudic. 8. c. 35.

Iudic. 9. a. 1.

Iudic. 9. b. 2.

Iudic. 9. c. 3.

Iudic. 9. a. 4.

Iudic. 9. b. 5.

Iudic. 9. c. 6.

Iudic. 9. a. 7.

Iudic. 9. b. 8.

Iudic. 9. c. 9.

Iudic. 9. a. 10.

Iudic. 9. b. 11.

Iudic. 9. c. 12.

Iudic. 9. a. 13.

Iudic. 9. b. 14.

Iudic. 9. c. 15.

Iudic. 9. a. 16.

Iudic. 9. b. 17.

Iudic. 9. c. 18.

Iudic. 9. a. 19.

lætetur in vobis. ¶10 Si autem peruerſè, egrediatur ignis ex eo, & cõſumat habitatores Sichẽ, & oppidũ Mello: egrediatúrque ignis de viris Sichẽ, & de oppido Mello, & deuoret Abi-mélech. ¶11 Quæquũ dixiſſet, fugit, & abiit in Bera: habitauitq; ibi ob metũ Abi-mélech fratris ſui. ¶12 Regnauit itaq; Abi-mélech ſuper Iſrael tribus annis. ¶13 Miſitq; Domin" ſpiritũ peſſimũ inter Abi-mélech, & habitatores Sichẽ: qui cœperunt eum deteſtari. ¶14 Et ſcelus interfectionis ſeptuaginta filiorũ Ierobáal, & effuſionẽ ſanguinis eorũ cõferre in Abimélech, fratrẽ ſuũ, & in cæteros Sichimorũ principes qui eũ adiuuerãt. ¶15 Poſuerũntque inſidias aduerſum eũ in ſummitate mõtium: & dum illius præſtolabãtur aduẽtum, exercebãt latrocinia, agentes prædas de prætereũtibus. nuntiatũmque eſt Abi-mélech. ¶16 Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus ſuis, & tranſiuit in Sichimã. Ad cuius aduentũ erecti habitatores Sichem, ¶17 Egreſſi ſunt in agros vaſtantes vineas, vuáſq; calcãtes: & factis cãtantium chorís ingreſſi ſunt phanum dei ſui, & inter epulas & pocula maledicebant Abi-mélech, ¶18 Clamíte Gaal filio Obed, Quis eſt iſte Abi-mélech, & quæ eſt Sichẽ, Vt ſeruiamus eiũ quid nõ eſt filius Ierobáal, & cõſtituit principẽ Zebul ſeruum ſuum ſuper viros Emor patris Sichẽ? Cur ergo ſeruiemus ei? ¶19 Vtinam daret aliquis populum iſtum ſub manu mea, vt auferrẽ de medio Abi-mélech. Dixítq; eſt Abi-mélech, Congrega exercitus multitudinem, & veni. ¶20 Zebul enim princeps ciuitatis auditis ſermonibus Gaal filii Obed, iratus eſt valde, & quæ eſt Sichẽ, Vt mitti clàm ad Abimélech nuntios, dicẽs, Ecce Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus ſuis, & oppugnat aduerſum te ciuitatem. ¶21 Surge itaque nocte cum populo qui tecum eſt, & latita in agro. ¶22 Et primo mane orĩente ſole, irrue ſuper ciuitatẽ. Illo autẽ egrediente aduerſum te cũ populo ſuo, fac ei quod potueris. ¶23 Surrexit itaque Abi-mélech cũ omni exercitu ſuo nocte, & tetendit inſidias iuxta Sichimam in quatuor locis. ¶24 Egreſſúſque eſt Gaal filius Obed, & ſtetit in introitu portæ ciuitatis: ſurrexit autem Abi-mélech, & omnis exercitus cum eo de inſidiarum loco. ¶25 Quúmque vidiſſet populum Gaal, dixit ad Zebul, Ecce de montibus multitudo deſcẽdit. Cui ille reſpondit, Vmbras mõtium vides quaſi capita hominũ, & hoc errore deciperis. ¶26 Rurſúm q; Gaal ait, Ecce populus de vmbilico terræ deſcendit, & vnus cuneus venit per viam quæ reſpicit querẽ. ¶27 Cui dixit Zebul, Vbi eſt nunc os tuũ, quo loquebaris, Quis eſt Abi-mélech vt ſeruiamus ei? nõne hic populus eſt, quem deſpiciebas? Egredere, & pugna contra eum. ¶28 Abiit ergo Gaal, " expectante Sichimorumpopulo, & pugnauit contra Abi-mélech, ¶29 Qui perſecutus eſt eum fugiẽtẽ, & in vrbẽ cõpulit: ceciderũntque ex parte eius plurimi, vſque ad portam ciuitatis. ¶30 Et Abi-mélech ſedit in Ruma: Zebul autẽ, Gaal, & ſocios eius expulit de vrbe, nec in ea paſſus eſt cõmorari. ¶31 Sequenti ergo die egreſſus eſt populus in campum. Quod quum nuntiatum eſſet Abi-mélech, ¶32 Tulit exercitũ ſuũ, & diuiſit in tres turmas, tendens inſidiãs in agris. Vidẽſque quòd egereteretur populus de ciuitate, ſurrexit & irruit in eos. ¶33 Cũ cuneo ſuo, oppugnans & obſidens ciuitatẽ: duæ autẽ turmæ palantes per campum, aduerſarios perſequebãtur. ¶34 Porrò Abi-mélech omni die illo oppugnabat vrbẽ: quã ceperit, interfectis habitatoribus eius, ipſaq; deſtructa, ita vt ſal in ea diſpergeret. ¶35 Quod quũ audiſſet qui habitabat in turre Sichimorũ, ingreſſi ſunt phanũ dei ſui Berith, vbi fœdus cum eo pepigerant, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. ¶37 Abi-mélech quoq; audiẽs viros turris Sichimorũ pariter conglobatos, ¶38 Aſcẽdit in montẽ Selmõ cũ omni populo ſuo: & arrepta ſecuri, præcidit arboris ramũ, impoſitúmque ferens humero, dixit ad ſocios, Quod meviditis facere, cito facite. ¶39 Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, ſequebantur ducem. Qui circundantes præſidium, ſuccenderunt: atque ita factum eſt, vt fumo & igne mille hominum necarentur, viri pariter & mulieres, habitatorum turris Sichem. ¶50 Abi-mélech autem inde proficiſcens venit ad oppidum Thebes, quod circundans obſidebat exercitu. ¶51 Erat autem turris excelſa in media ciuitate, ad quam confugerant ſimul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clauſa firmiſſimè ianua, & ſuper turris tectum ſtantes per propugnacula. ¶52 Accedẽſq; Abi-mélech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquans oſtio, ignem ſupponere nitebantur. ¶53 Et ecce vna mulier fragmen molæ dẽſuper iaciens, illiſit capiti Abi-mélech, & confregit cerebrum eius. ¶54 Qui vocauit cito armigerum ſuum, & ait ad eum, Stringa gladium tuum, & percute me: ne forte dicatur quòd à fœmina interfectus ſim. qui iuſſa perficiẽs, interfecit eũ. ¶55 Illo quoq; mortuo, omnes qui cũ eo erãt de Iſrael, reuerſi ſunt in ſedes ſuas. ¶56 Et redidit Deus malum quod fecerat Abi-mélech contra patrem ſuum, interfectis ſeptuaginta fratribus ſuis. ¶57 Sichimitis quoque quod operati erãt, retributum eſt, & venit ſuper eos maledictio Ioathã filii Ierobáal. ❧ A P. X.

1 Thola dux, cui conſtituitur Iair. 6 Iſraelitæ ob idololatriam traduntur Philiſthæis. 10 Cõfitentes Deo peccatum ſuũ, exaudiuntur.

POſt Abi-mélech ſurrexit dux Iſrael Thola filius Phua patrui Abi mélech, vir de Iſſachar, qui habitauit in Samir montis Ephraim: ¶2 Et iudicauit Iſraelem viginti & tribus annis, mortuúſque eſt, ac ſepultus in Samir. ¶3 Huic ſucceſſit Iair Galaadites, qui iudicauit Iſraelẽ per viginti & duos annos. ¶4 Habẽs triginta filios ſedẽtes ſuper triginta pullos aſinarũ, & principes trigita ciuitatũ, quæ ex nomine eius ſunt appellatæ Auoth-Iaïr, id eſt oppida Iair, vſq; in præſentẽ diẽ in Terra Galaad. ¶5 Mortuúſq; eſt Iair: ac ſepultus in loco, cui eſt vocabulũ Camon. ¶6 Filii autem Iſrael peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in conſpectu Domini, & ſeruierũt idõlis, baalim, & Aſtaroth, & diis Syræ ac Sidõnis & Moab & filiorũ Ammõ & Philiſthiim: dimiſerũntq; Dominum, & nõ coluerunt eum. ¶7 Contra quos Dominus iratus,

1. Reg. 11. c. 12.

tradidit eos in manu Philistiim & filiorum Ammon. ¶8 Afflictique sunt, & vehemēter oppressi per annos decem & octo, omnes qui habitabant trans Iordanē in Terra-Amorrhæi, quæ est in Galaad: ¶9 In tātum vt filii Amon Iordane transmisso vastarent Iudā & Beniamin & Ephraim: afflictūque est Israel nimis.
C ¶10 Et clamantes ad Dominum, dixerunt, Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum nostrū, & seruiuimus baalim. ¶11 Quib⁹ locutus est, Nunquid non Aegyptii & Amorrhæi, filiique Ammon & Philistiim, ¶12 Sidonii quoque & Amalec & Chanaan oppresserunt vos: & clamastis ad me, & erui vos de manu eorū? ¶13 Et tamē reliquistis me, & coluistis deos alienos: idcirco non addam vt vltrā vos liberem. ¶14 Ite, & inuocate deos quos elegistis: ipsi vos liberēt in tēpore angustiæ. ¶15 Dixerūtq; filii Israel ad Dominū, Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet: tantūm nūc libera nos. ¶16 Quæ dicētes, omnia de finibus suis alienorū deorum idōla proiecerunt, & seruierūt Domino Deo: qui doluit super mi-
D seriis eorum. ¶17 Itaque filii Ammō cōclamātes, in Galaad fixere tentoria: contra quos cōgregati filii Israel, in Maspha castrametati sunt. ¶18 Dixerūntque principes Galaad singuli ad proximos suos, Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

CAP. XI.

1 Iephte dux Israelitarum, Spiritu Dei accensus, occidit Ammonitas. 30 Voto coactus occidit filiam suam.

A Fuit itaque illo in tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filī⁹ mulieris meretricis, qui natus est de Galaad. ¶2 Habuit autem Galaad vxorem, de qua susceperit filios: qui postquā creuerāt, eiecerūt Iephte, dicentes, Hæres in domo patris nostri es se non poteris, quia de adultera' matre natus es. ¶3 Quos ille fugiens atque deuitans, habitauit in Terra-tob: congregatique sunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur. ¶4 In illis diebus pugnabāt filii Ammon cōtra Israel. ¶5 Quibus acriter instantibus pertexerūt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium sui Iephte de Terra-tob: ¶6 Dixerūntq; ad eū, Veni, & esto princeps noster, & pugna cōtra filios Ammō:
B ¶7 Quibus ille respōdit, Nonne vos estis qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nunc venistis ad me necessitate cōpulsi? ¶8 Dixerūntque principes Galaad ad Iephte, Ob hāc igitur causam nūc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisque dux omnium qui habitant in Galaad. ¶9 Iephte quoque dixit eis, Si verē venistis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritque eos Dominus in manū meas, ego ero vester princeps? ¶10 Qui respondentes ei, Dominus qui hæc audit, ipse mediator ac testis est, quòd nostra promissa faciemus. ¶11 Abiit itaque Iephte cum principibus Galaad, fecitque eum omnis populus principem sui. Locutusque est Iephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha. ¶12 Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex persona sua diceret, Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terram meam? ¶13 Quibus ille respondit, Quia tulit Israel terram meam, quādo ascendit de Aegypto à finibus Arnon vsque Ieboc atque Iordanem: nūc ergo cum pace red de mihi eam. ¶14 Per quos rursum mandauit Iephte, & imperauit eis vt dicerent regi Ammon. ¶15 Hæc dicit Iephte, Non tulit Israel Terram-Moab, nec Terram filiorum Ammon: ¶16 Sed quando de Aegypto conscenderunt, ambulauit per solitudinem vsque ad Mare-rubrum, & vēnit in Cades. ¶17 Misitque nuntios ad regem Edom, dicens, Dimitte me vt trāseā terram tuam. qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transītum prærbere contempsit, manūt itaque in Cades. ¶18 Et circuiit ex latere Terram-Edom, & Terram-Moab: venitque ad orientalē plagā Terræ-Moab, & castrametatus est trāsArnon: nec voluit intrare terminos Moab: D Arnon quippe confinium est Terræ-Moab. ¶19 Misit itaque Israel nūtios ad Sehon regē Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei, Dimitte vt transeam per terram tuam vsque ad fluuium. ¶20 Qui & ipse Israel verba despiciens, non dimisit eumtranspere terminos suos: sed infinita multitudine congregata egressus est contra eum in Iasa, & fortiter restitebat. ¶21 Tradiditque eum Dominus in manus Israel cū omni exercitu suo, & percussit eum, & possedit omnem Terram Amorrhæi, habitatoris regionis illius, ¶22 Et vniuersos fines eius de Arnon vsque Ieboc, & de solitudine vsque ad Iordanem. ¶23 Dominus ergo Deus Israel subuertit Amorrhæum, pugnāte cōtra illū populo suo Israel, & tu nūc vis possidere terram eius? ¶24 Nonne ea quæ possedit Chamos deus tuus, tibi iure debētur? quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostram cedent possessionē: ¶25 Nisi forte melior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum, ¶26 Quando habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroer, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem, per trecentos annos. quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? ¶27 Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me malè agis, iudicēs mihi bella non iusta. Iudicet Dominus arbiter huius diei inter Israel, & inter filios Ammon. ¶28 Noluitque acquiescere rex filiorum Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mandauerat. ¶29 Factus est ergo super Iephte Spiritus Domini, & circuiens Galaad & Manasse, Maspha quoque Galaad, & inde transiens ad filios Ammon, ¶30 Votum vouit Domino, dicens, Si tradideris filios Ammon in manus meas: ¶31 Quicunque primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihique occurrerit reuertenti cum pace à filiis Ammon, eū holocaustum offeram Domino. ¶32 Trānsiuitq; Iephte ad filios Ammō, vt pugnaret contra eos: quos tradidit Dominus in manus eius, ¶33 Percussitque ab Aroer vsque dum venias in Menuith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quæ est vineis cōsita plaga magna nimis, humiliatique sūt filii Ammō

Nu

Na

Nu

N

F

alterа

à filiis Israel, ¶ 34 Reuertenti autem Iephte in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua cũ tympanis & choris. nõ enim habebat alios liberos. ¶ 35 Qua visa scidit vestimenta sua, & ait, Heu me filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. aperui enim os meũ ad Dominũ, & aliud facere non potero. ¶ 36 Cui illa respõdit, Pater mi, si aperuisti os tuũ ad Dominum, fac mihi quodcunq; pollicitus es, cõcessa tibi victione atque victoria de hostibus tuis. ¶ 37 Dixitque ad patrẽ, Hoc solũm mihi præsta quod deprecor, Dimitte me vt duobus mẽsibus circumeã mõtes, & plangam virginitatẽ meam cum sodalibus meis. ¶ 38 Cui ille respondit, Vade. Et dimisit eam duobus mẽsibus. Quumque abiisset cum sociis ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus.

¶ 39 Expletisque duobus mensibus, reuersa est ad patrẽ suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum. exinde mos increuit in Israel, & cõsuetudo seruata est, ¶ 40 Vt post anni circulũ conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebꝰ quatuor.

CAP. XII.

4 Pugnat Iephte contra Ephraim. 7 Moritur. 8 Abesan succedit, 11 Elon item, & post ipsum Abdon.

ECce autem in Ephraim orta est seditio. nã transeuntes contra Aquilonẽ, dixerũt ad Iephte, Quare vadens ad pugnam cõtra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecũ itigitur incẽdimus domũ tuam. ¶ 2 Quibus ille respõdit, Disceptatio erat mihi & populo meo cõtra filios Ammon vehemens: vocauique vos vt præberetis mihi auxiliũ, & facere noluistis. ¶ 3 Quod cernens, posui animã meam in manibus meis, transiuique ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. quid cõmerui, vt aduersum me consurgatis in prælium? ¶ 4 Vocatis itaque ad se cunctis viris de Galaad, pugnabat contra Ephraim: percussitq; viri Galaad Ephraim, quia dixerat, Fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manasse. ¶ 5 Occupauerũtq; Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuertebatur. Cumq; venisset ad ea de Ephraim numero, fugiẽsq; dixisset, Obsecro vt me transire permittas: dicebãt ei Galaaditæ, nunquid Ephratæus es? Quo dicente. Nõ sum: ¶ 6 Interrogabãt eũ. Dic ergo Schibbõleth, quo interpretatur spica. Qui respondebat, Sibbõleth: eadem litera spicam exprimere non valens. Statimque apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia. ¶ 7 Iudicauit itaque Iephte Galaadites Israel sex annis: & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. ¶ 8 Post hunc iudicauit Israel Abesan de Beth-lehem: ¶ 9 Qui habuit triginta filios, & totidẽ filias: quas emittens foras, maritis dedit. & eiusdem numeri filiis suis accepit vxores, introducens in domum suam. qui septem annis iudicauit Israel. ¶ 10 Mortuusque est, ac sepultꝰ in Bethlehem. ¶ 11 Cui successit Ahialon Zabulonites: & iudicauit Israel decem annis. ¶ 12 Mortuusque est ac sepultus in Zabulon. ¶ 13 Post hunc iudicauit Israel Abdon, filius Elel Pharathonites: ¶ 14 Qui habuit quadraginta filios & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarũ, & iudicauit Israel octo annis. ¶ 15 Mortuusque est ac sepultus in Pharathon terræ Ephraim, in monte Amalec.

CAP. XIII.

1 Israelitæ idololatræ Philisthæis tradũtur. 3 Samsonis natiuitas Manue patri prænũtiatur. 16 Angelus renuit sibi offerri holocaustum, sed Deo. 24 Nascitur Samson.

RVrsũmque filii Israel fecerunt malum in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis. ¶ 2 Erat autem quidã vir de Saraa, & de stirpe Dã, nomine Manue, habens vxorẽ sterilẽ. ¶ 3 Cui apparuit Angelus Domini, & dixit ad eã, Sterilis es & absque liberis: sed cõcipies & paries filium. ¶ 4 Caue ergo ne bibas vinũ ac siceram, nec immundum quicquã comedas: ¶ 5 Quia concipies, & paries filiũ, cuius non tãget caput nouacula: erit enim nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorũ. ¶ 6 Quæ quum venisset ad maritum suum, dixit ei, Vir Dei venit ad me, habens vultum Angelicum, terribilis nimis. Quem quũ interrogasse quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere: ¶ 7 Sed hoc respõdit, Ecce cõcipies & paries filium: caue ne vinum bibas nec sicerã, & ne aliquo vescaris immundo: erit enim puer nazaræus Dei ab infantia sua, & ex vtero matris suæ, vsq; ad diẽ mortis suæ. ¶ 8 Orauit itaque Manue Dominum, & ait, Obsecro Domine, vt vir Dei quem misisti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est. ¶ 9 Exauditque Dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum Angelus Dei vxori eius sedenti in agro: Manue autem maritus eius non erat cum ea. Quæ quum vidisset Angelum, ¶ 10 Festinauit, & cucurrit ad virum suum: nũtiauitque ei, dicens, Ecce apparuit mihi vir quem ante videram. ¶ 11 Qui surrexit, & secutus est vxorẽ suam: veniensque ad virum, dixit ei, Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respondit, Ego sum. ¶ 12 Cui Manue, Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer? aut à quo se obseruare debebit? ¶ 13 Dixitque Angelus Domini ad Manue, Ab omnibus quæ locutus sum vxori tuæ, abstineat se: ¶ 14 Et quicquid ex vinea nascitur, nõ comedat: vinum & siceram non bibat, nullo vescatur immundo: & quod ei præcepi, impleat atq; custodiat. ¶ 15 Dixit itaque Manue ad Angelũ Domini, Obsecro te vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris. ¶ 16 Cui respõdit Angelus, Si me cogis, nõ comedã panes tuos: si autẽ vis holocaustũ facere, offer illud Domino. Et nesciebat Manue quòd Angelus Domini esset. ¶ 17 Dixitque ad eũ, Quod est tibi nomen, vt si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? ¶ 18 Cui ille respõdit, Cur quæris nomẽ meũ, quod est mirabile? ¶ 19 Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamẽta, & posuit super petrã, offerẽs Domino qui facit mirabilia: ipse autẽ & vxor eius intuebantur. ¶ 20 Quũmq; ascenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in

A

Num. 6. a. 4

B

Deus.

C

Dixi, quę

D

vidissent flamma ascendit. Quod quum vidisset Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terram, ¶21 Et vltrà eis non apparuit Angelus Domini: statimque intellexit Manue Angelū Domini esse, ¶22 Et dixit ad vxorem suam, Morte morie mur, quia vidimus Deum Deum. ¶23 Cui respōdit mulier, Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustū & libamenta nō suscepisset, nec ostendisset nobis hæc omnia, neque ea quæ sunt ventura, dixisset. ¶24 Pepe rit itaque filiū, & vocauit nomē eius Samson. Creuitq; puer, & benedixit ei Dominꝰ. ¶25 Cœpitque Spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa & Esthaol.

CAP. XIIII.

1 Samson ducit Philisthæam in vxorem. 5 Leonis catulum dilacerat. 12 Proponit problema sodalibus suis de leone occiso in cuius corpore erat examē apum. 17 Vxori exponit.

DEscendit ergo Samson in Thamnātha. vi dēnsque ibi mulierem de filiabus Philisthiim, ¶2 Ascendit, & nuntiauit patri suo, & matri suæ, dicens, Vidi mulierem in Thamnātha de filiabus Philisthinorū: quam quæso vt mihi accipiatis vxorem. ¶3 Cui dixerūt pater & mater sua, Nunquid nō est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philisthiim, qui incircūcisi sunt? Dixitque Samson ad patrem suum, Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis. ¶4 Parētes autem eius desciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occasionem cōtra Philisthiim, eo enim tēpore Philisthiim dominabātur Israeli. ¶5 Descēdit itaque Samson cum patre suo & matre in Thamnātha: quúmq; venissent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis fremus, & rugiēs. & occurrit ei. ¶6 Irruit autem Spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem, quasi hœdum in frusta decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. ¶7 Descen ditque, & locutus est mulieri quæ placuerat oculis eius. ¶8 Et post aliquot dies reuertens vt acciperet eā, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat ac fauus mellis. ¶9 Quem quum sumpsisset in manibus, comedebat in via: veniēnsque ad patrem suum & matrem, dedit eis partem, qui & ipſi comederunt: nec tamen eis voluit indicare quòd mel de corpore leonis assumpserat. ¶10 Descendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio suo Samson conuiuium. hic enim iuuenes facere consueuerant. ¶11 Quum ergo ciues loci illius vidissent eum, dederūt ei sodales triginta qui essent cum eo. ¶12 Quibus locutus est Samson, Proponam vobis problema: quod si solueritis mihi intra septem dies conuiuii, dabo vobis triginta tunicas & totidem tunicas. ¶13 Sinautem non potueritis soluere, vos dabitis mihi triginta tunicas, & eiusdem numeri tunicas. Qui respondērūt ei, Propone problema, vt audiamus. ¶14 Dixitque eis, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Nec potuerunt per tres dies propositionem soluere. ¶15 Quúmque adesset dies septimus, dixerūt ad vxorem Samson, Blandire viro tuo, & suade ei vt indicet tibi quid significet problema. quod si facere nolueris, incendemus te, & domū patris tui. an idcirco vocastis nos ad nuptias vt spoliaretis? ¶16 Quæ fūdebat apud Samson lachrymas, & querebatur dicens, Odisti me, & nō diligis: idcirco problema quod proposuisti filiis populi mei, nō vis mihi exponere. At ille respondit, Patri meo, & matri nolui dicere: & tibi indicare potero? ¶17 Septem igitur diebus conuiuii flebat ante eum: tēdēmque die septimo quum el effet molesta, exposuit. quæ statim indicauit ciuibus suis. ¶18 Et illi dixerunt ei die septimo ante solis occubitum, Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos, Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositioné meā. ¶19 Irruit itaque in eum Spiritus Domini, descenditque Ascalonem, & percussit ibi triginta viros: quorū ablatas vestes dedit his q problema soluerant. Iratúsque nimis ascendit in domum patris sui: ¶20 Vxor autem eius accepit maritum vnū de amicis eius & pronubis.

CAP. XV.

1 Samson propter ablatam vxorem, segetes Philistinorum exurit. 6 Comburitur eius vxor a Philisthæis. 10 Traditur Philisthæis. 14 Maxilla asini occidit mille Philisthæos.

POst aliquantulum autem temporis, quum dies triticeæ messis instaret, venit Samson inuisere vxorem suam, & attulit ei hœdum de capris. Quúmque cubiculum eius sibi to vellet intrare, prohibuit illum pater illius, dicēs, ¶2 Putaui quòd odisses eam, & ideo tradidi illam amico tuo: sed habet sororem, quæ iunior & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor ¶3 Cui Samson respondit, Ab hac die non erit culpa in me contra Philisthæos: faciam enim vobis mala. ¶4 Perrexitque, & cepit trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio: ¶5 Quas igne succendens dimisit vt huc illúcque discurrerēt. Quæ statim perrexerūt in segetes Philisthinorum. Quibus succensis, & comportatæ iam fruges, & adhuc stantes in stipula, concrematæ sunt, intātum vt vineas quoque, & oliueta, flamma consumeret. ¶6 Dixerūntq; Philisthiim, Quis fecit hanc remꝰ Quibus dictum est, Samson gener Thamnathæi: quia tulit vxorē eius, & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascēderūntque Philisthiim: & cōburserūt tam mulierē quam patrem eius. ¶7 Quibus ait Samson, Sicet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quiescam. ¶8 Percussitque eos ingenti plaga, ita vt stupentes suram femori imponerent. Et descendens habitauit in spelūca petræ Etam. ¶9 Igitur ascēdentes Philisthiim in Terram-Iuda, castrametati sunt in loco qui postea vocatus est Lechi, id est maxilla: vbi eorū fusus est exercitus. ¶10 Dixerūntque ad eos de tribu Iuda, Cur ascendistis aduersum nos? Qui respōderunt, Vt ligemus Samson venimus, & reddam ei quæ in nos operatus est. ¶11 Descenderunt ergo tria millia virorum de Iuda, ad specum silicis Etam, dixerūntque ad Samson, Nescis quòd Philisthiim imperēt nobis? quare hoc facere voluisti? Quibus ille ait, Sicut fecerunt mihi, sic feci eis. ¶12 Iligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manus Philisthinorum. Quibus Samson, Iurate, ait, & spōdete mihi quòd nō occidatis me. ¶13 Dixerūt, Non te occidemus, sed vinctum trademus. hi-

gauerũntque eũ duobus nouis funibus, & tulerunt eum de petra Etam. ¶14 Qui quum venisset ad locum Maxillæ, & Philisthiim vociferãtes occurrissent ei, irruit Spiritus Domini in eum: & sicut solent adʼodorem ignis ligna consumi, ita vincula quibus ligatus erat, diffl. D pata sunt & soluta. ¶15 Inuentámque maxillam, id est mandibulam asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros, ¶16 Et ait, In maxilla asini, in mãdibula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros. ¶17 Quúmque hæc verba caneus cõplesset, proiecit mãdibulam de manu, & vocauit nomẽ loci illius Ramath-lechi, quod interpretatur eleuatio maxillæ. ¶18 Sitiẽsq; valde, clamauit ad Dominum, & ait, Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam: & en siti morior, incidámque in manus incircumciso rum. ¶19 Aperuit itaqueʼ Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ: quibus hausti refocillauit spiritum, & vires recepit. Idcirco appellatum est nomẽ loci illius, Fons-inuocantis-de-maxilla, vsque in præsentẽ diẽ. ¶20 Iudicauitque Israel in diebus Philisthiim vigiuti annis. CAP. XVI.

1 Samson portas Gazæ in montem defert 4 Dalilam meretricem amat, quæ Philisthæis indicat in quo fortitudo eius sita sit. 21 Samsoni excæcato illudunt Philisthæi. 30 Reddita ei fortitudine, moritur cum principibus Philisthæorum.

A Biit quoque in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, ingressúsque est ad eã. ¶2 Quod quum audissent Philisthiim, & percrebruisset apud eos, intrasse vibẽ Samson, circundederunt eum, positis in porta ciuitatis custodibus: & ibi tota nocte cum silentio præstolantes, vt facto mane exeuntem occiderent. ¶3 Dormiuit autem Samson vsque ad medium noctis: & inde consurgens apprehendit ambas portæ fores cum postibus suis & sera, impositásque humeris suis portauit ad verticem mõtis qui respicit Hebron. ¶4 Post hæc amauit mulierem, quæ habitauit in Valle-sorec, & vocabatur Dalila. ¶5 Venerũntque ad eam principes Philisthinorum, atque dixerunt, Decipe eum, & disce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vinctum affligere: quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centum argenteos. ¶6 Locuta est ergo Dalila ad Samson, Dic mihi, obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo, & quid sit quo ligatʼ erũpere nequeas. ¶7 Cui respõdit Samson, Si septem neruiceis funibus necdũ siccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines. ¶8 Attulerũntque ad eam satrapæ Philisthinorum septem funes, vt dixerat: quibus vinxit eũ, ¶9 Latentibus apud se inidiis, & in cubiculo finem rei expectantibus: clamauitque ad eum, Philisthiim sup te Samson. Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filũ de stupa tortũ sputamine, quum odorem ignis acceperit: & non est cognitũ in quo esset fortitudo eius. ¶10 Dixitque ad eum Dalila, Ecce illusisti mihi, & falsum locutus es: saltem nunc indica mihi quo ligari debeas. ¶11 Cui ille respondit, Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominũ similis. ¶12 Quibus rursum Dalila vinxit eũ, & clamauit, Philisthiim super te Samson: in cubiculo insidiis præparatis. qui ita rupit vincula quasi fila telarum. ¶13 Dixitque Dalila rursum ad eũ, vsquequo decipis me, & falsum loquebaris? ostende quo vinciri debeas. Cui respõdit Samson, Si, inquit, septem crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his circunligatum terræ fixeris, infirmus ero. ¶14 Quod quũ fecisset Dalila, dixit ad eum, Philisthiim super te Samson. Qui cõsurgens de somno extraxit clauum cum crinibus & licio. ¶15 Dixitque ad eum Dalila, Quomodo dicis quòd amas me, quum animus tuus non sit mecum? Ter tres vices mentitus es mihi, & noluisti dicere in quo sit maxima fortitudo tua. ¶16 Quúmque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, sparsũ ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vsque lassata est. ¶17 Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam, Rerum nunquam ascendit super caput meum, quia nazaræus, id est consecratusʼ Domino fum de vtero matris meæ: si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiã, erõque sicut cæteri homines. ¶18 Vi dẽsque illa quòd cõfessus ei esset omnem animum suũ, misit ad principes Philisthinorum ac mãdauit, Ascendite adhuc semel, quia nũc mihi aperuit cor suum. qui ascenderũt assumpta pecunia quã promiserãt. ¶19 At illa dormire eũ fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput, vocauitque tonsorem, & rasit septem crines eius, & cœpit abigere eum, & à se repellere: statim enim ab eo fortitudo discessit. ¶20 Dixitque, Philisthiim super te Samson. Qui de somno consurgens, dixit in animo suo, Egrediar sicut antè feci, & me excutiam: nesciens quòd recessisset ab eo Dominus. ¶21 Quem quum apprehendissent Philisthiim, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctũ catenis, & clausum in carcere molere fecerunt. ¶22 Iamque capilli eius renasci cœperant, ¶23 Et principes Philisthinorum conuenerunt in vnum vt immolarent hostias magnificas Dagon deo suo, & epularentur, dicentes, Tradidit deus noster inimicũ nostrum Samson in manus nostras. ¶24 Quod etiam populus videns laudabat deum suum, eádémque dicebat, Tradidit deus noster aduersarium nostrũ in manus nostras, qui deleuit terram nostram, & occidit plurimos. ¶25 Lætantéque per conuiuia, sumptis iam epulis, præceperũt vt vocaretur Samson, & ante eos luderet. qui adductus de carcere, ludebat ante eos: fecerũntque eum stare inter duas columnas. ¶26 Qui dixit puero regenti gressus suos, Dimitte me, vt tangam columnas quibus omnis imminet domus, & recliner super eas, & paululum requiescam. ¶27 Domus autẽ erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philisthinorum. ac de tecto & solario circiter tria millia vtriusq; sexus spectantes ludentem Samson. ¶28 At ille inuocato Domino ait, Domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem pristinam Deus meus, vt vlciscar me de hostibus meis, & pro amissione duorum luminũ vnam

visionem recipiam. ¶29 Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, altéque earum dextera, & alteram læua tenens, ¶30 Ait, Moriatur anima mea cũ Philisthiim. Cõcussíque fortiter columnis, cecidit domus super omnes principes, & cæteram multitudinem quæ ibi erat: multóque plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat. ¶31 Descendentes autẽ fratres eius, & vniuersa cognatio tulerunt corpus eius, & sepelierũt inter Saraa & Esthaol in sepulchro patris sui Manuehi dicaũtq; Israel viginti annis. CAP. XVII.

Michæ iubet mater idolum fieri, cui sacerdotem Bethlehemitem præficit.

FVitque eo tempore vir quidam de mõte Ephraim nomine Michas ¶2 Qui dixit matri suæ, Mille & centum argenteos quos separaueras tibi, & super quibus me audiente iurauras, ecce ego habeo, & apud me sunt. Eui illa respondit, Benedictus filius meus Domino. ¶3 Reddidit ergo eos matri suæ, quæ dixerat ei, Consecraui, & voui hoc argẽtum Domino, vt de manu mea suscipiat filius meus, & faciat sculptile atque conflatile: & nunc trado illud tibi. ¶4 Reddidit igitur eos matri suæ: quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argẽtario, vt faceret ex eis sculptile atq; cõflatile, quod fuit in domo Michæ. ¶5 Qui æduculam quoque in ea Deo separauit, & fecit ephod, & theraphim, id est vestem sacerdotalem, & idõla: impleuitque vnius filiorum suorum manum, & factus est ei sacerdos. ¶6 In diebus illis nõ erat rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat. ¶7 Fuit quoque in tempore illo' adolescens de Beth lehem Iuda ex cognatione eius: erátque ipse Leuites, & habitabat ibi. ¶8 Egressúsque de ciuita te Beth-lehem, peregrinari voluit vbicunque sibi commodum reperisset. Quúmque veniisset in mõtem Ephraim iter faciens, & declinasset parũper in domũ Michæ, ¶9 interrogatus est ab eo vnde veniret. Qui respõdit, Veniita sum de Beth-lehem Iuda, & vado vt habite vbi potuero, & vtile mihi esse prosperero. ¶10 Dixitque Michas, Mane apud me, & esto mihi parés ac sacerdos: dabóque tibi per annos singulos decem argẽteos, ac vestem duplicé, & quæ ad victum sunt necessaria. ¶11 Acquieuit, & mãsit apud hominẽ, fuitque illi quasi vnus de filiis. ¶12 Impleuitque Michas manũ eius, & habuit puerum sacerdotem apud se, ¶13 Nunc scio, dicens, quòd benefaciet mihi' Deus' habẽti Leuitici generis sacerdotẽ. CAP. XVIII.

Tribus Dan quærens sibi possessionẽ amplioremi, mittit exploratores in Lais, qui auferunt idola Michæ, & succensa vrbe Lais, illic habitant.

IN diebus illis non erat rex in Israel, & tribus Dan quærebat possessionem sibi, vt habitaret in ea. vsque ad illum enim diem inter cæteras tribus sortem non acceperat. ¶2 Miserũt ergo filii Dan, strípis & familiæ suæ quinque viros fortissimos de Saraa & Esthaol, vt explorarent terrã, & diligenter inspicerẽt: dixerũntque eis, Ite, & considerate terram. Qui quum pergẽtes venissent in montẽ Ephraim, & intrassent domum Michæ, requieuerũt ibi: ¶3 Et agnoscentes vocem adolescẽtis Leuitæ, vtentésque illius diuersorio, dixerũt ad eum, Quis te huc adduxit? quid hic agis? quam ob causam huc venire voluisti? ¶4 Qui respondit eis, Hæc & hæc præstitit mihi Michas, & me mercede cõduxit vt sim ei sacerdos. ¶5 Rogauerunt autem eum vt cõsuleret 'Dominũ', & scire possent an prospero itinere pergerẽt, & res haberet effectũ. ¶6 Qui respondit eis, Ite cum pace, Dominus respicit viam vestram, & iter quo pergitis. ¶7 Euntes igitur quinque viri venerunt Lais: viderũntque populum habitantem in ea absque vllo timore, iuxta cõsuetudinem Sidoniorum, securum & quietũ, nullo ei penitus resistente, magnarúmque opum, & procul à Sidõne atque à cũctis hominibus separatum. ¶8 Reuersique ad fratres suos in Saraa & Esthaol, & quid egissent sciscitãtibus ¶9 Responderunt, Surgite, & 'eamus' ad eos. vidimus enim terram valde opulentam & habemus: nolite negligere, nolite cessare: eamus, & possideamus eam, nullus erit labor. ¶10 Intrabimus ad securos, in regionem latissimam, tradẽque nobis 'Dominus' locũ, in quo nullius rei est penuria, eorũ quæ gignuntur in terra. ¶11 Profecti igitur sunt de cognatione Dan, de Saraa & Esthaol sexcenti viri accincti armis bellicis, ¶12 Ascendentésque manserũt in Cariath-iarim Iudæ: qui locus ex eo tempore Castrorum-Dan nomẽ accepit, & est post tergũ Cariath-iarim. ¶13 Inde transierunt in mõtem Ephraim. quúmque venissent ad domum Michæ, ¶14 Dixerunt quinque viri, qui prius missi fuerant ad considerandam Terrã Lais, cæteris fratrib' suis, Nostis quòd in domibus istis sit ephod, & theraphim, & sculptile atq; cõflatile: videte quid vobis placeat. ¶15 Et qui paulum declinassent, ingressi sunt domum adolescentis Leuitæ, qui erat in domo Michæ: salutauerũntque eum verbis pacificis. ¶16 Sexcenti autem viri ita vt erant armati, stabant ante ostium. ¶17 At illi qui ingressi fuerãt domũ inuenis, sculptile & ephod & theraphim, atque cõflatile tollere nitebantur, & sacerdos stabat ante ostium, sexcentis viris fortissimis haud procul expectantibus. ¶18 Tulerunt igitur qui intrauerant, sculptile, ephod, & idõla, atque conflatile. quibus dixit sacerdos, Quid facitis? ¶19 Cui respondérunt, Tace, & pone digitum super os tuum: venique nobiscum, vt habeamus te patrem ac sacerdotem. Quid tibi melius est, vt ûs sacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Israel? ¶20 Quod quum audisset, acquieuit sermonibus eorum, & tulit ephod & idõla ac sculptile, & profectus est cum eis. ¶21 Quí quũ pergerent, & ante se ire feciſſet parulos ac iumẽta, & omne quod erat pretiosum, ¶22 Iámq; à domo Michæ essent procul, viri qui habitabant in ædibus Michæ cõclamãtes secuti sunt, ¶23 Et post tergũ clamare cœperũt. Qui quũ respexisset, dixerũt ad Michã, Quid tibi vis? cur clamas? ¶24 Qui respondit, Deos meos quos mihi feci, tulistis, & sacerdotem, & omnia quæ habeo: & dicitis, Quid tibi est? ¶25 Dixerũntq; ei filii Dan, Cave ne vltra loquaris ad nos, & veniãt ad te viri animo concitati, & ipse cũ omni domo tua pereas. ¶26 Et sic cœpto itinere perrexerũt. vidẽs autẽ Michas quòd fortiores se essẽt, reuer-

sus est in domum suam. ¶17 Sexcẽti autem viri tulerũt sacerdotem, & quæ suprà diximus, venerũntque in Lais ad populum quietscẽtem atque securum, & percusserunt eos in ore gladii: urbẽmque incendio tradiderunt, ¶18 Nullo penitus ferente præsidium, eo quòd procul habitarẽt à Sidõne, & cum nullo hominũ haberent quicquam societatis ac negotii. Erat autem ciuitas ista in regione Rohob: quam rursus extruentes habitauerunt in ea, ¶19 vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris sui quem genuerat Israel, quæ prius Lais dicebatur. ¶20 Posuerũntque sibi sculptile, & Ionathan filium Gersam filii Moysi, ac filios eius sacerdotes in tribu Dan, vsque ad diẽ captiuitatis suæ. ¶21 Mansitque apud eos idõlũ Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo. in diebus illis non erat rex in Israel.

CAP. XIX.

1 Gabaonitæ abutuntur vxore cuiusdam Leuitæ, vsque ad mortem. 29 Quam diuidens maritus in duodecim partes, mittit ad singulas tribus Israel.

A FVit quidam vir Leuites, habitans in latere mõtis Ephraim, qui accepit vxorẽ de Bethlehẽ Iudæ: ¶2 Quæ reliquit eum, & reuersa est in domum patris sui in Beth-lehẽ, mansitque apud eum quatuor mẽsibus. ¶3 Secutúsque est eam vir suus, volẽs reconciliari ei, atque blandiri, & secũ reducere, habens in comitatu puerũ & duos asinos: quæ suscepit eũ, & introduxit in domum patris sui. Quod quum audisset socer eius, eúmq; vidisset, occurrit ei lætẽ, ¶4 Et amplexatus est hominem. Mãsitque gener in domo soceri tribus diebus, comedens cum eo & bibẽs familiariter. ¶5 Die autem quarto de nocte consurgens, proficisci voluit: quem tenuit socer, & ait ad eum, Gusta prius pusillum panis, & cõforta stomachum, & sic proficiscẽris. ¶6 Sederũntque simul, ac comederũt & biberũt: dixitque pater puellæ ad generũ suum, Quæso te vt hodie hic maneas, pariterque lætemur. ¶7 At ille consurgens, cœpit velle proficisci: & nihilominus obnoxiè eum socer tenuit, & apud se fecit manere. ¶8 Mane autem facto, parabat Leuites iter. cui socer rursum, Obsecro, inquit, vt paululum cibi capias, & assumptis viribus, donec increscat dies, postea proficiscaris. comederunt ergo simul. ¶9 Surrexitque adolescens, vt pergeret cũ vxore sua & puero. cui rursum locutus est socer, Consydera quòd dies ad occasũ declinare sit, & propinquat ad vesperum: mane apud me etiã hodie, & duc lætum diem, & cras proficiscẽris vt vadas in domum tuam. ¶10 Noluit gener acquiescere sermonibus eius: sed statim perrexit, & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocatur Ieruſalem, ducens secum duos asinos onustos, & concubinam. ¶11 Iamque aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctẽ: dixitque puer ad dominum suũ, Veni, obsecro, declinemus ad vrbem Iebusæorũ, & maneamus in ea. ¶12 Cui respondit dominus, Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non est de filiis Israel, sed trãsibo vsque Gabaa, ¶13 Et quũ illuc peruenero, manebimus in ea, aut certè in vrbe Rama. ¶14 Transierunt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter, occubuitque eis sol iuxta Gabaa, quæ est in tribu Bẽiamin: ¶15 Diuerterũntque ad eam, vt manerent ibi: quò quum intrassent, sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hospitio. ¶16 Et ecce, apparuit homo senex, reuertens de agro & de opere suo vesperi, qui & ipse de monte erat Ephraim, & peregrinus habitabat in Gabaa. homines autem regionis illius erant filii Iemini. ¶17 Eleuatisque oculis, vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea ciuitatis: & dixit ad eũ, Vnde venis? & quò vadis? ¶18 Qui respondit ei, Profecti sumus de Bethlehem Iudæ, & pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephraim, vnde ieramus in Beth lehem: & nũc vadimus ad domũ Dei, nullúsque sub tectum suum nos vult recipere, ¶19 Habentes paleas & fœnũ in asinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vsus, & pueri qui mecum est: nulla re indigemus, nisi hospitio. ¶20 Cui respondit senex, Pax tecum sit, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt: tantum, quæso ne in platea maneas. ¶21 Introduxitque eum in domũ suam, & pabulum asinis præbuit: ac postquã lauerunt pedes suos, recepit eos in cõuiuium. ¶22 Illis epulantibus, & post laborem itineris, cibo & potu reficientibus corpora, venerũt viri ciuitatis illius filii belial, id est absq; iugo, & circundantes domũ senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atque dicentes, Educ virum qui ingressus est domum tuam, vt abutamur eo. ¶23 Egressúsque est ad eos senex, & ait, Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingressus est homo hospitũ meum, & cessate ab hac stultitia. ¶24 Habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinã, educam eas ad vos, vt humilietis eas, & vestrã libidinem compleatis: tantum, obsecro, ne scelus hoc contra naturam, operemini in virum. ¶25 Nolebant acquiescere sermonibus illius: quod cernens homo, eduxit ad eos concubinã suam, & eis tradidit illudẽdam: quæ quum tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane. ¶26 At mulier recedentibus tenebris venit ad ostium domus, vbi manebat dominus suus, & ibi corruit. ¶27 Mane facto, surrexit homo, & aperuit ostium, vt cœptam expleret viam: & ecce concubina eius iacebat ante ostium sparsis in limine manibus. ¶28 Cui ille, putãs eam quiescere, loquebatur, Surge, vt ambulemus. Qua nihil respondente, intelligens quòd erat mortua, tulit eã, & imposuit asino, reuersúsq; est in domum suam. ¶29 Quam quum esset ingressus, arripuit gladium, & caduer vxoris cũ ossibus suis in duodecim partes ac frusta concidens, misit in oẽs terminos Israel. ¶30 Quod quũ vidissent singuli, conclamabãt, Nunquã res talis facta est in Israel ex eo die quo ascenderũt patres nostri de Ægypto, vsque in præsens tempus: ferte sententiam, & in commune decernite quid facto opus sit. CAP. XX.

1 Pugna totius Israel contra Beniamin, ob vxorem Leuitæ. 35 Tribus Beniamin prope deleta.

EGressi itaque sunt omnes filii Israel, & pariter congregati quasi vir vnus, de Dan vsque Ber-sabee, & Terra Galaad ad Dominum in Maspha: ¶2 Omnes quoque anguli popu-

A Osee 1

B

C

D

E Domini

F

G

*&

*Omnes

lorum,& cunctæ tribus Israel in ecclesiam populi Dei conuenerunt *quadringenta millia peditum pugnatorū. ¶3 (Nec latuit filios Beniamin quòd ascendissent filii Israel in Maipha) interrogatúſq; Leuita maritus mulieris interfectæ, quomodo tantum scelus perpetratū esset, ¶4 respondit, Veni in Gabaa Beniamin,cū vxore mea,illúcque diuerti: ¶5 Et ecce, homines ciuitatis illius circundederūt nocte domū in qua manebam,volētes me occidere,& vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes,denique mortua est. ¶6 Quam arreptā,in frusta concidi,misíque partes in omnes terminos possessionis vestræ:quia nunquām tātum scelus, & tam grande piaculum factum est in Israel. ¶7 Adestis omnes filii Israel,decernite quid facere debeatis. ¶8 Stánsque omnis populus,*&quasi vnius hominis sermone respondit,*Nō recedemus in tabernacula nostra, nec suam quisquam intrabit domum : ¶9 Sed hoc contra Gabaa in commune faciemus, ¶10 Decem viri eligantur è cētum,ex omnibus tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decem millibus,vt comportēt exercitui cibaria, & posſimus pugnare contra Gabaa Beniamin, & reddere ei pro scelere quod meretur. ¶11 Cōgregatúsque vniuersus Israel ad ciuitatem, quasi homo vnus eadē mente,vnóque cōsilio, ¶12 Et miserunt nuntios ad omnē tribum Beniamin, qui dicerent,Our tantum nefas in vobis reperti est? ¶13 Tradite homines de Gabaa,qui hoc flagitium perpetrarunt,vt moriantur, & auferatur malum de Israel. Qui noluerūt fratrum suorum filiorū Israel audire mādatū: ¶14 Sed ex cunctis vrbibus quæ sortis suæ erant, conuenerunt in Gabaa,vt illis ferrēt auxilium,& cōtra vniuersum populum Israel dimicarēt. ¶15 Inuentique sunt viginti quinque millia de Beniamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa, ¶16 Qui septingenti erant viri fortissimi,ita ſiniſtra vt dextra præliantes : & sic fundis lapides ad certum lacientes,vt capillum quoque posſent percutere,& nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur.

*quadringēta ¶17 Virorum quoque Israel,absque filiis Beniamin,inuenta sunt *quadraginta millia educentium gladios, & paratorum ad pugnam.

¶18 Qui surgentes venerunt in domum Dei, *hoc est in Silo*:consuluerūntque Dominū,atque dixerūt, Quis erit in exercitu nostro princeps certamiuis contra filios Beniamin ? Quibus respondit Dominus, Iudas sit dux vester. ¶19 Statimque filii Israel surgentes mane, castrametati sunt iuxta Gabaa: ¶20 Et inde procedentes ad pugnam contra Beniamin,vrbem oppugnare cœperunt. ¶21 Egressi que filii Beniamin de Gabaa,occiderunt de filiis Israel die illo viginti duo millia virorum. ¶22 Rursum filii Israel & fortitudine,& numero cōfidentes, in eodem loco in quo prius certauerāt,aciem direxerunt: ¶23 Ita tamen vt prius ascenderēt, & fleterent coram Domino vsque ad nocte:con

*Debeo D suleréntque eum,& dicerent, *Debemus'vltrà procedere ad dimicandum contra filios Beniamin fratres 'nostros', an non? Quibus ille respondit, Ascendite ad eos, & inite certamen.

¶24 Quúmque filii Israel altera die contra filios Beniamin ad præliū processíſſēt, ¶25 Erupérūt filii Beniamin de portis Gabaa:& occurrentes eis tanta in illos cæde bacchati sunt,vt decem & octo millia virorum educentium gladium prosternerēt. ¶26 Quam ob rem omnes filii Israel venerunt in domum Dei,& sedētes flebant corā Domino:ieiunauerūntque die illo vsque ad vesperā,& obtulerunt ei holocausta,atq; pacifica victimas, ¶27 Et super statu suo interrogauerūt. (eo tempore ibi erat arca fœderis Domini, ¶28 Et Phinees filius Eleazari filii Aaron præpositus domus.) consuluerunt igitur Dominum, atque dixerunt, Exire vltrà debemus ad pugnam contra filios Beniamin fratres nostros,an quiescere? Quibus ait Dominus, Ascēdite:eras enim tradam eos in manus vestras. ¶29 Posuerūntque filii Israel insidias per circuitum vrbis Gabaa: ¶30 Et tertia vice, sicut semel & bis,contra Beniamin exercitum produxerunt. ¶31 Sed & filii Beniamin audacter eruperunt de ciuitate,& fugientes aduersarios lōgius persecuti sunt:ita vt vulnerarēt ex eis sicut primo die & secundo, & cæderent per duas semitas vertentes terga,quarum vna ferebatur in Beth-el,& altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros. ¶32 Putauerunt enim solito eos more cædere. qui fugā arte simulantes interunt consilium vt abstraherent eos de ciuitate,& quasi fugientes ad superādictas semitas perducerēt. ¶33 Omnes itaque filii Israel surgentes de sedibus suis,tetenderunt aciē in loco qui vocatur Baal-thamar: insidiæ quoque quæ circa vrbem erant , patulatim se aperire cœperunt, ¶34 Et ab Occidentali vrbis parte procedere. Sed & alia decē millia virorum de vniuerso Israel,habitatores vrbis ad certamina prouocabāt:ingrauatúmque est bellum contra filios Beniamin : & non intellexerunt quòd ex omni parte illis instaret interitus. ¶35 Percussítq; eos Dominus in cōspectu filiorum Israel , & interfecerunt ex eis in illo die viginti quinque millia, & centum viros, omnes bellatores & educentes gladium.

¶36 Filii autem Beniamin quum se inferiores esse vidissent,cœperunt fugere. quod cernētes filii Israel,dederunt eis ad fugiendum locū,vt ad præparatas insidias deuenirēt, quas iuxta vrbem posuerant. ¶37 Qui quū repente de latibulis surrexissent,& Beniamin terga cædentibus daret,ingressi sunt ciuitatem, & percusserunt eam in ore gladii. ¶38 Signum autē dederant filii Israel his quos in insidiis collocauerant,vt postquam vrbem cepissent,ignē accenderent:vt ascendēte in altum fumo,captā vrbem demonſtrarent. ¶39 Quod quum cernerent filii Israel in ipso certamine positi(putauerūt enim filii Beniamin eos fugere,& instātius persequebantur, cæsis de exercitu eorum triginta viris) ¶40 *Vt' viderunt quasi columnam fumi de ciuitate consendere, Beniamin quoque respiciens retrò,quū captam cerneret ciuitatē,& flammas in sublime ferri: ¶41 Qui prius simulauerant fugam, versa facie fortius resistebāt. quod quū vidissent filii Beniamin, in fugam versi sunt, ¶42 Et ad viam deserti ire cœperunt,illuc quoque eos aduersariis persequentibus: sed & hi qui vrbem succenderant, occurrerūt eis. ¶43 Atque ita factum est,vt ex vtraque parte ab hostibus cæderētur,nec erat

vlla requies morientiũ: cecidérunt, atque prostrati sunt ad Oriẽtalem plagam vrbis Gabaa. ¶44 Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia virorũ, omnes robustissimi pugnatores. ¶45 Quod quũ vidissent qui remanserant de Beniamin, fugerũt in solitudinem: & pergebãt ad petram, cuius vocabulum est Remmon. Et illa quoque fuga palantes, & in diuersa tendentes, occiderũt quin que millia viros. Et quũ vltrà tenderent, persecuti sunt eos, & interfecerũt etiam alia duo millia. ¶46 Et sic factum est, vt omnes qui ceciderãt de Beniamin in diuersis locis, essent viginti quinq; millia. pugnatores ad bella prõptissimi. ¶47 Remanserunt itaque de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt, & fugere in solitudinem sexcenti viri: sederũntque in Petra-remmon menũbus quatuor. ¶48 Regressi autem filii Israel, omnes reliquias ciuitatis à viris vsque ad iumenta gladio percusse sunt. cũctásque vrbes & viculos Beniamin vorax flamma consumpsit.

CAP. XXI.

1 Israelitæ iurant se non daturos reliquiis Beniamin filias in vxores. 8 Percutiuntur habitatores Iabes Galaad. 19 Virgines Silo rapiũtur à Beniaminitis.

¶ Vrauerant quoque filii Israel in Maspha, & dixerũt, Nullus nostrum dabit filiis Beniamin de filiabus suis vxorẽ. ¶2 Venerũntque omnes ad domum Dei in Silo: & in conspectu eius sedentes vsque ad vesperam leuauerũt vocem, & magno vlulatu cœperunt flere. ¶3 Dicentes, Quare Domine Deus Israel factum est hoc malũ in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? ¶4 Altera autem die diluculo consurgentes, extruxerunt altare: obtulerũntque ibi holocausta, & pacifica victimas. ¶5 Et dixerunt, Quis non ascendit in exercitum Domini de vniuersis tribubus Israel? iuramenti enim iuramento se constrinxerant, quum essent in Maspha, interfici eos qui defuissent. ¶6 Ductique pœnitentia filii Israel super fratre suo Beniamin, cœperunt dicere, Ablata est tribus vna de Israel. ¶7 Vnde vxores accipiẽt omnes enim in commune iuraumus non daturos nos his filias nostras. ¶8 Idcirco dixerunt, Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabes-Galaad in illo exercitu non fuisse. ¶9 Eo quoque tempore quum essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est. ¶10 Miserunt itaque decẽ millia viros robustissimos, & præceperunt eis, dicẽs, & percutite habitatores Iabes-Galaad in ore gladii, tã vxores quàm paruulos eorum. ¶11 Et hoc erit quod obseruare debebitis, omne generis masculini, & mulieres quæ cognouerũt viros, interficite. virgines autem reseruate. ¶12 Inuentæque sunt de Iabes-Galaad quadringẽtæ virgines, quæ nescierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad castra in Silo, in Terrã Chanãan. ¶13 Miserũntque muntios ad filios Beniamin qui erant in Petra-remmon, & præceperunt eis vt eas fœdus iungerent in pace. ¶14 Venerũntque filii Beniamin in illo tẽpore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabes-Galaad: alias autem non repererunt, quas simili modo traderent. ¶15 Vniuersúsque Israel valde doluit, & egit pœnitentiam super interfectione vnius tribus ex Israel. ¶16 Dixerũntq; maiores natu, Quid faciemus reliquis qui nõ acceperunt vxores? omnes in Beniamin fœminæ cõciderũt. ¶17 Et magna nobis cura ingentique studio prouidẽ dũ est, ne vna tribus deleatur ex Israel. ¶18 Filias enim nostras eis dare non possumus, contrà ti iuramẽto & maledictione qua diximus, Maledictus qui dederit de filiabus suis vxorem Beniamin. ¶19 Ceperũntque consilium, atque dixerunt, Ecce solennitas Domini est in Silo anniuersaria, quæ sita est ad Septentrionem vrbis Beth-el ad Orientalem plagam viæ quæ de Bet-hel tendit ad Sichimam, & ad Meridiem oppidi Lebona. ¶20 Præceperũntque filiis Beniamin, atque dixerũt, Ite, & latitate in vineis. ¶21 Quúmque videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repẽte de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in Terrã Bẽiamin. ¶22 Quúmque venerint patres earũ, ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atque iurgari, dicemus eis. Miseremini eorum: non enim rapuerunt eas iure bellantiũ atque victorum, sed rogantibus vt acciperent, nõ dedistis, & à vestra parte peccatum est. ¶23 Fecerũntque filii Beniamin vt sibi fuerat imperatũ: & iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his quæ ducebãt choros, vxores singulas: abierũntque in possessionem suam, ædificantes vrbes & habitantes in eis. ¶24 Filii quoque Israel reuersi sunt per tribũ & familias in tabernacula sua. ¶25 In diebus illis nõ erat rex in Israel: sed vnusquisque quod ũbi rectum videbatur, hoc faciebat.

# Liber Ruth.

CAP. I.

1 Elimelech mortuo apud Moabitas, Noemi reuertitur in Beth-lehem cum Ruth vxore filii sui defuncti.

IN DIEBVS vnius iudicis, quãdo iudices præerãt, facta est fames in Terra. abiitque homo de Beth-lehẽ Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cũ vxore sua, ac duobus liberis. ¶2 Ipse vocabatur Eli-mẽlech, & vxor eius Noemi: & duo filii, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Beth-lehem Iuda. Ingressique regionem Moabitidem, morabantur ibi. ¶3 Et mortuus est Eli-mẽlech maritus Noemi: remãsitque ipsa cum filiis. ¶4 Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarũ vna vocabatur Orpha, altera Ruth. Manserũntque ibi decem annis. ¶5 Et ambo mortui sunt, Mahalon videlicet & Chelion: remãsitque mulier orbata duobus liberis ac marito. ¶6 Et surrexit vt in patriam pergeret cũ vtraque nuru sua de regione Moabitide: audierat enim quòd respexisset Dominus populum suũ, & dedisset eis escas. ¶7 Egressa est itaque de loco peregrinationis suæ cum vtraque nuru: & iam in via reuertendi posita in Terram-Iuda, ¶8 Dixit ad eas, Ite in domum matris vestræ: faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis & mecum. ¶9 Det vobis inuenire re-

quẽm in domibus virorum, quos fortituræ estis: & osculata est eas: quæ eleuata voce flere cœperunt. ¶10 Et dicere, tecum pergemus ad populum tuum. ¶11 Quibus illa respondit, Reuertimini filiæ mi, cur venitis mecum? num vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? ¶12 Reuertimini filiæ mi, Morabitæ: iam enim senectute cõfecta sum, nec aptæ vinculo coniugali. Etiam si posſem hac nocte concipere, & parere filios, ¶13 Si eo expectare velitis donec crescant, & annos pubertatis impleant, ante erĩtis vetulæ quàm nubatis. Nolite quæso filiæ mi facere hoc: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini cõtra me. ¶14 Eleuata igitur voce, rursum flere cœperũt. Orpha osculata est socrũ, ac reuersa est: Ruth adhæsit socrui suæ. ¶15 Cui dixit Noemi, En reuersa est cognata tua ad populum suum, & deos suos: vade cũ ea. ¶16 Quæ respõdit, Ne aduersẽris mihi vt relinquam te & abeam: quocunque enim perrexeris, pergã: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus. ¶17 Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar: ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si nõ sola mors me & te separauerit. ¶18 Vidẽs ergo Noemi quòd obstinato animo Ruth decreuisset secũ pergere, aduersari noluit, nec ad suos vltrà reditum persuadere: ¶19 Profectæque sunt simul, & venerũt in Beth-lehem. Quibus vrbem ingressis, velox apud cunctos fama peruenit: dicebãtque mulieres, Hæc est illa Noemi. ¶20 Quibus ait, Ne vocetis me Noemi, id est pulchram: sed vocate me Mara, id est amaram, quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens. ¶21 Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens? ¶22 Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in Beth-lehem, quando primũm hordea metebantur.

CAP. II.

1 Ruth colligens spicas in agro Booz, inuenit gratiam coram eo. 17 Collectas spicas defert ad socrum.

ERat autem vir Eli-melech consanguineus, homo potens, & magnarum opum, nomine Booz. ¶2 Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam, Si iubes, vadam in agrum, & colligam spicas quæ fugerint manus metẽtium, vbicunque clementis in me patrisfamilijs reperero gratiam. Cui illa respondit, Vade filia mi. ¶3 Abiit itaque, & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem vt ager ille haberet dominũ nomine Booz, qui erat de cognatione Eli-melech. ¶4 Et ecce, ipse veniebat de Beth-lehem, dixitque messoribꝰ, Dominus vobiscum. Qui respõderunt ei, Benedicat tibi Dominus. ¶5 Dixitq; Booz iuueni qui messoribus præerat, Cuius est hæc puella? ¶6 Cui respondit, Hæc est Moabitis quæ venit cum Noemi, de regione Moabitide, ¶7 Et rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia: & de mane vsque nunc stat in agro, & ne ad momentum quidem domum reuersa est. ¶8 Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne vadas in alterum agrũ ad colligẽdum, nec recedas ab hoc loco: sed iungere puellis meis, ¶9 Et vbi messuerint, sequere. mandaui enim pueris meis vt nemo molestus sit tibi: sed etiã si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri mei bibunt. ¶10 Quæ cadẽs in faciem suam, & adorãs super terram, dixit ad eum, Vnde mihi hoc, vt inuenire gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem? ¶11 Cui ille respõdit, Nũciata sunt mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui: & quòd reliqueris parentes tuos, & terrã in qua nata es, & veneris ad populum quẽ antea nesciebas. ¶12 Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius confugisti alas. ¶13 Quæ ait, Inuenĩ gratiã apud oculos tuos domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum ĩmilis vnius puellarũ tuarum. ¶14 Dixitque ad eam Booz, Quando hora vescẽdi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. sedit itaque ad messorum latus, & congessit polentam tibi, comeditque, & saturata est, & tulit reliquias. ¶15 Atque inde surrexit, vt spicas ex more colligeret: præcepit autẽ Booz pueris suis, dicens, etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam: ¶16 Et de vestris quoque manipulis proicite de idustria, & remanere permittite, vt absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. ¶17 Collegit ergo in agro vsque ad vesperam: & quæ collegerat virga cædens & excutiẽs, inuenit hordei quasi ephi mensuram, id est tres modios: ¶18 Quos portans reuersa est in ciuitatem, & ostẽdit socrui suæ: insuper protulit, & dedit ei de reliquiis cibi sui quo saturata fuerat. ¶19 Dixitque ei socrus sua, Vbi hodie collegisti, & vbi fecisti opus? sit benedictus qui miserꝛ est tui. indicauitque ei apud quem esset operata: & nomẽ dixit viri, quòd Booz vocaretur. ¶20 Cui respondit Noemi, Benedictꝰ sit à Domino quoniam eãdem gratiam quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis. Rursũmque ait, Propinquus noster est homo. ¶21 Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tandiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterẽtur. ¶22 Cui dixit socrus, Melius est filia mi, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi. ¶23 Iunctæ est itaque puellis Booz: & tandiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

CAP. III.

1 Ruth dormiens ad pedes Booz, agnoscitur propinqua ei.

POstquam autem reuersa est ad socrum suam, audiuit ab ea, Filia mi, quæram tibi requiem, & prouidebo vt bene sit tibi. ¶2 Booz iste, cuius puellis in agro iũcta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei vẽtilat. ¶3 Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream. non te videat homo, donec esum potúmque fuerit. ¶4 Quando autem ierit ad dormiendũ, nota locum in quo dormiat: veniẽsque, & discooperies pallium quo operitur à parte pedum, & proiicies te, & ibi iacebis: ipse autẽ dicet tibi

*ml, & abite:

*Dominus,

quid agere debeas. ¶5 Quæ respõdit, Quicquid præceperis faciam. ¶6 Descendítque in aream, & fecit omnia quæ tibi imperauerat socrus.

¶7 Quúmq; comedísset Booz & bibísset, & factus esset hilarior, ítaque ad dormiendũ iuxta acerwum manipulorum, venit abscondite, & discooperto pallio à pedibus eius, se proiecit. ¶8 Et ecce, nocte ita media expauit homo, & conturbatus est: viditque mulierem iacentẽ ad pedes suos. ¶9 Et ait illi, Quæ es? Illáque respondit, Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuũ super famulam tuam, quia propinquus es. ¶10 Et ille, Benedicta, inquit, es à Domino filia, & posteriore misericordiam posteriore superasti: quia nõ es secuta iuuenes pauperes, siue diuites. ¶11 Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis mææ, mulierem esse virtutis. ¶12 Nec abnuo me propinquũ, sed est alius me propinquior. ¶13 Quiescе hac nocte: & facto mane, si te voluerit pro pinquitatis iure retinere, bene res agetur: si autem ille noluerit, ego te absque vlla dubitatione suscipiam, viuit Dominus, dormi vsque mane. ¶14 Dormiuit itaque ad pedes eius, vsq; ad noctis abscessum. Surrexit itaque antequam homines se cognoscerẽt mutuo, & dixit Booz, Caue ne quis nouerit quòd huc veneris. ¶15 Et rursum, expande, inquit, pallium tuum, quo operiris, & tene vtraq; manu. Quo extendente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam. Quæ portans ingressa est ciuitatem, ¶16 Et venit ad socrũ suã. quæ dixit ei, Quid egisti filiæ? Narrauitque ei omnia quæ sibi fecisset homo. ¶17 Et ait, Sex modios hordei dedit mihi, & ait, Nolo vacuam te reuerti ad socrũ tuam. ¶18 Dixitque Noemi, Expecta filia, donec videamus quẽ res exitum habeat. Neque enim cessabit homo nisi cõpleuerit quod locutus est. CAP. IIII.

1 Booz accipit Ruth in vxorem. 11 Patit Obed. 18 & ex quibus ortus sit Dauid.

AScẽdit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. ¶Cumque vidisset propinquum præterire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eũ, Declina paulisper, & sede hic: vocans eum nomine suo. qui diuertit, & sedit. ¶2 Tollens autem Booz decẽ viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos, Sedete hic. quibus rei dẽtibus, ¶3 Locutus est ad propinquum, Partem agri fratris nostri Eli-melech vendet Noemi, quæ reuersa est de regione Moabitide. ¶4 Quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo. Si vis possidere iure propinquitatis: eme, si non possides. Si autem displicet tibi hoc ipsum, indica mihi, vt sciam quid facere debeam. Nullus enim est propinquus excepto te, qui primus es: & me, qui secundus sum. at ille respondit, Ego agrũ emam. ¶5 Cui dixit Booz, Quando emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoque Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere vt suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua. ¶6 Qui respondit, Nedo iuri propinquitatis: neque enim posteritatẽ familiæ meæ dere debeo. tu meo vtere priuilegio, quo me libenter carere profiteor. ¶7 Hic autẽ erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, vt si quando alter alteri suo iuri cedebat: vt esset firma concessio, soluebat homo calceamentum suum, & dabat proximo suo. Hoc erat testimonij cessionis in Israel. ¶8 Dixit ergo propinquo suo Booz, Volle calceamẽtum, quod statim soluit de pede suo. ¶9 At ille maioribus natu, & vniuerso populo. Testes vos, inquit, estis hodie, quòd possederim omnia quæ fuerunt Eli-mélech & Chelion & Mahalon, tradente Noemi: ¶10 Et Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon, in coniugium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua, ne vocabulum eius de familia sua, ac fratribus & populo deleatur. vos, inquam, huius rei testes estis. ¶11 Respondit omnis populus qui erat in porta, & maiores natu. Nos testes sumus: faciat Dominus hãc mulierem, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel: vt sit exemplum virtutis in Ephratha, & habeat celebre nomen in Beth lehem: ¶12 Fiatque domus tua, sicut domus Phares, quem Thamar peperit Iudæ, de semine quod tibi dederit Dominꝰ ex hac puella. ¶13 Tulit itaque Booz Ruth, & accepit vxorem: ingressúsque est ad eam, & dedit illi Dominus vt conciperet, & pareret filium. ¶14 Dixerũntque mulieres ad Noemi, Benedictus Dominus qui nõ est passus vt deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomẽ eius in Israel: ¶15 Et habeas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. de nuru enim tua natus est, qui te diligetꝰ: & multo tibi melior est, quàm si septem haberes filios. ¶16 Susceptũque Noemi puerũ posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. ¶17 Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes, Natus est filius Noemi: vocauerunt nomen eius Obed: hic est pater Isai, patris Dauid. ¶18 Hæ sunt generationes Phares: Phares genuit Esron, ¶19 Esron genuit Aram, Aram genuit Aminadab, ¶20 Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon, ¶21 Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, ¶22 Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid.

# Liber primus Samuelis, quem nos primum Regum dicimus.

CAP. I.

1 Anna Elcanæ vxor diu sterilis, impetrat à Deo filiũ Samuelem, quem offert Domino.

FVIT vir vnꝰ de Ramathaim-sophim, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filii Eliu, filii Thohu, filii Suph, Ephrathæus: ¶2 Et habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fuerúntque Phenennæ filii: Annæ autem non erant liberi. ¶3 Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filii Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes

*proximo
*tuum
Gene. 38. g. 11
D
*diligit
1. Par. 2. 2. 4
& b. 10. mat. 1. a. 3.
*Ram, Ram

Domini. ¶4 Venit ergo dies, & immolauit Elcana deditque Phenennæ uxori suæ, & cunctis filiis eius, & filiabus partes: ¶5 Annæ autē dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat. Dominus autē conclauerat uuluam eius. ¶6 Affligebat quoque eam æmula eius, & rehementer angebat, intantum ut exprobraret quòd Dominus conclusisset uuluā eius: ¶7 Sic que faciebat per ſingulos annos, quum redeſ te tempore ascenderent ad templum Domini: & ſic prouocabat eam. porrò illa flebat, & nō capiebat cibum. ¶8 Dixit ergo ei Elcana uir suus, Anna cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi sum quàm decem filii? ¶9 Surrexit autem Anna postquam comederat, & biberat in Silo. & Heli sacerdote sedente super ſellam ante postes domus Domini, ¶10 Quæ esset Anna amaro animo, orauit Do minū flēs largiter. ¶11 Et votū vouit, dicēs, Domine exercituū, ſi reſpiciēs videris afflictionē famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec obliti tus ancillæ tuæ dederiſque ſeruæ tuæ ſexū virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula nō aſcendet ſuper caput ius. ¶12 Factū ēſt autem quū illa multa plicaret preces corā Domino, ut Heli obſeruaret os eī. ¶13 Porrò Anna loquebatur in corde ſuo, tātūmque labia illius mouebātur, & vox peni tus non audiebatur. & Æſtimauit ergo eam Heli temulentā. ¶14 Dixitque ei. Vſquequo ebria eris? digere paulīſper vinū quo mades. ¶15 Reſpōdens Anna, Nequaquā, inquit, domine mi: nam mulier infœlix nimis ego ſum, vinūmque & omne quod inebriare poteſt, nōn bibi, ſed effudi animā meam in cōſpectu Domini. ¶16 Ne reputes ancillam tuam quaſi vnā de filiabus belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta ſum vſque in præſens. ¶17 Tunc Heli ait ei, Vade in pace, & Deus Iſrael det tibi petitionē tuā, quā rogaſti eum. ¶18 At illa dixit, Inuenam inueniat ancilla tua gratiā in oculis tuis. & abiit mulier in viam ſuam, & comedit, vultūſque illius non ſunt amplius in diuerſa mutati. ¶19 Et ſurrexerūt mane, & adorauerunt coram Domino: reuerſique ſunt, & venerunt in domum ſuam in Rhamatha. Cognouit autem Elcana Annam vxorem ſuam. & recordatus eſt eius Dominus. ¶20 & factum eſt poſt circulum dierū, concepit Anna, & peperit filium, vocauitque nomē eius Samuel: eo quòd à Domino poſtulaſſet eum. ¶21 Aſcendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hoſtiam ſolennem, & votū ſuū. ¶22 Et Anna nō aſcendit: dixit enim viro ſuo, Non vadam, donec ablactetur infans: & ducam eum, vt appareat ante conſpectū Domini, & maneat ibi iugiter. ¶23 Et ait ei Elcana vir ſuus, Fac quod bonū tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precōrque vt impleat Dominus verbum ſuū. Manſit ergo mulier, & lactauit filium ſuum, donec amoueret eum à lacte. ¶24 Et adduxit eū ſecū poſtquā ablactauerat, in vitulis tribus, & tribus modiis farinæ, & amphora vini: & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autē erat adhuc infantulus: ¶25 Et immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. ¶26 Et ait Anna, Obſecro mi domine, vi uit anima tua: ego ſum illa mulier quæ ſteti coram te hīc orans Dominum. ¶27 Pro puero iſto orauī, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam poſtulaui eum. ¶28 Idcirco & ego commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit accommodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominū. & orauit Anna, & ait,

## CAP. II.

1 Canticum Annæ in quo gratias agit Deo quòd fœcundam reddiderit. ¶11 Samuel miniſtrat Deo. 12 Filii Heli ſacerdotis, nequā. 17 Argultur Heli indulgentiæ erga filios.

EXultauit cor meum in Domino, & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo: dilatatū eſt os meum ſuper inimicos meos: quia lætata ſum in ſalutari tuo. ¶2 Nō eſt ſanctus vt eſt Dominus: neque enim eſt alius extra te, & non eſt fortis ſicut Deus noſter. ¶3 Nolite multiplicare loqui ſublimia, gloriantes: recedant vetera de ore veſtro: quia Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes. ¶4 Arcus fortium ſuperatus eſt, & infirmi accincti ſunt robore. ¶5 Repleti prius, pro panibus ſe locauerunt: & famelici, ſaturati ſunt: donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios infirmata eſt. ¶6 Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. ¶7 Dominus pauperem facit & ditat, humiliat & ſubleuat. ¶8 Suſcitat de pulvere egenum, & de ſtercore eleuat pauperem: vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Domini enim ſunt cardines terræ, & poſuit ſuper eos orbē. ¶9 Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcēt: quia non in fortitudine ſua roborabitur vir. ¶10 Dominū formidabunt aduerſarii eius, ſuper ipſos in cœlis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi ſuo, & ſublimabit cornu Chriſti ſui. ¶11 Et abiit Elcana in Ramatha, in domum ſuam: puer autem erat miniſtrans in conſpectu Domini ante faciē Heli ſacerdotis. ¶12 Porrò filii Heli, filii belial neſcientes Dominum, ¶13 Neque officii ſacerdotum ad populum: ſed quicunque immolaſſet victimam, veniebat puer ſacerdotis, dū coqueretur carnes, & habebat fuſcinulā tridentē in manu ſua, ¶14 Et mittebat eam in lebetē, vel in caldariā, aut in ollam, ſiue in cacabum: & omne quod leuabat fuſcinula, tollebat ſacerdos ſibi. ſic faciebant vniuerſo Iſrael venientibus in Silo. ¶15 Etiā antequā adolerent adipem, veniebat puer ſacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnem, vt coquā ſacerdoti: non enim accipiam à te carnē coctā, ſed crudā. ¶16 Dicēbatque illi immolās, Incēdatur primùm iuxta morē hodie adeps, & tolle tibi quantuncunque deſyderat anima tua. Qui reſpondens aiebat ei, Nequaquam: nunc enim dabis, alioquin tollā vi. ¶17 Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia detrahebat homines ſacrificio Domini. ¶18 Samuel autē miniſtrabat ante faciē Domini, puer accinctus ephod lineo. ¶19 Et tunicam parvam faciebat ei mater ſua, quā affe rebat ſtatutis diebus, aſcendens cū viro ſuo, vt immolaret hoſtiā ſolennem & votū ſuum. ¶20 Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius:



*vno modio

dixítque ei, Reddat tibi Dominus semẽ de mu
liere hac, pro fœnore quod commodasti Do-
mino. & abierunt in locum suum. ¶11 Visita-
uit ergo Dominus Annam, & concepit, & pe-
perit tres filios, & duas filias: & magnifica-
tus est puer Samuel apud Dominum. ¶12 He-
li autem erat senex valde, & audiuit omnia
quæ faciebant filii sui vniuerso Israeli, & quo
modo dormiebant cum mulieribus quæ ob-
seruabant ad ostium tabernaculi, ¶13 Et di-
xit eis, Quare facitis res huiusce modi, quas e-
go audio, res pessimas, ab omni populo?
¶14 Nolite filii mei: non enim est bona fama
quam ego audio, vt transgredi faciatis popu-
lum Domini. ¶15 Si peccauerit vir in virum,
placari ei poterit Deus: si autem in Dominum
peccauerit vir, quis orabit pro eo? Et non au-
dierunt vocem patris sui: quia voluit Domi-
nus occidere eos, ¶16 Puer autem Samuel pro-
ficiebat, atque crescebat, & placebat tam Deo
quam hominibus. ¶17 Venit autẽ vir Dei ad
Heli, & ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Nun-
quid non apertè reuelatus sum domui patris
tui, quum esset in Aegypto in domo Pharao-
nis? ¶18 Et elegi eum ex omnibus tribubus Is-
rael mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad al-
tare meum, & oleret mihi incensum, & por
taret ephod coram me: & dedi domui patris
tui omnia de sacrificiis filiorũ Israel. ¶19 Qua
re calce abiecistis victimam meã, & munera
mea quæ præcepi vt offerrentur in templo: &
magis honorasti filios tuos quàm me, vt co-
mederetis primitias omnis sacrificii Israel po
puli mei? ¶20 Propterea ait Dominus Deus Is
rael, Loquens locutus sum, vt domus tua, &
dom' patris tui ministraret in cõspectu meo,
vsque in sempiternum. Nunc autem dicit Do-
minus, absit hoc à me: sed quicunque honori-
ficauerit me, glorificabo eum: qui autem con-
temnunt me, erunt ignobiles. ¶21 Ecce dies ve
niunt: & præcidã brachiũ tuum, & brachium
domus patris tui, vt nõ sit senex in domo tua.
¶22 Et videbis æmulum tuum in templo in vni-
uersis prosperis Israel: & non erit senex in
domo tua omnibus diebus. ¶23 Veruntamen
non auferã penitus virũ ex te ab altari meo:
sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima
tua, & pars magna dom' tuæ morietur quum
ad virilem ætatem venerit. ¶24 Hoc autem e-
rit tibi signum quod venturum est duobus fi-
liis tuis Ophni & Phinees, in die vno morien
tur ambo. ¶25 Et suscitabo mihi sacerdotẽ fi-
delẽ, qui iuxta cor meũ, & animã meã faciet:
& ædificabo ei domũ fidelẽ, & ambulabit co-
ram christo meo cũctis diebus. ¶26 Futurum
est autẽ, vt quicũque remanserit in domo tua,
veniat vt oretur pro eo, & offerat nummũ ar-
genteũ, & tortã panis, dicãtque, Dimitte me
obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt co
medam buccellam panis. CAP. III.

2 Samuel quatet à Domino vocatur, & cur.
11 Prædicit Deus Samueli pœnam Heli ob pec
catum filiorum. 18 Indicat Samuel visionẽ i-
psi Heli.

PVer autem Samuel ministrabat Domino
coram Heli, (& sermo Domini erat pretio
sus in diebus illis, non erat visio manifesta.)
¶2 Factum est ergo in die quadam, Heli iace-
bat in lectulo suo, & oculi eius caligauerant, ¶10
nec poterat videre ¶3 Lucernam Dei antequã
extingueretur, Samuel autem dormiebat in tẽ
plo Domini, vbi erat arca Dei. ¶4 Et vocauit
Dominus Samuel, qui respondens ait, Ecce e-
go. ¶5 Et cucurrit ad Heli, & dixit, Ecce ego: vo
casti enim me. Qui dixit, Non vocaui te filii:
reuertere, & dormi. Et abiit, & dormiuit. ¶6 Et
adiecit Dominus rursum vocare Samuelem.
consurgẽnsque Samuel abiit ad Heli, & dixit,
Ecce ego: quia vocasti me. qui respondit, Non
vocaui te fili mi: reuertere & dormi. ¶7 Porrõ
Samuel necdum sciebat Dominum, neque
reuelatus fuerat ei sermo Domini. ¶8 Et adfe-
cit Dominus, & vocauit adhuc Samuelem ter-
tiõ. qui consurgens abiit ad Heli, ¶9 Et ait, Ec
ce ego: quia vocasti me. Intellexit ergo Heli
quia Dominus vocaret puerũ: & ait ad Samue
lem, Vade, & dormi. & si deinceps vocauerit
te, dices, Loquere Domine, quia audit seruus
tuus. abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco
suo. ¶10 Et venit Dominus, & stetit: & vocauit
sicut vocauerat secundõ, Samuel, Samuel. Et
ait Samuel, Loquere Domine, quia audit ser
uus tuus. ¶11 Et dixit Dominus ad Samuelem,
Ecce ego facio verbum in Israel, quod quicun
que audierit, tinnient ambæ aures eius. ¶12 In
die illa suscitabo aduersum Heli omnia quæ
locutus sum super domum eius: incipiam &
complebo. ¶13 Prædixi enim ei quòd iudica-
turus essem domum eius in æternum, propter
iniquitatem, eo quòd nouerat indigne agere
filios suos, & non corripuerit eos. ¶14 Idcirco
iurauai domui Heli, quòd non expietur iniqui-
tas domus eius victimis & muneribus vsque
in æternum. ¶15 Dormiuit autem Samuel vs-
que mane, aperuitque ostia domũ Domini. Et
Samuel timebat indicare visionẽ Heli. ¶16 Vo
cauit ergo Heli Samuelem, & dixit, Samuel fi-
li mi? Qui respõdens, ait, Præstò sum. ¶17 Et
interrogauit eũ, Quis est sermo qui locutus
est Dominus ad te? oro te ne celauetis me.
hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, si absconde
ris à me sermonem, ex omnibus verbis quæ
dicta sunt tibi. ¶18 Indicauit itaque ei Samuel
vniuersos sermones, & non abscondit ab eo.
Et ille respondit, Dominus est: quod bonum
est in oculis suis faciat. ¶19 Creuit autem Sa-
muel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit
ex omnibus verbis eius in terram. ¶20 Et co-
gnouit vniuersus Israel à Dan vsque Bersa-
bee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domi
ni. ¶21 Et addidit Dominus vt appareret in Si
lo: quoniã reuelatus fuerat Dominus Samueli
in Silo, iuxta verbũ Domini. Et euenit sermo
Samuelis vniuerso Israeli. CAP. IIII.

1 Israelitæ cæduntur à Philisthæis. 3 Arcã in castra delatam, capiunt Philisthæi. 11 Ophni & Phinees filii Heli moriuntur. 18 Mors Heli. 19 Natiuitas Ichabod.

ET factum est in diebus illis, conuenerũt
Philisthiim in pugnã. egressus est nan-
que Israel obuiam Philisthiim in prælium,
& castrametatus est iuxta Lapidem-adiutorii.
Porrò Philisthiim venerunt in Aphec, ¶2 Et
instruxerunt aciem contra Israel. Cumque au-
tẽ certamine, terga vertit Israel Philisthæis: &
cæsa sunt in illo certamine passim per agros

quasi quatuor millia virorum. ¶3 Et reuersus est populus ad castra: dixerúntque maiores natu de Israel, Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. ¶4 Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super cherubim: erántque duo filii Heli cum arca fœderis ᵛ Domini, Ophni & Phinees. ¶5 Quúmque veniisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & personuit terra. ¶6 Et audierunt Philisthiim vocem clamoris, dixerúntque, Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? & cognouerūt quód arca Domini venisset in castra. ¶7 Timuerúntque Philisthiim, dicêtes, ᵛVenit Deus in castra. & ingemuerunt, dicentes, Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudiustertí: ¶8 ᵛVæ nobis. Quis nos ᵛsaluabit de manu deorum sublimium istorum? hi sunt dii qui percusserunt Ægyptum omni plaga in deserto. ¶9 Confortamini, & estote viri, Philisthiim: ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis: confortamini, & bellate. ¶10 Pugnauerunt ergo Philisthiim, & cæsus est Israel, & fugit vnusquisque in tabernaculum suum: & facta est plaga magna nimis: & ceciderunt de Israel triginta millia peditū. ¶11 Et arca Dei capta est: duo quoque filii Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. ¶12 Currēs autem vir de Beniamin ex acie, venit in Silo in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput. ¶13 Quúmque ille venisset, Heli sedebat super sellam contra viam ᵛexpectans: erat ᵛautem cor eius pauens pro arca Dei. Vir autem ille postquam ingressus est, nuntiauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas. ¶14 Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixitque, Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille festinauit, & venit, & nuntiauit Heli. ¶15 Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerāt, & videre non poterat. ¶16 Et dixit ad Heli, Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait, Quid actū est fili mi? ¶17 Respondens autem ille qui nuntiabat, Fugit, inquit, Israel coram Philisthiim, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filii tui mortui sunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta est. ¶18 Quúmque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. senex enim erat vir & grandæuus: & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. ¶19 Nurus autem eius vxor Phinees, prægnans erat, vicinaque partui: & audito nuntio quód capta esset arca Dei, & mortuus esset socer suus, & vir suus, incurauit se & peperit. irruerant enim in eā dolores subiti. ¶20 In ipso autem momento mortis eius, dixerūt ei quæ ᵛstabāt circa eam, Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respōdit eis, neque animaduertit. ¶21 Et vocauit puerum, I-chabod, dicens, Translata est gloria Domini de Israel, quia capta est arca Dei, & pro socero suo, & pro viro suo. ¶22 *Ait, Translata est gloria ab Israel: eo quód capta esset arca Dei.

CAP. V.

1 Arca iuxta Dagon collocata, corruit Dagon. 6 Philisthæi marisci percutiuntur. 10 Reiiciunt arcam de finibus suis.

PHilisthiim autem tulerunt arcam Dei, & asportauerunt eam à Lapide-adiutorii in Azōtū. ¶2 Tulerúntq; Philisthiim arcā Dei, & intulerunt eam in templū Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. ¶3 Quúmque surrexissent diluculo Azotii altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suum. ¶4 Rursúmque mane die altera consurgentes, inuenerūt Dagō iacentē super faciem suā in terra corā arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen: ¶5 Porrō Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen Dagon in Azoto, vsque in hodiernum diem. ¶6 Aggrauata est autē manus Domini super Azotios, & demolitus est eos: & percussit in secretiori parte natium Azōtum, & fines eius. ¶7 Et ebullierūt villæ & agri in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in ciuitate. ¶8 Videntes autem viri Azotii huiusce modi plagā, dixerunt, Non maneat arca Dei Israel apud nos: quoniam dura est manus eius super nos & super Dagon deum nostrum. ¶9 Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthiim ad se, & dixerunt, Quid faciemus de arca Dei Israel? Respondentúnque Gethæi, Circūducatur arca Dei Israel. Et circumduxerunt arcam Dei Israel. ¶9 Illis autem circunducentibus eam, fiebat manus Domini ᵛDei per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuscuiusque vrbis, à paruo vsque ad maiorem. & cōputrefcebant pro minentes extales corū. ¶10 Miserúntque Gethæi consiliū, & fecerūt sibi sedes pelliceas. ¶10 Misiserunt ergo arcam Dei in Accaron. quúmque veniisset arca Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes, Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos & populum nostrū. ¶11 Miserunt itaque & congregauerūt omnes satrapas Philisthinorum: qui dixerūt, ᵛDimitte arcam Dei Israel, ᵛ& reuertatur in locum suum, ᵛvt non interficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus Dei. ¶12 Viri quoque qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium: & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cælum.

CAP. VI.

1 Consulunt Philisthæi diuinos de reducēda arca. 19 Bethsamitæ percutiuntur.

FVit ergo arca Domini in regione Philisthinorū septē mensibus. ¶1 Et ᵛpost hæc' vocauerūt Philisthiim sacerdotes & diuinos, dicentes, Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodo remittamus eā in locū suum. Qui dixerunt, ¶3 Si remittitis arcā Dei Israel, nolite dimittere eā vacuā, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & scietis quare non recedat manus eius à vobis. ¶4 Qui dixerūt, Quid est quod pro de-

Iz.iiii.

*Dei,

ᵇ seruabit

ᵛspectans enim

*quæ

*Ait,

licto reddere debeamus ei? ¶Respondérúntque illi, ¶Iuxta numerũ prouinciarum Philisthiim norum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris. ¶Facietisque ſimili tudines anorum vestrorum, & ſimilitudines murium qui demoliti ſunt terram, & dabitis Deo Iſrael gloriam: ſi fortè releuet manum ſuã à vobis, & à diis veſtris, & à terra veſtra. ¶6 Quare aggrauatis corda veſtra, ſicut aggrauauit Aegyptus, & Pharao cor ſuum? nõ ne poſtquã percuſſus eſt, tunc dimiſit eos, & abierunt? ¶7 Nũc ergo arripite & facite plaſtrũ nouũ vnum: & duas vaccas fœtas, quibus non eſt impoſitum iugum, iungite in plaſtro, & reducite vitulos earũ domi. ¶8 Tollitéque arcam Domini, & ponetis in plaſtro, & vaſa aurea quæ exoluiſtis ei pro delicto, ponetis in capſella ad latus eius: & dimittetis eam vt vadat. ¶9 Et aſpicietis: & ſi quidem per viã ſuã finiũ ſuorum aſcenderit contra Beth-ſames, ipſe fecit nobis hoc malũ grãde. ſin autẽ mini me, ſcimus quia nequaquã manus eius tetigit nos, ſed caſu accidit. ¶10 Fecerũt ergo illi hoc modo: & tollẽtes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerũt ad plauſtrũ, vitulóſq; earum concluſerunt domi. ¶11 Et poſuerũt arcã Dei ſuper plauſtrũ, & capſellam quæ habebat mures aureos & ſimilitudinẽ anorum. ¶12 Ibãt autem in directũ vaccæ per vĩã quæ ducit Beth-ſames, & itinere vno gradiebãtur, pergentes, & mugientes: & non declinabãt ne que ad dexteram neque ad ſiniſtram: ſed & ſatrapæ Philiſthiim ſequebãtur vſque ad termi nos Beth-ſames. ¶13 Porrò Beth-ſamitæ metebant triticũ in valle: & eleuãtes oculos ſuos, viderunt arcam, & gauiſi ſunt quũ vidiſſent. ¶14 Et plaſtrũ venit in agrum Ioſue Bethſamitæ, & ſtetit ibi. Erat autem ibi lapis magn⁹, & concidérunt ligna plaſtri, vaccásque impoſuerunt ſuper ea holocauſtum Domino. ¶15 Leuitæ autem depoſuerunt arcã ⁹Dei, & capſellam quæ erat iuxta eam, in qua erãt vaſa aurea, & poſuerũt ſuper lapidem grandẽ. viri autẽ Bethſamitæ obtulerũt holocauſta, & immolauerũt victimas in die illa Domino. ¶16 Et quinque ſatrapæ Philiſthinorum vide rũt, & reuerſi ſũt in Accarõ in die illa. ¶17 Hi ſunt autem ani aurei, quos reddiderunt Philiſthiim pro delicto, Domino: Azõtus vnum, Gaza vnum, Aſcalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum. ¶18 Et mures aureos ſecundũ numerum vrbium Philiſthiim, quinque prouinciarum, ab vrbe murata, vſque ad villam quæ erat abſque muro, & vſque ad Abel-magnum ſuper quẽ poſuerunt arcã Domini, quæ erat vſque in die illa in agro Ioſue Bethſamitis. ¶19 Percuſſit autem Dominus de viris Bethſamitibus, eo quòd vidiſſent arcam Domini: & percuſſit de populo ſeptuaginta viros, & qui quaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quòd Dominus percuſſiſſet plebẽ plaga magna. ¶20 Et dixerũt viri Bethſamitæ, Quis poterit ſtare in conſpectu Domini Dei ſancti hu iuſt? & ad quem aſcẽdet à nobis? ¶21 Miſerũt que nuntios ad habitatores Cariath-iarim, dicentes, Reduxerũt Philiſthiim arcam Domini, deſcendite & ⁹reducite eam ad vos.

CAP. VII.

1 Arca reducitur ab Abinadab. 5 Orans Samuel pro populo agnoſcente peccatũ, exaudi tur. 7 Philiſthæi percutiũtur à Deo. 15 Pax in Iſrael.

VEnerunt ergo viri Cariath-iarim, & reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domũ ⁹Aminadab in Gabaa: Eleazarũ autẽ filiũ eius ſanctificauerunt, vt cuſtodiret arcã Domini. ¶2 Et factum eſt, ex qua die mãſit arca Domini in Cariath-iarim, multiplicati ſũt dies: erat quippe iã annus vicẽſimus: & requieuit omnis domus Iſrael poſt Dominũ. ¶3 Ait autẽ Samuel ad vniuerſã domum Iſrael, dicẽs. Si in toto corde veſtro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio veſtri, ⁹Baalim & Aſtaroth: & præparate corda veſtra Domino, & ſeruite ei ſoli, & eruet vos de manu Philiſthiim. ¶4 Abſtulerũt ergo filii Iſrael Baalim & Aſtaroth, & ſeruierunt Domino ſoli. ¶5 Dixit autẽ Samuel, Cõgregate vniuerſum Iſrael in Maſphath, vt orẽ pro vobis Dominũ. ¶6 Et cõuenerunt in Maſphath: hauſerũntque aquã, & effuderunt in cõſpectu Domini, & ieiunauerũt in die illa, atque dixerũt ibi, Peccauim⁹ Domino. Iudicauitque Samuel filios Iſrael in Maſphath. ¶7 Et audierũt Philiſthiim quòd cõgregati eſſẽt filii Iſrael in Maſphath, & aſcenderunt ſatrapæ Philiſthinorũ ad Iſrael. quod quum audiſſent filii Iſrael, timuerunt à facie Philiſthinorũ. ¶8 Dixerũntque ad Samuelẽ, Ne ceſſes pro nobis clamare ad Dominũ Deum noſtrum, vt ſaluet nos de manu Philiſthinorũ. ¶9 Tulit autẽ Samuel agnũ lactentẽ vnũ, & obtulit illũ holocauſtũ integrũ Domino: & clamauit Samuel ad Dominũ pro Iſrael, & exaudiuit eum Dominus. ¶10 Factũ eſt autẽ, quũ Samuel offerret holocauſtum, Philiſthiim iniere præliũm cõtra Iſrael: intonuit autẽ Dominus fragore magno in die illa ſuper Philiſthiim, & exterruit eos, & cæſi ſunt à filiis Iſrael ¶11 Egreſſi que ⁹ filii Iſrael de Maſphath perſecuti ſunt Philiſthæos, & percuſſerunt eos vſque ad locũ qui erat ſubter Beth-char. ¶12 Tulit autẽ Samuel lapidem vnum, & poſuit eum inter Maſphath & inter Sen: & vocauit nomen loci illius, Lapis-adiutorii. Dixitque, hucuſque auxiliatus eſt nobis Dominus. ¶13 Et humiliati ſunt Philiſthiim, nec apposuerunt vltrà vt venirent in terminos Iſrael. Facta eſt itaque manus Domini ſuper Philiſthæos, cunctis diebus Samuelis. ¶14 Et redditæ ſunt vrbes quas tulerãt Philiſthiim ab Iſrael, Iſraeli, ab Accarõ vſque Geth, & terminos ſuos: liberauitq; Iſrael de manu Philiſthinorũ. Erãtque pax inter Iſrael & Amorrhæũ. ¶15 ⁹Iudicabat quoque Samuel Iſraelẽ cũctis diebus vitæ ſuæ: ¶16 Et ibat per ſingulos annos circuitũ Beth-elẽ & Galgala & Maſphath, & iudicabat Iſraelẽ in ſuprædictis locis. ¶17 Reuertebatúrque in Ramatha, ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Iſraelem: ædificauit etiam ibi altare Domino.

CAP. VIII.

1 Filii Samuel iudices auari. 4 Regem petunt Iſraelitæ. 6 Orat Samuel. 11 Regis ius.

FActũ eſt autẽ quum ſenuiſſet Samuel, poſuit filios ſuos iudices in Iſrael. ¶2 Fuitq;

A *Abi-nadab

B

C

D

E *eius,

F *Iudicauit

nomen filii eius primogeniti Ioel: & nomẽ ſecundi Abia, iudicum in Ber-ſabee. ¶ 3 Et non ambulauerũt filii illius in viis eius: ſed declinauerunt poſt auaritiam, acceperũntque mũnera, & peruerterunt iudicium. ¶ 4 Congregati ergo vniuerſi maiores natu Iſrael, venerũt ad Samuelẽ in Ramãtha. ¶ 5 Dixerũntque ei. Ecce tu ſenuiſti, & filii tui nõ ambulãt in viis tuis: conſtituẽ nobis regẽ, vt iudicet nos, ſicut & vniuerſæ habẽt nationes. ¶ 6 Diſplicuit que ſermo in oculis Samuelis, eo quòd dixiſſent, Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominũ. ¶ 7 Dixit autẽ Dominus ad Samuelem, Audi vocẽ populi in omnibus quæ loquuntur tibi. non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. ¶ 8 Iuxta omnia opera ſua quæ fecerũt à die qua eduxi eos de Ægypto vſque ad diem hanc: ſicut derelinquerunt me, & ſeruierunt diis alienis, ſic faciunt etiam tibi. ¶ 9 Nũc ergo vocem eorum audi: verumtamen cõteſtare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus eſt ſuper eos. ¶ 10 Dixit itaq; Samuel omnia verba Domini ad populum qui petierat à ſe regẽ. ¶ 11 Et ait, Hoc erit ius regis qui imperaturus eſt vobis. Filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, faciẽtq; ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarum. ¶ 12 Et conſtituet ſibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetũ, & fabros armorũ & curruũ ſuorũ. ¶ 13 Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguẽtarias, & focarias, & panificas. ¶ 14 Agros quoque veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. ¶ 15 Sed & ſegetes veſtras & vinearum reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis ſuis. ¶ 16 Seruos etiam veſtros, & ancillas, & iuuenes optimos, & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. ¶ 17 Greges quoque veſtros addecimabit, & vos eritis ei ſerui. ¶ 18 Et clamabitis in die illa à facie regis veſtri quã elegiſtis vobis: & nõ exaudiet vos Dominus in die illa, quia petiſtis vobis regẽ. ¶ 19 Noluit autẽ populus audire vocem Samuelis, ſed dixerũt, Nequaquã: ſed enim erit ſuper nos, ¶ 20 Et erimus nos quoq; ſicut omnes gẽtes; & iudicabit nos rex noſter, & egredietur ante nos, & pugnabit bella noſtra pro nobis. ¶ 21 Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus eſt ea in auribus Domini. ¶ 22 Dixit autẽ Dominus ad Samuelem, Audi vocem eorũ, & cõſtitue ſuper eos regẽ. Et ait Samuel ad viros Iſrael, Vadat vnuſquiſque in ciuitatem ſuam.

Hoſee 9.b.14. & 13.c.10. act.13.c.21.

## CAP. IX.

Saull quærenti aſinas patris, Samuel indicat inuentas, eúmque loco & cibo honorat.

ERat vir de Bẽiamin, nomine Cis, filius Abi-el, filii Seor, filii Bechorath, filii Sareth, filii Aphie, filii viri Iemini, fortis robore: ¶ 2 Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & nõ erat vir de filiis Iſrael melior illo, ab humero & ſurſum eminebat ſuper omnem populum. ¶ 3 Perierant autem aſinæ Cis patris Saul, & dixit Cis ad Saul filium ſuum, Tolle tecum vnum de pueris, & conſurgẽs vade, & quære aſinas. Qui quũ tranſiſſent per montem Ephraim, ¶ 4 Et per Terram Saliſa, & non inueniſſent, tranſierũt etiam per Terrã Salim, & non erant: ſed & per Terram Iemini, & minime repererũt. ¶ 5 Quum autem veniſſent in terram Suph, dixit Saul ad puerum ſuum qui erat cum eo, Veni, & reuertamur: ne forte dimiſerit pater meus aſinas, & ſolicitus ſit pro nobis. ¶ 6 Qui ait ei, Ecce vir Dei eſt in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, ſit ne ambiguitate venit. nũc ergo eamus illuc, ſi fortè indicet nobis de via noſtra propter quam venimus. ¶ 7 Dixitque Saul ad puerum ſuum, Ecce ibimus: quid feremus ad virũ Dei? panis defecit in ciſtartiis noſtris: & ſportulã nõ habemus, vt demus homini Dei, nec quicquam aliud. ¶ 8 Rurſum puer reſpondit Sauli, & ait, Ecce inuẽta eſt in manu mea quarta pars ſtatẽris argẽti, demus homini Dei, vt indicet nobis viã noſtrã. ¶ 9 (Olim in Iſrael ſic loquebatur vnuſquiſque, vadens cõſulere Deum, Venite, & eamus ad videntẽ. qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim videns.) ¶ 10 Et dixit Saul ad puerum ſuum, Optimus ſermo tuus: veni, eamus, & ſertunt in ciuitatẽ in qua erat vir Dei. ¶ 11 Quũmque aſcenderẽt cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendã aquam, & dixerunt eis, Nũnhic eſt videns? ¶ 12 Quæ reſpondẽtes, dixerũt illis, Hic eſt: ecce ante te. feſtina nũc: hodie enim venit in ciuitatem, quia ſacrificiũ eſt hodie populi in excelſo. ¶ 13 Ingredientes vrbẽ, ſtatim inuenietis eum antequam aſcendat excelſum ad veſcendum. neque enim comeſturus eſt populus donec ille veniat. Quia ipſe benedicet hoſtiæ, & deinceps comedẽt qui vocati ſunt. nunc ergo conſcendite, quia hodie reperietis eũ. ¶ 14 Et aſcẽderunt in ciuitatem. Quũmque ambularẽt in mediorvbis, apparuit Samuel egrediens obuiã eis vt aſcenderet in excelſum. ¶ 15 (Dominus autem reuelauerat auriculã Samuelis ante vnã diẽ quàm veniret Saul, dicens, ¶ 16 Hac ipſa hora, quæ nunc eſt, eras mittam virum ad te de Terra-Beniamin, & vnges eum ducem ſuper populum meum Iſrael: & ſaluabit populum meũ de manu Philiſthinorũ: quia reſpexi populum meũ, venit enim clamor eorum ad me.) ¶ 17 Quũmque aſpexiſſet Samuel Saulẽ, Dominus dixit ei, Ecce vir quẽ dixeram tibi, iſte dominabitur populo meo. ¶ 18 Acceſſit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait, Indica, oro, mihi, vbi eſt domus videntis. ¶ 19 Et reſpõdit Samuel Sauli, dicẽs, Ego ſum videns. aſcende ante me in excelſum, vt comedas mecũ hodie, & dimittã te manet & omnia quæ ſunt in corde tuo, indicabo tibi. ¶ 20 Et de aſinis quas nudiuſtertius perdidiſti, ne ſollicitꝰ ſis, quia inuẽtæ ſunt. & cuius erũt optima quæque Iſraelis nonne tibi & omni domui patris tui? ¶ 21 Reſpõdens autẽ Saul, ait, Nunquid non filius Iemini ego ſum de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſſima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locutus es mihi ſermonẽ iſtũ? ¶ 22 Aſſumens itaque Samuel Saulẽ & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locũ in capite eorum qui fuerant inuitati. erant enim quaſi triginta viri. ¶ 23 Dixitque Samuel coco, Da partẽ quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres ſeorſum apud te. ¶ 24 Leuauit autem cocus armum, & poſuit ante Saul. (dixit

A

Setor,

B

C

D

E

F

ben

co

xill

Act

G

co

que Samuel, Ecce quod remāsit, pone ante te, & comede: quia de industria seruatum est tibi, quādo populum vocaui. ¶ Et comedit Saul cum Samuele in die illa. ¶25 Et descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est cū Saule in solario: ¶ strauitq; Saul in solario, & dormiuit. ¶26 Quūmque mane surrexissent, & iā adules lucesceret, vocauit Samuel Saulē in solario, dicens, Surge, vt dimittam te. Et surrexit Saul: egressique sunt ambo, ipse videlicet & Samuel. ¶27 Quūmque descenderēt in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero vt antecedat nos, & transeat: tu autem subsiste paulisper, vt indicem tibi verbū Domini.

CAP. X.

1 Saul vngitur in regem. 2 Signa fuæ vnctionis. 10 Prophetat Saul. 17 Samuel indicat peccatum populo quōd regē petierint. 20 Signis iudicat Deus & sorte se elegisse Saulem.

TVlit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait, ¶ Ecce vnxit te Dominꝰ super hæreditatē suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorū eius qui in circuitu eius sunt. & hoc tibi signum, quia vnxit te Deus in principē. ¶2 Quūmq; abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrū Rachel in finibus Beniamin, in Meridie, dicentque tibi, Inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras, perquirendas: & intermissis pater tuus asinis, solicitꝰ est pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo? ¶3 Quūmque abieris inde, & vltrà trāseris, & veneris ad quercū Thabor, inuenient te tres viri ascendentes ad Deum in Beth-el, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenā vini. ¶4 Quūmque te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum.

¶5 Post hæc venies in collem Dei, vbi est statio Philistʰinorum. Et quū ingressus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregē prophetarum descendentiū de excelso, & anteeos psalterium & tympanum, & tibiam, & citharam, ipsosque prophetātes. ¶6 Et insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. ¶7 Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcunque Inuenerit manus tua, quia Dominus tecum est. ¶8 Et descendes ante me in Galgala: ego quippe descēdam ad te vt offeras oblationē, & immoles victimas pacificas: septem diebus expectabis, donec veniā ad te, & ostendā tibi quid facias. ¶9 Itaque quāl auertisset humerū suum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa. ¶10 Venerūntque ad prædictū collem, & ecce cuneus prophetarū obuius ei: & insiliit super eum Spiritus Domini, & prophetauit in medio eorum. ¶11 Videntes autem omnes qui nouerant eū heri & nudiustertius, quōd esset cum prophetis, & prophetaret, dixerunt adinuicem, ¶ Quænam res accidit filio Cis? an & Saul inter prophetas? ¶12 Respōdit; alius ad alterū, dicēs, Et Cis pater eius? Propterea versum est i prouerbiū, NVMQVID ET SAVL INTER PROPHETAS? ¶13 Cessauit autē prophetare, & venit ad excelsum. ¶14 Dixitque patruus Saul ad eū, & ad puerum eius, Quò abistis? Qui respōderunt, Quærere asinas quas quum non reperissemus, venimus ad Samuelem. ¶15 Et dixit ei patruus suus, Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. ¶16 Et ait Saul ad patruum suum, Indicauit nobis quia inuentæ essent asinæ. De sermone autem regni non indicauit ei quē locutus fuerat ei Samuel. ¶17 Et cōuocauit Samuel populum ad Dominū in Maspha. ¶18 Et ait ad filios Israel, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego eduxi Israel de Aegypto, & erui vos de manu Aegyptiorum, & de manu omnium regum qui affligebant vos. ¶19 Vos autē hodie proiecistis Dominū Deum vestrum qui solus saluauit vos de vniuersis malis & tribulationibus vestris: & dixistis, Nequaquam, sed regem constitue super nos. Nunc ergo state coram Domino per tribꝰ vestras, & per familias. ¶20 Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, & ceciditꝰ sors super tribum Beniamin. ¶21 Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit sors super cognationē Metri, & pervenit vsque ad Saul filium Cis. Quæsierūt ergo eum, & non est inuentus illic. ¶22 Et cōsuluerunt post hæc Dominum vtrūnam venturus esset illuc. Respōditque Dominus, Ecce absconditus est domi. ¶23 Cucurrerūt itaque & tulerūt eum inde: steteruntque in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. ¶24 Et ait Samuel ad omnem populū, Certe videtis quē elegit Dominus, quoniam non fit similis illi in omni populo. & clamauit omnis populus, & ait, Viuat rex. ¶25 Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino: & dimisit Samuel omnem populum, singulos in domum suam. ¶26 Sed & Saul abiit in domum suam in Gabaa: & abiit cum eo pars exercitus, quorū tetigerat Deus corda. ¶27 Filii verò Belial dixerunt, Nū saluare nos poterit iste? Et despexerunt eum, & non attulerūt ei munera: ille autē dissimulabat se audire.

CAP. XI.

1 Ammonitæ obsidētes Iabes Galaad petentuntur à Saule. 11 Victoria prohibet Saul. 14 Innouatio regni eius.

ET factum est quasi post mensem, ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum Iabes-Galad. Dixerūntque omnes viri Iabes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. ¶2 Et respondit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriā vobiscum fœdus, vt eruam omnium vestrum oculos dextros, ponāmque vos opprobrium in vniuerso Israel. ¶3 Et dixerunt ad eum seniores Iabes, Conce de nobis septem dies, vt mittamus nūtios ad vniuersos terminos Israel: & si nō fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. ¶4 Venerunt ergo nūtii in Gabaa Saulis: & locuti sunt verba hæc audiēte populo: & leuauit omnis populus vocem suā, & fleuit. ¶5 Et ecce Saul veniebat sequēs boues de agro, & ait, Quid habet populus quōd plorat? Et narrauerunt ei verba virorum Iabes. ¶6 Et insiliit Spiritus Domini in Saul: quū audisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis. ¶7 Et assumens vtrunque bouem, concidit in frusta: misitque in omnes terminos Israel per manū nuntiq.

rum, dicens, Quicunque non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor Domini populũ, & egressi sunt quasi vir vnus. ¶ 8 Et recensuit eos in Bezec: fuerúntque filiorum Israel trecenta milia: virorum autẽ Iuda triginta millia. ¶ 9 Et dixerunt nuntiis qui venerant, Sic dicetis viris qui sunt in labes Galaad, Cras erit vobis salus, quũ incaluerit sol. Venerunt ergo nuntii, & annuntiauerunt viris labes: qui lætati sunt. ¶ 10 Et dixerunt, Mane exibimus ad vos: & facietis nobis omne quod placuerit vobis. ¶ 11 Et factum est, quũ dies crastinus veniſſet, constituit Saul populum in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsque dum incalesceret dies: reliqui autẽ dispersi sunt, ita vt nõ relinquerentur in eis duo pariter. ¶ 12 Et ait populus ad Samuelem, Quis est iste qui dixit, Saul nũ regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. ¶ 13 Et ait Saul, Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel. ¶ 14 Dixit autem Samuel ad populũ, Venite, & eamus in Galgala, & innouemus ibi regnũ. ¶ 15 Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala, & immolauerũt ibi victimas pacificas coram Domino: & lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

CAP. XII.

1 Samuel iudex innocẽs etiam populi testimonio. 6 Arguit populum ingratitudinis quõd regem petierint. 16 Deus miraculo cogit duta corda fateri peccatum.

DIxit autẽ Samuel ad vniuersum Israel, Ecce audiui vocem vestrã iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regẽ: ¶ 2 Et nũc rex graditur ante vos. Ego autẽ senui, & incanui, (porrõ filii mei vobiscũ sunt:) itaque conuersatus coram vobis ab adolescẽtia mea vsq; ad hanc diem. ¶ 3 Ecce præsto sum, loquimini de me coram Domino, & coram christo eius, vtrum bouem cuiusquam tulerim, aut asinum, ũ quempiã calumniatus sum, ũ oppressi aliquẽ, ũ de manu cuiusquã munus accepi & cõtemnam illud hodie, restituamque vobis. ¶ 4 Et dixerunt, Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiã. ¶ 5 Dixitq; ad eos, Testis est Dominus aduersum vos, & testis christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiã. Et dixerũt, Testis. ¶ 6 Et ait Samuel ad populum, Dominus qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de Terra-Ægypti, adest. ¶ 7 Nunc ergo state, vt iudicio cõtendã aduersum vos coram Domino de omnibus misericordiis Domini, quas fecit Dominus vobiscũ, & cũ patribus vestris: ¶ 8 Quomodo Iacob ingressus est in Ægyptũ, & clamauerunt patres vestri ad Dominũ: & misit Dominus Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Ægypto, & collocauit eos i loco hoc. ¶ 9 Qui obliti sunt Domini Dei sui, & tradidit eos in manus Sisaræ magistri militiæ regis Hasor, & in manu Philisthinorũ, & in manu regis Moab, & pugnauerũt aduersum eos. ¶ 10 Postea autem clamauerunt ad Dominũ, & dixerunt, Peccauimus, quia dereliquimus Dominũ, & seruiui mus Baalim & Astaroth: nũc ergo eruenos de manu inimicorũ nostrorum, & seruiemus tibi. ¶ 11 Et misit Dominus Ierobaal & Badã & Samson, & Barac, & Iephte & Samuel, & eruit vos de manu inimicorũ vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter. ¶ 12 Vidétes autem quõd Naas rex filiorum Ammon veniſſet aduersum vos, dixistis mihi, Nequaquã, sed rex imperabit nobis: quũ Dominus Deus vester regnaret in vobis. ¶ 13 Nũc ergo præstõ est rex vester, quem elegistis & petistis: ecce dedit vobis Dominus regem. ¶ 14 Si timueritis Dominum, & seruieritis ei, & audieritis vocẽ eius, & nõ exasperaueritis os Domini, eritis & vos, & rex qui imperat vobis, sequẽtes Dominũ Deum vestrũ. ¶ 15 Si autẽ nõ audieritis vocẽ Domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus Domini super vos, & super patres vestros. ¶ 16 Sed & nunc state, & videte tem istam grandem, quam facturus est Dominus in cõspectu vestro. ¶ 17 Nunquid non messis tritici est hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias: & scietis & videbitis quia grãde malũ feceritis vobis in cõspectu Domini, petẽtes super vos regẽ. ¶ 18 Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluuias in illa die. ¶ 19 Et timuit omnis populus nimis Dominum & Samuelẽ. Et dixit vniuersus populus ad Samuelem, Ora pro seruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt nõ moriamur, addidimus enim vniuersis peccatis nostris malũ, vt peteremus nobis regẽ. ¶ 20 Dixit autẽ Samuel ad populũ, Nolite timere, (vos fecistis vniuersum malũ hoc: verũtamẽ nolite recedere à tergo Domini, sed seruite Domino in omni corde vestro. ¶ 21 Et nolite declinare postvana, quæ nõ proderũt vobis, neq; eruẽt vos, quia vana sunt.) ¶ 22 Et non derelinquet Dominus populum suũ, propter nomen suum magnũ: quia iuravit Dominus facere vos sibi populũ. ¶ 23 Absit autẽ à me hoc peccatũ in Domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viã bonã & rectã. ¶ 24 Igitur timete Dominũ, & seruite ei in veritate & extoto corde vestro. vidistis enim magnificã, quæ fecit vobis, & seruiti Dominũ. ¶ 25 Quõd ũ perseueraueritis in malitia: & vos & rex vester pariter peribitis. CAP. XIII.

1 Percutiũtur Philisthæi à Saule & Ionatha. 9 Saul cõtra præceptũ Dei sacrificãs, abiicitur à Deo. 17 Philisthæi descẽdũt cõtra Israelitas.

FIlius vnius anni erat Saul quũ regnare cœpisset, duobus autem annis regnauit super Israel. ¶ 2 Et elegit sibi Saul tria millia de Israel: & erant cũ Saul duo millia in Machmas, & in mõte Beth-el: mille autem cum Ionatha in Gabaa Beniamin, porrõ cæterum populũ remisit vnumquemq; in tabernacula sua. ¶ 3 Et percussit Ionathas statione Philisthinorum, quæ erat in Gabaa, quod quũ audiſſent Philisthiim, Saul cecinit buccina in omni terra, dicens, Audiãt Hebræi. ¶ 4 Et vniuersus Israel audiuit huiuscemodi famã, Percussit Saul statione Philisthinorum: & erexit se Israel aduersus Philisthiim. Clamauit ergo populus post Saul in Galgãla. ¶ 5 Et Philisthæi cõgregati sunt ad prælianduꝫ cõtra Israel, triginta millia currruũ, & sex millia equitũ, & reliquũ vulgꝰ, ũcut arenaquæ est i litore maris plurꝫ

ex 3. Reg. 20. d. 17.

Eccli. 46. d. 22.

Gene. 46. a. 5.

Iudicũ 4. a. 2.

ma.& ascendentes castrametatæ sunt in Machmas ad Orientē Beth-auen. ¶6 Quod quum vidissent viri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat populus) abscōderūt se in speluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis. ¶7 Hebræi autem transierunt Iordanē in terrā Gad & Galaad. Quūm que adhuc esset Saul in Galgala, vniuersus populus perterritus est, qui sequebatur eū. ¶8 Et expectauit septem diebus iuxta placitum Samuelis, & non venit Samuel in Galgala, dilapsūsque est populus ab eo. ¶9 Ait ergo Saul, Afferte mihi holocaustum, & pacifica, & obtulit holocaustum. ¶10 Quūmque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat: & egressus est Saul obuiā ei, vt salutaret eū. ¶11 Locutūsque est ad eū Samuel, Quid fecisti? Respōdit Saul, Quia vidi quōd populus dilaberetur a me, & tu nō veneras iuxta placitos dies, porrō Philisthiim congregati fuerant in Machmas: ¶12 Dixi, Nunc descēdent Philisthiim ad me in Galgala, & faciē Domini nō placaui. Necessitate compulsus, obtuli holocaustum Domino. ¶13 Dixitq; Samuel ad Saul, Stulte egisti, nec custodisti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quōd si nō fecisses, iam nūc præparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. ¶14 Sed nequaquā regnum tuum vltrā cōsurget, quæsiuit Dominus sibi virū iuxta cor suū: & præcepit ei Dominus vt esset dux super populum suum, eo quōd non seruaueris quæ præcepit Domin'. ¶15 Surrexit autē Samuel, & ascendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. Et reliqui populi ascēderunt post Saul obuiam populo, qui expugnabant eos veniētes de Galgala in Gabaa, in colle Beniamin. Et recēnsiit saul populum, qui inuēti fuerāt cum eo, quasi sexcentos viros. ¶16 Et Saul & Ionathas filius eius, populūsq; qui inuētus fuerat cum eis, erat in Gabaa Beniamin: porrō Philisthiim consederāt in Machmas. ¶17 Et egressi sunt ad prælidium de castris Philisthinorum tres cunei. vnus cuneus pergebat contra viā Ephraim ad Terrā Saul. ¶18 Porrō alius ingrediebatur per viā Beth-horon. tertius autem verterat se ad iter termini in Terra-Sabaa imminētis valli Seboim cōtra desertum. ¶19 Porrō faber ferrarius nō inueniebatur in omni Terra Israel. cauerāt enim Philisthiim, ne forte facerēt Hebræi gladium aut lanceā. ¶20 Descendebat ergo omnis Israel ad Philisthiim vt exacueret vnusquisq; vomerē suū, & ligonē, & securim, & tridētē, & sarculū. ¶21 Retusæ itaque erāt acies vomerum, & ligonum, & tridētium, & securium. vsque ad stimulum corrigendum. ¶22 Quūmque veniret dies prælii, nō est inuētus cuīus ē lancea in manu totius populi qui erat cū Saule & Ionatha. excepto Saul & Ionatha filio ei'. ¶23 Egressa est autem statio Philisthiim, vt transcenderet in Machmas. CAP. XIIII.

1 Ionathas fiducia in Deum, armigero comite, profligat Philisthæos. 17 Ionathas occidendus a patre ob mel degustatum, liberatur a populo.

ET accidit in quadam die vt diceret Ionathas filius Saul ad adolescentem armigerum suum, Veni, & transeamus ad statiōem Philisthinorum, quæ est trās locum illū. patri autē suo hoc ipsum nō indicauit. ¶2 Porrō Saul morabatur in extremo parte Gabaa sub malogranato, quæ erat in agro Gabaa: & erat populus cum eo quasi sexcētorum virorū. ¶3 Et Achias filī Achitob fratris Icabod filii Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote Domini i Silo, portabat ephod. Sed & populus ignorabat quō isset Ionathas. ¶4 Erāt autē inter oscēdia, per quos nitebatur Ionathas transire ad statiōē Philisthinorum, eminētes petræ ex vtraque parte, & quasi in modū dentium scopuli hinc inde prætupti, nomē vni Bosez, & nomē alteri Sene: ¶5 Vnus scopulus prominēs ad Aquilonē ex aduerso Machmas, & alter ad Meridiē cōtra Gabaa. ¶6 Dixit autem Ionathas ad adolescentē armigerum suum, Veni, trāseamus ad statiōnē incircūcisorum horum, si fortē faciat Dominus pro nobis: quia non est Domino difficile saluare vel in multis, vel in paucis. ¶7 Dixitque ei armiger suus, Fac omnia quæ placent animo tuo: perge quō cupis, & ero tecū vbicunque voluerīs. ¶8 Et ait Ionathas, Ecce nos trānūmus ad viros istos. Quūmque apparuerimus eis, ¶9 si taliter locuti fuerint ad nos, Manete, donec veniamus ad vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus ad eos. ¶10 Si autem dixerint, Ascēdite ad nos: ascēdamus ad eos, quia tradidit eos Dominus in manibus nostris, hoc erit nobis signum. ¶11 Apparuit igitur vterque statiōni Philisthinorum: dixeruntque Philisthiim, Ecce Hebræi egrediuntur de cauernis, in quibus abscōditi fuerāt. ¶12 Et locuti sunt viri de statione ad Ionathā, & ad armigerū eius, dixerūntq;, Ascēdite ad nos, & ostēdemus vobis rē. & ait Ionathas ad armigerū suū, Ascendamus, sequere me: tradidit enim Domin' eos in manus Israel. ¶13 Ascēdit autē Ionathas manibus & pedibus reptās, & armiger eius post eum. itaque quī ví dissent facie Ionathæ, alii cadebant ante Ionathā, alios armiger eius interficiebat sequēs eū. ¶14 Et facta est plaga prima, qua percussīt Ionathas & armiger eius, quasi viginti virorum in media parte iugeris, quam par bouum in die arare cōsueuit. ¶15 Et factū est miraculū in castris, & per agros, sed & omnis populus statiōnis eorū, qui ierāt ad prædandū, obstupuit, & cōturbata fuit castra, & accidit quasi miraculum a Deo. ¶16 Et respexerunt speculatores Saul, qui erāt in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo prostrata, & huc illūcque diffugiens. ¶17 Et ait Saul populo qui erat cum eo, Requirite, & videte quis abierit ex nobis. quūmque requisīssent, repertum est non adesse Ionathan. & armigerum eius. ¶18 Et ait Saul ad Achiā, Applica arcam Domini. (Erat enim ibi arca Dei in die illa cū filiis Israel.) ¶19 Quūmq; loqueretur Saul ad sacerdotē, tumultus magn' exortus est in castris Philisthinorū: crescebatq; paulatim & clari reboabat. Et ait Saul ad sacerdotē, Cōtrahe manum tuā. ¶20 Conclamauit ergo Saul, & omnis popul' qui erat cū eo, & venerūt vsq; ad locū certaminis: & ecce versus fuerat gladius vnius cuiusq; ad proximū suū, &

a Magron.

b 1.4.d.10.

c 1. Par. 14. c.

d &

e quod

f est reuera

g Dei

h reboabat.

cædes magna nimis. ¶ 21 Sed & Hebræi qui fuerant cum Philisthiim heri & nudiustertius, ascenderant atque cū eis in castris, reuersi sunt vt essent cū Israel & iis qui erant cum Saul & Ionatha. ¶ 22 Omnes quoque Israelitæ qui se absconderant in mōte Ephraim, audiētes quōd fugissent Philisthæi, sociauerunt se cū suis in prælio. Et erant cum Saul, quasi decē millia virorum. ¶ 23 Et saluauit Dominus Deus in die illa Israel. Pugna autē peruenit vsque ad Beth-auē. ¶ 24 Et viri Israel sociati sunt tibi in die illa: adiurauit autem Saul populū, dicens, Maledictus vir qui comederit panē vsque ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis. Et non manducauit vniuersus populus panem. ¶ 25 Omnē que Terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciem agri. ¶ 26 Ingressus est itaq; populus saltū, & apparuit fluens mel, nullusque applicuit manū ad os suū timebat enim populus iuramentum. ¶ 27 Porrō Ionathas nō audierat quū adiuraret pater eius populū: extenditque summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis, & cōuertit manum suā ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. ¶ 28 Respōdensque vnus de populo, ait, Iureiurādo cōstrinxit pater tuus populū, dicēs, Maledictus vir qui comederit panem hodie, (defecerat autē populus.) ¶ 29 Dixitque Ionathas, Turbauit pater meus terrā: vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei: eo quōd gustauerim paululum de melle isto: ¶ 30 Quāto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorū, quam reperit? nōne maior plaga facta fuisset in Philisthiim? ¶ 31 Percusserunt ergo in die illa Philisthæos à Machmis vsque in Aialō. Defatigatus est autem populus nimis, ¶ 32 Et versus ad prædam tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra: comeditque populus cum sanguine. ¶ 33 Nuntiauerunt autem Sauli dicētes quōd populus peccasset Domino, comedēs cum sanguine. Qui ait, Prauaricati estis: volute ad me iam nunc saxum grande. ¶ 34 Et dixit Saul, Dispergimini in vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnusquisque bouem suum & arietē, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis Domino comedētes cū sanguine. Adduxit itaq; omnis populus vnusquisque bouē in manu sua vsque ad noctē, & occiderunt ibi. ¶ 35 Aedificauit autem Saul altare Domino: tūcque primū cœpit ædificare altare Domino. ¶ 36 Et dixit Saul, Iruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos vsquedum illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. dixitque populus, Omne quod bonū tibi videtur in oculis tuis, fac. & ait sacerdos, Accedamus huc ad Deum. ¶ 37 Et consuluit Saul Dominum. Num persequar Philisthiim? si trades eos in manus Israelē & non respondit ei in die illa. ¶ 38 Dixitque Saul, Applicate huc vniuersos angulos populi, & scitote, & videte per quem acciderit peccatum hoc hodie. ¶ 39 Viuit Dominus Saluator Israel, quia si per Ionathan filium meum factum est, absque retractatione morietur. ad quod nullus contradixit ei de omni populo. ¶ 40 Et ait ad vniuersū Israel, Separamini vos in partē vnam, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Respondítque populus ad Saul, Quod bonum tibi videtur in oculis tuis, fac. ¶ 41 Et dixit Saul ad Dominum Deum Israel, Domine Deus Israel da indicium, quid est quōd non respōderis seruo tuo hodie. Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem. aut si hæc iniquitas est in populo tuo da sanctitatē. Et deprehensus est Ionathas & Saul, populus autē exiuit. ¶ 42 Et ait Saul, Mittite sortem inter me, & inter Ionathā filium meum. & captus est Ionathas. ¶ 43 Dixit autē Saul ad Ionathan, Indica mihi quid fecisti. Et indicauit ei Ionathas, & ait, Gustās gustaui in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior? ¶ 44 Et ait Saul, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionatha. ¶ 45 Dixitque populus ad Saul, Ergōne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? Hoc nefas est: viuit Dominus, ti ceciderit capillus de capite eius in terrā, quia cum Deo operatus est hodie. liberauit ergo populus Ionathā, vt non moreretur. ¶ 46 Recessitq; Saul, nec persecutus est Philisthiim: porrō Philisthiim abierunt in loca sua. ¶ 47 Et Saul confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius, cōtra Moab, & filios Ammō, & Edom, & reges Soba, & Philisthæos: & quocunque se verterat, superabat. ¶ 48 Congregatōque exercitu percussit Amalec, & eruit Israel de manu vastatorū eius. ¶ 49 Fuerunt autem filii Saul, Ionathas, & Iessui, & Melchi-sua: & nomina duarum filiarum. eius, nomē primogenitæ Merob, & nomē minoris Michol. ¶ 50 Et nomē vxoris Saul, Achinoā filia Achimaas. Et nomē principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. ¶ 51 Porrō Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. ¶ 52 Erat autē bellū porrō aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcunque videret Saul virum fortem & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

1. Par.

## CAP. XV.

1 Iussus Saul occidere Amalecitas ad internecionem vsque, prædam & Agag reseruat. 21 Arguitur inobedientiæ à Samuele. 23 Abiicitur à Deo. 24 Confitetur peccatum suum. 32 Samuel occidit Agag regem Amalec. 35 Luget Saulem,

ET dixit Samuel ad Saul, Me misit Dominus, vt vngerem te in regem super populum eius Israel: nunc ergo audi vocem Domini. ¶ 2 Hæc dicit Dominus exercituum, Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via quū ascenderet de Aegypto. ¶ 3 Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid: sed interfice à viro vsque ad mulierem, & parulū atq; lactēte bouē & ouem, camelū & asinū. ¶ 4 Præcepit itaque Saul populo, & recensuit eos quasi agnos: ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda. ¶ 5 Quūmque venisset Saul vsque ad ciuitatē Amalec, tetēdit insidias in torrente. ¶ 6 Dixitque Saul Cinæo, Abite, recedite, atque discedite ab Amalec: ne forte inuoluam te cum eo. tu enim feci misericordiam cum omnibus filiis Israel, quum

Exod.

ascenderent de AEgypto. & recessit Cinæus de medio Amalec. ¶7 Percussitque Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad Sur, quæ est ergo ne AEgypti. ¶8 Et apprehendit Agag regē Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladii. ¶9 Et pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouiū & armentorū, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. quic quid ergo vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. ¶10 Factum est autem verbum Domini ad Samuel, dicens, ¶11 Pœnitet me quōd constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contristatúsque est Samuel, & clamauit ad Dominū tota nocte. ¶12 Quúmq; de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul mane, nuntiatū est Samueli, eo quōd veniisset Saul in Carmelum, & erexisset ibi fornicem triumphalem, & reuersus transisset: descendissetque in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum Domino de initijs prædarum quæ attulerat ex Amalec. ¶13 Et quū venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul, Benedictus tu Domino, Impleui verbum Domini. ¶14 Dixitq; Samuel, Et quæ est hæc vox gregum quæ resonat in auribus meis, & armentorum quam ego audio? ¶15 Et ait Saul, Ne Amalec adduxerūt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armētis vt immolaretur Domino Deo tuo. reliqua verō occidimus. ¶16 Ait autem Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte. dixitq; ei, Loquere. ¶17 Et ait Samuel, Nonne quū paruulus esses in oculis tuis, caput in tribu Israel factus es, vnxitque te Dominus in regem super Israel? ¶18 Et misit te Dominus in viā, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis cōtra eos vsque ad internecionē eorū. ¶19 Quare ergo non audisti vocem Domini: sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini? ¶20 Et ait Saul ad Samuelē, imō audiui vocem Domini, & ambulaui in via per quam misit me Dominus, & adduxi Agag regē Amalec, & Amalec interfeci. ¶21 Tulit autē de præda populus oues & boues primitias eorū quæ cæsa sunt, vt immolet Domino Deo suo in Galgalis. ¶22 Et ait Samuel, Nūquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? MELIOR EST OBEDIENTIA QVAM VICTIMAE: & auscultare, magis quāmofferre adipē arietū. ¶23 Quoniā quasi peccatū ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idolotriæ nolle acquiescere. Pro eo ergo quōd abiecisti sermonem Domini, abiecit te Dominus ne sis rex. ¶24 Dixitq; Saul ad Samuelē, Peccaui, quia præuaricatus sum sermonē Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorū. ¶25 Sed nunc porta quæso peccatū meū, & reuertere mecū vt adorem Dominū. ¶26 Et ait Samuel ad Saul, Non reuertar tecū, quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Dominus ne sis rex super Israel. ¶27 Et cōuersus est Samuel vt abiret: ille autē apprehēdit summitatem pallii eius, quæ & scissa est. ¶28 Et ait ad eum Samuel, Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. ¶29 Porrō Triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine nō flectetur: neq; enim homo est vt agat pœnitentiā. ¶30 At ille ait, Peccaui: sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecū, vt adorē Dominum Deum tuum. ¶31 Reuersus ergo Samuel secutus est Saulem: & adorauit Saul Dominū. ¶32 Dixitque Samuel, Adducite ad me Agag regē Amalec, & oblatus est ei Agag pinguissimus tremens. Et dixit Agag, Necine separat amara mors? ¶33 Et ait Samuel, Sicut fecit absq; liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. & in truncā cōcidit eum Samuel coram Domino in Galgalis. ¶34 Abiit autem Samuel in Ramātha, Saul verō ascendit in domum suam in Gabaa*. ¶35 Et non vidit Samuel vltra Saul vsque ad diem mortis suæ: verūtamē lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quōd constituisset regem Saul super Israel.

CAP. XVI.

1 Samuelē mittit Deus ad vngendū Dauidē. 13 Spiritus sanctus in Dauide. 15 Spiritus malꝰ in Saule, qui psalleute Dauide recedit.

DIxitque Dominus ad Samuelē, Vsquequo tu luges Saul, quū ego proiecerim eum ne regnet super Israel? imple cornu tuū oleo, & veni, vt mittā te ad Isai Bethlehemītē: providi enim in filiis eius mihi regē. ¶2 Et ait Samuel, Quomodo vadā? audiet enim Saul, & interficiet me. & ait Dominus, Vitulum de armēto tolles in manu tua, & dices, Ad immolādū Domino veni. ¶3 Et vocabis Isai ad victimā, & ego ostēdam tibi quid facias, & vnges quēcunque monstrauero tibi. ¶4 Fecit ergo Samuel sicut locutus est ei Dominus: venitque in Beth-lehem, & admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei, dixerūntque, Pacificū ne est ingressus tuus? ¶5 Et ait, Pacificus: ad immolandum Domino veni. sanctificamini, & venite mecum vt immolem. sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificiū. ¶6 Quúmq; ingressi essent, vidit Eliab, & ait, Num coram Domino est christꝰ eius? ¶7 Dixit Dominus ad Samuelem, Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ eius, quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. homo enim videt ea quæ parent, Dominus autem intuetur cor. ¶8 Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit, Nec hūc elegit Dominus. ¶9 Ad duxit autem Isai Samma. de quo ait, Etiā hūc non elegit Dominus. ¶10 Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai, Nō elegit Dominus ex istis. ¶11 Dixitque Samuel ad Isai, Nunquid iā cōpleti sunt filii? qui respondit, Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. Et ait Samuel ad Isai, Mitte, & adduc eum: nec enim discumbemus prius quām hūc ille veniat. ¶12 Misit ergo, & adduxit eum. erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoráque facie. Et ait Dominus, Surge, & vnge eum: ipse est enim. ¶13 Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eū in medio fratrū eius: & ſdirectus est Spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps: surgēnsque Samuel abiit in Ramātha. ¶14 Spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagitabat eum Spiritus nequam

Saulis

Dauid

*Ge 25.8

Psal.7.c.11

d.17 7- .8.7

Reg.7.b psa.77.g & 21.c.21

Act.7.f.4 & 13.d.21

à Domino. ¶15 Dixerúntq; serui Saul ad eũ, Ecce spiritus Dei malus exagitat te. ¶16 Iubeat dominus noster rex, & serui tui qui coram te sunt, quærent hominem scientẽ psallere citharæ: vt quãdo arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua, & leuẽ feras. ¶17 Et ait Saul ad seruos suos, Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem. & adducite eum ad me. ¶18 Et respondens vnus de pueris, ait, Ecce vidi filiũ Isai Bethlehemitem scientem psallere, & fortissimũ robore, & virũ bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrũ: & Dominus est cum eo. ¶19 Misit ergo Saul nuntios ad Isai, dicens, Mitte ad me Dauid filium tuũ, qui est in pascuis. ¶20 Tulit itaque Isai asinũ plenum panibus, & iagenam vini, & hœdum de capris vnum, & misit per manũ Dauid filii sui Sauli. ¶21 Et venit Dauid ad Saul, & stetit corã eo: at ille dilexit eũ nimis, & factus est scutiger eius. ¶22 Misitque Saul ad Isai, dicens, Stet Dauid in cõspectu meo: inuenit enim gratiam in oculis meis. ¶23 Igitur quãdocunque spiritus Domini mali arripiebat Saul, Dauid tollebat citharã, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. recedebat enim ab eo spiritus malus. CAP. XVII.

1 Goliath Philisthæus occiditur à Dauide, 51 Occidunturque Philisthæi ab Israelitis.

COngregantes autem Philisthiim agmina sua in prælium, conuenerũt in Sochot Iudæ: & castrametati sunt inter Sochot & Azeca in finibus Dommim. ¶2 Porrò Saul & filii Israel congregati venerunt in vallem terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthiim. ¶3 Et Philisthiim stabãt super mõte ex parte hac, & Israel stabat super mõtem ex altera parte: vallisque erat inter eos. ¶4 Et egressus est vir spurius de castris Philisthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorũ & palmi: ¶5 Et cassis ærea super caput eius: & lorica hamata induebatur. porrò põdus loricæ eius, quinq; millia siclorũ æris erat. ¶6 Et ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius. ¶7 Hastile autẽ hastæ eius erat quasi liciatorũ texentiũ. ipsum autẽ ferrũ hastæ eius sex cẽtos siclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eum. ¶8 Stansq; clamabat aduersũ phalãgas Israel, & dicebat eis, Quare venistis parati ad prælium? Nunquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul? eligite ex vobis virũ, & descendat ad singulare certamẽ. ¶9 Si quiuerit pugnare mecũ, & percusserit me, erimꝰ vobis serui: si autẽ ego prævaluero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis. ¶10 Et aiebat Philisthæus, Ego exprobraui agminibꝰ Israel hodie. Date mihi virũ, & ineat mecum singulare certamẽ. ¶11 Audiẽs autem Saul, & omnes Israelitæ sermones Philisthæi huiusce modi, stupebant, & metuebant nimis. ¶12 Dauid autem erat filius viri Ephrathæi, de quo ‖supra dictũ est, de Bethlehem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul senex, & grandæuus inter viros. ¶13 Abierunt autẽ tres filii eius maiores post Saul in prælium: & nomina trium filiorum eius qui perrexerũt ad bellũ, Eliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quoque Samma. ¶14 Dauid autem erat minimus. tribus ergo maioribus secutis Saulem, ¶15 Abiit Dauid, & reuersꝰ est à Saul, vt pasceret gregẽ patris sui in Beth-lehẽ. ¶16 Procedebat verò Philisthæus mane & vespere, & stabat quadraginta dies. ¶17 Dixit autẽ Isai ad Dauid filiũ suũ, Accipe fratribus tuis ephi polentæ, ¶18 Et decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decẽ formellas caseï has deferes ad tribunũ: & fratres tuos visitabis, ũ recte agant: & cum quibus ordinati sunt, disce. ¶19 Saul autem, & illi, & omnes filii Israel, in Valle terebinthi pugnabant aduersum Philisthiim. ¶20 Surrexit itaque Dauid mane, & cõmendauit gregẽ custodi: & onustus abiit, sicut præceperat ei Isai: & venit ad locũ Magãla, & ad exercitum qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. ¶21 Direxerat enim acies Israel, sed & Philisthiim ex aduerso fuerãt præparati. ¶22 Derelinquens ergo Dauid vasa quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat si omnia recte agerentur erga fratres suos.

¶23 Quũmq; adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille spurius ascẽdes, Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philisthinorũ: & loquente eo hæc eadem verba, audiuit Dauid. ¶24 Omnes autẽ Israelitæ, quũ vidissent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde. ¶25 Et dixit vnus quispiam de Israel, Num vidistis virũ hunc qui ascendit? ad exprobrandum enim Israeli, ascendit, virum ergo qui percusserit eum, ditabit rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. ¶26 Et ait Dauid ad viros qui stabant secum, dicens, Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? quis est enim hic Philisthæus incircumcisus qui exprobrauit aciem Dei viuentis? ¶27 Referebat autem ei populus eundem sermonem, dicens, Hæc dabuntur viro qui percusserit eum. ¶28 Quod quum audisset Eliab frater eius maior, loquente eo cũ aliis, iratus est contra Dauid, & ait, Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? ego noui superbiã tuam, & nequitiã cordis tui: quia vt videres prælium, descendisti. ¶29 Et dixit Dauid, Quid feci? nunquid non verbum est? ¶30 Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixitque eundem sermonem. & respondit ei populus verbum sicut prius. ¶31 Audita sunt autem verba quæ locutus est Dauid, & annũtiata in cõspectu Saul. ¶32 Ad quem quum fuisset adductus, locutus est ei, Non concidat cor cuiusquã in eo: ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philisthæũ. ¶33 Et ait Saul ad Dauid, Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum: quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescẽtia sua. ¶34 ‖ Dixitque Dauid ad Saul, Pascebat seruus tuus patris sui gregẽ, & veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietẽ de medio gregis: ¶35 Et persequebar eos, & percutiebam eruebãmque de ore eorum. Et illi consurgebãt aduersum me, & apprehẽdebam mentũ eorum, & suffocabam, interficiebãmque eos. ¶36 Nã & leonẽ & vrsum interfeci ego seruus tuus: erit igitur & Philisthæus hic incircumci-

sus, quasi vnus ex eis. ¶ Nũc vadam, & auferã opprobrium populi: quoniã quis est iste Philisthæus incircũcisus? 'qui' ausus est maledicere exercitui Dei viuentis. ¶ 37 Et ait Dauid, Domin' qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autẽ Saul ad Dauid, Vade, & Domin' tecũ sit. ¶ 38 Et induit Saul Dauid vestimẽtis suis, & imposuit galeã æreã super caput eius, & vestiuit eũ lorica. ¶ 39 Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suam, cœpit tentare si armatus posset incedere: non enim habebat consuetudinem. Dixitque Dauid ad Saul, Non possum sic incedere, quia nõ vsum habeo. Et deposuit ea. ¶ 40 Et tulit bacu lum suum quem semper habebat in manibus: & elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralẽ quã habebat secum, & fundam manu tulit: & processit aduersũ Philisthæũ. ¶ 41 Ibat autẽ Philisthæus incedens & appropinquãs aduersum Dauid, & armiger eius ante eum. ¶ 42 Quúmq; inspexisset eũ Philisthæus, & vidisset Dauid, despexit eũ: erat autẽ adolescens rufus, & pulcher aspectu. ¶ 43 Et dixit Philisthæus ad Dauid, Numquid ego canis sum, quód tu venisas me cum baculo? & maledixit Philisthæus Dauid in diis suis: ¶ 44 Dixitque ad Dauid, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli & bestiis terræ. ¶ 45 Dixit autem Dauid ad Philisthæũ, Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituũ, Dei agminum Israel, quibus exprobrasti. ¶ 46 Hodie, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuum à te: & dabo cadauera castrorum Philisthii hodie volatilibus cæli, & bestiis terræ: vt sciat omnis terra quia est Dominus Deus in Israel. ¶ 47 Et nouerit vniuersa ecclesia hæc, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus: ipsius enim est bellum, & tradet vos in manus nostras. ¶ 48 Quum ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret cõtra Dauid, festinauit Dauid, & 'occurrit' ad pugnam ex aduersio Philisthæi. ¶ 49 Et misit manum suam in peram, tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & circunducens percussit eum in fronte: & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciẽ suam super terram. ¶ 50 Prævaluitque Dauid aduersum Philisthæum in funda & lapide, percussũmque Philisthæum interfecit. Quúmq; gladiũ nõ haberet in manu Dauid, ¶ 51 Cucurrit, & stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua: & interfecit eum, & præciditque caput eius. Videntes autem Philisthiim quód mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. ¶ 52 Et cõsurgentes viri Israel & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos vsquedũ venirent in vallẽ, & vsque ad portas Accaron, ceciderúntq; vulnerati de Philisthiim in via Saraim, & vsq; ad Geth, & vsq; ad Accaron. ¶ 53 Et reuertẽtes filii Israel postquam persecuti sunt Philisthæos, inuaserũt castra eorum. ¶ 54 Assumés autẽ Dauid caput Philisthæi, attulit illud in Ierusalẽ: arma verò eius posuit in tabernaculo suo. ¶ 55 Eo autẽ tempore quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principẽ militiæ suæ, De qua stirpe descendit hic adolescens? Dixitque Abner, Viuit anima tua, rex, si noui. ¶ 56 Et ait rex, Interroga tu, cuius filius sit iste puer. ¶ 57 Quúmque regressus esset Dauid, per cusso Philisthæo, tulit eũ Abner, & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentẽ in manu sua. ¶ 58 Et ait adeũ Saul, De qua progenie es ô adolescens? Dixitque Dauid, Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

*Abner

## CAP. XVIII.

1 Fœdus Dauidis cum Ionatha. 10 Saul tẽtat occidere Dauidem, & quare. 17 Promissam Dauidi Merob filiã, alteri dat Saul. 20 Michol filia Saul à Dauide adamatur, & eam in vxorẽ accipit. 28 Deus cum Dauide.

ET factum est: quum complesset loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. ¶ 2 Tulitque eum Saul in die illa, & non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui. ¶ 3 Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quasi animã suam. ¶ 4 Nam expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsque ad gladium & arcũ suum, & vsque ad baltheum. ¶ 5 Egrediebatur quoque Dauid ad omnia quæcunque misisset eum Saul, & prudenter se agebat: posuitque eum Saul super viros belli, & acceptas erat in oculis vniuersi populi, maximéque in cõspectu famulorũ Saul. ¶ 6 Porrò quumreuerteretur percusso Philisthæo Dauid, & ferret caput eius in Ierusalem, egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cãtantes, chorósq; ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ & in sistris. ¶ 7 Et præcinebant mulieres ludentes, atq; dicẽtes, Percussit Saul mille, & Dauid decẽ millia. ¶ 8 Iratus est autẽ Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitque, Dederũt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei superest, nisi solum regnum? ¶ 9 Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid à die illa, & deinceps. ¶ 10 Post diem autem alteram, inuasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ: Dauid autem psallebat manu sua, sicut per singulos dies. Venebãtque Saul lanceam, ¶ 11 Et misit eã, putans quód configere posset Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius secundo. ¶ 12 Et timuit Saul Dauid: eo quód Dominus esset cũ eo, & à se recessisset. ¶ 13 Amouit ergo eum Saul à se, & fecit eum tribunum super mille viros: & egrediebatur, & intrabat in conspectu populi. ¶ 14 In omnibus quoque viis suis Dauid prudenter agebat, & Dominus erat cum eo. ¶ 15 Vidit itaque Saul quód prudens esset nimis, & cœpit cauere eũ. ¶ 16 Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid: ipse autem ingrediebatur & egrediebatur ante eos. ¶ 17 Dixitque Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorẽ: tantummodo esto vir fortis, & præliare bella Domini. Saul autem reputabat, dicens, Mõ sit manus mea in eo, sed sit super eum manus Philisthinorum. ¶ 18 Ait autẽ Dauid ad Saul, Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt sim gener regis?

¶17 Factum est autem tempus quum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor. ¶18 Dilexit autem Dauid Michol filiam Saul alteram .' & nuntiatũ est Saul, & placuit ei. ¶21 Dixitque Saul, Dabo eã illi, vt fiat ei in scandalum, & sit super eũ manus Philisthinorum. Dixitque Saul ad Dauid, Bis duabus rebus gener meus eris hodie. ¶22 Et mandauit Saul seruis suis, Loquimini ad Dauid clã me, dicentes, Ecce places regi, & omnes serui eius diligunt te: nunc ergo esto gener regis. ¶23 Et locuti sunt serui Saul in aurib' Dauid omnia verba hæc: & ait Dauid, Num parum videtur vobis generum esse regis? ego autem sum vir pauper & tenuis. ¶24 Et renũtiauerunt serui Saul, dicentes, Huiusce modi verba locutus est Dauid. ¶25 Dixit autẽ Saul, Sic loquimini ad Dauid, Nõ habet rex sponsalia necesse, nisi tantũ centum præputia Philisthiorum, vt fiat vltio de inimicis regis. Porrõ Saul cogitabat tradere Dauid in manus Philisthinorũ. ¶26 Quũmq; renũtiassent serui eius Dauid verba quæ dixerat Saul, placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis. ¶27 Et post paucos dies surgens Dauid, abiit in Acaron' cum viris qui sub eo erant. Et percussit ex Philisthiim ducentos viros: & attulit eorum præputia, & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. dedit itaque Saul ei Michol filiam suam vxorem. ¶28 Et vidit Saul, & intellexit quõd Dominus esset cum Dauid: Michol autẽ filia Saul, diligebat eum. ¶29 Et Saul magis cœpit timere Dauid: factúsque est Saul inimicus Dauid cũctis diebus. ¶30 Et egressi sũt principes Philisthinorũ: & principio autẽ egressionis eorũ, prudẽtius se gerebat Dauid, quam omnes viri Saul, & celebre factum est nomen eius nimis.

## CAP. XIX.

1 Saul iubet occidi Dauidem: quẽ seruat Ionathas, & Michol, quæ demittit eum per fenestram. 19 Saul & ministri eius persequentes Dauidem prophetant cum prophetis.

Locutus est autem Saul ad Ionathã filium suum, & ad omnes seruos suos, vt occiderent Dauid. Porrõ Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde. ¶2 Et indicauit Ionathas Dauid, dicens, Quærit Saul pater meus occidere te: quapropter obserua te quæso, mane, & manebis clãm, & abscondẽris. ¶3 Ego autem egrediens, stabo iuxta patrem meum in agro, vbicunq; fueris: & ego loquar de te ad patrẽ meũ: & quodcunq; videro, nũtiabo tibi. ¶4 Locutus est ergo Ionathas de Dauid bona ad Saul patrẽ suum: dixitque ad eum, Ne peccet rex in seruum tuum Dauid, quia nõ peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valde. ¶5 Et posuit animam suam in manu sua, & percussit Philisthæum, & fecit Dominus salutem magnam vniuerso Israeli. vidisti, & lætatus es. quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens Dauid, qui est absque culpa? ¶6 Quod quum audisset Saul, placatus voce Ionathæ, iurauit, viuit Dominus, quia non occidetur. ¶7 Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc: & introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eũ, sicut fuerat heri & nudiustertiũ. ¶8 Motũ est autẽ rursum bellũ: & egressus Dauid, pugnauit aduersum Philisthim: percussitque eos plaga magna, & fugerunt à facie eius. ¶9 Et factus est spiritus Domini malus in Saul: sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceã: porrõ Dauid psallebat manu sua. ¶10 Nisúque est Saul cõfigere Dauid lancea in pariete, & declinauit Dauid à facie Saul: lancea autem casso vulnere perlata est in parietem, & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa. ¶11 Misit ergo Saul satellites suos nocte in domum Dauid vt custodirent eum, & interficeretur mane. Quod quum annuntiasset Dauid Michol vxor sua, dicens, Nisi saluaueris te nocte hac, eras morieris: ¶12 Deposuit eum per fenestram: porrõ ille abiit & aufugit, atque saluatus est. ¶13 Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam cœperum posuit ad caput eius, & operuit eam vestimentis. ¶14 Misit autẽ Saul apparitores qui raperent Dauid: & respondẽs est quòd ægrotaret. ¶15 Rursũmque misit Saul nuntios vt viderent Dauid, dicens, Afferte eũ ad me in lecto, vt occidatur. ¶16 Quúmque venissent nuntii, inuentum est simulachrum super lectum, & pelles caprarũ ad caput eius. ¶17 Dixitque Saul ad Michol, Cur sic illusisti mihi, & dimisisti inimicum meum vt fugeret? Et respondit Michol ad Saul, Quia ipse locutus est mihi, Dic, Dimitte me, alioquin interficiam te. ¶18 Dauid autem fugiens, saluatus est, & venit ad Samuelem Ramãtha, & nũtiauit ei omnia quæ fecerat sibi Saul: & abierunt, ipse & Samuel, & morati sunt in Naioth. ¶19 Nuntiatũ est autem Saulì à dicẽtib', Ecce Dauid in Naioth in Ramãtha. ¶20 Misit ergo Saul lictores, vt raperẽt Dauid: qui quũ vidissent cuneũ prophetarum vaticinantium, & Samuelem stantem super eos, factus est etiam Spiritus Domini in illis, & prophetare cœperunt etiam ipsi. ¶21 Quod quum nuntiatum esset Saulì, misit & alios nuntios: prophetarunt autem & illi. & rursum misit Saul tertios nuntios: qui & ipsi prophetauerunt. Et iratus iracũdia Saul, ¶22 Abiit etiã ipse in Ramãtha, & venit vsque ad cisternam magnam quæ est in Socho & interrogauit, & dixit, in quo loco sunt Samuel & Dauid? Dictúmq; est ei, Ecce in Naioth sũt in Ramãtha. ¶23 Et abiit in Naioth in Ramãtha, & factus est etiã super eum Spiritus Domini, & ambulauit' ingrediens, & prophetabat vsquedũ veniret in Naioth in Ramãtha. ¶24 Et expoliauit etiã ipse se vestimẽtis suis, & prophetauit cum cæteris corã Samuele, & cecinit nudus tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbiũ, Nũ & Saul inter prophetas?

## CAP. XX.

1 Dauid conqueritur apud Ionathan, cũ quo fœdus init. 14 Ionathas tribus missis sagittis liberat Dauidem à morte.

Fugit autẽ Dauid de Naioth quæ est in Ramãtha, venísque locutus est coram Ionatha, Quid fecit quæ est iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam? ¶2 Qui dixit ei, Absit à te, non morieris: neque enim faciet pater meus quicquam grande vel paruum, nisi prius indicauerit mihi: hũc ergo celauit à me pater meus sermonem tantummodo nequaquã enim erit istud. ¶3 Et iurauit rursum Dauid:

& ille ait, Scit profecto pater tuus quia inueni gratiã in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Ionathas, ne forte tristetur. quinimõ viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantũ (vt ita dicã) gradu, ego mõrsq; diuidimur. ¶4 Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcunque dixerit mihi anima tua, faciam tibi. ¶5 Dixit autẽ Dauid ad Ionathã, Ecce calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regẽ ad vescendum: dimitte ergo me vt abscondar in agro vsque ad vesperam diei tertiæ. ¶6 Si `respiciens' requisierit me pater tuus, respõdebis ei, Rogauit me Dauid vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatẽ suam: quia victimæ solennes ibi sunt vniuersis cõtribulibus suis. ¶7 Si dixerit, Bene: pax erit seruo tuo. si autẽ fuerit iratus, scito quia cõpleta est malitia eius. ¶8 Fac ergo misericordiam in seruum tuũ: quia fœdus Domini me famulum tuũ tecum inire fecisti. Si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrẽ tuum ne introducas me. ¶9 Et ait Ionathas, Absit hoc`à me:' neque enim fieri potest vt si certe cognouero cõpletam esse patris mei malitiam contra te, nõ annuntiem tibi. ¶10 Respondit que Dauid ad Ionathan, Quis renũtiabit mihi, siquid forte responderit tibi pater tuus dure `de me?' ¶11 Et ait Ionathas ad Dauid, Veni, & egrediamur `foras' in agrũ. Quúmq; exissent ambo in agrũ, ¶12 Ait Ionathas ad Dauid, Domine Deus Israel, si inuestigauero sententiã patris mei cras hac hora, vel perẽdie: & aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & notũ tibi fecero, ¶13 Hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc`augeat. Si autẽ perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, & dimittam te, vt vadas in pace, & sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo. ¶14 Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini: si verò mortuus fuero, ¶15 Non auferes misericordiã tuam à domo mea vsque in sempiternũ, quãdo eradicauerit Dominus inimicos Dauid, vnumquenque de terra: auferat Ionathã de domo sua, & requirat Dominus de manu inimicorum Dauid. ¶16 Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requisiuit Dominus de manu inimicorũ Dauid. ¶17 Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo quòd diligeret illum: sicut enim animam suam, ita diligebat eum. ¶18 Dixitque ad eum Ionathas, Cras calendæ sunt, & requirẽris: requiretur enim sessio tua vsque perendie. descendes ergo festinus, & venies in locum vbi celandus es in die quando operari licet, & sedebis iuxta lapidem, cui nomen est Ezel. ¶20 Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciam quasi exercẽs me ad tignum. ¶21 Mittam quoque & puerũ, dicens ei, Vade, & affer mihi sagittas. ¶22 Si dixero puero, Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, viuit Dominus. Si autẽ sic locutus fuero puero, Ecce sagittæ vltra te sũt. vade in pace, quia dimisit te Dominus. ¶23 De verbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit Dominus inter me & te, vsque in sempiternum. ¶24 Absconditus est ergo Dauid in agro, & venerũt calendæ, & sedit rex ad comedẽdum panem. ¶25 Quúmque sedisset rex super cathedram suam (secundum consuetudinẽ:) quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuúsque apparuit locus Dauid. ¶26 Et non est locutus Saul quicquam in die illa: cogitabat enim quòd forte euenisset ei vt nõ esset mũdus, nec purificatus. ¶27 Quúm que illuxisset dies secunda post calẽdas, rursus apparuit vacuus locus Dauid: dixitq; Saul ad Ionathan filium suũ, Cur non venit filius Isai nec heri, nec hodie ad vescẽdum? ¶28 Respondit que Ionathas Sauli, Rogauit me obnixe vt iret in Beth-lehem, ¶29 Et ait, Dimitte me, quoniam sacrificium solẽne est in ciuitate `mea,' vnus de fratribus meis accersiuit me: nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadam cito, & videbo fratres meos. ob hanc causam nõ venit ad mẽsam regis. ¶30 Iratus autem Saul aduersum Ionathan, dixit ei, Fili mulieris virum vltrò rapientis, nunquid ignoro quia diligis filium Isai in confusionẽ tuam, & in cõfusionẽ ignominiosæ matris tuæ? ¶31 Omnibus enim diebus quibus filius Isai vixerit super terram, non stabilieris tu, neq; regnum tuum. itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad me: quia filius mortis est. ¶32 Respondẽs autẽ Ionathas Sauli patri suo, ait, Quare morietur? quid fecit? ¶33 Et arripuit Saul lanceã vt percuteret eum: & intellexit Ionathas quòd desinitũ esset à patre suo vt `interficeretur' Dauid. ¶34 Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die calendarum secũda panem. contristatus est enim super Dauid, eo quòd confudisset eũ pater suus. ¶35 Quúm que illuxisset mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitũ Dauid, & puer parulus cũ eo. ¶36 Et ait ad puerum suum, Vade, & affer mihi sagittas quas ego iacio. Quúmque puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trans puerum. ¶37 Venit itaque puer ad locum iaculi quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait, Ecce ibi est sagitta porrò vltra te. ¶38 Clamauitq; iterũ Ionathas post tergum pueri, dicens, Festina velocitẽ: ne steteris. collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad Dominum suum: ¶39 Et quid ageretur, penitus ignorabat: tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant. ¶40 Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei, Vade, & defer in ciuitatem. ¶41 Quúmque abiisset puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad Austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertiò: & osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter, Dauid autem amplius. ¶42 Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæ cunque iurauimus ambo in nomine Domini, dicẽtes, Dominus sit inter me & te, & inter semen tuum, & semẽ meum vsque in sempiternum. ¶43 Et surrexit Dauid, & ablit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

## CAP. XXI.

1 Dauid fugit ad Achi-mélech. 6 Comedit panes propositionis. 7 Doeg. 10 Dauid apud regem Achis insaniam simulat.

VEnit autẽ Dauid in Nobe ad Achi-mélech sacerdotem: & obstupuit Achi-mélech, eo quòd veniisset Dauid. & dixit ei, Quare tu solus, & nullus est tecum? ¶2 Et ait Dauid ad Achi-mélech sacerdotem, Rex præcepit mihi

sermonem, & dixit, Nemo scilat rem propter quam missus sit a me, & cuius modi præcepta tibi dederim: nam & pueris meis cõdixi in illum & illum locum. ¶2 Nunc ergo siquid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris. ¶3 Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi, Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum: si mundi sunt pueri, maxime a mulieribus. mã
B ducent. ¶4 Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei, Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta. porrõ via hæc, polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. ¶5 ‖ Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. neque enim erat ibi panis, nisi tantum panes propositionis, qui sublati fuerant a facie Domini, vt ponerentur panes calidi. ¶7 Erat autem ibi vir quidam de seruis Saul, in die illa, intus in tabernaculo Domini: & nomen eius Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul: hic pa-
C scebat mulas Saul. ¶8 Dixit autem Dauid ad Achi mẽlech, Si habes hic ad manũ hastam aut gladium? da mihi. quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum. sermo enim regis vrgebat. ¶9 Et dixit sacerdos, Ecce hic gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in Valle-terebinthi, est inuolutus pallio post ephod: si istum vis collere, tolle. neque enim hic est alius absque eo. & ait Dauid, Non est huic alter similis, da mihi eum. ¶10 Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa a facie Saul, & venit ad Achis regem Geth, ¶11 Dixerũntque serui Achis ad eum, quum vidissent Dauid, Nunquid non iste est Dauid rex Terræ? nõne huic cantabant per choros, dicentes,
D Percussit Saul mille, & Dauid decem milliat? ¶12 Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & eximuit valde a facie Achis regis Geth. ¶13 Et immutauit os suum coram Achis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portæ, defluebantque saliua eius in barbam. ¶14 Et ait Achis ad seruos suos, Vidistis hominẽ insanum: quare adduxistis eum ad me? ¶15 An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum, vt furere[t] me præsentet? ingrediatur domũ meam.

## CAP. XXII.

1 Dauid fugit ad regẽ Moab: 5 Itẽ in Hareth. 9 Doeg prodit Dauidem. 16 Achi-mẽlech cum reliquis sacerdotibus occiditur, & cur. 19 Nobe percutitur a Saule. 20 Abiathar fugit ad Dauidem.

A Bit ergo Dauid inde, & fugit in spelunca Odollam. quod quũ audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. ¶2 Et cõgregati sunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps: fuerũntque cũ eo quasi quadringenti viri. ¶3 Et profectus est Dauid inde in Maspha, quæ est Moab: & dixit ad regem Moab, Maneat oro pater meus & mater mea vobiscum, donec sciã quid faciat mihi Deus. ¶4 Et reliquit eos ante faciem regis Moab: mãserũntque apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in præsidio. ¶5 Dixitq; Gad propheta ad Dauid, Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in Terram Iuda & profectus est Dauid, & venit in Saltũ hareth. ¶6 Et audiuit Saul quòd apparuissẽt Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autem quum maneret in Gabaa, & esset in nemore quod est in Rama, hastam manu tenens, cunctique serui eius circumstarent eum, ¶7 Ait ad seruos suos qui assistebant ei. Audite menunc filii Iemini nun quid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones: ¶8 Quoniam coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi renuntiet, maxime quum & filius meus fœdus inierit cum filio Isai. Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi: eo quod susciterit filius meus seruum meum aduersum me, insidiantem mihi vsque hodie. ¶9 Respondens autem Doeg Idumæus qui assistebat & erat primus inter seruos Saul, Vidi, inquit, filium Isai in Nobe apud Achi-mẽlech filium Achitob 'sacerdotem.' ¶10 Qui consuluit pro eo Dominũ, & cibaria dedit ei: sed & gladiũ Goliath Philisthæi dedit illi. ¶11 Misit ergo rex ad accersendum Achi-mẽlech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius, sacerdotũ, qui erant in Nobe, qui vniuersi venerunt ad regẽ. ¶12 Et ait Saul 'ad Achi-mẽlech,' Audi fili Achitob. qui respondit, Præsto sum domine. ¶13 Dixitque ad eu Saul, Quare coniurastis aduersum me tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consuluisti pro eo 'Domino,' vt cõsurgeret aduersum me, insidiator vsque hodie permanẽs? ¶14 Respõdẽnsque Achi-mẽlech regi, ait, Et quis in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperiũ tuũ, & gloriosus in domo tua? ¶15 Nũ hodie cœpi pro eo cõsulere Dominũ? Absit hoc a me: ne suspicetur rex aduersus seruum suũ rem huiusce modi, in vniuersa domo patris mei. non enim scluit seruus tuus quicquam super hoc negotio, vel modicũ vel grande. ¶16 Dixitque rex, Morte morieris, Achi-mẽlech, tu, & omnis domus patris tui. ¶17 Et ait rex emissariis qui circunstabãt eũ, Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini: nã manus eorum cum Dauid est: scientes quòd fugisset, & non indicauerunt mihi. Noluerũt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes Domini. ¶18 Et ait rex ad Doeg, Conuertere tu, & irrue in sacerdotes 'Domini.' Oũersũsq; Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta quinque viros vestitos ephod lineo. ¶19 Nobe autem ciuitatem sacerdotũ percussit in ore gladii, viros & mulieres, & parunulos, & lactentes, boũmque & asinũ, & ouem in ore gladii. ¶20 Euasit autẽ vnus filius Achi-mẽlech filii Achitob, cuius nomẽ erat Abiathar, fugit ad Dauid, ¶21 Et annuntiauit ei q occidisset Saul sacerdotes Domini. ¶22 Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam 'enim' in die illa, quòd quum ibi esset Doeg Idumæus, proculdubio annũtiaret Sauli: ego sum reus omniũ animarũ patristui. ¶23 Mane mecũ, ne timeas: siquis quæsierit animam meam, quæret & animam tuã, mecũmque seruaberis.

CAP. XXIII.

1 Dauid liberat Ceilam à Philisthæis. 14 Moratur cum Ziphæis, à quibus proditur. 16 Percutit fœdus cũ Ionatha. 24 Persequitur Saul Dauidem.

A ET nunciauerũt Dauid, dicẽtes, Ecce Philisthiim oppugnãt Ceilam, & diripiunt areas. ¶2 Consuluit ergo Dauid Dominũ, dicẽs, Num vadam, & percutiã Philisthæos istos? Et ait Dominus ad Dauid, Vade, & percuties Philisthæos, & Ceilam saluabis. ¶3 Et dixerũt viri qui erant cum Dauid, ad eũ, Ecce nos hic in Iudæa confitentes timemus: quanto magis si iersmus in Ceilam aduersum agmina Philisthiim norum? ¶4 Rursum ergo Dauid consuluit Dominũ. qui respõdẽs, ait ei, Surge, & vade in Ceilã: ego enim tradã Philisthæos in manu tua. ¶5 Abiit ergo Dauid, & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philisthæos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilæ. ¶6 Porrò eo tẽpore quo fugiebat Abiathar filius Achimẽlech ad Dauid in Ceilam, ephod secum habens descẽderat. ¶7 Nuntiatum est autẽ Sauli quòd venisset Dauid in Ceilam, & ait Saul, B Tradidit eum Dominus in manus meas, conclusus est introgressus vrbem in qua portæ & seræ sunt. ¶8 Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnã descenderet in Ceilã, & obsideret Dauid & viros eius. ¶9 Quod quũ Dauid rescisset quia præpararet ei Saul clãm malum, dixit ad Abiathar sacerdotẽ, Applica ephod. ¶10 Et ait Dauid, Domine Deus Israel, audiuit famã seruus tuus quòd disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbẽ propter me. ¶11 Si tradẽt me viri Ceilæ in manus eius? & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait Dominus, Descendet. ¶12 Dixitque rursum Dauid, Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecum, in manus Saul? & dixit Dominus, Tradent. ¶13 Surrexit ergo Dauid, & viri ei⁹ quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti: nuntiatúmq; est Sauli quòd fugisset Dauid de Cella, & saluatus esset: quam ob rem dissimulauit exire. ¶14 Morabatur autem Dauid in deserto in locis firmissimis, mãsitque in monte solitudinis Ziph in monte opaco, quærebat eum tamen Saul cunctis diebus: & nõ tradidit eum Dominus in manus eius. ¶15 Et vidit Dauid quòd egressus esset Saul vt quæreret animam eius. porrò Dauid erat in Deserto-Ziph in sylua. ¶16 Et surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad Dauid in syluam, & cõfortauit manus eius in Deo. ¶17 Dixitq; ei, Ne timeas: neque enim inueniet te manus Saul patris mei, & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus: sed & Saul pater meus scit hoc. ¶18 Percussit ergo vterq; fœdus corã Domino: mansitque Dauid in sylua, Ionathas autem reuersus est in domum suam. ¶19 Ascẽderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicẽtes, Nõne ecce Dauid latitat apud nos in locis tutissimis syluæ, in Colle-Hachila, quæ est ad dexteram deserti? ¶20 Nunc ergo sicut desyderauit anima tua vt descendere, descende: nostrum autem erit vt tradamus eum in manus regis. ¶21 Dixitque Saul, Benedicti vos à Domino, quia doluistis vicem meam. ¶22 Abite ergo oro, & diligẽtius præparate, & curiosius agite, & considerate locum vbi sit pes eius velocior, vel quis viderit eum ibi, vbi dixistis. recogitat enim de me, quòd callidè inuidiet ei. ¶23 Consyderate, & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur: & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadam vobiscum. quòd si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cũctis millibus Iuda. ¶24 Atilli surgẽtes abierunt in Ziph ante Saul: Dauid autem & viri eius erant in Deserto-maon, in campestribus ad dexterã Iesimõ. ¶25 Iuit ergo Saul & socii eius ad quærendum eum: & nuntiatũ est Dauid, statimque descendit ad petram, & versabatur in Deserto-maon. Quod quũ audisset Saul, persecut⁹ est Dauid in Deserto-maõ. ¶26 Et ibat Saul hinc & viri eius ad latus mõtis ex parte vna, Dauid autem & viri eius erant in latere mõtis ex parte altera: porrò Dauid desperabat se posse euadere a facie Saul: itaque Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & viros eius, vt caperent eos. ¶27 Et nuntius venit ad Saul, dicens, Festina, & veni, quoniam infuderunt se Philisthiim super terram. ¶28 Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philisthinorum. propter hoc vocauerunt locum illum Petram-diuidentem.

CAP. XXIIII.

1 Dauid in spelunca latens, præscindit oram chlamydis Saulis. ¶7 Saul agnoscit Dei manum, suũ peccatum, & innocentiã Dauidis.

ACcẽdit ergo Dauid inde: & habitauit in locis tutissimis En-gaddi. ¶2 Quúmq; reuer sus esset Saul, postquã perfecutus est Philisthæos, nuntiauerũt ei, dicẽtes, Ecce, Dauid in deserto est En-gaddi. ¶3 Assumens ergo Saul tria millia electorũ virorũ ex omni Israel, perrexit ad inuestigandũ Dauid & viros eius, etiã super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. ¶4 Et venit ad caulas ouiũ, quæ se offerebãt vianti. & atque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte spelũcæ latebant. ¶5 Et dixerunt serui Dauid ad eũ, Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te, Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præscidit oram chlamydis Saul silenter. ¶6 Post hæc percussit cor suũ Dauid, eo quòd abscidisset orã chlamydis Saul. ¶7 Dixitq; ad viros suos, Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem domino meo christo Domini, vt mittam manum meam in eum, quia christus Domini est. Vixit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eũ, aut dies eius venerit vt moriatur, aut descendens in prælium perierit: propitius mihi sit Dominus vt non mittam manum meã in christum Domini. ¶8 Et confregit Dauid viros suos sermonibus istis, & non permisit eos vt confurgerent in Saul: porrò Saul exurgens de spelũca, pergebatcœpto itinere. ¶9 Surrexit autẽ Dauid post eum: & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens, Domine mi rex. & respexit Saul post se: & inclinans se Dauid pronus in terram, adorauit, ¶10 Dixitque ad Saul, Qua-

re audis verba hominum loquentium, Dauid quærit malum aduersum te? ¶11 Ecce hodie vi derunt oculi tui quòd tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: & cogitaui vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non extendam manum meam in dominum meũ, quia christus Domini est. ¶12 Quin potius pater mi, vide & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam quũ præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. animaduerte, & vide quoniam non est in manu mea malũ, neque iniquitas, neque peccaui in te: tu autem insidiaris animæ meæ vt auferas eam. ¶13 Iudicet Dominus inter me & te, vt vlciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te. ¶14 Sicut & in prouerbio antiquo dicitur. A B AMPLIUS egredietur impietas: manus ergo mea non sit in te. ¶15 Quem persequeris rex Israel? quem persequeris? canem mortuũ persequeris, & pulicem vnum. ¶16 Sit Dominus iudex, & iudicet inter me & te: & videat, & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua. ¶17 Quum autẽ compleſſet Dauid loquẽs sermones huiuſcemodi ad Saul, dixit Saul, Nũquid vox hæc tua eſt ſili mi Dauid? & leuauit Saul vocem ſuã, & fleuit. ¶18 Dixitque ad Dauid, Iuſtior tu es, quàm ego: tu enim tribuiſti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. ¶19 Et tu indicaſti mihi hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & nõ occideris me. ¶20 Quis enim quum inuenerit inimicum ſuum, dimittet eũ in via bona? Sed Dominus reddat tibi viciſſitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me. ¶21 Et nunc quia ſcio quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnum Iſrael: ¶22 Iura mihi in Domino ne deleas ſemen meum poſt me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. ¶23 Et iurauit Dauid Sauli. abiit ergo Saul in domum ſuam: & Dauid, & viri eius aſcenderunt ad tutiora loca.

## CAP. XXV.

1 Moritur Samuel. 2 Nabal impius victum Dauidi denegat. 18 Abigail it obuiam Dauidi cum cibariis. 36 Nabal occiditur à Deo. 39 Dauid ducit Abigail in vxorem.

Mortuus eſt autem Samuel, & cõgregatus eſt vniuerſus Iſrael, & planxerunt eum in Rãmatha. Oõſurgẽnſque Dauid, deſcendit in deſertum Pharan. ¶2 Erat autem vir quiſpiam in Solitudine-maon, & poſſeſſio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erãntque ei oues tria millia, & mille capræ: & accidit vt tõderetur grex eius in Carmelo. ¶3 Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius, Abigáil. eratque mulier illa prudẽtiſſima & ſpecioſa: porrò vir eius dur, & peſſimus, & malitioſus: erat autẽ de genere Caleb. ¶4 Quũ autem audiſſet Dauid in deſerto quòd tondẽret Nabal gregem ſuum. ¶5 Miſit decem iuuenes, & dixit eis. Aſcendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & ſalutabitis eum ex nomine meo pacifice. ¶6 Et ſic dicetis, Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcunque habes, ſit pax. Ex multis annis ſaluos faciẽs tuos, & omnia tua. ¶7 Audiui quòd tonderent paſtores tui greges tuos qui erãt nobiſcum in deſerto: nunquã eis moleſti fuimus, nec aliquando defuit quicquã eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiſcũ in Carmelo. ¶8 Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. nũc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus. quodcunque inuenerit manus tua, da ſeruis tuis, & filio tuo Dauid. ¶9 Quúmque veniſſent pueri Dauid, locuti ſunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid: & ſiluerunt. ¶10 Reſpondens autem Nabal pueris Dauid, ait, Quis eſt Dauid? & quis eſt filius Iſai? hodie increuerunt ſerui qui fugiunt dominos ſuos. ¶11 Tollamergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris quos neſcio vnde ſint? ¶12 Regreſſi ſunt itaque pueri Dauid per viam ſuã, & reuerti verunt, & annuntiauerũt ei omnia verba quæ dixerat Nabal. ¶13 Tunc ait Dauid pueris ſuis, accingatur vnuſquiſq; gladio ſuo. & accincti ſunt ſinguli gladiis ſuis, accinctúſq; eſt & Dauid enſe ſuo: & ſecuti ſunt Dauid quaſi quadringenti viri: porrò ducenti remãſerunt ad ſarcinas. ¶14 Abigáil autem vxori Nabal nunciauit vnus de pueris ſuis, dicens, Ecce Dauid miſit nuncios de deſerto, vt benedicerent domino noſtro, & auerſatus eſt eos. ¶15 Homines iſti, boni ſatis fuerunt nobis, & non moleſti: nec quicquam aliquando perijt omni tempore quo fuimus cõuerſati cum eis in deſerto. ¶16 Pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. ¶17 Quã ob rem conſydera, & recognita quid facias: quoniam cõpleta eſt malitia aduerſum virum tuum, & aduerſum domum tuã, & ipſe eſt filius belial, ita vt nemo poſſit ei loqui. ¶18 Feſtinauit igitur Abigáil, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque ſata polentæ, & centum ligaturas vuæ paſſæ, & ducẽtas maſſas caricarum, & poſuit ſuper aſinos, ¶19 Dixitque pueris ſuis. Præcedite me, & ecce, ego poſt tergum ſequar vos. viro autem ſuo Nabal nõ indicauit. ¶20 Quum ergo aſcendiſſet aſinum, & deſcenderet ad radicem montis, Dauid & viri eius deſcendebant in occurſum eius: quibus & illa occurrit. ¶21 Et ait Dauid, Verè fruſtra ſeruaui omnia quæ huius erant in deſerto, & non periit quicquã de cunctis quæ ad eũ pertinebant: & reddidit mihi malum pro bono. ¶22 Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, ſi reliquero de omnibus quæ ad ipſũ pertinent vſque mane, mingentem ad parietem. ¶23 Quũ autẽ vidiſſet Abigáil Dauid, feſtinauit, & deſcendit de aſino, & prõcidit coram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit ſuper terrã. ¶24 Et cecidit ad pedes eius, & dixit. In me ſit domine mi hæc iniqtas: loquatur obſecro ancilla tua in auribus tuis, & audi verba famulæ tuæ. ¶25 Ne ponat oro dominus meus rex cor ſuum ſuper virum iſtum iuiquum Nabal: quoniam ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo: ego autem ancilla tua nõ vidi pueros tuos domine mi, quos miſiſti. ¶26 Nunc ergo domine mi viuit Dominus, & viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in ſanguinem, & ſaluauit manum tuam tibi:

egreditur

dimittit

1.8.2.3. & 46.d.23.

ergo

& nunc fiant ſicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malum. ¶17 Quapropter ſuſcipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui ſequuntur te domino meum. ¶18 Auferiniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini domine mi tu præliaris: malitia ergo nõ inuenietur in te omnibus diebus vitæ tuæ. ¶19 Si enim ſurrexit aliquando homo perſequens te, vel quærens animã tuam, erit anima domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium, apud Dominum Deũ tuum: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu & circulo fũdæ. ¶20 Quũ ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia hæc quæ locutus eſt bona de te, & conſtituerit te ducem ſuper Iſrael, ¶21 Non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulum cordis domino meo, quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te vltus fueris: & quum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ, & tu bene facies ei. ¶22 Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui miſit hodie te in occurſum meum. ¶23 Et benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie ne irem ad ſanguinẽ, & vlciſcerer me manu mea. ¶24 Alioquin viuit Dominus Deus Iſrael qui prohibuit me ne malum facerem tibi: niſi cito veniſſes in occurſum mihi, non remaniſſet Nabal vſque ad lucem matutinam, mingens ad parietem. ¶25 Suſcepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitque ei, Vade pacifice in domum tuam, ecce, audiui vocem tuam, & honoraui faciem tuam. ¶26 Venit autem Abigail ad Nabal, & ecce erat ei conuiuium in domo eius quaſi cõuiuium regis, & cor Nabal iucundum: erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbum puſillum aut grande vſque mane. ¶27 Diluculo autem quum digeſſiſſet vinum Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc, & emortuum eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. ¶28 Quúmq; pertranſiſſent decem dies, percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt. ¶29 Quod quũ audiſſet Dauid mortuum Nabal, ait, Benedictus Dominus qui iudicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal, & ſeruum ſuum cuſtodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput eius. miſit ergo Dauid, & locutus eſt ad Abigail, vt ſumeret eam ſibi in vxorem. ¶30 Et venerunt pueri Dauid ad Abigail in Carmelum, & locuti ſunt ad eam, dicẽtes, Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi in vxorem. ¶31 Quæ conſurgens adorauit prona in terram, & ait, Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorũ domini mei. ¶32 Et feſtinauit, & ſurrexit Abigail, & aſcẽdit ſuper aſinum, & quinque puellæ ierunt cum ea, pediſequæ eius, & ſecuta eſt nũtios Dauid: & facta eſt illi vxor. ¶33 Sed & Achi-nõam accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraque vxor eius. ¶34 Saul autẽ dedit Michol filiam ſuam vxorẽ Dauid, alio viro Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

CAP. XXVI.

1 Ziphæi produnt Dauidem Sauli. 7 Dauid ingreditur Sauli cubiculum. 12 Abigit hoſtia & ſcyphum. 21 Agnoſcit Saul peccatum, & miſericordiam à Dauide ſibi factam.

ET venerũt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicẽtes, Ecce, Dauid abſconditus eſt in Collehachila, quæ eſt ex aduerſo ſolitudinis. ¶2 Et ſurrexit Saul, & deſcendit in Deſertũ Ziph, & cum eo tria millia virorũ de electis Iſrael, vt quæreret Dauid in Deſerto Ziph. ¶3 Et caſtra metatus eſt Saul in Gabaa hachila, quæ erat ex aduerſo ſolitudinis in via. Dauid autẽ habitabat in deſerto. vidẽs autem quòd veniſſet Saul poſt ſe in deſertum, ¶4 Miſit exploratores, & didicit quòd illuc veniſſet certiſſime. ¶5 Et ſurrexit Dauid clã, & venit ad locũ vbi erat Saul: quúmque vidiſſet locum in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ eius. & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitũ eius. ¶6 Ait Dauid ad Achi-mẽlech Hetthæũ, & Abiſai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicẽs, Quis deſcendet mecũ ad Saul in caſtra? Dixitque Abiſai, Ego deſcendã tecũ. ¶7 Venerunt ergo Dauid & Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentẽ & dormientẽ in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populũ dormientes in circuitu eius. ¶8 Dixitque Abiſai ad Dauid, Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra, ſemel, & ſecundo opus non erit. ¶9 Et dixit Dauid ad Abiſai, Ne interficias eũ: quis enim extẽdet manum ſuam in chriſtum Domini, & innocẽs erit? ¶10 Et dixit Dauid, Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in prælium deſcendens perieri, ¶11 Propitius ſit mihi Dominus ne extẽdam manum meam in chriſtum Domini. nũc igitur tolle haſtã quæ eſt ad caput eius, & ſcyphũ aquæ, & abeamus. ¶12 Tulit igitur Dauid haſtam, & ſcyphum aquæ, qui erat ad caput eius, & abierunt: & nõ erat quiſquã qui videret, & intelligeret, & euigilaret, ſed omnes dormiebant, quia ſopor Domini irruerat ſuper eos. ¶13 Quúmque tranſiſſet Dauid ex aduerſo, & ſtetiſſet in vertice mõtis delonge, & eſſet grande interuallum inter eos, ¶14 Clamauit Dauid ad populũ, & ad Abner filiũ Ner, dicens, Nõne reſpondebis Abner? & reſpõdens Abner, ait, Quis es tu qui clamas, & inquietas regem? ¶15 Et ait Dauid ad Abner, Nunquid non vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo non cuſtodiſti dominũ tuum regem? ingreſſus eſt enim vnus de turba vt interficeret regem dominũ tuum. ¶16 Nõ eſt bonum hoc quod feciſti; viuit Dominus quoniam filii mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum chriſtũ Domini. nunc ergo vide vbi ſit haſta regis, & vbi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput eius. ¶17 Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit, Nũquid vox hæc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea domine mi rex. ¶18 Et ait, Quam ob cauſam dominus meus perſequitur ſeruũ ſuum? quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? ¶19 Nunc ergo audi oro domine mi rex verba ſerui tui. Si Dominus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium. ſi autem filii hominum: maledicti ſunt in conſpectu Domini, qui! eiecerunt me hodie, vt non habitem in

1 Agnoſcit Saul peccatum, & miſericordiam à Dauide ſibi factam. A
qui
Saul, B
C
quia

D hæreditate Domini, dicentes, Vade, serui diis alienis. ¶10 Et nunc nō effundatur sanguis meus in terra corā Domino: quia egressus est rex Israel vt quærat pulicem vnū, sicut persequitur perdix in montibus. ¶11 Et ait Saul, Beccasui, reuertere fili mi Dauid: nequaquā enim vltrā tibi malefaciam, eo quòd pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quòd stulte egerim, & ignorauerim multa nimis. ¶12 Et respondens Dauid, ait, Ecce hasta regis: trāseat vnus de pueris regis, & tollat eā. ¶13 Dominus autē retribuet vnicuique secundum iustitiam suam & fidem: tradidit enim te Dominus hodie in manum meā, & noluit extendere manum meam in christum Domini. ¶14 Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni āngustia. ¶15 Ait ergo Saul ad Dauid, Benedictus tu fili mi Dauid: & quidē faciens facies, & potens poteris. Abiit autem Dauid in viam suā, & Saul reuersus est in locum suū. CAP. XXVII.

1 Dauid angustiatus fugit ad Achis. 5 Datur ei Siceleg. 8 Occidit Philisthæos.

A ET ait Dauid in corde suo, Aliquando inciderm vna die in manus Saul: nōnne melius est vt fugiam. & saluer in Terra-Philisthinorum, vt desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? fugiam ergo manus eius. ¶2 Et surrexit Dauid, & abiit ipse, & sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch regē Geth. ¶3 Et habitauit Dauid cū Achis in Geth, ipse & viri eius, *& dom' eius, *& duæ vxores eius, Achi-nōam Iezrahelitis, & Abigāil vxor B Nabal Carmeli. ¶4 Et nuntiatū est Sauli quòd fugisset Dauid in Geth, & non addidit vltrā quærere eū. ¶5 Dixit autē Dauid ad Achis, Si inueni gratiā in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbiū regionis huius, vt habité ibi: cur enim manet seruus tuus in ciuitate regis tecū? ¶6 Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: propter quam causam facta est Siceleg regum Iuda, vsque in diem hanc. ¶7 Fuit autē numerus dierum quibus habitauit Dauid in regione C Philisthinorū, quatuor mensū. ¶8 Et ascēdit Dauid, & viri eius, & agebāt prædas de Gessuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus, cūtibus Sur vsque ad Terram Ægypti. ¶9 Et percutiebat Dauid omnem terram illorum, nec relinquebat viuentem virum & mulierem: tollēnsque oues, & boues, & asinos, & camelos, & vestes, reuertebatur, & veniebat ad Achis. ¶10 Dicebat autem ei Achis, In quē irruisti hodie? Respondebat Dauid, Contra Meridiem Iudæ, & contra Meridiem Ierameel, & contra Meridiē Ceni. ¶11 Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicēs, Ne fortè loquātur aduersum nos. Hæc fecit Dauid. & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philisthinorū. ¶12 Credidit ergo Achis Dauid, dicens, Multa mala operatus est cōtra populum suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus. CAP. XXVIII.

1 Dauid custos regis Achis. 3 Saul ablatis magis & ariolis, nihilominus pythonissam adit, quæ suscitat ei Samuelem. 18 Relicitur à Deo, vnde desperat.

FACTŪ est autē in diebus illis cōgregauerūt Philisthiim agmina sua, vt præparārentur ad bellū cōtra Israel: dixitq; Achis ad Dauid, Sciens nūc scito quoniā mecum egredieris in castris tu & viri tui. ¶2 Dixitque Dauid ad Achis, Nunc scies quæ facturus est seruus tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego custōdē capitis mei ponā te cūctis diebus. ¶3 ‖Samuel autem mortuus est, planxitque eū omnis Israel, & sepelierunt eū in Ramatha vrbe sua. Et Saul abstulit magos & hariolos de Terra: & interfecit eos, qui pythones habebāt in vētre. ¶4 Congregatique sunt Philisthiim, & venerunt, & castrametati sunt in Sunam: congregauit autē & Saul vniuersū Israel, & venit in Gelbōe. ¶5 Et vidit Saul castra Philisthiim, & timuit, & expauit cor eius nimis. ¶6 Cōsuluitq; Dominū, & non respondit ei neque per somnia, neque per sacerdotes, neq; per prophetas. ¶7 Dixitque Saul seruis suis. Quærite mihi mulierē habentem pythonem, & vadam ad eam, & scisciabor per illam. Et dixerūt serui eius ad eum, Est mulier ‖pythonē habens, in En-dor. ¶8 Mutauit ergo habitum suum, vestitūsque est aliis vestimētis, & abiit ipse, & duo viri cum eo: venerūntque ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & suscita mihi quem dixero tibi. ¶9 Et ait mulier ad eum, Ecce tu nosti quāta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos, & hariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, vt occidar? ¶10 Et iurauit ei Saul in Domino, dicens, Viuit Dominus quia non eueniet tibi quicquam mali propter hāc rem. ¶11 Dixitque ei mulier, Quē suscitabo tibi? qui ait, Samuelem mihi suscita. ¶12 Quum autē vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul. ¶13 Dixitq; ei rex, Noli timere: quid vidisti? & ait mulier ad Saul, Deos vidi ascendētes de terra. ¶14 Dixitque ei, Qualis est forma eius? quæ ait, Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. & intellexit Saul quòd Samuel esset, & inclinauit se super faciem suā in terra, & adorauit. ¶15 ‖Dixit autem Samuel ad Saul, Quare inquietasti me vt suscitarer? & ait Saul, Coarctor nimis: siquidē Philisthiim pugnant aduersum me, & Deus recessit à me, & exaudire me noluit neque in manu prophetarum, neque per somnia: vocaui ergo te, vt ostenderes mihi quid faciam. ¶16 Et ait Samuel, Quid interrogas me, quum Dominus recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum? ¶17 Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: ¶18 Quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris eius in Amalec. idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. ¶19 Et dabit Dominus etiā Israel tecum in manus Philisthiim: eras autē tu & filii tui mecum eritis: sed & castra Israel tradet Dominus in manus Philisthiim. ¶20 Statimque Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia nō comederat panem tota die illa. ¶21 Ingressa est itaq; mulier illa ad Saul, (cōturbatus enim erat valde) dixitque ad eū, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meam in manu mea: & audiui sermo-

[D] retribuat

[A] ¶ &

[B] vir
[B] Dauid

nes tuos quos locutus es ad me. ¶11 Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponã coram te buccellam panis, vt comedens conuale scas, & possis iter agere. ¶12 Qui renuit, & ait, Non comedam. coegerũt autem eum serui sui & mulier, & tandem audita voce eorum surre xit de terra, & sedit super lectum. ¶14 Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum: tollênsque farinam, miscuit eam, & coxit azyma: ¶15 Et posuit ante Saul, & ante seruos eius: qui quũ comedissent, surrexerũt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

CAP. XXIX.

1 Dauid cõtra Saulem pugnaturus, remittitur à Philisthæis. 6 Laudatur ab Achis.

COngregata sunt ergo Philisthiim vniuersa agmina in Aphec: sed & Israel castrametatus est super fontẽ qui erat in Iezrahel. ¶2 Et satrapæ quidem Philisthiim incedebant in centuriis & millibus: Dauid autem & viri eius erãt in nouissimo agmine cũ Achis. ¶3 Dixerũntque principes Philisthiim ad Achis, Quid tibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthiim, Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit seru' Saul regis Israel, & est apud me multis diebus vel annis: & nõ inueni in eo quicquam malĩ ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc. ¶4 Irati sunt autẽ aduersus eum principes Philisthiim, & dixerunt ei, Reuertatur vir, & sedeat in loco suo, in quo constituisti eum & non descendat nobiscũ in prælium, ne fiat nobis aduersarius, quũ præliari cœperimus: quomodo enim aliter' poterit placare dominum suũ, nisi in capitibus nostris? ¶5 Nõne iste est Dauid cui cantabãt in choris, dicẽtes, Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in decem millibus suis? ¶6 vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecũ est in castris: & non inueni in te quicquam malĩ ex die qua venisti ad me, vsque in diem hanc: sed satrapis non places. ¶7 Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philisthiim. ¶8 Dixitque Dauid ad Achis, Quid enim feci, & quid inuenisti in me seruo tuo à die qua fui in conspectu tuo vsque in diem hanc, vt non veniam, & pugnem contra inimicos domini mei regis? ¶9 Respondens autẽ Achis, locutus est ad Dauid, Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut Angel' Dei: sed principes Philisthiinorum dixerunt, Non 'ascendet' nobiscum in prælium. ¶10 Igitur consurge mane, tu & serui domini tui, qui venerunt tecum: & quum de nocte surrexeritis, & cœperit diluescere, pergite. ¶11 Surrexit itaque de nocte Dauid ipse & viri eius, vt proficiscerentur mane, & reuerterentur ad Terram Philisthiim: Philisthiim autem ascẽderunt in Iezrahel.

CAP. XXX.

1 Siceleg vrbe succensa, persequitur Dauid succensores, quos occidit, & prædam reducit.

QVãmque venisset Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetum fecerãt ex parte Australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderant eam igni. ¶2 Et captiuas duxerãt mulieres ex ea, à minimo vsque ad magnum: & non interfecerant quenquam, sed secum duxerant, & pergebant itinere suo. ¶3 Quum ergo venisset Dauid & viri eius ad ciuitatẽ, & inuenissent eam succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, ¶4 Leuauerũt Dauid & populus qui erat cum eo, voces suas, & planxerunt donec deficerent in eis lachrymæ. ¶5 Siquidẽ & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant, Achinoam Izrahelitis, & Abigaïl vxor Nabal Carmeli. ¶6 Et contristatus est Dauid valde: volebat enim eũ populꝰ lapidare, quia amara erat anima vnius cuiusque viri super filiis suis, & filiabus. confortatus est autem Dauid in Domino Deo suo. ¶7 Et ait ad Abiathar sacerdotem filiũ Achimelech, Applica ad me ephod. & applicauit Abiathar ephod ad Dauid. ¶8 Et consuluit Dauid Dominum, dicẽs, Persequar latrunculos hos, & comprehẽdam eos, an non? Dixitque ei Dominus, Persequere: absque dubio enim comprehendes eos, & excuties prædam. ¶9 Abiit ergo Dauid ipse & sexcenti viri qui erant cum eo, & venerũt vsque ad Torrentem befor: & lassi quidam substiterũt. ¶10 Persecutus est autem Dauid ipse & quadringenti viri cũ eo: substiterant enim ducenti, qui lassi transire non poterant Torrentem befor. ¶11 Et inuenerunt virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad Dauid: dederũntque ei panẽ vt comederet, & biberet aquam, ¶12 Sed & fragmen massæ caricarum, & duas ligaturas vuæ passæ. Qui quum comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: nõ enim comederat panem, neque biberat aquam tribus diebus & tribus noctibus. ¶13 Dixit itaque ei Dauid, Cuius es tu? vel vnde? & quo pergis? Qui ait, Puer Ægyptius ego sum seruus viri Amalecitæ: dereliquit autẽ me dominus meus, quia ægrotare cœpi pridiusheri. ¶14 Siquidem nos erupimus ad Austrialem plagam Cerethi, & contra Iudam, & ad Meridiẽ Caleb, & Siceleg succendimus igni. ¶15 Dixitque ei Dauid, Notes me ducere ad cuneum istum? Qui ait, Iura mihi per Deum, quòd nõ occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. Et iurauit ei Dauid. ¶16 Qui quum duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ comedentes & bibentes, & quasi festum celebrantes diem, pro cuncta præda & spoliis quæ ceperant de Terra Philisthiim, & de Terra Iuda. ¶17 Et percussit eos Dauid à vespere vsque ad vesperam alterius diei, & non euasit ex eis quisquam, nisi tantum quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant. ¶18 Ereuit ergo Dauid omnia quæ tulerant Amalecitæ, & duas vxores suas eruit. ¶19 Nec defuit 'quisquam' à paruo vsque ad magnũ, tam de filiis quàm de filiabus, & de spoliis: & quæcunque rapuerant, omnia reduxit Dauid. ¶20 Et tulit vniuersos greges & armenta, & minauit ante faciem suam: dixerúntque, Hæc est præda Dauid. ¶21 Venit autem Dauid ad ducentos viros, qui lassi substiterant, nec sequi potuerant Dauid, & reddere eos iusserat in Torrente befor: qui egressi sunt obuiam Dauid, & populo qui erat cũ eo. Accedens autem Dauid ad populũ, salutauit eos pacifice. ¶22 Respõdẽnsq; omnis vir pessimus,

'quicquam

& iniquus de viris qui erãt cum Dauid, dixit. Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quicquam de præda quam eruimus: sed suũ faciat vnusquisq; vxor sua & filii, quos quum acceperint, recedant. ¶13 Dixit autẽ Dauid. Nõ sic facietis fratres mei de his quæ tradidit nobis Dominus, & custodiuit nos, & dedit latrũculos qui eruperant aduersum nos in manus nostras. ¶14 Nec audiet vos quisquam super sermone hoc. æqua enim pars erit descẽdẽtis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident. ¶15 Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutũ & præfinitũ, & quasi lex in Israel vsque in diem hanc. ¶16 Venit ergo Dauid in Siceleg, & mittit dona de præda ꝛenioribus Iuda proximis suis, dicẽs. Accipite benedictionem de præda hostium Domini: ¶17 His qui erant in Beth-el, & qui in Ramoth ad Meridiẽ, & qui in Gether, ¶18 Et qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo. ¶19 Et qui in Rachal, & qui in vrbibus Iarameel, & qui in vrbibus Ceni, ¶20 Et qui in *Rama,' & qui in lacu Asan, & qui in Athac, ¶21 Et qui in Hebron: & reliquis qui erant in his locis in quibus commoratus fuerat Dauid & viri eius.

*Harama

CAP. XXXI.

1 Israelitæ cum Saule & filiis à Philisthæis occiduntur. 11 Habitatores Iabes-galaad Saulẽ comburunt, & eius ossa sepeliunt.

A PHilisthiim autem pugnabant aduersum Israel: & fugerunt viri Israel ante faciem Philisthiim, & ceciderunt interfecti in monte Gelbõe. ¶2 Irruerũtque Philisthiim in Saul & in filios eius: & percusserunt Ionathan & Abinadab, & Melchisua filios Saul. ¶3 Totũm que pondus prælii versum est in Saul: & cõsecuti sunt eum viri sagittarii, & vulneratus est vehemẽter à sagittariis. ¶4 Dixitque Saul ad armigerum suum, Educ gladiũ tuũ, & percute me: ne forte veniant incircũcisi isti, & interficiant me illudentes mihi. Et noluit armiger eius: fuerat enim nimio terrore perterritus. arripuit itaque Saul gladium suum, & irruit super eum. ¶5 Quod quum vidisset armiger eius, videlicet quòd mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suũ, & mortuus est cum eo. ¶6 Mortuus est ergo Saul, & tres filii eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter. ¶7 Videntes autem *filii' Israel qui erant trans vallem & trans Iordanẽ, quòd fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul, & tres filii eius, reliquerũt ciuitates suas, & fugerũt: venerũntque Philisthiim, & habitauerunt ibi. ¶8 Facta autẽ die altera, venerunt Philisthiim vt expoliarẽt interfectos. & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in mõte Gelbõe. ¶9 Et præciderũt ea put Saul, & expoliauerũt eum armis: & miserunt in Terram Philisthinorum per circuitũ, vt annũtiarẽtur in templo idolorũ*, & in populis. ¶10 Et posuerunt arma eius in tẽplo Astharoth, corpus verò eius suspenderũt in muro Beth-san. ¶11 ‖Quod quũ audissent habitatores Iabes-galaad, quæcunque fecerãt Philisthiim Saul, ¶12 Surrexerũt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerũt ea dauer Saul, & cadauera filiorum eius de muro Beth-sã: venerũntq; *viri' Iabes-galaad, & cõbusserunt ea *igni:' ¶13 Et tulerunt ossa' eorum, *ibi & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

*viri

*fuorum

1.Par.10.a.1.

2.Reg.2.a.4.

# Secũdus Liber Samuelis, quem nos secundũ Regum dicimus.

CAP. I.

1 Annuntiatur Dauidi mors Saulis & Ionathæ. 11 Fletus & ieiunium ob eorum mortem. 14 Dauid occidi iubet eum qui se Saulem occidisse mentiebatur.

FACTVM est autem postquã mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies. ¶2 In die autẽ tertia apparuit homo veniens de castris Saul vestẽ conscissa, & puluere cõspersus caput. & vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suã, & adorauit. ¶3 Dixitque ad eũ Dauid. Vnde venisti? qui ait ad eum, De castris Israel fugi. ¶4 Et dixit ad eũ Dauid, Quod est verbum quod factũ est? indica mihi. qui ait, Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt: sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. ¶5 Dixitque Dauid ad adolescentem qui nuntiabat ei, Vnde scis quia mortuus est Saul & Ionathas filius eius? ¶6 Et ait adolescẽs qui nũtiabat ei, Casu veni in monte Gelbõe, & Saul incũbebat super hastã suã: porrò currus & equites appropinquabãt ei. ¶7 Et conuersus post tergum suum, vidẽnsque me, vocauit. cui quum respõdissẽ, Adsũm: ¶8 Dixit mihi, Quisnam es tu? & aio ad eum, Amalecites ego sum. ¶9 Et locutus est mihi, Sta super me, & interfice me: quoniã tenẽt me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est. ¶10 Stãs que super eum, occidi illũ: sciebã enim quòd viuere non poterat post ruinã: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillã de brachio illius, & attuli ad te dominũ meum huc. ¶11 Apprehendens autẽ Dauid vestimẽta sua, scidit, omnẽsque viri qui erant cum eo. ¶12 Et planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsq; ad vesperam super Saul, & super Ionathan filium eius, & super populũ Domini, & super domum Israel, eo quòd corruissent gladio. ¶13 Dixitque Dauid ad iuuenem qui nuntiauerat ei, vnde es tu? qui respondit, Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego sum. ¶14 Et ait ad eum Dauid, ‖ Quare non timuisti mittere manum tuã vt occideres christum Domini? ¶15 Vocansque Dauid vnũ de pueris suis, ait, Accedens irrue in eũ, qui percussit illũ, & mortuus est. ¶16 Et ait ad eum Dauid, Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutum est aduersum te, dicens, Ego interfeci christũ Domini. ¶17 Planxit autem Dauid planctum hunc super Saul, & super Ionathan filium eius: ¶18 Et præcepit vt docerent filios Iuda planctum, sicut scriptum est in Libro iustorum. Et ait, Cõsyderasti Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati,

¶19 Inclyti Israel, super mortuos tuos interfecti sunt: quomodo ceciderunt fortes? ¶20 Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis: ne forte lætentur filiæ Philisthiim, ne exultēt filiæ incircumcisorū. ¶21 Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neque sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo. ¶22 A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ nũ quã rediit retrorsũ, & gladius Saul nõ est reuersus inanis. ¶23 Saul & Ionathas amabiles, & decori in vita sua, in morte quoque nõ sunt diuisi: aquilis velociores, leonibus fortiores. ¶24 Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamẽta aurea cultui vestro. ¶25 Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Ionatha in excelsis tuis occisus est? ¶26 Doleo super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierũ. Sicut mater vnicũ amat filium suum, ita ego te diligebã. ¶27 Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?

CAP. II.

1 Dauid in Hebron vngitur in regẽ super Iudam. 8 Is-boseth cõstituitur rex super Israelẽ. 17 Abner fugatur. 21 Asael persequens Abner, occiditur. 24 Ioab & Abisai persequũtur Abner.

IGitur post hæc cõsulit Dauid Dominũ, dicẽs. Nũ ascendam in vnã de ciuitatibus Iudæ? & ait Dominus ad eũ, Ascẽde. Dixitq; Dauid, Quò ascendã? & respondit ei, in Hebron. ¶2 Ascendit ergo Dauid, & duæ vxores eius, Achi-nòam Iezrahelitis, & Abigaïl vxor Nabal Carmeli: ¶3 sed & viros qui erant cum eo duxit Dauid singulos cum domo sua: & manserunt in oppidis Hebrõ. ¶4 Venerũtque viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domũ Iuda. Et nuntiatũ est Dauid quòd viri Iabes-Galaad sepeliissent Saul. ¶5 Misit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes-Galaad, dixitq; ad eos, Benedicti vos à Domino, qui fecistis misericordiã hanc cum domino vestro Saul, & sepelistis eum. ¶6 Et nũc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam & veritatẽ: & ego reddam gratiam, eo quòd fecistis verbum istud. ¶7 Cõfortentur manus vestræ, & estote filii fortitudinis: licet enim mortuus sit dominus vester Saul, tamen me vnxit domus Iuda in regem sibi. ¶8 Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Is-bõseth filium Saul, & circumduxit eum per Castra. ¶9 Regẽque cõstituit super Galaad, & super Gessuri, & super Iezrahel, & super Ephraim, & super Beniamin, & super Israel vniuersum. ¶10 Quadraginta annorum erat Is-bõseth filius Saul quum regnare cœpisset super Israel, & duobus annis regnauit: sola autem domus Iuda sequebatur Dauid. ¶11 Et fuit numerus dierum quos commoratus est Dauid, imperãs in Hebron super domum Iuda, septem annorum, & sex mensium. ¶12 Egressúsque est Abner filius Ner, & pueri Is-bõseth filii Saul de Castris in Gabaon. ¶13 Porrò Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egressi sunt, & occurrerũt eis iuxta piscinã Gabaon. & quũ in vnum cõ uenissent, ezregione sederunt: hi in vna parte piscinæ, & illi ex altera. ¶14 Dixitque Abner ad Ioab, Surgant pueri, & ludãt coram nobis. Et respondit Ioab, Surgãt. ¶15 Surrexerunt ergo, & transierunt numero duodecim de Bẽiamin, ex parte Is-bõseth filii Saul, & duodecim de pueris Dauid. ¶16 Apprehensõque vnusquisque capite cõparis sui, dexit gladiũ in latus cõtrarii, & ceciderunt simul: vocatúmque est nomẽ loci illius, Ager robustorũ, in Gabaõ. ¶17 Et ortũ est bellũ durũ satis in die illa: fugatúsque est Abner, & viri Israel à pueris Dauid. ¶18 Erãt autẽ ibi tres filii Saruiæ, Ioab, & Abisai, & Asael: porrò Asael cursor velocissimus fuit, quasi vnus de capreis quæ morãtur in syluis. ¶19 Persequebatur autẽ Asael Abner, & non declinauit ad dexterã neque ad sinistrã omittẽs persequi Abner. ¶20 Respexit itaq; Abner post tergũ suũ, & ait, Tũne es Asael? qui respõdit, Ego sũ. ¶21 Dixitque ei Abner, Vade ad dexterã, siue ad sinistram, & apprehẽde vnũ de adolescẽtib', & tolle tibi spolia eius. noluit autẽ Asael omittere quin vrgeret eũ. ¶22 Rursũmque locutus est Abner ad Asael. Recede, & noli me sequi, ne fortè cõpellat cõtodere te in terrã, & leuare nõ potero faciem meã ad Ioab fratrem tuum. ¶23 Qui audire contempsit, & noluit declinare: percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine, & transfodit, & mortuus est in eodem loco: omnẽsque qui trãsibant per locum illum in quo ceciderat Asael, & mortuus erat, substitebant. ¶24 Persequentibus autem Ioab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit: & venerunt vsque ad Collem-aquæductus, qui est ex aduerso vallis, & iuxta desertũ in Gabaõ. ¶25 Cõgregatique sunt filii Beniamin ad Abner: & conglobati in vnum cuneum, steterunt in summitate tumuli vnius. ¶26 Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait, Num vsque ad internecionem tuus mucro deuorabit? an ignoras quòd periculosa sit desperatio? usquequo non dicis populo vt omittat persequi fratres suos? ¶27 Et ait Ioab, viuit Dominus, si locutus fuisses, mane recessissẽt populus persequens fratrem suum. ¶28 Insonuit ergo Ioab buccina, & stetit omnis exercitus, nec persecuti sũt vltrà Israel, neque inierẽt certamẽ. ¶29 Abner autẽ & viri eius abierũt per cãpestria Moab, tota nocte illa: & trauserunt Iordanem, & lustrata omni Beth-horon, venerunt ad Castra. ¶30 Porrò Ioab reuersus, omisso Abner, congregauit omnem populũ: & defuerunt de pueris Dauid decẽ & nouem viri, excepto Asaele. ¶31 Serui autem Dauid percusserũt de Beniamin, & de viris qui erant cum Abner trecentos sexaginta, qui & mortui sunt. ¶32 Tulerũntque Asael, & sepelierunt eũ in sepulchro patris sui in Beth-lehem: & ambulauerũt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

CAP. III.

1 Filii Dauidis. 11 Abner transfugit ad Dauidem. 17 Hortatur Israelitas vt Dauidem sua sciplant. 23 Ioab occidit Abner, quem plangit Dauid, maledicens ipsũ Ioab.

FActa est ergo longa concertatio inter domum Dauid, & inter domum Saulis: Dauid proficiens & semper seipso robustior, do-

D

vna

E

F

G

Deus

viros

A

1.Par.3.2.1. mus autem Saul decrescés quotidie. ¶2 Natique sunt filii Dauid in Hebrō: fuitque primogenitus eius Amnon de Achi-nōam Iezraheli tide. ¶3 Et post eum Chileab de Abigáil vxore Nabal Carmeli: porrō tertius Absalom filī Maacha filiæ Tholmai regis Gessur. ¶4 Quartus autem Adonias filius Haggith: & quintus Saphatia filius Abital. ¶5 Sextus quoque Iethraam de Egla vxore Dauid. hi nati sunt Dauid in Hebron. ¶6 Quum ergo esset prælū inter domū Saul, & domum Dauid, Abner filius Ner regebat domū Saul. ¶7 Fuerat autē Sauli cōcubina nomine Respha, filia Aia, ingressúsque est ad eā Abner. Dixitq; Isbóseth ad Abner, ¶8 Quare ingressus es ad concubinam patris mei? ¶Qui iratus nimis propter verba Isbóseth, ait. ¶Nūquid caput canis ego sum aduersum Iudā hodie, qui fecerim misericordiā super domum Saul patris tui, & super fratres & proximos eius, & non tradidi te in manus Dauid, & tu requisisti in me quod argueres pro muliere hodie? ¶9 Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodo iurauit Dominus Dauid, sic faciā cū eo, ¶10 Vt transferatur regnū de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid super Israel, & super Iudā à Dan vsque Bersabee. ¶11 Et nō potuit respōdere ei quicquā: quia metuebat illū. ¶12 Misit ergo Abner nūtios ad Dauidin Hebron, pro se dicentes, Cuius est terra? & vt loquerentur, Hæc mecum amicitias, & erit manus mea tecū, & reducā ad te vniuersum Israel. ¶13 Qui ait, Optimē: ego faciā tecū amicitias: sed vnā rem peto à te, dicēs. Nō videbis faciē meā antequā adduxeris michi Michol filiā Saul: & sic venies, & videbis me. ¶14 Misit autem Dauid nuntios ad Isbóseth filiū Saul, dicēs, Redde vxorē meā Michol quā despōdi mihi centū præputiis Philisthiim. ¶15 Misit ergo Isbóseth, & tulit eā à viro suo Phaltiel, filio Lais. ¶16 Sequebatúrq; eā vir suus, ploràs vsque Bahurim: & dixit ad eū Abner, Vade, & reuertere. qui reuersus est. ¶17 Sermonē quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicens, Tam heri quàm nudiustertius quærebatis Dauid vt regnaret super vos. ¶18 Nūc ergo facite: quoniā Dominus locutus est ad Dauid, dicēs, In manu serui mei Dauid saluabo populū meū Israel de manu Philisthiim, & omniū inimicorū eius. ¶19 Locutus est autē Abner etiā ad Bēlamin: & abiit vt loqueretur ad Dauid in Hebron omnia quæ placuerāt Israeli & vniuerso Beniamin. ¶20 Venitque ad Dauid in Hebron cū viginti viris: & fecit Dauid Abner & viris eius qui venerāt cū eo, conuiuium. ¶21 Et dixit Abner ad Dauid. Surgam, vt cōgregem ad te dominum meum regem omnem Israel, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, sicut desyderat anima tua. Quum ergo deduxisset Dauid Abner, & ille isset in pace, ¶22 Statī pueri Dauid & Ioab venerunt cælis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autem non erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiserat eum, & profectus fuerat in pace. ¶23 Et Ioab & omnis exercitus qui erant cum eo, postea venerant: nuntiatum est itaque Ioab à narrantibus, Venit Abner filius Ner ad regē, & dimisit eum, & abiit i pace. ¶24 Et ingressus est Ioab ad regē, & ait, Quid fecisti? ecce venit Abner ad te: quare dimisisti eū, & ablit, & recessit? ¶25 Ignoras Abner filium Ner, quoniam ad hoc venit ad te? vt decipiat te, & scitet exitū tuum & introitum tuum, & nosset omnia quæ agis? ¶26 Egressus itaque Ioab à Dauid, misit nūtios post Abner, & reduxit eum à Cisterna-tira, ignorā te Dauid. ¶27 Quúmque rediisset Abner in Hebron, seorsum abduxit eum Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei, in dolo: & percussit illum ibi in inguine: & mortuus est in vltionē sanguinis Asael fratris eius. ¶28 Quod quum audisset Dauid rem iam gestam, ait, Mundus ego sum, & regnum meum apud Deū vsque in sempiternum à sanguine Abner filii Ner, ¶29 Et veniat super caput Ioab, & super omnem domum patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxum seminis, sustinens, & leprosus, & tenēs fusum, & cadēs gladio, & indigens pane. ¶30 Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerūt Abner eo quòd occidisset Asael fratrē eorū in Gabaon in prælio. ¶31 Dixit autē Dauid ad Ioab, & ad omnē populū qui erat cum eo, Scindite vestimēta vestra, & accingimini saccis, & plāgite ante exequias Abner. porrō rex Dauid sequebatur feretrum. ¶32 Quúmque sepelissent Abner in Hebrō, leuauit rex Dauid vocē suā, & fleuit super tumulū Abner: fleuit autē & omnis populus. ¶33 Plangēnsque rex Iugens Abner, ait, Nequaquam vt mori solet ignauus, mortu est Abner. ¶34 Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt cōpedibus aggrauati: sed sicut solēt cadere coram filiis iniquitatis, sic corruisti. congemināsq; omnis populus fleuit super eū. ¶35 Quúmq; venisset vniuersa multitudo cibū capere cū Dauid, clara adhuc die, iurauit Dauid, dicēs, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasū solis gustauero panem vel aliud quicquam. ¶36 Omnisque populus audiuit, & placuerūt eis cuncta quæ fecit rex in cōspectu totius populi. ¶37 Et cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa quoniam non actum fuisset à rege vt occideretur Abner filius Ner. ¶38 Dixit quoque rex ad seruos suos. Num ignoratis quoniā princeps & maximus cecidit hodie in Israel? ¶39 Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex: porrō viri isti filii Saruiæ duri sunt mihi: retribuat Dominus faciēti malum iuxta malitiam suam. CAP. IIII.

1 Baana. Rechab. Beroth. 4 Miphiboseth filius Ionathæ. 6 Baana & Rechab ob occisum Isboseth, iussu Dauidis suspenduntur.

AVdiuit autem Isbóseth filius Saul quòd cecidisset Abner in Hebron, & dissolutæ sunt manus eius. omnisque Israel perturbatus est. ¶2 Duo autē viri principes latronū erāt filio Saul, nomen vni Baana, & nomen alteri Rechab, filii Remmon Berothitæ de filiis Benjamin: liquidem & Beroth reputata est in Benjamin. ¶3 Et fugerunt Berothitæ in Gethaim, fuerūntque ibi aduenæ vsque ad tempus illud. ¶4 Erat autem Ionathæ filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit quando venit nuntius de Saul & Ionatha & Iezrahel. tollēs itaque eum nutrix sua, fugit: quúmque festinaret vt fugeret, cecidit, & claud effectus est: habuitque vocabulum Miphibō-

2.Reg.1.a.5.

seth. ¶5 Venientes igitur filii Remmon Berothitæ, Rechab & Baana, ingressi sunt festuente die domũ Isbõseth: qui dormiebat super stratum suum meridie. ⁊ Et ostiaria domus purgans triticum, obdormiuit. ⁊ ¶6 Ingressi sunt autem domum ⁊ latenter assumẽtes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. ¶7 Quum autẽ ingressi fuissent domũ, ille dormiebat super lectum suum in conclaui, & percutientes interfecerunt eum: subtatoque capite eius, abierũt per viam deserti tota nocte, ¶8 Et attulerunt caput Isbõseth ad Dauid in Hebron: dixerũtque ad regem, Ecce caput Isbõseth filii Saul inimici tui, qui quærebat animam tuã: & dedit Dominus domino meo regi vltionẽ hodie de Saul, & de semine eius. ¶9 Respõdẽs autẽ Dauid Rechab, & Baana fratri eius filiis Remmõ Berothitæ, dixit ad eos, Viuit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, ¶10 ‖ Quoniam eum qui annũtiauerat mihi, & dixerat, Mortu⁊ est Saul: qui putabat se prosperа nuntiare: tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio: ¶11 Quanto magis nũc quum homines impii interfecerunt virum innoxium in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra, & auferã vos de terra? ¶12 Præcepit itaq; Dauid pueris suis, & interfecerunt eos: præcidentesq; manus & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron: caput autem Isbõseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

CAP. V.

1 Vngitur Dauid super Israelem. 7 Dauid capit arcem Sion. 8 Proponit præmium occidenti Iebusæum. 13 Ducit vxores. 11 Percutit Philisthæos.

ET venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebrõ, dicentes, Ecce nos os tuũ, & caro tua sumus. ¶2 Sed & heri & nudiusterti⁊ quũ esset Saul rex super nos, tu eras educens & reducens Israel: dixit autem Dominus ad te, ‖ Tu pasces populum meum Israel, & tu eris dux super Israel. ¶3 Venerũt quoque & seniores Israel ad regem in Hebron, & percussit cũ eis rex Dauid fœdus in Hebron coram Domino: vnxerũntque Dauid in Regẽ super Israel. ¶4 Filius triginta annorũ erat Dauid, quũ regnare cœpisset, & ‖ quadraginta annis regnauit. ¶5 In Hebron regnauit super Iudam septem annis, & sex mẽsibus: in Ierusalem autẽ regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. ¶6 Et abiit rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Ierusalem ad Iebusæum habitatorẽ terræ: dictũmque est Dauid ab eis, Non ingredieris huc, nisi abstuleris cæcos & claudos, dicẽtes, Non ingredietur Dauid huc, ¶7 Cepit autem Dauid arcem Sion, hæc est Ciuitas-Dauid. ¶8 Proposuerat enim Dauid in die illa præmium qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatum fistulas, & ⁊ abstulisset cæcos & claudos odiẽtes animã Dauid. Vnde dicitur in prouerbio, Cæcus & claudus non intrabunt in templum. ¶9 Habitauit autem Dauid in arce ⁊ Sion, & vocauit eam, Ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus. ¶10 Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, & Dominus Deus exercituum erat cum eo. ¶11 ‖ Misit quoque Hirã rex Tyri nũtios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificẽsque lapidũ ad parietes: & ædificauerũt domũ Dauid. ¶12 Et cognouit Dauid quoniam confirmasset eum Dominus regem super Israel, & quoniã exaltasset regnum eius super populũ suum Israel. ¶13 ‖ Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Ierusalem, postquam venerat de Hebron: natique sunt Dauid & alii filii & filiæ: ¶14 Et hæc nomina corũ qui nati sunt in Ierusalẽ, Samua & Sobab & Nathan & Salomõ ¶15 Et Iebahar & Elisũa & Nepheg ¶16 Et Iaphia & Elisama & Elioda & Eliphãlet. ¶17 Audierũt ergo Philisthiim quòd vnxissent Dauid in regẽ super Israel: & ascenderũt vniuersi vt quærerẽt Dauid. quod quum audisset Dauid, descendit in præsidium. ¶18 Philisthiim autem venientes, diffusi sunt in Valle-raphaim. ¶19 Et cõsuluit Dauid Dominum, dicẽs, Si ascendã ad Philisthiim? & si dabis eos in manu mea? Et dixit Domin⁊ ad Dauid, Ascẽde, quia tradẽs dabo Philisthiim in manu tua. ¶20 ‖ Venit ergo Dauid in Baal-pharasim, & percussit eos ibi, & dixit, Diuisit Domin⁊ inimicos meos corã me, sicut ⁊ diuiditur aquæ. ⁊ Propterea vocatum est nomen loci illius Baal-pharasim. ¶21 Et reliquerũt ibi sculptilia sua: quæ tulit Dauid, & viri eius. ¶22 Et addiderũt adhuc Philisthiim vt ascenderẽt, & diffusi sunt in Valleraphaim. ¶23 Consuluit autem Dauid Dominum, ⁊ Si ascendam contra Philisthæos, & tradas eos in manus meas? ⁊ Qui respondit, Nõ ascendas ⁊ contra eos, ⁊ sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum. ¶24 Et quum audieris sonitũ gradientis in cacumine pyrorũ, tunc inibis prælium: quia tũc egredietur Dominus ante faciem tuam, vt percutiat castra Philisthiim. ¶25 Fecit itaque Dauid sicut præceperat ei Dominus, & percussit Philisthiim de Gabaa, vsque dum venias Gezer.

CAP. VI.

1 Reducit Dauid arcã de domo Abinadab, ludens instrumentis. 6 Oza percutitur à Deo. 11 Dauid ducit arcam in domum suam saltãs, vnde despicitur à Michol.

CONgregauit autẽ rursũ Dauid omnes electos ex Israel, triginta millia. ¶2 ‖ Surrexit que Dauid, & abiit, & vniuersus populus qui erat cũ eo de viris Iuda, vt adduceret arcã Dei, super quã inuocatũ est nomẽ Domini exercitũ, sedẽtis in cherubim super eã. ¶3 Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum: tulerũntque eam de domo Abinadab, ⁊ qui⁊ erat in Gabaa: Oza autem, & Ahio filii Abinadab, minabant plaustrum nouum. ¶4 ‖ Quũm que tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa, custodiens arcam Dei Ahio præcedebat arcam ⁊ Dei. ⁊ ¶5 Dauid autẽ, & omnis Israel ludebant corã Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis. ¶6 ‖ Postquam autem venerunt ad Aream ⁊ Nachor, ⁊ extendit Oza manum ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues ⁊ & declinauerunt eam. ⁊ ¶7 Iratũ sq; est indignatione Dominus cõtra Ozam, & percussit eum super temeritate: qui

1. Par. 14. 2. f.

C 1. Par. 3. b.

1. Par. 14. b. f. & 15. d. 16

Esa. 28. f. 21.

*diuidũt aquæ, D

A 1. Para. 13. b. f.

*quæ

1. Reg. 7. 2. f.

1. Par. 15. b. 16. *Nachon.

B mortuus est ibi iuxta arcam Dei.' ¶2 Cōtristatus est autem Dauid, eo quòd percussisset Dominus Ozam:& vocatū est nomen loci illius, Percussio-Ozæ, vsque in diem hanc. ¶3 Et extimuit Dauid Dominum in die illa, dicens, Quomodo ingredietur ad me arca Domini? ¶4 Et noluit diuertere ad se arcam Domini in Ciuitatem Dauid: sed diuertit eam in domum Obed-edom Gethæi. ¶5 Et habitauit arca Domini in domo Obed-edom Gethæi trib' mēsibus: & benedixit Dominus Obed-edom, & omnem domum eius. ¶6 ‖Nuntiatúmque est regi Dauid quòd benedixisset Domin⁹ Obed-edom,& omnia eius propter arcam Dei. 'Dixitque Dauid, Ibo, & reducam arcam cū benedictione in domū meam.' Abiit ergo Dauid, & adduxit arcā Dei de domo Obed-edom in Ciuitatem Dauid cum gaudio: ¶7 & erant cum Dauid septem chori,& victima vituli.' ¶8 Quúmque transcendissent qui portabant arcam Domini sex passus, immolabat bouem '& ouem' & arietem,& Dauid 'percutiebat in organis armigatis, ¶9 Et saltabat totis viribus ante Dominum: porrò Dauid erat accinct⁹ ephod lineo. ¶10 Et Dauid,& omnis dom⁹ Israel ducebant arcam testamēti Domini, in iubilo,& in clangore buccinæ. ¶11 Quúmque intrasset arca Domini in Ciuitatē Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid subsilientem atque saltantē coram Domino:& despexit eū in corde suo. ¶12 Et introduxerunt arcam Domini,& imposuerunt eam in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocausta, & pacifica coram Domino. ¶13 Quúmque complesset offerens 'holocausta' & pacifica,benedixit populo in nomine Domini exercituum. ¶14 Et partitus est vniuersæ multitudini Israel tā viro quàm mulieri ūngulos coll⁹tidam panis vnā,& assatura bubalæ carnis vnam, & similam frixam oleo:& abiit omnis populus, vnusquisque in domum suam. ¶15 Reuersúsque est Dauid vt benediceret domui suæ: & egressa Michol filia Saul in occursum Dauid,ait, Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorū suorū, & nudatus est,quasi si nudetur vnus de scurris. ¶16 Dixitq; Dauid ad Michol, 'viuit Domin' quia ludam, 'Ante Dominum qui elegit me potius quàm patrem tuum,& quàm omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem dux super populū Domini in Israel,& ludam, ¶17 Et vilior fiam plus quàm factus sum:& ero humilis in oculis meis:& cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. ¶18 Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.

CAP. VII.

4 Dauid prohibetur ædificare domum Domino. 13 Christus ædificaturus Ecclesiam. 18 Gratiarum actio Dauidis.

A FActum est autem quum sedisset rex in domo sua,& Dominus dedisset ei requiē vndique ab vniuersis inimicis suis, ¶2 Dixit ad Nathan prophetam, 'Videsne quòd ego habitem in domo cedrina,& arca Dei posita sit in medio pelliumꝰ ¶3 Dixitque Nathan ad regem, Omne quod est in corde tuo, vade fac: quia Dominus tecum est. ¶4 Factum est autē in illa nocte:& ecce sermo Domini ad Nathan, dicēs, ¶5 Vade,& loquere ad seruū meū Dauid, Hæc dicit Dominus, Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? ¶6 Neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi⁹Israel de Terra AEgypti, vsque in diē hanc:sed ambulabam in tabernaculo,& in tētorio. ¶7 Per cuncta loca quæ transiui,cum omnibus filiis Israel, nunquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel,cui præcepi vt pa sceret populū meum Israel, dicēs, Quare nō ædificastis mihi domum cedrinā? ¶8 Et nunc hæc dices seruo meo Dauid, Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te de pa scuis sequentem greges,vt esses dux super populum meum Israel: ¶9 Et fui tecum in omnibus vbicunque ambulasti,& interfeci vniuersos inimicos tuos à facie tua:fecique tibi nomen grande,iuxta nomen magnorū qui sunt in terra. ¶10 Et ponam locum populo meo Israel,& plantabo eum,& 'habitabo cum eo,' & non turbabitur amplius: nec addent filii iniquitatis vt affligant eum sicut prius, ¶11 Ex die qua constituti iudices super populū meum Israel:& requiē dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. ‖prædicitque tibi Dominus quòd domum faciat tibi Dominus. ¶12 ‖Quúmq; cōpleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. ¶13 ‖Ipse ædificabit domū nomini meo, & stabiliā thronum regni eius vsque in sempiternum. ¶14 EGO ERO EI IN PATREM, & ipse erit mihi in filiū: ‖qui si iniquè aliquid gesserit,arguam eum in virga virorum,& in plagis filiorum hominū. ¶15 Misericordiam autem meā non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quē amoui à facie 'mea. ¶16 Et fidelis erit domus tua, ‖& regnū tuum vsque in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter. ¶17 Secūdum omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionē istam,sic locutus est Nathā ad Dauid. ¶18 Ingressus est autem rex Dauid,& sedit corā Domino, & dixit, Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea,quia adduxisti me hucusque? ¶19 Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo Domine Deus,nisi loquereris etiā de domo serui tui in longinquum: ista est enim lex adam Domine Deus. ¶20 Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te?tu enim scis seruum tuum Domine Deus. ¶21 Propter verbum tuum,& secundum cor tuum fecisti omnia magnalia hæc: ita vt notum faceres seruo tuo. ¶22 Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia nō est similis tui, neque est Deus extra te, in omnibus quæ audiuimus auribus nostris. ¶23 Quæ est autē vt populus tuus Israel,gēs in terra,propter quā iuit Deus vt redimeret eam sibi in populum, & ponere tibi nomen,facerētque eis magnalia,& horribilia super terram à facie populi tui,quem redemisti tibi ex AEgypto,'gentē, & deum'eius? ¶24 Firmasti enim tibi,populū tuum Israel in populum sempiternum:& tu Domine Deus factus es eis in Deum. ¶25 Nūc ergo Domine Deus verbum quod locutus es

holocaustū

1. Paralip. 15. d. 25.

1. Par. 17. a. 2.

super seruum tuum, & super domũ eius, susci-
ta in sempiternum: & fac sicut locutus es,
¶26 Vt magnificetur nomẽ tuũ vsque in sem
piternum, atque dicatur, Dominus Deus exer-
cituũ, Deus super Israel. & domus serui tui
Dauid erit stabilita corã Domino. ¶27 Quia
tu Domine exercituum Deus Israel reuelasti
aurem serui tui, dicens, Domum ædificabo ti
bi: propterea inuenit seruus tuus cor suũ vt
oraret te oratione hac. ¶28 Nunc ergo Domi
ne Deus, (tu es Deus, & verba tua erunt vera:
locutus es enim ad seruum tuum bona hæc.)
¶29 Incipe ergo, & benedic domui serui tui,
vt sit in sempiternũ corã te: quia tu Domine
Deus locut' es, & benedictione tua benedicetur
dom' serui tui in sempiternũ. CAP. VIII.

1 Philisthæos facit sibi Dauid tributarios.
3. Adarézer percutitur. 5 Syria Dauidi tributaria. 9 Thou rex Emath, petit à Dauide pacem. 13 Idumæa Dauidi seruit.

FActum est autem post hæc percussit Da-
uid Philisthiim, & humiliauit eos, & tu-
lit Dauid frænum tributi de manu Phili-
sthiim. ¶2 Et percussit Moab, & mẽsus est eos
funiculo, coæquans terræ: mensus est autem
duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnũ
ad viuificandum: factúsque est Moab Dauid
seruiẽs sub tributo. ¶3 Et percussit Dauid A-
darézer filium Rohob regẽ Soba, quando pro
fectus est vt dominaretur super flumen Eu-
phratẽ. ¶4 Et cepit Dauid ex parte eius mil
le septingentos equites hos, & viginti millibus
pedítum, subnerauit omnes iugales curruũ:
dereliquit autem ex eis centum currus. ¶5 Ve
nit quoque Syria Damasci, vt præsidium fer-
ret Adarézer regi Soba: & percussit Dauid de
Syria viginti duo millia virorum. ¶6 Et po-
suit Dauid præsidia in Syria Damasci: factáq;
est Syria Dauid seruiẽs sub tributo: seruauit
quoq; Dominus Dauid in omnibus ad quæcũ
que profectus est. ¶7 Et tulit Dauid arma aũ
rea, quæ habebant serui Adarézer, & detulit ea
in Ierusalem. ¶8 Et de Bete, & de Beroth ciui-
tatibus Adarézer tulit rex Dauid æs multum
nimis, de quo fecit Salomon omnia vasa æ-
rea in templo: & mare æneum, & columnas,
& altare. ¶9 Audiuit autẽ Thou rex Emath,
quòd percussisset Dauid omne robur Adarẽ-
zer, ¶10 Et misit Thou Ioram filium suum ad
regem Dauid, vt salutaret eum congratulans
& gratias ageret: eo quòd expugnasset Adarẽ
zer, & percussisset eũ. Hostis quippe erat Thou
Adarézer, & in manu eius erant vasa aurea,
& vasa argẽtea, & vasa ærea: ¶11 Quæ & ipsa
sanctificauit rex Dauid Domino cum argẽto
& auro, quæ sanctificauerat de vniuersis gẽ-
tibus quas subegerat ¶12 De Syria, & Moab, &
filiis Ammon, & Philisthiim, & Amalec, & de
manubiis Adarézer filii Rohob regis Soba.
¶13 Fecit quoque sibi Dauid nomen quũ re-
uerteretur capta Syria in Valle salinarũ, cæ-
sis decem & octo millibus: & in Gebelem ad
viginti tria millia. ¶14 Et posuit in Idumæa
custodes, statuitque præsidium: & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid. & seruauit
Dominus Dauid in omnibus ad quæcunque
profectus est. ¶15 Et regnauit Dauid super o-
mnẽ Israel: faciebat quoque Dauid iudiciũ &
iustitiã omni populo suo. ¶16 Ioab autẽ filiꝰ
Saruiæ erat super exercitũ: porrò Iosaphat
filiꝰ Ahilud, erat à cõmentariis. ¶17 Et Sadoc fi
lius Achitob, & Achimélech filius Abiathar,
erãt sacerdotes: & Saraias, scriba. ¶18 Banaias
autẽ filius Ioiadæ super Cerethi & Phelethi:
filii autẽ Dauid, sacerdotes erant. CAP. IX.

1 Miphibosseth filio Ionathæ restituit Dauid omnes agros Saulis. 1 Micha.

ET dixit Dauid, Putásne est aliquis qui re-
manserit de domo Saul, vt faciam cũ eo
misericordiam propter Ionathã? ¶2 Erat au-
tem Dauid de domo Saul, seruus, nomine Si-
ba: quem quum vocassẽt ad se, dixit ei, Tũ
es Siba? Et ille respondit, Ego sum seruus
tuus. ¶3 Et ait rex, Nunquid superest aliquis
de domo Saul, vt faciã cum eo misericordiam
Dei? Dixitq; Siba regi, Superest filius Ionathæ,
debilis pedibus. ¶4 Vbi, inquit, est? Et Siba ad
regem, Ecce, ait, in domo est Machir filii Am
miel in Lo-dabar. ¶5 Misit ergo rex Dauid, &
tulit eum de domo Machir filii Ammiel de
Lo-dabar. ¶6 Quum autem venisset Miphibõ
seth filius Ionathæ filii Saul ad Dauid, cor-
ruit in faciem suam, & adorauit. Dixitq; Da-
uid, Miphibõseth: qui respõdit, Ad sum seruus
tuus. ¶7 Et ait ei Dauid, Ne timeas, quia faciẽs
faciam in te misericordiam propter Ionathã
patrem tuum, & restituam tibi omnes agros
Saul patris tui, & tu comedes panem in mẽ-
sa mea semper. ¶8 Qui adorans eum, dixit,
Quis ego sum seruus tuus, quoniam respexi-
sti super canẽ mortuum similem mei? ¶9 Vo
cauit itaque rex Sibam puerum Saul, & dixit
ei, Omnia quæcunque fuerunt Saul, & vniuer
sam domũ eius, dedi filio domini tui. ¶10 O-
perare igitur ei in terra tua, & filii tui, & serui
tui: & inferes filio domini tui cibos, vt alatur:
Miphibõseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. E-
rant autẽ Sibæ quindecim filii, & viginti ser-
ui. ¶11 Dixitque Siba ad regem, Secundùm iussit
domine mi rex seruo tuo, sic faciet seruꝰ tuꝰ:
& Miphibõseth comedet super mensam meã
quasi vnus de filiis regis. ¶12 Habebat autem
Miphibõseth filiũ paruulũ nomine Micha:
omnis verò cognatio domus Sibæ seruiebat
Miphibõseth. ¶13 Porrò Miphibõseth habita
bat in Ierusalẽ: quia de mẽsa regis iugiter ve
scebatur: & erat claudꝰ vtroq; pede. CAP. X.

1 Serui Dauidis à rege Hanõ cum ignominia remittũtur. 6 Ammonitæ & Syri debellãtur à Dauide. 16 Sobach occiditur.

FActum est autem post hæc, vt moreretur
rex filiorum Ammon, & regnauit Hanõ fi
lius eius pro eo. ¶1 Dixitq; Dauid, Faciã mi
sericordiam cum Hanõ filio Naas, sicut fecit
pater eius mecum misericordiam. Misit ergo
Dauid, consolans eum per seruos suos super
patris interitu. Quum autem venissent serui
Dauidi in terram filiorum Ammon, ¶2 Dixe-
runt principes filiorũ Ammon ad Hanon do
minum suum, Putas quòd propter honorem
patris tui miserit Dauid ad te consolatores,
& non ideò vt te inuestigaret, & exploraret
ciuitatem, & euerteret eam, misit Dauid ser-
uos suos ad te? ¶3 Tulit itaque Hanon seruos
Dauid, rasítque dimidiam partem barbæ eo-

1. Para. 19. 2.

rum, & præscidit vestes eorum medias vsque
B ad nates, & dimisit eos. ¶5 Quod quum nuntiatum esset Dauid, misit in occursum eorum: erant enim viri confusi turpiter valde,) & mandauit eis Dauid, Manete in Iericho, donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini. ¶6 Videntes autem filii Ammon, quòd iniuriam fecissent Dauid, miserunt, & conduxerunt mercede Syrum Rohob, & Syrũ Soba, viginti mil
duodecim lia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Istob^decem^ millia virorum. ¶7 Quod quum audisset Dauid, misit Ioab & omnẽ exercitum bellatorum. ¶8 Egressi sunt ergo filii Ammon, & direxerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Is-tob, & Maacha seorsum erant in cãpo. ¶9 Videns igitur Ioab quòd præparatum esset aduersum se prælium, & ex aduerso & post tergum, elegit ex omnibus electis Israel,
C & instruxit aciem cõtra Syrum. ¶10 Reliquã autẽ partẽ populi tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciem aduersus filios Ammon.
¶11 Et ait Ioab, Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autẽ filii Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. ¶12 Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri: Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. ¶13 Iniit itaque Ioab & populus qui erat cum eo, certamẽ contra Syros: qui statim fugerunt à facie eius. ¶14 Filii autem Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatẽ: reuersusque est Ioab à filiis Ammon, & venit Ieru
videntes igi- salem. ¶15 Videntes igitur filii Ammon quo-
tur Syri quo- niam Syrus expauit, & quoniam corruissent'
niam corrui- coram Israel, congregati sunt pariter. ¶16 Mi
sent sitque Adarezer, & eduxit Syros qui erant
D trans Fluuium, & adduxit eorum exercitum: Sobach autem magister militiæ Adarezer, erat princeps eorum. ¶17 Quòd quum nuntiatum esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiuit Iordanem, venitque in Helam: & direxerunt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt contra Israel.' ¶18 Fugerũntq; Syri à facie Israel, & occidit Dauid de Syris septingẽtos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est. ¶19 Videntes autem
eum vniuersi reges qui erãt i præsidio Adarezer, se victos esse ab Israel, expauerunt & fugerunt quinquaginta & octo millia coram Israel: & fecerunt pacem cum Israel: & seruierunt eis: timuerũntque Syri auxilium præbere filiis Ammon.

CAP. XI.

1 Rabba obsidetur. 2 Dauidis adulterium cũ Beth-sabee. 14 Vrias perfert literas mortis suæ. 22 Beth-sabee fit Dauidis vxor.

FActum est autem, vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerũt filios Ammon, & obsederunt Rabba: Dauid autẽ remansit in Ierusalẽ. ¶2 Dum hæc agerẽtur, accidit quadam die vt surgeret Dauid de stratu suo post Meridiẽ, & deambularet in solario domus regiæ: vidit que mulierem se lauãtem, ex aduerso super solarium suũ: erat autem mulier pulchra valde. ¶3 Misit ergo rex, & requisiuit quæ esset mulier. nuntiatũmque est ei quòd ipsa esset Beth-sabee filia Eliã, vxor Vriæ Hethæi.
¶4 Missis itaque Dauid nuntiis, tulit eã: quæ quũ ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea: ipsa autẽ mundata est ab immunditia sua: reuersaq; est in domum suam. ¶5 Et concepto
fœtu, misit ens que nuntiauit Dauid, & ait, Quòd concepi. ¶6 Misit autem Dauid ad Ioab, dicens, Mitte ad me Vriam Hethæum. misitque Ioab Vriam ad Dauid. ¶7 Et venit Vrias ad Dauid: quæsiuitque Dauid quãm recte ageret Ioab, & populus, & quomodo administraretur bellum. ¶8 Et dixit Dauid ad Vriam, Vade in domum tuam, & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo regis, secutusque est eum cibus regius. ¶9 Dormiuit autẽ Vrias ante portam domus regiæ, cũ aliis seruis domini sui, & non descendit ad domum suam, ¶10 Nuntiatũmque est Dauid à dicentibus, Non iuit Vrias in domum suam. & ait Dauid ad Vriã, Nunquid non de via venisti? quare non descendisti in domum tuam? ¶11 Et ait Vrias ad Dauid, Arca ^Dei^ & Israel, & Iuda habitant in papilionibus, & dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciem terræ manent: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore meã? per salutem tuam, & per salutem animæ tuæ non faciam rem hanc. ¶12 Ait ergo Dauid ad Vriã, Mane hic etiam hodie. & cras dimittam te.
manſit^ Vrias in Ierusalem in die illa & alte-
C ra. ¶13 Et vocauit eũ Dauid vt comederet coram se & bíberet, & inebriauit eũ: qui egressus vespere, dormiuit in stratu suo cumseruis domini sui, & in domum suam non descendit.
¶14 Factum est ergo mane, & scripsit Dauid epistolam ad Ioab: misitque per manum Vriæ, ¶15 Scribens in epistola, Ponite Vriam ex aduerso belli, vbi fortissimum est prælium: & derelinquite eũ, vt percussus intereat. ¶16 Igitur quũ Ioab obsideret vrbem, posuit Vriã in loco vbi sciebat viros esse fortissimos. ¶17 Egressique viri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab, & ceciderunt de populo seruorum Dauid, & mortuus est etiã Vrias Hethæus. ¶18 Misit itaque Ioab, & nũtiauit Dauid omnia verba prælii, ¶19 Præcepitque nuntio, dicens, Quum compleueris vniuersos sermones belli ad regẽ, ¶20 Si eum videris indignari, & dixerit, Quare accessistis ad murũ, vt præliaremini? an ignorabatis quòd multa de sup ex muro tela mittantur? ¶21 Quis percussit Abi-mẽ lech filiũ^ Ierobáal? nonne mulier misit super eum fragmẽ molæ de muro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta murum accessistis? dices, Etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit. ¶22 Abiit ergo nũtius, & venit, & narrauit Dauid omnia quæ ei præceperat Ioab.
¶23 Et dixit nũtius ad Dauid, Præualuerunt aduersum nos viri, & egressi sunt ad nos in agrũ: nos autẽ facto impetu persecuti eos sumus vsq; ad portã ciuitatis. ¶24 Et direxerũt iaculasagittarii ad seruos tuos ex muro: déq; mortui quidam ex seruis regis, quinetiã seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est. ¶25 Et dixit Dauid ad nuntiũ, Hæc dices Ioab, Nõ te frãgat ista res: varius enim euẽtus est belli, & nunc

hunc,& nunc illum consumit gladius: cõpe-
ta bellatores tuos aduersus vrbẽ, vt destruas
eam,& exhortare eos. ¶ 26 Audiuit autem v-
xor Vriæ quòd mortuus esset Vrias vir suus,
& planxit eum. ¶ 27 Transactóque luctu mi-
sit Dauid, & introduxit eam in domum suã,
& facta est ei vxor, peperitque ei filiũ: & dis-
plicuit verbum hoc quod fecerat Dauid, co-
ram Domino. CAP. XII.

1 Proposita similitudine pauperis & diui-
tis à Nathan, condemnat seipsum Dauid.
11 Pœna Dauidis. 12 Puer Dauidis moritur.
24 Nascitur Salomon. 26 Expugnatur Rab-
bath. 30 Ammonitarum afflictio.

MIsit ergo Dominus Nathan ad Dauid:
qui cũ venisset ad eum, dixit ei, Re-
sponde mihi iudicium, Duo viri erant in ciui-
tate vna, vnus diues, & alter pauper. ¶ 2 Di-
ues habebat oues & boues plurimos valde.
¶ 3 Pauper autẽ nihil habebat omnino præ-
ter ouem vnã paruulam quam emerat & nu-
trierat, & quæ creuerat apud eum cum filiis
eius simul, de pane illius comedens, & de ca-
lice eius bibens, & in sinu illius dormiẽs: erat
que illi sicut filia. ¶ 4 Cũ autem peregrinus
quidam veniisset ad diuitem, parcens ille su-
mere de ouibus & de bobus suis, vt exhiberet
conuiuium peregrino illi qui venerat ad se,
tulit ouem viri pauperis, & præparauit cibos
homini qui venerat ad se. ¶ 5 Iratus autẽ in-
dignatione Dauid aduersus hominem illum
nimis, dixit ad Nathan, Viuit Dominus, quo-
niam filius mortis est vir qui fecit hoc. ¶ 6 O-
uem reddet in quadruplum, eo quòd fecerit
verbum istud, & non pepercerit. ¶ 7 Dixit au-
tem Nathan ad Dauid, Tu es ille vir: qui feci-
sti hanc rem. Hæc dicit Dominus Deus Is-
rael, Ego vnxi te in regem super Israel, &
ego erui te de manu Saul, ¶ 8 Et dedi tibi do-
mum domini tui, & vxores domini tui in si-
nu tuo, dedique tibi domum Israel & Iudæ: &
si parua sunt ista, adiciam tibi multo maio-
ra. ¶ 9 Quare ergo contempsisti verbum Do-
mini vt faceres malum in conspectu meo?
Uriã Hethæum percussisti gladio, & vxorem
illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti
eum gladio filiorum Ammon. ¶ 10 Quamob-
rem non recedet gladius de domo tua vsque
in sempiternũ, eo quòd despexeris me, & tu-
leris vxorem Uriæ Hethæi, vt esset vxor tua.
¶ 11 Itaque hæc dicit Dominus, Ecce ego susci-
tabo super te malum de domo tua, & tollam
vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo
tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis so-
lis huius. ¶ 12 Tu enim fecisti absconditè: ego
autem faciam verbum istud in conspectu o-
mnis Israel, & in cõspectu solis huius. ¶ 13 Et
dixit Dauid ad Nathan, Peccaui Domino.
Dixitque Nathã ad Dauid, Dominus quoque
transtulit peccatum tuũ: nõ morieris. ¶ 14 Ve
runtamen quoniã blasphemare fecisti inimi
cos nomen Domini: propter verbum hoc: fi
lius qui natus est tibi, morte morietur. ¶ 15 Et
reuersus est Nathan in domũ suam: percussit
quoque Dominus paruulum quem peperit
vxor Uriæ Dauid, & desperatus est. ¶ 16 De-
precatúsque est Dauid Dominum pro paru-
lo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus se-
orsum, iacuit super terram. ¶ 17 Venerunt au
tem seniores domus eius, cogẽtes eum vt sur-
geret de terra: qui noluit, nec comẽdit cũ eis
cibum. ¶ 18 Accidit autem die septima vt mo
reretur infans: timuerũntq; serui Dauid nũ
tiare ei quòd mortuus esset paruulus. dixerũt
enim, Ecce quum paruulus adhuc viueret, lo-
quebamur ad eum, & non audiebat vocẽ no-
stram: quãto magis ũi dixerimus, Mortuus est
puer, se affliget? ¶ 19 Quum ergo Dauid au-
disset seruos suos mussitãtes, intellexit quòd
mortuus esset infans: tu: dixitque ad seruos
suos, Nũ mortuus est puer? qui respõderunt
ei, Mortuus est. ¶ 20 Surrexit ergo Dauid de
terra, & lotus vnctúsque est: Quúmque mu-
tasset vestem, ingressus est domum Domini:
& adorauit, & venit in domũ suam, petiuit-
que vt ponerent ei panem, & comẽdit. ¶ 21 Di
xerunt autem ei serui sui, Quis est sermo quẽ
fecisti propter infantem, quum adhuc viue-
ret, ieiunasti & flebas: mortuo autem puero
surrexisti, & comedisti panem. ¶ 22 Qui ait,
Propter infantem dum adhuc viueret, ieiu-
nau: & fleui: dicebam enim, Quis scit ũ for-
tẽ donet eum mihi Dominus, & viuat infans?
¶ 23 Nunc autem quia mortuus est, quare ie-
junem? nunquid potero reuocare eũ amplius?
ego vadam magis ad eum: ille verò non re-
uertetur ad me. ¶ 24 Et consolatus est Dauid
Beth-sabee vxorem suam: ingressúsque ad eã,
dormiuit cum ea. Quæ genuit filium, & vo-
cauit nomen eius Salomon, & Dominus dile-
xit eum. ¶ 25 Misitque eum in manu Nathã
prophetæ, & vocauit nomen eius Amabili-
Domino: eo quòd diligeret eum Dominus.
¶ 26 Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath
filiorum Ammon, & expugnabat vrbem re-
giam. ¶ 27 Misitque Ioab nuntios ad Dauid,
dicens, Dimicaui aduersum Rabbath, & capi
da est vrbs aquarum. ¶ 28 Nunc igitur cõgre
ga reliquam partem populi, & obside ciuita-
tem, & cape eam: ne quũ à me vastata fuerit
vrbs, nomini meo asscribatur victoria. ¶ 29 Cõ
gregauit itaque Dauid omnem populum, &
profectus est aduersum Rabbath: quúmq; di-
micasset, cepit eam. ¶ 30 Et tulit diadẽma re-
gis eorum de capite eius (põdo auri talentũ,
habens gemmas pretiosissimas) & impositum
est super caput Dauid. Sed & prædam ciuita
tis asportauit multam valde. ¶ 31 Populũ quo
que eius adduxit, & circumegit su-
per eos ferrata carpenta: diuitíque cultris, &
traduxit in typo laterũ: sic fecit vniuersis ci-
uitatibus filiorum Ammõ: & reuersus est Da
uid, & omnis exercitus in Ierusalem.

CAP. XIII.

1 Incestus Amnon cum Thamar sorore
Absalom. 23 Conuiuio celebrato occidit Ab-
salom Amnonem. 34 Fugit Absalom.

FActum est autem post hæc, vt Absalom fi
lii Dauid sororem speciosissimam vocabu
lo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid,
¶ 2 Et deperiret in eam valde, ita vt propter
amorem eius ægrotaret: quia quum esset vir-
go, difficile ei videbatur vt quippiam inhone
ste ageret cum ea. ¶ 3 Erat autẽ Amnon ami-
cus, nomine Ionadab filius Sammaa fratris
Dauid, vir prudẽs valde, ¶ 4 Qui dixit ad eũ,

vidisset

vestes,

Matth.1.a.6.

1.Para.29.a.

a

Quare sic attenuaris macie fili regis. per singulos dies teur non indicas mihi? Dixitque ei Amnon, Thamar sororem fratris mei Absalom amo. ¶5 Cui respondit Ionadab, Cuba super lectum tuum, & lãguorem simula: quúmque venerit pater tuus vt viũtet te, dic ei, Veniat, oro, Thamar soror mea, vt det mihi cibũ, & faciat pulmẽtum, vt comedã de manu eius. ¶6 Accubuit itaq; Amnõ, & quasi ægrotare cœpit: quúmque veniſſet rex ad viũtandum eũ, ait Amnon ad regẽ, Veniat, obſecro, Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis duas ſorbitiũculas, & cibũ paratum capiam de manu eius. ¶ 7 Miſit ergo Dauid ad Thamar domũ, dicens, Veni in domũ Amnon fratris tui, & fac ei pulmentũ. ¶ 8 Venitq; Thamar in domum Amnon fratris ſui: ille autem iacebat: quæ tollens farinam commiſcuit, & liquefaciens, in oculis eius coxit ſorbitiunculas. ¶9 Tollẽnſq; quod coxerat, effudit, & põ ſuit corã eo, & noluit comedere: dixitq; Amnon, Eiicite vniuerſos à me. quúmque eieciſſent omnes, ¶10 Dixit Amnõ ad Thamar, Infer cibũ in cõclaui, vt veſcar de manu tua. tulit ergo Thamar ſorbitiunculas quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem ſuum in conclaui. ¶11 Quúmq; obtuliſſet ei cibum, apprehendit eam, & ait, Veni, cuba mecum ſoror mea. ¶12 Quæ reſpõdit ei, Noli frater mi, noli opprimere me: neq; enim hoc fas eſt in Iſrael: noli facere ſtultitiam hãc. ¶13 Ego enim ferre nõ potero opprobriũ meum, & tu eris quaſi vnus de inſipientibus in Iſrael: quin potius loquere ad regẽ, & nõ negabit me tibi. ¶14 Noluit autẽ Amnon acquieſcere precibus eius, ſed prævalens viribus oppreſſit eã, & cubauit cũ ea. ¶15 Et exoſam eã habuit odio magno nimis: ita vt maius eſſet odiũ quo oderat eã, amore quo antẽ dilexerat. dixitq; ei Amnõ, Surge, & vade. ¶16 Quæ reſpõdit, Maius eſt hoc malũ quod nũc agis aduerſum me, quàm quod ante feciſti, expellẽs me. & noluit audire eã: ¶17 Sed vocato puero qui miniſtrabat ei, dixit, Eiice hãc à me foras: & claude oſtiũ poſt eam. ¶18 Quæ induta erat talari tunica (huiuſcemodi enim filiæ regis virgines veſtibus vtebantur) eiecit itaque eam miniſter illius foras: clauſitq; fores poſt eã. ¶19 Quæ aſpergẽs cinerẽ capiti ſuo, ſciſſa talari tunica, impoſitiſq; manib' ſup caput ſuũ, ibat ingrediẽs, & clamãs. ¶20 Dixit autẽ ei Abſalom frater ſuus, Nũquid Amnõ frater tuus cõcubuit tecũ? ſed nunc ſoror tace, frater tuus eſt: neq; affligas cor tuũ pro hac re. manſit itaq; Thamar cõtabeſcẽs in domo Abſalom fratris ſui. ¶21 Quum autẽ audiſſet rex Dauid verba hæc, cõtriſtatus eſt valde, & noluit cõtriſtare ſpiritũ Amnõ filii ſui, quoniã diligebat eũ, quia primogenitus erat ei. ¶22 Porrõ nõ eſt locutus Abſalom ad Amnon nec malũ, nec bonũ: oderat enim Abſalom Amnon, eo quòd violaſſet Thamar ſororem ſuam. ¶23 Factum eſt autem poſt tẽpus biennii, vt tonderẽtur oues Abſalõ in Baal-haſor, quæ eſt iuxta Ephraim: & vocauit Abſalõ omnes filios regis, ¶24 Venitque ad regem, & ait ad eum, Ecce tondentur oues ſerui tui: veniat oro rex cum ſeruis ſuis ad ſeruum ſuum. ¶25 Dixitque rex ad Abſalõ, Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. quũ autẽ cogeret eum, & noluiſſet ire, benedixit ei. ¶26 Et ait Abſalom ad Dauid, Si non vis venire, veniat obſecro nobiſcum ſaltem Amnon frater meus. dixitque ad eum rex. Nõ eſt neceſſe vt vadat tecum. ¶27 Coegitque itaque Abſalom eũ, & dimiſit cum eo Amnõ & vniuerſos filios regis. Feceratque Abſalom cõuiuium quaſi cõuiuiũ regis. ¶28 Præceperat autem Abſalõ pueris ſuis, dicens, Obſeruate quũ temulẽtus fuerit Amnõ vino, & dixero vobis, Percutite eũ, & interficite: nolite timere: ego enim ſum qui præcipio vobis: roboramini, & eſtote viri fortes. ¶29 Fecerunt ergo pueri Abſalom aduerſum Amnon, ſicut præceperat eis Abſalom: ſurgentẽſque omnes filii regis aſcenderũt ſinguli mulas ſuas, & fugerunt. ¶30 Quúmq; ad huc pergerẽt in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens, Percuſſit Abſalom omnes filios regis, & nõ remãſit ex eis ſaltem vnus. ¶31 Surrexit itaque rex Dauid, & ſcidit veſtimenta ſua: & cecidit ſuper terram: & omnes ſerui illius qui aſſiſtebãt ei, ſciderũt veſtimenta ſua. ¶32 Reſpõdens autẽ Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit, Non æſtimet dominꝰ meus rex, quòd omnes pueri regis occiſi ſint: Amnon ſolus mortuus eſt, quoniam in odio Abſalom erat poſitus ex die qua oppreſſit Thamar ſororem eius. ¶33 Nũc ergo ne ponat dominus meus rex ſuper cor ſuũ verbum iſtud, dicens, Omnes filii regis occiſi ſunt: quoniam Amnon ſolus mortuus eſt. ¶34 Fugit autem Abſalom. & eleuauit puer ſpeculator oculos ſuos, & aſpexit: & ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere montis. ¶35 Dixit autẽ Ionadab ad regem, Ecce filii regis adſunt: iuxta verbum ſerui tui ſic factum eſt. ¶36 Quúmque ceſſaſſet loqui, apparuerunt & filii regis: & intrantes leuauerunt vocem ſuã, & fleuerunt: ſed & rex & omnes ſerui eius fleuerunt ploratu magno nimis. ¶37 Porrõ Abſalom fugiens, abiit ad Tholomai filium Ammiud regem Geſſur. & vixit ergo Dauid filium ſuum Amnon multis' diebus. ¶38 Abſalom autem quũ fugiſſet, & veniſſet in Geſſur, fuit ibi tribus annis. ¶39 Ceſſauitq; rex Dauid per ſequi Abſalom, eo quòd conſolatus eſſet ſuper Amnon interitu.

## CAP. XIIII.

1 Aſtu mulieris Thecuitidis reuocatur Abſalom. 30 Qui meſſem Ioab ſuccendit.

INtelligens autem Ioab filius Saruiæ, quòd cor regis verſum eſſet ad Abſalom, ¶2 Miſit Thecuã, & tulit inde mulierem ſapientẽ, dixitque ad eam, Lugere te ſimula, & induere veſte lugubri, & ne vngaris oleo: vt ũs qua ſi mulier iam plurimo tempore lugens mortuum: ¶3 Et ingrediẽris ad regem, & loquẽris ad eum ſermones huiuſcemodi. poſuit autẽ Ioab verba in ore eius. ¶4 Itaque quũ ingreſſa fuiſſet mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo ſuper terram, & adorauit, & dixit, Serua me rex. ¶5 Et ait ad eam rex, Quid causæ habes? Quæ reſpondit, Heu mulier vidua ego ſum: mortuus eſt enim vir meus. ¶6 Et ancillæ tuæ erãt duo filii: qui rixati ſunt aduersum ſe in agro, nullúſque erat qui eos prohi-

bere posset: & percussit alter alterũ. & interfecit eũ. ¶7 Et ecce cõsurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dixit, Trade eũ qui percussit fratrem suum, vt occidamus eũ pro anima fratris sui quem interfecit. & deleamus hæredem. & quærunt extinguere scintillam meam quæ relicta est, vt non superũt viro meo nomen. & reliquiæ super terram.

¶8 Et ait rex ad mulierem, Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te. ¶9 Dixitque mulier Thecuitis ad regẽ, Io me domine mi rex sit iniquitas, & in domum patris mei: rex autem & thronus eius sit innocens. ¶10 Et ait rex, Qui contradixerit tibi, adduc eũ ad me, & vltrà non addet vt tangat te. ¶11 Quæ ait, Recordetur rex Domini Dei sui, vt non multiplicẽtur proximi sanguinis ad vlciscendũ, & nequaquam interficiant filium meũ. Qui ait, Viuit Dominus, quia nõ cadet de capillis filii tui super terram. ¶12 Dixit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad dominũ meum regem verbum. & ait, Loquere. ¶13 Dixitq; mulier, Quare cogitasti huiusmodi rem cõtra populum Dei, & locutus est rex verbũ istud vt peccet. & nõ reducat eiectum suũ? ¶14 Omnes morimur. & quasi aquæ dilabimur i terram, quæ nõ reuertuntur: nec vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. ¶15 Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meum regẽ verbũ hoc præsente populo. & dixit ancilla tua, Loquar ad regem, si quo modo faciat rex verbum ancillæ suæ. ¶16 Et audiuit rex verba, vt liberaret ancillam suam de manu omniũ qui volebant de hæreditate Domini delere me & filium meum simul. ¶17 Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbum domini mei regis sicut sacrificiũ. sicut enim Angelus Domini, sic est dominus meus rex. vt nec benedictione, nec maledictione moueatur: vnde & Dominus Deus tuus est tecum. ¶18 Et respondẽs rex, dixit ad mulierem, Ne abscondas à me verbum quod te interrogo. dixitq; ei mulier, Loquere domine mi rex. ¶19 Et ait rex, Nunquid manus Ioab tecum est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait, Per salutem animæ tuæ domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexteră est ex omnibus his quæ locutus est dominus meus rex: seruus enim tuus Ioab, ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc ¶20 Vt verterem figuram sermonis huius, seruus enim tuus Ioab præcepit istud: tu autem domine mi rex, sapiẽs es, sicut habet sapientiã Angelus Dei, vt intelligas omnia super terram. ¶21 Et ait rex ad Ioab, Ecce placabilis feci verbum tuum: vade ergo, & reuoca puerũ Absalom. ¶22 Cadẽsque Ioab super faciem suam in terram, adorauit, & benedixit regi. & dixit Ioab, Hodie intellexit seruus tuus quia inueni gratiã in oculis tuis, domine mi rex: feci sti enim ser monem domine mi rex, serui tui. ¶23 Surrexitque ergo Ioab, & abiit i Gessur, & adduxit Absalõ in Ierusalẽ. ¶24 Dixit autem rex, Reuertatur in domum suam, & faciem meã non videat. reuersus est itaque Absalom in domum suam, & faciem regis nõ vidit. ¶25 Porrò sicut Absalom, vir nõ erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis: à vestigio pedis vsquo ad verticẽ non erat in eo vlla macula. ¶26 Et quãdo tondebat capillum (semel autẽ in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentos siclis, pondere publico. ¶27 Nati sunt autem Absalõ filii tres. & filia vna, nomine Thamar, elegãtis formæ. ¶28 Mansitq; Absalom in Ierusalem duobus annis, & faciem regis nõ vidit. ¶29 Misit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regem. qui noluit venire ad eum. Quũque secũdò misisset: & ille noluisset venire ad eũ, ¶30 Dixit seruis suis, Scitis agrum Ioab iuxta agrũ meum, habentem messem hordei: ite igitur, & succendite eum igni. Succenderũt ergo serui Absalom segetem igni. Et veniẽtes serui Ioab, scissis vestibus suis, dixerunt, Succenderũt serui Absalom partẽ agri igni. ¶31 Surrexitque Ioab, & venit ad Absalom in domũ eius, & dixit, Quare succenderunt serui tui segetem meam igni? ¶32 Et respondit Absalom ad Ioab, Misi ad te obsecrans vt venires ad me, & mitterem te ad regẽ, & diceres ei, Quare veni de Gessur melius mihi erat ibi esse: ob secro ergo vt videã faciem regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. ¶33 Ingressus itaque Ioab ad regem, nuntiauit ei omnia: vocatúsque est Absalom, & introuit ad regem, & adorauit super faciem terræ coram eo. osculatúsq; est rex Absalõ.

CAP. XV.

1 Absalom regnum ambiens, animos populi sibi conciliat. 9 Coniurat aduersus Danidem. 16 Fugit Dauid à facie ipsius, quẽ sequitur Ethai. 31 Oratio Dauidis cõtra Achitophel. 32 Chusai Arachites.

Factum est post hæc fecit sibi Absalom currus & equites, & quinquaginta viros qui præcederent eum. ¶2 Et mane consurgens Absalom, stabat iuxta introitum portæ in via, & omnem virum qui habebat negotium vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se. & dicebat, De qua ciuitate es tu? Qui respõdens aiebat, Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus. ¶3 Respondebatque ei Absalom, Videtur mihi sermones tui boni & iusti. sed nõ est qui te audiat constitutus à rege. Dicebatque Absalõ, ¶4 Quis me cõstituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotiũ, & iustè iudicem? ¶5 Sed & quũ accederet ad eum homo vt salutaret illũ, extendebat manum suã, & apprehendens, osculabatur eum. ¶6 Faciebatque hoc omni Israel venienti ad iudicium vt audiretur à rege, & solicitabat corda virorum Israel. ¶7 Post quadraginta autem annos, dixit Absalom ad regem Dauid, Vadã, & reddã vota mea quæ vouit Domino in Hebron. ¶8 Vouens enim vouit seruus tuus, quũ esset in Gessur Syriæ, dicens, Si reduxerit me Dominus in Ierusalem, sacrificabo Domino. ¶9 Dixitque el rex Dauid, Vade in pace. Et surrexit, & abiit in Hebron. ¶10 Misit autem Absalom exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens, Statim vt audieritis clangorem buccinæ, dicite, Regnabit Absalõ in Hebrõ. ¶11 Porrò cum Absalom ierunt ducẽti viri de Ierusalem vocati, eũtes simplici corde, & causam penitus ignorantes. ¶12 Accersiuit quoque Absalom

Regnauit

Achi tophel Gilonitem consiliarium Dauid, de ciuitate sua Gilo. ᵃQuúmque immolaret victimas: facta est cõiuratio valida, populúsque concurrens augebatur cũ Absalõ. ¶13 Venit igitur nuntius ad Dauid, dicens, Toto corde viuersus Israel sequitur Absalom. ¶14 Et ait Dauid seruis suis qui erãt cum eo in Ierusalem, Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom: festinate egredi, ne forte veniens occupet nos, & ᵇimplicet super nos ruinam, & percutiat ciuitatẽ in ore gladii. ¶15 Dixerúntque serui regis ad eũ, Omnia quæcunque præceperit dominus noster rex, libenter exequimur serui tui. ¶16 Egressus est ergo rex, & vniuersa dom eius pedibus suis: & reliquit rex decem mulieres cõcubinas ad custodiendã domũ. ¶17 Egressúque rex & omnis Israel pedib suis, stetit procul à domo: ¶18 Et vniuersi serui eius ambulabãt iuxta eũ, & legiones Cerethi & Phelethi, & omnes Gethæi pugnatores validi fexcenti viri qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem. ¶19 Dixit autem rex ad Ethai Gethæũ, cur venis nobiscũ? reuertere, & habita cũ rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco tuo. ¶20 Heri venisti, & hodie compellẽris nobiscum egredi? ego autem vadam quo iturus sum: reuertere, & reduc tecũ fratres tuos, & Dominus faciet tecum misericordiam & veritatẽ, quia ostẽdisti gratiã & fidẽ. ¶21 Et respondit Ethai regi, dicens Viuit Dominus meus rex: quonia in quocunque loco fueris domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. ¶22 Et ait Dauid Ethai Veni, & trauũ. & transiuit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. ¶23 Omnéque flebant voce magna, & vniuersus populus trãsibat: rex quoque transgrediebatur torrentem cedron, & cunctus populus incedebat contra viam ~oliuæ quæ respicit ad desertum. ¶24 Venit autem & Sadoc ~sacerdos. & vniuersi Leuitæ cũ eo, portantes arcam fœderis Dei: & deposuerunt arcã fœderis Dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de ciuitate. ¶25 Et dixit rex ad Sadoc, ᵇReporta arcam Dei in vrbem: si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi eam & tabernaculum suum.

¶26 Si autem dixerit mihi, Non places: præstó sum faciat quod bonũ est cõi se. ¶27 Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem, O vidẽs reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus, & Ionathan filius Abiathar duo filii vestri, sint vobiscum. ¶28 Ecce ego abscondar in cãpestribus deserti, donec veniat sermo à vobis, indicans mihi. ¶29 Reportauerũt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Ierusalem. & manserunt ibi. ¶30 Porrò Dauid ascendebat Cliuum oliuarum, scandẽs & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite, sed & omnis populus qui erat cũ eo, operto capite ascẽdebat plorãs. ¶31 Nuntiatũ est autẽ Dauid quòd ᵃAchitophel esset in cõiuratione cum Absalom, dixitque Dauid, Infatua quæso Domine consilium Achitophel. ¶32 Quúmq; ascẽderet Dauid summitatẽ montis in quo adorabat erat ᶜDominum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite. ¶33 Et dixit ei Dauid, Si veneris mecum, eris mihi oneri: ¶34 Si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom, Seruus tuus sum ᵈ rex, ᵉpatere me viuere: sicut fui seruus patris tui, tic ero seruus tuus: dissipabis consilium Achitophel. ¶35 Habes autem tecum Sadoc & Abiathar sacerdotes: & omne verbũ quodcunque audieris ᶠin domo regis, indicabis Sadoc & Abiathar sacerdotibus ¶36 Sunt enim cum eis duo filii eorũ Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne verbũ quod audieritis. ¶37 Et ẽtẽte ergo Chusai amico Dauid in ciuitatem, Absalom quoque ingressus est Ierusalem.

## CAP. XVI.

ᵃSibæ médaci dat Dauid bona Miphi-bõseth. ᵇSemei maledicit Dauidi fugiẽti. ¿ cõcumbit Absalom cum concubinis patris.

QVúmque Dauid trãsisset paululũm mõtis vertícẽ, apparuit Siba puer Miphibõseph, in occursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant ducentis panibus, & cẽtum alligaturis uuæ passæ, & cẽtũ massis palarhaꝝ, & ᵃduob' vtrib' vini. ¶2 Et dixit rex Sibæ, Quid tibi volunt hæc? Respõditque Siba, Domine mi rex, asini, domesticis regis vt sedeat, & panes & palathæ ad vescẽdũ pueris ~tuis, vinum autem vt bibat quisquis defecerit in deserto. ¶3 Et ait rex, vbi est filius domini tui? Respondítque Siba regi, Remansit in Ierusalem, dicens, Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei. ¶4 Et ait rex Sibæ, Tua sint omnia quæ fuerunt Miphi-bõseth. Dixitque Siba, Oro vt inueniam gratiam coram te domine mi rex. ¶5 Veniteigo rex Dauid vsque Bahurim: & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei, filius Gera. Procedebátque egrediens, & maledicebat. ¶6 Mittebátque lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos regis Dauid: omnis autem populus, & vniuersi bellatores à dextro & à sinistro latere regis incedebant. ¶7 Ita autem loquebatur Semei cum malediceret ~regi. Egredere, egrederevir sanguinum, & vir belial. ¶8 Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul: quoniam inuasisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filii tui: & ecce premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es. ¶9 Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi, Quare maledicit canis hic morituꝝ domino meo regi? vadã, & amputabo caput eius. ¶10 Et ait rex, Quid mihi & vobis est filii Saruiæ? dimittite eum vt maledicat: Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid: & quis est qui audeat dicere quare ita fecerit? ¶11 Et ait rex Abisai, & vniuersis seruis suis, Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quanto magis hic filius Iemini maledicet mihi? dimittite eum vt maledicat iuxta præceptum Domini. ¶12 Si forte respiciat Dominus afflictiõnem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac, die hodierna. ¶13 Ambulabat itaque Dauid, & socii eius per viam cum eo: Semei autem per iugũ montis ex latere, contra illũ gradiebatur, maledicẽs, & mã

tens lapides aduersum eum, terrámque sparges. ¶14 Venit itaq; rex Dauid, & vniuersus
atus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi. ¶15 Absalō autē & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed & Achitophel cū eo.
¶16 Quum autem venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eū, Salue rex salue rex. ¶17 Ad quem Absalom, Hæc est, inquit, gratia tua ad amicū tuū? quare non iuisti cum amico tuo? ¶18 Respondit.
D que Chusai ad Absalō, Nequaquā: quia illius ero quē elegit Dominus, & omnis hic populus & vniuersus Israel, & cum eo manebo. ¶19 Sed vt & hoc inferā, cui ego seruiturus sum? nōne filio regis? sicut patri tuo, ita parebo & tibi. ¶20 Dixit autem Absalom ad Achitophel, Inite consilium, quid agere debeamus.
¶21 Et ait Achitophel ad Absalom, Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendum domū: vt quum audierit omnis Israel quòd fœdaueris patrem tuū, roborentur tecum manus eorum. ¶22 ‖ Tetenderūt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressúsque est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel. ¶23 Cōsilium autē Achitophel, quod dabat in diebus illis, quasi siquis consuleret Deum: sic erat omne consilium Achitophel & quum esset cum Dauid, & quum esset cum Absalom.

## CAP. XVII.

1 Cōsilium Achitophel quod à Deo dissipatur. 11 Consilium Chusai. 17 Ionathā & Achimaas. 21 Fuga Dauidis. 23 Achitophel se suspendit. 24 Absalom persequitur Dauidem, & Amasam constituit ducem exercitus.

A Dixit ergo Achitophel ad Absalom, Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte. ¶2 Et irruens super eum (quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiā eum: quúmque fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem desolatum. ¶3 Et reducam vniuersum populum, quomodo vnus homo reuerti solet: vnum enim virum tu quæris: & omnis populus erit in pace. ¶4 Placuitque sermo eius Absalom, & cūctis maioribus natu. ¶5 Ait autē Absalō, vocate Chusai Arachitē, & audiamus quid etiā ipse dicat. ¶6 Quúmq; venisset Chusai ad Absalō, ait Absalō ad eū, huiusce modi sermonē locutus est Achitophel: facere debemus an nō? quod das consiliū? ¶7 Et dixit Chusai ad Absalom, Non est bonū con
E silium quod dedit Achitophel hac vice. ¶8 Et rursum intulit Chusai. Tu nosti patrem tuū, & viros qui cum eo sunt, esse fortissimos & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu fœuiat. Sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo. ¶9 Forsitan nūc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco: & quū ceciderit vn⁹ quilibet in principio, audiet quicunque audierit, & dicet, Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom.
¶10 Et fortissimus quisque, cuius cor est qua si leonis, pauore soluetur: scit enim omnis
C populus Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt. ¶11 Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium, Congregetur ad te vniuersus populus Israel, à Dan vsque Berſabee, quasi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorū. ¶12 Et irruem⁹ super eū in quocūque loco inuētus fuerit: & operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram: & non relinquemus de viris qui cum eo sunt, ne vnum quidem. ¶13 Quòd si vrbē aliquā fuerit ingressus, circundabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eā in torrentem, vt non reperiatur ne calculus quidē ex ea. ¶14 Dixitque Absalom, & omnes viri Israel, Melius est consilium Chusai Arachitæ, consilio Achitophel. Dominus autē nutu dissipatum est consilium Achitophel vtile, vt induceret Dominus super Absalom malum.
¶15 Et ait Chusai Sadoc & Abiathar sacerdotibus, Hoc & hoc modo cōsiliū dedit Achitophel Absalō, & senioribus Israel: & ego tale & tale dedi consiliū. ¶16 Nūc ergo mittite celeriter, & nuntiate Dauid, dicētes, Ne morēris nocte hac in campestribus deserti, sed absque dilatione trāsgredere: ne forte absorbeatur rex, & omnis populus qui cū eo est. ¶17 Ionathās autē & Achimaas stabant iuxta Fontem-rogel: abiit ancilla & nuntiauit eis: & illi profecti sunt, vt referrent ad regē Dauid nuntiū: non enim poterant videri, aut introire ciuitatem. ¶18 Vidit autem eos quidā puer, & indicauit Absalom: illi verò cōcito gradu ingressi sunt domum cuiusdā viri in Bahurim, qui habebat puteū in vestibulo suo, & descendere iussit in eū. ¶19 Tulit autē mulier, & expādit velamē super os putei, quasi siccās ptisanas: & sic latuit res. ¶20 Quūmq; venissent serui Absalom in domū ad mulierem, dixerūt, Vbi est Achimaas & Ionathan? Et respōdit eis mulier, Transierunt festinanter, gustata paululū aqua. at hi qui quærebant, quum nō reperissent, reuersi sunt in Ierusalem. ¶21 Quūmque abiissent, ascēderūt illi de puteo, & pergētes nuntiauerunt regi Dauid, & dixerūt, Surgite, & transite cito fluuium: quoniam huiusmodi dedit consilium contra vos Achitophel.
¶22 Surrexit ergo Dauid, & omnis populus qui cum eo erat, & transierunt Iordanem, donec diluceſceret antequam denudaretur verbum. & ne vnus quidem reſuduus fuit, qui nō transisset fluuium. ¶23 Porrò Achitophel videns quòd non fuisset factum consiliū suū, strauit asinum suum, surrexitque & abiit in domum suam & in ciuitatem suam: & disposita domo sua, suspendio interiit, & sepultus est in sepulchro patris sui. ¶24 Dauid autem venit in castra, & Absalom transiit Iordanē, ipse & omnes viri Israel cum eo. ¶25 Amasam verò constituit Absalom pro Ioab super exercitum: Amasa autem erat filius viri qui vocabatur Ietra de Israeli, qui ingressus est ad Abigail filiā Naas sororem Sarulæ, quæ fuit mater Ioab. ¶26 Et castrametatus est Israel cum Absalom in Terra-Galaad. ¶27 Quúmque venisset Dauid in castra, Sobi filius Naas de Rabath filiorum Ammon & Machir filius Amiel de Lo-debar, & Berzellai Galaadites de Rogelim, ¶28 Obtulerunt ei stratoria & tapetia, & vasa fictilia, frumētū & hordeū, & farinā & polentā, & fabā & lentē, & frixū oleo cicer, ¶29 Et mel & butyrum, oues & pingues vitulos: dederūntq; Dauid, & populo q cū eo

erat, ad vescendum. suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

CAP. XVIII.

6 Absalom prælio victus, & de quercu pẽdens, confoditur à Ioab. 18 Monumentum Absalom. 33 Dauid accepto nuntio mortis Absalom, eum plangit.

I Gitur considerato Dauid populo suo, cõstituit super eos tribunos & centuriones, 2 & dedit populi tertiã partẽ sub manu Ioab, & tertiã partẽ sub manu Abisai filii Sarviæ fratris Ioab, & tertiã partẽ sub manu Ethai, qui erat de Geth: dixitq; rex ad populũ, Egrediar & ego vobiscũ. 3 Et respondit populus, Non exibis: siue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit è nobis, non satis curabunt: quia tu vnus ~solus~ pro decem millibus computaris: melius est igitur vt tu nobis in vrbe præsidio. 4 Ad quos rex ait, Quod vobis videtur rectũ, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portã: egrediebatúrque populus per turmas suas cẽteni & milleni. 5 Et præcepit rex Ioab & Abisai & Ethai, dicens, Seruate mihi puerũ Absalom. Et omnis populus audiebat præcipiẽtẽ regem cunctis principibus pro Absalom. 6 Itaque egressus est populus in cãpum contra Israel, & factum est prælium in saltu Ephraim. 7 Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factáq; est plaga magna in die illa, viginti millium. 8 Fuit autem ibi prælium dispersum super faciẽ omnis terræ, & multò plures erãt quos saltus cõsumpserat de populo, quàm ni quos vorauerat gladius in die illa. 9 Accidit autem vt occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo: quúmq; ingressus fuisset mulus, subter condensam quercum & magnã, adhæsit caput eius quercui: illo suspenso inter cælum & terram, mulus cui insederat pertransiuit. 10 Vidit autem hoc quidpiam, & nuntiauit Ioab, dicens, Vidi Absalom pendere de quercu. 11 Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei, Si vidisti, quare non cõfodisti eũ cum terra, & ego dedissem tibi decem argenteos siclos, & vnũ baltheũ? 12 Qui dixit ad Ioab, Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis: audiẽtibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abisai, & Ethai, dicens, Custodite mihi puerum Absalom. 13 Sed & si fecissem contra animam meam audaciter, nequaquam hoc regem latere potuisset, & tu stares ex aduerso. 14 Et ait Ioab, Non sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. tulit ergo tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalom. quúmque adhuc palpitaret hærens in quercu, 15 cucurrerunt decẽ iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerũt eũ. 16 Cecinit autem Ioab buccina, & retinuit populũ, ne persequeretur fugientem Israel, volẽs parcere multitudini. 17 Et tulerunt Absalom, & proiecerunt eum in saltu, in foueam grandẽ, & congregauerunt super eum acerum lapidum magnum nimis. omnis autem Israel fugit in tabernacula sua. 18 Porrò Absalõ erexerat sibi, quum adhuc viueret, titulum, qui est in Valle regis: dixerat enim, Non habeo filium, & hoc erit monimẽtum nominis mei. Vocauitque titulũ nomine suo, & appellatur Manus Absalom vsque ad hanc diem. 19 Achimaas autem filius Sadoc, ait, Curram, & nũtiabo regi quia iudicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum eius. 20 Ad quem Ioab dixit, Non eris nuntius in hac die, sed nuntiabis in alia: hodie nolo te nuntiare: filius enim regis est mortuus. 21 Et ait Ioab Chusi, Vade, & nuntia regi quæ vidisti. adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. 22 Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab, Quid impedit si etiã ego curra post Chusi? Dixitq; ei Ioab, Quid vis curtere fili mi? ~veni huc, non eris boni nũtii bilulus. 23 Qui respõdit, Quid enim si cucurrero? & ait ei, Curre. currẽs ergo Achimaas per vlã cõpendii, trãsiuit Chusi. 24 Dauid autẽ sedebat inter duas portas: speculator verò qui erat in fastigio portæ super murũ, eleuãs oculos, vidit hominẽ currẽtem solũ. 25 Et exclamãs, indicauit regi: dixitq; rex, Si solus est, bonus est nũtius in ore eius. Properãte autẽ illo, & accedẽte propius, 26 vidit speculator alterũ hominẽ currentẽ, & vociferãs in culmine, ait, Apparet mihi alter homo currens solus. dixitque rex, Et iste bonus est nũtius. 27 Speculator autem, Contẽplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas filii Sadoc. Et ait rex, vir bonus est: & nũtium portans bonum, venit. 28 Clamãs autem Achimaas, dixit ad regem, Salue rex, & adorans regem coram eo pronus in terrã, ait, Benedictus Dominus Deus tuus, qui cõclusit homines qui leuauerunt manus suas cõtra dominũ meum regẽ. 29 Et ait rex, Estne pax puero Absalom? Dixitque Achimaas, Vidi tumultum magnum, quũ mitteret Ioab seruus tuus, ô rex, me seruũ tuum: nescio aliud. 30 Ad quẽ rex, Trãsi, ait: & sta hic. Quúmq; ille transiisset, & staret, 31 Apparuit Chusi: & veniẽs ait, Bonum apporto nuntiũ domine mi rex: iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omniũ qui surrexerunt contra te. 32 Dixit autem rex ad Chusi, Estne pax puero Absalom? cui respõdens Chusi, Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis, & vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum. 33 Contristatus itaque rex, ascendit cœnaculum portæ, & fleuit. Et sic loquebatur, vadens, Fili mi Absalõ. Absalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Absalõ fili mi, fili mi Absalom?

CAP. XIX.

1 Ioab consolatur Dauidem flentem Absalom filiũ. 11 Amasa constituitur princeps pro Ioab. 14 Dauid reducitur in Ierusalem. 19 Veniam rogat Semei. 24 Miphiboseth. 31 Berzellai. 38 Chamaam.

NUntiatum est autẽ Ioab quòd rex fleret, & lugeret filium suum. 2 Et versa est victoria in luctũ in die illa omni populo: audiit enim populus in die illa dici, Dolet rex super filio suo. 3 Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare solet populus verſ', & fugiẽs de prælio. 4 Porro rex operuit caput suum, & clamabat voce magna, Fili mi Absalom. Absalom fili mi. 5 Ingressus ergo Ioab ad regem in domum, dixit, Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum qui saluauerunt animam tuam.

am.& animam filiorum tuorum & filiarũ tua
rum, & animam vxorum tuarum, & animam
concubinarum tuarum. ¶6 Diligis odientes
te,& odio habes diligentes te:& ostendisti ho
die quia non curas de ducibus tuis, & de ser
uis tuis:& verè cognoui modò, quia si Abſa
lom viueret,& omnes nos occubuiſſemus,tũc
placeret tibi. ¶7 Nunc igitur surge, & prode
de:& alloquens fatisfac seruis tuis:iuro enim
tibi per Dominũ,quòd si non exieris,ne vnus
quidem remanſurus ſit tecum nocte hac: &
peius erit hoc tibi,quàm omnia mala quæ ve
nerunt ſuper te ab adoleſcentia tua vſque in
præſens. ¶8 Surrexit ergo rex,& ſedit in por
ta: & omni populo nuntiatum eſt quòd rex
ſederet in porta: venitque vniuerſa multitu
do coram rege,Iſrael autem fugit in taberna
cula ſua. ¶9 Omnis quoque populus certabat
in cunctis tribubus Iſrael, dicens, Rex libera
uit nos de manu inimicorum noſtrorum,ipſe
ſaluauit nos de manu Philiſthinorum:& nũc
fugit de terra propter Abſalom: ¶10 Abſalom
autem quem vnximus ſuper nos, mortuus eſt
in bello:vſquequo ſiletis, & non reducitis re
gem? ¶11 Rex verò Dauid miſit ad Sadoc &
Abiathar ſacerdotes, dicens, Loquimini ad
maiores natu Iuda,dicẽtes, Cur veniſis nouiſ
ſimi ad reducẽdum regem in domum ſuam?
Sermo autem omnis Iſrael peruenerat ad re
gem in domo eius. ¶12 Fratres mei vos:
os meum,& caro mea vos:quare nouiſſimi re
ducitis regem? ¶13 Et Amaſæ dicite. Nonne os
meum, & caro mea es? Hæc faciat mihi Deus,
& hæc addat, ſi non magiſter militiæ fueris
coram me omni tempore pro Ioab. ¶14 Et in
clinauit cor omnium virorum Iuda, quaſi vi
ri vnius:miſerũntque ad regem, dicentes, Re
uertere tu,& omnes ſerui tui. ¶15 Et reuerſus
eſt rex:& venit vſque ad Iordanem, & omnis Iuda venit vſq; in Galgala, vt occurreret
regi,& traduceret eum Iordanem. ¶16 Feſtina
uit autem Semei filius Gera filii Iemini de Ba
hurim, & deſcendit cum viris Iuda in occur
ſum regis Dauid. ¶17 Cum mille viris de Ben
iamin, & Siba puer de domo Saul: & quinde
cim filii eius,ac viginti ſerui erant cum eo: &
irrumpentes Iordanem,ante regem. ¶18 Trans
ierunt vada,vt traducerent domum regis, &
facerẽt iuxta iuſſionem eius. Semei autem fi
lius Gera proſtratus coram rege, quum iam
tranſiſſet Iordanem, ¶19 Dixit ad eum, Ne
reputes mihi domine mi iniquitatem, neque
memineris iniuriarum ſerui tui in die qua e
greſſus es domine mi rex de Ieruſalem,neque
ponas tex in corde tuo. ¶20 Agnoſco enim
ſeruus tuus peccatum meum:& ideirco hodie
primus veni de omni domo Ioſeph, deſcen
dique in occurſum domini mei regis. ¶21 Re
ſpondens verò Abiſai filius Saruiæ,dixit, Nũ
quid pro his verbis non occidetur Semei,quia
maledixit chriſto Domini? ¶22 Et ait Dauid,
Quid mihi & vobis filii Saruiæ? cur efficimini
mihihodie in ſatã? egõne hodie interficietur
vir in Iſrael? an ignoro hodie me factũ regẽ
ſuper Iſrael? ¶23 Et ait rex Semei, Non morie
ris,iurauitque ei. ¶24 Miphi-bõſethquoque fi
lius Saul deſcendit in occurſum regis illotis
pedibus,& intonſa barba veſtẽſque ſuas non
lauerat, die qua egreſſus fuerat rex,vſque ad
diem reuerſionis eius in pace. ¶25 Quũmque
occurriſſet regi, dixit ei rex, Quare nõ venis
ſti mecum Miphi-bõſeth? ¶26 Et reſpondens
ait, Domine mi rex, ſeruus meus contempſit
me: dixique ei ego famulus tuus, vt ſterneret
mihi aſinum,& deſcendẽs abirem cum rege:
claudus enim ſum ſeruus tuus. ¶27 Inſuper
& accuſauit me ſeruum tuum ad te dominum
meum regẽ:tu autẽ domine mi rex,ſicut An
gelus Dei es,fac quod placitũ eſt tibi. ¶28 Ne
que enim fuit domus patris mei, niſi mortio
noxia domino meo regi: tu autem poſuiſti
me ſeruum tuum inter conuiuas menſæ tuæ:
quid ergo habeo iuſtæ querelæ? aut quid poſ
ſum vltrà vociferari ad regẽ? ¶29 Ait ergo ei
rex, Quid vltrà loquẽris? ſtatũ eſt quod locut'
ſũ:tu & Siba diuidite poſſeſſiones. ¶30 Reſpõ
ditque Miphi-bõſeth regi, Etiã cũcta accipiat,
poſtquã reuerſus eſt dominus meus rex pacifice in domũ ſuam. ¶31 Berzellai quoq; Ga
laadites, ſenex valde, deſcendens de Rogeli,
traduxit regẽ Iordanem, paratus etiam vltra
fluuiũ proſequi eum. ¶32 Erat autẽ Berzellai
Galaadites ſenex valde,id eſt octogenarius,&
ipſe præbuit alimenta regi,quũ moraretur in
Caſtris:fuit quippe vir diues nimis. ¶33 Dixit
itaque rex ad Berzellai, Veni mecũ,vt requie
ſcas ſecurus mecũ in Ieruſalẽ. ¶34 Et ait Ber
zellai ad regem, Quot ſunt dies annorum vi
tæ meæ,vt aſcendam cum rege in Ierusalem?
¶35 Octogenarius ſum hodie:nunquid vigent
ſenſus mei ad diſcernendum ſuaue aut amarum? aut delectare poteſt ſeruum tuum cibus
aut potus? vel audire poſſum vltrà vocẽ can
torum atque cantatricũ? quare ſeruus tuus ſit
oneri domino meo regi? ¶36 Paululũ procedam famulus tuus ab Iordane tecum: non in
digeo hac vicißitudine. ¶37 Sed obſecro vt
reuertar ſeru' tuus,& moriar in ciuitate mea,
& ſepeliar' iuxta ſepulchrum patris mei &
matris meæ. Eſt autem ſeruus tuus Chamaã,
ipſe vadat tecũ domine mi rex,& fac ei quic
quid tibi bonũ videtur. ¶38 Dixit itaq; ei rex,
Mecũ trãſeat Chamaã. ego facia ei quicquid
tibi placuerit:& omne quod petieris à me,im
petrabis. ¶39 Quũmq; trãſiſſet vniuerſus po
pulus & rex Iordanẽ, reſtitit' oſculatus eſt
rex Berzellai, & benedixit ei: & ille reuerſus
eſt in locũ ſuũ. ¶40 Trãſiuit ergo rex in Gal
galã,& Chamaã cũ eo:omnis autẽ populꝰ Iu
da traduxerat regẽ,& media tantùm pars af
fuerat de populo Iſrael. ¶41 Itaq; omnes viri
Iſrael cõcurrentes ad regẽ,dixerunt ei. Quare
te furati ſunt fratres noſtri viri Iuda,& tradu
xerũt regẽ & domũ eius Iordanẽ,omnẽſq; vi
ros Dauid cum eo? ¶42 Et reſpõdit omnis vir
Iuda ad viros Iſrael, Quia mihi propior eſt
rex: cur iraſceris ſuper hac re? nũquid come
dimus aliquid ex rege,aut munera nobis data
ſunt? ¶43 Et reſpõdit vir Iſrael ad viros Iuda,
& ait, Decẽ partibus maior ego ſum apud re
gẽ,magiſque ad me pertinet Dauid quàm ad
te:cur feciſti mihi iniuriã,& nõ mihi nũtiatũ
eſt priori,vt reduceret regẽ meũ? durius autẽ
reſponderunt viri Iuda viris Iſrael.

*Ierusalem

*aſcendens

*Reg.2.b.16.a.

*17.g.17.

*&

*procedat

CAP. XX.

1 Seba separat Israelemà Dauide. 3 Concubinæ Dauidis includuntur. 5 Abisai persequitur Sebà. 8 Ioab interficit Amasà. 10 Abela obtinetur. 11 Caput Sebæ traditur Ioab. 23 Ordo aulæ Dauidis.

ACcidit quoque vt ibi esset vir belial nomine Seba filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait, Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai: vnusquisque in tabernacula sua Israel. 2 Et separatus est omnis Israel à Dauid, secutúsque est Seba filium Bochri: viri autem Iuda adhæserunt regi suo à Iordane vsque Ierusalem. 3 Quumque venisset rex in domum suam in Ierusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens: & non est ingressus ad eas, sed erant clausæ vsque in diem mortis suæ in viduitate viuentes. 4 Dixit autem rex Amasæ, Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. 5 Abiit ergo Amasa vt conuocaret Iudam, & moratus est extra placitum quod ei cõstituerat rex. 6 Ait autem Dauid ad Abisai. Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri, quàm Absalom: tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, ne forte inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. 7 Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoque, & Phelethi: & omnes robusti exierunt de Ierusalem ad persequendum Seba filium Bochri. 8 Quúmque illi essent iuxta lapidem grandem qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis. porrò Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & desuper accinctus gladio dependente vsque ad ilia, in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. 9 Dixit itaque Ioab ad Amasam, Salue mi frater. & tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculàs eũ. 10 Porró Amasa non obseruauit gladium. quem habebat Ioab: qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius in terram, & mortuus est, nec secundum vulnus apposuit. Ioab autem, & Abisai frater eius persecuti sunt Seba filium Bochri. 11 Interea quidam viri, quũ steriſſet iuxta cadauer Amasæ, de sociis Ioab, dixerunt. Bene qui esse volunt pro Ioab comes Dauid. 12 Amasa autẽ cõspersus sanguine, iacebat in media via. vidit hoc quidam vir quòd subsisteret omnis populus ad videndum eum, & amouit Amasam de via in agrũ: operuitque eũ vestimẽto, ne subsisterẽt trãseuntes, propter eũ. 13 Amoto ergo illo de via, transibat omnis vir sequens Ioab ad persequendũ Seba filiũ Bochri. 14 Porrò ille trãsierat per omnes tribus Israel vsq; in Abelà, & Beth-maacha: omnésq; viri electi cõgregati fuerũt ad eũ. 15 Venerũt itaq;, & oppugnabãt eum in Abela, & in Beth-maacha, & circundederũt munitionibus ciuitatem, & obsessa est vrbs: omnis autẽ turba quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. 16 Et exclamauit mulier sapiẽs de ciuitate, Audite, audite, dicite Ioab, Appropinquahuc, & loquar teeũ. 17 Qui quum accessisset ad eã, ait illi, Tu es Ioab? & ille respõdit, Ego. ad quem sic locuta est, Audi sermones ancillæ tuæ. qui respõdit, audio. 18 Rursúmq; illa, Sermo, inquit, dicebatur in vetere prouerbio. Qui interrogant, interrogent in Abela. & sic perficiebãt. 19 Nõnne ego sum quæ respondeo veritatẽ in Israel, & tu quæris subuertere ciuitatem, & euertere matrem in Israel? quare præcipitas hæreditatẽ Domini? 20 Respondensq; Ioab, ait, Absit, absit, hoc à me non præcipito neq; demolior. 21 Non sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba, filius Bochri cognomine, leuauit manum suam contra regem Dauid: tradite illum solũ, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab, Ecce caput eius mittetur ad te per murum. 22 Ingressa est ergo ad omnem populum, & locuta est eis sapienter: qui abscissum caput Sebæ filii Bochri proiecerunt ad Ioab. & ille cecinit tuba. & recesserunt ab vrbe, vnusquisque in tabernacula sua: Ioab autem reuersus est Ierusalem ad regem. 23 Fuit ergo Ioab super omnẽ exercitum Israel: Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethæos & Phelethæos. 24 Aduram verò super tributa: porrò Iosaphat filius Ahilud, à commentariis. 25 Siua autem, scriba: Sadoc verò & Abiathar, sacerdotes. 26 Ira autem Iairites erat sacerdos Dauid.

CAP. XXI.

1 Fames triũ annorum ob violatã Gabaonitis fidem. 7 Dauid præstat iuramentum onathæ. 9 Septẽ filii Saul suspendũtur. 10 Respha materna viscera. 15 Quatuor insignia bella Dauidis contra Philistheos. 17 Ne sibi non extinctur. 19 Goliath.

FActa est quoque fames in diebus Dauid triẽnio tribus ãnis iugiter: & cõsuluit Dauid oraculũ Domini. Dixitque Dominus, Propter Saul, & domũ eius sãguinũ, quia occidit Gabaonitas. 2 Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos. (porrò Gabaonitæ non erant de filiis Israel, sed reliquiæ Amorrhæorũ: filii quippe Israel iurauerant eis, & voluit Saul percutere eos zelo, quasi pro filiis Israel & Iuda.) 3 Dixitergo Dauid ad Gabaonitas, Quid faciã vobis? & quod erit vestri placitũ, vt benedicatis hæreditati Domini? 4 Dixerũtq; ei Gabaonitæ, Non est nobis super argẽto & auro quæstio, sed contra Saul, & cõtra domum eius: neque volumus vt interficiatur homo de Israel. ad quos rex ait. Quid ergo vultis vt faciã vobis? 5 Qui dixerũt regi, Virũ qui attriuit nos & oppressit nuper, ita delere debem, vt ne vnus qui dem resíduus sit de stirpe eius in cunctis finibus Israel. 6 Dentur nobis septem viri de filiis eius, vt crucifigam eos Domino in Gabaa Saul quõdam electi Domini. & ait rex, Ego dabo. 7 Pepercitque rex Miphi-bosethi filio Ionathæ filii Saul, propter iusiurãdum quod fuerat inter Dauid, & inter Ionathan filiũ Saul. 8 Tulit itaque rex duos Respha filiæ Aia, quos peperit Saul, Armoni, & Miphi bosethi: & quinque filios Michol filiæ Saul quos genuerat Hadrieli filio Berzelai, qui fuit de Molathi, 9 & dedit eos in manũ Gabaonitarũ: qui crucifixerũt eos in mõte corã Domino. & ceciderũt hi septẽ simul occisi in diebus messis primis, incipientemessione hordei. 10 Tollés autem Respha filia Aia, cilicium, substrauit

sibi supra petram ab fuitio messis, donec stillaret aqua super eos de cælo: & nō dimisit aues lacerare eos per diem nec q; bestias per noctem. ¶11 Et nunciata sunt Dauid quæ fecerat Respha filia Aia, concubina Saul. ¶12 Et abiit Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa Ionathæ filii eius à viris Iabes-Galaad, qui furati fuerant ea de platea Beth-san, in qua suspenderāt eos Philisthiim quū interfecissēt Saul in Gelboe. ¶13 Et asportauit inde ossa Saul, & ossa Ionathæ filii eius. & collegerūt ossa eorū, qui affixi fuerāt. ¶14 Sepelierūt ea cū ossib' Saul, & Ionathæ filii eius in Terra-Beniamin, in Latere, in sepulchro Cis patris eius: fecerūtque omnia quæ præceperat rex. & repropitiatus est Deus terræ post hæc. ¶15 Factum est autē rursum prælium Philisthinorum aduersum Israel, & descēdit Dauid, & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philisthiim. Defecitque autem Dauid, ¶16 Iesbi-benob, qui fuit de genere arapha, (cuius ferrum hastæ trecentas vncias appēdebat, & accinctus erat ense nouo.) insus est percutere Dauid. ¶17 Præsidioq; ei fuit Abisai filius Saruiæ, & percussum Philisthæū interfecit. tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes, Nam non egredieris nobiscū in bellū, ne extinguas lucernā Israel. ¶18 Secundum quoquebellum fuit in Gob contra Philisthæos: tunc percussit Sobochai de Husathi, Saph de stirpe arapha de genere gigātum. ¶19 Tertium quoq; fuit bellū in Gob contra Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus polymitari Beth-lehemites Goliath Gethæum, cuius hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium. ¶20 Quartū bellū fuit in Geth: in quo vir fuit excelsus qui senos in manibus pedibusque habebat digitos, id est viginti quatuor, & erat de origine arapha. ¶21 Et blasphemauit Israel: percussit autē eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. ¶22 Hi quatuor nati sunt de arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.

## CAP. XXII.

1 Canticum Dauidis pro liberatione ab omnibus inimicis. 44 Abiectio Iudæorum, & Gentium electio.

LOcutus est autem Dauid Domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. ¶2 Et ait, Dominus petra mea, & robur meū, & saluator me'. ¶3 De' Dominus' fortis meus, sperabo in eum: scutū meum, & cornu salutis meæ: eleuator meus, & refugium meum: saluator meus, de iniquitate liberabis me. ¶4 Laudabilem inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero. ¶5 Quia circundederunt me contritiones mortis: torrētes belial terruerunt me: ¶6 Funes inferni circundederunt me: præuenerūt me laquei mortis: ¶7 In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo 'sancto' suo vocem meam, & clamor meus venit ad aures eius. ¶8 Commota est & contremuit terra, fundamenta montiū concussa sunt & conquassata, quoniam iratus est 'eis.' ¶9 Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius 'vorauit:' carbones succensi sunt ab eo. ¶10 Et inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius. ¶11 Et ascendit super cherubim & volauit: & lapsus est super pennas venti. ¶12 Posuit tenebras in circuitu suo tabernaculum: cribrans aquas de nubibus cælorum. ¶13 Præfulgore in conspectu eius, 'nubes' succensi sunt carbones ignis. ¶14 Tonabit de cælo Dominus, & excelsus dabit vocē suā. ¶15 Misit sagittas 'suas,' & dissipauit eos: fulgur, & cōsumpsit eos. ¶16 Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamēta orbis ab increpatione Domini, ab inspiratione spiritus furoris eius. ¶17 Misit de cælo, & assumpsit me, & extraxit me de aquis multis. ¶18 Liberauit me ab inimico meo potentissimo, & ab his qui oderāt me: quoniā robustiores me erant. ¶19 Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est Dominus firmamētum meum. ¶20 Et eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia cōplacui ei. ¶21 Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum mundi tiam manuum mearū reddet mihi. ¶22 Quia custodiui vias Domini, & nō egi impiē à Deo meo. ¶23 Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, & præcepta eius non amouī à me. ¶24 Et ero perfectus 'coram' eo, & custodiam me ab iniquitate mea. ¶25 Et restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum in conspectu oculorum suorum. ¶26 Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus. ¶27 Cum electo electus eris, & cum peruerso peruertēris. ¶28 Et populum pauperem saluum facies, oculisque tuis excelsos humiliabis. ¶29 Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminābis tenebras meas: ¶30 In te enim curram accinctus, in Deo meo transiliam murum: ¶31 Deus, immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum: scutum est omnium sperantium in se. ¶32 Quis est Deus præter Dominum: & quis 'Deus' fortis, præter Deum nostrum? ¶33 Deus qui 'accinxit' me fortitudi ne, & complanauit perfectam viam meam, ¶34 Coæquans pedes ceruli, & super excelsa mea statuens me. ¶35 Docens manus meas ad prælium, & componens quasi arcum æreum brachia mea. ¶36 Dedisti mihi clypeum salutis tuæ, & mansuetudo' mea' multiplicauit me. ¶37 Dilatabis gressus meos subt' me, & nō defecient tali mei. ¶38 Persequar inimicos meos, & conterā, & non conuertar donec consumam eos. ¶39 Consumā eos, & confringā, vt non cō surgant: cadēt sub pedibus meis. ¶40 Accinxisti me fortitudine ad prælū, 'incurua sti' resistentes mihi subtus me. ¶41 Inimicos meos dedisti mihi deorsum: odientes me, & disperdam eos. ¶42 Clamabunt, & non erit qui saluet: ad Dominum, & non exaudiet eos. ¶43 Delebo eos vt puluerem terræ: quasi lutum plateārū comminuam eos atque confringam. ¶44 Saluabis me à contradictionibus populi mei: custodies me in caput gentium: populus quem ignoro, seruiet mihi. ¶45 Filii alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi. ¶46 Filii alieni defluxerunt, & contrahentur in angustiis suis. ¶47 Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & 'exaltabitur' Deus fortis salutis meæ. ¶48 Deus qui das vindictas mihi, & deijcis populos sub me. ¶49 Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus

mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.
¶50 ‖Propterea cõfitebor tibi Domine in Gẽtibus, & nomini tuo cantabo. ¶51 Magnificantis salutem regis sui, & facienti misericordiam christo suo Dauid, & semini eius in sempiternum.

CAP. XXIII.

1 Nouissima verba Dauidis, per quem locutus est Spiritus Sanctus. 8 Catalogus fortiũ Dauid.

HAEc autem sunt verba nouissima quæ dixit Dauid filius Isai: dixit vir cui constitutum est de christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel. ¶2 Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. ¶3 Dixit Deus Israel mihi, locutus est Fortis Israel, Dominator hominum, Iustus dominator in timore Dei. ¶4 Sicut lux auroræ oriente sole, mane absque nubibus rutilat, & sicut pluuiis germinat herba de terra. ¶5 Nec tanta est domus mea apud Deum, vt pactũ æternum ineret mecum firmum in omnibus atque munitum, cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quicquam ex ea quod non germinet. ¶6 Prænaricatores autem quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ nõ tolluntur manibus: ¶7 Et iquis tangere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato, igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum. ¶8 Hæc nomina fortiũ Dauid. Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingẽtos interfecit impetu vno. ¶9 Post hunc Eleazar filius Patrui eius Ahohites inter tres fortes, qui erat cũ Dauid quãdo exprobrauerunt Philisthiim, & cõgregati sunt illuc in prælium. ¶10 Quũque ascendissent filii Israel, ipse stetit & percussit Philisthæos donec defeceret manus eius, & obrigesceret cum gladio: fecitque Dominus salutem magnam in die illa: & populus qui fugerat, reuersus est ad cæsorũ spolia detrahẽda. ¶11 Et post hũc, Semma filius Age de Ararit: & congregati sunt Philisthiim in statione: erat quippe ibi ager lente plenus, quúmque fugisset populus à facie Philisthiim, ¶12 stetit ille in medio agri, & tutus est eũ, percussitque Philisthæos: & fecit Dominus salutem magnam. ¶13 Necnon & antè desteterant tres, qui erat principes inter triginta, & venerant tempore messis ad Dauid in spelunca Odollam: castra autem Philisthinorũ erant posita in valle gigantum. ¶14 Et Dauid erat in præsidio: porrò statio Philisthinorum tũc erat in Beth-lehẽ. ¶15 Desyderauit ergo Dauid aquam de lacu, & ait, ☞ quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Beth-lehem iuxta portam? ¶16 Irruperũt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquã de cisterna Beth-lehem, quæ erat iuxta portam. & attulerunt ad Dauid: at ille noluit bibere, sed libauit eã Domino, ¶17 Dicẽs, Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominũ istorum qui profecti sunt, & animarum periculũ bibã? Noluit ergo bibere. hæc fecerunt tres robustissimi. ¶18 Abisai quoque frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tribus: ipse est qui leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit, nominatus in tribus. ¶19 Et inter tres nobilior, erat que eorum princeps, sed vsque ad tres primos non peruenerat. ¶20 Et Banaias filius Ioiadæ viri fortissimi, magnorum operũ de Cabseel: ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus niuis. ¶21 Ipse quoque interfecit virum AEgyptium, virũ dignum spectaculo, habentem in manu hastam: itaque quũ descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastã de manu AEgyptii, & interfecit eum hasta sua. ¶22 Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. ¶23 Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen vsque ad tres non peruenerat: fecitque eum sibi Dauid auricularii, à secreto. ¶24 Asael frater Ioab inter triginta, Elehanã filius Patrui eius de Beth-lehem. ¶25 Semma de Harodi, Elica de Harodi. ¶26 Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua. ¶27 Abi-ezer de Anathoth, Mobonnai de Husati. ¶28 Selmon Ahohites, Maharai Netophathites. ¶29 Heleb filii Baana, & ipse Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin. ¶30 Banaia Pharathonites, Heddai de Torrente Gaas. ¶31 Abi-albon Arbathites, Azmãueth de Beromi. ¶32 Eliaba de Salaboni. Filii Iassen, Ionathan. ¶33 Semma de Orodi, Ahiã filius Sarar Ararites. ¶34 Eliphelet filius Aasbai filii Machati, Eliã filius Achitophel Gelonites. ¶35 Hesrai de Carmelo, Pharai de Arbi. ¶36 Igaal filius Nathan de Soba. Bonni de Gadi, ¶37 Selec de Ammoni, Naharai Berothites armiger Ioab filii Saruiæ. ¶38 Ira Ithrites, Gareb & ipse Ithrites, ¶39 Vrias Hethæus: omnes triginta septem.

CAP. XXIIII.

Israel ob numeratum à Dauide populum, percutitur à Deo: propter quod dolet Dauid.

ET addidit furor Domini irasci contra Israel, commouitque Dauid in eis dicẽtem, Vade, numera Israel & Iudã. ¶2 Dixitq; rex ad Ioab principẽ exercitus sui, Perambula omnes tribus Israel à Dan vsque Bersabee, & numera populum, vt sciam numerũ eius. ¶3 Dixitque Ioab regi, Adaugeat Dominus Deus tuus ad populũ tuum, quantus nũc est, iterúmque centuplicet in conspectu domini mei regis: sed quid tibi dominus meus rex vult in re huiusce modi? ¶4 Obtinuit autẽ sermo regis verba Ioab, & principum exercitus: egressúsque est Ioab, & principes militum à facie regis, vt numerarent populum Israel. ¶5 Quũque pertransissent Iordanẽ, venerũt in Aroer ad dexteram vrbis, quæ est in valle Gad: & per Iazer ¶6 Transierunt in Galaad, & in terram inferiorẽ Hadsi, & venerunt in Dan syluestria. Circumeuntẽsque inxta Sidõnem, ¶7 Transierũt prope mœnia Tyri. & omnem terram Heuæi & Chananæi, venerũntque ad Meridiem Iuda in Ber-sabee. ¶8 Et lustrata vniuersa terra affuerunt post nouem menses & viginti dies, in Ierusalem. ¶9 Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi, & inuenta sunt de Israel octingenta millia virorũ fortium, qui educerent gladium: & de Iuda quingenta millia pugnatorum. ¶10 Percussit autẽ cor Dauid eum, postquam numeratus est populus: & dixit Dauid ad Dominũ, Peccaui valde in hoc facto: sed precor Domine vt transfe ras iniquitatẽ serui tui, quia stultè egi nimis.

¶11 Surrexit itaque Dauid mane,& sermo Domini factus est ad Gad prophetam & videntem Dauid,dicens,¶12 Vade,& loquere ad Dauid. Hæc dicit Dominus. Trium tibi datur optio:elige vnum quod volueris ex his, vt faciam tibi. ¶13 Quúmque veniſſet Gad ad Dauid, nuntiauit ei,dicens, Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua:aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos , & illi te persequentur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua.nunc ergo delibera, & vide quem respondeam ei. qui me misit, sermonem. ¶14 Dixit autem Dauid ad Gad,coarctor nimis:sed melius est vt incidam in manus Domini ( multæ enim miſericordiæ eius sunt) quàm in manus hominum. ¶15 Immisitque Dominus pestilentiam in Israel,de mane vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan vsque ad Ber-sabee septuaginta millia virorum. ¶16 Quúmque extendisset manum suam Angelus Domini super Ierusalem vt disperderet eam, miſertus est Dominus super afflictione, & ait Angelo percutienti populum , Sufficit: nunc contine manum tuam . erat autem Angelus Domini iuxta aream Areuna Iebusæi. ¶17 Dixitque Dauid ad Dominum,quũ vidisset Angelum cædentem populũ,Ego sum qui peccaui. & ego iniquè egi : isti qui oues sunt , quid fecerunt?vertatur obsecro manus tua cõtra me,& cõtra domum patris mei. ¶18 Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa. & dixit ei, Ascende, & constitue altare Domino in area Areuna Iebusæi. ¶19 Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad,quem præceperat ei Dominus. ¶20 Conspiciensque Areuna, animaduertit regem & seruos eius trãsire ad se: ¶21 Et egressus adorauit regẽ prono vultu in terrã, & ait. Quid causæ est vt veniat dominus meus rex ad seruum suum?cui Dauid ait,Vt emam à te aream,& ædificem altare Domino, & cesset interfectio quæ grassatur in populo. ¶22 Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat, & offerat dominus meus rex , sicut placet ei : habes boues in holocaustum , & plaustrum & iuga boum in vsum lignorum. ¶23 Omnia dedit Areuna regi:dixitque Areuna ad regem, Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum. ¶24 Cui respõdens rex,ait, Nequaquã vt vis, sed emam pretio à te,& non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. emit ergo Dauid aream & boues,argenti ſiclis quinquaginta. ¶25 Et ædificauit ibi Dauid altare Domino,& obtulit holocausta & pacifica : & propitiatus est Dominus terræ,& cohibita est plaga ab Israel.

# Liber Regum tertius: secundum Hebræos, primus Melachim.

CAP. I.

1 Abisag puella senem Dauidem calefaciebat. 5 Adonias occupat regnum inscio patre. 32 Præcepto Dauidis vngitur Salomon in regem. 41 fugit Adonias.

EGRAE Dauid senuerat, habebãtque ætatis plurimos dies : quúmque operiretur veſtibus , non calefiebat. ¶2 Dixerunt ergo ei serui sui , Quæramus domino nostro regi adolescẽtulam virginem , & stet coram rege, & foueat eum,dormiatque in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum regem. ¶3 Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel,& inuenerunt Abisag Sunamitidem,& adduxerunt eam ad regẽ. ¶4 Erat autẽ puella pulchra nimis, dormiebátque cum rege, & ministrabat ei, rex verò non cognouit eam. ¶5 Adonias autem filius Haggith eleuabatur,dicens, Ego regnabo. fecitque sibi currus & equites,& quinquaginta viros q currerent ante eum. ¶6 Nec corripuit eum pater suus aliquando,dicens,Quare hoc feciſti?erat autem & ipse pulcher valde , secundus natu post Absalom ¶7 Et sermo eius cum Ioab filio Saruiæ,& cum Abiathar sacerdote,qui adiuuabant partes Adoniæ. ¶8 Sadoc verò sacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta,& Semei,& Cerethi & Phelethi , & omne robur exercitus Dauid nõ erat cum Adonia. ¶9 Immolatis ergo Adonias arietib⁹ & vitulis, & vniuersis pinguibus iuxta Lapidẽ zoheleth qui erat vicinus Fõti rogel. vocauit vniuersos fratres suos filios regis , & omnes viros Iuda seruos regis. ¶10 Nathã autẽ prophetam,& Banaiam,& robustos quosque,& Salomonem fratrem suum non vocauit. ¶11 Dixit itaque Nathan ad Beth sabee matrem Salomonis, Num audisti quòd regnauerit Adonias filius Haggith,& dominus noster Dauid hoc ignorat? ¶12 Nunc ergo veni,accipe consilium à me, & salua animam tuam.filiumque tui Salomonis. ¶13 Vade.& ingredere ad regem Dauid.& dic ei, Nõne tu domine mi rex iurasti mihi ancillæ tuæ,dicẽs, Quòd Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? quare ergo regnat Adonias ? ¶14 Et adhuc ibi te loquẽte cum rege,ego veniam post te,& cõplebo sermones tuos. ¶15 Ingressa est itaque Beth-sabee ad regẽ in cubiculo: rex autem senuerat nimis,& Abisag Sunamitis ministrabat ei. ¶16 Inclinauit se Beth sabee.& adorauit regẽ.ad quã rex, Quid tibi,inquit,vis? ¶17 Quæ respõdens ait, Domine mi rex, tu iurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomõ filius tuus regnabit post me. & ipse sedebit in solio meo. ¶18 Et ecce nũc Adonias regnat, te domine mi rex ignorante. ¶19 Mactauit boues & pinguia quæque,& arietes plurimos.& vocauit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem. & Ioab principẽ militiæ.Salomonẽ autem seruum tuum non vocauit. ¶20 Verũtamen domine mi rex,in te oculi respiciunt totius Israel , vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo domine mi rex post te. ¶21 Vtique, quũ dormierit dominus meus rex cum patribus suis,erimus ego & filius meus peccatores. ¶22 Adhuc illa loquẽte cum rege, Nathã propheta venit. ¶23 Et nuntiauerunt regi,dicẽtes, Adest Nathan propheta. quúmque introisset in conspectum regis, & adorasset eum pronus in terram, ¶24 Dixit Nathan, Domine mi rex,tu dixisti, Adonias regnet post me, & ipse sedeat

super thronũ meum? ¶25 Quia descẽdit hodie, & immolauit boues & pinguia & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis, & principes* exercitus, Abiathar quoque sacerdotem: illisque vescẽtibus & bibentibus corã eo, & dicẽtibus, Viuat rex Adonias. ¶26 Me seruum tuũ & Sadoc sacerdotem, & Banaiã filiũ Ioiadæ, & Salomonẽ famulum tuum non vocauit. ¶27 Nũquid à domino meo rege exiuit hoc verbũ: & mihi non indicasti seruo tuo quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eũ? ¶28 Respõdit rex Dauid, dicẽs, Vocate ad me Bethsabee. quæ quum fuisset ingressa coram rege, & stetisset ante eum, ¶29 iurauit rex, & ait, Viuit Dominus, qui eruit animã meam de omni angustia, ¶30 Quia sicut iurauí tibi per Dominũ Deum Israel, dicens, Salomõ filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solio meum pro me: sic faciã hodie. ¶31 Inclinauitq; Bethsabee in terram vultu, adorauit regem, dicens, Viuat dominus meus Dauid in æternũ. ¶32 Dixit quoque rex Dauid, Vocate mihi Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filiũ Ioiadæ. Qui quũ ingressi fuissent coram rege, ¶33 Dixit ad eos, Tollite vobiscũ seruos domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meã, & ducite eum in Gihon: ¶34 Et vngat eum ibi Sadoc sacerdos, & Nathan propheta in regem super Israel: & canetis buccina, atq; dicetis, Viuat rex Salomõ. ¶35 Et ascendetis post eum, & veniet*is in Ierusalem, & sedebit super solium meũ, & ipse regnabit pro me: illique præcipiam vt sit dux super Israel & super Iudam ¶36 Et respondit Banaias filius Ioiadæ, regi, dicens, Amen: sic loquatur Dominus Deus domini mei regis. ¶37 Quomodo fuit Dominus cũ domino meo rege, sic sit cum Salomone, & sublimius faciat solium eius à solio domini mei regis Dauid.

¶38 Descendit ergo Sadoc sacerdos, & Nathã propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi, & Phelethi. & imposuerũt Salomonem super mulam regis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon. ¶39 Sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus, Viuat rex Salomõ. ¶40 Et ascendit vniuersa multitudo post eum, & populus canentium tibiis, & lætantium gaudio magno. & insonuit terra à clamore eorum. ¶41 Audiuit autẽ Adonias, & omnes qui inuitati fuerãt ab eo. iámque cõuiuium finitũ erat: sed & Ioab audita voce tubæ, ait, Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuantis? ¶42 Adhuc illo loquente, Ionathan filius Abiathar sacerdotis venit: cui dixit Adonias, Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuntias. ¶43 Respõditque Ionathã Adoniæ. Nequaquam: dominus enim noster rex Dauid regem constituit Salomonem. ¶44 Misitque cũ eo Sadoc sacerdotem, & Nathan prophetã, & Banaiam filium Ioiadæ, & Cerethi, & Phelethi, & imposuerunt eum super mulã regis: ¶45 Unxerũtque eum Sadoc sacerdos, & Nathã propheta regem in Gihon: & ascẽdentes inde lætantes, & insonuit ciuitas. hæc est vox quã audistis, ¶46 Sed & Salomon sedet super solium regni. ¶47 Et ingressi serui regis, benedixerũt domino nostro regi Dauid, dicentes, Amplificet Deus nomen Salomonis super nomẽ tuũ, & magnificet thronum eius super thronũ tuum. & adorauit rex in lectulo suo. ¶48 Insuper & hæc locutus est, Benedictus Dominus Deus Israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo, videntibus oculis meis. ¶49 Territi, sunt ergo, & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnusquisq; in viã suam. ¶50 Adonias autem timens Salomonem, surrexit, & abiit in tabernaculum Domini, tenuitque cornu altaris. ¶51 Et nuntiauerunt Salomoni, dicentes, Ecce Adonias timens regẽ Salomonem, tenuit cornu altaris, dicẽs, Iuret mihi rex Salomon hodie quòd non interficiat seruũ suũ gladio. ¶52 Dixitque Salomon, Si fuerit vir bonus, nõ cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: sinautem malum inuentũ fuerit in eo, morietur. ¶53 Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari, & ingressus adorauit regem Salomonem: dixitque ei Salomon, Vade in domum tuam.

CAP. II.

1 Præcepta dat Dauid filio Salomõ. 10 Moritur Dauid. 13 Adonias petens Abisag vxorẽ, occiditur. 26 Abiathar priuatur sacerdotio. 28 Interficiuntur Ioab & Semei.

APropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur, præcepitque Salomoni filio suo, dicens, ¶2 Ego ingredior viam vniuersæ terræ: cõfortare, & esto vir fortis. ¶3 Et obserua vt custodias mandata Domini Dei tui, vt ábules in viis eius, & custodias cæremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & testimonia, sicut scriptum est in lege Moysi: vt intelligas vniuersa quæ facis, & quocunque te verteris: ¶4 Vt confirmet Dominus sermones suos, quos locutus est de me, dicens, Si custodierint filii tui vias meas, & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde suo, & in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio Israel. ¶5 Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel, ‖ Abner filio Ner, & ‖ Amasæ filio Iether: quos occidit, & effudit sanguinem belli in pace, & posuit cruorem prælii in baltheo suo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamento suo quod erat in pedibus eius. ¶6 Facies ergo iuxta sapientiam tuã, & nõ deduces canitiẽ eius pacifícè ad inferos. ¶7 Sed & filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedẽtes in mensa tua: occurrerũt enim mihi quãdo fugiebam à facie Absalom fratris tui. ¶8 Habes quoque apud te Semei filium Gera filii Iemini de Bahurim, ‖ qui maledixit mihi maledictione pessima, quãdo ibam ad Castra: sed quia descendit mihi in occursum quum transirem Iordanẽ, & iurauí ei per Dominum, dicens, Non te interficiam gladio: ¶9 Tu noli pati eum esse innoxium. vir autem sapiens es, & scias quæ facies ei, deducẽsque canos eius cum sanguine ad inferos. ¶10 Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauid. ¶11 Dies autẽ quibꝰ regnauit Dauid super Israel, quadraginta annis fuerunt: in Hebron regnauit septem annis: in Ierusalẽ, triginta tribus. ¶12 Salomõ autẽ sedit super thronũ Dauid patris sui. & firmatũ est regnũ eius nimis. ¶13 Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Beth-sabee matrẽ Salo-

monis. Quæ dixit ei, Nec ficúsne est ingressus tuus? Qui respõdit, Sacrificus. ¶14 Addiditque, Sermo mihi est ad te. Cui ait, Loquere. Et ille, ¶15 Tu, inquit, nosti quia meum erat regnum, & me præposuerat omnis Israel sibi in regẽ: sed trãslatum est regnum, & factum est fratris mei: à Domino enim cõstitutũ est ei. ¶16 Nũc ergo petitionem vnam precor à te, ne confundas faciẽ meam. quæ dixit ad eum, Loquere.

¶17 Et ille ait, Precor vt dicas Salomoni regi (neque enim negare tibi quicquam potest) vt det mihi Abisag Sunamitidẽ vxorẽ. ¶18 Et ait Beth-sabee, Bene, ego loquar pro te regi. ¶19 Venit ergo Beth-sabee ad regẽ Salomonẽ, vt loqueretur ei pro Adonia: & surrexit rex in occursum eius, adorauitq; eũ, & sedit super thronum suũ: posituſque est thronus matri regis, quæ sedit ad dexterã eius. ¶20 Dixitque ei, Petitionem vnã paruulam ego deprecor à te, ne cõfundas faciẽ meam. & dixit ei rex, Pete mater mea: neque enim fas est vt auertam faciem tuam. ¶21 Quæ ait, Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. ¶22 Respõditque rex Salomon, & dixit matri suæ, Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ? postula ei & regnũ: ipse est enim frater meus maior me, & habet Abiathar sacerdotem. & Ioab filium Saruiæ.

¶23 Iurauit itaque rex Salomon per Dominũ, dicẽs, Hæc faciat mihi Deꝰ, & hæc addat, quia cõtra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. ¶24 Et nunc viuit Dominus qui firmauit me, & collocauit me super solũ Dauid patris mei, & qui fecit mihi domum, sicut locutus est, qa hodie occidetur Adonias. ¶25 Misitq; rex Salomon per manũ Banaiæ filii Ioiadæ, qui interfecit eum, & mortuus est. ¶26 Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex, Vade in Anathoth ad agrum tuum, & quidem vir mortis es: sed hodie te nõ interficiam, quia portasti arcam Domini Dei corã Dauid patre meo, & sustinuisti laborẽ in omnibus in quibus laborauit pater meus. ¶27 Ejecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos Domini, vt impleretur sermo Domini quẽ locutus est super domum Heli in Silo. ¶28 Venit autem nuntius ad Salomonẽ quòd Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonem non declinasset: fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris. ¶29 Nuntiatũmque est regi Salomoni quòd fugisset Ioab in tabernaculum Domini, & esset iuxta altare: misitque Salomon Banaiam filium Ioiadæ, dicens, Vade, interfice eum. ¶30 Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit ei, Hæc dicit rex, Egredere. qui ait, Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiauit Banaias regi sermonem, dicens, Hæc locutus est Ioab, & hæc locutus mihi. ¶31 Dixitq; ei rex, Hæc sicut locutus est: & interfice eum, & sepeli, & amoue bis sanguinem innocentem, qui effusus est à Ioab, à me, & à domo patris mei. ¶32 Et reddet Dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos, melioresque se: & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorãte: Abner filium Ner principem militiæ Israel, & Amasam filium Iether principem exercitus Iudæ: ¶33 Et reuertetur sanguis illorum in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternum: Dauid autem & semini eius, & domui & throno illius sit pax vsque in æternũ à Domino. ¶34 Ascendit itaque Banaias filius Ioiadæ, & egressus cum interfecit, sepultúsque est in domo sua in deserto. ¶35 Et constituit rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo super exercitum, & Sadoc sacerdotẽ posuit pro Abiathar. ¶36 Misit quoque rex, & vocauit Semei, dixitque ei, Ædifica tibi domũ in Ierusalẽ, & habita ibi: & nõ egredieris inde huc, atq; illuc. ¶37 Quacunque autem die egressus fueris, & trãsieris Torrentem cedron, scito te interficiendũ: sanguis tuus erit super caput tuum. ¶38 Dixitque Semei regi, Bonus sermo: sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet seruus tuus. Habitauit itaque Semei in Ierusalem diebus multis. ¶39 Factum est autem post annos tres vt fugerent serui Semei ad Achis filium Maacha regẽ Geth: nuntiatúmque est Semei quòd serui eius essent in Geth. ¶40 Et surrexit Semei, & strauit asinum suum, iuitque ad Achis in Geth ad requirendũ seruos suos, & adduxit eos de Geth. ¶41 Nuntiatũ est autem regi Salomoni quòd isset Semei in Geth de Ierusalem, & rediisset. ¶42 Et mittens vocauit eũ, dixitque illi, Nõne testificatus sum tibi per Dominum, & prædixi tibi, quacunque die egressus fueris huc & illuc, scito te esse moriturum? & respõdisti mihi, Bonus sermo quem audiui. ¶43 Quare ergo non custodisti iusiurandũ Domini, & præceptum quod præceperam tibi? ¶44 Dixitque rex ad Semei, Tu nosti omne malum, cuius tibi conscium est cor tuum, quod fecisti Dauid patri meo: reddidit Dominus malitiam tuam in caput tuum. ¶45 Et rex Salomõ benedictus, & thronus Dauid erit stabilis coram Domino vsque in sempiternum. ¶46 Iussit itaque rex Banaiæ filio Ioiadæ: qui egressus, percussit eum, & mortuus est.

## CAP. III.

1 Salomon ducit filiam Pharaonis in vxorem. 6 Petit sibi sapientiam à Deo. 16 Iudiciũ eius de duabus meretricibus.

CONfirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate cõiunctus est Pharaoni regi Aegypti: accepit namque filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum suam, & domum Domini, & murum Ierusalem per circuitũ. ¶2 Attamen populus immolabat in excelsis: non enim ædificatum erat templum nomini Domini vsque in diem illum. ¶3 Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat, & accendebat thymiama. ¶4 Abiit itaque Salomon in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximũ: mille hostias in holocaustum obtulit Salomon super altare illud ¶5 In Gabaon. Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens, Postula quod vis vt dem tibi. ¶6 Et ait Salomon, Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiam magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate & iustitia, & recto corde tecum: custodisti ei misericordiam tuam grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronum, sicut est hodie. ¶7 Et nunc Domine Deus tu regnare fecisti seruum tuum pro Dauid patre meo: ego autem sum

Dauid. 2. Par. 1. 2. 4

egressus

eius

meus

puer paruulus, & ignorans egressũ & introitum meum. ¶8 Et seruus tuus in medio est populi quem elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari nõ potest præ multitudine.

2.Para.1.b.10 ¶9 Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum: quis enim poterit iudicare populum istum, populum tuum hũc multũ? ¶10 Placuit ergo sermo corã Domino, quòd Salomõ postulasset huiusce modi rẽ. ¶11 Et dixit *Deus Dominus Salomoni, Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiam ad discernẽdum iudicium: ¶12 Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec
Sapien.7.b.11. C post te surrecturus sit. ¶13 Sed & hæc quæ nõ postulasti dedi tibi, diuitias scilicet & gloriã, vt nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro debus. ¶14 Si autem ambulaueris in vijs meis, & custodieris præcepta mea & mandata mea sicut ambulauit *pater tuus, longos faciã dies tuos. ¶15 Igitur euigilauit Salomõ, & intellexit quòd esset somnium: quúmque venisset Ierusalem, stetit coram arca fœderis Domini, & obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas & grãde conuiuium vniuersis famulis suis.

¶16 Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, & steterũntque coram eo. ¶17 Quarũ vna ait, Obsecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna: & peperi apud eam in cubiculo. ¶18 Tertia autẽ die post quam ego peperi, peperit & hæc: & eram* timui, nullúsque alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus. ¶19 Mortuus est autẽ filius mulieris huius nocte: dormiẽs quippe oppressit eum. ¶20 Et cõsurgens intempestæ noctis silentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in sinu suo: suum autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. ¶21 Quúmque surrexissẽ mane vt darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentius intuens clara luce, deprehẽdi non esse meum quem genueram. ¶22 Respõditque altera mulier, Non est ita vt dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. ecõtrario illa dicebat, Mentiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. atque in hũc modũ contendebant coram rege. ¶23 Tũc rex ait, Hæc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus mortuus est. & ista respondit, Non, sed filius me* mortuus est, meus autẽ viuit. ¶24 Dixit ergo rex, Afferte mihi gladiũ. quúmque attulissent gladium coram rege, ¶25 Diuidite, inquit, infantem viuum in duas partes, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partem alteri. ¶26 Dixit autem mulier cuius filius erat viuus, ad regem (cõmota fũt quippe viscera eius super filio suo) obsecro domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat, Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur. ¶27 Respõdit rex, & ait, Date huicinfantẽ viuum, & non occidatur: hæc est* autem mater eius. ¶28 Audiuit itaque omnis Israel iudicium quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.

CAP. IIII.

7 Salomonis principes & præfecti. 22 Apparatus ciborum. 29 Dona Dei in Salomonem collata. 25 Pax & securitas sub eo. 26 Numerus equorum. 30 Sapientia & numerus parabolarum & carminum eiusdem.

ERat autem rex Salomon regnãs super omnẽ Israel: ¶2 Et hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc* sacerdotis: ¶3 Elihõreph & Ahia filii Sisa, scribæ: Iósaphat filius Ahilud, à commentariis. ¶4 Banaias filius Ioiadæ, super exercitum: Sadoc autem & Abiathar, sacerdotes: ¶5 Azarias filius Nathan, super eos qui assistebant regi: Zabud filius Nathan, sacerdos amicus regis. ¶6 Et Ahisar præpositus domus: & Adoniram filius Abda super tributa. ¶7 Habebat autẽ Salomõ duodecim præfectos super omnẽ Israel qui præbebãt an nonam regi, & domui eius: per singulos enim menses in anno, singuli necessaria ministrabant. ¶8 Et hæc nomina eorum: Ben-hur, in monte Ephraim. ¶9 Bendẽcar, in Maceth, & in Salebim, & in Beth-semes, & in Elõ, & in Bethhanan. ¶10 Beth-hesed in Aruboth: ipsius enim* erat Socho, & omnis terra Epher.

¶11 Ben-abinadab, cuius omnis Nephath-dor, Tapheth filiam Salomonis habebat vxorem. ¶12 Baana filius Ahilud regebat Thanach & Mageddo, & vniuersam Beth-san, quæ est iuxta Sarthana subter Iezrahel, à Beth-san vsq; Abel-mehula eregione Iecmaan. ¶13 Ben gaber in Ramoth-galaad: habebat Aoth-iair filii Manasse in Galaad, ipse* erat in omni regione Argob, quæ est in Basan, sexaginta ciuitatibus magnis atque muratis, quæ habebãt seras æreas. ¶14 Ahinadab filius Addo præerat in Manaim. ¶15 Achimaas in Nephthali: sed & ipse habebat Basemath filiam Salomonis in cõiugio. ¶16 Baana filius Husi, in Aser, & in Baloth. ¶17 Iósaphat filius Pharuæ, in Issachar. ¶18 Semei filij* Ela, in Beniamin. ¶19 Gaber filius Uri, in terra Galaad, & in terra Sehon regis Amorrhæi, & Og regis Basan, super omnia quæ erant in illa terra. ¶20 Iuda & Israel innumerabiles, sicut arena maris in multitudine comedentes, & bibentes atque lætantes. ¶21 Salomõ autem erat in ditione sua, habens omnia regna* secum, à flumine Terræ Philisthiim vsque ad terminum Aegypti: offerentium sibi munera, & seruientium el cũctis diebus vitæ eius. ¶22 Erat autẽ cibus Salomonis per dies singulos triginta cori similæ, & sexaginta cori farinæ. ¶23 Decem boues pingues, & viginti boues pascuales, & centum arietes, excepta venatione ceruorum, caprearum, atque bubalorum: & auium altilium.

¶24 Ipse enim obtinebat omnem regionem quæ erat trãs Flumen, quasi* à Thaphsa vsque ad Gazam, & cunctos reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni parte in circuitu. ¶25 Habitabãtque Iuda & Israel absque timore vllo, vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua, à Dã vsque Berſabee cũctis diebus Salomonis. ¶26 Et habebat Salomon quadraginta millia præsepia equorum curulium, & duodecim millia equestrium. ¶27 Nutriebãtque eos supradicti qui præfecti: sed & necessaria mẽsæ regis Salomonis cum ingenti cu-

ra præbebant in tempore suo. ¶12 Hordeum quoque, & paleas equorũ & iumentorũ deferebãt in locũ vbi erat rex, iuxta constitutũ sibi. ¶19 Dedit quoque Deus sapientiam Salomoni, & prudentiam multam nimis: & latitudinem cordis, quasi arenam quæ est in litore maris. ¶30 Et præcedebat sapiẽtia Salomonis sapientiam omniũ Orientalium, & Aegyptiorũ, ¶31 Et erat sapiẽtior cũctis hominibus: sapiẽtior Ethã Ezrahĩte, & Hemã & Chalcol, & Dorda filiis Mahol: & erat nominatus in vniuersis gẽtibus per circuitũ. ¶32 Locutus est quoque Salomon tria millia parabolas: & fuerũt carmina eius quinque millia. ¶33 Et disputauit super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssõpum quæ egreditur de pariete: & disseruit de iumentis & volucribus, & repti libus & piscibus. ¶34 Et veniebant de cunctis populis ad audiẽdam sapientiam Salomonis, & ab vniuersis regibus terræ, qui audiebant sapientiam eius.

CAP. V.

1 Hiram mittit seruos vt gratulentur Salomoni. 2 Salomon petit ligna ab Hiram in ædificationem templi. 7 Hiram gentilis agnoscit nomen Dei. 13 Numerus artificum.

Misit quoque Hiram rex Tyri seruos suos ad Salomonẽ: audiuit enim quòd ipsum vnxissent regem super Israel: pro patre eius: quia amicus fuerat Hirã Dauid omni tẽpore. ¶2 Misit autem Salomõ ad Hirã, dicẽs, ¶3 Tu scis voluntatem Dauid patris mei, & quia nõ potuit ædificare domũ nomini Domini Dei sui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos sub vestigio pedũ eius. ¶4 Nũc autẽ requiem dedit Deus meus mihi per circuitum: & non est satan, neque occursus malus. ¶5 Quamobrem cogito ædificare templum nomini Domini Dei mei, sicut locutus est Dauid patri meo, dicens, Filius tuus quem dabo pro te super solium tuum, ipse ædificabit domum nomini meo. ¶6 Præcipe igitur vt præcidant mihi serui tui cedros de Libano, & serui mei sint cum seruis tuis: mercedem autem seruorum tuorum dabo tibi quancunque petieris: scis enim quomodo non est in populo meo vir qui nouerit ligna cædere sicut Sidonii. ¶7 Quum ergo audisset Hirã verba Salomonis, lætatus est valde, & ait, Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium sapiẽtissimum super populũ hunc pluri mum. ¶8 Et misit Hiram ad Salomonẽ, dicẽs, Audiui quæcunque mandasti mihi: ego faciã omnem voluntatem tuã in lignis cedrinis & abiegnis. ¶9 Serui mei deponent ea de Libano ad mare: & ego componã ea in ratibus in mari, vsque ad locum quem significaueris mihi, & applicabo ea ibi, & tu tolles ea: præbebisq; necessaria mihi, vt detur cibus domui meæ. ¶10 Itaque Hiram dabat Salomoni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius. ¶11 Salomon autem præbebat Hirã viginti millia coros tritici in cibum domui eius, & viginti coros purissimi olei: hæc tribuebat Salomon Hiram per ũgulos annos. ¶12 Dedit quoque Dominus sapientiam Salomoni, sicut locutus est ei: & erat pax inter Hirã & Salomonẽ, & percusserunt ambo fœdus. ¶13 Elegitque rex Salomon operarios de omni Israel, & erat indictio triginta millia virorum. ¶14 Mittebãtque eos in libanũ, decẽ millia per mẽses ũgulos vicissim, ita vt duobus mensibus essent in domibus suis: & Adoniram erat super huiusce modi indictione. ¶15 Fuerunt itaque Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant: & octoginta millia latomorum in monte: ¶16 absque præpositis qui præerant ũgulis operibus, numero trium millium, & trecentorum præcipientiũ populo, & his qui faciebant opus. ¶17 Et præcepitque rex vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamentum templi, & quadrarẽt eos: ¶18 Quos dolauerunt cæmentarii Salomonis, & cæmentarii Hiram: porrò Giblii præparauerunt ligna & lapides ad ædificandam domum.

CAP. VI.

2 Fabrica & forma templi. 12 Diuinum domus splendor Salomoni à Deo promittitur, si leges eius seruauerit. 19 Oraculum. 36 Atrium interius.

Factum est ergo quadringentesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de Terra Aegypti, in anno quarto mẽse Zio, ipse est mensis secundus, regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domum Domino. ¶2 Domus autem quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. ¶3 Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi: & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi. ¶4 Fecitque in templo fenestras obliquas. ¶5 Et ædificauit super parietem tẽpli tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu. ¶6 Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, vt non hærerẽt muris tẽpli. ¶7 Domus autẽ quum ædificare tur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo quum ædificaretur. ¶8 Ostium lateris medii in parte erat domus dextræ: & per cochleam ascendebant in medium cœnaculum, & à medio in tertium. ¶9 Et ædificauit domum, & consummauit eam: texit quoque domum laquearibus cedrinis. ¶10 Et ædificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis. ¶11 Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens, ¶12 Domus hæc quam ædificas, si ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea: firmabo sermonem meum tibi, quem locutus sum ad Dauid patrem tuum. ¶13 Et habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquam populum meum Israel. ¶14 Igitur ædificauit Salomon domum, & cõsummauit eam. ¶15 Et ædificauit parietes domus intrinsecus, tabulatis cedrinis: a pauimẽto domus vsque ad summitatem parietum, &

A 2. Par. 3. a. a.

B Fuerũtque

C parte

D 2. Reg. 7. c. 13. 1. Par. 22. b. 5. 1. par. 28. b. 10.

vsque ad lacunaria, & operuit lignis cedrinis intrinsecus: & texit pauimentum domus tabulis abiegnis. ¶16 Ædificauitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, à pauimento vsque ad superiora: & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum. ¶17 Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templum pro foribus oraculi. ¶18 Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas, & iunctura suas fabrefactas, & cælaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete.

¶19 Oraculum autem in medio domus, in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœderis Domini. ¶20 Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atque vestiuit auro purissimo. Sed & altare vestiuit cedro. ¶21 Domum quoque ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis. ¶22 Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur: sed & totum altare oraculi texit auro.

¶23 Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. ¶24 Quinque cubitorum ala cherub vna, & quinq; cubitorũ ala cherub altera: id est decem cubitos habentes, à summitate alæ vnius vsque ad alæ alterius summitatẽ. ¶25 Decem quoque cubitorum erat cherub secundus: in mensura pari, & opus vnum erat in duobus cherubim. ¶26 Id est altitudinem habebat vnus cherub decem cubitorum, & similiter cherub secundus. ¶27 Posuitque cherubim in medio templi interioris: extendebãt autẽ alas suas cherubim, & tãgebat ala vna parietẽ, & ala cherub secũdi tãgebat parietẽ alterũ: alæ au tem alteræ in media parte templi se inuicem contingebant. ¶28 Texit quoque cherubim auro. ¶29 Et omnes parietes templi per circuitũ sculpsit variis cælaturis & tornis: & fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas varias, quasi prominentes de pariete, & egredientes. ¶30 Sed & pauimentũ domus texit auro intrinsecus & extrinsecus. ¶31 Et in ingressu oraculi fecit ~dno ostiola de lignis oliuarum, postẽsque angulorum quinque. ¶32 Et duo ostia de lignis oliuarum: & sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro: & operuit tam cherubim, quam palmas, & cætera auro. ¶33 Fecitque in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos: ¶34 Et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus: & vtrunque ostium duplex erat, & se inuicem tenens aperiebatur. ¶35 Et sculpsit cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes: operuitque o nnia laminis aureis opere quadro ad regulam. ¶36 Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri. ¶37 Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio.

¶38 Et in anno vndecimo, mẽse Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtẽsilibus suis: ædificauitque eam annis septem.

CAP. VII.

1 Ædificatio domus Salomonis in saltu. 8 Domus filiæ Pharaonis. 13 Atrium maius templi. Atrium interius. 13 Hiram artifex fundit pro Salomone. 15 Forma columnarum ænearum. 19 Porticus tẽpli. 21 Iachin. 22 Booz.

DOmum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vsque perduxit. ¶2 Ædificauit quoque domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis: & quatuor 'de ambulatoria, inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas. ¶3 Et tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram, quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur. Hæ autem ordo habebat columnas quindecim ¶4 & ~contra se inuicem positas, & eregione se respicientes, æquali spatio inter columnas, & super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia. ¶5 Et portĩcum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in facie maioris porticus: & columnas, & epistylia super columnas ~fecit. ¶7 Porticum quoque soliũ in qua tribunal est, fecit: & texit lignis cedrinis a pauimento vsque ad summitatem.

¶8 Et domuncula in qua 'sederetur' ad iudicandum, erat in media porticu simili opere. domum quoque fecit filiæ Pharaonis (quã vxorem duxerat Salomon) tali opere, quali & hanc porticum. ¶9 Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant: à fundamento vsque ad summitatem parietum, & 'intrinsecus' vsque ad atrium maius. ¶10 Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decem ſiue octo cubitorum. ¶11 Et desuper lapides pretiosi æquales mensuræ secti erant, similitèrque de cedro. ¶12 Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus sectis, & vnius ordinis de dolata cedro: nec non & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus. ¶13 Misit quoque rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro, ¶14 filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio, artificem ærarium, & plenum sapientia & intelligentia, & doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cũ veniſſet ad regem Salomonem, fecit omne opus eius. ¶15 Et finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorum altitudinis columnam vnam: & linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtrãque. ¶16 Duo quoque capitella fecit, quæ ponerentur super capita columnarum, fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellũ alterum. ¶17 Et quasi in modũ retis, & catenarum fibi inuicem mixto opere cõtextarum: vtrunq; capitellum columnarum fusile erat: septena versuum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero. ¶18 Et perfecit colũnas, & duos ordines (per circuitum retiaculorum singulorum, vt tegerẽt capitella quæ erant super summitatem) malogranatorum: eodem modo fecit & capitello secun-

do. ¶19 Capitella autem quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilii fabricata erant, in porticu, quatuor cubitorum. ¶20 Et rursum alia capitella in summitate columnarum dèsuper iuxta mensuram columnæ contra retiacula: malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi. ¶21 Et statuit duas columnas in porticu templi: quúmque statuisset columnam dexteram, vocauit eam nomine Iachin: similiter erexit columnam secundam, & vocauit nomen eius Booz. ¶22 Et super capita columnarum opus in modum lilii posuit: perfectúmque est opus columnarũ. ¶23 Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio vsque ad labium, rotundum in circuitu: quinque cubitorum altitudo eius, & resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitum. ¶24 Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines sculpturarum hi striatarum erant fusiles. ¶25 Et stabant super duodecim boues, é quibus tres respiciebãt ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem: & mare super eos dèsuper erat: quorum posteriora vniuersa intrinsecus latitabant. ¶26 Grossitudo autem lutèris, trium vnciarũ erat: labiúmque eius, quasi labium calicis, & folium repandi lilii: duo millia batos capiebat. ¶27 Et fecit decem bases æneas, quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & tríũ cubitorum altitudinis. ¶28 Et ipsum opus basium, introrsùm erat: & sculpturæ inter iunctúras. ¶29 Et inter coronulas & plectas, leones & boues & cherubim: & in iunctúris similiter dèsuper: & subter leones & boues quasi lora ex ære dependentia. ¶30 Et quatuor rotæ per bases singulas, & axes æreí: & per quatuor partes quasi humeruli subter lutérem fusiles, contra se inuicem respectantes. ¶31 Os quoque lutèris intrinsecus erat in capitis summitate: & quod forinsecus apparebat, vnius cubiti erat, totum rotundum, paritérque habebat vnum cubitum & dimidiumin angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia, quadrata, non rotũda. ¶32 Quatuor quoque rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant, cohærebãt tibi subter basim: vna rota habebat altitudinis cubitũ & semis. ¶33 Tales autem rotæ erant quales solét in curru fieri: & axes earum, & radii, & cãthi, & modioli, omnia fusilia. ¶34 Nam & humeruli illi quatuor per ángulos angulos basis vnius, ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant. ¶35 In summitate autem basis erat quædam rotunditas vnius & dimidii cubiti, ita fabrefacta, vt luter dèsuper posset imponi, habés cælaturas suas, variásq; sculpturas ex semetipsa. ¶36 Scripsit quoque in tabulatis illis quæ erat ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas, quasi in ímilitudinem hominis stãtis, vt non cælata, sed appósita per circuitum viderentur. ¶37 In hunc modum fecit decem bases, fusura vna, & mésura, sculpturáque cõsimili. ¶38 Fecit quoque decẽ lutères æneos: quadraginta batos capiebat luter vnus, erátq; quatuor cubitorum: ángulos quoque lutères per ángulas, id est, decem bases, posuit. ¶39 Et constituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, & quinque ad sinistram: Mare autem posuit ad dexteram partem templi cõtra Orientem ad Meridiem. ¶40 Fecit ergo Hiram lebetes, & scutras, & amulas, & perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini. ¶41 Columnas duas, & funiculos capitel lorum super capitella columnarum duos: & retiacula duo, vt operitẽt duos funiculos, qui erant super capita columnarum. ¶42 Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos versus malogranatorũ in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum qui erant super capita columnarum. ¶43 Et bases decẽ, & lutères decẽ super bases. ¶44 Et mare vnum, & boues duodecim subter mare. ¶45 Et lebetes, & scutras, & amulas. omnia vasa quæ fecit Hirã regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant. ¶46 In cãpestri regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Sochoth & Sarthan. ¶47 Et posuit Salomon omnia vasa in domo Domini, propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris. ¶48 Fecitque Salomon omnia vasa in domo Domini: altare aureũ, & mésã super quã ponerẽtur panes propositionis aureum: ¶49 Et cãdelabra aurea, quinque ad dextrã & quinq; ad sinistrã cóntra oraculum ex auro puro: & quasi lilii flores, & lucernas dèsuper aureas & forcipes aureos, ¶50 Et hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro purissimo: Et cardines ostiorum domus interioris Sancti sanctorũ, & ostiorum domus templi, ex auro erant. ¶51 Et perfecit omne opus quod faciebat Salomon in domo Domini. & intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus, argentum, & aurum, & vasa, reposuitque in thesauris domus Domini.

1 Collocatur arca in templo. 10 Nebula implet templum. 11 Oratio Salomonis vt exaudiantur orantes in templo. 62 Mactatis victimis dedicatur templum.

TVnc congregati sunt omnes maiores natu Israel cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israel ad regem Salomonem in Ierusalem: vt deferrent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid, id est de Sion. ¶2 Conuenitque ad regẽ Salomonem vniuersus Israel in mense Bethanim, in solẽni die, ipse est mensis septimus. ¶3 Venerúntque cũcti senes de Israel, & tulerunt arcam sacerdotes. ¶4 Et portauerunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa sanctuarii quæ erãt in tabernaculo: & ferebant ea sacerdotes & Leuitæ. ¶5 Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israel quæ conuenerat ad eum, grádiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oues & boues absque æstimatione & numero. ¶6 Et intulerunt sacerdotes arcã fœderis Domini in locum suum, in oraculũ templi, in Sanctum sanctorũ subter alas cherubim. ¶7 Siquidem cherubim expandebant alas super locum arcæ, & protegebant arcam, & vectes eius dèsuper. ¶8 Quúmque eminerent vectes, & apparerent summitates eorum foris sanctuarium ante oraculum, non apparebant vltrà extrinsecus, qui & fuerunt ibi vs

*quoque
*lebetes

*primos

*sex
1. Para. 5. a.

*Ethanim

A
2. Par. 5. a.

Heb.9.a.4. Exod.34.d.27

que in præsentem diem. ¶9 In arca autē nō erat aliud nisi duæ tabulæ lapideæ quas posuerat in ea Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus fœdus cum filiis Israel, quum egrederentur de Terra Aegypti. ¶10 Factum est autem, quum exissent sacerdotes de sancto|rio, nebula impleuit domum Domini. ¶11 Et non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam: impleuerat enim gloria Domini domum Domini. ¶12 Tunc ait Salomō, Dominus dixit vt habitaret in nebula. ¶13 Aedificans ædificaui domum'&'habitaculū tuū, firmissimum solium tuum in sempiternum.

2.Par.6.a.1.

¶14 Conuertitque rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel: omnis enim ecclesia Israel stabat. ¶15 Et ait `Salomon,'Benedictus Dominus Deus Israel qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meum, & in manibus eius' perfecit, dicēs, ¶16 A die qua eduxi populum meū Israel de Aegypto, non elegi ciuitatē de vniuersis tribubus Israel, vt ædificaretur domus, & esset nomen meū ibi: sed elegi Dauid vt esset super populū meū Israel. ¶17 Voluitque Dauid pater meus ædificare domū nomini Domini Dei Israel: ¶18 Et ait Dominus ad Dauid patrem meum, Quōd cogitasti in corde tuo ædificare domū nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente tractans. ¶19 Verūtamē tu non ædificabis `mihi' domū, sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. ¶20 Confirmauit Dominus sermonem suum, quem locutus est: stetiq; pro Dauid patre meo, & sedi super thronū Israel, sicut locut' est Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Israel. ¶21 Et cōstituī ibi locum arcæ, in qua fœdus Domini est, quod percussit cum patribus nostris quando egressi sunt de Terra Aegypti. ¶22 Stetit autē Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesiæ Israel, & expandit manus suas in cælum, ¶23 Et ait, Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in cælo dēsuper, & super terrā deorsum: qui custodis pactum & misericordiā seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo. ¶24 Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei: ore locutus es, & manibus perfecisti, vt hæc dies probat. ¶25 Nūc igitur Domine Deus Israel, conserua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, dicēs, Non auferetur de te vir corā me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filii tui viam suam, vt ambulent coram me sicut tu ambulasti in cōspectu meo. ¶26 Et nunc `Domine' Deus Israel firmentur verba tua quæ locutus es seruo tuo Dauid patri meo. ¶27 Ergone putandum est quōd verē Deus habitet super terram? si enim cælum, & cæli cælorum te capere non possunt, quanto magis dom' hæc quā ædificaui? ¶28 Sed respice ad orationē serui tui, & ad preces eius Domine Deus meus: audi hymnum & orationem quam seruus tuus orat corā te hodie, ¶29 Vt sint oculi tui aperti super domum hanc nocte ac die: super domum de qua dixisti, Erit nomen meum ibi: vt exaudias orationem, quā orat in loco isto ad te seru' tuus, ¶30 Vt exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel, quodcunque orauerint in loco isto, & exaudies in loco habitaculi tui in cælo: & quū exaudieris, propitius eris. ¶31 Si peccauerit homo in proximū suum, & habuerit aliquod iuramentum quo teneatur astrictus: & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuam, ¶32 Tu exaudies in cælo: & facies, & iudicabis seruos tuos, condemnans impiū, & reddēs viā suā super caput eius, iustificānsque iustū, & retribuēs ei secundū iustitiā suam. ¶33 Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos quia peccaturus est tibi) & ægētes pœnitentiā, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac: ¶34 Exaudi in cælo, & dimitte peccatum populi tui Israel, & reduces eos in terrā quam dedisti patribus eorum. ¶35 Si clausum fuerit cælum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo, & a peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionē suam: ¶36 Exaudi eos in cælo, & dimitte peccata seruorū tuorū, & populi tui Israel: & ostende eis viā bonā per quam ambulent, & da pluuiam super terram quam dedisti populo tuo in possessionem. ¶37 Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, & affixerit eum inimicus eius portas obsidens, omnis plaga, vniuersa infirmitas, ¶38 Cuncta deuotatio, & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel, siquis cognouerit plagā cordis sui, & expādederit manus suas in domo hac, ¶39 Tu exaudies in cælo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuique secundū omnes vias suas, sicut videris cor eius (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominū) ¶40 Vt timeant te cūctis diebus quibus viuūt super faciē terræ quā dedisti patrib' nostris. ¶41 Insuper & alienigena, qui nō est de populo tuo Israel, quū venerit de terra longinqua propter nomē tuū ¶42 (Audietur enim nomē tuū magnū, & manus tua fortis, & brachium tuū extentum vbique) quū venerit ergo, & orauerit in hoc loco, ¶43 Tu exaudies in cælo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt discant vniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificaui. ¶44 Si egressus fuerit populus tuus ad bellum cōtra inimicos suos, per viā quocūque miseris eos, orabūt te cōtra viā ciuitatis quā elegisti, & cōtra domū quam ædificaui nomini tuo, ¶45 Et exaudies in cælo orationes eorū, & preces eorum, & facies iudicii eorū. ¶46 Quōd si peccauerint tibi (non est enim homo qui non peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terram inimicorū lōgē vel prope, ¶47 Et egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis, & conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicentes, Peccauimus, iniquè egimus, impiè gessimus: ¶48 Et reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua in terra inimicorum suorum, ad quam captiui ducti fuerint: & orauerint te cōtra viam terræ suæ quam dedisti patribus eorum, & ciuitatis quam elegisti, & templi quod

Exod.25.a.16.

Deut.12.b.11.

ædificaui nomini tuo : ¶49 Exaudies in cæ-
lo , in firmamento ſolii tui orationes eorum,
& preces eorum , & facies iudicium eorum:
¶50 Et propitiaberis populo tuo qui peccauit
tibi, & omnibus iniquitatib' eorũ quibus præ-
uaricati ſunt in te: & dabis miſericordiam co-
ram eis qui eos captiuos habuerint, vt miſere-
antur eis, ¶51 Populus enim tuus eſt, & hæ-
reditas tua, quos eduxiſti de Terra-Ægypti, de
medio fornacis ferreæ. ¶52 Vt ſint oculi tui a-
perti ad deprecationẽ ſerui tui, & populi tui
Iſrael, & exaudias eos in vniuerſis pro quibus
inuocauerint te. ¶53 Tu enim ſeparaſti eos tibi
in hæreditatẽ de vniuerſis populis terræ, ſicut
locutus es per Moyſen ſeruũ tuũ, quãdo edu-
xiſti patres noſtros de Ægypto Domine Deus.
¶54 Factum eſt autẽ, qui compleſſet Salo-
mon orans Dominum omnem orationem, &
deprecationem hanc, ſurrexit de cõſpectu al
taris Domini: vttunque enim genu in terram
fixerat, & manus expãderat in cælum. ¶55 Stetit ergo, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael voce
magna, dicens, ¶56 Benedictus Dominus qui
dedit requiẽ populo ſuo Iſrael, iuxta omnia
quæ locutus eſt: nõ cecidit ne vnus quidẽ ſer-
mo ex omnib' bonis quæ locutus eſt per Moy
ſen ſeruum ſuum. ¶57 Sit Dominus Deus no
ſter nobiſcũ ſicut fuit cum patribus noſtris,
non derelinquẽs nos, neq; proiiciens. ¶58 Sed
inclinet corda noſtra ad ſe, vt ambulemus
in vniuerſis viis eius, & cuſtodiamus manda-
ta eius, & ceremonias eius, & iudicia quæcun-
que mandauit patribus noſtris. ¶59 Et ſint ſer-
mones mei iſti quibus deprecatus ſum coram
Domino, appropinquantes Domino Deo no-
ſtrodie ac nocte, vt faciat iudicium ſeruo ſuo,
& populo ſuo Iſrael per ſingulos dies: ¶60 Vt
ſciant omnes populi terræ quia Dominꝰ ipſe
eſt Deus, & non eſt vltrà abſque eo. ¶61 Sit
quoque cor noſtrum perfectum cum Domino
Deo noſtro, vt ambulemus in decretis eius, &
cuſtodiamus mãdata eius, ſicut & hodie. ¶62 Il-
gitur rex & omnis Iſrael cum eo, immolabant
victimas coram Domino. ¶63 Mactauitque Sa
lomon hoſtias pacificas, quas immolauit Do-
mino, boum vigintiduo millia, & ouium cen-
tum viginti millia: & dedicauerunt templum
Domini rex & *filii Iſrael. ¶64 In die illa ſan-
ctificauit rex medium atrii quod erat ante do
mum Domini: fecit quippe holocauſtum ibi,
& ſacrificium, & adipem pacificorum: quoniã
altare æreum quod erat coram Domino,
minus erat, & capere nõ poterat holocauſtũ,
& ſacrificium, & adipem pacificorum. ¶65 Fe-
cit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatem
celebrem, & omnis Iſrael cum eo, multitudo
magna ab introitu Emath vſque ad Riuum
Ægypti, coram Domino Deo noſtro, ſeptem
diebus, & ſeptem diebus, id eſt quatuordecim
diebus. ¶66 Et in die octaua dimiſit populos:
qui benedicentes regi profecti ſunt in taber-
nacula ſua lætantes, & alacri corde ſuper om
nibus bonis quæ fecerat Dominus Dauid ſer-
uo ſuo, & Iſrael populo ſuo.

## CAP. IX.

1 Deus ſecundò per quietem apparet Sa-
lomoni. 10 Salomon dat oppida Hiram regi.
16 Gazer ſuccenſa Chananæo occiſo. 17 Ciui-
tates à Salomone ædificatæ. 20 Facit Salomõ
Chananæos & reliquos tributarios. 23 Salomo-
nis oblationes. 26 Mittit claſſem cauſa auri.

FActum eſt autem quũ perfeciſſet Salomon
ædificium domus Domini, & ædificiũ regis,
& omne quod optauerat & voluerat facere,
¶1 Apparuit ei Dominus ſecundò ſicut appa
uerat ei in Gabaõ. ¶2 Dixitque Dominus ad
eum, Exaudiui orationẽ tuam & deprecatio-
nem tuã, quã deprecatus es coram me: ſancti
ficaui domum hanc quam ædificaſti vt po-
nerem nomẽ meum ibi in ſempiternum, & e-
runt oculi mei & cor meũ ibi cunctis diebus.
¶3 Tu quoque ſi ãbulaueris corã me, ſicut am
bulauit * pater tuus, in ſimplicitate cordis, &
in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi ti-
bi, & legitima mea & iudicia mea ſeruaueris:
¶4 Ponã thronũ regni tui ſuper Iſrael in ſem
piternũ, ſicut locutus ſum Dauid patri tuo,
dicẽs, Non auferetur vir de genere tuo de ſo-
lio Iſrael. ¶5 Si autẽ auerſione auerſi fueritis
vos & filii veſtri, nõ ſequẽtes me, nec cuſtodi
entes mãdata mea, & ceremonias quas propo
ſui vobis, ſed ableritis & colueritis deos alie-
nos, & adoraueritis eos: ¶7 Auferã Iſrael de
ſuperficie terræ quã dedi eis, & templum quod
ſanctificaui nomini meo proiiciam à conſpe-
ctu meo, eritque Iſrael in prouerbium, & in
fabulam cũctis populis. ¶8 Et domus hæc erit
in exemplũ: omnis qui tranſierit per eam, ſtu-
pebit & ũbilabit, & dicet, Quare fecit Domi-
nus ſic terræ huic & domui huic? ¶9 Et reſpõ
debunt, Quia dereliquerũt Dominum Deum
ſuũ, qui eduxit patres eorũ de Terra-Ægypti,
& ſecuti ſunt deos alienos, & adorauerũt eos,
& coluerũt eos: idcirco induxit Dominꝰ ſuper
eos omne malũ hoc. ¶10 Expleti autẽ annis
viginti poſtquam ædificauerat Salomõ duas
domos, id eſt domum Domini, & domum re-
gis, ¶11 (Hiram rege Tyri præbente Salomoni
ligna cedrina & abiegna, & aurum iuxta om
ne quod opus habuerat:) tũc dedit Salomon
Hirã viginti oppida in Terra-Galilææ. ¶12 Et
egreſſus eſt Hiram de Tyro, vt videret oppida
quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt
ei. ¶13 Et ait, Hæccine ſunt ciuitates quas dedi
ſiſti mihi, frater? & appellauit eas Terram-
chabul, vſque in diem hanc. ¶14 Miſit autẽ
Hiram ad regem Salomonem centum vigin
ti talenta auri. ¶15 Hæc eſt ſumma exquiſi-
tum, quam obtulit rex Salomon ad ædifican
dam domum Domini & domum ſuam, & Mel
lo, & murũ Ieruſalem, & Heſer, & Mageddo,
& Gazer. ¶16 (Pharao rex Ægypti aſcendit,
& cepit Gazer, ſuccenditque eam igni: & Cha
nanæum qui habitabat in ciuitate, interfecit,
& dedit eã in dotẽ filiæ ſuæ vxori Salomonis.
¶17 Ædificauit ergo Salomon Gazer, & Beth
horon inferiorẽ. ¶18 Et Baalath & Palmiram
in terra ſolitudinis. ¶19 Et omnes vicos qui ad
ſe pertinebãt, & erãt abſque muro, muniuit, &
ciuitates curruum, & ciuitates equitũ, & quod
cunque ei placuit vt ædificaret in Ieruſalem,
& in Libano, & in omni terra poteſtatis ſuæ.)
¶20 Vniuerſum populum qui remanſerat de
Amorrhæis, & Hetheæis, & Pherezæis, & He-
uæis, & Iebuſæis, qui non ſunt de filiis Iſrael:
¶21 Horum filios, qui remanſerant in terra,

Deut.12.d.11.
1.Reg.3.c.14.
2.Reg.7.b.12. & c.16.
1.Par.22.b.10.
Deut.29.d.24. Ierem.22.b.8.
1.Par.8.a.5.

quos scilicet non potuerant filii Israel exterminare : fecit Salomon tributarios, vsque in diem hanc. ¶22 De filiis autem Israel non constituit Salomon seruire quenquam, sed erant viri bellatores, & ministri eius & principes & duces, & præfecti curruum & equorum. ¶23 Erãt autem principes super omnia opera Salomonis præpositi, quingẽti qui quaginta qui habebant subiectum populum, & statutis operibus imperabant. ¶24 Filia autem Pharaonis ascẽdit de Ciuitate Dauid in domũ suam quam ædificauerat ei Salomõ: tũc ædificauit Mello. ¶25 Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta, & pacificas victimas super altare quod ædificauerat Domino, & adolebat thymiama coram Domino, perfectũ inquisitione est templũ. ¶26 Classem quoque fecit rex Salomon in Asion-gãber, quæ est iuxta Ailath in litore Maris-rubri, in Terra-Idumææ. ¶27 Misitque Hiram in classe illa seruos suos viros nauticos & gnaros maris, cũ seruis Salomonis. ¶28 Qui quum veniſſent in Ophir, sumptum inde aurũ qua dringentorum viginti talentorum, detulerũt ad regem Salomonem.

2. Para. 8. c. 11.

## CAP. X.

1 Regina Saba venit ad audiẽdum sapientiam Salomonis. 10 Dat Salomoni munera. 14 Cẽsus annuus pecuniæ Salomonis. 18 Thronus. 21 Vasa aurea. Argenti abundantia & vilitas. 26 Currus eius & equites.

A

2. Para. 9. a. 1. matt. 12. d. 42. Luc. 11. d. 31.

SEd & regina Saba, audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eum in ænigmatibus. ¶1 Et ingressa Ierusalem multo cum comitatu, & diuitiis, camelis portantibus aromata, & aurum infinitum nimis, & gemmas pretiosas, venit ad regem Salomonem, & locuta est ei vniuersa quæ habebat in corde suo. ¶3 Et docuit eam Salomon omnia verba quæ proposuit: non fuit sermo qui regem posset latẽre, & non responderet ei. ¶4 Videns autem regina Saba omnem sapientiam Salomonis, & domum quã ædificauerat, ¶5 Et cibos mensæ eius, & habitacula seruorum, & ordines ministrantium, vestẽsque eorum, & pincernas, & holocausta quæ offerebat in domo Domini: nõ habebat vltrà spiritum. ¶6 Dixitque ad regem. Verus est sermo quem audiui in terra mea ¶7 super sermonibus tuis, & super sapiẽtia tua. Et nõ credebam narrantibus mihi, donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nuntiata non fuerit: maior est sapientia, & opera tua, quàm rumor quem audiui. ¶8 Beati viri tui, & beati serui tui hi, qui stant coram te semper, & audiunt sapientiam tuam. ¶9 Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronũ Israel, eo quòd dilexerit Dominus Israel in sempiternum: & constituit te regem, vt faceres iudicium & iustitiam. ¶10 Dedit ergo regi centum viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosas: non sunt allata vltrà aromata tam multa, quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni. ¶11 Sed & classis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas pretiosas. ¶12 Fecitque rex de lignis thyinis fulcra

B

proposuerat

domus Domini, & domus regiæ, & citharas lyrásque cantoribus: non sunt allata huiusce modi ligna thyina, neque visa vsque in præsentem diem.) ¶13 Rex autem Salomon dedit Reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his quæ vltrò obtulerat ei munere regio. Quæ reuersa est, & abiit in terram suam cum seruis suis. ¶14 Erat autem pondus auri quod offerebatur Salomoni per annos singulos, sexcentorum sexaginta sex talentorum auri: ¶15 excepto eo quod afferebãt viri, qui super vectigalia erant, & negotiatores, vniuersique scruta vẽdentes, & omnes reges Arabiæ, ducésque terræ. ¶16 Fecit quoque rex Salomõ ducẽta scuta de auro purissimo, sexcẽtos auri siclos dedit in laminas scuti vni. ¶17 Et trecẽtas peltas ex auro probato: trecẽtæque minæ auri vnam peltã vestiebant: posuitque eas rex in domo saltus Libani. ¶18 Fecit etiam Rex Salomon thronũ de ebore grandẽ: & vestiuit eũ auro fuluo nimis. ¶19 Qui habebat sex gradus: & summitas throni rotunda erat in parte posteriori: & duæ manus hinc atque inde tenentes sedile: & duo leones stabant iuxta manus singulas. ¶20 Et duodecim leũculi stantes super sex gradus hinc atque inde: non est factum tale opus in vniuersis regnis. ¶21 Sed & omnia vasa, de quibus potabat rex Salomon, erant aurea: & vniuersa supellex domus saltus Libani de auro purissimo: non erat argentum, nec alicuius pretii putabatur in diebus Salomonis. ¶22 Quia classis regis per mare cũ classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos. ¶23 Magnificatus est ergo rex Salomõ super omnes reges terræ diuitiis & sapientia. ¶24 Et vniuersa terra desyderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius, quam dederat Deus in corde eius. ¶25 Et singuli deferebant ei munera, vasa argentea & aurea, vestes & arma bellica, aromata quoque, & equos, & mulos, per annos singulos. ¶26 Congregauitque Salomõ currus & equites, & facti sunt ei mille quadringẽti currus, & duodecim millia equitum: & dispositi eos per ciuitates munitas, & cum rege in Ierusalem. ¶27 Fecitque vt tanta esset abundantia argenti in Ierusalem, quanta & lapidum, & cedrorum præbuit multitudinem quasi sycomoros, quæ nascũntur in campestribus. ¶28 Et educẽbatur equi Salomoni de Ægypto & de Coa. Negotiatores enim regis emẽbat de Coa, & statuto pretio perducebant. ¶29 Egrediebatur autem quadriga ex Ægypto sexcentis siclis argenti, & equus centum quinquaginta. Atque in hunc modum cũcti reges Hetthæorum & Syriæ equos venundabant.

2. Para.

## CAP. XI.

1 Amore excæcatus Salomõ idololatriam fert in Terra sanctã. 3 Numerus tam vxorum quàm concubinarum eius. 11 Salomonis regnum diuidendum. 14 Adad aduersarius Salomonis. 23 Razon. 26 Ieroboam rebellii Abias propheta decẽ tribus Israel tradit. 41 Regnat Roboam super Iudam.

A

B

REx autẽ Salomõ adamauit mulieres alienigenas multas, filiã quoque Pharaonis,

ecc

& Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Cethæas: ¶2 De gentibus super quibus dixit Dominus filiis Israel, Nõ ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissime enim auertent corda vestra vt sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo amore. ¶3 Fuerũntque ei vxores quasi reginæ, septingentæ, & concubinæ trecentæ: & auertentes mulieres cor eius. ¶4 Quúmque iam esset senex, deprauatus est cor eius per mulieres vt sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectũ cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. ¶5 Sed colebat Salomõ Astarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moabitarum, & Molock idolum Ammonitarum. ¶6 Fecitque Salomon quod non placeret coram Domino, & non adimpleuit vt sequeretur Dominum, sicut Dauid pater eius. ¶7 Tunc ædificauit Salomon phanũ Chamos idolo Moab, in mõte qui est cõtra Ierusalem, & Moloch idolo filiorũ Ammõ. ¶8 Atque in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis quæ adolebãt thura, & immolabãt diis suis. ¶9 Igitur iratus est Dominus Salomoni, quòd auerſa esset mens eius a Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundò. ¶10 Et præceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, & non custodiuit quæ mandauit ei Dominus. ¶11 Dixit itaque Dominus Salomoni, Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum & præcepta mea quæ mandaui tibi, diſtumpens scindam regnũ tuum, & dabo illud seruo tuo: ¶12 Verumtamen in diebus tuis nõ faciam propter Dauid patrem tuum: de manu filii tui scindã illud. ¶13 Nec totum regnum auferam, sed tribũ vnam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & Ierusalẽ quam elegi. ¶14 Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Edom. ¶15 Quũ enim esset Dauid in Idumæa, & ascẽdisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumæa ¶16 (sex enim mensibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa ¶17 Fugit Adad ipse, & viri Idumæi de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur Aegyptũ: erat autẽ Adad puer parvulus. ¶18 Quúmque surrexissent de Madian, venerunt in Pharan, tulerũntque secum viros de Pharan, & introierunt Aegyptum ad Pharaonem regẽ Aegypti qui dedit ei domum, & cibos constituit, & terram delegauit. ¶19 Et inuenit Adad gratiã coram Pharaone valde, in tantum vt daret ei vxorem, sororem vxoris suæ germanã Taphnes reginæ. ¶20 Genuit que ei soror Taphnes Genubath filium, & nutriuit eũ Taphnes in domo Pharaonis eratque Genubath habitãs apud Pharaonem cum filiis eius. ¶21 Quũque audisset Adad in Aegypto, dormisse Dauid cum patribus suis, & mortuum esse Ioab principem militiæ, dixit Pharaoni, Dimitte me, vt vadã in terrã meã. ¶22 Dixitque ei Pharao, Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? At ille respondit, Nulla: sed obsecro te vt dimittas me. ¶23 Suscitauit quoque ei Deus aduersarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adarezer regem Soba dominum suum: ¶24 Et cõgregauit contra eum viros, & factus est princeps latronum quum interfecissent eos Dauid: abierũntque Damascum, & habitauerunt ibi, & constituerunt eum regem in Damasco, ¶25 Eratque aduersarius Israeli cunctis diebus Salomonis, & hoc est malum Adad, & odium contra Israel, regnauitque in Syria. ¶26 Ieroboam quoque filius Nabat, Ephrathæus, de Sareda, seruus Salomonis (cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua) leuauit manum contra regem. ¶27 Et hæc est causa rebellionis aduersus eum, quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris sui. ¶28 Erat autem Ieroboam, vir fortis & potens: videnſque Salomõ adolescentem bonæ indolis & industriũ, constituerat eum præfectum super tributa vniuersæ domus Ioseph. ¶29 Factum est igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eum Ahias Silonites propheta, in via, opertus pallio nouo: erant autem duo tantum in agro. ¶30 Apprehendensque Ahias pallium suum nouũ, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes. ¶31 Et ait ad Ieroboam, Tolle tibi decem scissuras: hæc enim dicit Dominus Deus Israel, Ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. ¶32 Porrò vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem quam elegi ex omnibus tribubus Israel: ¶33 Eo quòd dereliquerit me, & adorauerit Astarthen deam Sidoniorũ, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filiorum Ammon: & non ambulauerit in viis meis, vt faceret iustificiam coram me, & præcepta mea, & iudicia sicut Dauid pater eius. ¶34 Nec auferam omne regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter Dauid seruum meum quem elegi, qui custodiuit mãdata mea & præcepta mea. ¶35 Auferam autem regnum de manu filii eius, & dabo tibi decem tribus: ¶36 Filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem ciuitate quam elegi vt esset nomen meum ibi. ¶37 Te autem assumam, & regnabis super omnia quæ desyderat anima tua, erisque rex super Israel. ¶38 Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in viis meis, & feceris quod rectum est coram me, custodiens mandata mea & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelem, quomodo ædificaui Dauid domum, & tradam tibi Israel: ¶39 Et affligam semen Dauid super hoc, veruntamen non cunctis diebus. ¶40 Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam: qui surrexit & aufugit in Aegyptum ad Sesac regem Aegypti, & fuit in Aegypto vsq, ad mortem Salomonis. ¶41 Reliquum autem verborũ Salomonis, & omnia quæ fecit, & sapiẽtia eius: ecce vniuersa scripta sunt in Libro verborũ dierum Salomonis. ¶42 Dies autem quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt. ¶43 Dormiuitque Salomon cum patribus suis, & sepultus

1. Par. 23. 1.

est in Ciuitate. Dauid patris sui, regnauitque Roboam filius eius pro eo.

CAP. XII.

1 Roboam rex constitutus, cõsilium iuuenum sequitur, & ob id super duas tantũm tribus regnat. 13 Adurã lapidatur. 20 Ieroboam regnat super Israelem. 21 Roboam dehortatur Deus ne bellet contra fratres suos. 25 Ieroboam facit vitulos aureos.

A 2.Par.10.a.1. VEnit autem Roboam in Sichẽ: illuc enim congregatus erat omnis populus Israel ad constituendũ eum regem. ¶2 At verò Ieroboam filius Nabat, quũ adhuc esset in Aegypto profugus à facie regis Salomonis, audita morte eius, reuersus est de Aegypto. ¶3 Miserũntque, & vocauerũt eũ: venit ergo Ieroboam, & omnis multitudo Israel, & locuti sunt ad Roboã, dicẽtes, ¶4 Pater tuus durissimũ iugũ imposuit nobis: tu itaque nunc imminue paululũ de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. ¶5 Qui ait eis, Ite vsque ad tertium diẽ, & reuertimini ad me. Quúmque abiisset populus, ¶6 Iniit consiliũ rex Roboam cũ senioribꝰ, qui assistebãt corã Salomone patre eius, quũ adhuc viueret, & ait, Quod datis mihi consiliũ, vt respõdeã populo huic? ¶7 Qui dixerũt ei. Si hodie obedieris populo huic, & seruieris, & petitioni eorũ cessetis, locutúsque fueris ad eos verba lenia, erũt tibi serui cũctis diebus. ¶8 Qui derelíquit cõsilium senũ quod dederant ei, & adhibuit adolescẽtes qui nutriti fuerant cũ eo, & assistebãt illi, ¶9 Dixitque ad eos, Quod mihi datis consilium, vt respondeam populo huic qui dixerũt mihi, leuius fac iugũ quod imposuit pater tuꝰ super nos? ¶10 Et dixerunt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo, Sic loquere populo huic, qui locuti sunt ad te, dicentes, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu releua nos: sic loquẽris ad eos, Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei. ¶11 Et nunc pater meus posuit super vos iugũ graue, ego autem addam super iugum vestrum: pater meus cecidit vos flagellis, ego autẽ cædam vos scorpionibus. ¶12 Venit ergo Ieroboam, & omnis populus ad Roboam die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicens, Reuertimini ad me die tertia. ¶13 Respõditque rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederant, ¶14 Et locutus est eis secundum consilium iuuenum, dicens, Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autem addã iugo vestro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos scorpionibus. ¶15 Et non acquieuit rex populo: quoniam auersatus fuerat eum Dominus, vt suscitaret verbum suum, quod locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Ieroboã filiũ Nabat. ¶16 Videns itaq; populus quòd noluisset eos audire rex, respõdit ei, dicẽs, Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Isai? vade in tabernacula tua Israel, nũc vide domũ tuã David. & abiit Israel in tabernacula sua. ¶17 Super filios autem Israel, quicũque habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. ¶18 Misit ergo rex Roboam Aduram qui erat super tributa: & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est. porrò rex Roboam festinus ascendit currum, & fugit in Ierusalem. ¶19 Recessitque Israel à domo Dauid, vsq; in præsentẽ diem. ¶20 Factum est autem, quum audisset omnis Israel quòd reuersus esset Ieroboam, miserũt, & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnẽ Israel. nec secutus est quisquam domum Dauid præter tribum Iuda solam. ¶21 Venit autem Roboam Ierusalem, & cõgregauit vniuersam domum Iuda, & tribum Beniamin, centum octoginta millia electorum virorum, & bellatorum, vt pugnarent contra domum Israel, & reducerẽt regnum Roboam filio Salomonis. ¶22 Factus est autem sermo Domini ad Semeiã virum Dei dicens, ¶23 Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnẽ domum Iuda, & Beniamin, & reliquos de populo, dicens, ¶24 Hæc dicit Dominus, Non ascendetis, neque bellabitis cõtra fratres vestros filios Israel: reuertatur vir in domum suã, à me enim factũ est verbum hoc. Audierũt sermonem Domini, & reuersi sunt de itinere sicut eis præceperat Dominus. ¶25 Ædificauit autem Ieroboam Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi: & egressus inde ædificauit Phanuel. ¶26 Dixitque Ieroboam in corde suo, Nũc reuertetur regnum ad domum Dauid, ¶27 Si ascenderit populus iste vt faciat sacrificia in domo Domini in Ierusalem: & cõuertetur cor populi huius ad dominũ suum Roboam regem Iuda, interficientq; me, & reuertentur ad eũ. ¶28 Et excogitato cõsilio fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, Nolite vltrà ascendere in Ierusalẽ, ecce dii tui Israel, qui te eduxerũt de terra Ægypti. ¶29 Posuitq; vnum in Beth-el, & alterum in Dan: ¶30 Et factum est verbum hoc in peccatum. ibat enim populus ad adorandum vitulum vsq; in Dã. ¶31 Et fecit phana in excelsis, & fecerdotes de extremis populi, qui non erant de filiis Leui. ¶32 Constituitque diem solennem in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis quæ celebratur in Iuda. & ascendẽs, altare ũmiliter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis quos fabricat fuerat: constituitque in Beth-el sacerdotes excelsorum quæ fecerat. ¶33 Et ascendit super altare quod extruxerat in Beth-el, quintadecima die mensis octaui, quẽ finxerat de corde suo, & fecit solennitatẽ filiis Israel, & ascendit super altare, vt adoleret incẽsum. CAP. XIII.

1 Ieroboam sacrificãs vitulis increpatur à Prophẽta. 2 Iosias rex prædicitur. 4 Extensa manus Ieroboã in prophetã arescit. 6 Orãte propheta restituitur. 21 Prophẽta verbo Dei inobediens, occiditur à leone: 33 Ieroboam obstinata impietas.

ET ecce vir Dei venit de Iuda in sermone Domini in Beth-el, Ieroboam stante super altare, & thus iacẽte. ¶2 Et exclamauit contra altare in sermone Domini, & ait, Altare, altare, hæc dicit Dominus, Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nũc in te thura succendunt, & ossa hominum super te incẽdet. ¶3 Deditque in illa die signũ, dicens, Hoc erit signum quod locutus est Dominus, Ecce altare scindetur, & effundetur

cinis qui in eo est. ¶4 Quúmque audisset rex sermonem hominis Dei quem inclamauerat contra altare in Beth-el, extendit manũ suam de altari, dicens, Apprehendite eum. & exaruit manus eius quam extenderat contra eũ: nec valuit retrahere eã ad se. ¶5 Altare quoque scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta ſignũ quod prædixerat vir Dei in sermone Domini. ¶6 Et ait rex ad virũ Dei, Deprecare facié Domini Dei tui, & ora pro me, vt restituatur manus mea mihi. Orauit vir Dei faciem Domini, & reuersa est manus regis ad eũ, & facta est sicut prius fuerat. ¶7 Locutus est autem rex ad virum Dei, Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera. ¶8 Respondit que vir Dei ad regem, Si dederis mihi mediam partem domus tuæ, nõ veniam tecum, nec comedam panem, neque bibam aquam in loco isto: ¶9 Sic enim mandatum est mihi in sermone Domini præcipientis, Non comedes panem, neque bibes aquã, nec reuerteris per viã qua veniſti. ¶10 Abiit ergo per aliam viã, & nõ est reuersus per iter quo venerat in Beth-el. ¶11 Prophetes autem quidam senex habitabat in Beth-el, ad quem venerunt filii sui, & narrauerũt ei omnia opera quæ fecerat vir Dei illa die in Beth-el, & verba quæ locutus fuerat ad regem, & narrauerũt patri suo. ¶12 Et dixit eis pater eorũ, Per quam viam abiit? Ostenderũt ei filii sui viam per quam abierat vir Dei qui venerat de Iuda. ¶13 Et ait filiis suis, Sternite mihi asinum, qui quũ straussent, ascẽdit. ¶14 Et abiit post virũ Dei, & inuenit eũ sedentem subtus terebinthum: & ait illi, Tune es vir Dei qui venisti de Iuda? respondit ille, Ego sum. ¶15 Dixitque ad eum, Veni mecum domũ, vt comedas panem. ¶16 Qui ait, Non possum reuerti, neque venire tecum, nec comedã panem, neque bibam aquam in loco isto: ¶17 Quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini, dicens, Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuertẽris per viam qua ieris. ¶18 Qui ait illi, Et ego propheta sum similis tui: & Angelus locutus est mihi in sermone Domini, dicens, Reduc eum tecum in domũ tuã, vt comedat panem, & bibat aquã. fefellit eũ. ¶19 Et reduxit secũ: comedit ergo panem in domo eius, & bibit aquam. ¶20 Quúmque sederẽt ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetã qui reduxerat eum. ¶21 Et exclamauit ad virũ Dei qui venerat de Iuda, dicẽs, Hæc dicit Dominus, Quia nõ obedisti fuisti ori Domini, & non custodisti mandatũ quod præcepit tibi Dominus Deus tuus: ¶22 Et reuersus es, & comedisti panẽ, & bibisti aquam in loco in quo præcepit tibi ne comederes panẽ, neque biberes aquã, nõ inferetur cadauer tuũ in sepulchrũ patrũ tuorũ. ¶23 Quúmque comedisset & bibisset, strauit asinũ suũ prophetæ quẽ reduxerat. ¶24 Qui quũ abiisset, inuenit eũ leo in via, & occidit, & erat cadauer eius projectũ in itinere: asinus autẽ stabat iuxta illũ, & leo stabat iuxta cadauer. ¶25 Et ecce, viri trãseuntes viderunt cadauer projectũ in via, & leonẽ stantẽ iuxta cadauer. Et venerũt, & diuulgauerũt in ciuitate in qua propheta ille senex habitabat. ¶26 Quod quũ audisset propheta ille qui reduxerat eũ de via, ait, Vir Dei est, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eũ Dominus leoni, & cõfregit eum, & occidit iuxta verbũ Domini quod locutus est ei. ¶27 Dixitque ad filios suos, Sternite mihi asinũ. qui quũ straussent, ¶28 Et ille abiisset, inuenit cadauer eius projectũ in via, & asinũ, & leonẽ stantes iuxta cadauer: nõ comedit leo de cadauere, nec læsit asinũ. ¶29 Tulit ergo prophetes cadauer viri Dei, & posuit illud super asinũ, & reuersus intulit in ciuitatẽ propheta senis, vt plãgeret eũ. ¶30 Et posuit cadauer eius in sepulchro suo: & planxerunt eũ. Heu, heu mi frater. ¶31 Quúmque planxissent eũ, dixit ad filios suos, Quũ mortuus fuero, sepelite me in sepulchro in quo vir Dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea. ¶32 Profectò enim veniet sermo quẽ prædixit in sermone Domini cõtra altare quod est in Beth-el. & cõtra omnia phana excelsorũ quæ sunt in vrbibus Samariæ. ¶33 Post verba hæc nõ est reuersus Ieroboã de via sua pessima, sed cõtrario fecit de nouissimis populi facerdotes excelsorũ: quicũque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorũ. ¶34 Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboã, & euersa est, & deleta de superficie terræ.

prophetes nex.

## CAP. XIIII.

1 Vxor Ieroboam cõsulit Ahiam prophetam de morbo filii sui. 7 Ieroboã eradicandus propter idololatriã. 17 Moritur Abia & Ieroboam pater. 21 Regnat Nadab. Idololatria Iudæ. 25 Sesac diripit domum Dei.

IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ieroboam. ¶2 Dixitque Ieroboam vxori suæ, Surge, & cõmuta habitũ, ne cognoscaris quòd sis vxor Ieroboã: & vade in Silo, vbi est Ahias propheta qui locutus est mihi quòd regnaturus essem super populũ hũc. ¶3 Tolle quoque in manu tua decẽ panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illũ: ipse enim indicabit tibi quid euenturũ sit puero huic. ¶4 Fecit vt dixerat, vxor Ieroboã: & cõsurgens abiit in Silo, & venit in domũ Ahiæ. at ille nõ poterat videre, quia caligauerãt oculi eius præ senectute. ¶5 Dixit autẽ Dominus ad Ahiam, Ecce vxor Ieroboam ingreditur, vt cõsulat te super filio suo qui ægrotat: hæc & hæc loquẽris ei. Quũ ergo illa intraret, & diſſimularet se esse quæ erat, ¶6 Audiuit Ahias sonitũ pedum eius introeũtis per ostium, & ait, Ingredere vxor Ieroboam. quare aliã te esse fimulas? ego autem missus sum ad te durus nuntius. ¶7 Vade, & dic Ieroboã, Hæc dicit Dominus Deus Israel. Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem super populũ meum Israel: ¶8 Et scidi regnũ domus Dauid, & dedi illud tibi. & nõ fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitum esset in conſpectu meo: ¶9 sed operatus es male super omnes qui fuerunt ante te, & feciſti tibi deos alienos & cõflatiles, vt me ad iracũdiam pronocares, me autẽ projeciſti post corpus tuũ: ¶10 Idcirco ecce ego inducã mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentẽ ad parietem, & clausum, & nouiſſimum in Israel, & mũdabo reliquias domus Ieroboam, sicut mũdari soler stercus vsque ad purum, ¶11 Qui mortui fuerint de Ieroboam in

ciuitate,comedent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cæli: quia Dominus locutus est. ¶11 Tu igitur surge,& vade in domum tuã: & in ipso introitu pedum tuorum in vrbẽ,morietur puer. ¶12 Et planget eũ omnis Israel,& sepelient:iste enim solus inferetur de Ieroboã in sepulchrũ,quia inuentus est super eo sermo bonus ad Dominum Deo Israel in domo Ieroboã. ¶13 Cõstituet autem sibi Dominus regẽ super Israel qui percutiet domum Ieroboam in hac die,& in hoc tẽpore: ¶14 Et percutiet Dominus Deus Israel,sicut moueri solet arundo in aqua: & euellet Israel de terra bona hac,quã dedit patribus eorum,& ventilabit eos trãs Flumẽ:quia fecerũt sibi lucos,vt irritarent Dominum. ¶15 Et tradet Dominus Deus Israel propter peccata Ieroboã,q peccauit,& peccare fecit Israel. ¶17 Surrexit itaque vxor Ieroboã, & abiit, & venit in Thersa: quũque illa ingrederetur limen domus,puer mortuus est. ¶18 Et sepelierũt eũ. Et planxit eum omnis Israel iuxta sermonẽ Domini, quẽ locutus est in manu serui sui Abiæ prophetæ. ¶19 Reliqua autẽ verborũ Ieroboã, quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce scripta sunt in libro verborũ dierum regũ Israel. ¶20 Dies autẽ quibus regnauit Ieroboam,viginti duo anni sunt: & dormiuit Ieroboam cũ patribus suis: regnauitque Nadab filius eius pro eo. ¶21 Porrò Roboã filius Salomonis regnauit in Iuda: quadraginta & vnius anni erat Roboã quũ regnare cæpisset: decẽ & septem annos regnauit in Ierusalẽ ciuitate quam elegit Dominus vt poneret nomẽ suũ ibi,ex omnibus tribubus Israel. Nomẽ autem matris eius Naama Ammanitis. ¶22 Et fecit Iudas malum coram Domino,& irritauerunt eum super omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis suis quæ peccauerũt. ¶23 Ædificauerunt enim & ipsi sibi aras, & statuas, & lucos, super omnẽ collem excelsum,& subter omnem arborem frondosam: ¶24 Sed & effœminati fuerunt in terra,fecerũtque omnes abominationes Gentiũ, quas attriuit Dominus ante faciẽ filiorum Israel. ¶25 In quinto autem anno regni Roboam,ascendit Sesac rex Ægypti in Ierusalem,¶26 Et tulit thesauros domus Domini,& thesauros regios,& vniuersa diripuit: Scuta quoque aurea,quæ fecerat Salomõ: ¶27 Pro quibus fecit rex Roboã scuta ærea, & tradidit ea in manum ducum scutariorum,& eorũ qui excubabãt ante ostium domus regis. ¶28 Quũmque ingrederetur rex in domum Domini,portabant ea qui præeundi habebãt officiũ: & postea reportabant ad armamentarium scutariorum. ¶29 Reliqua autem sermonũ Roboam,& omnia quæ fecit, ecce scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iuda. ¶30 Fuitque bellum inter Roboã & Ieroboam cunctis diebus. ¶31 Dormiuitque Roboam cũ patribus suis,& sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid: nomen autem matris eius Naama Ammanitis: & regnauit Abiam filius eius pro eo.

CAP. XV.

¹Abiam regnat super Iudam. ² Moritur, & ei succedit Asa. ¹⁰ Ben-adad. ¹¹ Rama destruitur. ¹⁴ Iosaphat succedit Asæ. ²⁵ Nadab occiditur. ²⁹ Domus Ieroboam destruitur.

IGitur in octauodecimo ãno regni Ieroboã filii Nabat, regnauit Abiam super Iudam. ¶2 Tribus ãnis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Maacha filia Abessalõ. ¶3 Ambulauitq; in omnib' peccatis patris sui,quæ fecerat ante eũ:nec erat cor eius pfectũ cũ Domino Deo suo,sicut cor Dauid patris eius. ¶4 Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus suus lucernã i Ierusalẽ, vt suscitaret filiũ eius post eũ,& statueret Ierusalẽ: ¶5 eo quòd fecisset Dauid rectũ in oculis Domini, & nõ declinasset ab omnibus quæ præceperat ei,cũctis diebus vitæ suæ,excepto sermone vriæ Hethæi. ¶6 Attamẽ bellũ fuit inter Abiã & Ieroboam omni tẽpore vitæ eius. ¶7 Reliqua autẽ sermonum Abiã, & omnia quæ fecit,nõne hæc scripta sunt in Libro verborũ dierũ regum Iudæ? Fuitq; prælium inter Abiã & inter Ieroboam. ¶8 Et dormiuit Abiã cũ patrib' suis,& sepelierũt eũ in Ciuitate Dauid: regnauitq; Asa filius eius pro eo. ¶9 In anno ergo vicesimo Ieroboã regis Israel regnauit Asa rex Iuda: ¶10 Et quadraginta & vno ãno regnauit in Ierusalẽ. nomen matris eius Maacha, filia Abessalom, ¶11 Et fecit Asa rectũ ãte cõspectum Domini, sicut Dauid pater eius: ¶12 Et abstulit effœminatos de terra, purgauitque vniuersas sordes idolorũ, quæ fecerãt patres eius. ¶13 Insuper & Maachã matrẽ suã amouit, ne esset princeps in sacris Priapi,& in luco eius quẽ cõfecrauerat: subuertitq; specũ eius,& cõfregit simulachrũ turpissimũ,& cõbussit i Torrẽte cedron: ¶14 Excelsa autẽ nõ abstulit. Verũtamẽ cor Asa perfectũ erat cũ Domino Deo suo cũctis diebus suis. ¶15 Et intulit ea quæ sãctificauerat pater su',& vouerat,in domũ Domini,argentũ & aurũ,& vasa. ¶16 Bellũ autẽ erat inter Asa & Baasa regẽ Israel cũctis diebꝰ eorũ. ¶17 Ascẽdit quoque Baasa rex Israel in Iudã,& ædificauit Rama, vt nõ posset quispiã egredi vel ingredi de parte Asa regis Iudæ. ¶18 Tollẽs itaque Asa omne argentum & aurum quod remanserat in thesauris domus Domini,& in thesauris domus regiæ,dedit illud in manus seruorum suorum: & misit ad Benadad filium Tabremon filii Hezion, regem Syriæ,qui habitabat in Damasco,dicens, ¶19 Fœdus est inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuum:ideo misi tibi munera,argentum & aurum:& peto vt venias,& irritũ facias fœdus quod habes cum Baasa rege Israel, & recedat a me. ¶20 Acquiescens Ben-adad regi Asa, misit principes exercitus sui in ciuitates Israel,& percusserunt Ahion & Dan & Abeldomũ-maacha,& vniuersam Cenneroth, omnem stellicet Terrã-Nephthali. ¶21 Quod quũ audisset Baasa, intermisit ædificare Ramã, & reuersus est in Thersa. ¶22 Ex autẽ Asa nunciũ misit in omnẽ Iudam,dicens, Nemo sit ex cusatus,& rulerunt lapides de Rama,& ligna eius,quibus ædificauerat Baasa,& extruxit de eis rex Asa,Gabaa Bẽiamin,& Maspha. ¶23 Reliqua autẽ omnis sermonum Asa,& vniuersæ fortitudines eius,& cuncta quæ fecit,& ciuitates quas extruxit, nõne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regũ Iudæ? Verũtamen in tẽpore senectutis suæ doluit pedes. ¶24 Et dormiuit cum patribus suis,& sepul-

tus eſt cum eis in Ciultate Dauid patris ſui, regnauitque Ioſaphat filius eius pro eo.

¶ 25 Nadab verò filius Ieroboam regnauit ſuper Iſrael anno ſecundo Aſa regis Iudæ: regnauitque ſuper Iſrael duobus annis. ¶ 26 Et fecit quod malum eſt in conſpectu Domini, & ambulauit in viis patris ſui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael. ¶ 27 Inſidiatus eſt autē ei Baaſa filī Ahiæ de domo Iſſachar, & percuſſit eū i Gebbethō, quæ eſt vrbs Philiſthinorū: ſiquidem Nadab, & omnis Iſrael obſidebant Gebbethon. ¶ 28 Interfecit ergo illū Baaſa in anno tertio Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo. ¶ 29 Quūmque regnaſſet, percuſſit omnē domū Ieroboam: non dimiſit ne vnā quidem animā de ſemine eius, donec deleret eū iuxta verbū Domini quod locutus fuerat i manu ſerui ſui Ahiæ Silonitis, ¶ 30 Propter peccata Ieroboā quæ peccauerat, & qui bus peccare fecerat Iſrael: & propter delictū quo irritauerat Dominū Deum Iſrael. ¶ 31 Reliquā autē ſermonū Nadab, & omnia quæ operatus eſt: nōne hæc ſcripta ſunt in Libro verborū dierū regum Iſrael? ¶ 32 Fuitque bellum inter Aſa & Baaſa regē Iſrael cūctis diebus eorū. ¶ 33 Anno tertio Aſa regis Iuda regnauit Baaſa filius Ahiæ, ſuper omnē Iſrael in Therſa viginti quatuor annis. ¶ 34 Et fecit malū coꝝ Domino, ambulauitque in viis Ieroboā, & in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael.

CAP. XVI.

6 Baaſa mortuo ſuccedit Ela. 9 Zābri occidit Elam, & regnat pro eo. 11 Contēpto Zābri eligitur Amri. 18 Zambri ſuccendit ſeipſum. 21 Achab impius ſuccedit Amri. 31 Ducit vxorē Iezabel. 34 Reædificatur Iericho.

FActus eſt autem ſermo Domini ad Iehu filium Hanani contra Baaſa, dicēs, ¶ 2 Pro eo quòd exaltaui te de puluere, & poſui te dūcem ſuper populum meū Iſrael, tu autē ambulaſti in via Ieroboam, & peccare feciſti populū meū Iſrael, vt me irritares in peccatis eorum: ¶ 3 Ecce, ego demetā poſteriora Baaſa, & poſteriora domus eius: & faciam domum tuā ſicut domum Ieroboam filii Nabat. ¶ 4 Qui mortuus fuerit de Baaſa in ciuitate, comedēt eum canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cæli. ¶ 5 Reliqua autem ſermonum Baaſa, & quæcūque fecit, & prælia eī: nōne hæc ſcripta ſunt ſiu Libro verborum dierū regum Iſrael? ¶ 6 Dormiuit ergo Baaſa cū patribus ſuis, ſepultuſque eſt in Therſa: & regnauit Ela filius eius pro eo. ¶ 7 Quum autem in manu Iehu filii Hanani prophetæ, verbū Domini factum eſſet contra Baaſa, & contra domum eius, & cōtra omne malum quod fecerat coram Domino ad irritādum eum in operibus manuum ſuarum, vt fieret ſicut domus Ieroboā: ob hāc cauſam occidit eum. Hoc eſt Iehu filiū Hanani, prophetā. ¶ 8 Anno viceſimoſexto Aſa regis Iu ſa regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſrael in Therſa duobus annis, ¶ 9 Et rebellauit cōtra eū ſeruus ſuus Zambri, dux mediæ partis equitum: erat autem Ela in Therſa bibēs, & temulentus, in domo Arſa præfecti Therſa. ¶ 10 Ingreſſus ergo Zambri, percuſſit, & occidit eum anno viceſimo ſeptimo Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo. ¶ 11 Quūmq; regnaſſet, & ſedīſſet ſuper ſoliū eius, percuſſit omnē domum Baaſa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & proximos & amicos eius. ¶ 12 Deleuitque Zambri omnem domum Baaſa, iuxta verbū Domini quod locutus fuerat ad Baaſa i manu Iehu prophetæ. ¶ 13 Propter vniuerſa peccata Baaſa, & peccata Ela filii eius, qui peccauerunt, & peccare fecerunt Iſrael, pronocantes Dominum Deum Iſrael in vanitatibus ſuis. ¶ 14 Reliqua autem ſermonum Ela, & omnia quæ fecit, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regū Iſrael? ¶ 15 Anno viceſimoſeptimo Aſa regis Iuda, regnauit Zambri ſeptem diebus in Therſa: porrò exercitus obſidebat Gebbethon vrbem Philiſthinorum. ¶ 16 Quūmque audiſſet rebellaſſe Zambri, & occidiſſe regem, fecit ibi regem omnis Iſrael Amri, qui erat princeps militiæ ſuper Iſrael in die illa in caſtris. ¶ 17 Aſcendit ergo Amri, & omnis Iſrael cum eo de Gebbethon, & obſidebant Therſa. ¶ 18 Videns autem Zambri quòd expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cū domo regia: & mortuus eſt. ¶ 19 In peccatis ſuis quæ peccauerat faciens malum coꝝ Domino, & ambulans in via Ieroboam, & in peccato eius quo fecit peccare Iſrael. ¶ 20 Reliqua autem ſermonum Zambri, & inſidiarum eius, & tyrannidis, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro verborū dierum regū Iſrael? ¶ 21 Tūcdi uiſus eſt populus Iſrael in duas partes: media pars populi ſequebatur Thebni filiū Gineth, vt cōſtitueret eum regem: & media pars Amri. ¶ 22 Præualuit autem populus qui erat cū Amri, populo qui ſequebatur Thebni filium Gineth: mortuuſque eſt Thebni, & regnauit Amri. ¶ 23 Anno triceſimoprimo Aſa regis Iuda regnauit Amri ſuper Iſrael, duodecim annis: in Therſa regnauit ſex annis. ¶ 24 Emitque montem Samariæ à Semer duobus talentis argenti: & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis, quam extruxerat, nomine Semer domini montis Samariæ. ¶ 25 Fecit autē Amri malum in conſpectu Domini, & operatus eſt nequiter ſuper omnes qui fuerunt ante eum. ¶ 26 Ambulauitque in omni via Ieroboā filii Nabat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Iſrael: vt irritaret Dominum Deum Iſrael in vanitatibus ſuis. ¶ 27 Reliqua autem ſermonum Amri, & prælia eius quæ geſſit, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro verborū dierum regum Iſrael? ¶ 28 Dormiuitque Amri cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Samaria: regnauitque Achab filius eius pro eo.

¶ 29 Achab verò filius Amri, regnauit ſuper Iſrael anno triceſimo octauo Aſa regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri ſuper Iſrael in Samaria viginti & duobus annis. ¶ 30 Et fecit Achab filius Amri malum in conſpectu Domini ſuper omnes qui fuerunt ante eum. ¶ 31 Nec ſuffecit ei vt ambularet in peccatis Ieroboam filii Nabat: inſuper duxit vxorem Iezabel filiā Eth-baal regis Sidoniorū: & abiit, & ſeruiuit Baal, & adorauit eū. ¶ 32 Et poſuit arā Baal in tēplo Baal, quod ædificauerat in Samaria. ¶ 33 Et plātauit lucū: & addidit Achab in opere ſuo, irritās Dominū Deū Iſrael

super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eũ. ¶14 In diebus eius ædificauit Hiel de Beth-el, Iericho: in Abiram primitiuo fuo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas
Iosue 6. d.26. eius: iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Iosue filii Nun.

CAP. XVII.

1 Elias pascitur à coruis. 9 Mittitur ad mulierẽ Sareptham. 17 Cui filiũ oratione suscitat.

ET dixit Elias Thesbites de habitatoribꝰ Galaad, ad Achab, ¶viuit Dominus Deus Israel in cuius cõspectu sto, si erit annis his ros
Eccli 48. a.3. Iac.5.d.16. & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. ¶2 Et factũ est verbum Domini ad eum, dicens, ¶3 Recede hinc, & vade contra Orientẽ, & absconde in Torrente-carith, qui est cõtra Iordanẽ, ¶4 Et ibi de torrente bibes: coruis, quos præcepi ut pascant te ibi. ¶5 Abiit ergo, & fecit iuxta verbũ Domini: quũ abisset, sedit in Torrẽte-carith, qui est contra Iordanẽ. ¶6 Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, similiter
B pane & carnes vesperi, & bibebat de torrẽte. ¶7 Post dies autẽ aliquantos exiccatus est torrens: non enim pluerat super terrã. ¶8 Factus
Luc.4.d.25. est ergo sermo Domini ad eũ, dicẽs, ¶9 Surge, & vade in Sarẽpta Sidoniorũ, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te. ¶10 Surrexit, & abiit in Sareptha Sidoniorũ. Quũque veniret ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligẽs ligna, & vocauit eã, dixitq; ei, Da mihi paululũ aquæ in vase, vt bibã. ¶11 Quũque illa pergeret vt afferret, clamauit post tergũ eius, dicẽs, Affer mihi ob secro & buccellã panis in manu tua. ¶12 Quæ respõdit, viuit Dominus Deus tuus, quia non habeo panẽ, nisi quãtum pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululũ olei in lecythos: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciã illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. ¶13 Ad quã Elias ait, Noli timere, sed
C vade, & fac sicut dixisti: veruntamẽ mihi primũm fac de ipsa farinula tubicinẽritiũ panẽ paruulũ, & affer ad me: tibi autẽ, & filio tuo facies postea. ¶14 Hæc autem dicit Dominus Deus Israel, Hydria farinæ nõ deficiet, nec lecythus olei minuetur vsq; ad diẽ in qua Dominus daturus est pluuiã super faciẽ terræ. ¶15 Quæ abiit, & fecit iuxta verbũ Eliæ: & comedit ipse, & illa, & domus eius: & ex illa die ¶16 Hydria farinæ nõ defecit & lecythus olei nõ est imminutus, iuxta verbũ Domini quod locutus fuerat in manu Eliæ. ¶17 Factum est autẽ post verba hæc, ægrotauit filius mulieris
*Heb. matrisfamilias, & erat languor *fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. ¶18 Dixit ergo ad Eliã, Quid mihi & tibi vir Deiꝰ ingressus es ad me, vt remorarẽtur iniquitates meæ
D & interficeres filium meum? ¶19 Et ait ad eam Elias, Da mihi filium tuum. Vulitque eũ de sinu eius, & portauit in cœnaculũ vbi ipse manebat, & posuit super lectulũ suũ, ¶20 Et clamauit ad Dominũ, & dixit, Domine Deꝰ meꝰ, etiãne vidoum apud quam ego vrcunquesu strentor, afflixisti, vt interficeres filium eius? ¶21 Et expandit se, atq; mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominũ, & ait, Domine Deus meus, reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. ¶22 Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuersa est anima pueri intra eum, & reuixit. ¶23 Tulitque Elias puerum, & deposuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri suæ, & ait illi, Ecce viuit filius tuus. ¶24 Dixitq; mulier ad Eliam, Nunc in isto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.

CAP. XVIII.

1 Elias missus à Deo arguit Achab. 21 Elias ostendit sacerdotibus Baal Deum Israel esse verum Deum. Deo id testificãte per ignẽ consumentem holocaustum Eliæ. 40 Interficiuntur sacerdotes Baal.

POst dies multos factum est verbũ Domini ad Eliam, in anno tertio, dicẽs, Vade & ostende te Achab, vt dẽ pluuiã super faciẽ terræ. ¶2 Iit ergo Elias vt ostẽderet se Achab: erat autẽ fames vehemẽs in Samaria. ¶3 Vocauitque Achab Abdiã dispensatorẽ domꝰ suæ. (Abdias autẽ timebat Dominum Deum valde. ¶4 Nam quũ interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille cẽtum prophetas, & abscondit eos quinquagenos & quinquagenos in spelunci, & pauit eos panẽ & aqua.) ¶5 Dixit ergo Achab ad Abdiam, Vade in terrã ad vniuersos fontes aquarũ, & in cunctas valles: si fortè possimus inuenire herbam, & saluare equos & mulos, & non penitus iumẽta intereãt. ¶6 Diuiserũntq; sibi regiones, vt circuirent eas: Achab ibat per viam vnã, & Abdias per viam alteram seorsum. ¶7 Quũque esset Abdias in via, Elias occurrit ei: qui quũ cognouisset eum, cecidit super faciẽ suã, & ait, Non tu es, domine mi, Elias? ¶8 Cui ille respondit, Ego. Et dixit, Vade, & dic domino tuo, Adest Elias. ¶9 Et ille, Quid peccani, inquit, quoniã tradis me seruum tuum in manu Achab, vt interficiat me? ¶10 Viuit Dominus Deus tuus, quia non est gens aut regnũ, quò nõ miserit dominus meus te requirens. & respondẽtibus cunctis, Nõ est hic: adiurauit regna singula & gẽtes, eo quòd minime reperireris. ¶11 Et nũc tu dicis mihi, Vade, & dic domino tuo, Adest Elias. ¶12 Quũque recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro: & ingressus nuntiabo Achab, & non inueniens te interficiet me: seruus autẽ tuus timet Dominum ab infantia sua. ¶13 Nunquid non indicatum est tibi domino meo quid fecerim quũ interficeret Iezabel prophetas Domini, quòd abscondẽrim de prophetis Domini cẽtum viros, quinquagenos & quinquagenos in spelunci, & pauerim eos panẽ & aquã? ¶14 Et nunc tu dicis, Vade, & dic domino tuo, Adest Elias: vt interficiat me. ¶15 Et dixit Elias, Viuit Dominꝰ exercituũ, ante cuius vultũ sto, quia hodie apparebo ei. ¶16 Abiit ergo Abdias in occursum Achab & indicauit ei: vet itque Achab in occursũ Eliæ. ¶17 Et quũ vidisset eũ, ait, Tune es ille qui cõturbas Israel? ¶18 Et ille ait, Nõ ego turbaui Israel, sed tu, & domꝰ patris tui, qui dereliquistis mãdata Domini, & secuti estis Baalim. ¶19 Veruntamẽ nunc mitte, & cõgrega ad me vniuersum Israel in mõte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetas quoq; lucorũ quadringẽtos, qui comedũt de mensa Iezabel. ¶20 Misit Achab ad omnes filios Israel, & congregauit

prophetas in mõte Carmeli. ¶11 Accedens au
tẽ Elias ad omnẽ populum ~Iſrael,' ait, vſque
quo claudicatis in duas partes? ẽ Domin' eſt
Deus, ſequimini eum: ſi autẽ Baal, ſequimini
illum. Et non reſpondit ei populus verbum.
¶12 Et ait rurſus Elias ad populũ, Ego remãſi
propheta Domini ſolus: prophetæ autẽ Baal,
quadringẽti & quinquaginta, ~prophetæque
lucorũ quadringẽti viri ſunt. ¶13 Dentur no-
bis duo boues, & illi eligant ſibi boué vnum,
& in fruſta cædẽtes ponant ſuper ligna, ignẽ
autem non ſupponant: & ego faciam bouem
alterum, & imponã ſuper ligna, ignẽ autem
non ſupponam. ¶14 Inuocate nomina deorũ
veſtrorũ, & ego inuocabo nomẽ 'Dei mei: '&
Deus qui exaudierit per ignẽ, ipſe ſit Deus. re-
ſpõdens omnis populus ait, Optima propoſi-
tio ~quã locutus eſt Elias.' ¶15 Dixit ergo Elias
prophetis Baal, Eligite vobis bouem vnum, &
facite primi, quia vos plures eſtis: & inuocate
nomina deorũ veſtrorum, ignẽmque non ſup
ponatis. ¶16 Qui quũ tuliſſent boué quẽ dede
rat eis, fecerũt: & inuocabant nomen Baal de
mane vſque ad meridiẽ, dicentes, Baal exau-
di nos. & nõ erat vox, nec qui reſpõderet: trã-
ſiliẽbant ~que altare quod fecerant. ¶17 Quũm
que eſſet iam meridies, illudebat illis Elias, di-
cens, Clamate voce maiore: deus enim eſt, &
forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in
ſtinere, aut certe dormit, vt excitetur. ¶18 Cla-
mabãt ergo voce magna, & incidebãt ſe iuxta
ritum ſuũ cultris & lãceolis, donec perfunde-
rẽtur ſanguine. ¶19 Poſtquã autẽ tranſiit me
ridies, & illis prophetantibus venerat tempus
quo ſacrificium offerri ſolet, nec audiebatur
vox, nec aliquis reſpõdebat, nec attendebat o-
rantes: ¶20 Dixit Elias omni populo, Venite
ad me. & accedẽte ad ſe populo, curauit altare
Domini quod deſtructum fuerat. ¶21 Et tulit
duodecim lapides iuxta numerũ tribuũ filio-
rũ Iacob, ad quẽ factus eſt ſermo Domini, di-
cẽs, Iſrael erit nomẽ tuum. ¶22 Et ædificauit
de lapidibus altare in nomine Domini: feciſ-
que aquæductũ, quaſi per duas aratiunculas
in circuitu altaris. ¶23 Et cõpoſuit ligna: diui
ſitque per mẽbra boué, & poſuit ſuper ligna,
¶24 Et ait, Implete quatuor hydrias aqua, &
fundite ſuper holocauſtũ, & ſuper ligna. rur-
ſũmque dixit, Etiã ſecũdo hoc facite. qui quũ
feciſſent ſecundõ, ait, Etiam tertiõ idipſum
facite. fecerũteque tertiõ. ¶25 Et currebant
aquæ circum altare, & foſſa aquæductus reple
ta eſt. ¶26 Quũmque iam tempus eſſet vt offer
retur holocauſtũ, accedẽs Elias propheta, ait,
Domine Deus Abrahã, & Iſaac, & Iſrael, oſtẽ
de hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus
tuus, & iuxta præceptũ tuum feci omnia ver-
ba hæc. ¶27 Exaudi me Domine, exaudi me:
vt diſcat populus iſte quia tu es Domin' De',
& tu conuertiſti cor eorũ iterum. ¶28 Cecidit
autẽ ignis Domini, & vorauit holocauſtum, &
ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam
quæ erat in aquæductu lambens. ¶29 Quod
quum vidiſſet omnis populus, cecidit in facié
ſuam, & ait, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus
ipſe eſt Deus. ¶30 Dixitque Elias ad eos, Ap-
prehẽdite prophetas Baal, & ne vnus quidem
effugiat ex eis. quos quũ apprehẽdiſſet, duxit
eos Elias ad Torrẽtem-ciſon, & interfecit eos
ibi. ¶31 Et ait Elias ad Achab, Aſcẽde, comede,
& bibe: quia ſonus multæ pluuiæ eſt. ¶32 Aſcẽ
dit Achab vt comederet & biberet: Elias autẽ
aſcendit in verticem Carmeli, & pronus in ter
ram poſuit faciẽ ſuã inter genua ſua. ¶33 Et
dixit ad puerum ſuũ, Aſcende, & proſpice cõ
tra mare. qui quũ aſcendiſſet, & contemplat⁹
eſſet, ait, Non eſt quicquã. & rurſum ait Illi,
Reuertere ſeptem vicibus. ¶34 In ſeptima au-
tem vice, Ecce nubecula parua quaſi veſtigiũ
hominis aſcẽdebat de mari. qui ait, Aſcende,
& dic Achab, Iunge ~currũ tuum' & deſcende,
ne occupet te pluuia. ¶35 Quũmque ſe verte-
ret hinc atque illuc, ecce cæli cõtenebrati ſũt,
& nubes, & vent⁹, & facta eſt pluuia grãdis.
Aſcendens itaque Achab abiit in Iezrahel,
¶36 Et manus Domini facta eſt ſuper Eliam,
accinctiſque lumbis currebat ante Achab. do
nec veniret in Iezrahel. CAP. XIX.

1 Elias fugiens Iezabelem, paſcitur ab An
gelo. 15 Iubetur inungere Hazael, Iehu & Eli-
ſeum in vltionem idololatriæ Iſrael. 20 Eliſeũ
vocatio.

NVntiauit autem Achab Iezabel omnia
quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet
vniuerſos prophetas ~Baal' gladio. ¶2 Miſit-
que Iezabel nuntium ad Eliam, dicens, Hæc
~mihi' faciant dii, & hæc addant, niſi hac ho-
ra cras poſuero animam tuam, ſicut animam
vnius ex illis. ¶3 Timuit ergo Elias, & ſurgens
abiit quocũque eum ferebat volũtas: venitq;
in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerũ ſuum,
¶4 Et perrexit in deſertum viam vnius diei.
Quũmq; veniſſet, & ſederet ſubter vnã iunipe
rũ, petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & ait, Suf
ficit mihi Domine, tolle animã meã: neq; e-
nim melior ſũ quam patres mei. ¶5 Proiecit-
que ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi. & ec
ce Angelus ~Domini' tetigit eum. & dixit illi,
Surge, & comede. ¶6 Reſpexit. & ecce ad ca-
put ſuum ſubeinertibus panis, & vas aquæ: co-
medit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit.
¶7 Reuerſúſq; eſt Angelus Domini ſecũdò, &
tetigit eum, dixitque illi, Surge, comede: gran
dis enim tibi reſtat via. ¶8 Qui quũ ſurrexiſ-
ſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitu-
dine cibi illius quadraginta diebus & quadra-
ginta noctibus, vſque ad montem Dei Horeb.
¶9 Quũmque veniſſet illuc, manſit in ſpelun
ca: & ecce ſermo Domini ad eum, dixitque illi,
Quid hic agis Elia? ¶10 At ille reſpondit, Æ
lo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum,
quia dereliquerunt pactum ~Domini' filii Iſra
el: altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos
occiderũt gladio, & derelictus ſum ego ſolus,
& quærũt animã meã vt auferãt eã. ¶11 Et ait
el, Egredere, & ſta in mõte corã Domino: & ec
ce Dominus ~trãſit,' & ſpiritus grãdis, & for-
tis ſubuertẽs mõtes, & cõterẽs petras ante Do
minum: non in ſpiritu Dominus. & poſt ſpiri-
tum commotio; non in commotione Domi-
nus. ¶12 Et poſt cõmotionẽ ignis: nõ in igne
Dominus. & poſt ignem ũbilus auræ tenuis.
¶13 Quod quũ audiſſet Elias, operuit vultum
ſuũ pallio, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpelũcæ,
& ecce vox ad eum, dicẽs, Quid hic agis Elias
¶14 Et ille reſpõdit, Æmulo zelatus ſum pro Do-

Rom.11.2.3.

~tuum

~transſie

mino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filii Israel: altaria tua destruxerūt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam vt auferant eam. ¶15 Et ait Dominus ad eum, Vade, & reuertere in viam tuam per desertum in Damascum: quūmque peruenieris illuc, vnges Hazael regem super Syriam. ¶16 Et Iehu filium Namsi vnges regem super Israel: Eliseum autem filiū Saphat, qui est de Abel-meula, vnges prophetam pro te. ¶17 Et erit, quicunque fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu: & quicunque fugerit gladium Iehu, interficiet eū Eliseus. ¶18 Et derelinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorū genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os quod nō adorauit eum osculans manū. ¶19 Profectus ergo inde Elias, reperit Eliseum filium Saphat, arantem in duodecim iugis boum, & ipse in duodecim iugis boum arantibus vnus erat: quūmque veniſſet Elias ad eum, misit pallium suū super illum. ¶20 Qui statim relictis bobꝰ cucurrit post Eliā, & ait, Osculer, oro, patrē meū, & matrem meam, & sic sequar te. dixitque ei, Vade, & reuertere: quod enim mei erat, feci tibi. ¶21 Reuersus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud: & in aratro boū coxit carnes, & dedit populo, & comederūt: consurgēnsque abiit, & secutus est Eliam, & ministrabat ei.

4. Reg. 9. 2. 1. 4. 8. 13. 2. 4. 2.

Rom. 11. 2. 4.

vniuersus.

## CAP. XX.

1 Achab vincit regem Syriæ obsidentē Samariā. 11 Ben-adad regis Syriæ exercit⁹ instauratꝰ, cæditur secūdō ab Achab ob blasphemiā. 35 Iracscitur Deꝰ Achab ob reseruatū Bē-adad.

PORRÒ Ben-adad rex Syriæ, congregauit omnem exercitum suum, & triginta duos reges secum, & equos, & currus: & ascendens⁹ pugnabat contra Samariam, & obsidebat eam. ¶2 Mittēnsque nuntios ad Achab regē Israel in ciuitatē, ¶3 Ait, Hæc dicit Ben-adad, Argentum tuum & aurum tuum meum est: & vxores tuæ, & filii tui optimi, mei sunt. ¶4 Respondit que rex Israel, iuxta verbum tuū domine mi rex, tuus sum ego, & omnia mea. ¶5 Reuertētésque nuntii, dixerunt, Hæc dicit Ben-adad, qui misit nos ad te, Argētum tuum, & aurum tuū, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. ¶6 Cras igitur hac eadem hora mittam seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domūs seruorum tuorum: & omne quod eis placuerit, ponēt in manibus suis, & auferēt. ¶7 Vocauit autem rex Israel omnes seniores terræ, & ait, Animaduertite & videte quoniam insidietur no bis. misit enim ad me pro vxoribus meis, & filiis, & pro argēto & auro: & non abnui. ¶8 Dixerūntque omnes maiores natu, & vniuersus populus ad eū, Non audias, neque acquiescas illi. ¶9 Respondit que nuntiis Ben-adad, Dicite domino meo regi, Omnia propter quæ misisti ad me seruum tuum in initio, faciam: hāc autem rem facere non possum. reuertēsque nūtii retulerunt ei. ¶10 Qui remisit, & ait, Hæc faciant mihi dii, & hæc addant, si sufficerit pulvis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur me. ¶11 Et respondens rex Israel, ait, Dicite ei. Non glorietur accinctus æque vt discinctus. ¶12 Factum est autē quum audisset Ben-adad verbum istud, bibebat ipse, & reges in vmbraculis, & ait seruis suis, Circundate ciuitatem. & circundederunt eam. ¶13 Et ecce propheta vnus accedens ad Achab regem Israel, ait ei, Hæc dicit Dominus, Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? ecce, ego tradam eā in manum tuam hodie: vt scias quia ego sum Dominus. ¶14 Et ait Achab, Per quem? dixitque ei, Hæc dicit Dominus, Per pedisequos principū prouinciarū. & ait, Quis incipiet præliari & ille dixit, Tu. ¶15 Recēnsuit ergo pueros principum prouinciarum. & reperit numerū decem tortrigintaduorum: & recēnsuit posteos populum, omnes filios Israel, septē millia. ¶16 Et egressi sunt meridie. Ben-adad autē bibebat temulentus in vmbraculo suo, & reges triginta duo cum eo, qui ad auxilium eius venerant. ¶17 Egressi sunt autē pueri principum prouinciarum in prima frōte. misit itaque Ben-adad, Qui nuntiauerunt ei, dicentes, Viri egressi sunt de Samaria. ¶18 At ille ait, Siue p pace veniūt, apprehendite eos viuos: siue vt prælientur, viuos eos capite. ¶19 Egressi sunt ergo pueri principum prouinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur: ¶20 Et percussit vnusquisque virum qui contra se veniebat: fugerūntque Syri, & persecutus est eos Israel. fugit quoq; Bē-adad rex Syriæ in equo cum equitibus suis. ¶21 Necnō egressus rex Israel percussit equos & currus: & percussit Syriam plaga magna ni mis. ¶22 Accedens autem propheta ad regem Israel, dixit ei, Vade, & cōfortare, & scito, & vide quid facias: sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te. ¶23 Serui verò regis Syriæ dixerūt ei, Dii montium sunt dii eorum, ideo superauerunt nos: sed melius est vt pugnemus cōtra eos in campestribus, & obtinebimus eos. ¶24 Tu ergo verbum hoc fac, Amoue reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis: ¶25 Et instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundum equos pristinos, & currus secundum currus quos antè habuisti, & pugnabimus contra eos in campestribus, & videbis quōd obtinebimus eos. credidit consilio eorum, & fecit ita. ¶26 Igitur postquā annus transierat, recēnsuit Ben-adad Syros, & ascendit in Aphec, vt pugnaret contra Israel. ¶27 Porrò filii Israel recensiti sunt & acceptis cibariis profecti ex aduerso, castrāque metati sunt contra eos, quasi duo parui greges caprarum: Syri autem repleuerunt terram. ¶28 Et accedens vnus vir Dei, dixit ad regem Israel, Hæc dicit Dominus, Quia dixerunt Syri, Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium: dabo omnem multitudinē hanc grandem in manu tua, & scietis quia ego sum Dominus. ¶29 Dirigebāntque septem diebus ex aduerso hi, atque illi acies. septima autem die commissum est bellum: percusseruntque filii Israel de Syris centum millia pedītum, in die vna. ¶30 Fugerunt autem Syri qui remanserunt in Aphec. in ciuitatem: & cecidit murus super viginti septem millia hominum qui remanserant. porrò Ben-adad fugiens ingressus est ciuitatē, in cubiculum quod erat intra cubiculū. ¶31 Dixerūntq; ei serui sui, Ecce, audiuimus quōd reges domus Israel clementes sint. ponamus itaque saccos in lūbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediā-

4. Reg. 9. 2. 1. 4. 8. 13. 2. 4. 2.

Rom. 11. 2. 4.

vniuersus.

obsidebat
obsedit

Respondit
itaque

mur ad regem Israel: forsitan saluabit animas nostras. ¶12 Accinxerunt saccis lumbos suos & posuerunt funiculos in capitibus suis: venerúntque ad regē Israel, & dixerunt ei, Seruus tuus Ben-adad dicit, Viuat, oro te, anima mea. & ille ait. Si adhuc viuit frater meus est. ¶13 Quod acceperūt viri pro omine: & festinātes rapuerunt verbū ex ore ei⁹, atq; dixerūt. Frater tuus Ben-adad viuit. & dixit ei. Ite & adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Ben adad, & leuauit eum in currum suum. ¶14 Qui dixit ei, Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddā: & plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria. & ego fœderatus recedā à te. pepigit ergo fœd⁹, & dimisit eum. ¶15 Vnus vir autē de filiis prophetarū dixit ad socium suū in sermone Domini. Percute me. at ille noluit percutere. ¶16 Cui ait, Quia noluisti audire vocē Domini, ecce recedes à me. & percutiet te leo. ouúm que paululū recessisset ab eo, inuenit eū leo, atq; percussit. ¶17 Sed & alterū inuenīs virū, dixit ad eū, Percute me. qui percussit eum. & vulnerauit. ¶18 Abiit ergo propheta, & occurrit regi in via, & mutauit faciē suā cinere pulueris ⁹os & oculos suos. ¶19 Quúmq; rex trānsisset, clamauit ad regē, & ait. Seruus tuus egressus est ad prælīdium comminus: quúmq; fugisset vir vnus, adduxit eum quidā ad me. & ait. Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argēti appendes. ¶20 Dum autē ego turbatus huc illúcque me verterē, subitō non cōparuit. Et ait rex Israel ad eum, Hoc est iudiciū tuum, quod ipse decreuisti. ¶21 At ille statim abstersit pulueremo de facie sua, & cognouit eū rex Israel quōd esset de prophetis. ¶22 Qui ait ad eū, Hæc dicit Dominus, Quia dimisisti virum dignū morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius. & populus tuus pro populo eius. ¶23 Reuersus est igitur rex Israel in domum suam, adīre contēnens, & furibundus venit in Samariam. CAP. XXI.

1 Naboth vineam suam denegat regi Achab. 3 Qui submissis falsis testibus, Iezabel lapidari iubet. 17 Achab increpatus ab Elia, agit pœnitentiam. 23 Mors Iezabelis prædicitur.

POst verba autē hæc, ⁺tempore illo vinea erat Naboth Iezrahelitæ, ⁺qui erat in Iezrahel iuxta palatiū Achab regis Samariæ. ¶2 Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens, Da mihi vineā tuā, vt faciā mihi ortū olerū, quia vicina est, & prope domum meā, dabōque tibi pro ea vineā meliorē: aut si cōmodius tibi putas, argēti pretiū quātum digna est. ¶3 Cui respōdit Naboth, Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatē patrum meorū tibi. ¶4 Venit ergo Achab in domū suā indignāb⁹, & frēdens super verbo quod locutus fuerat ad eū Naboth Iezrahelites, dicens, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum. Et proiiciens se in lectulum suum, auertit faciē suā ad parietē, & nō comedit panē. ¶5 Ingressa est autem ad eū Iezabel vxor sua, dixitque ei, Quid est hoc, vnde anima tua contristata est? & quare non comedis panem? ¶6 Qui respondit ei, locutus sum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei, Da mihi vineam tuam, accepta pecunia: aut si tibi placet, dabo tibi vineam ⁺meliorem pro ea. & ille ait, Non dabo tibi vineam meam. ¶7 Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius, Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Israel: surge, & comede panem, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitæ. ¶8 Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates qui erant in ciuita te eius, & habitabant cum Naboth. ¶9 Literarum autem hæc erat sententia. Prædicate ieiunium, & fedēre facite Naboth inter primos populi. ¶10 Et subuertite duos viros filios belial contra eum, & falsū testimoniū dicāt. Benedixit Deū & regem. & educite eū, & lapidate, sicque moriatur. ¶11 Fecerūt ergo ciues eius maiores natu, & optimates qui habitabant cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel, & sicut scripta erat in literis quas miserat ad eos. ¶12 Prædicauerūt ieiunium, & federe fecerunt Naboth inter primos populi. ¶13 Et ad ductis duobus viris filiis diabōli, fecerūt eos sedere contra eum: at illi, scilicet viri di bo lici, dixerūt contra eū testimoniū corā multitudine. Benedixit Naboth Deū & regē. quā ob rem eduxerūt eū extra ciuitatē, & lapidāb⁹ interfecerunt. ¶14 Miseruntque ad Iezabel, dicētes, lapidat⁹ est Naboth, & mortu⁹ est. ¶15 Factū est autem, quum audisset Iezabel lapidatū Naboth, & mortuum, locuta est ad Achab, Surge, ⁺posside vineā Naboth Iezrahelitæ, qui no luit tibi acquiescere, & dare ea accepta pecunia: non enim viuit Naboth, sed mortuus est. ¶16 Quod quū audisset Achab, mortuū videlicet Naboth, surrexit, & descēdebat in vineā Naboth Iezrahelitæ, vt possideret eā. ¶17 Factus est igitur sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicēs, ¶18 Surge, & descende in occursū Achab regis Israel, qui est in Samaria. ecce ad vineā Naboth descēdit, vt possideat eā. ¶19 Et loquēris ad eū, dicēs, Hæc dicit Domin⁹ Deus, Occidisti, insuper & possēdisti & post hæc ad des, Hæc dicit Domin⁹, In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinē Naboth, lambēt quo que sanguinem tuum. ¶20 Et ait Achab ad Eliam, Num inuenisti me ⁺inimicum tibi? Qui dixit⁹, Inueni, eo quōd venūdatus sis, vt faceres malū in conspectu Domini. ⁺Hæc dicit Dominus, ¶21 Ecce ego inducā super te malum, & demetā posteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clausum & vltimum in Israel. ¶22 Et dabo domum tuam ⁺sicut domum Ieroboam filii Nabat, ‖ & sicut domū Baasa filii Ahia: quia egisti vt me ad iracundiā pronocares, & peccare feci sti Israel. ¶23 ‖ Sed & de Iezabel locutus est Dominus, dicens, Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. ¶24 Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cæli. ¶25 Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venūdatus est vt faceret malū in conspectu Domini: concitauit enim eum Iezabel vxor sua. ¶26 Et abominabilis factus est, intantum vt sequeretur idōla quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israel. ¶27 Itaque quum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit

* Inimice mi
* ei
4. Reg. 9. b.
5. 15. f. 19.
3. 16. a. 17.
4. Reg. 9. g. 37.

cilicio carnē suam, ieiunauitque, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. ¶ 28 Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, ¶ 29 Nonne uidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius, sed in diebus filii sui inferam malum domui eius.

CAP. XXII.

1 Achab & Iosaphat contra Ramoth-Galaad. 6 Quadringenti falsi prophetæ. Michæas unius Dei prophetæ prædicit interitū Achab. 24 Percutitur a Sedecia. 27 Incarceratur. 34 Achab occiditur. 40 Succedit Ochozias. 51 Iosaphat mortuo succedit Ioram.

TRansierūt igitur tres anni absque bello inter Syriam & Israel. ¶ 2 In anno autem tertio, descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. ¶ 3 Dixitque rex Israel ad seruos suos, Ignoratis quòd nostra sit Ramoth-Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ? ¶ 4 Et ait ad Iosaphat, Veniésne mecum ad præliandum in Ramoth-Galaad? Dixitque Iosaphat ad regē Israel, Sicut ego sum, ita & tu: populus meus, & populus tuus unum sunt: & equi ei mei, equites tui. ¶ 5 Dixitque Iosaphat ad regem Israel, Quære oro te hodie sermonē Domini. ¶ 6 Congregauit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter uiros, & ait ad eos, Ire debeo in Ramoth-Galaad ad bellādū, an quiescere? Qui respōderunt, Ascende, & dabit eam Dominus in manu regis. ¶ 7 Dixit autem Iosaphat, Non est hīc propheta Domini quispiam, vt interrogemus per eum? ¶ 8 Et ait rex Israel ad Iosaphat, Remansit vir vnus, per quem possumus interrogare Dominum: sed ego odi eum, quia nō prophetat mihi bonum, sed malū, Michæas filius Iemla. cui Iosaphat ait, Ne loquaris ita rex. ¶ 9 Vocauit ergo rex Israel eunuchum quendā, & dixit ei, Festina adducere Michæam filium Iemla. ¶ 10 Rex autem Israel, & Iosaphat rex Iuda sedebāt vnusquisque in solio suo vestiti cultu regio, in area iuxta ostiū portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ prophetabant in conspectu eorum. ¶ 11 Fecit quoq; sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His uētilabis Syriam, donec deleas eam. ¶ 12 Omnésque prophetæ similiter prophetabant, dicentes, Ascende in Ramoth-Galaad, & vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis. ¶ 13 Nuntius verò qui ierat vt vocaret Michæam, locutus est ad eum dicens, Ecce sermones prophetarū ore vno regi bona prædicant: fit ergo sermo tuus similis eorū, & loquere bona. ¶ 14 Cui Michæas ait, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. ¶ 15 Venit itaq; ad regem, & ait illi rex, Michæa, Ire debemus in Ramoth-Galaad ad prælīādum, an cessare? cui ille respōdit, Ascende, & vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis. ¶ 16 Dixit autem rex ad eum, Iterum atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi nisi quod verum est, in nomine Domini. ¶ 17 Et ille ait, Vidi cunctum Israel dispersum in montibus quasi oues nō habentes pastorem: & ait Dominus, Non habent isti dominum: reuertatur vnusquisque in domum suam in pace. ¶ 18 (Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat, Nunquid non dixi tibi quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum?) ¶ 19 Ille verò addés, ait, Propterea audi sermonem Domini. Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnē exercitum cæli assistentem ei à dextris & à sinistris. ¶ 20 Et ait Dominus, Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascēdat, & cadat in Ramoth-Galaad? & dixit vnus verba huiusmodi, & alius aliter. ¶ 21 Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait, Ego decipiam illum. cui locutus est Dominus, in quo? ¶ 22 Et ille ait, Egrediar, & ero spiritus mēdax in ore omnium prophetarū eius. Et dixit Domin", Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. ¶ 23 Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritum mēdacii in ore omnium prophetarum tuorū qui hīc sunt, & Dominus locutus est contra te malum. ¶ 24 Accessit autē Sedecias filius Chanaana, & percussit Michæā in maxillam, & dixit, Mēne ergo dimisit Spiritus Domini, & locutus est tibi? ¶ 25 Et ait Michæas, Videbis eo in die illa quando ingrediēris in cubiculum intra cubiculum, vt abscondaris. ¶ 26 Et ait rex Israel, Tollite Michæam, & manete apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filium amēlech, ¶ 27 Et dicite eis, Hæc dicit rex, Mittite virum istum in carcerē, & sustentate eū pane tribulationis & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. ¶ 28 Dixitque Michæas, Si reuersus fueris in pace, non est locutus in me Dominus. Et ait, Audite populi, omnes. ¶ 29 Ascendit itaque rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. ¶ 30 Dixit itaque rex Israel ad Iosaphat, Sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis. porrò rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. ¶ 31 Rex autem Syriæ præcepérat principibus curruū triginta duobus, dicēs, Non pugnabitis contra minorem & maiorem quempiam, nisi contra regem Israel solum. ¶ 32 Quum ergo vidissent principes curruum Iosaphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israel, & impetu facto pugnabant cōtra eum: & exclamauit Iosaphat. ¶ 33 Intellexerūntq; principes curruum quòd non esset rex Israel, & cessauerunt ab eo. ¶ 34 Vir autem quidā tetendit arcum, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israel inter pulmonem & stomachum. At ille dixit aurigæ suo. Verte manum tuam, & eiice me de exercitu, quia grauiter vulneratus sum. ¶ 35 Commissum est ergo prælium in die illa, & rex Israel stabat in curru suo cōtra Syros, & mortuus est vesperi: effluebat autē sanguis plagæ in sinū currus, ¶ 36 Et præco insonuit in vniuerso exercitu antequā sol occumberet, dicens, Vnusquisque reuertatur in ciuitatem", & in terram suam. ¶ 37 Mortuus est autem rex, & perlatus est in Samariā: sepelierūntque regem in Samaria. ¶ 38 Et lauerunt currum eius in piscina Samariæ, & lixerunt canes sanguinē eius, & habenas lauerūt, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat. ¶ 39 Reliqua autem sermonum Achab, & vniuersa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit, cunctarūmque vrbium quas extruxit, nōnne hæc scripta sunt in libro sermonū dierum regum Israel? ¶ 40 Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. ¶ 41 Iosaphat verò filius Asa re-

ambulabat

3. Reg. 9. f. 26.

Par. 18. a. 1.

& sicut populus meus, & populus tuus, & sicut equi mei, ita & equi tui.

gnate cœperat super Iudam anno quarto Achab regis Israel. ¶42 Triginta quinque annorum erat quũ regnare cœpisset, & viginti quin que annis regnauit in Ierusalem: nomẽ matris eius Azuba filia Salai. ¶43 Et ambulauit in omni via Asa patris sui, & nõ declinauit ex ea: feceitque quod rectum erat in cõspectu Domini. ¶44 Veruntamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. ¶45 Pacẽmq; habuit Iosaphat cum rege Israel. ¶46 Reliqua autem verborum Iosaphat, & opera eius quæ gessit, & prælia, nõne hæc scripta sunt in libro verborũ dierum regũ Iudæ? ¶47 Sed & reliquias effœminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra. ¶48 Nec erat tũc rex constituto in Edom. ¶49 Rex verõ Iosaphat fecerat classes in mari, quæ nauigarent in Ophir propter aurum: & ire non poterant, quia confractæ sunt in Asion gaber. ¶50 Tũc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat, Vadãt serui mei cum seruis tuis in nauibus. & noluit Iosaphat. ¶51 Dormiuitque Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cũ eis in Ciuitate Dauid patris sui: regnauitque Ioram filius eius pro eo. ¶52 Ochozias autem filius Achab regnare cœperat super Israel in Samaria, anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda, regnauitque super Israel duobus annis. ¶53 Et fecit malum in cõspectu Domini, & ambulauit in via patris sui & matris suæ, & in via Ieroboã filii Nabat, qui peccare fecit Israel. ¶54 Seruiuit quoque Baal, & adorauit eum, & irritauit Dominum Deum Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

# Quartus Regum liber: secundũ Hebræos, Melachim secundus.

## CAP. I.

1 Ochozias lapsus è cœnaculo, & Beel-zebub consulens, corripitur ab Elia. 9 Quinquagenarii ad Eliã missi consumuntur igne. 17 Moritur Ochozias, succedit Ioram.

PRAEVARICATVS est autem Moab in Israel, postquã mortuus est Achab. ¶2 Cecidítque Ochozias per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, & ægrotauit: misítque nuntios, dicens ad eos, Ite, cõsulite Beel-zebub deum Accaron, vtrũ viuere queam de infirmitate mea hac. ¶3 Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens, Surge, & ascẽde in occursum nuntiorum regis Samariæ, & dices ad eos, Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beel-zebub deum Accaron? ¶4 Quã ob rem hæc dicit Dominus, De lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. & abiit Elias. ¶5 Reuersíque sunt nuntii ad Ochoziam. qui dixit eis, Quare reuersi estis? ¶6 At illi responderunt ei, Vir occurrit nobis, & dixit ad nos, Ite, *reuertimini ad regem qui misit vos, & dicetis ei, Hæc dixit Dominus, Nunquid quia non erat Deus in Israel, mittis vt consulatur Beel-zebub deus Accaron? Idcirco de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. ¶7 Qui dixit eis, Cuius figuræ & habit' est vir ille qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? ¶8 At illi dixerunt, Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. qui ait, Elias Thesbites est. ¶9 Misítque ad eum quinquagenarium principem. & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice mõtis, ait, Homo Dei, rex præcepit vt descendas. Respõdẽnsque Elias, ¶10 Dixit quinquagenario. Si homo Dei *sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descẽdit itaque ignis de cælo, & deuorauit eum & quinquaginta qui erant cum eo. ¶11 Rursũmque misit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi, Homo Dei, hæc dicit rex, Festina, descende. ¶12 Respondens Elias, ait, Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descẽdit ergo ignis *de cælo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius. ¶13 Iterum misit principem quinquagenariũ tertium, & quinquaginta qui erant cũ eo. Qui quum veniffet, curuauit genua contra Eliam, & precatus est eum, & ait, Homo Dei, noli despicere animam meam & animas seruorũ tuorum qui mecum sunt. ¶14 Ecce descẽdit ignis de cælo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erãt: sed nunc obsecro vt miserearis animæ meæ. ¶15 Locutus est autem Angelus Domini ad Eliam, dicens, Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & descendit cum eo ad regem. ¶16 Et locutus est ei, Hæc dicit Dominus, Quia misisti nuntios ad consulendum Beel-zebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel, à quo posses interrogare sermonẽ, ideo de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. ¶17 Mortuus est autem iuxta sermonem Domini quem locutus est Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno secundo Ioram filii Iosaphat regis Iudæ: non enim habebat filium. ¶18 Reliqua autem verborum Ochoziæ quæ operatus est, nõne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regũ Israel?

## CAP. II.

1 Eliseus comes Eliæ. 8 Elias diuidit aquas pallio. 11 Rapitur in cælum. 13 Eliseus pallio Eliæ diuidit aquas. 20 Aquæ mortiferæ dulces redditæ ab Eliseo. 23 Eliseum ridentes pueri ab vrsis lacerantur.

FACTum est autem quũ leuare vellet Dominus Eliam per turbinem in cælum, *ibant Elias & Eliseus de Galgalis. ¶2 Dixitque Elias ad Eliseum, Sede hic, quia Dominus misit me vsque in Beth-el. Qui ait Eliseus, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Quúmque descendissent Beth-el, ¶3 egressi sunt filii prophetarum, qui erant in Beth-el, ad Eliseum, & dixerũt ei, Nunquid nosti quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? qui respondit, Et ego noui: silete. ¶4 Dixit autem Elias ad Eliseum, Sede hic, quia Dominus misit me in Ierícho. & ille ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te,

Quúmque veníssent Iericho, ¶5 Accesserunt fílii prophetarum qui erant in Iericho, ad Elisæum, & dixerunt ei, Nunquid nosti quia Dominus hodie tollet dominum tuũ à te? & ait, Et ego noui: silete. ¶6 Dixit autem ei Elias, Sede hic, quia Dominus misit me vsque ad Iordanem. qui ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ierũt igitur ambo pariter. ¶7 Et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui & steterunt contra, longe: illi autem ambo stabant super Iordanem. ¶8 Tulitque Elias pallium suum, & inuoluit illud, & percussit aquas, quæ diuisæ sunt in vtranque partem, & transierũt ambo per siccum. ¶9 Quúmque transissent, Elias dixit ad Elisæum, Postula quod vis vt faciam tibi antequã tollar à te. dixitque Eliseus, Obsecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus. ¶10 Qui respondit, Rem difficilem postulasti: attamen si videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem nõ videris, nõ erit. ¶11 Quúmque pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumque: & ascẽdit Elias per turbinem in cælum. ¶12 Eliseus autẽ videbat, & clamabat, Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Et non vidit eum amplius: apprehenditque vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. ¶13 Et leuauit pallium Eliæ, quod ceciderat ei: reuersúsque stetit super ripam Iordanis, ¶14 Et pallio Eliæ quod ceciderat ei, percussit aquas, & non sunt diuisæ: & dixit, Vbi est Deus Eliæ, etiam nunc? percussítque aquas, & diuisæ sunt huc atque illuc, & transiit Eliseus. ¶15 Videtes autem filii prophetarum qui erãt in Iericho ecotra, dixerunt, Requieuit Spiritus Eliæ super Eliseum. Et venientes in occursum eius, adorauerunt eũ proni in terram, ¶16 Dixerũntque illi, Ecce, cum seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & quærere dominum tuum, ne forte tulerit eum Spiritus Domini, & proiecerit eum in vnum montium, aut in vnam vallium. qui ait, Nolite mittere. ¶17 Coegerũntque eum donec acquiesceret, & diceret, Mittite. Et miserunt quinquaginta viros: qui quum quæssissent tribus diebus, nõ inuenerunt. ¶18 Et reuersi sunt ad eum: at ille habitabat in Iericho, & dixit eis, Nunquid nõ dixi vobis, Nolite mittere? ¶19 Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Eliseum, Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tuipse domine prospicis: sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. ¶20 At ille ait, Afferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal. quod quum attulissent, ¶21 Egressus ad fontem aquarum, misit in illũ sal, & ait, Hæc dicit Dominus, Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neque sterilitas. ¶22 Sanatæ sunt ergo aquæ vsque in diẽ hanc, iuxta verbum Elisei quod locutus est.

¶23 Ascendit autem inde Eliseus in Beth-el: quúmque ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes, Ascende calue, ascende calue. ¶24 Qui quũ respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egressíque sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. ¶25 Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

CAP. III.

1 Ioram fillus Achab regnat. 9 Regibus Iudæ, Israel, & Edom, aquas impetrat Elisæus à Deo. 11 Vincuntur Moabitæ. 27 Rex eorum sacrificat fillum suum.

IOram verò fillus Achab regnauit super Israel in Samaria anno decimooctauo Iosaphat regis Iudæ. regnauitq; duodecim annis. ¶2 Et fecit malum coram Domino, sed non sicut pater su⁹ & mater: tulit enim statuas Baal quas fecerat pater eius. ¶3 Veruntamen in peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis. ¶4 Porrò Mesa rex Moab, nutriebat pecora multa, & soluebat regi Israel centum millia agnorum, & centum millia arietũ cũ vellere lius suis. ¶5 Quúmque mortuus fuisset Achab, prævaricatus est fœdus quod habebat eũ rege Israel. ¶6 Egressus est igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recensuit vniuersum Israel. ¶7 Misitque ad Iosaphat regem Iuda, dicens, Rex Moab recessit à me, veni mecum cõtra eum ad prælium. Qui respondit, Ascendã: qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus: & equi mei, equi tui. ¶8 Dixitque, Per quam viã ascendemus? at ille respondit, Per desertũ Idumææ. ¶9 Perrexerunt igitur rex Israel, & rex Iuda, & rex Edom, & circuierunt per viam septem dierum, nec erat aqua exercitui & iumentis quæ sequebantur eos. ¶10 Dixitque rex Israel, Heu heu heu', congregauit nos Dominus tres reges, vt traderet i manu Moab. ¶11 At ait Iosaphat, Estne hîc propheta Domini, vt deprecemur Dominum per eũ? Et respondit vnus de seruis regis Israel, Est hic Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ. ¶12 Et ait Iosaphat, Est apud eum sermo Domini. descenditque ad eum rex Israel, & Iosaphat rex Iudæ, & rex Edom. ¶13 Dixit autem Eliseus ad regem Israel, Quid mihi & tibi est? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. & ait illi rex Israel, Quare cõgregauit Dominus tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab? ¶14 Dixitque ad eum Eliseus, Viuit Dominus exercituum, in cuius conspectu sto, quòd si non vultu Iosaphat regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem. ¶15 Nunc autem adducite mihi psaltẽ. Quúmque caneret psaltes, facta est super eum manus Domini, ¶16 Et ait, Hæc dicit Dominus, Facite alueum torrẽtis huius fossas & fossas. ¶17 Hæc enim dicit Dominus, Non videbitis ventum, neque pluuiam: & alueus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ vestræ, & iumẽta vestra. ¶18 Parúmque est hoc in conspectu Domini: insuper tradet etiam Moab in manus vestras. ¶19 Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnẽ vrbẽ electam, & vniuersum lignum fructiferum succidetis, cunctósque fontes aquarum obthurabitis, & omnẽ agrum egregium operietis lapidibus. ¶20 Factũ est igitur mane, quando sacrificium offerri solet, & ecce, aquæ veniebãt per viam Edom, & repleta est terra aquis. ¶21 Vniuersi autem Moabitæ audientes quòd descendissent tres reges vt pugnarẽt aduersum eos, conuocauerunt omnes qui accincti erant balteo desuper, & steterũt i terminis. ¶22 Primóque mane surgẽtes, & orto iam sole ex aduer-

D so aquarum, viderunt Moabitæ econtra aquas rubras, quasi sanguinem. ¶13 Dixerúntque. Sanguis gladii est: pugnauerunt reges contra se, & cæsi sunt mutuo: nunc perge ad prædā Moab. ¶14 Perrexerúntque in castra Israel: porrō eō surgens Israel, percussit Moab: at illi fugerunt coram eis. Ingressi igitur qui vicerāt, & percusserunt Moab, ¶15 et ciuitates destruxerunt: & omnem agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleuerunt: & vniuersos fontes aquarum obstruxerunt: & omnia ligna fructifera succiderunt, ita vt muri tantum fictiles remanerent: & circumdata est ciuitas a fundibularijs, & magna ex parte percussa. ¶16 Quod quū vidisset rex Moab, præualuisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educentes gladios, vt irrumperent ad regē Edom: & non potuerunt. ¶17 Arripiensque filium suū primogenitū, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israel, statimque recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terrā suā.

CAP. IIII.

1 Pauperculæ viduæ dat Deus oleum per Eliseum. 11 Eliseus hospiti æterni impetrat à Deo filium, quem mortuum oratione suscitat. 38 Amarum pulmentum reddit dulce. 42 Multiplicat panes.

A Mulier autem quædā de vxoribus prophetarum clamabat ad Elisæum, dicens: Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit timēs Deum: & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad seruiendum sibi. ¶2 Cui dixit Eliseus: Quid vis vt faciam tibi? dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit, Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei quo vngar. ¶3 Cui ait, Vade, pete mu uo ab omnibus vicinis tuis vasa vacua nō pauca. ¶4 Et ingredere, & claude ostium tuum quum intrinsecus fueris tu & filij tui: & mitte inde in omnia vasa hæc: & quum plena fuerint, tolles. ¶5 Iuit itaque mulier, & clausit ostium super se & super filios suos: illi offerebant vasa, & illa infundebat. ¶6 Quúmque plena fuissent vasa, dixit ad filiū suum, Affer mihi adhuc vas. Et ille respondit, Non habeo. Stetitque oleum. ¶7 Venit autem illa, & indicauit homini Dei. & ille, Vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo: tu autē & filij tui viuite de reliquo. ¶8 Facta est autem quædam dies, & trantibat Eliseus per Sunam: ciuitatem erat autem ibi mulier magna quæ tenuit eum vt comederet panē: quúmque frequenter inde trauiret, diuertebat ad eam vt comederet panem. ¶9 Quæ dixit ad virū suū, Animaduerto quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter. ¶10 Faciamus ergo ei cœnaculum paruū, & ponamus ei in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum: vt quum venerit ad nos, maneat ibi. ¶11 Facta est ergo dies quædā, & veniens diuertit in cœnaculū, & requieuit ibi. ¶12 Dixitque ad Giezi puerum suum, vocā Sunamitidem istam. Qui quum vocasset eam, & illa steterit coram eo, ¶13 Dixit ad puerum suum, loquere ad eam, Ecce, sedulō in omnib⁹ nimis trauisti nobis, quid vis vt faciam tibi? nunquid habes negotium, & vis vt loquar regi, siue principi militiæ? quæ respondit, In medio populi mei habito. ¶14 Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? dixitque Giezi, Me quæras: filium enim non habet, & vir eius senex est. ¶15 Præcepit itaq; vt vocaret eā: quæ quū vocata fuisset, & stetisset ante ostiū, ¶16 Dixit ad eam, In tempore isto, in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filium. at illa respondit, Noli quæso domine mi vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ. ¶17 Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, & in hora eadem qua dixerat Eliseus. ¶18 Creuit autem puer, & quum esset quædam dies, & egressus esset ad patrē suū, ad messores, ¶19 Ait patri suo, Caput meum, doleo, caput meū, doleo. At ille dixit puero, Volle, duc eum ad matrem suam. ¶20 Qui quū tulisset, & duxisset eū ad matrē suā, posuit eū sup genua sua vsque ad meridiē, & mortuus est. ¶21 Ascendit autem, & collocauit eum super lectulū hominis Dei, & clausit ostium: & egressa ¶22 Vocauit virum suum, & ait, Mitte mecum, obsecro vnū de pueris, & asinam, vt excutram vsque ad hominem Dei, & reuertar. ¶23 Qui ait illi, Quam ob causam vadis ad eum? hodie non sunt Calendæ, neque Sabbathum. quæ respondit, Vadam. ¶24 Strauitque asinam, & præcepit puero, Mina, & propera, ne mihi moram facias in eundo: & hoc age quod præcipio tibi. ¶25 Profecta est igitur, & venit ad virum Dei in montem Carmeli: quúmque vidisset eam vir Dei e contra, ait ad Giezi puerum suum, Ecce Sunamitis illa. ¶26 Vade ergo in occursum eius, & dic ei, Rectène agitur circa te, & circa virū tuum, & circa filiū tuum? Quæ respōdit, Recte. ¶27 Quúmque venisset ad vi um Dei in montem, apprehēdit pedes eius: & accessit Giezi vt amoueret eam. & ait homo Dei, Dimitte illam: anima enim eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & nō idicauit mihi. ¶28 Quæ dixit illi, Nūquid petiui filiū à domino meo? nunquid non dixi tibi, Ne illudas mei? ¶29 Et ille ait ad Giezi, Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. Si occurrerit tibi homo, non salutes eum: & si salutauerit te quispiā, non respondeas illi: & pones baculum meum super faciem pueri. ¶30 Porrō mater pueri ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, non dimittam te. Surrexit ergo, & secutus est eum. ¶31 Giezi autem præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciem pueri: & nō erat vox, neque sensus: reuersusq; est in occursum eius, & nuntiauit ei, dicens, Non surrexit puer. ¶32 Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce, puer mortu' iacebat in lectulo ei⁹. ¶33 Ingressusque clausit ostiū super se, & super puerum: & orauit ad Dominum. ¶34 Et ascendit, & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incurauit se super eum, & calefacta est caro pueri. ¶35 At ille reuersus, deambulabat in domo, semel hue atque illuc: & ascendit, & incubuit super eum: & osculauit puer sepedies, aperuitque oculos. ¶36 Et ille vocauit Giezi, & dixit ei, Voca Sunamitidem hāc. quæ vocata, ingressa est ad eum, qui ait, Tolle filium tuū. ¶37 Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adorauit super terrā: tulitque filium suum, & egressa est. ¶38 Et Eliseus reuersus est in Galgala. erat aute fames inter-

ra,& filii prophetarum habitabant coram eo,
dixitque vni de pueris suis, Pone ollam grandem,& coque pulmẽtum filiis prophetarum.
¶ 39 Et egressus est vnus in agrum vt colligeret herbas agrestes: inuenitque quasi vitê syluestrem,& collegit ex ea colocyntidas agri,& impleuit pallium suum, & reuersus conscidit in ollam pulmenti:nesciebat enim quid esset.
¶ 40 Infuderunt ergo soeiis , vt comederent: quúmque gustassent de coctione,clamauerũt, dicentes,Mors in olla vir Dei. Et nõ potuerũt comedere. ¶ 41 At ille, Afferte,inquit,farinam. *& miũt quúmque tulissent,misit in ollam,& ait, Infunde turbæ, vt comedant.& nõ fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. ¶ 42 Vir autẽ quidam venit de Baal-salisa deferens viro Dei panes primitiarum,ℵ& viginti panes hordeaceos,& frumentum nouum in pera sua. Et ille dixit, Da populo,vt comedat. ¶ 43 Respondit que ei minister eius, Quantum est hoc, vt apponam coram cẽtum viris? rursum ille ait, Da populo,vt comedat:hæc enim dicit Dominus, comedent,& supererit. ¶ 44 Posuit itaque coram eis,qui comederũt,& superfuit iuxta verbum Domini. CAP. V.

1 Naaman Syrus per Eliseum curatur à lepra. ¶ 10 Munera accipit Giezi mendax à Naaman,& lepra percutitur.

NAamã*princeps militiæ regis Syriæ,erat vir magnus apud dominum suum,& honoratus: per illum enim dedit Dominus salutem Syriæ: erat autem vir fortis & diues,sed leprosus. ¶ 2 Porrò de Syria egressi fuerãt latrũculi,& captiuã duxerant de Terra-Israel puellam paruulã, quæ erat in obsequio vxoris Naaman. ¶ 3 Quæ ait ad dominam suam, Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samaria: profectò curasset eum à lepra quam habet. ¶ 4 Ingressus est itaque Naaman ad dominum suum,& nuntiauit ei,dicens, Sic & sic locuta est puella de Terra-Israel. ¶ 5 Dixitque ei rex Syriæ, Vade, & mittam literas ad regem Israel. qui quum profectus esset , & tulisset secum decem talenta argenti,& sex millia aureos,& decem mutatoria vestimentorum: ¶ 6 Detulit literas ad regẽ Israel, in hæc verba, Quũ acceperis epistolam hanc,scito quòd miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum à lepra sua. ¶ 7 Quúmque legisset rex Israel literas,scidit vestimẽta sua,& ait, Numquid Deus ego sum,vt occidere possim,& viuificare,quia iste misit ad me, vt curẽ hominẽ à lepra suaꝫ animaduertite,& videte quòd occasiones quærat aduersum me. ¶ 8 Quod quum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Israel vestimenta sua, misit ad eum,dicens, Quare scidisti vestimenta tuaꝫ veniat ad me, & sciat esse prophetam in Israel. ¶ 9 Venit ergo Naaman cum equis & curribus , & stetit ad ostium domus Eliseí. ¶ 10 Misitque ad eum Eliseus nuntium,dicens, Vade, & lauare septies in Iordane,& recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. ¶ 11 Iratus Naaman recedebat, dicens, Putabam quòd egrederetur ad me,& stans inuocaret nomẽ Domini Dei sui,& tangeret manu sua locũ lepræ,& curaret me. ¶ 12 Nũquid non meliores sunt Abana & Pharphar fluuii Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis & munder? ‖ Quum ergo vertisset se, & abiret indignans, ¶ 13 Accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei, Pater, ℵ& si rem grandem dixisset tibi propheta , certe facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis? ¶ 14 Descendit, & lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei,& restituta est caro eius,sicut caro pueri paruuli,& mũdatus est. ¶ 15 Reuersúsque ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo,venit,& stetit corã eo, & ait, Verè scio quòd non sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tãtũ in Israel. obsecro itaq; vt accipias benedictionem à seruo tuo. ¶ 16 At ille respondit, Viuit Dominus ante quem sto, quia non accipiã. quúmque vim faceret,penitus non acquieuit. ¶ 17 Dixitque Naaman, Vtvis:sed,obsecro,cõcede mihi seruo tuo,vt tollam onus duorum burdonũ de terra:nõ enim faciet vltrà seruus tuus holocaustum,aut victimam dijs alienis,nisi Domino. ¶ 18 Hoc autem solum est de quo deprecetis Dominũ pro seruo tuo. Quando ingredietur dominus meus templum Remmon,vt adoret: & illo innitente super manum meam,& adorauero in templo Remmon,adorante eo in eodẽ loco,vt ignoscat mihi Dominus seruo tuo pro hac re. ¶ 19 Qui dixit ei, Vade in pace. abiit ergo ab eo electo tẽpore. ¶ 20 Dixitque Giezi puer viri Dei, Pepercit dominus meus Naaman Syro isti,vt nõ acciperet ab eo quæ attulit: viuit Dominus,quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. ¶ 21 Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quem quum vidisset ille currentem ad se, desiluit de curru in occursum eius, & ait, Rectène sunt omnia? ¶ 22 Et ille ait, Rectè. dominus meus misit me ad te,dicens,Modò venerũt ad me duo adolescentes de monte Ephraim, ex filiis prophetarum:da eis talentum argẽti, & vestes mutatorias duplices. ¶ 23 Dixitque Naaman, Melius est vt accipias duo talẽta.& coegit eũ, ligauitque duo talenta argenti in duobus saccis,& duplicia vestimẽta, & imposuit duobus pueris suis,q & portauerũt corã eo. ¶ 24 Quúmque venisset iam vesperi, tulit de manu eorũ, & reposuit in domo,dimisitque viros, & abierunt. ¶ 25 Ipse autem ingressus,stetit coram domino suo. & dixit Eliseus, Vnde venis Giezi? Qui respondit,Nõ iuit seruus tuus quòquam. ¶ 26 At ille ait, Nõne cor meum in præsenti erat,quãdo reuersus est homo de curru suo in occursum tui? nunc igitur accepisti argẽtum, & accepisti vestes,vt emas olluetа,& vineas & oues & boues & seruos & ancillas. ¶ 27 Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo, vsq; in sempiternũ. & egressus est ab eo quasi nix leprosus. CAP. VI.

1 Eliseus ferrum securis natare facit. 2 Syri inuadunt Israelitas. 18 Syros obcæcatos Eliseus ducit in mediam Samariam , quos pascit rex. 28 Mulieres in Samaria fame vrgente comedunt filios.

DIxerunt autem filii prophetarum ad Eliseum, Ecce,locus in quo habitamus corã te,angustus est nobis. ¶ 2 Eamus vsque ad Iordanem,& tollãt singuli de sylua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitandũ. qui dixit,Ite. ¶ 3 Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cum seruis tuis, respõdit, Ego ve-

niam. ¶4 Et abiit cum eis. quúmque venissent ad Iordanem, cædebát ligna. ¶5 Accidit autẽ, vt quum vnus materiã succideret, caderet ferrum securis in aquam: exclamauitque ille, & ait, Heu heu heu domine mi, & hoc ipsũ mutuò acceperam. ¶6 Dixit autem homo Dei, Vbi cecidit? at ille monstrauit ei locum. præcidit ergo lignum, & misit illuc, natauitque ferrũ. ¶7 Et ait, Tolle. qui extendit manum, & sustulit illud. ¶8 Rex autem Syriæ pugnabat contra Israel, & communicauit cum seruis suis, & ait, In loco illo & illo ponamus insidias. ¶9 Misit itaque vir Dei ad regem Israel dicens, Caue ne transeas in locum illũ: quia ibi Syri in insidiis sunt. ¶10 Misit ergo rex Israel ad locũ quem dixerat ei vir Dei, & præcauit eum. & obseruauit se ibi non semel neque bis. ¶11 Cõturbatúmq; est cor regis Syriæ pro hac re: & conuocatis seruis suis, ait, Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem Israel? C ¶12 Dixitque vnus seruorum eius, Nequaquã domine mi rex, sed Elisæus propheta qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quæcũque locutus fueris in conclaui tuo. ¶13 Dixitque ei, Ite, & videte vbi sit: vt mittam, & capiam eum. annuntiauerunt'q; ei, dicentes, Ecce in Dothaim. ¶14 Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui quum venissent nocte, circundederunt ciuitatem. ¶15 Consurgens autẽ diluculo minister viri Dei, egressus est, vidítque exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus. nũtiantque ei, dicẽs, Heu heu heu domine mi, quid faciemus? ¶16 At ille respondit, Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis. ¶17 Quúmque oraßet Eliseus, ait, Domine, aperi oculos pueri huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & currum igneorũ in circuitu Elisei. ¶18 Hostes verò descenderunt ad eũ: porrò Eliseus orauit ad Dominum, dicens, Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate, percussíq; eos Dominus, ne viderẽt, iuxta verbum Elisei. ¶19 Dixit autem ad eos Eliseus, Non est hæc via, neque ista est ciuitas: sequimini me, & ostendam vobis virum quem quæritis. duxit ergo eos in Samariã. ¶20 Quúmque ingressi fuissent in Samariã, dixit Eliseus, Domine aperi oculos istorum, vt videant. aperiensque Dominus oculos eorum, & viderũt se esse in medio Samariæ. ¶21 Dixitque rex Israel ad Elisæum, quum vidisset eos, Num quid percutiam eos pater mi? ¶22 Et ille ait, Non percuties: neq; enim cepisti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias. sed pone panem, & aquã coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad dominum suum. ¶23 Appositáque est eis ciborũ magna præparatio, & comederunt, & biberunt, & dimisit eos, abierũntque ad dominum suum: & vltrà nõ venerunt latrones Syriæ in Terram Israel. ¶24 Factum est autem post hæc, cõgregauit Ben-adad rex Syriæ, vniuersum exercitũ suum, & ascendit, & obsidebat Samariã. ¶25 Factáque est fames magna in Samaria: & tandiu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum, quinque argẽteis. ¶26 Quúmque rex ille per ũl aũ tráiret per murũ, mulier quædam exclamauit ad eum, dicens, Saluame domine mi rex. ¶27 Qui ait, Non: te saluet Dominus. vnde te possum saluare? de area, vel de torcular? ¶28 Dixitque ad eã rex, Quid tibi vis? quæ respondit, ¶29 Mulier ista dixit mihi, Da filiũ tuum, vt comedamus eũ hodie, & filiũ meum comedemus cras. ¶30 Coximus ergo filiũ meum, & comedimus. dixíque ei die altera, Da filium tuum vt comedamus eum. quæ abscõdit filium suum. ¶31 Quod quum audisset rex, scidit vestimenta sua. (& transibat per murum: vidítque omnis populus cilicio quo vestitus erat ad carnem intrinsecus.) ¶32 Et ait rex, Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei filii Saphat super ipsum hodie. ¶33 (Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo.) præmisit itaque virum: & ante quã veniret nuntius ille, dixit ad senes, Num quid scitis quòd miserit filius homicidæ hic, vt præcidatur caput meũ? videte ergo cũm venerit nuntius, claudite ostium, & non sinatis eum introire. ecce enim sonitus pedum domini eius post eum est. ¶34 Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius qui veniebat ad eum. Et ait, Ecce talium malum à Domino est: quid amplius expectabo à Domino? CAP. VII.

1 Fugantur Syri à Deo. 10 Leprosi annuntiant prouidentiam Dei Israelitis. 17 Dux incredulus conculcatur à turba.

DIxit autem Eliseus, Audite verbum Domini, hæc dicit Dominus. In tempore hoc eras modi similæ vno statẽre erit, & duo modii hordei statẽre vno, in porta Samariæ. ¶2 Respondens vnus de ducibus, super cuius manũ rex incumbebat, homini Dei ait, Si Dominus fecerit etiam cataractas in cælo, nunquid potest esse quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. ¶3 Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ: qui dixerunt adinuicem, Quid hîc esse volumus donec moriamur? ¶4 Siue ingredi voluerimus ci uitatem fame moriemur: siue mãserimus hîc, morientum nobis est: venite ergo, & transfugiam' ad castra Syriæ. si pepercerint nobis, viuemus: si autem occiderte voluerint, nihilominus moriemur. ¶5 Surrexerunt ergo vesperi vt venirẽt ad castra Syriæ. quúmque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem reperierunt. ¶6 (Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ, currum, & equorũ, & exercitus plurimi: dixe'q; unt'que ad inuicem, Ecce merced' cõduxit aduersum nos rex Israel reges Gethæorum, & Aegyptiorũ, & venerunt super nos. ¶7 Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerunt tẽtoria sua, & equos & asinos in castris, fugerũntque, animas tantùm suas saluare cupientes.) ¶8 Igitur quum venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt & biberũt: tulerũntque inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & abscondentes: & rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculũ, & inde similiter auferentes abscõderunt. ¶9 Dixerũntque ad inuicem. Non recte facimus: hæc enim dies boni nunti est. Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare vsque mane, sceleris arguemur: venite, eamus, & nuntiemus in aula regis. ¶10 Quúmque venissent ad portam ciuitatis, narrauerũt eis, dicentes, Iui-

*audite

*Gethæorum

mus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tētoria. ¶11 Ierunt ergo portarii, & nuntiauerunt in palatio regis intrinsecus. ¶12 Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri, sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris, dicētes, Quum egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. ¶13 Respondit autē vnus seruorum eius, Tollamus quinque equos, qui remāserunt in vrbe (quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine Israel, alii enim consumpti sunt) & mittētes, explorare poterim'. ¶14 Adduxerūt ergo duos equos, misitque rex in castra Syrorum, dicēs, Ite, & videte. ¶15 Qui abierunt post eos vsque ad Iordanem: ecce autem omnis via plena erat vestib', & vasis, quæ proiecerant Syri quum turbarētur: reuersique nunții indicauerunt regi. ¶16 Et egressus populus diripuit castra Syriæ: factūque est modius similæ statēre vno, & duo modii hordei statēre vno, iuxta verbum Domini. ¶17 Porrō rex ducem illum, in cuius manu 'incubuerat' constituit ad portam: quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta *quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum. ¶18 Factūque est secundum sermonem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait, Duo modii hordei statēre vno erūt, & modius similæ statēre vno, hoc eodem tēpore eras in porta Samariæ: ¶19 Quando respondерat dux ille viro Dei, & dixerat, Etiam si Dominus fecerit cataractas in cælo, nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. ¶20 Fuerit ergo ei sicut prædictum erat, & conculcauit eū populus in porta, & mortuus est.

incumbebat
verbum

CAP. VIII.

1 Famem septē annorum fugit Sunamitis. 24 Hazael suffocato Ben-adad regnat in Syria. 24 Mortuo Ioram succedit Ochozias.

¶1 Eliseus autem locutus est ad mulierem cuius viuere fecerat filium, dicens, Surge, vade tu & domus tua, & peregrinare vbicunque repereris: vocabit enim Dominus famē, & veniet super terram septem annis. ¶2 Quæ surrexit, & fecit iuxta verbū hominis Dei: & vadēs cum domo sua, peregrinata est in terra Philisthiim diebus multis. ¶3 Quūmq; finiti essent anni septem, reuersa est mulier de terra Philisthiim: & egressa est vt interpellaret regem pro domo sua & pro agris suis. ¶4 Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens, Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliseus. ¶5 Quūmque ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius vi uificauerat filium, clamans ad regem pro domo sua & pro agris suis: dixitq; Giezi, Domine mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius quem suscitauit Eliseus. ¶6 Et interrogauit rex mulierem: quæ narrauit ei 'vera esse.' Dedit-que ei rex eunuchum vnum, dicens, Restitue ei omnia quæ sua sunt, & vniuersos reditus agrorū à die qua reliquit terrā, vsque ad præsens. ¶7 Venit quoque Eliseus Damascum, & Ben-adad rex Syriæ ægrotabat: nuntiauerūntque ei, dicētes, Venit vir Dei huc. ¶8 Et ait rex ad Hazael, Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominū per eum, dicēns, Si euadere potero de infirmitate mea hac? ¶9 Iuit igitur Hazael in occursum eius, habens secū munera, & omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorū. Quūmq; stetisset coram eo, ait, Filius tuus Ben-adad rex Syriæ, misit me ad te, dicens, Sī sanari potero de infirmitate mea hac? ¶10 Dixitq; ei Eliseus, Vade, dic ei, Sanaberis: porrō ostendit mihi Dominus quia morte morietur. ¶11 Stetitque cum eo, & conturbatus est vsque ad suffusionē vultus: fleuitque vir Dei. ¶12 Cui Hazael ait, Quare dominus meus flet? at ille dixit, Quia scio quæ factūrus sis filiis Israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succēdes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnātes diuides. ¶13 Dixitque Hazael, Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnā? & ait Eliseus, Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore. ¶14 Qui quum recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum: qui ait ei, Quid dixit tibi Eliseus? At ille respōdit, Dixit mihi, recipies sanitatem. ¶15 Quūmque veniffet dies altera, tulit stragulum, & infudit aquam, & expandit super faciē eius: quo mortuo regnauit Hazael pro eo. ¶16 Anno quinto Ioră filii Achab regis Israel, 'regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda. ¶17 Triginta duorū annorum erat quum regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalē. ¶18 Ambulauitque in viis regum Israel, sicut ambulauerat domus Achab: filia enim Achab erat vxor eius: & fecit quod malū est in cōspectu Domini. ¶19 Noluit autem Dominus disperdere Iudam propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret illi lucernam, & filiis eius cunctis diebus. ¶20 In diebus illis recessit Edom, ne esset sub Iuda, & constituit sibi regem. ¶21 Venitque Ioram Seira, & 'omnis exercitus' cum eo: & surrexit nocte, percussitque Idumæos qui eū circundederant, & principes curruum, populus autem fugit in tabernacula sua. ¶22 Recessit ergo Edom ne esset sub Iuda, vsque ad diē hanc, tunc recessit & Lobna in tempore illo. ¶23 Reliqua autem sermonū Ioram, & vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? ¶24 Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Ciuitate Dauid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. ¶25 Anno duodecimo Ioram filii Achab regis Israel regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ. ¶26 Viginti duorum annorum erat Ochozias quum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: nomē matris eius Athalia filia Amri regis Israel. ¶27 Et ambulauit in viis domus Achab: & fecit quod malum est coră Domino, sicut domus Achab: genet enim domus Achab fuit. ¶28 Abiit quoque cū Ioram filio Achab, ad prælīādum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth-Galaad, & vulneraueruit Syri Ioram. ¶29 Qui reuersus est vt curaretur, in Iezrahel: quia 'vulnerauerunt' eum Syri in 'Ramoth' prælīantem contra Hazael regem Syriæ. Porrō Ochozias filius Ioră rex Iuda, descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

vocabit
vera esse
regnauit
vulnerauerunt
Ramoth

CAP. IX.

1 Iehu vngitur in regem Israel. 14 Interfi-

cit Ioram & Ochoziam. 30 Præcipitat Iezabel, quæ comeditur à canibus.

E Eliseus autem prophetes vocauit vnum de filiis prophetarum, & ait illi, ¶ Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. ¶2 Quúmque veneris illuc, videbis Iehu filiú Iosaphat filii Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum. ¶3 Tenénsque lénticulam olei, fundes super caput eius, & dices, Hæc dicit Dominus, Vnxi te regem super Israel. Aperiésque ostium, & fugies, & non ibi subsistes. ¶4 Abiit ergo adolescens puer prophetæ in Ramoth-Galaad. ¶5 Et ingressus est illuc: ecce autè principes exercitus sedebant, & ait, Verbum mihi ad te ô princeps. Dixitque Iehu, Ad quem ex omnibus nobis? at ille dixit, Ad te ô princeps. ¶6 Et surrexit, & ingressus est cubiculũ: at ille fudit oleum super caput eius, & ait, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vnxi te regẽ super populum Domini Israel, ¶7 Et percuties domũ Achab domini tui, & vlciscar sanguinẽ seruorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium seruorum Domini de manu Iezabel. ¶8 Perdámque omnẽ domum Achab: & interficiam de domo Achab mingentem ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel. ¶9 Et dabo domum Achab, sicut domum Ieroboam filii Nabat, & sicut domum Baasa filii Ahia. ¶10 Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium & fugit. ¶11 Iehu autè egressus est ad seruos domini sui: qui dixerũt ei, Incolúmisne sunt omnia? quid venit insanus iste ad te? qui ait eis, Nostis hominem, & quid locutus sit. ¶12 At illi responderunt, Falsum est, sed magis narra nobis. qui ait eis, Sic & hæc locutus est mihi: & ait, Hæc dicit Dominus, Vnxi te regẽ super Israel. ¶13 Festinauerũt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerũt tuba, atque dixerunt, Regnauit Iehu. ¶14 Conspirauit ergo Iehu filius Iosaphat filii Namsi contra Ioram: porrò Ioram obsederat Ramoth-Galaad, ipse & omnis Israel contra Hazael regem Syriæ: ¶15 Et reuersus fuerat vt curaretur in Iezrahel, propter vulnera, quia percussérãt eum Syri, præliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixitque Iehu, Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nuntiet in Iezrahel. ¶16 Et ascendit, & profectus est in Iezrahel: Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descenderat ad visitandum Ioram. ¶17 Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrahel, vidit globum Iehu venientis, & ait, Video ego globum. dixitque Ioram, Vol Ie currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens, Incolúmes sunt omnia? ¶18 Abiit ergo qui ascéderat currum, in occursum eius, & ait, Hæc dicit rex, Pacatane sunt omnia? Dixitque Iehu, Quid tibi & pacis? trանsi, & sequere me. Nuntiauit quoque speculator, dicens, Venit nuntius ad eos, & non reuertitur. ¶19 Misit etiam currum equorum secundum: venitque ad eos, & ait, Hæc dicit rex, Nunquid pax est? Et ait Iehu, Quid tibi & pacis? trանsi, & sequere me. ¶20 Nuntiauit aut speculator, dicens, venit vsque ad eos, & nõ reuertitur: est autem incessus quasi incessus Iehu filii Namsi: præceps enim graditur. ¶21 Et ait Ioram, Iungite currum. Iunxerũtque currum eius, & egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda, singuli in curribus suis, egressíque sunt in occursum Iehu, & inuenerũt eum in agro Naboth Iezrahelitæ. ¶22 Quúmque vidisset Iorã Iehu, dixit, Pax est Iehu? at ille respõdit, Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. ¶23 Cõuertit autem Ioram manum suam, & fugiens ait ad Ochoziam, Insidiæ Ochozia. ¶24 Porrò Iehu tetendit arcum manu, & percussit Iorã inter scapulas: & egressa est sagitta per cor eius, statimque corruit in curru suo. ¶25 Dixitque Iehu ad Badacer ducem, Tolle, prolice eum in agro Naboth Iezrahelitæ: memini enim (quãdo ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem huius,) quòd Dominus onus hoc leuauerit super eum, dicens, ¶26 Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius, quæ vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & proice eum in agrum iuxta verbũ Domini. ¶27 Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viam domus horti: persecutúsque est eum Iehu, & ait, Etiam hunc percutite in curru suo, & percusserunt eum in ascẽsu Gaber qui est iuxta Ieblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi. ¶28 Et imposuerũt eum serui eius super currum suum, & tulerunt in Ierusalem: sepelierũntque eum in sepulchro cũ patribus suis in Ciuitate Dauid. ¶29 Anno vndecimo Ioram filii Achab regis Israel, regnauit Ochozias super Iudam. ¶30 Venitque Iehu in Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram. ¶31 Ingredientem Iehu per portam, & ait, Numquid pax potest esse Zambri, qui interfecit dominum suũ? ¶32 Leuauitque Iehu faciem suam ad fenestrã, & ait, Quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi. & dixerunt, Hæc est illa Iezabel. ¶33 At ille dixit eis, Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam, aspersúsque est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. ¶34 Quúmque introgressus esset vt comederet, biberétque, ait, Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam: quia filia regis est. ¶35 Quúmque issent vt sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariã, & pedes, & summas manus. ¶36 Reuersíque nuntiauerunt ei. & ait Iehu, Sermo Domini est, quem locutus est per seruum suum Eliam Thesbiten, dicés, In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel, ¶37 Et erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciẽ terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes dicant, Hæccine est illa Iezabel?

CAP. X.

1 Iehu occidit septuaginta filios Achab. 11 Occidit etiam quadraginta duos fratres eiusdem. 18 Omnibus sacerdotibus Baal interfectis, ex eius templo cloacas facit. 32 Israel percutitur ab Hazael. 35 Iehu mortuo succedit Ioachaz.

ERant autem Achab septuaginta filii in Samaria: scripsit ergo Iehu literas, & misit ig

a 4 Iunge iunxitque

b

c

d

e

f

g 3. Reg. 21. g.

h Gus

i 3. Reg. 16. c

k 3. Reg. 22.

A

Samariam, ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens, ¶2 Statim vt acceperitis literas hasce qui habetis filios domini vestri, & currus, & equos, & ciuitates firmas, & arma; ¶3 Eligite melioré, & eum quem iudicauerit de filiis domini vestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri. ¶4 Timuerūt illi vehementer, & dixerunt, Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, & quomodo nos valebimus resistere? ¶5 Miserunt ergo præpositi domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritii, ad Iehu, dicentes, Serui tui sumus, quæcunque iusseris, faciemus, nec constituemus nobis
B regem: quæcunque tibi placent, fac. ¶6 Rescripsit autem eis literas secundò, dicens, Si mei estis, & obedicis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadem hora eras, in Iezrahel. (porrò filii regis, septuaginta viri, apud optimates ciuitatis nutriebātur.) ¶7 Quúmque veniſſent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eum in Iezrahel. ¶8 Venit autem nuntius ad eum, & indicauit ei, dicens, Attulerūt capita filiorum regis. qui respondit, Bonite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsque mane. ¶9 Quúmque diluxiſſet, egressus est, & stans dixit ad omnem populum, Iusti estis: ſi ego coniurani cōtra dominum meū, & interfeci eum, quis percussit omnes hos? ¶10 Videte ergo nunc quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, quos locutus est Dominus super domum Achab, & Dominus fecit quod locutus est in manu serui sui Eliæ. ¶11 Percussit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrahel, & vniuersos optimates eius, & notos & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ. ¶12 Et surrexit, & venit in Samariam: quúmq; veniſſet ad Cameram-pastorum, in via ¶13 Inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, dixitque ad eos, Quinam estis vos? qui responderunt, Fratres Ochoziæ regis sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ. ¶14 Qui ait, Comprehendite eos viuos, quos quum comprehendiſſent viuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxta Cameram, quadraginta duos viros, & nō reliquit ex eis quenquam. ¶15 Quúmque abiſſet
D inde, inuenit Ionadab filium Rechab in occursum sibi, & benedixit ei. Et ait Iehu ad eum, Nunquid est cor tuū rectum cum corde meo, sicut cor meum cum corde tuo? & ait Ionadab, Est. Si est, inquit: da mihi manum tuam. qui dedit ei manum suam. at ille leuauit eum ad se in currum. ¶16 Dixitque ad eum, Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. & imposítum in curru suo. ¶17 Duxit in Samariam: & percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vsque ad vnum. iuxta verbū Domini quod locutus est per Eliā. ¶18 Congregauit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos, Achab coluit baal parum, ego autem colam eum amplius. ¶19 Nunc igitur omnes prophetas baal, & vniuersos seruos eius, & cūctos sacerdotes ipsius vocate ad me: nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi baal: quicunque defuerit, non viuet, (por-
E rō Iehu faciebat hoc insidiose, vt disperderet cultores baal.) ¶20 Et dixit, Sanctificate diem solennē baal, vocauitq; ¶21 Et misit in vniuersos terminos Israel, & venerunt cūcti serui baal: nō fuit reliquus ne vnus quidē qui non veniret. & ingressi sunt templum baal: & repleta est domus baal, à summo vsque ad summum. ¶22 Dixitq; his qui præerāt super vestes, Proferte vestimenta vniuersis seruis baal. & protulerunt eis vestes. ¶23 Ingressúsque Iehu, & Ionadab filius Rechab templum baal, ait cultoribus baal, Perquirite, & videte ne quis forte vobiscum sit de seruis Domini, sed vt sint serui baal soli. ¶24 Ingressi sunt igitur vt facerēt victimas & holocausta: Iehu autem præparauerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis, Quicunque fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus vestras, anima eius erit pro
F anima illius. ¶25 Factū est autē: quū completumesset holocaustū, præcepit Iehu militibus, & ducibus suis, Ingredimini, & percutite eos, nullus exuadat. Percusserūtque eos in ore gladii, & proiecerunt, milites & duces: & ierunt in ciuitatē tēpli baal. ¶26 Et protulerūt statuam de phano baal, & cōbusserūt. ¶27 Et cōminuerunt eam. Destruxerūt quoq; ædē baal, & fecerunt pro ea latrinas, vsq; in diē hāc. ¶28 Delevit itaque Iehu baal de Israel: ¶29 verumtamē à peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Beth-el & in Dan. ¶30 Dixit autem Dominus ad Iehu, Quia studiosè egisti quod rectum erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab: ¶ filii tui vsque ad
G quartam generationem sedebunt super thronum Israel. ¶31 Porrò Iehu non custodivit vt ambularet in lege Domini Dei Israel in toto corde suo: non enim recessit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Israel. ¶32 In diebus illis cœpit Dominus tædere super Israel: percussítque eos Hazael in vniuersis finibus Israel, ¶33 A Iordane contra Orientalē plagam, omnem Terrā-Galaad & Gad & Ruben & Manasse, ab Aroer quæ est super Torrentem-Arnō, & Galaad & Basan. ¶34 Reliqua autem verborum Iehu, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nonne hæc scripta sunt in Libro verborū dierum regum Israel? ¶35 Et dormivit Iehu cū patribus suis, sepelierūntq; eum in Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. ¶36 Dies autē quos regnauit Iehu super Israel, viginti & octo anni sunt in Samaria. CAP. XI.

1 Athalia interficit omne semen regium. 2 Ioas absconsus à Iosabeth. 4 Constituitur. 20 occisa Athalia. 17 Fœdus inter Deum & Ioas, & populum. 18 Mathan sacerdos baal interficitur.

A Thalia verò mater Ochoziæ, videns mortuum filium suū, surrexit, & interfecit omne semen regium. ¶2 Tulerat autē Iosaba filia regis Ioram, soror Ochoziæ. Ioas filium Ochoziæ, furata est eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem eius, de triclinio: & abscondit eum à facie Athaliæ, vt non interficeretur. ¶3 Erátque cum ea sex annis clàm in domo Domini: porrò Athalia regnauit super terrā. ¶4 Anno



3. Reg. 21. g. 19.

3. Reg. 16. g. 32.

autem septimo misit Ioiada, & assumés centuriones & milites, introduxit ad se in templum Domini, pepigitque cum eis fœdus: & adiurás eos in domo Domini, ostendit eis filium regis, ¶5 Et præcepit illis, dicés, Iste est sermo quem facere debetis, Tertia pars vestrũ introeat sabbatho, & obseruet excubias dom' regis. ¶6 Tertia autẽ pars sit ad portam Seir: & tertia pars sit ad portam quæ est post habitaculum scutariorũ: & custodietis excubias domus, messa. ¶7 Duæ verò partes ẽ vobis, omnes egredientes sabbatho, custodiant excubias domus Domini circa regẽ. ¶8 Et vallabitis eum, habẽtes arma in manibus vestris: siquis autem ingressus fuerit septum tẽpli, interficiatur: eritisque cum rege introeunte & egrediente. ¶9 Et fecerunt cẽturiones iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada sacerdos: & assumẽtes singuli viros suos, qui ingrediebãtur sabbathum, cum his qui egrediebãtur è sabbatho, venerũt ad Ioiadam sacerdotem. ¶10 Qui dedit eis hastas, & arma regis Dauid, quæ erant in domo Domini. ¶11 Et steterunt singuli habentes arma in manu sua à parte tẽpli dextera, vsque ad partem sinistram altaris, & ædis, circum regem. ¶12 Produxitque filium regis, & posuit super eum diadema & testimoniũ: fecerũtque eum regem, & vnxerunt: & plaudentes manu dixerunt, Viuat rex. ¶13 Audiuit autem Athalia vocem populi currentis: & ingressa ad turbas in templum Domini, ¶14 vidit regem stantem super tribunal iuxta morem, & cantores & *turbas' prope eum, omnẽmque populũ terræ lætantem, & canẽtem tubis: & scidit vestimenta sua, clamauitque, Coniuratio, coniuratio. ¶15 Præcepit autem Ioiada* centurionibus qui erant super exercitũ, & ait eis, Educite eam extra septa tẽpli, & quicunque eam secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos, Non occidatur in tẽplo Domini. ¶16 Imposuerũntque ei manus, & impegerunt eam per viam introitus equorum, iuxta palatium, & interfecta est ibi. ¶17 Pepigit ergo Ioiada fœdus inter Deum & regem, & inter populum, vt esset populus Domini, & inter regẽ & populũ. ¶18 Ingressúsque est omnis populus terræ templum baal, & destruxerũt aras eius, & imagines contrierunt validè: Mathan quoque sacerdotem baal, occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo Domini. ¶19 Tulitque cẽturiones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnẽ populum terræ, deduxerũntque regem de domo Domini: & venerunt per viam portæ scutariorum in palatium, & sedit super thronum regum. ¶20 Lætatúsque est omnis populus terræ, & ciuitas cõquieuit. Athalia autẽ occisa est gladio in domo regis. ¶21 Septẽmq; annorũ erat Ioas, quum regnare cœpisset. CAP. XII.

6 Ioas sacerdotibus nõ instaurãtibus templum aufert pecuniam, & in vsus templi expandit. 17 Hazael recedit ab oppugnatione Ierusalem. 20 Ioa interfecto à seruis, succedit Amasias.

ANno septimo Iehu regnauit Ioas: quadraginta annis regnauit in Ierusalẽ. nomen matris eius Sebia, de Ber-saber. ¶2 Fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eũ Ioiada sacerdos. ¶3 Veruntamẽ excelsa nõ abstulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelsis incensum. ¶4 Dixitque Ioas ad sacerdotes, Omnẽ pecuniã sanctorum quæ illata fuerit in tẽplum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quam sponte & arbitrio cordis sui inferunt in tẽplum Domini: ¶5 Accipiant illã sacerdotes iuxta ordinem suũ, & instaurẽt sarta tecta domus, siquid necessarium viderint instauratione. ¶6 Igitur vsque ad vicesimũ tertium annum regis Ioas, non instaurauerunt sacerdotes sartatecta tẽpli. ¶7 Vocauitq; rex Ioas Ioiadã pontificem & sacerdotes, dicens eis, Quare sartatecta nõ instauratis tẽpli? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinẽ vestrum, sed ad instaurationẽ templi reddite eam. ¶8 Prohibitique sunt sacerdotes vltrà accipere pecuniã à populo, & instaurare sartatecta* domus. ¶9 Et tulit Ioiada põtifex gazophylacium vnũ, aperuitque foramen de super, & posuit illud iuxta altare ad dextram ingredientium domũ Domini, mittebantque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum Domini. ¶10 Quúmque viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascẽdebat scriba regis & pontifex, effundebãtque & numerabãt pecuniã quæ inueniebatur in domo Domini: ¶11 Et dabant eam iuxta numerum atque mensuram in manu eorum qui præerant cæmentariis domus Domini: qui impendebant eam in fabris lignorum, & in cæmentariis: ¶12 & qui operabãtur in domo Domini, ¶13 Et sartatecta faciebãt: & in lis qui cædebant saxa, & vt emerẽt ligna & lapides qui excidebãtur: ita vt impleretur instauratio domus Domini in vniuersis quæ impendebant expensa ad muniendã domũ. ¶14 Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuscinulæ & thuribula & tubæ, & omne vas aureum & argẽteum, de pecunia quæ inferebatur in tẽplum Domini. ¶15 Is enim qui faciebat opus, dabatur, vt instauraretur templum Domini: ¶16 Et nõ fiebat ratio iis hominibus qui accipiebant pecuniam vt distribuerẽt eam artificibus, sed in fide tractabant eam. ¶17 Pecuniam verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis non inferebãt in templum Domini, quia sacerdotum erat.

¶17 Tunc ascẽdit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitque eam: & direxit faciẽ suam vt ascẽderet in Ierusalem. ¶18 Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia sanctificata, quæ* consecrauerat Iosaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipse obtulerat: & vniuersum* argentum* quod inueniri potuit in thesauris templi Domini, & in palatio regis: misitq; Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Ierusalem. ¶19 Reliqua autem sermonum Ioas, & vniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sũt in libro verborũ dierum regum Iudæ? ¶20 Surrexerunt autem serui eius, & cõiurauerunt inter se, percusseruntque Ioas in Domo mello in descensu Sella. ¶21 Iozachar namque filius Seemaath, & Iozabab filius Somer serui eius, percusserunt eum, & mortuus est: & sepelierũt eum cum patribus suis in Ciuitate Dauid, regnauitque Amasias filius eius pro eo.

Eliſei mors.

CAP. XIII.

2 Ioachaz traditur in manus Syrorum cū populo: oratione liberatur. 9 Mortuo Ioachaz ſuccedit Ioas. 11 Ioa mortuo regnat Ieroboam. 20 Eliſeus moritur. 21 Ad contactū oſſium eius ſuſcitatur mortuus. 24 Hazael moritur.

ANno viceſimo tertio Ioas filii Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu ſuper Iſrael in Samaria, decem & ſeptem annis. ¶2 Et fecit malum coram Domino, ſecutuſque eſt peccata Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael, & non declinauit ab eis. ¶3 Iratuſque eſt furor Domini contra Iſrael, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Ben-hadad filii Hazael cūctis diebus. ¶4 Deprecatus eſt autem Ioachaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus: vidit enim anguſtiam Iſrael, quia attriuerat eos rex Syriæ: ¶5 Et dedit Dominus ſaluatorē Iſraeli, & liberatus eſt de manu regis Syriæ: habitauerūtque filii Iſrael in tabernaculis ſuis ſicut heri & nudiuſtertius. ¶6 Verumtamen non receſſerūt à peccatis domus Ieroboā qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauerūt: ſiquidē & lucus permanſit in Samaria). ¶7 Et non ſunt derelicti Ioachaz de populo, niſi quinquaginta equites, & decē currus, & decē millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quaſi puluerem in tritura areæ. ¶8 Reliqua autem ſermonum Ioachaz, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, nōne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierū regum Iſrael? ¶9 Dormiuitque Ioachaz cū patribus ſuis, & ſepelierūt eum in Samaria: regnauitque Ioas filius eius pro eo. ¶10 Anno triceſimo ſeptimo Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioachaz ſuper Iſrael in Samaria ſedecim annis. ¶11 Et fecit quod malum eſt in conſpectu Domini: non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauit. ¶12 Reliqua autem ſermonum Ioas, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amaſiam regem Iuda, nōnne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonū dierum regum Iſrael? ¶13 Et dormiuit Ioas cum patribus ſuis: Ieroboam autem ſedit ſuper ſolium eius. porrō Ioas ſepultus eſt in Samaria cū regibus Iſrael. ¶14 Eliſeus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt: deſcenditque ad eum Ioas rex Iſrael, & flebat coram eo, dicēs: Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius. ¶15 Et ait illi Eliſeus, Affer arcum & ſagittas. Quūmque attuliſſet ad eum arcum & ſagittas, ¶16 Dixit ad regem Iſrael, Pone manum tuā ſuper arcum. & quū poſuiſſet ille manum ſuā, ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas manib⁹ regis, ¶17 Et ait, Aperi feneſtram Orientalē, quūmque aperuiſſet, dixit Eliſeus, Iace ſagittam. & iecit. & ait Eliſeus, Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriā: percutiēſque Syriā in Aphec, donec cōſumas eā. ¶18 Et ait, Volle ſagittas. qui quū tuliſſet, rurſum dixit ei, Percute in ſolo terrā. & quū percuſſiſſet tribus vicibus, & ſteriſſet, ¶19 Iratus eſt vir Dei contra eū, & ait, Si percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties, percuſſiſſes Syriam vſque ad conſūmationem, nunc autem tribus vicibus percuties eam. ¶20 Mortuus eſt ergo Eliſeus, & ſepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipſo anno. ¶21 Quidam autem ſepelientes hominē, viderunt latrūculos, & proiecerūt cadauer in ſepulchro Eliſei, quod quū tetigiſſet oſſa Eliſei, reuixit homo, & ſtetit ſuper pedes ſuos. ¶22 Agitur Hazael rex Syriæ afflixit Iſrael cūctis diēb⁹ Ioachaz. ¶23 Et miſertus eſt Dominus eorum, & reuerſus eſt ad eos propter pactum ſuum quod habebat cum Abraham & Iſaac & Iacob: & noluit diſperdere eos, neque proiicere penitus, vſque in præſens tempus. ¶24 Mortuus eſt autē Hazael rex Syriæ, & regnauit Ben-adad filius eius pro eo. ¶25 Porrō Ioas filius Ioachaz, tulit vrbes de manu Ben-adad filii Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris ſui iure prælij: tribus vicibus percuſſit eum Ioas, & reddidit ciuitates Iſrael.

CAP. XIIII.

1 Amaſias occidit occiſores patris. 7 Percutit Edom. 8 Capitur à Ioa. 14 Ioas direpto templo Domini moritur, eique ſuccedit Ieroboā. 19 Occiditur Amaſias. 21 Succedit Azarias. 29 Zacharias ſuccedit patri Ieroboam.

IN anno ſecundo Ioas filii Ioachaz regis Iſrael regnauit Amaſias filius Ioas regis Iuda. ¶2 Viginti quinque annorum erat quū regnare cœpiſſet: viginti autē & nouē annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Ioadan, de Ieruſalem. ¶3 Et fecit rectum coram Domino, veruntamen non vt Dauid pater eius, iuxta omnia quæ fecit Ioas pater ſuus, fecit. ¶4 Niſi hoc tantū quòd excelſa nō abſtulit: adhuc enim populus adolebat & immolabat incenſum in excelſis. ¶5 Quūmque obtinuiſſet regnū, percuſſit ſeruos ſuos qui interfecerāt regē patrem ſuum. ¶6 Filios autē eorum qui occiderant, non occidit, iuxta quod ſcriptum eſt in Libro legis Moyſi, ſicut præcepit Dominus, dicens, Non morientur patres pro filiis, neq; filij pro patribus: ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur. ¶7 Ipſe percuſſit Edomitā in Valle-Salinarū, decem millia, & apprehendit Petrā in prælio, vocauitque nomen eius Iezeehel, vſque in præſentem diem. ¶8 Tūc miſit Amaſias nuntios ad Ioas filium Ioachaz, filii Iehu regis Iſrael, dicens, Veni, & videamus nos. ¶9 Remiſitque Ioas rex Iſrael ad Amaſiam regem Iuda, dicens, Carduus Libani miſit ad cedrū, quæ eſt in Libano, dicēs, Da filiam tuā filio meo vxorem. tranſierūntque beſtiæ ſaltus, quæ ſunt in Libano, & conculcauerunt carduum. ¶10 Percuriens ſualuiſti ſuper Edō, & ſubleuauit te cor tuum: contentus eſto gloria, & ſede in domo tua: quare prouocas malum, vt cadas tu & Iudas tecum? ¶11 Et non acquieuit Amaſias: aſcenditque Ioas rex Iſrael, & viderunt ſe, ipſe & Amaſias rex Iuda in Beth-ſames oppido Iudæ. ¶12 Percuſſuſque eſt Iuda coram Iſrael, & fugerunt vnuſquiſq; in tabernacula ſua. ¶13 Amaſiam verò regem Iuda filium Ioas filii Ochoziæ, cepit Ioas rex Iſrael in Beth-ſames, & adduxit eum in Ieruſalem: & interrupit murum Ieruſalem, à porta Ephraim vſque ad portam anguli, quadringēcis cubitis. ¶14 Tulitque omne aurum & argentum, & vniuerſa vaſa quæ inuenta ſunt in domo Domini, & in theſauris regis, &

obsidés,& reuersus est in Samariã. ¶15 Reliqua autem verborum Ioas quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit cõtra Amasiam regẽ Iuda, nõnne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel? ¶16 Dormiuitque Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Israel: & regnauit Ieroboã filius eius pro eo. ¶17 Vixit autem Amasias,filius Ioas,rex Iuda,postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israel 'vigitiquinq; annis. ¶18 Reliqua autẽ sermonũ Amasiæ, nõnne hæc scripta sunt in Libro sermonũ dierum regũ Iudæ? ¶19 Factáq; est contra eum coniuratio in Ierusalẽ: at ille fugit in Lachis. Miserũntq; post eũ in Lachis,& interfecerũt eum ibi. ¶20 Et asportauerũt in equis,sepultúsque est in Ierusalẽ cum patrib' suis in Ciuitate Dauid. ¶21 Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natum sedecim, &constituerunt eum regem pro patre eius Amasia. ¶22 Ipse ædificauit' Ailam,'&restituit eam Iudæ,postquam dormiuit rex cũ patribus suis. ¶23 Anno quintodecimo Amasiæ filii Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria, quadragita & vno ãno: ¶24 Et fecit quod malum est corã Domino. Non recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filii Nabat, qui peccare fecit Israel. ¶25 Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath,vsque ad Mare-solitudinis,iuxta sermonem Domini Dei Israel,quẽ locutus est per seruum suum Ionam filium Amathi 'prophetam' qui erat de Geth quæ est in'Opher.' ¶26 Vidit enim Dominus afflictionem Israel amarã nimis,& quòd cõsumpti essent vsque ad clausos'carceris' & extremos,& nõ esset qui auxiliaretur Israeli. ¶27 Nec locutus est Dominus vt deleret nomẽ Israel de sub cælo,sed saluauit eos in manu Ieroboã filii Ioas. ¶28 Reliqua autẽ sermonũ Ieroboã,& vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius qua prælitatus est,& quomodo restituit Damascum,& Emath Iudæ in Israel: nõnne hæc scripta sunt in Libro sermonũ dierum regũ Israel? ¶29 Dormiuitque Ieroboã cũ patribus suis regibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

CAP. XV.

1 Azarias rex leprosus moritur. 7 Succedit Ioatham. 10 Zacharias occiditur à Sellum, qui pro eo regnat. 14 Manahem rex Israel. 22 Phaceia. 25 Phacee. 32 Ioathã rex Iuda, cui succedit Achaz.

ANno vicesimoseptimo Ieroboãregis Israel regnauit Azarias filí' Amasiæ regis Iuda. ¶2 Sedecim annorũ erat, quũ regnare cœpisset,& quinquaginta duob'annis regnauit in Ierusalem: nomẽ matris eius Iechelia,de Ierusalẽ. ¶3 Fecitque quod erat placitũ corã Domino,iuxta omnia quæ fecit Amasias pater eius. ¶4 Veruntamẽ excelsa non est demolitus: adhuc populꝰ sacrificabat,& adolebat incẽsũ in excelsis. ¶5 Percussit autem Dominus regẽ, & fuit leprosus vsque in diẽ mortis suæ,& habitabat in domo libera seorsum: Ioathã verò filius regis gubernabat palatiũ, & iudicabat populum terræ. ¶6 Reliqua autem sermonum Azariæ,& vniuersa quæ fecit, nõnne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regũ Iudæ? ¶7 Et dormiuit Azarias cũ patrib' suis: sepelierũntque eum cum maioribus suis in Ciuitate Dauid,& regnauit Ioatham filius eius pro eo. ¶8 Anno tricesimooctauo Azariæ regis Iudæ, regnauit Zacharias filius Ieroboam super Israel in Samaria,sex mensib'. ¶9 Et fecit quod malũ est corã Domino,sicut fecerant patres eius: nõ recessit à peccatis Ieroboã filii Nabat, qui peccare fecit Israel. ¶10 Cõiurauitque cõtra eum Sellũ filius Iabes: percussitq; eũ palàm, & interfecit, regnauitque pro eo. ¶11 Reliqua autem verborũ Zachariæ,nõnne hæc scripta sunt in Libro sermonũ dierum regum Israel? ¶12 Iste est sermo Domini quẽ locutus est ad Iehu,dicẽs, Filii tui vsque ad quartã generationẽ sedebũt de te super thronum Israel. factúmque est ita. ¶13 Sellũ filius Iabes regnauit tricesimonono anno Azariæ regis Iudæ:regnauit autẽ vno mẽse in Samaria. ¶14 Et ascẽdit Manahem filius Gadi de Thersa: veniτq; in Samariã,& percussit Sellũ filium Iabes in Samaria,& interfecit eũ, regnauitq; pro eo. ¶15 Reliqua autem verborũ Sellum, & coniuratio eius per quã tetendit insidias: nõnne hæc scripta sunt in Libro sermonũ dierũ regũ Israelꝰ ¶16 Tũc percussit Manahẽ Thapsã, & omnes qui erãt in ea,& terminos eius de Thersa: noluerãt enim aperire:& interfecit omnes prægnãtes eius,& scidit eas. ¶17 Anno tricesimonono Azariæ regis Iudæ,regnauit Manahẽ filius Gadi,super Israel decẽ annis in Samaria. ¶18 Fecitque quod erat malũ corã Domino: non recessit à peccatis Ieroboã filii Nabat,qui peccare fecit Israel cũctis diebus eius. ¶19 Venitque Phul rex Assyriorũ in ' Thersã,' & dabat Manahẽ Phul mille talẽta argenti vt esset el in auxiliũ,& firmaret regnum eius. ¶20 Indixitq; Manahẽ argẽtum super Israel cunctis ditibus & diuitibus, vt daret regi Assyriorum, quinquaginta siclos argẽti per singulos: reuersúsq; est rex Assyriorum, & non est moratus in Thersa.' ¶21 Reliqua autem sermonũ Manahem,& vniuersa quæ fecit, nõnne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel? ¶22 Et dormiuit Manahẽ cũ patribus suis: regnauitq; Phaceia filius eius pro eo. ¶23 Anno quinquagesimo Azariæ regis Iudæ regnauit Phaceia filius Manahem super Israel in Samaria,biẽnio: ¶24 Et fecit quod erat malũ coram Domino: nõ recessit à peccatis Ieroboã filii Nabat,qui peccare fecit Israel. ¶25 Coniurauit autẽ aduersus eum Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percussit eum in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta ' Ariph:' & cum eo quinquaginta viros de filiis Galaadi tarum,& interfecit eum, regnauitque pro eo. ¶26 Reliqua autem sermonum Phaceia,& vniuersa quæ fecit, nõnne hæc scripta sunt in Libro sermonũ dierum regum Israel? ¶27 Anno quinquagesimo secũdo Azariæ regis Iudæ,regnauit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria,viginti annis, ¶28 Et fecit quod erat malũ corã Domino: non recessit à peccatis Ieroboam filii Nabat, quí peccare fecit Israel. ¶29 In diebus Phacee regis Israel venit Thegla-phalá sar rex Assur,& cœpit Aion,& Abel domũ-Maacha,& Ianoe,& Cedes,& Asor, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephthali:& trãstulit eos in Assyrios. ¶30 Cõ-



C 4. 10. f. 32

terram.

terra.

Aries

iurauit autem, & tetendit insidias Osee filius Ela contra Phacee filium Romeliæ,& percussit eum,& interfecit:regnauitque pro eo vicesimo anno Ioatham filii Oziæ. ¶21 Reliqua autem sermonum Phacee,& vniuersa quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro sermonum
2.Para.27.2.1. dierum regum Israel? ¶22 Anno secundo Phacee filii Romeliæ regis Israel,regnauit Ioathã
G filius Oziæ regis Iuda. ¶23 Vigintiquinque annorum erat quũ regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius,Ieruſa filia Sadoc. ¶24 Fecitque quod erat placitum coram Domino: iuxta omnia quæ
*fecerat *fecit Ozias pater suus operatus est. ¶25 Verũtamen excelsa nõ abstulit:adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis: ipse ædificauit portã domus Domini sublimissimam. ¶26 Reliqua autem sermonum Ioathã, & vniuersa quæ fecit,nonne hæc scripta sunt in Libro verborũ dierum regum Iuda? ¶27 In diebus illis cœpit Dominus mittere in Iudam Rasin regem Syriæ,& Phacee filiũ Romeliæ.) ¶28 Et dormiuit Ioatham cum patribus suis, sepultúsque est cum eis in Ciuitate Dauid patris sui,& regnauit Achaz filius eius pro eo.

CAP. XVI.

1 Achaz idololatra consecrat filium In i. gne. 5 Ierusalem obsessa à Razin & Phacee. 9 Damascus vastatur. Razin interficitur. 11 Achaz idolis sacrificat. 20 Moritur. Succedit Ezechias.

A Anno decimoseptimo Phacee filii Rome-
2.Para.28.a.1. liæ, regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. ¶2 Viginti annorum erat Achaz quũ regnare cœpisset, & sedecim ánis regnauit in Ierusalem: non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui, sicut Dauid pater eius.
¶3 Sed ambulauit in via regum Israel: insuper & filium suũ consecrauit, trãsferens per ignẽ secundum idôla Gentium, quæ dissipauit Dominus coram filiis Israel. ¶4 Immolabat quoque victimas,& adolebat incẽsum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso.
Esa.7.a.1. ¶5 Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee
*in Ierusalem filius Romeliæ rex Israel *ad prælidãum in Ierusalem: quũmque obsiderẽt Achaz,nõ valuerunt superare eum. ¶6 In tempore illo restituit
B Rasin rex Syriæ Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila: & Idumæi & Syri venerũt in Ailam, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc. ¶7 Misit autem Achaz nuntios ad Theglathphalãsar regem Assyriorũ,dicẽs, seruus tuus, & filius tuus ego sum: ascende, & salvum me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Israel,qui cõsurrexerunt aduersũ me. ¶8 Et quũ
*Achaz collegisset *argentum & aurum quod inuenire potuit in domo Domini, & in thesauris regis, misit regi Assyriorum munera. ¶9 Qui & acquieuit voluntati eius: ascẽdit enim rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eam: & transtulit habitatores eius Cyrenen, Rasin autem interfecit. ¶10 Perrexitque rex Achaz in occursum Teglath-phalãsar regi Assyriorum in Damascũ. quũmque vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Uriã sacerdotẽ exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus
C eius. ¶11 Extruxitque Urias sacerdos altare: iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz de Damasco, ita fecit sacerdos Urias donec veniret rex Achaz de Damasco. ¶12 Quúmque venisset rex de Damasco, vidit altare, & veneratus est illud: ascenditque, & immolauit holocaustã, & sacrificiũ suum, ¶13 Et libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorũ quæ obtulerat super altare. ¶14 Portò altare æreũ quod erat coram Domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini: posuitque illud ex latere altaris ad Aquilonem. ¶15 Præcepit quoque rex Achaz Uriæ sacerdoti,dicens, Super altare maius offer holocaustum matutinum, & sacrificiũ vespertinum, & holocaustum regis, & sacrificium eius, & holocaustũ vniuersi populi terræ, & sacrificia eorum,& libamina eorũ : & omnem sanguinem holocausti, & vniuersum sanguinem victimæ super illud effundes: altare verò æreũ erit paratum ad voluntatem meam. ¶16 Fecit igitur Urias sacerdos iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz. ¶17 Tulit autem rex Achaz cælatas bases,& lutẽrem, qui erat dẽsuper: & mare deposuit de bobus æreis, qui sustẽrabãt illud, & posuit super pauimentum stratum lapide. ¶18 Mutauit quoque sabbathi, quod ædificauerat in tẽplo: & ingressum regis exterius, cõuertit in templũ Domini propter regem Assyriorum. ¶19 Reliqua autem verborum Achaz & omnia quæ fecit, nonne hæc scripta sunt in Libro sermonũ dierũ regũ Iuda? ¶20 Dormiuitque Achaz cũ patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate Dauid,& regnauit Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XVII.

1 Osee cum populo Israel transfertur in Assyriam,propter idololatriam. 24 Assyrius oc cupantibus Samariam, immittit Deus leones. 29 Samariam incolentium,à vero Deo ad idola defectio.

A Nno duodecimo Achaz regis Iuda,regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel nouem annis. ¶2 Fecitque malũ coram Domino: sed non sicut reges Israel qui ante eum fuerunt. ¶3 Contra hunc ascendit Salmanãsar rex Assyriorũ,& factus est ei Osee seruus, reddebãtque illi tributa. ¶4 Quúmque deprehendisset rex Assyriorũ Osee, quòd rebellare nitens, misisset nũtios ad Sua regem Aegypti,ne præstaret tributa regi Assyriorũ sicut singulis annis solitus erat,obsedit eum,& vinctũ misit in carcerẽ. ¶5 Peruagatúsque est omnem terram:& ascendens Samariã, obsedit eam tribus annis. ¶6 Anno autem nono Osee, cepit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios: posuitque eos in *Hailam,' & in Habor iuxta fluuiũ Gozan, in ciuitatibus Medorum. ¶7 Factũ est enim,quum peccassent filii Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de Terra-Aegypti, de manu Pharaonis regis Aegypti,coluerũt deos alienos. ¶8 Et ambulauerunt iuxta ritum Gentium quas consumpserat Dominus in cõspectu filiorũ Israel, & regum Israel,quia similiter fecerant. ¶9 Et irritauerunt filii Israel verbis non rectis Dominum Deum suum: & ædificauerunt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis à Turre custodum vsque ad Ciuitatem munitam. ¶10 Fecerũntque sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignũ nemorosum: ¶11 Et adolebant

ibi incensum super aras in morem Gentium quas trāstulerat Dominus à facie eorum fecerūntque verba pessima, ad irritantes Dominum, ¶12 Et coluerunt immunditias de quibus præcepit eis Dominus ne facerent verbum hoc. ¶13 Et testificatus est Dominus in Israel & in Iuda per manum omnium prophetarū & vidētium, dicens, Reuertimini à viis vestris pessimis, & custodite præcepta mea & cerimonias, iuxta omnem legem quam præcepi patribus vestris: & sicut misi ad vos in manu seruorum meorū prophetarum ¶14 Qui nō audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam iuxta ceruicem patrū suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo. ¶15 Et abiecerunt legitima eius, & pactū quod pepigit cum patribus eorum, & testificationes quibus cōtestatus est eos: secutique sunt vanitates, & vane egerunt: & secuti sunt Gentes quæ erāt per circuitum eorum, super quibus præceperat Dominus eis vt nō facerent sicut & illæ faciebāt. ¶16 Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui: fecerūntque sibi cōflatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerūt vniuersam militiā cæli: seruierūntque baal. ¶17 Et consecrauerunt filios suos, & filias suas per ignē: & diuinationi' inseruiebant & augurijs: & tradiderunt se vt facerent malum coram Domino, vt irritarēt eum. ¶18 Iratūsque est Dominus vehementer Israeli, & abstulit eos à cōspectu suo, & nō remansit nisi tribus Iuda tantummodo. ¶19 Sed nec ipse Iuda custodiuit mādata Domini Dei sui: sed verū tamen ambulauit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. ¶20 Proiecitque Dominus omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripiētium, donec proficeret eos à facie sua: ¶21 Ex eo iam tēpore, quo scissus est Israel à domo Dauid, & cōstituerunt sibi regē Ieroboā filium Nabat: separauit enim Ieroboā Israel à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. ¶22 Et ambulauerunt filii Israel in vniuersis peccatis Ieroboam quæ fecerat: & non recesserunt ab eis, ¶23 Vsquequo Dominus auferret Israel à facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium seruorum suorum prophetarum: trāstulitque est Israel de terra sua in Assyrios, vsque in diem hanc. ¶24 Adduxit autē rex Assyriorū viros de Babylone, & de Cutha, & de Ahaiath, & de Emath, & de Sepharuaim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filiis Israel: qui possederūt Samariā, & habitauerūt in vrbibus eius. ¶25 Quūmque ibi habitare cœpissent, nō timebant Dominum: & immisit in eos Dominus leones qui interficiebāt eos. ¶26 Nuntiatūmque est regi Assyriorum, & dictū, Gentes quas trāstulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitimā Dei terræ, & immisit in eos Dominus leones: & ecce, interficiunt eos, eo quōd ignorent ritum Dei terræ. ¶27 Præcepit autem rex Assyriorū, dicēs, Ducite illuc vnum de sacerdotib', quos inde captiuos adduxistis, vt vadat, & habitet cum eis: & doceat eos legitimā Dei terræ. ¶28 Igitur quum veniisset vnus de sacerdotibus his qui captiui ducti fuerant de Samaria habitauit in Beth-el, & docebat eos quomodo colerent Dominū. ¶29 Et vnusquisque gens fabricata est deū suum: posuerūntque eos in phanis excelsis quæ fecerant Samaritæ, gens & gens in vrbibus suis in quibus habitabat. ¶30 Viri enim Babylonii fecerunt Socoth benoth: viri autem Cuthæi fecerunt Nergel: & viri de Emath fecerūt Asima. ¶31 Porrō Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de Sepharuaim, comburebāt filios suos igni, Adrammēlech & Anammēlech dijs Sepharuaim. ¶32 Et nihilominus colebāt Dominū: fecerunt autē sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum, & ponebāt eos in phanis sublimib'. ¶33 Et quum Dominū colerēt, diis quoque suis seruiebāt iuxta consuetudinē Gentium, de quibus trāstati fuerāt Samaritæ. ¶34 Vsque in præsentē diem morem sequuntur antiquum: nō timēt Dominum, neque custodiūt ceremonias eius, atque iudicia & legē & mādatum quod præceperat Dominus filijs Iacob, quem cognominauit Israel: Gen. 32.28
¶35 Et percusserat cū eis pactū, & mandauerat eis, dicens, Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & nō immoletis eis. ¶36 Sed Dominū Deū vestrum qui eduxit vos de Terra Aegypti in fortitudine magna, & in brachio extēto: ipsum timete, & illū adorate, & ipsi immolate. ¶37 Cerimonias quoque & iudicia & legē & mādatū quod scripsit vobis, custodite, vt faciatis cūctis diebus: & nō timeatis deos alienos. ¶38 Et pactū quod percussit vobiscū, nolite obliuiscī: nec colatis deos alienos, ¶39 Sed Dominū Deum vestrū timete, & ipse eruet vos de manu omniū inimicorū vestrorum. ¶40 Illi verò nō audierunt, sed iuxta cōsuetudinem suam pristinam perpetrabant. ¶41 Fuerunt igitur gētes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus & idolis suis seruiētes: nam & filii eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsque in præsentem diem.

CAP. XVIII.

4 Ezechias confringit serpentem æneum. 9 Salmanasar transfert Israelem in Assyrios. 13 Sennacherib obsidet Iudæam. 22 Blasphemat Deum.

ANno tertio Osee filii Ela regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. ¶2 Vigintiquinque annorum erat quū regnare cœpisset: & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Abisa filia Zachariæ. ¶3 Fecitque quod erat bonū coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. ¶4 Ipse diripuit excelsa, & cōtriuit statuas, & succidit lucos, cōtrigitque serpentē æneū quē fecerat Moyses: quoadusque vsque ad illud tempus filii Israel adolebāt ei incensum: vocauitque nomē eius Nohestā. ¶5 Et in Domino Deo Israel sperauit: itaque post eū non fuit similis ei de cūctis regibus Iuda, sed neque in his qui ante eū fuerunt: ¶6 Et adhæsit Domino, & non recessit à vestigijs eius, fecitque mādata eius quæ præceperat Dominus Moysi. ¶7 Vnde & erat Dominus cum eo, & in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat, rebellauit quoque contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei. ¶8 Ipse percussit Philistheos vsque ad Gazam, & omnes terminos eorum, à Turre custodum vsque ad Ciuitatem munitam. ¶9 Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filii Ela regis Israel,

A
2.Par.28.d.1
& 29.a.1.
Abi
B
Num. 21.c.8
Nehustan
C
D

4.17.a.6. ascendit Salmanāsar rex Assyriorū in Samariam, & oppugnauit eam, ¶10 & cepit. Iuam post ānos tres, anno sexto Ezechiæ, id est nono anno Osee regis Israel, capta est Samaria: ¶11 & trāstulit rex Assyriorū Israel in Assyrios, collocauitque eos in *Hsila, & in Habor fluuiis Gozā in ciuitatibus Medorū: ¶12 Quia non audierunt vocē Domini Dei sui sed prætergressi sunt pactum eius, omnia quæ præceperat Moyses seruus Domini, non audierunt, neque fecerunt. ¶13 Anno quartodecimo regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum ad vniuersas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas. ¶14 Tunc misit Ezechias rex Iuda, nuntios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens, Peccaui, recede à me: & omne quod imposueris mihi, ferā. Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ, trecenta talenta argenti, & triginta talenta auri. ¶15 Dedit que Ezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris regis. ¶16 In tempore illo cōfregit Ezechias valuas templi Domini, & laminas auri quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum. ¶17 Misit autem rex Assyriorum Tharthan, & Rab-saris, & Rab-sacen de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida. Ierusalem: qui quū ascēdissent, venerunt Ierusalem, & steterunt iuxta aquæductum piscinæ superioris, quæ est in via Agri fullonis. ¶18 Vocauerūtque regem: egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph, à commētariis. ¶19 Dixitque ad eos Rab-saces, Loquimini Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorū, Quæ est ista fiducia qua niteris? ¶20 Forsitan inisti consilium, vt præpares te ad prælīū. In quo confidis, vt audeas rebellare? ¶21 An speras in baculo arundineo atque confracto, Aegypto, super quem si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eā. Sic est Pharao rex Aegypti omnib' qui cōfidunt in se. ¶22 Quòd si dixeritis mihi, In Domino Deo nostro habemus fiduciam: nōnne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria: & præcepit Iudæ & Ierusalem, Ante altare hoc adorabitis in Ierusalem? ¶23 Nunc igitur transite ad dominum meum regem Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorum, & videte an habere valeatis ascensores eorum. ¶24 Et quomodo potestis resistere ante vnum satrapam de seruis domini mei minimis? An fiduciam habes in Aegypto propter currus & equites? ¶25 Nunquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istū, vt demolirer eū? Domin' dixit mihi. Ascende ad terrā hanc, & demolire eā. ¶26 Dixerūt autem Eliacim filius Helciæ, & Sobna scriba, & Ioahe, Rab-sacē. Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè: quia intelligimus hanc linguam: & nō loquaris nobis Iudaicè audiente populo qui est super murum. ¶27 Respondit que eis Rab-saces, dicēs, Nunquid ad dominum tuū, & ad te misit me dominus meus, vt loquerer sermones hos, & nō potius ad viros qui sedent super murum, vt comedant stercora sua, & bibant vrinā suam vobiscum? ¶28 Stetit itaque Rab-saces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait, Audite verba regis magni, regis Assyriorū. ¶29 Hæc dicit rex, Nō vos seducat Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea. ¶30 Neque fiduciam vobis tribuat super Dominum, dicens, Eruens liberabit nos Dominus, & non tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorū. ¶31 Nolite audire Ezechiam: hæc enim dicit rex Assyriorū, Facite mecum quod vobis est vtile, & egredimini ad me: & comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua: & bibetis aquas de cisternis vestris, ¶32 donec veniā, & transferam vos in terram quæ similis est terræ vestræ, in terram frugiferam, & fertilem vini, terram panis & vineārum, terram oliuarum, & olei ac mellis, & viuetis, & nō moriemini: nolite audire Ezechiā, qui vos decipit, dicēs, Dominus liberabit nos. ¶33 Nunquid liberauerunt dii Gentiū terram suam de manu regis Assyriorum? ¶34 Vbi est deus Emath & Arphad? vbi est deus Sepharuāim, Ana & Ava? nunquid liberauerūt Samariam de manu mea? ¶35 Quinā illi sunt in vniuersis diis terrārū, qui eruerunt regionē suam de manu mea, vt possit eruere Dominus Ierusalem de manu mea? ¶36 Tacuit itaque populus, & non respondit ei quicquam: siquidem præceptum regis acceperāt, vt non responderent ei. ¶37 Venitque Eliacim filius Helciæ, præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph, à commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rab-sacis.

CAP. XIX.

6 Ezechiæ promittit Deus victoriam. 10 Esaias consolatur Ezechiam dato signo victoriæ. 25 Exercitus Sennacherib ab Angelo occiditur, ipse verò à filiis suis.

Væ quū audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & operтus est sacco, ingressūque est domū Domini. ¶2 Et misit Eliacim præpositum domus, & Sobnā scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis, ad Esaiā prophetā filiū Amos. ¶3 Qui dixerūt, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiæ dies iste: venerūt filii vsq; ad partū, & vires nō habet parturiēs. ¶4 Si forte audiat Domin' Deus tuus vniuersa verba Rab-sacis, quē misit rex Assyriorum dominus suus, vt exprobraret Deū viuentē, & argueret verbis quæ audiuit Dominus Deus tuus: & fac orationē pro reliquiis quæ reperтæ sunt. ¶5 Venerūt ergo serui regis Ezechiæ ad Esaiā. ¶6 Dixitque eis Esaias, Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit Dominus, Noli timere à facie sermonū quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorū me. ¶7 Ecce ego immittam ei spiritū, & audiet nūtium, & reuertetur in terrā suā, & delicia eū gladio in terra sua. ¶8 Reuertit ergo Rab-saces, & inuenit regem Assyriorū expugnantē Lobnam: audierat enim quòd recessisset de Lachis. ¶9 Quūque audisset de Tharaca rege Aethiopiæ, dicētes, Ecce egressus est vt pugnet aduersum te: & iterū cōtra eū misit nuntios ad Ezechiā, dicens, ¶10 Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda, Nō te seducat Deus tuus in quo habes fiduciā: neque dicas, Non tradetur Ierusalem in manus regis Assyriorum. ¶11 Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorum vniuersis terris, quomodo vastauerūt eas: numquid ergo solus pote-

liberari? ¶12 Nunquid liberauerunt dii Gentiũ singulos, quos vastauerũt patres mei, Gozã videlicet, & Harã, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassar? ¶13 Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuaim, Ana, & Ava? ¶14 Itaque quum accepissẽt Ezechias literas de manu nuntiorum, & legissẽt eas, ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, ¶15 Et orauit in cõspectu eius, dicens, Domine Deus Israel, qui sedes super cherubim, tu es Deus solus regum omniũ terræ: tu fecisti cælum & terram. ¶16 Inclina aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui misit vt exprobraret nobis Deum viuentem. ¶17 Vere Domine dissipauerunt reges Assyriorum Gentes, & terras omnium. ¶18 Et miserũt deos eorum in ignem: nõ enim erãt dii, sed opera manuũ hominũ ex ligno & lapide, & perdiderũt eos. ¶19 Nunc igitur Domine Deus noster, salvos nos fac de manu eorum, vt sciant omnia regna terræ quia tu es Dominus Deus solus. ¶20 Misit autem Esaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorũ, audiui. ¶21 Iste est sermo quem locutus est Dominus de eo, Sprevit te, & subsannauit te virgo filia Sion: post tergũ tuum caput mouit, filia Ierusalẽ. ¶22 Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? scilicẽt contra Sanctũ Israel. ¶23 Per manum seruorum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti, In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium, in summitate Libani, & succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et ingressus sum vsque ad terminos eius, & saltum Carmeli eius ¶24 Ego fodiebam & bibi aquas alienas, & siccaui vestigiis pedum meorum omnes aquas clausas. ¶25 Nunquid non audisti quid ab initio fecerim? ex diebus antiquis plasmaui illud, & nũc adduxi: erũntque in ruinã collium compugnantiũ ciuitates munitæ. ¶26 Et qui sedẽt in eis, humiles manu: contremuerũt & confusi sunt, facti sunt velut fœnũ agri, & virens herba tectorũ, quæ arefacta est antequã veniret ad maturitatẽ. ¶27 Habitaculum tuum, & egressum tuum, & introitum tuum, & viam tuam ego præscivi, & furorem tuum contra me. ¶28 Insaniisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas: ponã itaque circulum in naribus tuis, & camum in labiis tuis, & reducã te in viã per quam venisti. ¶29 Tibi autẽ Ezechia hoc erit signum, Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autẽ anno quæ sponte nascuntur: porrò in tertio anno seminate & metite: plantate vineas, & comedite fructum earum. ¶30 Et quodcũque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. ¶31 De Ierusalem quippe egredientur reliquiæ, & quod saluetur de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet hoc. ¶32 Quam ob rem hæc dicit Dominus de rege Assyriorum, Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio. ¶33 Per viam qua venit, reuertetur: & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. ¶34 Protegamque vrbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum meum. ¶35 Factum est igitur in nocte illa, vt exiret Angelus Domini, & percuteret in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. quumq; diluculo surrexissẽt, vidit omnia corpora mortuorum. ¶36 Et recedens abiit, & reuersus est Sennacherib rex Assyriorũ, & mansit in Ninive. ¶37 Quumque adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech & Sarasar filii eius percusserunt eum gladio, fugerũntque in terram Armeniorum, & regnauit Asar-haddõ filius eius pro eo. CAP. XX.

1 Aegrotans Ezechias accipit signum sanitatis in horologio. 11 Recipit munera a rege Merodach. 14 Increpatur ob ostentatos thesauros. 21 Moritur. Succedit Manasses.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: & venit ad eũ Esaias filius Amos, propheta, dixitque ei, Hæc dicit Dominus: Dispone domui tuæ: morieris enim tu, & non viues. ¶2 Qui conuertit faciem suam ad parietem, & orauit Dominum, dicens, ¶3 Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitum est corã te fecerim. Fleuit itaque Ezechias fletu magno. ¶4 Et antequam egrederetur Esaias mediam partẽ atrii, factus est sermo Domini ad eum, dicẽs, ¶5 Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, vidi lachrymam tuam: & ecce sanaui te, die tertio ascẽdes tẽplum Domini. ¶6 Et addam diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyriorũ liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegã vrbem istam propter me, & propter Dauid seruum meum. ¶7 Dixitque Esaias, Afferte massam ficorum. Quam quũ attulissent, & posuissent super huius eius, curatus est. ¶8 Dixerat autem Ezechias ad Esaiam, Quod erit signum quia Dominus me sanabit, & quia ascẽsurus sum die tertia templum Domini? ¶9 Cui ait Esaias, Hoc erit signum à Domino, quòd facturus sit Dominus sermonẽ quem locutus est: vis vt ascendat vmbra decem lineis, aut vt reuertatur totidem gradibus? ¶10 Et ait Ezechias, Facile est vmbram crescere decẽ lineis: nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus. ¶11 Inuocauit itaque Esaias propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. ¶12 In tempore illo misit Merodach Baladã filii Baladã rex Babyloniorũ, literas & munera ad Ezechiã: audierat enim quòd ægrotasset Ezechias. ¶13 Lætatus est autẽ in aduentu eorũ Ezechias, & ostendit eis domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, vnguenta quoque, & domum vasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Non fuit quod non mostraret ei Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. ¶14 Venit autẽ Esaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei, Quid dixerunt viri isti? aut vnde venerunt ad te? cui ait Ezechias, De terra lõginqua venerũt ad me, de Babylone. ¶15 At ille respondit, Quid viderunt in domo tua? ait Ezechias, Omnia quæ

A
2. Par. 32. f.
esa. 38. a.
ecc. 48. d.

Iob. 1. d.

ecc. 48. d.
esa. 37. g.
1. mac. 7. f.
2. mac. 8. c.

B

C

Esa. 30. a.

Dixit

an

Berodach

verbum

monstraret

quæ

cunque sunt in domo mea, viderunt: nihil est enim quod nō mōstrauerim eis in thesauris meis. ¶16 Dixit itaque Esaias Ezechiæ, Audi sermonē Domini, ¶17 Ecce dies veniēt, & auferētur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsque in diem hāc, in Babyloniō generabis: nō remanebit quicquam, ait Dominus. ¶18 Sed & de filiis tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollētur, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. ¶19 Dixit Ezechias ad Esaiam, Bonus sermo Domini, quem locutus es: fiat tātum pax & veritas in diebus meis.

¶20 Reliqua autē sermonū Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit piscinam, & aquæductū, & introduxerit aquas in ciuitatem, nōne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iudæ? ¶21 Dormiuitque Ezechias cū patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

CAP. XXI.

1 Manasses impius instaurat idola. 18 Mortuus, succedit Amon, qui à seruis interficitur. 25 Iosias filius Amon regnat pro eo.

A DVodecim annorū erat Manasses quum regnare cœpisset, & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalem: nomē matris eius Haphsiba. ¶2 Fecitque malū in cōspectu Domini iuxta idōla Gentiū, quas deleuit Dominus à facie filiorum Israel. ¶3 Cōuersūsque est, & ædificauit excelsa quæ dissipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras baal, & fecit lucos sicut fecerat Achab rex Israel: & adorauit omnem militiā cæli, & coluit eam. ¶4 Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus, In Ierusalē ponā nomen meum. ¶5 Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cæli in duobus atriis templi Domini. ¶6 Et traduxit filium suum per ignem: & ariolatus est, & obseruauit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicauit, vt faceret malū cora Domino, & irritaret eum. ¶7 Posuit quoque idōlum lucī quem fecerat, in tēplo Domini, super quo locutus est Dominus ad Dauid, & ad Solomonem filiū eius, in templo hoc & in Ierusalem quā elegi de cunctis tribubus Israel, ponā nomen meū in sempiternum. ¶8 Et vltrā non faciam commoueri pedem Israel de terra quam dedi patribus eorū: si custodierint opere omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legē quam mandauit eis seruus meus Moyses. ¶9 Illi verō nō audierunt: sed seduxit eos Manasses, vt facerent malum super gentes quas cōtriuit Dominus à facie filiorū Israel. ¶10 Locutūsq; est Dominus in manu seruorum suorum prophetarum, dicens, ¶11 Quia fecit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiā Iudā in immūditiis suis: ¶12 Propterea hæc dicit Dominus Deus Israel, Ecce ego inducā mala super Ierusalem, & Iudam: vt quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius. ¶13 Et extendā super Ierusalem funiculū Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulæ: delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciem eius. ¶14 Dimittam verō reliquias hæreditatis meæ, & tradā eas in manus inimicorum eius: erūntque in vastitatem, & in rapinam cunctis aduersariis suis: ¶15 Eo quōd fecerint malum coram me, & perseuerauerint irritantes me, ex die qua egressi sunt patres eorū ex Aegypto, vsque ad hanc diē. ¶16 Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleretur Ierusalē vsque ad os: absque peccatis suis quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum corā Domino. ¶17 Reliqua autem sermonum Manasse, & vniuersa quæ fecit, & peccatū eius quod peccauit: nōne hæc scripta sunt in Libro sermonū dierum regum Iudæ? ¶18 Dormiuitque Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza: & regnauit Amon filius eius pro eo. ¶19 Vigintiduorū annorum erat Amō quū regnare cœpisset: duobus quoque annis regnauit in Ierusalem, nomen matris eius Messalēmeth filia Harus de Ieteba. ¶20 Fecitque malum in cōspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius. ¶21 Et ābulauit in omni via per quam ambulauerat pater eius: seruiuitque immunditiis, quibus seruiebat pater eius, & adorauit eas. ¶22 Et dereliquit Dominum Deum patrum suorum, & nō ambulauit in via Domini. ¶23 Tetenderūntque ei insidias serui sui, & interfecerunt regē in domo sua. ¶24 Percussīte autem populus terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon: & constituerunt filiū regem Iosiam filium eius pro eo. ¶25 Reliqua autem sermonum Amon quæ fecit, nōnne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierū regū Iudæ? ¶26 Sepelierūntque eum in sepulchro suo, in horto Oza: & regnauit Iosias filius eius pro eo.

CAP. XXII.

Iosias inuento libro Deuteronomii, cōsulit Dominum per Holdam prophetissam.

OCto annorum erat Iosias quum regnare cœpisset, & triginta vno anno regnauit in Ierusalem. Nomen matris eius Idida, filia Phadaia de Beseeath. ¶2 Fecitq; quod placitum erat corā Domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patri sui: non declinauit ad dextram, siue ad sinistrā. ¶3 Anno autem octauodecimo regis Iosiæ, misit rex, Saphan filium Asaliæ, filii Messulam scribam templi Domini, dicens ei, ¶4 Vade ad Helciam sacerdotem magnum, vt confletur pecunia quæ illata est in templum Domini, quam collegerunt ianitores templi à populo. ¶5 Detūrque fabris per præpositos domus Domini: qui & distribuant eā his qui operātur in templo Domini, ad instauranda fartaeta templi. ¶6 Lignariis videlicet & cæmentariis, & iis qui interrupta componunt: & vt emantur ligna. & lapides de lapicidinis ad instaurādum templum Domini. ¶7 Verumtamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, fed in potestate habeant, & in fide. ¶8 Dixit autem Helcias pontifex ad Saphā scribam, Librum legis reperi in domo Domini. Tradiditque Helcias volumen Saphan scribæ, qui & legit illud. ¶9 Venit quoque Saphan scriba ad regem, & renūtiauit ei quod præceperat, & ait, Conflauerūt serui tui pecuniā, quæ & reperta est in domo Domini: & crederūt vt distribueretur fabris ac præfectis operū templi Domini. ¶10 Narrauit quoque Saphan scriba regi, dicens, Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem quum legisset Saphā coram rege, ¶11 Et audisset rex verba libri legis

tollent, Dixitque

2. Para. 33. a. 3.

Ier. 32. f. 34.

2. Reg. 7. b. 10.

2. Reg. 7. b. 10. 3. reg. 8. b. 16. & 9. a. 3.

cæmen

Iere. 15. a. 4.

Domini, scidit vestimẽta sua. ¶12 Et præcepit Helciæ sacerdoti, & Ahicam filio Saphã, & Achobor filio Micha, & Saphã scribæ, & Asaiæ, seruo regis, dicẽs, ¶13 Ite, & cõsulite Dominũ super me, & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis isti, quod inuentũ est: magna enim ira Domini succẽsa est cõtra nos: quia nõ audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerẽt omne quod scriptum est nobis. ¶14 Ierunt itaque Helcias sacerdos, & Ahicã, & Achobor, & Saphan, & Asaia ad Holdã prophetidem vxorẽ Sellũ filii Thecuæ, filii Araas custodis vestiũ, quæ habitabat in Ierusalẽ, in Secunda: locutique sunt ad eam. ¶15 Et illa respõdit eis. Hæc dicit Dominus Deus Israel, Dicite viro qui misit vos ad me, ¶16 Hæc dicit Dominus. Ecce, ego adducam mala super locũ istũ, & super habitatores eius, omnia verba legis quæ legit rex Iuda: ¶17 Quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt diis alienis, ut iritantes me in cunctis operibus manuum suarũ: & succẽdetur indignatio mea in loco hoc, & nõ extinguetur. ¶18 Regi autẽ Iuda qui misit vos vt consuleretis Dominum, sic dicetis, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Pro eo quòd audisti verba voluminis, ¶19 Et perterritũ est cor tuũ, & humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus cõtra locum istum, & habitatores eius, quòd videlicet fierent in stuporem & in maledictũ: & scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, & ego audiui, ait Dominus: ¶20 Ideirco colligam te ad patres tuos, & colligẽris ad sepulchrũ tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala quæ introducturus sum super locum istum.

CAP. XXIIII.

1 Iosias legit Deuteronomiũ coram populo. 4 Demolitur idola. 11 Celebrat Phasẽ. 19 Occiditur Iosias, cui succedit Ioachaz. 33 Capitur Ioachaz à Pharaone. Substituitur ei Eliacim, siue Ioacim.

ET renuntiauerunt regi quod dixerat. Qui misit: & cõgregati sunt ad eũ omnes senes Iuda & Ierusalẽ. ¶2 Ascendítque rex tẽplum Domini, & omnes viri Iuda, vniuersíq; qui habitabant in Ierusalẽ cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo vsq; ad magnum: legitq; cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo Domini. ¶3 Stetitque rex super gradum & fœdus percussit coram Domino, vt ambularent post Dominum, & custodirent præcepta eius, & testimonia, & ceremonias in omni corde, & in tota anima, & suscitarẽt verba fœderis huius, quæ scripta erant in libro illo: acquieuitque populus pacto. ¶4 Et præcepit rex Helciæ põtifici, & sacerdotibus secũdi ordinis, & ianitoribus, vt proiicerent de templo Domini omnia vasa quæ facta fuerant baal, & in luco, & vniuersæ militiæ cæli: & cõbussit ea foris terusalem in Conualle-cedrõ, & tulit puluerem eorũ in Beth-el. ¶5 Et deleuit aruspices quos posuerant reges Iuda ad sacrificandum in excelsis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalẽ: & eos qui adolebant incensum Baal, & Soli, & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cæli. ¶6 Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Ierusalem in Conualle-cedrõ, & combussit eum ibi, & redegit in puluerem, & projecit super sepulchra vulgi. ¶7 Destruxit quoque ædiculas effœminatorũ, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domũculas luci. ¶8 Cõgregauitque omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda: & contaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa vsque Berſabee: & destruxit aras portarum in introitu ostii Iosue principis ciuitatis, quod erat ad sinistram portæ ciuitatis. ¶9 Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Ierusalẽ: sed tantũ comedebãt azyma in medio fratrũ suorũ. ¶10 Cõtaminauit quoq; Thopheth, quod est in Cõualle filii Ennom: vt nemo consereret filiũ suum aut filiã per ignẽ, Mõloch. ¶11 Abstulit quoque equos quos dederant reges Iudæ, Soli, in introitu templi Domini, iuxta exedram Nathan-melech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autem Soli combussit igni. ¶12 Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atriis templi Domini, destruxit rex: & cucurrit inde, & dispersit cinerem eorum in Torrentem-cedron. ¶13 Excelsa quoque quæ erant in Ierusalem ad dexteram partem Montis-offensionis quæ ædificauerat Salomon rex Israel, & Astaroth idolo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex. ¶14 Et contriuit statuas, & succidit lucos: repleuitque loca eorũ ossibus mortuorũ. ¶15 In super & altare quod erat in Beth-el, & excelsum quod fecerat Ieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel: & altare illud excelsum destruxit atque combussit, & cõminuit in puluerem, succẽditque etiam lucum. ¶16 Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra quæ erant in monte: misítque, & tulit ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit illud iuxta verbum Domini quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc. ¶17 Et ait, Quis est titulus ille quem video? Respondentíque ei cives vrbis illius, Sepulchrum est hominis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc quæ fecisti super altare Beth-el. ¶18 Et ait, Dimittite eũ, nemo commoueat ossa eius. & intactam seruerunt ossa illius cum ossibus prophetæ qui venerat de Samaria. ¶19 Insuper & omnia phana excelsorum, quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Iosias: & fecit eis secundum omnia quæ fecerat in Beth-el. ¶20 Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorum, qui erant ibi super altaria: & cõbussit ossa humana super ea: reuersúsque est Ierusalem. ¶21 Et præcepit omni populo, dicens, Facite Phasẽ Domino Deo vestro, secundũquod scriptum est in libro fœderis huius. ¶22 Nec enim factum est Phasẽ tale à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierũ regum Israel, & regũ Iuda. ¶23 Sicut in octauodecimo anno regis Iosiæ factum est Phasẽ istud Domino, in Ierusalem. ¶24 Sed & pythones & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes quæ fuerãt in terra Iuda, & Ierusalem, abstulit Iosias: vt statueret verba legis, quæ scripta fuĩ in

*opere

c Leuit. 18. c. 20.

3. Reg. 11. b. 7 *Astoreth

3. Reg. 12. f. 28.

3. Reg. 13. a. 2.

2. Para. 35. a. 3. 4. Esdr. 11. a. 18.

libro quem inuenit Helcias sacerdos in templo Domini. ¶23 Similis illi non fuit ante eũ rex, qui reuerteretur ad Dominũ in omni cor de suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legẽ Moysi: neque post eum surrexit similis illi. ¶26 Verumtamen nõ est auersus Domin' ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudã propter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses. ¶27 Dixit itaque Dominus, Abiam Iudam auferam à facie mea, sicut abstuli Israel, & proiiciam ciuitatem hanc quam elegi Ierusalem, & domum de qua dixi, Erit nomen meum ibi. ¶28 Reliqua autem sermonum Iosiæ, & vniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in libro verborum *dierum regum Iudæ*? ¶29 In diebus eius ascendit Pharao Nechao rex Aegypti cõtra regem Assyriorum ad flumen Euphraten: & abiit Iosias rex Iudæ in occursum eius: & occisus est in Mageddo quum vidisset eum. ¶30 Et portauerunt eum serui sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo. ¶ Tulitque populus terræ Ioachaz filium Iosiæ: & vnxerunt eum, & constituerunt eum regẽ pro patre suo. ¶31 Viginti trium annorum erat Ioachaz quũ regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. ¶32 Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius. ¶33 Vinxitque eũ Pharao Nechao in Reblatha, quæ est in terra Emath, ne regnaret in Ierusalem: & imposuit mulctam terræ centũ talenti argenti, & talentũ auri. ¶34 Regemq; constituit Pharao Nechao Eliachim filium Iosiæ, pro Iosia patre eius, vertitque nomen eius Ioacim: porrò Ioachaz tulit, & duxit in Aegyptum. ¶35 Argentum autẽ & aurum dedit Ioacim Pharaoni, quum indixisset terræ per singulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis: & vnumquenque iuxta vires suas exegit, tam argentum quàm aurum de populoter ræ: vt daret Pharaoni Nechao. ¶36 Viginti quinque annorum erat Ioacim quũ regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalẽ: nomen matris eius Zebida filia Phadaia de Ruma. ¶37 Et fecit malum coram Domino iuxta *omnia quæ* fecerant patres eius.

2. Par. 35. c. 20. Necho

2. Par. 36. a. 1.

Reblatha

Zebuda

## CAP. XXIIII.

*Ioacim seruit regi* Babylonis. 6 Moritur. Succedit Ioachin. 14 Ierusalem & Ioachin trãsferũtur in Babylonem. 17 Substituitur Mattha tias siue Matthanias, qui & Sedecias.

IN diebus eius ascẽdit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioacim seruus tribus annis: & rursum rebellauit contra eum. ¶2 Immisitque ei Dominus Iatrunculos Chaldæorum & Iatrunculos Syriæ, & Iatrunculos Moab, & Iatrunculos filiorum Ammon: & immisit eos in Iudam, vt disperderent eum iuxta verbum Domini quod locutus fuerat per seruos suos prophetas. ¶3 Factum est autem hoc per verbum Domini contra Iudã, vt auferret eum coram se propter peccata Manasse vniuersa quæ fecit: ¶4 & propter sanguinem innoxium quem effudit, & impleuit Ierusalem cruore innocentium: & ob hanc rem noluit Dominus propitiari. ¶5 Reliqua autem sermonũ Ioacim, & vniuersa quæ fecit, nõne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Iudæ? ¶6 Et regnauit Ioacim cũ patribus suis: & dormiuit Ioachin filius eius pro eo. ¶7 Et vltrà non addidit rex Aegypti vt egrederetur de terra sua: tulerat enim rex Babylonis à rivo Aegypti, vsque ad fluuium Euphratẽ omnia quæ fuerãt regis Aegypti. ¶8 Decem & octo annorũ erat Ioachin quum regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Nohestha filia Elnathan de Ierusalem. ¶9 Et fecit malũ coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. ¶10 In tempore illo ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalem, & circundata est vrbs munitionibus. ¶11 Venitq; Nabuchodonosor rex Babylonis ad ciuitatem eius seruis suis vt oppugnarent eam. ¶12 Egressusque est Ioachin rex Iudæ ad regẽ Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius: & suscepit eũ rex Babylonis anno octauo regni sui. ¶13 Et protulit inde omnes thesauros domũ Domini, & thesauros domũ regiæ: & cõcidit vniuersa vasa aurea quæ fecerat Salomõ rex Israel in templo Domini iuxta verbũ Domini. ¶14 Et transtulit omnem Ierusalem, & vniuersos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia in captiuitatem, & omnem artificem & inclusorem: nihil *quæ relictum est*, exceptis pauperibus populi terræ. ¶15 Transtulit quoque Ioachin in Babylonem, & matrem regis, & vxores regis, & eunuchos regis: & iudices terræ duxit in captiuitatem de Ierusalem in Babylonem. ¶16 Et omnes viros robustos, septem millia, & artifices & inclusores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxitque eos rex Babylonis captiuos in Babylonem. ¶17 Et cõstituit Mattathiam patruum eius pro eo: imposuitque nomen ei Sedeciam. ¶18 Viceſimũ & primum annum ætatis habebat Sedecias quum regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna. ¶19 Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. ¶20 Irascebatur enim Dominus contra Ierusalem & contra Iudam, donec proiiceret eos à facie sua: recessitq; Sedecias à rege Babylonis.

Ioachin

Mattathias

## CAP. XXV.

*Rebellante Sedecia Ierusalem obsidetur à Nabuchodonosore. 5 Sedecias capitur. 7 Filii eius occiduntur: effodiuntur illi oculi. 11 Godolias præfectus iis qui remanserant in Ierusalem, occiditur. 17 Ioachin eductus è carcere exaltatur.*

FActum est autẽ anno nono regni eius, mẽse decimo, decima die mensis, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & omnis exercitus eius in Ierusalem, & circundederũt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones. ¶2 Et clausa est ciuitas atque vallata, vsque ad vndecimũ annũ regis Sedeciæ, ¶3 Mona die mensis, præualuitque fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. ¶4 Et interrupta est ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerũt per viam portæ, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis (porrò Chaldæi obsidebant in circuitu ciuitatem) fugit itaque Sedecias per viã quæ ducit ad cãpestria solitudinis,

B ¶5 Et persecutus est exercitus Chaldæorũ, regem, comprehenditque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. ¶6 Apprehensum ergo regem duxerũt ad regem Babylonis in Reblatha: qui locutus est cum eo iudicium. ¶7 Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit: vinxitque eum catenis, & abduxit in Babylonem. ¶8 Mense quinto, septima die mensis, (ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis:) venit Nabuzardan princeps exercitus, seruus regis Babylonis, in Ierusalẽ. ¶9 Et succendit domum Domini, & domum regis: &*domos Ierusalem, omnẽmque domũ *combussit igni. ¶10 Et muros Ierusalẽ in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorũ, C qui erat cum principe militum. ¶11 Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad regẽ Babylonis, & reliquum vulgus transtulit Nabuzardã princeps militiæ. ¶12 Et de pauperibus 9. terræ reliquit vinitores & agricolas. ¶13 ‖Colũnas autẽ æreas, quæ erant in templo Domini, & bases, & mare æreum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylonẽ. ¶14 Ollas quoque æreas, & trullas, & tridẽtes, & scyphos, & mortariola, & omnia vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt. ¶15 Necnon & thuribula, & D phialas: quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argentea, tulit princeps militiæ: ¶16 Id est colũnas duas, mare vnũ, & bases quas fecerat rex Salomon in templo Domini, non erat pondus 15. æris omnium vasorum. ¶17 ‖Decẽ & octo cubitos altitudinis habebat columna vna: & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum: & retiaculum, & malogranata super capitellum columnæ, omnia ærea: similem & columna secunda habebat ornatum. ¶18 Tulit quoque princeps militiæ Saraiam sacerdotem primũ, &Sophoniam sacerdotẽ secũdum, & tres ianitores, ¶19 Et de ciuitate eunuchũ vnum qui erat præfectus super bellatores viE ros: & quinque viros de his qui steterant coram rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher principẽ exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: &*sex viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. ¶20 Quos collens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regẽ Babylonis in Reblatha. ¶21 Percussitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath: & trãslat'est Iuda de terra sua. ¶22 ‖Populo autem qui relictus erat in terra Iuda, quẽ dimiserat Nabuchodonozor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahican filii Saphan. ¶23 Quod quum audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cum eis, videlicet quòd constituisset rex Babylonis Godoliã: F venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismael filius Nathaniæ, & Iohanã filius Carẽe, & Saraia filius Thanehũmeth Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & socii eorum. ¶24 Iurauitque Godolias ipsis & sociis eorũ, dicens. Nolite timere seruire Chaldæis: manete in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. ¶25 Factum est autem in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ filii Elisama de semine regio, & decem viri cũ eo: per cusserũntque Godoliã, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos qui erat cũ eo in Maspha. ¶26 Cõsurgẽnsque omnis populus à paruo vsque ad magnum, & principes militum venerunt in Aegyptũ timẽtes Chaldæos. ¶27 Factum est verò in anno tricesimoseptimo trãsmigrationis Ioachin regis Iudæ, mense duodecimo, vicesimaseptima die mensis: subleuauit Euil-merodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachi regis Iuda de carcere. ¶28 Et locutus est ei benignè: & posuit thronum eius super thronum regum qui erãt cum eo in Babylone. ¶29 Et mutauit vestes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu eius cunctis diebus vitæ suæ. ¶30 Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

# Chronic. Liber Paralipomenon primus: Hebraice, Dibre haiamim.

CAP. I.

Breuis repetitio totius genealogiæ Adam vsque ad filios Esau & Iacob.

ADAM, Seth, Enos, ¶2 Cainan, A Gen.2.b.
Malaleel, Iared, ¶3 Henoch, Ma- & 4.d.25,
thusale, Lamech, ¶4 Noe, Sem, & 5.b.9.
Cham, & Iapheth. ¶5 ‖Filii Ia- Gen.10.a.1.
pheth: Gõmer & Magog & Madai & Iauan, Thubal, Mõsoch, Thiras. ¶6 Porrò filii Gomer: Ascenez & Riphath & Thogorma. ¶7 Filii autem Iauan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim. ¶8 Filii Cham: Chus & Mesraim & Phut & Chanaan. ¶9 Filii autem Chus: Saba & Heuila, Sabatha & Regma & Sabathaca. Porrò filii Regma: Saba & Dadan. ¶10 ‖Chus autem genuit Nemtod: Gen.10.b.8.
iste cœpit esse potens in terra. ¶11 Mesraim verò genuit Ludim & Anamim & Laabim & Nephtuim. ¶12 Phethrusim quoque, & Casluim: de quibus egressi sunt Philisthiim & Caphtorim. ¶13 Chanaam verò genuit Sidonẽ primogenitum suum, Hethæum quoque, ¶14 Et Iebu B
sæum & Amorrhæum & Gergesæum, ¶15 Heuæúmque, & Aræcæum, & *Atinæũ, ¶16 Aradium quoque, & Samaræũ, & *Hemathæum.' *Sinæum,
¶17 ‖Filii Sem: Aelam & Assur & Arphaxad & Gen.10.d.22
Lud & Aram. *Filii Aram:' Hus & Hul & Gether & *Mes.' ¶18 Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber. ¶19 Porrò Heber nati sunt duo filii, nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra: & nomen fratris eius Iectan. ¶20 Iectan autem genuit Elmodad & Saleph & Hasarmoth & Iare, ¶21 Adoram quoque & Vzal & Decla, ¶22 Hebal etiã & Abimael & Saba, necnon ¶23 Et Ophir & Heuila & Iobab. omnes isti, filii Iectan. ¶24 Sem, Arphaxad, Sale, ¶25 Heber, Phaleg, Ragau, ¶26 Sarug, ‖Nachor, Thare, ¶27 Abrã, iste est Abra- Gen.11.c.18
ham. ¶28 ‖Filii autẽ Abraham, Isaac & Ismahel. ¶29 Et hæ generationes eorum, ‖Primoge- Gen.11.d.12
nitus Ismahelis, Nabaioth & Cedar & Adbeel Gen.25.b.13.

*Mosoch.

& Mabsā ¶30 Et Masma & Duma. Massa. Hadad & Thema. ¶31 Iachur, ' Naphis, Cedma. hi sunt filii Ismaelis. ¶32 Filii autem Ceturæ cōcubinæ Abrahæ, quos genuit: Zamran, Iecsan, Madan, Madian, Iesboc, & Sue. Porrō filii Iecsan: Saba, & Dadan. ¶33 Filii autem Dadan: Assurim & Latussim & Laomim. ¶34 Filii autē Madian: Epha & Epher & Henoch & Abida & Eldaa. omnes hi, filii Ceturæ. ¶35 Genuit autem Abraham Isaac: cuius fuerunt filii, Esau & Israel. ¶36 Filii Esau: Eliphaz. Rahuel, Iehus, Ihelom & Core. ¶37 Filii Eliphaz Theman, Omar, Sephi, Gatham, Cenez, Thamna, Amalec. ¶38 Filii Seir: Lotan, Sobal, Sebeō, Aua, Disōn, Eser, Disan. ¶39 Filii Lotan: Hori, *Ahohimā. Soror autem Lotan fuit Thamna. ¶40 Filii Sobal: Aliā. & Manāhat, & Ebal, Sephi & Onam. Filii Sebeō: Aia & Ana. Filii Ana: Disōn. ¶41 Filii Disōn: Hamram & Esebun & Iethran & Charan. ¶42 Filii Eser: Balaan & Zauan & Iacan. Filii' Disan: Hus & Aran. ¶43 Isti sunt reges qui imperauerunt in Terra Edom, antequam esset rex super filios Israel. *Bale' filius Beor: & nomē ciuitatis eius Denaba. ¶44 Mortuus est autem *Bale,' & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bosra. ¶45 Quūmque & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Husam de Terra Themanorum. ¶46 Obiit quoque & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in Terra Moab: & nomē ciuitatis eius Auith. ¶47 Quūmque & Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masreca. ¶48 Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta amnem sita est. ¶49 Mortuo quoq; Saul, regnauit pro eo Balanā filius Achobor. ¶50 Sed & hic mortu' est. & regnauit pro eo Adad: cuius vrbis nomē fuit *Phau,' & appellata est vxor eius Mee tabel filia Matred filiæ Mezaab. ¶51 Adad autē mortuo, duces pro regib' in Edō esse cœperūt: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, ¶52 Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, ¶53 Dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, ¶54 Dux Magdiel, dux Hiram. hi duces Edom.

CAP. II.

1 Filii Iacob, 3 Iudæ, 9 Hesrō, 13 Isai, 15 Sarviæ, 22 Iair, 25 Ierameel, 42 Caleb.

*Filii autem Israel, Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, & Zabulon, ¶2 Dan, Ioseph, Beniamin, Nephthali, Gad & Aser. ¶3 Filii Iudæ: Her, Onan, & Sela. hi tres nati sunt ei de filia Sue' Chananitidis. *Fuit autē Her primogenit' Iudæ, malus coram Domino, & occidit eum. ¶4 Thamar autem nurus eius peperit ei Phares & Zara. omnes ergo filii Iudæ, quinque. ¶5 Filii autem Phares: Hesron & Hamul. ¶6 Filii quoque Zaræ: Zāri & Ethan & Emā, *Chalchal' quoque, & *Darda, 'simul quinque. ¶7 Filii Charmi: Achar, qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis. ¶8 Filii Ethan: Azarias. ¶9 Filii autem Hesron qui nati sunt ei: Ierameel & Ram & *Calubi.' ¶10 Porrō Ram genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson principem filiorum Iuda. ¶11 Nahassō quoque genuit Salma, de quo ortus est Booz. ¶12 Booz verō genuit Obed, qui & ipse genuit Isai. ¶13 Isai autē genuit primogenitū Eliab, secundū *Aminadab, 'tertiū Simmaa. ¶14 Quartum Nathanael, quintum Raddai, ¶15 Sextum Asom septimum Dauid. ¶16 Quorū sorores fuerunt. Saruia & Abigāil. Filii Saruiæ: Abisai, Ioab & Asael, tres. ¶17 Abigāil autē genuit Amasa, cuius pater fuit Iether Ismahelites. ¶18 Caleb verō filius Hesron accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth: fuerūntque filii eius Iaser & Sobab & Ardon. ¶19 Quūmq; mortua fuisset Azuba, accepit vxorem Caleb, Ephrātha: quæ peperit ei Hur. ¶20 Porrō Hur genuit Uri: & Uri genuit Beseleel. ¶21 Post hæc ingressus est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam quū esset annorū sexaginta: quæ peperit ei Segub. ¶22 Sed & Segub genuit Iair, & possedit viginti tres ciuitates in Terra Galaad. ¶23 Cepit quoque Gessur & Aram oppida Iair, & Canath & viculos eius sexaginta ciuitatum. omnes isti, filii Machir patris Galaad. ¶24 Quum autem mortuus esset Hesron, ingressus est Caleb ad Ephrātha. habuit quoque Hesrō vxorē Abia, quæ peperit ei Asshur patrem Thecuæ. ¶25 Nati sunt autem filii Ierameel primogeniti Hesron. Ram primogenitus eius, & Buna & Aran, & Asō & Achia. ¶26 Duxit quoq; vxorem alteram Ierameel, nomine Atara, quæ fuit mater Onam. ¶27 Sed & filii Ram primogeniti Ierameel, fuerunt Moos, Iamin & Acar. ¶28 Onam autem habuit filios Semei & *Iadā.' Filii autē Semei, Nadab & Abisur. ¶29 Nomē verō vxoris Abisur, Abihāil quæ peperit *Abobbam, & Molid. ¶30 Filii autem Nadab fuerunt Saled, & Apphaim. Mortuus est autē Saled absque liberis. ¶31 Filius verō Apphaim, Iesi, qui Iesi genuit Sesan. Porrō Sesan genuit Oholai. ¶32 Filii autē Iadai' fratris Semei: Iether & Ionathan: sed & Iether mortuus est absque liberis. ¶33 Porrō Ionathā genuit Phaleth & Ziza. Isti fuerunt filii Ierameel primogeniti Ephrom. ¶34 Sesan autem non habuit filios, sed filias: & seruum AEgyptium, nomine Ieraa. ¶35 Deditque ei filiā suam vxorem: quæ peperit ei Ethei. ¶36 Ethei autē genuit Nathā, & Nathan genuit Zabad, ¶37 Zabad quoque genuit Ophal, & Ophal genuit Obed, ¶38 Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariā. ¶39 Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elasa. ¶40 Iasa genuit Sisamoi, Sisamoi genuit Sellum. ¶41 Sellum genuit *Iramiam, 'Iamia' autem genuit Elisama. ¶42 Filii autem Caleb fratris Ierameel: Mesa primogenitus eius, ipse est pater Ziph: & filii Maresa patris Hebron. ¶43 Porrō filii Hebron, Core & Taphua & Recem & Samma. ¶44 Samma autē genuit Raha patrem Iercaam, & Recem genuit Samai. ¶45 Filius *Samāi, Maon: & Maon pater Beth-sur. ¶46 Epha autē concubina Caleb peperit Haran & Mosa & Gezez. porrō Haran genuit Gezez. ¶47 Filii autem Iahaddai: Regom & Ioatham & Gesan & Phalet & Epha & Saaph. ¶48 Cōcubina Caleb Maacha, peperit Saber & Tharana. ¶49 Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patre Machbena, & patrem Gabaa. Filia verō Caleb, fuit Achsa. ¶50 Hi erant filii Caleb, filii Hur primogeniti Ephrātha, Sobal pater Cariath-iarim. ¶51 Salma pater Beth-lehem, Hariph pater

G Beth-gader. ¶21 Fuerunt autem filii Sobal patris Cariath-iarim, qui videbat dimidium Requietionum. ¶22 Et de cognatione Cariath-iarim, Iethrei & Aphutei & Semathei & Maserei. Ex his egressi sunt Saraitæ & Esthaolitæ. ¶24 Filii Salma Beth lehē, & Netophathi, Coronæ domus Ioab. & dimidiū Requietionis Sarai. ¶25 Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes, Canentes atque Resonātes, & in tabernaculis cōmorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerūt de Calore patris domus Rechab.

CAP. III.

1 Filii Dauidis. ¶10 Reges Iuda à Salomone vsque ad Sedeciam. ¶15 Filii Iosiæ.

A Dauid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron: primogenitum Amnon ex Achinoam Iezrahelitide: secundū Daniel de Abigail Carmelitide. ¶2 Tertiū Absalom filiū Maacha filiæ Tholmai regis Gessur, quartū Adoniam filiū Aggith. ¶3 Quintū Saphatiā ex Abital, sextum Iethraham de Egla vxore sua. ¶4 Sex ergo nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit septem annis & sex mensibus. Septuginta autē & tribus annis regnauit in Ierusalē. ¶5 Porrō in Ierusalem nati sunt ei filii, Simmaa & Sobab, & Nathan, & Salomon, quatuor de Bethsabee filia Ammiel. ¶6 Iebahar quoque & Elisua. ¶7 Et Eliphalet & Noge & Nepheg & Iaphia. ¶8 Necrō Elisama & eliada & Eliphēlet, nouem. ¶9 Omnes hi, filii Dauid, absque filiis cōcubinarum: habuerūntque sororē Thamar. ¶10 Filius autem Salomonis, Roboā: cuius Abia filius, genuit Asa. De hoc quoque natus est Iosaphat. ¶11 Pater Ioram: qui Iorā genuit Ochoziam, ex quo ortus est Ioas: ¶12 & huius Amatias filius, genuit Azariam. Porrō Azariæ filius Iotham. ¶13 Procreauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus est Manasses. ¶14 Sed & Manasses genuit Amon patrem Iosiæ. ¶15 Filii autem Iosiæ fuerunt, primogenitus Iohanan, secundus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellum. ¶16 De Ioacim natus est Iechonias & Sedecias. ¶17 Filii Iechoniæ fuerūt: Asir, Salathiel ¶18 Melchiram, Phadaia, Sennesser & Iecemia, Sama' & Nadabia. ¶19 De Phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum. ¶20 Hasabam quoque & Ohol & Barachiam, & Hasadiam, Iosabhēsed, quinque. ¶21 Filius autem Hananiæ Phaltias pater Ieseiæ, cuius filius Raphaia. huius quoque filius, Arnan, de quo natꝰ est Obadia, cuius filius fuit Sechenias. ¶22 Filius Secheniæ, Semeia: cuius filii Hattus & Igeal & Baria & Naaria & Saphat, & Sesa, sex numero. ¶23 Filius Naariæ, Elioenai & Ezechias & Ezricā. tres. ¶24 Filius Elioenai, Oduia & Eliasub & Phaleia & Accub & Iohanan & Dalaia & Anani, septem.

CAP. IIII.

1 Genealogia Iudæ. 5 Assur. 9 Iabes & eius oratio. 15 Caleb. 21 Filii Sela. 25 Genealogia Simeon. 40 Cham stirps deleta & Amalecitæ.

A Filii Iuda: Phares, Hesrō & Charmi, & Hur & Sobal. ¶2 Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati sunt Ahumai & Laad. hæc generationes Sarathi. ¶3 Ista quoque stirps Etam: Iezrahel & Iesema & Iedebos. Nomen quoque sororis eorum, Asalelphuni. ¶4 Phanuel autem pater Gedor, & Ezer pater Hosa. Isti sunt filii Hur primogeniti Ephratha patris Beth-lehem. ¶5 Assur verò patri Thecuæ erant duæ vxores, Halaa & Naara. ¶6 Peperit autem ei Naara, Oozam & Hepher & Themani & Ahasthari. Isti fuē filii Naara. ¶7 Porrō filii Halaa: Sereth. & Sahar & Ethnam. ¶8 Cos B autem genuit Anob & Sobeba, & cognationē Aharhel filii Arum. ¶9 Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis, & mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicens, Quia peperi eum in dolore. ¶10 Inuocauit verò labes Deum Israel, dicens, Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia non oppri- mi. Et præstitit Deus quæ precatus est. ¶11 Caleb autem frater Sua genuit Mahir, qui fuit pater Esthon. ¶12 Porrō Esthon genuit Beth-rapha & Phesse & Telrinna patrem vrbis Naas. Isti C sunt viri Recha. ¶13 Filii autem Cenez: Othoriel & Saraia. Porrō filii Othoniel, Hathath & Maonathi. ¶14 Maonathi genuit Ophra Saraia autem genuit Ioab patrem Valliscurrentium quippe artifices erant. ¶15 Filii verò Caleb filii Iephone: Hir & Ela & Naham. Et filii quoque Elæ: Cenez. ¶16 Filii quoque Iaheleel Ziph & Zipha, Thiria & Asrael. ¶17 Et filii Ezra: Iether & Mered & Epher & Ialon, genuitque Mariam & Sammai & Iesba patrem Esthamo. ¶18 Vxor quoque eius Iudæa, peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrem Socho, & Ieuthiel patrem Zanoe. Isti autem filii Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered. ¶19 Et filii vxoris Odaiæ sororis Naham patris Ceila, Garmi, & Esthamo qui fuit de Machathi. ¶20 Filii quoque Simon: Amon & Rinna. Filii Iesi: Zoheth & Benzoheth. ¶21 Filii Sela, filii Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Maresæ: & cognationes domus operātium byssum in Domo Iaturamenti. ¶22 Et Qui stare fecit eos, virique Mendacii, & Securus & Incendens, qui principes fuerunt in Moab, & Quiꝝ reuersæ sunt in Lahen. hæc autē verba vetera. ¶23 Hi sunt figuli habitantes in Plantationibus & in Sepibus, apud regem in operibus eius. commoratique sunt ibi. ¶24 Filii Simeon: Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul. ¶25 Sellum filius eius, Mabsā filius eius, Masma filius eius. ¶26 Filii Masma: Hamuel filius eius, Zacchur filius eius, Semei filius eius. ¶27 Filii Semei sedecim, & filiæ sex: fratres autem eius non habuerunt filios multos, & vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iuda. ¶28 Habitauerunt autem in Bersabee & Molada & Hasar-suhal, ¶29 Et in Baala, & in Asom, & in Tholad. ¶30 Et in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg. ¶31 Et in Beth-marchaboth, & in Hasar-susim, & in Beth-berai, & in Saaraim. hæc ciuitates eorum vsque ad regem Dauid. ¶32 Villæ quoque eorū: Etā & Aen, Remmon & Thochen & Asā, ciuitates quinque. ¶33 Et vniuersi ciuiles eorum per circuitū ciuitatum istarum vsque ad Baal. hæc est habitatio eorū, & sedium distributio. ¶34 Mosabab quoque & Iemlech, & Iosa filius Amasiæ, ¶35 Et Ioel, & Iehu filius Iosabiæ filii Saraiæ, filii Asiel, ¶36 Et Elioenai

Chelub

Filiique

Aranon & Rinna Gen. 38. a. 18.

Quæ reuersi

Exo. 6. c. 16. & 46. b. 19.

& Iacoba & Isuhaia & Asaia & Adiel & Ismiel & Banaia. ¶37 Ziza quoque filius Sephei filii Allō filii Idaia filii Semri filii Samaia. ¶38 Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum multipli cati sunt vehementer. ¶39 Et profecti sunt vt ingrederētur in Gador vsque ad Oriētem vallis, & vt quærerēt pascua gregib⁹ suis. ¶40 Inuenerūtque pascuas huberes & valdebonas, & terram latissimam & quietam & fertilem, in qua antè habitauerāt de stirpe Chā. ¶41 Hi ergo venerunt quos suprà descripsimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iudæ: & percusserunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi. & deleuerunt eos vsque in præsentem diē: habitauerūntque pro eis, quoniam huberrima pascua ibidem repererunt. ¶42 De filiis quoque Simeon ablerunt in mon tem Seir viri quingēti, habētes principes Phal tiam & Naariam & Raphaiam & Oziel filios Iesi: ¶43 Et percusserunt reliquias quæ euaderē potuerant, Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis vsque ad diem hanc.

CAP. V.

1 Genealogia Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manasse. & eorū habitatio. 19 Victoria eorum aduersus Agarenos. 25 Transferuntur in Assyriam ob idololatriam.

Gen.35.d.22. & 49.a.4.

Gen.49.b.9.

Gen.46.a.9. exod.6.c.14. num.26.a.5.

Gen.5.c.3.

Ahi filius princeps

Filii quoque Rubē primogeniti Israel (ipse quippe fuit primogenitus eius: sed quñ violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filii Israel, & nō est ille reputatus in primogenitum. ¶2 Porrō Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autem reputata sunt Ioseph.) ¶3 Filii ergo Ruben primogeniti Israel: Henoch & Phallu, Esron & Charmi. ¶4 Filii Ioel: Samaia filius eius, Gog filius eius, Semei filī eius, ¶5 Micha filius eius, Reia filī eius, Baal filius eius. ¶6 Beera filius eius, quem captiuum duxit Thelgathphalnāsar rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Rubē. ¶7 Fratres autem eius, & vniuersa cognatio eius quādo numerabantur per familias suas, habuerunt principes Iehiel & Zacharias. ¶8 Porrō Bala filius Azaz, filii Samma, filii Ioel, ipse habitauit in Aroer vsque ad Nebo & Beelmeon. ¶9 Contra Orientalē quoque plagam habitauit vsque ad introitū eremi & flumen Euphratēn. Multum quippe iumentorum numerum possidebant in Terra Galaad. ¶10 In diebus autem Saul prælłati sunt cōtra Agarenos, & interfecerunt illos, habitauerūntque pro eis in tabernaculis eorū, in omni plaga quæ respicit ad Orientem Galaad. ¶11 Filii verō Gad eregione eorū habitauerunt in Terra Basan vsque Selcha: ¶12 Ioel in capite, & Sapham secundus: Ianai autē & Saphat in Basan. ¶13 Fratres verō eorum secundum domos cognationum suarum, Michael & Mosollam, & Sebe & Ioraī & Iachan & Zie & Hebet, septem. ¶14 Hi filii Abihāil, filii Huri, filii Iara, filii Galaad, filii Michael, filii Iesesi, filii Ieddo, filii Buz. ¶15 Fratres quoque filii' Abdiel, filii Guni, 'principes' domus iu familiis suis. ¶16 Et habitauerunt in Galaad & in Basan & in viculis eius, & in cunctis suburbanis Saron, vsq; ad terminos. ¶17 Omnes hi numerati sūt in diebus Iotham regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israel. ¶18 Filii Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse, viri bellatores, scuta portantes, & gladios, & tendentes arcum, eruditiq; ad prælia, quadraginta quatuor millia, & septingenti sexaginta procedentes ad pugnam. ¶19 Dimicauerūt contra Agarenos: Ituræi verō, & Naphis, & Nodab ¶20 Prælłatiq; sūt eis auxilium. Traditique sunt in manus eorū Agareni, & vniuersi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerunt quum prælłarentur & exaudiuit eos, eo quòd credidissēt in eū ¶21 Ceperūntque omnia quæ possederant, camelorū quinquaginta millia, & ouium ducenta quinquagīta millia, & asinos duo millia, & animas hominum centūm millia: ¶22 Vulnerati autē multi corruerunt, fuit enim bellum Domini: habitauerūntque pro eis vsque ad transmigrationem. ¶23 Filii quoque dimidiæ tribus Manasse possederūt terram à finibus Basan vsque Baal, Hermon & Sanir, & montem Hermon. ingens quippe numerus erat. ¶24 Et hi 'fuerant' principes domus cognationis eorum, Epher, 'Iesi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Odoia, & Iediel viri fortissimi & potentes, & nominati duces in familiis suis. ¶25 Reliquerunt autem Deum patrum suorū, & fornicati sunt post deos populorū terræ, quos abstulit Deus coram eis. ¶26 Et suscitauit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritum Thelgath-phalnāsar regis Assur: & transtulit Ruben & Gad, & dimidiā tribum Manasse, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuium Cozan, vsque ad diem hanc.

CAP. VI.

1 Genealogia filiorum Leui & Aaron, cum habitaculis. 31 Cantores. 67 Vrbes refugii.

Filii Leui: Gerson, Caath, & Merari. ¶2 Filii Caath: Amrā, Isaar, Hebron, & Oziel. ¶3 Filii Amram: Aaron, Moyses & Maria. Filii Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar. ¶4 Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue. ¶5 Abisue verō genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, ¶6 Ozi genuit Zaraī, & Zarahias genuit Meraioth. ¶7 Porrō Meraioth genuit Amariam, & Amarias genuit Achitob. ¶8 Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas, ¶9 Achimaas genuit Azariam. Azarias genuit Iohanan. ¶10 Iohanan genuit Azariā: ipse est qui sacerdotio functus est in domo, quā ædificauit Salomō in Ierusalem. ¶11 Genuit autem Azarias Amariā, & Amarias genuit Achitob. ¶12 Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum. ¶13 Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariam. ¶14 Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Iosedec. ¶15 Porrō Iosedec egressus est, quando transtulit Dominus Iudam & Ierusalē per man⁹ Nabuchodonosor. ¶16 Filii ergo Leui: Gersō, Caath, & Merari. ¶17 Et hæc nomina filiorū Gerson: Lobni, & Semei. ¶18 Filii Caath: Amram, & Isaar, & Hebrō, & Oziel. ¶19 Filii Merari: Moholi & Musi. Hæ autē 'generationes' Leui secundū familias eorū. ¶20 Gerson, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zāma filius eius. ¶21 Ioah filius eius, Addo filī eius, Zara filī eius, Iethrāi filī eius. ¶22 Filii Caath, Aminadab filius eius, Core filī eius, Asir filius eius. ¶23 Elcana filī eius, Abiasaph filius eius,

Asûr filius eius. ¶5 Thahath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filî eius, Saul filius eius. ¶6 Filii Elcanæ: Amasai, & Achimoth. ¶26 Et Elcana, filii Elcana, Sophái filî eius, Nahath filius eius, ¶27 Eliab filius eius, Ieroham filius eius, Elcana filius eius. ¶28 Filii Samuel: primogenitus Vassení, & Abia. ¶29 Filii autê Merari, Moholî: Lobnî filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, ¶30 Samaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius. ¶31 Isti sût quos cõstituit Dauid super cantores domus Domini, ex quo collocata est arca: ¶32 Et ministrabant coram tabernaculo testimonii, canentes donec ædificaret Salomon domum Domini in Ierusalem: stabant autem iuxta ordinê suum in ministerio. ¶33 Hi verô sunt qui assistebant cum filiis suis, de filiis Caath. Heman cantor filius Ioel, filii Samuel, ¶34 filii Elcana, filii Ieroham, filii Elîel, filii Thohu, ¶35 filii Suph, filii Elcana, filii Ioel, filii Mahath, filii Amasai, ¶36 filii Elcana, filii Ioel, filii Azariæ, filii Sophoniæ, ¶37 filii Thahath, filii Asûr, filii Abiasaph, filii Core, ¶38 filii Isaac, filii Caath, filii Leui, filii Israel. ¶39 Et frater eius Asaph, qui stabat à dextris eius, Asaph filius Barachiæ, filii Samaa, ¶40 filii Michael, filii Baseiæ, filii Melchiæ, ¶41 filii Athanai, filii Zara, filii Adaia. ¶42 filii Ethan, filii Zamma, filii Semei. ¶43 filii Ieth, filii Gersom, filii Leui. ¶44 Filii autem Merari fratres eorum, ad ministrâ: Ethan filius Cusi, filii Abdi, filii Maloch. ¶45 filii Hasabiæ, filii Amasiæ, filii Helciæ. ¶46 filii Amasai filii Boni filii Somer. ¶47 filii Moholi, filii Musi, filii Merari, filii Leui. ¶48 Fratres quoque eorû Leuitæ, qui ordinati sunt in cunctû ministerium tabernaculi domus Domini. ¶49 Aaron verô & filii eius adolebant incẽsum super altare holocaustî: & super altare thymiamatis, in omne opus Sancti sanctorum & vt precarentur pro Israel iuxta omnia quæ præceperat Moyses seruus Dei. ¶50 Hi sunt autê filii Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filî eius, Abisûe filî eius. ¶51 Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zarahia filius eius. ¶52 Meraioth filius eius, Amarias filius eius, Achitob filius eius, ¶53 Sadoc filius eius, Achimaas filius eius. ¶54 Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorum scilicet Aaron iuxta cognationes Caathitarû: ipsis enim sorte contigerant. ¶55 Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & suburbana eius per circuitum: ¶56 Agros autê ciuitatis, & villas, Caleb filio Iephone. ¶57 Porrô filiis Aarô dederunt ciuitates ad cõfugiendũ, Hebron, & Lobna, & suburbana eius, ¶58 Ether quoque & Esthemo cũ suburbanis suis, ¶59 Asan quoque & Beth semes, & suburbana earum. ¶60 De tribu autem Beniamin: Gabee & suburbana eius, & Almath cũ suburbanis suis, Anathoth quoq; cũ suburbanis suis, omnes ciuitates, tredecim, cum suburbanis suis, per cognationes suas. ¶61 Filiis autem Caath residuis de cognatione sua dederunt ex dimidia tribu Manasse in nouẽ sessionem vrbes decẽ. ¶62 Porrô filiis Gersom per cognationes suas de tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan, vrbes tredecim. ¶63 Filiis autẽ Merari per cognationes suas de tribu Rubẽ, & de tribu Gad, & de tribu Zabulon, dederũt sorte ciuitates duodecim. ¶64 Dederunt quoque filii Israel Leuitis ciuitates, & suburbana earũ: ¶65 Dederũtque per sortem, ex tribu filiorũ Iuda, & ex tribu filiorum Simeõ, & ex tribu filiorum Beniamin, vrbes has quas vocauerunt nominibus suis. ¶66 Et his qui erant de cognatione filiorum Caath, fuerũtque ciuitates in terminis eorum de tribu Ephraim. ¶67 Dede- Iosue 21.b.
runt ergo eis vrbes ad confugiendum, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephraim: & Gazer cum suburbanis suis, ¶68 Iecmaã quoque cum suburbanis suis, & Beth-horon similiter, ¶69 Necnon & Helon cum suburbanis suis, & Geth-remmon in eundem modum. ¶70 Porrô ex dimidia tribu Manasse, Aner & suburbana eius, Balaã & suburbana eius: his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. ¶71 Filiis autem Gersom de cognatione dimidiæ tribus Manasse, Gaulon in Basan & suburbana eius, & Astaroth cum suburbanis suis. ¶72 De tribu Issachar, Cedes & suburbana ei⁹. & Dabereth cum suburbanis suis. ¶73 Ramoth quoque & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis. ¶74 De tribu verô Aser, Masal cum suburbanis sui, & Abdô ſimiliter. ¶75 Asach' quoque & suburbana eius, & Rohob cum suburbanis suis. ¶76 Porrô de tribu Nephthali, Cedes in Galilæa & suburbana eius, Hamô cũ suburbanis suis, & Cariathaim, & suburbana eius. ¶77 Filiis autem Merari residuis: de tribu Zabulon, Remmono & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis. ¶78 Trans Iordanem quoque ex aduerso Iericho contra Orientem Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis. ¶79 Cademoth quoq; & suburbana eius, & Mephaath cũ suburbanis suis. ¶80 Necnon & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & suburbana eius, & Manaim cũ suburbanis suis. ¶81 Sed & Hesebon cum suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis suis.

CAP. VII.

Genealogia filiorum Issachar. 6 Beniamin. 13 Nephthali. 15 Machir. 20 Ephraim. 23 Beria. 30 Filii Aser.

PORRÔ filii Issachar: Thola, & Phua, Iasub & Simeron, quatuor. ¶2 Filii Thola: Ozi & Raphaia, & Ieriel, & Iemai, & Iebsem, & Samuel, principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid, viginti duo millia sexcenti. ¶3 Filii Ozi: Izrahia. de quo nati sunt Michael, & Obadi, & Ioel, & Iesia, quinque: omnes principes. ¶4 Cum eis per familias, & populos suos, accincti ad præliũ, viri fortissimi, triginta sex millia: multas enim habuerunt vxores, & filios. ¶5 Fratres quoque eorum per omnem cognationẽ Issachar, robustissimi ad pugnandum, octoginta septẽ millia numerati sunt. ¶6 Filii Beniamin: Bela, & Bechor, & Iadihel, tres. ¶7 Filii Bela: Esbon & Ozi & Oziel & Ierimoth & Vrai, quinque principes familiarum, & ad pugnandum robustissimi: numerus autem eorum, viginti duo millia & triginta quatuor. ¶8 Porrô filii Bechor: Zamira, & Ioas, & Eliezer, & Elioenái, & Amri, & Ieremoth, & Abia, & Anathoth, & Almath. omnes hi, filii Bechor. ¶9 Numerati sunt autê per fa-

A Gen.46.b.

B

C

D

E

F

*Aialon

G

*Hacoc

H

*Cúmque

I

Gen.46.e.

*Irai

milias suas principes cognationū suarum ad bella fortissimi, vigiri millia & ducēti. ¶10 Porrō filii Iadihel: Balā. filii autem Balan: Iehus, & Beniamin, & Aod & Chanaana, & Zethan, & Tharsis, Ahisāhar. ¶11 Omnes hi, filii Iadihel principes cognationum suarum, viri fortissimi, decem & septem millia, & ducenti ad prælium procedentes. ¶12 Sephan quoque & Bapham filii Hir & Husim filii Aher. ¶13 Filii autem Nephthali: Iaſiel, & Guni, & Iéſer, & Sellum, filii Bala. ¶14 Porrō filius Manaſſe, Eſriel: concubitu quoque eius Syra peperit Machir patrem Galaad. ¶15 Machir autem accepit vxorem filiis suis Happhim & Saphā: & habuit sororem nomine Maacha: nomen autem secūdi, Salphaad, natæque sunt Salphaad filiæ. ¶16 Et peperit Maacha vxor Machir filium, vocauitque nomen eius Phares: porrō nomen fratris eius, Sares: & filii eius, Vlam, & Recē. ¶17 Filius autem Vlam, Badan. hi sunt filii Galaad, filii Machir, filii Manaſſe. ¶18 Soror autem eius Regina peperit Virum-decōrū, & Ablézer, & Mohola. ¶19 Erant autem filii Semida: Ahin & Sechem, & Leci, & Aniam. ¶20 Filii autē Ephrām: Suthāla, Bared filius eius, Thāhath filius eius, Elada filius eius, Thāhath fili' eius, ¶21 Et huius filius Zabad, & huius fili' Suthāla, & huius filius Ezer & Elad: occiderunt autem eos viri Geth indigenæ, quia descenderant vt inuaderent possessiones eorum. ¶22 Luxit igitur Ephrāim pater eorum multis diebus, & venerūt fratres eius vt consolarentur eum. ¶23 Ingressúſque est ad vxorem suam: quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomē eius Beria, eo quōd in malis domus eius ortus esset. ¶24 Filia autem eius fuit Sara, quæ ædificauit Beth-horon inferiorem & superiorem, & Ozen-sara. ¶25 Porrō filius eius Rapha, & Reſeph, & Thale, de quo natus est Thahan. ¶26 Qui genuit Laadan: huius quoque filius Ammiud, qui genuit Eliſama, ¶27 De quo ortus est Nun, qui habuit filium Ioſue. ¶28 Poſſeſſio autē eorum & habitatio, Beth-el cū filiabus suis, & contra Orientem Noran, ad Occidentalem plagā Gazer & filiæ eius. Sichē quoque cū filiabus suis, vſque ad' Aſa, eum filiabus eius. ¶29 Iuxta filios quoq; Manaſſe Beth-ſan & filias eius, Thanach & filias eius. Mageddo & filias eius, Dor & filias eius: in his habitauerunt filii Ioſeph, filii Iſrael. ¶30 Filii Aſer: Iemna, & Iesua, & Ieſſui, & Baria, & Sara ſoror eorum. ¶31 Filii autē Baria: Heber, & Melchiel: ipſe est pater Barſaith. ¶32 Heber autem genuit Iephlat, & Somer, & Hotham. & Suaa ſororem eorum. ¶33 Filii Iephlat: Phoſech, & Chamaal. & Aſoth: hi filii Iephlat. ¶34 Porrō filii Somer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram. ¶35 Filii autem Helem fratris eius: Supha, & Iemna, & Selles, & Amal. ¶36 Filii Supha: Sue, Harnapher, & Sual, & Beri, & Iamra. ¶37 Boſor, & Hod, & Somma, & Saluſa, & Iethran, & Bera. ¶38 Filii Iether: Iephonne, & Phaſpha, & Ara. ¶39 Filii autem Olla: Aree, & Haniel, & Reſia. ¶40 Omnes hi filii Aſer, principes cognationum, electi atque fortissimi duces ducum: numerus autem eorum ætatis quæ apta esset ad bellum, viginti sex millia. CAP. VIII.

Genealogia filiorum Beniamin. 33 Nomina generis Saul.

BEniamin autem genuit Bale primogenitum suum, Aſbel secūdum, Ahara tertiū, ¶2 Nohaa quartū, & Rapha quintum. ¶3 Fuerūntque filii Bale: Addar, & Gera, & Abiud, ¶4 Abiſue quoque, & Naamā. & Ahōe, ¶5 Sed & Gera, & Sephuphan, & Huram. ¶6 Hi sunt filii Ahod, principes cognationum habitantium in Gabaa, qui transtati sunt in Manāhath. ¶7 Naaman autē & Achia, & Gera ipſe transtulit eos, & genuit Oza & Ahihud. ¶8 Porrō Saharāim genuit in regione Moab, postquā dimisit Husim & Bara vxores suas. ¶9 Genuit autem de Hodes vxore sua, Iobab, & Sebia, & Moſa, & Molchom, ¶10 Iehus quoque & Sechia, & Marma. hi sunt filii eius principes in familiis suis. ¶11 Mehuſim verō genuit Achitob, & Elphāal. ¶12 Porrō filii Elphāal: Heber, & Miſaā, & Samad: hic ædificauit Ono, & Lod, & filias eius. ¶13 Baria autē & Sama principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugauerunt habitatores Geth. ¶14 Et Ahio, & Seſac, & Ierimoth, ¶15 Et Zabadia, & Arod, & Heder, ¶16 Michael quoque & Ieſpha, & Ioha filii Baria. ¶17 Et Zabadia, & Moſollam, & Hezeci, & Heber, ¶18 Et Ieſamari, & Iezlia, & Iobab filii Elphāal. ¶19 Et Iacim, & Zechri, & Zabdi. ¶20 Et Elioenai, & Selethāi, & Eliel, ¶21 Et Adaia, & Baraia, & Samarath filii Semei. ¶22 Et Ieſphā, & Heber, & Eliel, ¶23 Et Abdō. & Zechri, & Hanan, ¶24 Et Hanania, & Aēlā, & Anathothia, ¶25 Et Iephdaia, & Phanuel filii Seſac. ¶26 Et Samſari, & Sohoria, & Otholia, ¶27 Et Ieſia, & Elia, & Zechri, filii Ierohā. ¶28 Hi patriarchæ, & cognationū principes, qui habitauerunt in Ieruſalem. ¶29 In Gabaon autem habitauerūt Abi-gabaō, & nomē vxoris eius Maacha. ¶30 Filiúſq; eius primogenitus Abdō. & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, ¶31 Gedor quoque & Ahio, & Zacher, & Macelloth: ¶32 Et Macelloth genuit Samaa: habitauerūntque ex aduerſo fratrum ſuorum in Ieruſalem cū fratribus suis. ¶33 Ner autem genuit Cis, & Cis genuit Saul: porrō Saul genuit Ionathan, & Melchi-ſūa, & Abinadab, & Eſbāal. ¶34 Filius autē Ionathā, Merib-bāal: & Merib baal genuit Micha. ¶35 Filii Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz ¶36 Et Ahaz genuit Ioada: & Ioada genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri: porrō Zāri genuit Moſa. ¶37 Et Moſa genuit Banaa, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus est Elaſa, qui genuit Aſel. ¶38 Porrō Aſel ſex filii fuerunt, his nominibus, Azricā, Bochru, Iſmahel, Sarta, Obdia, & Hanā: omnes hi, filii Aſel. ¶39 Filii autē Eſec fratris eius, Vlam primogenitus, & Iehus ſecūdus, & Eliphālet tertius. ¶40 Fuerūntque filii Vlam viri robuſtiſſimi, & magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac nepotes, vſque ad centum quinquaginta milia. omnes hi, filii Beniamin. CAP. IX.

1 De facerdotibus, Leuitisque & officiis eorum. 11 Panes propoſitionis. 19 Familia Saulis.

VNiuerſus ergo Iſrael dinumeratus est: & ſumma eorum ſcripta eſt in Libro regum Iſrael, & Iuda: tráſlatique sunt in Babylonem propter delictum ſuum. ¶1 Qui autem habitauerunt primi in poſſeſſionibus, & in vrbibus ſuis, Iſrael, & ſacerdotes, & Leuitæ, & Nathi-

Aſa, alii, Aza

Gen. 46. b. 17.

Hebraice per Beth,

Gen. 7. 7. Bel Bu

Abi

næl. ¶ 5 Commorati sunt in Ierusalem de filiis Iuda. & de filiis Beniamin, de filiis quoque Ephraim, & Manasse. ¶ 6 Othei filius Ammiud, filius Amri, filij Omri, filij Bonni, de filiis Phares filij Iuda. ¶ 7 Et de Siloni: Asaia primogenitus, & filij eius. ¶ 8 De filiis autem Zara: Iehuel, & fratres eorum. sexcenti nonaginta. F ¶ 9 Porrò de filijs Beniamin: Salo filius Mosol lam filij Odaia, filij Asana. ¶ 10 Et Iobania filij Ieroham: & Ela filius Ozi, filij Mochori: & Mosollam filius Saphatiæ, filij Rahuel, filij Iebaniæ. ¶ 11 Et fratres eorum per familias suas, nõgẽti quinquagintasex. omnes hi principes cognationum per domos patrũ suorum. ¶ 12 De sacerdotibus autem Iedaia, Ioiarib, & Iachin: ¶ 13 Azarias quoque filius Helciæ, filij Mosollã, filij Sadoc, filij Meraioth, filij Achitob, põtifex domus Dei. ¶ 14 Porrò Adaias filius Ieroham, filij Phassur, filij Melchiæ: & Maasai filij Adiel, filij Iezra, filij Mosollã, filij Mosollamith, filij Emmer. ¶ 15 Fratres quoque eorum principes per familias suas, mille septingẽti sexagin- C ta, fortissimi robore ad faciendum opus ministerij in domo Dei. ¶ 16 De Leuitis autem: Semeia filius Hassub filij Ezricã, filij Hasebia de filijs Merari ¶ 17 Bacbacar quoque carpentarius, & Galal, & Mathania filij Micha, filij Zechri, filij Asaph. ¶ 18 Et Obdia filius Semeiæ. filij Galal, filij Idithun: & Barachia filius Asa. filij Elcana, qui habitauit in atriis Netophathi. ¶ 19 Ianitores autem: Sellum, & Accub, & Telmon, & Ahiman: & frater eorum Sellum princeps. ¶ 20 vsque ad illud tempus, in porta regis ad Orientem, obseruabant per vices suas de filijs Leui. ¶ 21 Sellũ verò filius Core filij Abiasaph, filij Core, cum fratribus suis, & domo patris sui, hi sunt Coritæ super opera ministerij, D custodes vestibulorum tabernaculi: & familiæ eorum per vices castrorum Domini custodientes introitũ. ¶ 22 Phinees autẽ filius Eleazari, erat dux eorum coram Domino. ¶ 23 Porrò Zacharias filij Mosollamia, ianitor portæ tabernaculi testimonij. ¶ 24 Omnes hi electi in ostiarios per portas, ducenti duodecim: & descripti in villis propriis: quos cõstituerunt Dauid, & Samuel vidẽs, in fide sua ¶ 25 Tam ipsos, quàm filios eorũ in ostijs domus Domini, & in tabernaculo vicibus suis. ¶ 26 Per quatuor ventos erant ostiarij: id est ad Orientẽ, & ad Occidentem, & ad Aquilonẽ, & ad Austrũ. ¶ 27 Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbathis suis de cẽpore vsque ad tempus. ¶ 28 His quatuor Leuitis creditus erat omnis numerus ianitorũ, & erant super exedras, & thesauros domus Domini ¶ 29 Per gyrum quoque templi Domini morabantur in custodijs suis: vt quum tẽpus fuisset, ipsi mane aperirent fores. ¶ 30 De horum gregẽ erãt & super vasa ministerij: ad numerũ enim & inferebantur vasa, & efferebãtur. ¶ 31 De ipsis & qui credita habebãt vtensilia sanctuarij, præerant similæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. ¶ 32 Filij autem sacerdotum vnguenta ex aromatibus conficiebant. ¶ 33 Et Mathathias Leuites primogenitus Sellũ Coritæ, præfectus erat eorum quæ in sartagine frigebantur. ¶ 34 Porrò de filijs Caath fratribus eorũ, super panes erant propositionis, vt semper nouos per singula sabbatha præpararent. ¶ 35 Hi sunt principes cantorũ per familias Leuitarum, qui in exedris morabãtur, vt die ac nocte iugiter huic ministerio deseruirẽt. ¶ 36 Capita Leuitarum, per familias suas principes, manserunt in Ierusalem. ¶ 37 In Gabaon autem commorati 1.Par.c.18. sunt pater Gabaon Iehiel, & nomen vxoris eius Maacha. ¶ 38 Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, ¶ 39 Gedor quoque, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth. ¶ 40 Porrò Macelloth genuit Samaam: isti habitauerũt eregione fratrum suorum in Ierusalẽ, cum fratribus suis. ¶ 41 Ner G 8.1.d.33. autem genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathan, & Melchisua, & Abinadab, & Esbaal. ¶ 42 Filius autem Ionathan, Meribbaal: & Meribbaal genuit Micha. ¶ 43 Porrò filij Micha, Phithon & Melech, & Tharaa, & Ahaz. ¶ 44 Ahaz autem genuit Iara: & Iara genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Mosa: ¶ 45 Mosa verò genuit Banaa: cuius filius Raphaia, genuit Elasa: de quo ortus est Asel. ¶ 46 Porrò Asel sex filios habuit his nominibus, Ezricam, Bochru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan. hi sunt filij Asel.

## CAP. X.

1 Saul cum filijs occiditur à Philisthæis. 13 Saul quare occisus à Deo.

PHilisthiim autem pugnabãt contra Israel, A fugerũntque viri Israel Palæsthinos, & ce- 1.Reg.31.a.1. ciderunt vulnerati in mõte Gelboe. ¶ 2 Quũque appropinquassent Philisthæi persequẽtes Saul & filios eius, percusserũt Ionathan, & * A- * Abinadab, minadab, & Melchi-sua filios Saul, ¶ 3 et aggranatum est prælijũ contra Saul, inuenerũntque eum sagittarij, & vulnerauerunt iaculis. ¶ 4 Et dixit Saul ad armigerum suum, Euagina gladium tuum, & interfice me: ne forte veniant incircuncisi isti, & illudãt mihi. noluit autem armiger eius hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saul ensem, & irruit in eum. ¶ 5 Quod quum vidisset armiger eius, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiam ipse in gladiũ suum, & mortuus est. ¶ 6 Interiit ergo Saul, & tres filij eius, & omnis domus illius pariter cõcidit. ¶ 7 Quod quum vidissent viri Israel qui habitabant in campestribus, fugerunt: & Saul ac filijs eius mortuis, dereliquerunt vrbes suas, & huc illucque dispersi sunt: venerũntque Philisthiim, & habitauerunt in eis. ¶ 8 Die igitur altero detrahentes Philisthiim spolia cæsorum, inuenerunt Saul, & filios eius iacentes in mõte Gelboe. ¶ 9 Quũque spoliassent eũ, & amputassent caput, armisque nudassent, miserunt in terram suam, vt circunferrerut & ostenderetur idolorũ tẽplis & populis: ¶ 10 Arma autem eius consecrauerunt in phano dei sui, & * corpus affixerunt in templo Dagon. * caput ¶ 11 Hoc quum audissent viri Iabes-Galaad, omnia scilicet quæ Philisthiim fecerant super Saul, ¶ 12 Consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul & filiorum eius: attulerũntque ea in Iabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercum quæ erat in Iabes, & ieiunauerunt septem diebus. ¶ 13 Mortuus est ergo Saul, propter insquitates suas, eo quòd prætiaticatus fuit mandatũ Domini quod præ- 1.Reg.15.c.23 ceperat, & non custodierit illud: sed insuper

etiam Ipythonissam consuluerit, ¶14 Nec sperauerit in Domino, propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filiũ Isai.

CAP. XI.

1 Vngitur Dauid in regem. 4 Ierusalem quæ & Iebus. 5 Arx Sion. Ciuitas Dauid. 10 Catalogus fortium Dauidis.

Congregatus est igitur omnis Israel ad Dauid in Hebron, dicens, Os tuum sumus & caro tua. ¶2 Heri quoque & nudiustertius quũ adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas & introducebas Israel: tibi enim dixit Dominus Deus tuus, Tu pasces populum meum Israel, & tu eris princeps super eum. ¶3 Venerunt ergo omnes maiores natu Israel ad regem in Hebron, & iniit Dauid cum eis fœdus coram Domino: vnxerũtque eum regem super Israel, iuxta sermonem Domini quem locutus est in manu Samuel. ¶4 Abiit quoque Dauid, & omnis Israel in Ierusalem, hæc est Iebus, vbi erãt Iebusæi habitatores Terræ. ¶5 Dixerũtque qui habitabant in Iebus ad Dauid. Non ingredieris huc. porrò Dauid cepit arcem Sion, quæ est Ciuitas Dauid. ¶6 Dixitq; Omnis qui percusserit Iebusæum in primis, erit princeps & dux. Ascẽdit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps. ¶7 Habitauit autẽ Dauid in arce, & idcirco appellata est Ciuitas Dauid. ¶8 Ædificauitque vrbẽ in circuitu à Mello, vsque ad gyrum: Ioab autem reliqua vrbis extruxit. ¶9 Proficiebãtque Dauid vadens & crescens, & Dominus exercituum erat cum eo.

¶10 Hi principes virorum fortium Dauid, qui adiuuerunt eum vt rex fieret super omnem Israel, iuxta verbum Domini quod locutus est ad Israel. ¶11 Et iste numerus robustorum Dauid: Iesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iste leuauit hastã suam super trecentos vulneratos vna vice. ¶12 Et post eum Eleazar filius Patrui eius Ahohites, qui erat inter tres potentes. ¶13 Iste fuit cum Dauid in Phesdomim, quando Philisthiim congregati sunt ad locum illum in prælium: & erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratque populus à facie Philisthinorum. ¶14 Hi steterunt in medio agri, & defenderũt eum: quũque percussissent Philisthæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo. ¶15 Descenderunt autem tres de triginta principibus ad petrã, in qua erat Dauid, ad speluncam Odollam, quando Philisthiim fuerant castrametati in Valle-raphaim. ¶16 Porrò Dauid erat in præsidio, & statio Philisthinorum in Beth lehem. ¶17 Desyderauit igitur Dauid aquam, & dixit, O si quis daret mihi aquã de cisterna Bethlehem, quæ est in porta. ¶18 Tres ergo isti perrexerunt, & media castra Philisthinorum perrexerunt, & hauserũt aquam de cisterna Beth lehem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet: qui noluit, sed magis libauit illam Domino, ¶19 Dicens, Absit vt in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibam: quia in periculo animarum suarum attulerunt mihi aquã. & ob hanc causam noluit bibere. hæc fecerunt tres robustissimi. ¶20 Abisai quoque frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse leuauit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus, ¶21 Et inter tres secundus inclytus, & princeps eorum: veruntamen vsque ad tres primos non peruenerat. ¶22 Banaias filius Ioiadæ viri robustissimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabseel: ipse percussit duos ariel Moab: & ipse descendit, & interfecit leonem in media cisterna tempore nivis. ¶23 Et ipse percussit virum AEgyptium, cuius statura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam vt liciatorium texentium: descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastam quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua. ¶24 Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissim. ¶25 Inter triginta primus, veruntamen ad tres vsque nõ peruenerat: posuit autem eum Dauid ad auriculam suam. ¶26 Porrò fortissimi viri in exercitu, Asahel frater Ioab, & Elchanan filius Patrui eius de Beth lehem. ¶27 Sammoth Arorites, Helles Phalonites. ¶28 Ira filius Acces Thecuites, Abiézer Anathothites. ¶29 Sobbochai Husathites, Ilai Ahohites. ¶30 Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites. ¶31 Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharatonites. ¶32 Hurai de Torrente-Gaas, Abiel Arbathithes. ¶33 Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites. ¶34 Filii Assem Gezonites, Ionathan filius Sage Ararites. ¶35 Ahiam filius Sachar Ararites, Eliphal filius Vr. ¶36 Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites. ¶37 Hesro Carmelites, Naarai filius Azbai. ¶38 Ioel frater Nathan, Mibahar filius Agarai. ¶39 Selec Ammonites, Naharai Berothites armiger Ioab filii Saruiæ. ¶40 Ira Ithræus, Gareb Ithræus. ¶41 Vrias Hetheus, Zabad filius Oholi. ¶42 Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta. ¶43 Hanan filius Maacha. & Iosaphat Mathanites. ¶44 Ozia Astarothites, Samma & Iehiel filii Hotham Aroraites. ¶45 Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thosaites. ¶46 Eliel Mahumites, & Ieribai & Iosaia filii Elnãem, & Iethma Moabites. Eliel & Obed, & Iasiel de Masobia.

CAP. XII.

1 Qui transierint ad Dauidem quum adhuc fugeret Saulem, & numerus eorum.

Hi quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, quum adhuc fugeret Saul filium Cis. Qui erant fortissimi & egregii pugnatores, ¶2 Tendentes arcum, & vtraque manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas: de fratribus Saul ex tribu Beniamin. ¶3 Princeps Ahiezer, & Ioas filii Samaa Gabaathites: & Iaziel & Phalet filii Azmoth, & Baracha & Iehu Anathothites. ¶4 Samaias quoq; Gabaonites fortissimus inter triginta & super triginta. Ieremias & Ieheziel & Iohanan & Iezabad Gaderothites. ¶5 Et Eluzai & Ierimuth, & Baalia, & Samaria & Saphatia Haruphites. ¶6 Elcana & Iesia & Azareel & Ioézer & Iesbad de Carehim. ¶7 Ioela quoque & Zabadia filii Ierobam de Gedor. ¶8 Sed & de Gaddi trãsfugerũt ad Dauid, quũ lateret in deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeũ & hastã: facies eorum quasi facies leonis, & veloces quasi capreæ in mõtibus. ¶9 Ezer princeps, Obdias secũdus, Eliab tertius, ¶10 Mathmana quartus, Ieremias quintus, ¶11 Ethi sextus, Eliel septimus,

¶12 Iohanan octauus, Elzebad nonus, ¶13 Ieremias decim⁹, Machbanai vndecimus. ¶14 Hi de filiis Gad principes exercitus: nouissimus, centũ milibus præerat, & maximus mille. ¶15 Isti sunt qui transierũt Iordanẽ mense primo, quando inundare consueuit super ripas suas: & omnes fugauerunt qui morabantur in vallibus ad Orientalem plagam & Occidẽtalem. ¶16 Venerunt autem & de Beniamin & de Iuda ad præsidium in quo morabatur Dauid. ¶17 Egressúsque est Dauid obuiam eis, & ait, Si pacificè venistis ad me vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis. Si autem insidiamini mihi pro aduersariis meis, quum ego iniquitatem in manibus non habeã, videat Deus patrum nostrorum, & iudicet. ¶18 Spiritus verò Domini induit Amasai principẽ inter triginta, & ait, Tui sumus ô Dauid, & tecum fili Isai. Pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis. Deus enim adiuuat Deus tuus. Suscepit ergo eos Dauid, & constituit principes turmæ. ¶19 Porrò de Manasse transfugerunt ad Dauid, quãdo veniebat cum Philisthiim aduersus Saul, vt pugnaret: & non dimicauit cum eis, quia inito cõsilio remiserunt eum principes Philisthinorũ, dicentes, Periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum Saul. ¶20 Quãdo igitur reuersus est in Siceleg, transfugerunt ad eum de Manasse, Edna, & Iozabad, & Iedihel, & Michael, & Ednas, & Iozabad, & Eliu, & Salathi, principes militum in Manasse. ¶21 Hi præbuerũt auxilium Dauid aduersus latrũculos: omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu. ¶22 Sed & per singulos dies veniebãt ad Dauid ad auxiliandum ei, vsque dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei. ¶23 Iste quoque est numerus principum exercitus, qui venerunt ad Dauid, quum esset in Hebron, vt transferrent regnum Saul ad eum, iuxta verbum Domini. ¶24 Filii Iuda portantes clypeũ & hastã, sex millia octingẽti expediti ad prælium. ¶25 De filiis Simeon virorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia centum. ¶26 De filiis Leui, quatuor millia sexcenti. ¶27 Ioiada quoque princeps de stirpe Aaron, & cum eo tria millia septingenti. ¶28 Sadoc etiã puer egregiæ indolis, & domus patris eius, principes viginti duo. ¶29 De filiis autem Beniamin fratribus Saul, tria millia, magna enim pars eorum adhuc sequebatur domum Saul. ¶30 Porrò de filiis Ephraim viginti millia octingẽti fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis. ¶31 Et ex dimidia tribu Manasse, decẽ & octo millia, singuli per nomina sua venerunt vt constituerent regem Dauid. ¶32 De filiis quoque Issachar viri eruditi qui nouerant singula tempora, ad præcipiendum quid facere deberet Israel, principes ducenti: omnis autem reliqua tribus, eorum consilium sequebatur. ¶33 Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & stabant in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia venerũt in auxiliũ, nõ in corde duplici. ¶34 Et de Nephthali, principes mille: & cum eis instructi clypeo & hasta, triginta & septem millia. ¶35 De Dan etiam præparati ad prælium, viginti octo millia sexcẽti. ¶36 Et de Aser egredientes ad pugnam, & in acie præuoãtes, quadraginta millia. ¶37 Trans Iordanẽ autem de filiis Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse instructi armis bellicis, cẽtũ vigiti millia. ¶38 Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnãdũ, corde perfecto venerunt in Hebron, vt constituerent regem Dauid super vniuersum Israel: sed & omnes reliqui ex Israel, vno corde erãt vt rex fieret Dauid. ¶39 Fuerũntque ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibentes, præparauerant enim eis fratres sui. ¶40 Sed & qui iuxta eos erant, vsque ad Issachar & Zabulon & Nephthali, afferebãt panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus ad vescendum: farinam, palathas, vuam passam, vinum, oleũ, boues, arietes ad omnem copiam, gaudium quippe erat in Israel.

## CAP. XIII.

1 Reducitur arca de Cariath-iarim. 10 Oza occisus à Deo quòd arcã attingere esset ausus.

¶1 Nisit autem consilium Dauid cum tribunis & centurionibus, & vniuersis principibus, ¶2 Et ait ad omnem cœtũ Israel, Si placet vobis, & à Domino Deo nostro egredietur sermo quem loquor: mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel, & ad sacerdotes & Leuitas qui habitãt in suburbanis vrbium, vt cõgregentur ad nos. ¶3 Et reducamus arcã Dei nostri ad nos: nõ enim requisiuimus eã in diebus Saul. ¶4 Et respõdit vniuersa multitudo vt ita fieret: placuerat enim sermo omni populo. ¶5 Cõgregauit ergo Dauid cunctum Israel à Sihor Ægypti, vsque dũ ingrediaris Emath, vt adduceret arcam Dei de Cariath-iarim. ¶6 Et ascẽdit Dauid & omnis vir Israel ad collẽ Cariath-iarim, qui est in Iuda, vt afferret inde arcam Domini Dei sedentis super cherubim, vbi inuocatum est nomen eius. ¶7 Imposuerũntque arcã Dei super plaustrũ nouum, de domo Aminadab: Oza autẽ, & frater eius minabant plaustrum. ¶8 Porrò Dauid & vniuersus Israel, ludebant coram Deo omni virtute, in canticis & in citharis, & psalteriis, & tympanis, & cymbalis, & tubis. ¶9 Quũ autem peruenissent ad Aream-chidon, tetendit Oza manũ suam, vt sustẽtaret arcã: bos quippe lasciuiens, paululũ inclinauerat eã. ¶10 Iratus est itaque Dominus contra Ozã, & percussit eum eo quòd tetigisset arcã: & mortuus est ibi coram Deo. ¶11 Contristãtúsque est Dauid, eo quòd diuisisset Dominus Ozam: vocauitq; locum illum, Diuisio Oze, vsque in præsentẽ diem. ¶12 Et timuit Deũ tunc temporis, dicẽs, Quomodo possum ad me introducere arcam Dei? ¶13 Et ob hanc causam non adduxit eam ad se, hoc est in Ciuitatẽ Dauid, sed auertit in domum Obed-edom Gethæi. ¶14 Mansit ergo arca Dei in domo Obed-edom tribus mẽsibus: & benedixit Dominus domui eius, & omnibus quæ habebat.

## CAP. XIIII.

1 Hirã mittit ligna & artifices. 2 Filii Danidis. 9 victoriæ Dauidis aduersus Philisthæos.

Misit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietum lignorũmque, vt ædificarent ei domum. ¶2 Cognouitque Dauid eo quòd confirmasset eum Dominus in regem super Israel, & sublimatum esset regnum suum super populum eius

Abinadab

Num.4.b.15

Israel. ¶ 3 Acceptit quoque Dauid alias vxores in Ierusalē genuitque filios & filias. ¶ 4 Et hæc nomina eorum quæ nati sunt in Ierusalem: Samua & Sobab, Nathan & Salomō, ¶ 5 Iebahar, & Elisua, & Eliphálet, ¶ 6 Noga quoque, & Napheg, & Iaphia, ¶ 7 Elisama, & Baal iada, & Eliphālet. ¶ 8 Audientes autem Philisthiim eo quòd vnctus esset Dauid in regem super vniuersum Israel, ascenderūt omnes vt quærerent eum: quod cum audisset Dauid, egressus est obuiam eis. ¶ 9 (Porrò Philisthiim venientes, diffusi sunt in Valle-raphaim.) ¶ 10 Consuluitque Dauid Dominum, dicens, Si ascendam ad Philisthæos, & si trades eos in manu mea? & dixit ei Dominus, Ascende, & tradam eos in manu tua. ¶ 11 Quámque illi ascendissent in Baal-pharasim, percussit eos ibi Dauid, & dixit, Diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ. & idcirco vocatū est nomē illius loci, Baal-pharasim. ¶ 12 Dereliquerūntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri. ¶ 13 Alia autē vice Philisthiim irruerunt, & diffusi sunt in valle. ¶ 14 Consuluitque rursum Dauid Deum: & dixit ei Deus, Non ascendas post eos, recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pyrorū. ¶ 15 Quúmque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. præcessus est enim Deus ante te, vt percutiat castra Philisthiim. ¶ 16 Fecit ergo Dauid sicut præceperat ei Deus, & percussit castra Philisthinorum, de Gabaon vsque Gázera. ¶ 17 Diuulgatúmque est nomen Dauid in vniuersis regionibus, & Dominus dedit pauorem eius super omnes gētes.

## CAP. XV.

14 Arca reducitur à Leuitis cum canticis. 29 Saltans Dauid irridetur à Michol.

Fecit quoque sibi domos in Ciuitate Dauid: & ædificauit locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum. ¶ 2 Tunc dixit Dauid, Minime est vt à quocunque portetur arca Dei, nisi à Leuitis: quos elegit Dominus ad portandū eam, & ad ministrandum sibi vsque in æternum. ¶ 3 Congregauitque vniuersum Israel in Ierusalē, vt afferretur arca *Dei in locum suū quē præparauerat ei. ¶ 4 Necnon & filios Aaron & Leuitas. ¶ 5 De filiis Caath, Vriel princeps fuit & fratres eius centum viginti. ¶ 6 De filiis Merari, Asaia princeps: & fratres eius ducēti viginti. ¶ 7 De filiis Gersom, Ioel princeps: & fratres eius centum triginta. ¶ 8 De filiis Elisaphan, Semeias princeps: & fratres eius ducēti. ¶ 9 De filiis Hebron, Eliel princeps: & fratres eius octoginta. ¶ 10 De filiis Oziel, Aminadab princeps: & fratres eius cētū duodecim. ¶ 11 Vocauitque Dauid Sadoc & Abiathar sacerdotes, & Leuitas, Vriel, Asaiam, Ioel, Semeiam, Eliel, & Aminadab: ¶ 12 Et dixit ad eos, Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam Domini Dei Israel ad locū qui ei præparatus est: ¶ 13 Nec vt à principio, quia nō eratis præsentes, percussit nos Dominus: sic & nunc fiat illicitum quid nobis agentibus. ¶ 14 Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuitæ, vt portarēt arcam Domini Dei Israel. ¶ 15 Et tulerūt filii Leui arcam Dei, sicut præceperat *Moyses iuxta verbū Domini, humeris suis, in vectibus. ¶ 16 Dixitque Dauid principibus Leuitarum, vt cōstituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nablis videlicet, & lyris & cymbalis, vt resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. ¶ 17 Constituerūntque Leuitæ: Heman filium Ioel, & de fratribus eius Asaph filiū Barachiæ, de filiis verò Merari, fratribus eorum: Ethan filium Cusaiæ. ¶ 18 Et cum eis fratres eorū, in secūdo ordine, Zacharíam & Ben & Iaziel & Semiramoth, & Iahiel, & Ani, Eliab & Banaiā & Maasiam & Mathathiam & Eliphalu & Maceniā & Obed-edom & Iehiel, ianitores. ¶ 19 Porrō cantores, Heman, Asaph, & Ethan: in cymbalis æneis concrepantes. ¶ 20 Zacharias autē & Oziel, & Semiramoth & Iahiel & Ani & Eliab & Maasias & Banaias in nablis arcana cātabit. ¶ 21 Porrō Mathathias & Eliphalu & Macenias & Obed-edom & Iehiel & Ozazias: in citharis pro octaua canebant in finicion. ¶ 22 Chonenias autem princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, & ad præcinendā melodiā erat quippe valde sapiēs. ¶ 23 Et Barachias & Elcanaias ianitores arcæ. ¶ 24 Porrō Sebenias & Iosaphat & Nathanael & Amasai & Zacharias & Banaias & Eliezer sacerdotes, clāgebant tubis cor arca Dei. & Obed-edom & Iehias erant ianitores arcæ. ¶ 25 Igitur Dauid & omnes maiores natu Israel, & tribuni ierunt ad deportandam arcā fœderis Domini de domo Obed-edom cū lætitia. ¶ 26 Quúmque adiuuisset Deus Leuitas qui portabant arcam fœderis Domini, immolabātur septem tauri & septē arietes. ¶ 27 Porrō Dauid erat indutus stola byssina, & vniuersi Leuitæ qui portabant arcam, cantorēsque, & Chonenias princeps prophetiæ inter cātores: Dauid autē indutus erat ephod lineo. ¶ 28 Vniuersúsque Israel deducebat arcam fœderis Domini in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis & citharis cōcrepantes. ¶ 29 Quúmque peruenisset arca fœderis Domini vsque ad Ciuitatē Dauid, Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid saltantem atque ludentem, & despexit eum in corde suo.

## CAP. XVI.

1 Collocata arca bene precatur populo Dauid. 4 Cōstituit ministros. 8 gratias agit Deo.

Atulerunt igitur arcam Dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi quod tetenderat ei Dauid: & obtulerunt holocaustā & pacifica coram Deo. ¶ 2 Quúmque complesset Dauid offerens holocaustā & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. ¶ 3 Et diuisit vniuersis per singulos, à viro vsq; ad mulierem tortam panis, & partem assæ carnis bubalæ, & fixam oleo similam. ¶ 4 Constituitque coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent: & recordarentur operum eius, & glorificarent, atque laudarent Dominum Deum Israel: ¶ 5 Asaph principem, & secundum eius Zacharíam. Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiam & Eliab & Banaiam & Obed-edom, & Iehiel super organa psalterii & lyras: Asaph autem, vt cymbalis personaret. ¶ 6 Banaiam verò & Iahaziel sacerdotes, canere tuba iugiter coram arca fœderis Domini. ¶ 7 In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Asaph, & fratres eius.

*ai

B

1.Reg.5.c.17. d.19.

C

D

*Domini

E

5.23.d.10.

Exod.25.b.14

¶8 Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius. ¶9 Cantate ei, & psallite ei: & narrate omnia mirabilia eius. ¶10 Laudate nomen sancti eius: lætetur cor quærentiũ Dominũ. ¶11 Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem eius semper. ¶12 Recordamini mirabiliũ eius quæ fecit: signorum illius, & iudiciorum oris eius. ¶13 Semen Israel serui eius: filii Iacob electi eius. ¶14 Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. ¶15 Recordamini in sempiternum pacti eius: sermonis quem præcepit in mille generationes. ¶16 Quem pepigit cum Abraham: & iuramenti illius cum Isaac. ¶17 Et constituit illud Iacob in præceptum: & Israel in pactũ sempiternum, ¶18 Dicens, Tibi dabo Terram-Chanaan, funiculum hæreditatis vestræ. ¶19 Quum essent pauci numero, parui, & coloni eius. ¶20 Et transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. ¶21 Non dimisit quenquam calumniari eos: sed increpauit pro eis reges, ¶22 Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. ¶23 Cantate Domino omnis terra: annuntiate ex die in diem salutare eius: ¶24 Narrate in Gentibus gloriam eius: & in cũctis populis mirabilia eius. ¶25 Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: & horribilis super omnes deos. ¶26 Omnes enim dii populorum, idola: Dominus autem cælos fecit. ¶27 Confessio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudiũ in loco eius. ¶28 Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino gloriam & imperium. ¶29 Date Domino gloriam nomini eius, leuate sacrificiũ, & venite in conspectu eius: & adorate Dominum in decore sancto. ¶30 Commoueatur à facie eius omnis terra: ipse enim fundauit orbem immobilem. ¶31 Lætentur cæli, & exultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnauit. ¶32 Tonet mare, & plenitudo eius: exultent agri, & omnia quæ in eis sunt. ¶33 Tũc laudabunt ligna saltus coram Domino: quia venit iudicare terram. ¶34 Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius. ¶35 Et dicite, Salua nos Deus saluator noster: & congrega nos, & erue de Gentibus, vt confiteamur nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis. ¶36 Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno vsque in æternum: & dicat omnis populus, Amen, & hymnum Deo. ¶37 Dereliquit itaque ibi coram arca fœderis Domini Asaph & fratres eius: vt ministrarent in conspectu arcæ iugiter per singulos dies, & vices suas. ¶38 Porrò Obed edom, & fratres eius sexaginta octo: & Obed edom filium Idithun, & Hosa constituit ianitores: ¶39 Sadoc autem sacerdotem, & fratres eius sacerdotes, coram tabernaculo Domini in excelso quod erat in Gabaon: ¶40 Vt offerrent holocausta Domino super altare holocautomatis iugiter, mane & vespere, iuxta omnia quæ scripta sũt in lege Domini, quam præcepit Israeli. ¶41 Et post eum Heman & Idithun, & reliquos electos, vnumquemque vocabulo suo, ad confitendum Domino, Quoniam in æternum misericordia eius. ¶42 Heman quoque & Idithun cantantes tuba, & quatientes cymbala: & omnia musicorum organa ad canendum Domino. ¶43 Filios autem Idithun fecit esse portarios. ¶43 Reuersusque est omnis populus in domũ suam: & David, vt benediceret etiam domui suæ.

CAP. XVII.

1 Prohibetur Dauid ædificare domũ Deo. 12 Promittitur CHRISTVS qui ædificaturus erat Ecclesiam.

QVum autẽ habitaret David in domo sua, dixit ad Nathan prophetam. Ecce ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Domini sub pellibus est. ¶2 Et ait Nathan ad David. Omnia quæ in corde tuo sunt, fac: Deus enim tecum est. ¶3 Igitur nocte illa factus est sermo Domini ad Nathan, dicens, ¶4 Vade, & loquere Dauid seruo meo, Hæc dicit Dominus, Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum. ¶5 Neque enim mansi in domo ex eo tempore quo eduxi Israel de Terra-Aegypti vsque ad diem hanc: sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio & Manens cum omni Israel. Nunquid locutus sum saltem vni iudicum Israel, quibus præceperã vt pascerent populum meum, & dixi, Quare non ædificasti mihi domum cedrinã? ¶7 Nũc itaque sic loqueris ad seruum meum Dauid, Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te, quum in pascuis sequereris gregẽ: vt esses dux populi mei Israel. ¶8 Et fui tecum quocunque perrexisti: & interfeci omnes inimicos tuos coram te, feciquе tibi nomen quasi vnius magnorum qui celebrantur in terra. ¶9 Et dedi locum populo meo Israel: plantabitur, & habitabit in eo, & vltrà non commouebitur: nec filii iniquitatis atterent eos, sicut à principio, ¶10 Ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israel, & humiliaui vniuersos inimicos tuos. annuntio ergo tibi quòd ædificaturus sit tibi Dominus domum. ¶11 Quũmque impleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filiis tuis: & stabiliam regnum eius. ¶12 Ipse ædificabit mihi domum, & firmabo solium eius vsque in æternum. ¶13 EGO ERO EI IN PATREM, & ipse erit mihi in filium: & misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. ¶14 Et statuam eum in domo mea, & in regno meo vsque in sempiternum: & thronus eius erit firmissimus in perpetuum. ¶15 Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad David. ¶16 Quũmque venisset rex David, & sedisset coram Domino, dixit, Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia? ¶17 Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo, ideòque locutus es super domum serui tui etiam in futurum: & fecisti me spectabilem super omnes homines Domine Deus. ¶18 Quid vltrà addere potest David, quum ita glorificaueris seruum tuum, & cognoueris eum? ¶19 Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, & nota esse voluisti vniuersa magnalia. ¶20 Domine non est similis tui: & non est alius Deus absque te, ex omnibus quos auditimus auribus nostris. ¶21 Quis enim est alius, vt populus tuus Israel, gens vna in terra, ad quam per-

A 1.Reg.7.2.

B

C

D

E

F

Deo

Dei

autem

rexit Deus, vt liberaret, & faceret populum
suum: & magnitudine sua, atque terroribꝰ eiiceret nationes à facie eius, quem de Aegypto liberaraterat. ¶11 Et posuisti populũ tuũ Israel tibi in populũ vsque in æternũ, & tu Domine factus es Deus eius. ¶12 Nũc igitur Domine, sermo quem locutus es famulo tuo, & super domum eius, cõfirmetur in perpetuum, & fac sicut locutus es. ¶13 Permaneatque, & magnificetur nomẽ tuũ vsque in sempiternũ: & dicatur, Dominus exercituũ Deus Israel, & domus Dauid serui eius permanẽs corã eo. ¶14 Tu enim Domine Deus meus reuelasti auriculam serui tui, vt ædificares ei domum: & idcirco inuenit seruus tuus fiduciam vt oret corã te. ¶15 Nunc ergo Domine tu es Deus: & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia. ¶17 Et coepisti benedicere domui serui tui, vt sit semper coram te: tu enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum. CAP. XVIII.

1 Victi à Dauide Philisthæi, Moabitæ tributarii. 3 Adatezer victus. 5 Syria tributaria. 9 Thou petit pacem. 11 Idumæa seruit Dauidi. 15 Officiarii Dauidis.

A 2.Reg.8.1. FActũ est autẽ post hæc, vt percuteret Dauid Philisthiim, & humiliaret eos, & tolleret Geth & filias eius de manu Philisthiim: ¶2 Percuterẽque Moab, & fierẽt Moabitæ serui Dauid offerentes ei munera. ¶3 Eo tẽpore percussit Dauid etiã Adarezer regẽ Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperiũ suũ vsq; ad flumẽ Euphratẽ. ¶4 Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & septẽ millia equitũ, ac viginti millia virorũ peditũ: subnervauitq; omnes equos currũ, exceptis ex eis quadrigis quas reseruauit sibi. ¶5 Supuenit autem & Syrus Darmascenus, vt auxiliũ præberet Adarezer regi Soba: sed & huius percussit Dauid viginti duo millia virorum. ¶6 Et posuit milites in Darmasco, vt Syria quoque seruiret sibi, & offerret munera. adiuuitque eum Dominus in cunctis ad quæ perrexerat. ¶7 Tulit quoq; Dauid pharetras aureas, quas habuerant serui Adarezer: & attulit eas in Ierusalem. ¶8 Necnon de Tebath & Chun vrbibus Adarezer æris plurimũ, de quo fecit Salomon mare æneũ, & columnas, & vasa ænea. ¶9 Quod quum audisset Thou rex Hemath, percussisse videlicet Dauid omnẽ exercitum Adarezer regis Soba, ¶10 Misit Adorã filium suum ad regem Dauid, vt postularet ab eo pacem, & congratularetur ei quòd percussisset, & expugnasset Adarezer: aduersarius quippe erat Thou Adarezer. ¶11 Sed & omnia vasa aurea, & argentea, & ænea consecrauit Dauid rex Domino, cum argento & auro quod tulerat ex vniuersis gentibus, tam de Idumæa & Moab, & filiis Ammõ, quàm de Philisthiim & Amalec. ¶12 Abisai verò, filius Saruiæ percussit Edom in Valle-salinarum, decem & octo millia: ¶13 Et constituit in Edom præsidium, vt seruiret Idumæa Dauid: saluauitque Dominꝰ Dauid in cunctis ad quæ perrexerat. ¶14 Regnauit ergo Dauid super vniuersum Israel, & faciebat iudicium atque iustitiam cuncto populo suo. ¶15 Porrò Ioab filius Saruiæ erat super exercitũ, & Iosaphat filius Ahilud à commentariis. ¶16 Sadoc autem filius Achitob, & Achi-mèlech filius Abiathar, sacerdotes: & Susa, scriba. ¶17 Banaias quoque filius Ioiadæ super legiones Cerethi & Phelethi: porrò filii Dauid, primi ad manum regis.

CAP. XIX.

1 Dauid mittit seruos ad consolandum regem Hanon, qui ignominia ab eo affecti, remittuntur. 8 Ammonitæ & Syri vincuntur à Dauide. 16 Sophac occiditur.

A Ocidit autẽ vt moreretur Naas rex filiorum Ammon, & regnaret Hanon filius eius pro eo. ¶2 Dixitque Dauid, faciam misericordiã cum Hanõ filio Naas: præstitit enim mihi pater ei gratiã. Misitq; Dauid nũtios ad cõsolandũ eũ super morte patris sui, qui quũ peruenissent in terrã filiorum Ammõ, vt consolarẽtur Hanon, ¶3 Dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanõ, Tu fortãsis putas quòd Dauid honoris causa in patrem tuum, miserit qui cõsolatũr te: nec animaduertis quòd vt explorent, & inuestigent, & scrutentur terram tuam, venerint ad te serui eius. ¶4 Igitur Hanõ pueros Dauid decalauauit & rasit: & præcidit tunicas eorũ à natibus vsque ad pedes, & dimisit eos. ¶5 Qui quũ abiissent, & hoc mandassent Dauid, misit in occursum eorũ (grandem enim contumeliam sustinuerant) & præcepit vt manerent in Iericho, donec crescerent barba eorum, & tunc reuerterentur. ¶6 Videntes autem filii Ammon quòd iniuriam fecissent Dauid, tam Hanon quàm reliquus populus, miserunt mille talenta argenti vt conducerent sibi de Mesopotamia, & de Syria-Maacha, & de Soba currus & equites. ¶7 Conduxerũntque triginta duo millia currũ, & regem Maacha cum populo eius, qui quũ venissent, castrametati sunt eregione Medaba. filii quoque Ammon congregati de vrbibus suis, venerunt ad bellum. ¶8 Quod quum audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitum virorũ fortiũ. ¶9 Egressique filii Ammõ, direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis: reges autem qui ad auxilium eius venerant, separatim in agro steterunt. ¶10 Igitur Ioab intelligens bellũ ex aduerso, & post tergum, contra se fieri, elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit cõtra Syrum. ¶11 Reliquam autem partem populi dedit sub manu Abisai fratris sui: & perrexerunt contra filios Ammon. ¶12 Dixitque, Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: si autem superauerint te filii Ammon, ero tibi in præsidiũ. ¶13 Confortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus Dei nostri: Dominus autem quod in conspectu suo bonum est faciat, ¶14 Perrexit ergo Ioab, & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium: & fugauit eos. ¶15 Porrò filii Ammon videntes quòd fugissent Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem eius, & ingressi sunt ciuitatem, reuersusque est etiam Ioab in Ierusalem. ¶16 Videns autem Syrus quòd cecidisset coram Israel, misit nuntios, & adduxit Syrum qui erat trans Fluuium: Sophach autem princeps militiæ Adarezer, erat dux eorum. ¶17 Quod quũ annuntiatum esset Dauid congregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanem, irruitque in eos, & direxit ex aduerso eis, illis contrà pugnantibus. ¶18 Fugit au-

tem Syrus Israel: & interfecit Dauid de Syris septem millia curruum, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principē. ¶ 19 Videntes autem serui Adarēzer se ab Israel esse superatos, trāfugerunt ad Dauid, & seruierunt ei: noluitque vltrà Syria auxiliū præbere filiis Ammon.

CAP. XX.

Rabba vrbs destruitur. 3 Ammonitæ affligūtur. 4 Philisthæi vincuntur. 6 Gigas senos habens digitos.

FActum est autem post anni circulum, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum & robur militiæ, & vastauit terrā filiorum Ammon: perrexitque, & obsedit Rabba: porrò Dauid manebat in Ierusalem, quando Ioab percussit Rabba, & destruxit eam. ¶ 2 Tulit autē Dauid coronā Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentū, & pretiosissimas gēmas, fecitque sibi inde diadema: manubias quoque vrbis plurimas tulit. ¶ 3 Populum autem qui erat in ea, eduxit: & fecit super eos tribulas, & trahas, & ferrata carpēta trauīre, ita vt dissecarētur, & contererentur. Sic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorū Ammō: & reuersus est cū omni populo suo in Ierusalem. ¶ 4 Post hæc, initū est bellū in Gazer aduersum Philisthæos: in quo percussit Sobochai Busathites, Saphai de genere raphaim, & humiliauit eos. ¶ 5 Aliud quoque bellū gestum est aduersus Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Salt[us] Bethlehemites' frater Goliath Gethæi, cuius hastæ lignū erat quasi liciatorii texentium. ¶ 6 Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo lōgissimus, cuius habēs digitos, id est simul viginti quatuor: qui & ipse de Rapha fuerat stirpe generatus. ¶ 7 Hic blasphemauit Israel: & percussit eū Ionathan filius Samaa fratris Dauid. ¶ 8 Isti fuīt Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid & seruorum eius.

CAP. XXI.

1 Dauid authore diabolo numerat populū, propter quod interēūt LXX millia hominū. 12 Cessat pestis oblato à Danide holocausto.

COnsurrexit autē satā cōtra Israel: & incitauit Dauid vt numeraret Israel. ¶ 2 Dixitque Dauid ad Ioab, & ad principes populi. Ite & numerate Israel à Ber-sabee, vsq; Dan: & afferte mihi numerum, vt sciam. ¶ 3 Respondit que Ioab. Augeat Dominus populū suum centuplū quàm sunt: nōnne domine mi rex, omnes serui tui sunt? quare hoc quærit dominus me[us], quod i peccatū reputetur Israeli? ¶ 4 Sed sermo regis magis prævaluit: egressusque est Ioab, & circuiuit vniuersum Israel: & reuersus est Ierusalē. ¶ 5 Dedítque Dauidi numerū eorum quos circuierat: & inuētus est omnis numerus Israel, mille millia, & cētum millia virorum educētium gladium: de Iuda autē quadringēta septuaginta millia bellatorū. ¶ 6 Nā Leui & Beniamin non numerauit: eo quōd Ioab inuitus exequerētur regis imperiū. ¶ 7 Displicuit autem Deo quod iussum erat: & percussit Israel. ¶ 8 Dixitque Dauid ad Deū. Peccaui nimis vt hoc facerem: obsecro auferi iniquitatem serui tui, quia insipienter egi. ¶ 9 Et locutus est Dominus ad Gad videntem Dauidis, dicens, ¶ 10 Vade, & loquere ad Dauid, & dic[es] el, Hæc dicit Dominus, Trium tibi optionem do: vnū quod volueris elige, & faciam tibi. ¶ 11 Quúmque venisset Gad ad Dauid, dixit ei. Hæc dicit Dominus, Elige quod volueris: ¶ 12 Aut tribus annis pestilētiā: aut tribus *fames. mēsibus te fugere hostes tuos, & gladium eorum tō posse euadere aut tribus diebus gladium Domini, & morte versari in terra, & Angelum Domini interficere in vniuersis finibus Israel: nunc igitur vide quid respōdeam ei qui misit me. ¶ 13 Et dixit Dauid ad Gad, Ex omni parte me angustiæ premunt: sed melius mihi est vt incidam in manus Domini, quia multæ sunt miserationes eius: quàm in manus hominum. ¶ 14 Misit ergo Dominus pestilentiam in Israel: & ceciderunt de Israel septuaginta millia virorum. ¶ 15 Misit quoque Angelū in Ierusalem vt percuteret eā: quúmque percuteretur, vidit Dominus, & misertus est super magnitudine mali. Et imperauit Angelo qui percutiebat, Sufficit, iā cesset manus tua. Porrò Angelus Domini stabat iuxta aream Ornā Iebusæi. ¶ 16 Leuánsque Dauid oculos suos, vidit Angelum Domini stantem inter cælum & terrā, & enaginatum gladiū in manu eius, & versum cōtra Ierusalem: & ceciderunt tam ipse, quàm maiores natu vestiti cilicijs, prouī in terrā. ¶ 17 Dixitque Dauid ad Deū, Nōnne ego sum qui iussi vt numeraretur populus? ego qui peccaui, ego qui malā feci: iste grex quid cōmeruit? Domine Deus meus vertatur obsecro manus tua in me, & in domū patris mei: populus autē tuus non percutiatur. ¶ 18 Angelus autem Domini præcepit Gad vt diceret Dauidi vt ascēderet, extrueretque altare Domino Deo in area Ornan Iebusæi, ¶ 19 Ascendit ergo Dauid iuxta sermonē Gad, quem locutus est fuerat ex nomine Domini. ¶ 20 Porrò Ornā quum suspexisset, & vidisset Angelum, quatuōrque filii eius cum eo, absconderūt se: nam eo tēpore terebat in area triticū. ¶ 21 Igitur quum veniret Dauid ad Ornan, conspexit eum Ornan, & processit ei obuiam de area, & adorauit eū pronus in terrā. ¶ 22 Dixitque ei Dauid, Da mihi locum aræ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino: ita vt quātū valet argēti accipias, & cessет plaga à populo. ¶ 23 Dixit autē Ornan ad Dauid, Tolle, & faciat dominus meus rex quodcunque ei placet: sed & boues do in holocaustum, & tribulas in ligna, & triticū in sacrificium, omnia libens præbebo. ¶ 24 Dixitque ei rex Dauid, Nequaquā ita fiet, sed argēto dabo quantū valet: neque enim tibi auferre debeo, & ūc offerre Domino holocausta gratuita. ¶ 25 Dedit ergo Dauid Ornan pro loco, siclos auri iustissimi ponderis sexcētos. ¶ 26 Et ædificauit ibi altare Domino, obtulitque holocausta, & pacifica: & inuocauit Dominū, & exaudiuit eū in igne de cælo super altare holocausti. ¶ 27 Præcepitq; Dominus Angelo: & conuertit gladium suum in vaginam. ¶ 28 Protinus ergo Dauid, videns quōd exaudisset eū Dominus in area Ornā Iebusæi, immolauit ibi victimas. ¶ 29 Tabernaculū autē Domini, quod fecerat Moyses in deserto, & altare holocaustorū, ea tēpestate erat in excelso Gabaon. ¶ 30 Et non prævaluit David ire ad altare, vt ibi obsecraret Deum: ni-

1. Par. 3. a. 1.

mio enim fuerat timore perterritus, vides gladium Angeli Domini. CAP XXII.

1 Dauid præparatis necessariis iubet Salomoni vt ædificet domũ Domini. 3 Cur ipse ædificare nõ potuerit. 9 Salomõ quare sic dictus.

A Dixitq; Dauid. Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel. 2 Et præcepit vt congregarẽtur omnes proselyti de terra Israel, & cõstituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur dom' Dei. 3 Ferrum quoque plurimum ad clauos ianuarum, & ad commissuras atque iuncturas præparauit Dauid: & æris pondus innumerabile. 4 Ligna quoque cedrina non poterant æstimari, quæ Sidonii & Tyrii deportauerũt ad Dauid. 5 Et dixit Dauid, Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus: domus autem quam ædificare volo Domino, talis esse debet vt in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei necessaria. & ob hanc causam, B ante mortem suam omnes præparauit impensas. 6 Vocauitque Salomonem filium suum: & præcepit ei vt ædificaret domum Domino Deo Israel. 7 Dixitq; Dauid ad Salomonẽ, Fili mi, voluntatis meæ fuit vt ædificarem domũ nomini Domini Dei mei. 8 Sed factus est sermo Domini ad me, dicẽs, Multum sanguinẽ effudisti, & plurima bella bellasti: non poteris ædificare domũ nomini meo, tanto effuso sanguine coram me. 9 Filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus: faciam enim eum requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum: & ob hanc causam Pacificus vocabitur: & pacem, & otium dabo in Israel cunctis diebus eius. 10 Ipse ædificabit domum nomini meo: & IPSE ERIT MIHI IN FILIVM, & ego ero illi in patrẽ: firmabõque solium regni eius super Israel in æternum. 11 Nunc ergo fili mi, sit Dominus tecum, & prosperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te. 12 Detque tibi Dominus prudentiã & sensum, vt regere possis Israel, & custodire legem Domini Dei tui. 13 Tunc enim proficere poteris, si custodieris mandata, & iudicia quæ præcepit Dominus Moysi vt doceret Israel: confortare, & viriliter age, ne timeas, neq; paueas. 14 Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini, auri talenta cẽtum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò, & ferri non est pondus, vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad vniuersa impendia. D 15 Habes quoq; plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificésque lignorum, & omnium artium ad faciendum opus prudentissimos 16 in auro & argento & ære & ferro, cuius nõ est numerus. surge igitur, & fac, & erit Dominus tecum. 17 Præcepit quoque Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarent Salomonem filiũ suũ: 18 Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus vester vobiscum sit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes inimicos vestros in manũ vestras, & subiecta sit terra corã Domino, & coram populo eius. 19 Præbete igitur corda vestra & animas vestras vt quæratis Dominũ Deum vestrum: & cõsurgite, & ædificate sanctuarium Domino Deo: vt introducatur arca fœderis Domini, & vasa Domino cõsecrata, in domum quæ ædificatur nomini Domini. CAP. XXIII.

1 Dauid senex regem constituit Salomonem. 3 Leuitis officia assignat.

Igitur Dauid senex & plenus dierum, regem constituit Salomonẽ filium suum super Israel. 2 Et congregauit omnes principes Israel, & sacerdotes atque Leuitas. 3 Numeratique sunt Leuitæ à viginti annis, & suprà: & inuẽta sunt triginta octo millia virorũ. 4 Ex his electi sunt, & distributi in ministerium domũ Domini viginti quatuor millia: præpositi autẽ & iudicum sex millia. 5 Porrò quatuor millia ianitores: & totidem psaltes canẽtes Domino in organis quæ fecerat ad canẽdum. 6 Et distribuit eos Dauid per vices filiorũ Leui, Gerson videlicet, & Caath, & Merari. 7 Filii Gerson: Leedan & Semei. 8 Filii Leedan: princeps Iahiel & Zethan, & Ioel tres. 9 Filii Semei: Salomith & Oziel & Arã, tres isti principes familiarũ Leedan. 10 Porrò filii Semei: Leheth', & Ziza', & Iaus, & Baria. isti filii Semei, quatuor. 11 Erat autẽ Leheth prior, Ziza secundus: porrò Iaus & Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in vna familia, vnáque domo computati sunt. 12 Filii Caath: Amram & Isaar, Hebron & Oziel, quatuor. 13 Filii Amram, Aarõ & Moyses. Separatúsque est Aaron vt ministraret in sancto sanctorum, ipse & filii eius in sempiternum, & adoleret incensum Domino secũdum ritum suũ, ac benediceret nomini eius in perpetuum. 14 Moysi quoque hominis Dei filii annumerati sũt in tribu Leui. 15 Filii Moysi: Gersom & Eliezer. 16 Filii Gersom: Subuel primus. 17 Fuerunt autẽ filii Eliézer: Rohobia prim' & non erant Eliézer filii alii. porrò filii Rohobia multiplicati sunt nimis. 18 Filii Isaar: Salomith primus. 19 Filii Hebron: Ieriáu primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmaan quartus. 20 Filii Oziel: Micha primus, Iesia secundus. 21 Filii Merari: Moholi & Musi. filii Moholi: Eleázar, & Cis. 22 Mortuus est autẽ Eleázar, & nõ habuit filios, sed filias: acceperũntque eas filii Cis fratres earũ. 23 Filii Musi: Moholi & Eder & Ierimoth, tres. 24 Hi filii Leui in cognationib' & familiis suis, principes per vices, & numerum capitum singulorum qui faciebãt opera ministerii domus Domini à viginti annis, & suprà. 25 Dixit enim Dauid. Requiẽ dedit Dominus Deus Israel populo suo, & habitationem Ierusalem vsque in æternum. 26 Nec erit officii Leuitarum vt vltrà portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum. 27 Iuxta præcepta quoq; Dauid nouissima supputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & suprà. 28 Et erũt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in vestibulis & in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerii templi Domini'. 29 Sacerdotes autem, super panes propositionis, & ad similæ sacrificium, & ad lagana, & azyma, & sartagínem, & ad'torrendum' & super omne pondus atque mensuram. 30 Leuitæ verò vt steterit mane ad confitendum, & canendum Domino: simílitérque ad vesperam, 31 Tam in oblatione holocaustorum Domini, quàm

deportauerunt

Det quoque

in Sabbathis & Calendis & solennitatibus: reli
quis iuxta numerum & ceremonias vt iuicu
iusque rei iugiter coram Domino. ¶ 31 Et cu
stodiant obseruationes tabernaculi fœderis, &
ritum sanctuarii, & obseruationem filiorũ Aa
ron fratrum suorum, vt ministrent in domo
Domini.

CAP. XXIIII.

Affignat Dauid officia filiis Aaron.

PORRÓ filiis Aaron hæ partitiones erant. fi
lii Aaron: Nadab & Abiu & Eleazar & I
thamar. ¶ 2 Mortui sunt autem Nadab & A
biu ante patrem suum absque liberis: sacer do
tióque functus est Eleazar & Ithamar. ¶ 3 Et
diuisit eos Dauid, "id est" Sadoc de filiis Elea
zari, & Abimelech de filiis Ithamar secũdum
vices suas & ministerium. ¶ 4 Inuentique sunt
multo plures filii Eleazar in principibus vi
ris, quàm filii Ithamar. Diuisit autem eis, hoc
est filiis Eleazar principes per familias sedeci:
& filiis Ithamar per familias & domos suas o
cto. ¶ 5 Porrò diuisit vtraq; inter se "& familias sortibus: erant enim principes sanctuarii, & principes "domus" Dei tam de filiis Eleazar, quàm de filiis Ithamar. ¶ 6 Descripsitque eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites, corã rege & principibus, & Sadoc sacerdote, & Ahimelech filio Abiathar, principibus quoque familiarum sacerdotalium & Leuiticarum: vnã domum, quæ cæteris præerat, Eleazar & alteram domũ, quæ sub se habebat cæteros. Ithamar. ¶ 7 Exiuit autem sors prima Ioiarib, secũ da Iedei. ¶ 8 Tertia Harim, quarta Seorim. ¶ 9 Quinta Melchia, sexta Maiman, ¶ 10 Septima Accos, octaua Abia, ¶ 11 Nona Iesua, decima Sechenia, ¶ 12 Vndecima Eliasib, duodecima Iacim. ¶ 13 Tredecima Hoppha, decimaquarta Isbaab, ¶ 14 Decimaquinta Belga, decimasexta Emmer, ¶ 15 Decimaseptima Hezir, decimaocta ua Aphises, ¶ 16 Decimanona "Aphecia", vicesima Hezeciel, ¶ 17 Vicesima prima Iachin, vicesimasecunda Gamul, ¶ 18 Vicesimatertia Dalaiau, vicesimaquarta Haaziau. ¶ 19 Hæ vices eorũ secũdum ministeria sua, vt ingrediantur domũ Domini & iuxta ritũ sũ sub manu Aaron patris eorũ: sicut præceperat Dominus Deus Israel. ¶ 20 Porrò filiorũ Leui, qui reliqui fuerant, de filiis Amrã erat Subael & de filiis Subael, Iehedeia. ¶ 21 De filiis quoq; Rohobiæ princeps Iesias. ¶ 22 Isari verò filii "Salemoth: filiúsque Salemoth Iahath. ¶ 23 Filiúsque eius Ieriau primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmiam quart". ¶ 24 Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir. ¶ 25 Frater Micha, Iesiafiliúsque Ieiæ, Zacharias. ¶ 26 Filii Merari: Moholi & Musi. filius Oziau: Benno. ¶ 27 Filius quoque Merari: Oziau & Soam & Zachur & Hebri. ¶ 28 Porrò Moholi fili", Eleazar, qui nõ habebat liberos. ¶ 29 "Fili" verò Cis, Ierameel. ¶ 30 Filii Musi: Moboll, Eder & Ierimoth. Hi filii Leui secundũ domos familiarum suarum. ¶ 31 Miserũntq; & ipũ sortes cõtra fratres suos filios Aarõ corã Dauid rege, & Sadoc, & Ahimelec, & principibus familiarũ sacerdotalũ & Leuiticarũ, tã maiores quàm minores, omnes sors æqualiter diuidebat.

CAP. XXV.

Ordinãtur cãtores: eorúmq; vices & sortes.

IGitur Dauid & magistratus exercitus segregauerũt in ministerium filios Asaph & Heman & Idithun: qui prophetarẽt in citharis, & psalteriis, & cymbalis secundum numerum suum dedicatio sibi officio seruiẽtes. ¶ 2 De filiis Asaph: Zacchur & Ioseph & Nathania & Asarela: filii Asaph, sub manu Asaph "prophetãtes" iuxta regẽ. ¶ 3 Porrò Idithun: filii Idithũ, Godolias, Sori, Iesaias, & Hasabias, & Mathathias, sex, sub manu patris sui Idithun, qui in citharа prophetabat super confitentes & laudantes Dominum. ¶ 4 Heman quoque: filii Heman, Bocciau Mathaniau, Oziel Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, & Romanthi-ezer, & Iosbacasa, Mellothi. Othir, Mahazioth. ¶ 5 Omnes isti filii Hemã, "videntis dẽtes" regis in sermonib' Dei, vt exaltaret cornu: dedit que Deus Hemã filios quatuordecim, & filias tres. ¶ 6 Vniersi sub manu patris sui ad cãtandum in templo Domini distributi erãt in cymbalis, & psalteriis, & citharis, in ministeria domus "Domini" iuxta regem "Asaph "Dei videlicet & Idithun & Heman. ¶ 7 Fuit autem numerus eorum cum fratribus suis qui eruditi erãt canticũ Domini, cũcti doctores, ducẽti octoginta. ¶ 8 Miserũntq; sortes per vices suas, ex æquo tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus. ¶ 9 Egressaq; est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph. secũda Godoliæ, ipũ & filiis eius, & fratrib' eius duodecim. ¶ 10 Tertia Zachur, filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 11 Quarta Isari, filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 12 Quinta Nathaniæ, filiis & fratrib' eius duodeci. ¶ 13 Sexta Bocciau, filiis & fratrib' eius duodeci. ¶ 14 Septima Ireela. filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 15 Octaua Iesaiæ, filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 16 Nona Mathaniæ. filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 17 Decima Semeiæ, filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 18 Vndecima Azareel, filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 19 Duodecima Hasabiæ, filiis & fratribus eius duodeci. ¶ 20 Tertiadecima Subael, filiis & fratrib' eius duodecim. ¶ 21 Quartadecima Mathathiæ, filiis & fratrib' eius duodecim. ¶ 22 Quintadecima Ierimoth, filiis & fratribus eius duodeci. ¶ 23 Sextadecima Hananiæ, filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 24 Septimadecima Iesbacasse, filiis & fratrib' eius duodecim. ¶ 25 Octauadecima Hanani, filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 26 Nonadecima Mellothi, filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 27 Vicesima Eliatha, filiis & fratrib' eius duodecim. ¶ 28 Vicesimaprima Othir, filiis & fratribus eius duodecim. ¶ 29 Vicesimasecunda Geddelthi, filiis & fratribus ei' duodecim. ¶ 30 Vicesimatertia Mahazioth, filiis & fratrib' eius duodecim. ¶ 31 Vicesimaquarta Rememthi-ezer, filiis & fratribus eius duodecim.

CAP. XXVI.

Ordinantur ianitores templi. 20 Præfecti thesaurorum.

DIuisiones autẽ ianitorũ. de Coritis Meselemia, filius Core, de filiis Asaph. ¶ 2 Filii Meselemiæ: Zacharias primogenit', Iadiel secũdus, Zabadias tertius, Iathanael quart'. ¶ 3 Abdã quintus, Iohanã sextus, Elioenai septimus. ¶ 4 Filii autẽ Obed-edõ: Semeias primogenit', Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, ¶ 5 Ammiel sextus, Issachar septimus, Phollati octauus: quia benedixit illi "Dominus". ¶ 6 Semeiæ autẽ filio eius "Deus

nati fũt filii, præfecti familiatũ suarũ erant e-
ni viri fortissimi. ¶7 Filii ergo Semeiæ: Othni,
& Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius vi-
ri fortissimi: Eliu quoq;, & Samachias. ¶8 Om-
nes hi, de filiis Obed-edom: ipũ & filii, & fra-
tres eorũ fortissimi ad ministrandũ, sexaginta
duo de Obed edõ. ¶9 Porrõ Meselemiæ filii, &
fratres eorũ robustissimi. decẽ & octo. ¶10 De
Hosa autẽ, id est de filiis Merari: Sẽri princeps,
(non enim habuerat primogenitum, & idcirco
posuerat eum pater eius in principẽ) ¶11 Mel-
chias secũdus, Tabellas tertius, Zacharias quar-
tus: omnes hi filii, & fratres Hosa, tredeci. ¶12
Hi diuisi sunt in ianitores, vt seper principes cu-
stodiarum, sicut & fratres eorũ ministrarẽt in
domo Domini. ¶13 Misit fũt ergo sortes ex æ-
quo, & paruis & magnis per familias suas in
vnã quanque portam. ¶14 Cecidit ergo sors ori-
entalis, Selemiæ: porrõ Zachariæ filio eius, vi
ro prudentissimo & erudito, sortiti obtigit pla
ga Septentrionalis. ¶15 Obed-edõ verõ & filiis
eius, ad Austrũ in qua parte domus erat senio
rũ cõciliũ. ¶16 Sephim, & Hosa ad Occidẽtẽ,
iuxta portã quæ ducit ad viã ascẽsionis: custo
dia contra custodiã. ¶17 Ad Orientẽ verõ, Le-
uitæ sex & ad Aquilonẽ, quatuor per diem: at
que ad Meridiẽ similiter in die, quatuor: & vi
bi erat cõciliũ, bini & bini. ¶18 In cellulis quo-
que ianitorũ ad Occidentẽ quatuor in via: bi-
nique per cellulas. ¶19 Hæ sunt diuisiones ia-
nitorum filiorũ Core, & Merari. ¶20 Porrõ A-
chias erat super thesauros domus Dei, & vasa
sanctorũ. ¶21 Filii quoq; Ledã, filii Gersonni:
de Ledã principes familiarũ, Ledã & Gersõ-
ni Iehieli. ¶22 Filii Iehieli: Zatham, & Ioel fra
tres ei' super thesauros, dom' Domini. ¶23 Am-
ramitis, & Isaaritis, & Hebronitis & Oziheli-
tis. ¶24 Subael autem filius Gersom, filii Mo-
ysi, præpositus thesauris. ¶25 Frater quoque
eius Eliezer, cuius filius Rahabia, & huius fili-
us Esaias, & huius filius Ioram, huius quoque
filius Zechri, & huius filius Selemith. ¶26 Ipse
Selemith, & fratres eius super thesauros san-
ctorum, quæ sanctificauit Dauid rex, & prin-
cipes familiarum, & tribuni, & centuriones, &
duces exercit'. ¶27 De bellis, & manubiis præ-
liorum, quæ consecrauerant ad instaurationẽ
& supellectilem templi Domini. ¶28 Hæc au-
tem vniuersa sanctificauit Samuel vidẽs, & Sa-
ul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius
Saruiæ: omnẽ quæ sanctificauerant ea per ma
num Selemith, & fratrum eius. ¶29 Isaaritis ve
rõ præerat Chonenias, & filiis eius ad opera
foris secus super Israel ad docendum & iudi-
candum eos. ¶30 Porrõ de Hebronitis Hasabi-
as, & fratres eius viri fortissimi, mille septin-
genti præerant Israeli trans Iordanem contra
Occidẽtem, in cunctis operibus Domini, & in
ministerium regis. ¶31 Hebronitarum autem
princeps fuit Ieria secundũ familias & cogna-
tiones eorum. quadragesimo anno regni Da-
uid recensiti sunt: & inuenti sunt viri fortissi-
mi in Iazer Galaad. ¶32 Fratrẽs quoque eius robu-
stioris ætatis, duo millia septingenti principes
familiarum: præposuit autem eos Dauid rex
Rubenitis & Gaditis, & dimidiæ tribui Manas-
se, in omne ministerium Dei & regis.

¶De diuisione populi in duodecim turmas,
& præfectis earum. 15 Præfecti substantiæ Da-
uidis & officiatii.

Filii autem Israel secundum numerũ suum,
principes familiarum, tribuni & centurio-
nes, & præfecti qui ministrabãt regi iuxta tur-
mas suas, ingredientes & egredientes per sin-
gulos menses. in anno: vig. utiquatuor millia
bus singuli præerant. ¶2 Primæ turmæ in pri-
mo mense Iesboam præerat filius Zabdiel: &
sub eo viginti quatuor millia. ¶3 De filiis Pha
res, princeps cunctorum principum in exer-
citu' mense primo. ¶4 Secundi mensis habebat
turmã Dudia Ahohites. & post se alter nomi-
ne Macelloth, qui regebat partem exercitus vi
ginti quatuor millium. ¶5 Dux quoq; turmæ
tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Io-
iadæ sacerdos: & in diuisione sua viginti qua
tuor millia. ¶6 Ipse est Banaias fortissimus in-
ter triginta, & super triginta. præerat autem
turmæ ipsius Amizabad filius eius. ¶7 Quar-
tus, mense quarto, Asahel frater Ioab, & Zeba
dias filius eius post eum: & in turma eius vigi
ti quatuor millia. ¶8 Quintus, mense quinto,
princeps Samaoth Iezerites: & in turma ei' vi-
ginti quatuor millia. ¶9 Sextus, mẽse sexto, Ira
filii' Acces Thecuites: & in turma eius vigin
ti quatuor millia. ¶10 Septimus, mẽse septimo,
Helles Phallonites de filiis Ephraim: & in tur-
ma eius viginti quatuor millia. ¶11 Octauus mẽ-
se octauo, Sobochai Husathites de stirpe Zara-
thi: & in turma eius viginti quatuor millia.
¶12 Nonus, mense nono, Abiezer Anathothi-
tes de filiis Iemini: & in turma eius viginti qua
tuor millia. ¶13 Decimus, mense decimo, Ma-
rai, & ipse Netophathites de stirpe Zarahi: &
in turma eius viginti quatuor millia. ¶14 Unde
cim', mẽse undecimo, Banaias Pharathonites
de filiis Ephraim: & in turma eius viginti qua-
tuor millia. ¶15 Duodecim', mẽse duodecimo,
Holdai Netophathites de stirpe Gothoniel: &
in turma eius viginti quatuor millia. ¶16 Porrõ
tribubus præerant in Israel, Rubenitis, dux
Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias
filius Maacha. ¶17 Leuitis, Hasabias filius Cã-
muel: Aaronitis, Sadoc. ¶18 Iuda, Eliu frater Da
uid: Issachar, Amri filius Michael. ¶19 Zabulo-
nitis, Ieſmaias filius Abdiæ: Nephthalitib', Ie-
rimoth filius Oziel. ¶20 Filiis Ephraim, Oseę
filius Ozaziu: dimidiæ tribui Manasse, Ioel fi-
lius Phadaiæ. ¶21 Et dimidiæ tribui Manasse
in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Beniamin au-
tem, Iasiel filius Abner. ¶22 Dan verõ, Ezriel
filii' Ierohã. hi principes filiorũ Israel. ¶23 No
luit autẽ Dauid numerare eos à viginti annis
inferius: quia dixerat Dominus vt multiplica-
ret Israel quasi stellas cæli. ¶24 Ioab filius Sar
uiæ cœperat numerare, sed nec cõpleuit: quia su-
per hoc ira Dei' irruerat in Israel: & idcirco
numerus eorũ qui fuerãt recẽsiti, nõ est relat'
in fastos regis Dauid. ¶25 Super thesauros au-
tem regis fuit Azmoth filius Adiel. his autem
thesauris qui erant in vrbibus, & in vicis, & in
turribus præẽdebat Ionathan filius Oziæ.
¶26 Operi autem rustico. & agricolis qui exer
cebant terram, præerat Ezri filius Chelub.
¶27 Vinearũmque cultoribus, Semeias Roma-

thites: cellis autem vinarijs, Zabdias Aphonites. ¶18 Nã super oliueta & ficeta, quæ erant in campestribus, Balanan Gederites: super apothecas autem olei, Ioas. ¶19 Porrò armenta quæ pascebantur in Saron præpositus fuit Setrái Saronites: & super boues in vallibus, Saphat filius Adli. ¶20 Super camelos verò, vbil Ismahelites: & super asinos, Iadias Meronathites. ¶21 Super oues quoque Iaziz Agarenus. omnes hi, principes substantiæ regis Dauid.

¶22 Ionathã autẽ patruus Dauid, cõsiliarius, vir prudẽs & literatus ipse & Iahiel filius Hachamoni erant cum filijs regis. ¶23 Achitophel etiã cõsiliarius regis, & Chusai Arachites amicꝰ regis. ¶24 Post Achitophel fuit Ioiada filius Banaiæ, & Abiathar princeps autẽ exercitus regis erat Ioab.

## CAP. XXVIII.

1 Dauid hortatur populum & Salomonem ad ædificationem templi. 11 Describitio templi & omnia necessaria.

A Conuocauit igitur Dauid omnes principes Israel, duces tribuum, & præpositos turmarum, qui ministrabant regi: tribunos quoque & centuriones, & qui præerant substãtiæ, & possessionibus regis: filiosque suos cũ eunuchis, & potẽtes, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem. ¶2 Quumque surrexisset rex, & stetisset, ait, Audite me fratres mei, & populus meꝰ: Cogitaui vt ædificarẽ domum in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellũ pedum Domini Dei nostri & ad ædificandũ, omnia præparaui. ¶3 Deus autem dixit mihi, B 12. Nõ ædificabis domum nomini meo, eo quòd sis vir bellator, & sanguinem fuderis. ¶4 Sed elegit Dominus Deus Israel me de vniuersa domo patris mei, vt essẽ rex super Israel in sempiternum. De Iuda enim elegit principes: porrò de domo Iuda, domum patris mei: & de filijs patris mei, placuit ei vt me eligeret regem super cunctum Israel. ¶5 Sed & de filijs meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonẽ filium meum, vt sederet in throno regni Domini super Israel, ¶6 Dixitq; mihi, Salomõ filius tuus ædificabit domum meã, & atria mea: ipsum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem. ¶7 Et firmabo regnũ eius vsque in æternũ, si perseuerauerit facere C præcepta mea & iudicia, sicut & hodie. ¶8 Nũc ergo coram vniuerso cœtu Israel audiẽte Deo nostro, custodite & perquirite cuncta mandata Domini Dei nostri: vt possideatis Terram bonã, & relinquatis eam filijs vestris post vos vsque in sempiternum. ¶9 Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & ferui ei corde perfecto, & animo voluntario. Omnia enim corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eum, proiiciet te in æternum. ¶10 Nunc ergo quia elegit te Dominus vt ædificares domũ sanctuarij, confortare & perfice. ¶11 Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionẽ porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis.

¶12 Necnon & omnium quæ cogitauerat atriorum & exedrarum per circuitum in thesauros domus Domini, & in thesauros sanctorũ: ¶13 Diuisiõumque sacerdotalium & Leuiticarum, in omnia opera domus Domini, & in vniuersa vasa ministerii tẽpli Domini. ¶14 Aurum in põdere per singula vasa ministerii: argenti quoque pondus pro vasorũ & operũ diuersitate. ¶15 Sed & in candelabra aurea, & ad lucernas eorum, aurum pro mensura vniuscuiusque cãdelabri & lucernarum: similiter & in candelabra argentea, & in lucernas eorũ, pro diuersitate mensuræ, pondus argenti tradidit. ¶16 Aurum quoque dedit in mensas propositionis pro diuersitate mensarũ: similiter & argentum in alias mensas argenteas. ¶17 Ad fuscinulas quoq; & phialas, & thuribula ex auro purissimo, & leunculos aureos pro qualitate mensuræ põdus distribuit, in leunculum & leunculũ: similiter & in leones argenteos diuersum argenti pondus separauit. ¶18 Altari autem in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit: & vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ cherubim extendentium alas, & velantium arcã fœderis Domini. ¶19 Omnia (inquit) venerũt scripta manu Domini ad me, vt intelligerẽ vniuersa opera exemplaris. ¶20 Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo, Viriliter age, & cõfortare, & facite timeas, & ne paueas. Dominꝰ enim Deus meus tecũ erit, & nõ dimittet te, nec derelinquet donec perficias omne opus ministerii domus Domini. ¶21 Ecce diuisiones sacerdotum & Leuitarum, in omne ministerium domus Domini assistunt tibi, & parati sunt, & nouerũt tam principes quãm populus omnia præcepta tua.

## CAP. XXIX.

1 Oblationes Dauidis & principum eius in ædificationem templi. 10 Dauidis gratiarum actio. 28 Mortuo Dauid succedit Salomon.

A Occultúsque est Dauid rex ad omnẽ ecclesiam, Salomonem filium meum vnum elegit Dominus adhuc puerum & tenellũ: opus B enim grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed Deo. ¶2 Ego enim totis viribus meis præparaui impensas domus Domini Dei mei. Aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: & lapides onychinos, & quasi stibinos, & diuersorum colorum, omnemque pretiosum lapidem, & marmor parium abundantissime. ¶3 Et super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum & argentum do in templum Dei mei, exceptis his quæ præparaui in ædem sanctã. ¶4 Tria millia talenta auri de auro Ophir, & septem millia talentorum argenti probatissimi ad deaurandos parietes templi. ¶5 Et vbicunque opus est aurum, de auro, & vbicunque opus est argentum, de argento, opera fiant per manus artificum: & iquis sponte offert, impleat manũ suã hodie, & offerat quod voluerit Domino. ¶6 Polliciti sunt itaque principes familiarũ, & proceres tribuum Israel, tribuni quoque & centuriones, & principes principum possessionum regis. ¶7 Dederũtque in opera domus Domini auri talenta quinque millia, & solidos decẽ millia: argenti talẽta decem millia, & æris talenta decem & octo millia: ferri quoque centum millia talentorum. ¶8 Et apud quencunque inuenti sunt lapides, dederunt in thesauros domus Domini, per manum Iahiel Gersõ.

*ad opera

*Dei

*facere

*Deus

*Domine.

*autem

*Vt

*Dei

nitis. ¶9 Lætatúſque eſt populus quum vota
ſua *ſponte promitterent: quia corde toto offerebant ea Domino: ſed & Dauid rex lætatus eſt gaudio magno. ¶10 Et benedixit Domino corã vniuerſa multitudine: & ait, Benedictus es Domine Deus Iſrael patris noſtri ab æterno in æternum. ¶11 Tua eſt Domine magnificẽtia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus: cuncta enim quæ in cælo ſunt, & in terra, tua ſunt, tuũ Domine regnum, & tu es ſuper omnes principes. ¶12 Tuæ diuitiæ, & tua eſt gloria: tu dominaris omniũ: in manu tua virt' & potẽtia, in manu tua magnitudo & imperiũ o
b mnĩũ. ¶13 Nunc igitur Deus noſter cõfitemur tibi, & laudamus nomẽ tuũ ſuclyrũ. ¶14 Quis ego, & quis populus meus, vt poſſimus hæc tibi vniuerſa promitteret tua ſũt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. ¶15 Peregrini enim ſumus coram te & aduenæ, ſicut
apiem.2.8.5. omnes patres noſtri. ſDies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora. ¶16 Domine Deus noſter, omnis hæc copia quã parauimus vt ædificaretur domus nomini ſancto tuo, de manu tua eſt, & tua ſunt omnia. ¶17 Scio Deus meus quòd probes corda, & ſimplicitatẽ diligas, vnde & ego in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc: & populum tuũ qui hìc repertus eſt, vidi cum ingenti gaudio tibi
g offerre donaria. ¶18 Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael patrum noſtrorum, cuſtodi in æternum hanc voluntatẽ cordis eorum, & ſemper in veneratiõnẽ tui mẽs iſta permaneat. ¶19 Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, vt cuſtodiat mandata tua, teſtimonia tua, & ceremonias tuas, & faciat vniuerſa: & ædificet ædẽ, culus impẽſas paraui. ¶20 Præcepit autem Dauid vniuerſæ eccleſiæ, Benedicite Domino Deo noſtro. Et benedixit omnis
vestro. eccleſia Domino Deo patrum ſuorum: & incli
Dominum. nauerunt ſe, & adorauerunt Deum, & deinde regem. ¶21 Immolauerũntque victimas Domino: & obtulerunt holocauſta die ſequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus ſuis, & vniuerſo ritu abundantiſſime in omnẽ Iſrael. ¶22 Et comederunt, & biberũt,
f coram Domino in die illo cum grandi lætitia. & vnxerunt ſecundò Salomonem filium Da-
3.Reg.1.c.11. uid. ſVnxerunt autem eum Domino in principem, & Sadoc in pontificem. ¶23 Sedítque Salomõ ſuper ſolium Domini in regem pro Dauid patre ſuo, & cunctis placuit: & paruit illi omnis Iſrael. ¶24 Sed & vniuerſi principes & potentes, & cuncti filii regis Dauid dederũt manũ, & ſubiecti fuerũt Salomoni regi. ¶25 Magnificauit ergo Dominus Salomonem ſuper omnem Iſrael: & dedit illi gloriam regni, qua-
2.Reg.7.c.12. lem nullus habuit ante eum rex Iſrael. ¶26 Igitur Dauid filius Iſai regnauit ſuper vniuerſum Iſrael. ¶27 Et dies quibus regnauit ſuper Iſrael, fuerunt quadraginta annì: in Hebrõ regnauit ſeptem annis, & in Ieruſalẽ annis triginta tribus. ¶28 Et mortu' eſt in ſenectute bona, plenus dierũ, & diuitiis, & gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo. ¶29 Geſta autẽ Dauid regis priora & nouiſſima ſcripta ſunt in libro Samuelis videntis, & in libro Nathan prophetæ, atque in volumine Gad videntis: ¶30 Vniuerſique regni eius & fortitudinis, & temporum quæ tranſierunt ſub eo, ſiue in Iſrael, ſiue in cunctis regnis terrarum.

# Secundus liber Paralipomenon: Hebraice, Dibre haiamim.

## CAP. I.

1 Oblatio Salomonis in Gabaõ. 7 Salomõ hortatu Dei petit ab ipſo ſapientiam. 13 Numerus curruum & equitum eius.

A Confortatus eſt ergo Salomon filiꝰ Dauid in regno ſuo, & Dominus *erat cum eo, & magnificauit eum in excelſum. ¶2 Præcepitque Salomon vniuerſo Iſraeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Iſrael, & principibus familiarum: ¶3 Et abiit cum vniuerſa multitudine in excelſum Gabaon, vbi erat tabernaculum fœderis* Domini, quod fecit Moyſes famulus' Dei, in ſolitudine. ¶4 Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariath-iarim in loçum quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum, hoc eſt in Ieruſalem.
¶5 Altare quoque æneũ, ſquod fabricatus fuerat Beſeleel filius Vri filii Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod & requiſiuit Salomõ, & omnis eccleſia. ¶6 Aſcenditq; Salomõ ad altare æneum, coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hoſtias. ¶7 Ecce autem in ipſa nocte apparuit ei Deus, dicens, Poſtula quod vis, vt dem tibi. ¶8 Dixitque Salomon Deo, Tu feciſti cum Dauid patre meo miſericordiam magnam: & conſtituiſti me regem pro eo. ¶9 Nunc ergo Domine Deus impleatur ſermo tuus, quem pollicitus es Dauid patri meo: ſtu enim me feciſti regẽ ſuper populum tuum multum, qui tam innumerabilis eſt quàm puluis terræ. ¶10 Da mihi ſapientiã & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo: quis enim poteſt hunc populum tuum dignè, qui tam grandi ſit, iudicare? ¶11 Dixit autem Deus ad Salomonẽ, Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non poſtulaſti diuitias, & ſubſtantiam, & gloriã, neque animas eorum qui te oderant, ſed nec dies vitæ plurimos: petiſti autem ſapientiam & ſcientiam, vt iudicare poſſis populũ meum, ſuper quem cõſtitui te regem, ¶12 Sapientia & ſcientia data ſunt tibi: diuitias autem, & ſubſtantiam, & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in regibus nec antè te, nec poſt te fuerit ſimilis tui. ¶13 Venit ergo Salomon ab excelſo Gabaon in Ieruſalem coram tabernaculo fœderis, & regnauit ſuper Iſrael. ¶14 Congregauitque ſibi currus & equites, & facti ſunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitũ: & fecit eos eſſe in vrbibus quadrigarum, & cum rege in Ieruſalẽ. ¶15 Præbuitque rex argentum & aurum in Ieruſalem quaſi lapides, & cedros quaſi ſycomoros, quæ naſcuntur in campeſtribus multitudine magna. ¶16 Adducebantur autem ei equi de Aegypto, *de Goa à negotiatoribus regis,

qui ibant,& cæbant pretio. ¶17 Quadrigam equorum sexcentis argenteis, & equum centũ quinquaginta: similiter de vniuersis regnis Cethæorum, & à regibus Syriæ emptio celebrabatur. CAP. II.

1 Artifices Salomonis. 3 Mittit ad Hiram pro lignis. 17 Numerus artificum.

DEcreuit autem Salomon ædificare domũ nomini Domini, & palatiũ sibi. ¶2 Et numerauit septuaginta millia virorum portantium humeris, & octoginta millia qui cæderẽt lapides in montibus, præpositõsque eorũ tria millia sexcẽtos. ¶3 Misit quoque ad Hiram regem Tyri, dicens, Sicut egisti cum Dauid patre meo, & misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domum in qua & habitauit: ¶4 Sic fac mecum vt ædificem domum nomini Domini Dei mei, vt confecrem eam ad adolendum incensum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam, & ad holocaustomata mane & vespere, sabbathis quoque, & neomenisis, & solennitatibus Domini Dei nostri in sempiternum, quæ mandata sunt Israeli. ¶5 Domus enim quam ædificare cupio, magna est: magnus est enim Deus noster super omnes deos. ¶6 Quis ergo poterit prævalere, vt ædificet ei dignã domum? & cælum, & cæli cælorũ capere eũ nequeũt: quantus ego sum, vt possim ædificare ei domũ? sed ad hoc tantum, vt adoletur incensum coram illo. ¶7 Mitte ergo mihi virum eruditũ, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & q sciat sculpere cælaturas cũ his artificib' quos mecũ habeo in Iudæa & Ierusalẽ, quos præparauit David pater meus. ¶8 Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arcuthina, & pinea de Libano: scio enim quòd serui tui nouerint cædere ligna de Libano, & erunt serui mei cum seruis tuis, ¶9 Vt parẽtur mihi ligna plurima. dom' enim quam cupio ædificare, magna est nimis & inclyta. ¶10 Præterea operariis qui cæsuri sũt ligna, seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & ordei coros totidem, & olei quoque sata viginti millia. ¶11 Dixit autem Hiram rex Tyri per literas, quas miserat Salomoni, Quia dilexit Dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eũ. ¶12 Et addidit, dicens, Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cælum & terram, qui dedit Dauid regi filiũ sapientẽ & eruditũ & sensatum atque prudentẽ, vt ædificaret domũ Domino, & palatium sibi. ¶13 Misi ergo tibi virum prudentẽ & sciẽtissimum Hirã patrem meum, ¶14 Filium mulieris de filiabus Dan: cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoq; & hyacintho, & byssо & coccino: & qui sciat cælare omnem sculpturam, & adinuenire prudẽter quodcunque in opere necessarium est cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei Dauid patris tui. ¶15 Triticum ergo & hordeum, & oleum, & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte seruis tuis. ¶16 Nos autem cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppen: tum autem erit trãferre ea in Ierusalem. ¶17 Numerauit igitur Salomon omnes viros proselytos qui erant in terra Israel, post dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius: & inuẽti sunt centum quinquaginta tria millia, & sexcenti. ¶18 Fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus cæderẽt: tria autem millia, & sexcentos præpositos operum populi. CAP. III.

1 Templum ædificatur.

ET cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ierusalem, in Mõte-moria, qui demonstratus fuerat Dauid patri eius, in loco quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæi. ¶2 Cœpit autem ædificare mense secundo, anno quarto regni sui. ¶3 Et hæc sunt fundamenta quæ iecit Salomon, vt ædificaret domũ Dei, lõgitudinis cubitos in mẽsura prima sexaginta, latitudinis cubitos viginti. ¶4 Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longũ iuxta mensuram latitudinis domus, cubitorum viginti: porrò altitudo centum viginti cubitorum erat: & deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo. ¶5 Domum quoque maiorẽ texit tabulis ligneis, ablegnis, & laminas auri chrizi affixit per totum: sculpsitque in ea palmas, & quasi catenulas: se inuicem complectentes. ¶6 Strauit quoque pauimentum templi pretiosissimo marmore, decore multo. ¶7 Porrò aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia: & cælauit cherubim in parietibus. ¶8 Fecit quoque domum Sanctisanctorum: longitudinem iuxta latitudinem domus, cubitorum viginti: & latitudinem similiter viginti cubitorum: & laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis. ¶9 Sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli claui ficlos quinque genos appenderẽt: cœnacula quoque texit auro. ¶10 Fecit etiam in domo Sanctisanctorum cherubim duos, opere statuario: & texit eos auro. ¶11 Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinq;, & tãgeret parietem domus: & altera quinque cubitos habens, alam tãgeret alterius cherub. ¶12 Similiter cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala eius altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat. ¶13 Igitur alæ vtriusque cherubim expãsæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem domum. ¶14 Fecit quoque velum ex hyacintho, purpura, cocco, & byssо: & intexuit eis cherubim. ¶15 Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinque cubitos habebãt altitudinis: porrò capita earum, quinque cubitorũ. ¶16 Necnõ & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit. ¶17 Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi, vnam à dextris, & alteram à sinistris: eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin: & quæ ad lævã, vocauit Booz.

CAP. IIII.

1 Fabricatio altaris holocausti. 2 Maris, 4 Boum, 6 Cõcharum, 8 Mensarum, & phialarum, 7 Atrii,

A 3. Reg. 6. 2.

2. Reg. 24. c.

1. para. 21. c.

B

C

D Matt. 27. f.

Iere. 51. c. 2.

A 3.Reg.7.c.d.e

Fecit quoque altare æneum viginti cubitorum longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis. ¶2 Mare etiam æneum' fusile decem cubitis à labio vsque ad labium, rotundum per circuitum: quinque cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambitebat gyrum eius. ¶3 Similitudo quoque boum erat subter illud: & decem cubitis quædam extrinsecus circumdatur, quasi duobus verſibus 'labium' maris circuibant. Boues autem erant fusiles. ¶4 Et ipsum mare super duodecim boues impositum erat, quorum tres respiciebant ad Aquilonem, & alii tres ad Occidentem: porrò tres alii Meridiem, & tres qui reliqui erant, Orientem, habentes mare super positum: posteriora autem boum erant intrinseca sub mari. ¶5 Porrò vastitas eius habebat mẽſuram palmi, & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilii: capiebatque tria millia metretas. ¶6 Fecit quoque conchas decẽ: & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, vt lauarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant: porrò in mari sacerdotes lauabantur. ¶7 Fecit autem & candelabra aurea decem, secundum speciem qua' iusserat' fieri: & posuit ea in templo, quinq; à dextris, & quinq; à sinistris. ¶8 Necnon & mensas decem: & posuit eas in templo: quinque à dextris, & quinque à sinistris: phialas quoque aureas centum. ¶9 Fecit etiam atrium sacerdotum, & basilicam grãdem: & ostia in basilica, quæ texit ære. ¶10 Porrò mare posuit in latere dextro contra Orientẽ ad Meridiem. ¶11 Fecit autem Hiram labetes, & creagras, & phialas: & complenit omne opus regis in domo Dei: ¶12 Hoc est, columnas duas: & epistylia, & capita, & quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia, ¶13 Malogranata quoque quadringenta, & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorũ ſingulis retiaculis iungerentur, quæ protegerẽt epistylia, & capita columnarum. ¶14 Bases etiam fecit & conchas, quas ſuperposuit basibus.

¶15 Mare vnum, boues quoque duodecim sub mari. ¶16 Et labetes, & creagras, & phialas. Omnia vasa fecit Salomon Hiram pater eius in domo Domini ex ære mũdiſſimo. ¶17 In regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Socoth, & Saredatha. ¶18 Erat autẽ multitudo vasorũ innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris. ¶19 Fecitq; Salomõ omnia vasa domus Dei, & altare aureum: & mensas, & super eas panes propositionis. ¶20 Candelabra quoque cum lucernis suis, vt lucerẽt ante oraculũ iuxta ritũ, ex auro purissimo: ¶21 Et florẽtia quædam, & lucernas, & forcipes aureos. omnia de auro mũdiſſimo factasunt. ¶22 Thymiamateria quoque, & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro purissimo. & ostia cælauit templi interioris, id est in 'Sãcta sanctorũ:' & ostia templi forinsecus aurea. Sicque complerum est omne opus quod fecit Salomon 'in domo' Domini.

B

C

D

E

*afrum

*Thymiateria

*Sanctosanctorum

*in domum

CAP. V.

1 Salomon infert quæ dicauerat pater in templum, & arcam. 10 Quid in arca. 13 Gloria Domini templum replet.

A 3.Reg.7.c.51. 2.Par.5.a.1

Inuelit igitur Salomon omnia quæ vouerat Dauid pater suus, argentum & aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris domus Dei. ¶2 Post quæ congregauit maiores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filiis Israel, in Ierusalem: vt adducerent arcam fœderis Domini de Ciuitate Dauid, quæ est 'in' Sion. ¶3 Venerunt itaque ad regem omnes viri Israel in die ſolenni mensis ſeptimi. ¶4 Quúmque venissent cunctí seniorum Israel, portauerũt Leuitæ arcã, ¶5 Et intulerũt eam, & omnem paraturã tabernaculi. Porrò vasa sanctuarii, quæ erant in taberna culo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis.

B

¶6 Rex autẽ Salomõ, & vniuersus cœtus Israel, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes & oues absque vllo numero: tanta enim erat multitudo victimarum.

¶7 Et intulerunt sacerdotes arcã fœderis Domini in locum suum, id est ad oraculum templi, in Sanctasanctorum subter alas cherubim: ¶8 Ita vt cherubim expanderent alas suas super locũ in quo posita erat arca, & ipsa arcã tegerent cum vectibus suis. ¶9 Vectium autem quibus portabatur arca, quia paululum lõgiores erant, capita parebant ante oraculum: ſi verò quis paululum fuiſſet extrinsecus, eos videre non poterat. Fuit itaque arca ibi vsque in præsẽtem diẽ. ¶10 Nihil quæ erat aliud in arca nisi duæ tabulæ lapideæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legem dedit Dominus filiis Israel egredientibus ex AEgypto. ¶11 Egressis autem sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt: nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorũ ordo inter eos diuisus erat.) ¶12 Tã Leuitæ quim cãtores, id est & qui sub Asaph erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithun, filii, & fratres eorum vestiti byſſinis, cymbalis, & psalteriis, & citharis cõ crepabãt, ſtantes ad Orientalem plagam altaris, & cum eis 'cantores' centum viginti canentes tubis. ¶13 Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuersi generis musico rum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, lõge sonitus audiebatur: ita vt quum Dominum laudare cœpiſſent, & dicere, Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius: impleretur domus Domini, ¶14 Ne possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginẽ. cõpleuerat enim gloria Domini domum Dei.

C

D

E

*cantores

CAP. VI.

1 Salomon benedicit congregationi. 4 Gratias agit ob impletas promiſſiones Dauidi factas.

Vnc Salomon ait, Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine: ¶2 Ego autẽ ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuum. ¶3 Et conuertit rex faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel (nam omnis turba stabat intenta) ¶4 Et ait, Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere cõpleuit, dicens, ¶5 A die qua eduxi populum meum de Terra AEgypti, non elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quemquam alium virum, vt esset dux in populo meo Israel: ¶6 Sed elegi Ierusalem vt sit nomen meũ in ea, & elegi Dauid, vt cõstitueret eum super populum meum Israel. ¶7 Quúmque fuiſſet voluntatis Dauid patris

A

1.Reg.8.a.17 & 2.Par.6.a.1

mei, vt ædificaret domũ nomini Domini Dei Israel. ¶2 Dixit Dominus ad eum, Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, bene quidem feci sti huiuscemodi habere voluntatẽ: ¶3 Sed non tu ædificabis mihi domũ, verumtamen filius tuus qui egredietur de lumbis tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. ¶4 Complevit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat: & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domũ nomini Domini Dei Israel. ¶5 Et posui in ea aream, in qua est pactum Domini quod pepigit cũ filiis Israel. ¶6 Stetit ergo corã altari Domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extẽdit manꝰ suas. ¶7 (Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentẽ quinq; cubitos lõgitudinis, & quinq; latitudinis, & tres cubitos altitudinis: ) stetit q; super eã: & deinceps flexis genibus contra vniuersam multitudinẽ Israel, & palmis in cælũ leuatis, ¶8 Ait, Domine Deus Israel, non est similis tui Deus in cælo & in terra: qui custodis pactum & misericordiam cum seruis tuis qui ambulant corã te in toto corde suo. ¶9 Qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quæcunque locutus fueras ei: & quæ ore promiseras, opere cõpleſti, sicut & præsens tẽpus probat. ¶10 Nunc ergo Domine Deus Israel, imple seruo tuo patri meo Dauid quæcunque locutus es, dicens, Nõ deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filii tui vias meas, & ambulauerit in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me. ¶11 Et nũc Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus quem locutus es seruo tuo Dauid: ¶12 Ergõne credibile est vt habitet Deus cum hominibus super terram? Si cælum & cæli cælorum non te capiunt: quanto magis domus ista quam ædificaui? ¶13 Sed ad hoc tantũm facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius Domine Deus meꝰ: & audias preces quas *fudit famulus tuus corã te: ¶14 Vt aperias oculos tuos super domũ istam diebus ac noctibus, super locum in quo pollicitus es vt innocetur nomen tuũ: ¶15 Et exaudires orationem quam seruus tuus orat in eo, & exaudias preces famuli tui, & populi tui Israel, Quicunq; orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est de cælis, & propitiare. ¶16 Si peccauerit quispiam in proximum suum, & iurare cõtra eum paratus venerit, seque maledicto cõstrinxerit coram altari in domo ista: ¶17 Tu audies de cælo, & facies iudicium seruorum tuorum, ita vt reddas iniquo viam suam in caput proprium, & vlciscaris iustum, retribuens ei secũdum iustitiam suam. ¶18 Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis: peccabũt enim tibi) & conuerũ egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint precati in loco isto, ¶19 Tu exaudies de cælo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in terram quam dedisti eis, & patribus eorum. ¶20 Si clauso cælo pluuia non fuxerit propter peccata populi tui, & deprecati fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis: quũ eos afflixeris, ¶21 Exaudi de cælo Domine, & dimitte peccata seruis tuis & populi tui Israel, & doce eos viã bonã per quam ingrediantur, & da pluuiã terræ quã dedisti populo tuo ad possidendũ. ¶22 Fames si orta fuerit in terra, & pestilẽtia, ærugo & aurugo, & locusta, & bruchꝰ: & hostes vastatis regionibus portas obsederint ciuitatis, omnisq; plaga, & infirmitas præsserit: ¶23 Siquis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagã, & infirmitatẽ suam, & expãderit manus suas in domo hac: ¶24 Tu exaudies de cælo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuique secũdum vias suas quas nosti eũ habere in corde suo: (tu enim solus nosti corda filiorũ hominũ.) ¶25 Vt timeãt te, & ambulẽt in viis tuis cũctis diebus, quib' viuunt super faciẽ terræ quã dedisti patribus nostris. ¶26 Etenim quoque qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua propter nomen tuum magnũ, & propter manũ tuam robustã, & brachium tuũ extẽtũ, & adorauerit in loco isto: ¶27 Tu exaudies de cælo, firmissimo habitaculo tuo, & faciesq; cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: vt sciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te sicut populus tuus Israel, & cognoscant quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quam ædificaui nomini tuo'. ¶28 Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam in qua ciuitas hæc est quã elegisti, & domus quam ædificaui nomini tuo: ¶29 Vt exaudias de cælo præces corũ, & obsecrationẽ, & vlciscaris: ¶30 Si autem peccauerint tibi (neque enim est homo qui non peccet) & iratus fueris eis, & tradideris hostib', & captiuos duxerint eos in terram lõginquam, vel certe quæ iuxta est: ¶31 Et cõuersi in corde suo in terra ad quã captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suæ, dicẽtes, Peccauimus, iniquè fecimus, inlustè egimꝰ: ¶32 Et reuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, in terra captiuitatis suæ ad quã ducti sunt, adorabunt te cõtra viam terræ suæ quam dedisti patribus eorum, & vrbis quam elegisti, & domus quam ædificaui nomini tuo: ¶33 Vt exaudias de cælo, hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum, & facias iudicium, & dimittas populo tuo quanuis peccatori. ¶34 Tu es enim Deus meus: aperiantur quæso oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem quæ fit in loco isto. ¶35 Nunc igitur cõsurge Domine Deus in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ: sacerdotes tui Domine Deus induantur salutem, & sancti tui lætẽtur in bonis. ¶36 Domine Deus meus, ne auerseris' faciem christi tui: memento misericordiarum Dauid serui tui.

CAP. VII.

1 Ignis deuorat sacrificium in dedicatione. 12 Exauditur à Deo Salomon.

QVũq; cõplesset Salomon fundens preces, ignis descẽdit de cælo, & deuorauit holocausta & victimas: & maiestas Domini implerat domum. ¶2 Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eo quòd implesset maiestas Domini templũ Domini. ¶3 Sed & omnes filii Israel videbant descendentem i-

*Tu exaudies
3. Reg. 8. c. 46
eccles 7. c. 21
1. Iohan. 1. d. 8
*Tu exaudies
Psal. 131. b. 8
*auertas
2. Mac. 2. c. 8

guem, & gloriam Domini super domum: & corruentes pront in terram super pauimentū stratum lapide, adorauerunt: & laudauerunt Dominum, Quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. ¶4 Rex autem, & omnis populus immolabant victimas coram Domino. ¶5 Mactauit igitur rex Salomon hostias, boum viginti duo millia, arietum centū viginti millia: & dedicauit domum Dei rex & vniuersus populus. ¶6 Sacerdotes autē stabant in officiis suis. & Leuitæ in organis carminū Domini, quæ fecit Dauid rex ad laudandum Dominum, Quoniam in æternū misericordia eius, hymnos Dauid canentes per manus suas: porrō sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctūsque Israel stabat. ¶7 Sanctificauit quoque Salomon medium atrii ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocausta & adipes pacificorum: quia altare æneū quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipes pacificorum. ¶8 Fecit ergo Salomon solennitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo, ecclesia magna valde, ab introitu Emath vsque ad Torrētem-Aegypti. ¶9 Fecitque die octauo collectam, eo quōd dedicasset altare septem diebus, & solenniratem celebrasset diebus septem. ¶10 Igitur in die vicesimotertio mensis septimi, dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes atque gaudentes super bono quod fecerat Dominus Dauidi, & Salomoni, & Israeli populo suo. ¶11 Complenitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo vt faceret in domo Domini, & in domo sua, & prosperatus est. ¶12 Apparuit autem ei Dominus nocte, & ait. Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificii. ¶13 Si clausero cælum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populū meum: ¶14 Conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meā, & egerit pœnitentiam à viis suis pessimis: & ego exaudiam de cælo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. ¶15 Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit. ¶16 Elegi enim, & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meū ibi in sempiternum, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. ¶17 Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iustitias meas, in dieiāque seruaueris: ¶18 Suscitabo thronū regni tui, sicut polliciti sum Dauid patri tuo, dicens, Nō auferetur de stirpe tua vir, qui non sit princeps in Israel. ¶19 Si autem auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea quæ proposui vobis, & abeūtes seruieritis diis alienis, & adoraueritis eos: ¶20 Euellā vos de terra mea quam dedi vobis: & domū hanc quam sanctificaui nomini meo, proiiciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplū cunctis populis. ¶21 Et domus ista erit in prouerbium vniuersis transeuntibus: & dicent stupentes, Quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic? ¶22 Respōdebūtque, Quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorū, qui eduxit eos de Terra Aegypti, & apprehēderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt: idcirco venerunt super eos vniuersa hæc mala.

CAP. VIII.

1 Ciuitates ædificat Salomon. 7 Populi ciuitatum. 11 Mittit Salomon in Ophir.

Expletis autem viginti annis post quam ædificauit Salomon domum Domini & domum suam: ¶2 Ciuitates quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit, & habitare ibi fecit filios Israel. ¶3 Abiit quoque in Emath Suba, & obtinuit eā. ¶4 Et ædificauit Palmirā in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Emath. ¶5 Extruxitq; Beth-horon superiorē, & Beth-horon inferiorem, ciuitates muratas, habētes portas & vectes & seras: ¶6 Balaath etiā & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctāsque vrbes quadrigarum, & vrbes equitum, omnia quæcunque voluit, fecit rex Salomon atque disposuit, ædificauit in Ierusalem & in Libano, & in vniuersa terra potestatis suæ. ¶7 Omnem populum qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non erant de stirpe Israel, ¶8 De filiis eorum, & de posteris quos non interfecerāt filii Israel, subiugauit Salomon in tributarios, vsque in diem hanc. ¶9 Porrō de filiis Israel non posuit vt seruirent operibus regis: ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi & principes quadrigarū & equitū eius. ¶10 Omnes autē principes exercitus regis Salomonis fuerūt ducēti quinquaginta, qui erudiebāt populum. ¶11 Filiam verō Pharaonis transtulit de Ciuitate Dauid in domum quam ædificauerat ei. Dixit enim vxor, Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Israel, eo quōd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca Domini. ¶12 Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini, quod extruxerat ante porticum, ¶13 Vt per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptū Moysi, in sabbathis & in Calēdis, & in festis diebus ter per annum, id est in Solennitate azymorum, & Solennitate hebdomadarū, & in Solennitate tabernaculorū. ¶14 Et constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia sacerdotum in ministeriis suis: & Leuitas in ordine suo, vt laudarent, & ministrarent coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusque diei: & ianitoresin diuisionibus suis per portam & portam: sic enim præceperat Dauid homo Dei. ¶15 Nec prætergressi sunt de mandatis regis tam sacerdotes, quām Leuitæ, ex omnibus quæ præceperat, & in custodiis thesaurorum. ¶16 Omnes impensas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundauit domū Domini, vsque in diem quo perfecit eam. ¶17 Tunc abiit Salomon in Asion-gaber & in Ailath ad orā Maris-rubri, quæ est in Terra-Edō. ¶18 Misit ergo ei Hiram per manus seruorum suorum naues, & nautas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir: tulerūntque inde quadraginta quinquaginta talēta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

CAP. IX.

1 Regina Saba inuisit Salomonē, quæ dat ei munera, & vicissim ab eo accipit. 13 Pondus

auri quod importabatur ad Salomonem quo
tannis. 16 Scuta aurea, & vasa. 20 Argentum
nullius pretij. 25 Equi & equites Salomonis.
29 Salomone mortuo succedit Roboam.

REgina quoque Saba quũ audisset famam
Salomonis, venit vt tentaret eum in ænigmatibus, in Ierusalem, cum magnis opibus &
camelis, qui portabant aromata & auri pluri
mum, gemmasque pretiosas. quũque venisset ad Salomonem, locuta est ei quæcũque erant in corde suo. ¶ 2 Et exposuit ei Salomon
omnia quæ proposuerat: nec quicquam fuit
quod non perspicuum ei fecerit. ¶ 3 Quæ post
quam vidit, sapientiã sciliceꝫ Salomonis, & do
mum quã ædificauerat, ¶ 4 Necnon & cibaria
mẽsæ eius, & habitacula seruorũ, & officia mi
nistrorum eius, & vestimenta eorũ, pincernas
quoque & vestes eorũ, & victimas quas immo
labat in domo Domini: non erat præ stupore
vltrà in ea spiritus. ¶ 5 Dixitque ad regẽ, Verus
est sermo quem audieram in terra mea de vir
tutibus & sapientia tua. ¶ 6 Non credebã nar
rantibus, donec ipsa venissem, & vidissent ocu
li mei: & probassem vix medietatem sapiẽtiæ
tuæ mihi fuisse narratam: vicisti famam virtu
tibus tuis. ¶ 7 Beati viri tui, & beati serui tui,
hi qui assistunt coram te omni tempore, & au
diũt sapiẽtiam tuam. ¶ 8 Sit Dominus Deus
tuus benedictus, qui voluit te ordinare super
thronum suum regẽ Domini Dei tui. quia dili
git Deus Israel, & vult seruare eum in æternum: idcirco posuit te super eum regem, vt fa
cias iudicia atque iustitiã. ¶ 9 Dedit autem re
gi centũ viginti talenta auri, & aromata mul
ta nimis, & gemmas pretiosissimas: non fuerũt
aromata talia, vt hæc quæ dedit regina Saba
regi Salomoni. ¶ 10 Sed & serui Hiram cum ser
uis Salomonis attulerunt aurum de Ophir, &
ligna thyina, & gemmas pretiosissimas. ¶ 11 De
quibus fecit rex, de lignis sciliceꝫ thyinis, gra
dus in domo Domini & in domo regia: ci
tharas quoque & psalteria cătoribus: nunquã
visa sunt in Terra Iuda ligna talia. ¶ 12 Rex
autem Salomon dedit reginæ Saba cũcta quæ
voluit, & quæ postulauit, & multo plura
quàm attulerat ad eum: quæ reuersa, abiit in
terram suam cum seruis suis. ¶ 13 Erat autem
pondus auri quod afferebatur Salomoni per
singulos annos, sexcenta sexaginta sex talenta auri: ¶ 14 Excepta ea summa quam legati di
uersarum Gentiũ, & negotiatores afferre con
sueuerãt, omnésque reges Arabiæ, & sattapæ
terrarũ, qui comportabant aurum & argentũ
Salomoni. ¶ 15 Fecit igitur rex Salomon duce
tas hastas aureas de summa sexcentorum au
reorum, qui in singulis hastis expendebantur.
¶ 16 Trecenta quoque scuta aurea trecentorũ
aureorum quibus tegebantur singula scuta:
posuitque ea rex in armamentario, quod erat
constitum nemore. ¶ 17 Fecit quoque rex soliũ
eburneũ grande: & vestiuit illud auro mundissimo. ¶ 18 Sex quoque gradus, quibus ascendebatur ad solium: & scabellum aureum, & brachiola duo altriusse, & duos leones stãtes iux
ta brachiola: ¶ 19 Sed & alios duodecim leũcu
los stãtes super sex gradꝰ ex vtraqueparte. nõ
fuit tale solium in vniuersis regnis. ¶ 20 Omnia quoque vasa omnium regis, erant aurea: &
vasa domus saltus Libani ex auro purissimo.
argentum enim in diebus illis pro nihilo repu
tabatur. ¶ 21 Siquidẽ naues regis ibant in Thar
sis cum seruis Hiram, semel in annis tribus: &
deferebant inde aurum & argentum, & ebur,
& simias, & pauos. ¶ 22 Magnificatus est igitur
Salomon super omnes reges terræ præ diui
tiis, & gloria. ¶ 23 Omnésque reges terrarum
desiderabant videre faciem Salomonis: vt au
dirent sapientiam quam dederat Deus in cor
de eius. ¶ 24 Et deferebant ei munera, vasa ar
gentea, & aurea, & vestes, & arma, & aromata,
equos & mulos, per singulos annos. ¶ 25 Habuit quoque Salomon quadraginta millia e
quorum in stabulis, & curtuũ, equitúmq; duo
decim millia: constituítque eos in vrbib' quadrigarũ, & vbi erat rex in Ierusalem. ¶ 26 Exercuit etiam potestatem super cunctos reges à
flumine Euphrate vsque ad terrã Philisthinorum, & vsque ad terminos Ægypti. ¶ 27 Tantãque copiam præbuit argenti in Ierusalem
quasi lapidũ: & cedrorum tantã multitudinẽ
velut sycomorũ quæ gignuntur in campestribus. ¶ 28 Adducebantur autẽ ei equi de Ægypto, cunctísque regionibus. ¶ 29 Reliqua autẽ
opera Salomonis priorum & nouissimorum
scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in
libris Ahiæ Silonitis, & in visione quæ Ad
do videntis, contra Ieroboam filium Nabat.
¶ 30 Regnauit autem Salomon in Ierusalem su
per omnem Israel quadraginta annis. ¶ 31 Dormiuitque cum patribus suis: & sepelierunt eũ
in Ciuitate Dauid: regnauitque Roboam filius eius pro eo.

CAP. X.

1 Roboam consilium iuuenum secutus, su
per duas tantũm tribus regnat. 17 Aduram
lapidatur.

PRofectus est autem Roboam in Sichem: illuc enim cunctus Israel conuenerat, vt cõstituerent eum regem. ¶ 2 Quod quũ audisset
Ieroboã filius Nabat, qui erat in Ægypto (fugerat quippe illuc ante Salomonem) statim re
uersus est. ¶ 3 Vocauerũntque eum, & venit
cum vniuerso Israel, & locuti sunt ad Roboã,
dicẽtes, ¶ 4 Pater tuus durissimo iugo nos pres
sit: tu leuiora impera patre tuo, qui nobis im
posuit grauem seruitutem, & paululum de o
nere subleua, vt seruiam' tibi. ¶ 5 Qui ait, Post
tres dies reuertimini ad me. Quũque abisset
populus, ¶ 6 Iniit consiliũ cum senibus qui ste
rant coram patre eius Salomone, dũ adhuc
viueret, dicens, Quid datis consilii, vt respondeam populo? ¶ 7 Qui dixerunt ei, Si placue
ris populo huic, & lenieris eos verbis clemẽtibus, seruient tibi omni tẽpore. ¶ 8 At ille reli
quit consiliũ senum, & cũ iuuenibus tractare
cœpit, qui cũ eo nutriti fuerãt, & erãt in comitatu illius. ¶ 9 Dixitq; ad eos, Quid vobis videtur vel respõdere quid debeo populo huic,
qui dixit mihi, Subleua iugum quod imposuit nobis pater tuus? ¶ 10 At illi respõderũt ei
iuuenes, & nutriti cũ eo in delicijs, atque dixerunt, Sic loqueris populo qui dixit tibi, Pater
tuus aggrauauit jugum nostrum, tu subleua:
& sic respondebis ei, Minimus digitus meus
grossior est lumbis patris mei. ¶ 11 Pater meus
imposuit vobis graue iugũ, & ego maius pondus apponã: pater meus cecidit vos flagellis,

A 1. Reg. 11. a. 1. constituere

ego verò cædam vos scorpionibus. ¶ 12 Venit ergo Ieroboã, & vniuersus populus ad Roboã die tertio, sicut præceperat eis. ¶ 13 Respondit-que rex dura, derelicto cõsilio seniorũ, ¶ 14 Lo-cutúsque est iuxta iuuenum voluntatem, Pater meus graue vobis imposuit iugum, quod e-go grauius faciam: pater meus cecidit vos fla-gellis, ego verò cædã vos scorpionibus. ¶ 15 Et non acquieuit populi precibus: erat enim vo-luntatis Dei, vt compleretur sermo eius, quem locutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Ieroboam filium Nabat. ¶ 16 Populus autem v-ni uersus rege duriora dicẽte, sic locutus est ad eum, Non est nobis pars in Dauid, neque hæ-reditas in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Israel, tu autem pasce domũ tuam Dauid. & abiit Israel in tabernacula sua. ¶ 17 Super fi-lios autem Israel, qui habitabãt in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam. ¶ 18 Misitque rex Ro-boam Aduram, qui præerat tributis, & lapida-uerunt eum filii Israel, & mortuus est: porrò rex Roboam currum festinauit ascẽdere, & fu-git in Ierusalem. ¶ 19 Recessitque Israel à do-mo Dauid vsque ad diem hanc.

## CAP. XI.

1 Roboam prohibetur à Deo pugnare cõ-tra Ieroboam. 5 Ciuitates à Roboam ædificatæ. 13 Ieroboam constituit sacerdotes idololatras. 18 Vxores Roboam & filii.

FActum est autem, quum audisset omnis Is-rael quòd reuersus esset Ieroboã, miserunt, & vocauerunt eum congregato cœtu: & con-stituerũt eum regem super omnem Israel, nec secutus est quispiam domum Dauid præter tri-bum Iuda solam. ¶ 2 Venit autem Roboam in Ierusalem, & conuocauit vniuersam domum Iuda & Beniamin, centum octoginta millia e-lectorum, atque bellantium, vt dimicaret con-tra Israel, & conuerteret ad se regnum suum. ¶ 3 Factúsque est sermo Domini ad Semeiam hominem Dei, dicens, ¶ 4 Loquere ad Roboam filium Salomonis regẽ Iuda, & ad vniuersum Israel qui est in Iuda & Beniamin, ¶ 4 Hæc di-cit Dominus, Non ascendetis, neque pugnabi-tis contra fratres vestros: reuertatur vnusquis-que in domũ suam, quia mea hoc gestum est voluntate. qui quum audissent sermonem Do-mini, reuersi sunt, nec perrexerunt contra Ie-roboam. ¶ 5 Habitauit autem Roboam in Ieru-salem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda. ¶ 6 Extruxitque Beth-lehem, & Etam, & The-cue. ¶ 7 Beth sur quoque, & Socho, & Odollã. ¶ 8 Necnon & Geth, & Maresa, & Ziph: ¶ 9 Sed & Aduram, & Lachis, & Azeca. ¶ 10 Sarea quo-que, & Aialon, & Hebron, quæ erant in Iuda & Beniamin, ciuitates munitissimas. ¶ 11 Quũm-que clausisset eas muris, posuit in eis principes, ciborũmq; hortrea, hoc est olei & vini. ¶ 12 Sed & in singulis vrbibus fecit armamentaria scu-torum & hastarũ: firmauitque eas summa di-ligẽtia, & imperauit super Iudã, & Beniamin. ¶ 13 Sacerdotes autem & Leuitæ qui erant in vniuerso Israel, venerunt ad eum de cunctis se-dibus suis, ¶ 14 Relinquentes suburbana, & pos-sessiones suas, & transeuntes ad Iudam, & Ieru-salem: eo quòd abiecisset eos Ieroboam, & po-steri eius, ne sacerdotio Domini fungerentur. ¶ 15 Qui cõstituit sibi sacerdotes excelsorum & dæmoniorum, vitulorũmque quos fecerat. ¶ 16 Sed & de cunctis tribubus Israel, quicun-que dederant cor suum vt quærerent Domi-num Deum Israel, venerunt in Ierusalem ad immolandum victimas suas coram Domino Deo patrum suorum. ¶ 17 Et roborauerunt re-gnum Iuda: & confirmauerũt Roboam filium Salomonis per tres annos: ambulauerũt enim in viis Dauid & Salomonis, annis tantũm tri-bus. ¶ 18 Duxit autem Roboam vxorem Maha-lath, filiam Ierimoth filii Dauid: Abithâi quo-que filiam Eliab filii Isai. ¶ 19 Quæ peperit ei fi-lios Ieus, & Somoriam, & Zoom. ¶ 20 Post hãc quoque accepit Maacha filiam Absalom, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salomith. ¶ 21 Amauit autem Roboam Maacha filiã Ab-salom super omnes vxores suas, & concubi-nas: nam vxores decem & octo duxerat, con-cubinas autem sexaginta: & genuit viginti o-cto filios, & sexaginta filias. ¶ 22 Constituit ve-ro in capite, Abiam filium Maacha ducem su-per omnes fratres suos: ipsum enim regem fa-cere cogitabat. ¶ 23 Quia sapientior fuit, & po-tentior super omnes filios eius, & in cunctis fi-nibus Iuda, & Beniamin, & in vniuersis ciuita-tibus muratis: præbuitque eis escas plurimas, & multas petiuit vxores.

## CAP. XII.

1 Iudas traditur in manus Sesac, & quare. 5 Admonitus peccati populus, conuertitur ad Deum. 9 Sesac diripit domum Dei. 12 Roboam mortuo succedit Abia.

QVũmque roboratum fuisset regnum Ro-boam & confortatum, dereliquit le-gem Domini, & omnis Israel cum eo. ¶ 2 Anno autem quinto regni Roboam ascẽdit Sesac rex Ægypti in Ierusalem, quia peccauerãt Domi-no, ¶ 3 Cum mille ducentis curribus, & sexa-ginta millibus equitum: nec erat numerus vul-gi quod venerat cũ eo ex Ægypto, Libyes sci-licet, & Troglodytæ, & Æthiopes. ¶ 4 Cepitq; ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsque in Ierusalem. ¶ Semeias autẽ propheta ingref-sus est ad Roboam, & principes Iuda, qui con-gregati fuerant in Ierusalẽ, fugientes Sesac: di-xitque ad eos, Hæc dicit Dominus, Vos reliqui stis me, & ego reliqui vos in manu Sesac. ¶ 6 Ob-sternatique principes Israel, & rex, dixerunt, Iustus est Dominus. ¶ 7 Quũmque vidisset Do-minus quòd humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens, Quia humiliati sunt, non disperdam eos: dabòque eis pauxil-lum auxilii, & non stillabit furor meus super Ierusalem per manum Sesac. ¶ 8 Veruntamen seruient ei: vt sciant distãtiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terrarum. ¶ 9 Ascẽdit itaque Sesac rex Ægypti ab Ierusalem, sublatis the-sauris domus Domini, & domus regis, omnia secum tulit: & clypeos aureos quos fecerat Salomõ, ¶ 10 Pro quibus fecit rex æneos, & tra-didit illos principibus scutariorum qui custo-diebant vestibulum palatii. ¶ 11 Quũmque in-troiret rex domum Dei, veniebant scutarii, & tollebant eos: iterũmque referebant eos ad ar-mamentarium suum. ¶ 12 Veruntamen quia hu-miliati sunt, auersa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt penitus: siquidem in Iuda inuenta sunt opera bona. ¶ 13 Cõfortatus est ergo rex

Roboã in Ierusalẽ, atque regnauit: quadraginta autem & vnius anni erat quum regnare cœpisset: & decem & septem annis regnauit in Ierusalem, vrbe quam elegit Dominus vt confirmaret nomen suum ibi, de cunctis tribubus Israel: nomẽ autem matris eius Naama Ammanitis. ¶14 *Fecitque malum, & non præparauit cor suum vt quæreret Dominum. ¶15 Opera verò Roboam prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ prophetæ, & Addo videntis, & diligenter exposita: pugnauerántque adúersum se Roboam & Ieroboam cunctis diebus. ¶16 Et dormiuit Roboam cum patribus suis: sepultúsque est in Ciuitate Dauid. Et regnauit Abia filius eius pro eo. CAP. XIII.

1 Abia pugnat contra Ieroboam, quem spe in Deum fultus occidit. 11 Abiæ vxores, filii & filiæ.

ANno octauodecimo regis Ieroboã, regnauit Abia super Iudam. ¶2 Tribus annis regnauit in Ierusalẽ: nomẽque matris eius Michaia, (filia Vriel de Gabaa:) & erat bellum inter Abiam & Ieroboam. ¶3 Quúmque iniisset Abia certamen, & haberet bellicosíssimos viros, & electorum *quadraginta' millia: Ieroboã 'constituit' contrà aciem 'octoginta' millia virorum, qui & ipsi electi erãt, & ad bella fortissimi. ¶4 Stetit ergo Abia super montem Semerom, qui erat in Ephraim, & ait, Audi Ieroboã, & omnis Israel. ¶5 Num ignoratis quòd Dominus Deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternum, ipsi & filiis eius in pactum salis? ¶6 (Et surrexit Ieroboã filius Nabat, seruus Salomonis filii Dauid:) & rebellauit cõtra dominũ suum. ¶7 Congregatique sunt ad eũ viri vanissimi, & filii belial: & prævaluerunt contra Roboam filium Salomonis: porrò Roboam erat puer adhuc, & corde pauldo, nec potuit resistere eis. ¶8 Nunc ergo vos dicitis quòd possitis regno Domini, quod possidet per filios Dauid habetísque grandem populi multitudinem, atque vitulos aureos quos fecit vobis Ieroboam in deos. ¶9 Et eiecistis sacerdotes Domini, filios Aaron, atque Leuitas: & fecistis vobis sacerdotes sicut omnes populi terrarum: quicúnque venerit, & initiauerit manum suam in tauro de bobus, & in arietibus septem, fit sacerdos eorum qui non sunt dii. ¶10 Noster autem Dominus Deus est, quem non reliquimus: sacerdotésque ministrant Domino de filiis Aaron: & Leuitæ sunt in ordine suo. ¶11 Holocausta quoque offerunt Domino per singulos dies mane & vespere & thymiama iuxta legis præcepta confectum, & proponuntur panes in mensa mũdíssima, éstque apud nos cãdelabrum aureum, & lucernæ eius, vt accendantur semper ad vesperam: nos quippe custodimus præcepta Domini Dei nostri, quem vos reliquistis. ¶12 Ergo in exercitu nostro dux Deus est, & sacerdotes eius, qui clãgunt tubis, & resonant contra vos: filii Israel nolite pugnare cõtra Dominum Deũ patrum vestrorum, quia non vobis expedit. ¶13 Hæc illo loquente, Ieroboam retrò moliebatur insidias. Quúmque ex aduerso hostiũ staret, ignorantem Iudam suo ambiebat exercitu. ¶14 Respiciẽsque Iudas, vidit instare bellum ex aduerso & post tergum, & clamauit ad Dominũ: ac sacerdotes tubis canere cœperunt. ¶15 Omnésque viri Iuda vociferati sunt: & ecce, illis clamantibus perterruit Deus Ieroboam, & omnem Israel qui stabat ex aduerso Abia & Iuda. ¶16 Fugerúntque filii Israel Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum. ¶17 Percussit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Israel *quinquaginta' millia virorum fortium. ¶18 Humiliatique sunt filii Israel in tempore illo: & vehementíssime confortati filii Iuda, eo quòd sperassent in Dominum Deo patrum suorum. ¶19 Persecutus est autem Abia fugientem Ieroboam: & cepit ciuitates eius, Beth-el & filias eius: & Iesana cum filiabus suis: Ephrõ quoque & filias eius. ¶20 Nec valuit vltrà resistere Ieroboam in diebus Abia: quem percussit Dominus, & mortuus est. ¶21 Igitur Abia, confortato imperio suo, accepit vxores quatuordecim: procreauitque vigintiduos filios, & sedecim filias. ¶22 Reliqua autem sermonum Abia, viarúmque & operum eius, scripta sunt diligẽtíssime in libro Addo prophetæ. CAP. XIIII.

Mortuo Abia, succedit Asa, qui subuertit excelsa. 2 Exercitus Asa. 11 Orans Asa in fide, vincit Zara regem Æthiopum.

DOrmiuit autem Abia cum patribus suis, & sepelierunt eum in Ciuitate Dauid: regnauitque Asa filius eius pro eo, in cuius diebus quieuit terra annis decem. ¶2 Fecit 'ergo' Asa quod bonum & placitum erat in conspectu *Dei sui, ¶3 Et subuertit altaria peregrini cultus, & excelsa, & cõfregit statuas, lucósque succidit. ¶4 Et præcepit Iudæ vt quæreret Dominum Deum patrum suorũ, & faceret legẽ, & vniuersa mandata. ¶5 Et abstulit de cunctis vrbib' Iuda aras & phana, & regnauit in pace. ¶6 Ædificauit quoq; vrbes munitas in Iuda, quia quietus erat, & nulla temporibus eius bel la surrexerant, pacem Domino largiẽte. ¶7 Dixit autem Iudæ, Ædificemus ciuitates istas, & vallemus muris, & roboremus turribus, & portis, & seris: donec à bellis quieta sunt omnia, eo quòd quæsierimus Dominum Deũ patrum nostrorum, & dederit nobis pacẽ per gyrum. ædificauerunt igitur, & nullum in extruendo impedimentum fuit. ¶8 Habuit autẽ Asa in exercitu suo portantium scuta & hastas, de Iuda trecenta millia: de Beniamin verò scutariorum & sagittariorum, ducenta octoginta millia: 'omnésque isti' viri fortíssimi. ¶9 Egressus est autem contra eos Zara Æthiops cum exercitu suo, decies centena millia, & curribus trecentis: & venit vsque Maresa. ¶10 Porrò Asa perrexit obuiam ei, & instruxit aciem ad bellum in valle Sephãta, quæ est iuxta Maresa. ¶11 Et inuocauit Dominum Deum, & ait, Domine, non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, an in pluribus: adiuua nos Domine Deus noster, in te enim & in tuo nomine habentes fiduciam, venimus cõtra hanc multitudinem. Domine, Deus noster tu es, nõ prævaleat contra te homo. ¶12 Exterruit itaque Dominus Æthiopes coram Asa & Iuda: fugerúntque Æthiopes. ¶13 Et persecutus est eos Asa, & populus qui cum eo erat, vsque Gẽrara: & ruerunt Æthiopes vsque ad internecionem, quia Domino cædente contriti sunt,

*quinquaginta

*omnes isti

& exercitu illius prælante: tulerunt ergo spolia multa. ¶14 Et percusserunt ciuitates omnes per circuitum Gérarx: grandis quippe cunctos terror inuaserat: & diripuerunt vrbes, & multam prædá asportauerunt. ¶15 Sed & caulas ouium destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, & camelorum: reuersique sunt in Ierusalem.

CAP. XV.

Azariæ prophetia de diu futuro regno Israel absque Deo. 2 Asa aufert Idola, multique ex Israele ad eum confugiunt. 16 Maacham auiam suam imperio priuat Asa.

AZarias autem filius *Oded, *facto in se Spiritu Dei, ¶2 egressus est in occursum Asa, & dixit ei, Audite me Asa, & omnis Iuda & Beniamin, Dominus vobiscum: quia fuistis cũ eo. Si quæsieritis eum, inuenietis: ſi autem dereliqueritis *derelinquet vos. ¶3 Transibũt autem multi dies in Israel absque Deo vero, & absq; sacerdote, `absque' doctore, & absque lege. ¶4 Quúmque reuersi fuerint in angustia sua, `& clamauerint' ad Dominum Deum Israel, & quæsierint eum, reperient eum. ¶5 In tempore illo non erit pax egredienti & ingredienti: sed terrores vndique in cunctis habitatoribus terrarum. ¶6 Pugnabit enim gens contra gẽtem, & ciuitas contra ciuitatem: quia Dominus cõturbabit eos in omni angustia. ¶7 Vos ergo confortamini, & non dissoluantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro. ¶8 Quod quum audisset Asa, verba scilicet, & prophetiam Azariæ filii Oded prophetæ, confortatus est, & abstulit idôla de omni terra Iuda, & de Beniamin, & ex vrbibus, quas ceperat, montis Ephraim: & dedicauit altare Domini quod erat ante porticum Domini. ¶9 Cõgregauitque vniuersum Iudam & Beniamin, & aduenas cũ eis de Ephraim, & de Manasse, & de Simeõ: plures enim ad eum confugerant ex Israel, videntes quód Dominus Deus illius esset cum eo. ¶10 Quúmque veniſſent in Ierusalem mense tertio, anno decimoquinto regni Asa, ¶11 Immolauerũt Domino in die illa de manubiis & præda quam adduxerant, boues septingentos, & arietes septem millia. ¶12 Et intrauit ex more ad corroborandum fœdus, vt quærerẽt Dominum Deum patrum suorum in toto corde, & in tota anima sua. ¶13 Siquis autem, inquit, nõ quæsierit Dominum Deum Israel, moriatur, á minimo vsque ad maximũ, á viro vsque ad mulierem. ¶14 Iurauerũntque Domino voce magna in iubilo, & in clangore tubæ, & in sonitu buccinarum ¶15 Omnes qui erant in Iuda, cum execratione: in omni enim corde suo iurauerunt, & in tota volũtate quæsierunt eũ, & inuenerunt: præstitítque eis Dominus requiem per circuitum. ¶16 Sed & Maacham matrem Asa regis ex augusto deposuit imperio, eo quód feciſſet in luco simulachrum Priapi: quod omne contriuit, & in frusta cõminuens combussit in Torrente cedron. ¶17 Excelsa autem derelicta sunt in Israel: attamen cor Asa erat perfectum cunctis diebus eius. ¶18 Eíque quæ vouerat pater suus, & ipse, intulit in domum Domini: argentum & aurum, vasorúmque diuersam supellectilé. ¶19 Bellũ verò non fuit vsque ad *tricesimum annum regni Asa.

CAP. XVI.

1 Asa inito cum Ben-adad fœdere, corripitur á Deo. 10 Prophetam qui eum arguebat, incarcerat. 12 Aegrotãs nõ quærit Dominum, sed fidit medicis, vnde moritur.

ANno autem tricesimosexto regni eius ascendit Baasa rex Israel in Iudam, & muro circundabat Rama, vt nullus tutè posset egredi & ingredi de regno Asa. ¶2 Protulit autem Asa argentum & aurum de thesauris domus Domini, & de thesauris regiis: misitq; ad Ben-adad regem Syriæ, qui habitabat in Damasco, dicens, ¶3 Fœdus inter me & te est, pater quoque meus & pater tuus habuere cõcordiam: quam ob rem misi tibi argentum & aurum, vt rupto fœdere quod habes cum Baasa rege Israel, facias eum à me recedere. ¶4 Quo comperto Ben-adad misit principes exercituũ suorũ ad vrbes Israel: qui percusserunt Ahion, & Dã, & Abel-maim, & vniuersas vrbes Nephthali muratas. ¶5 Quod quum audisset Baasa, desiit ædificare Ramá, & intermisit opus suũ. ¶6 Porrò Asa rex assumpsit vniuersum Iudã, & tulerunt lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi præparauerat Baasa: ædificauitque ex eis Gabaa, & Maspha. ¶7 In tempore illo venit Hanani propheta ad Asam regem Iuda, & dixit ei, Quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo: idcirco euasit Syriæ regis exercitus de manu tua. ¶8 ||Nõne Aethiopes & Libyes multo plures erant quadrigis & equitibus, & multitudine nimia: quos quum in Domino credidisses, tradidit in manu tuam? ¶9 Oculi enim Domini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem his qui corde perfecto credunt in eum. Stulté igitur egisti, & propter hoc `etiam' ex præsenti tempore aduersum te bella cõsurgẽt. ¶10 Irátúsque Asa aduersus vidẽtem, iussit eum mitti in neruum: valde quippe super hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in tempore illo plurimos. ¶11 Opera autẽ Asa prima & nouissima scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel. ¶12 Aegrotauit etiá Asa anno tricesimonono regni sui, dolore pedum vehementíssimo, & nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed magis in medicorũ arte cõfisus est. ¶13 Dormiuitque cum patribus suis: & mortuus est anno quadragesimo primo regni sui. ¶14 Et sepelierunt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in Ciuitate-David: posuerũntque eum super lectum suum plenum aromatibus & vnguentis mereticiis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combusserunt super eum ambitione nimia.

CAP. XVII.

4 Iosaphat Deo fidens diuitiæ adsunt & gloria. 7 Mittit prædicatores per vniuersam Iudæam.

REgnauit autẽ Iosaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Israel. ¶2 Constitútque militum numeros in cũctis vrbibus Iuda, quæ erant vallatæ muris: præsidíque disposuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Asa pater eius. ¶3 Et fuit Dominus cum Iosaphat, quia ambulauit in viis Dauid patris sui primis: & non sperauit in Baalim, ¶4 sed in Deo patris sui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Israel. ¶5 Confirma-

*Oded,

*eum,

*tricesimum quintum

nitque Dominus regnum in manu eius: & dedit omnis Iuda munera Ioſaphat: factæq; ſũt ei inſũnitæ diuitiæ,& multa gloria. ¶6 Quũmque ſumpſiſſet cor eius audaciã propter vias Domini,etiã excelſa & lucos de Iuda abſtulit. ¶7 Tertio autem anno regni ſui miſit de principibus ſuis Ben-hail,& Obdiam,& Zacharia, & Nathanael, & Michæam, vt docerent in ciuitatibus Iuda: ¶8 Et cum eis Leuitas, Semeiã, & Nathaniam,& Zabadiam, Aſahel quoque & Semiramoth & Ionathan, Adoniãmque & Tobiam & Thob-adoniam Leuitas:& cum eis Eliſama & Ioram ſacerdotes: ¶9 Docebãtque populum in Iuda, habentes librum legis Domini:& circuibant cunctas vrbes Iuda,atque docebant populum. ¶10 Itaque factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum quæ erant per gyrum Iudæ nec audebant bellare cõtra Ioſaphat. ¶11 Sed & Philiſthæi, Ioſaphat munera deferebant,& vectigal argẽti. Arabes quoque adducebant pecora arietum, ſeptem millia ſeptingentos,& hircos totidem. ¶12 Creuit ergo Ioſaphat,& magnificatus eſt vſque in ſublime:atque ædificauit in Iuda domos adinſtar turrium,vrbeſque muratas. ¶13 Et multa opera*patrauit'in vrbibus Iudæ: viri quoq; bellatores,& robuſti erant in Ieruſalem. ¶14 Quorum iſte numerus per domos atque familias ſingulorũ. In Iuda*princeps'exercitus, Ednas dux,& cum eo *robuſtiſſimorum'virũ trecenta millia. ¶15 Poſt hunc Iohanan princeps,& cũ eo ducenta octoginta millia. ¶16 Poſt illũ quoque Amaſias filius Zechri,conſecratus Domino,& cum eo ducẽta millia virorum fortium. ¶17 Hunc ſequebatur robuſtus ad prælia Eliada,& cum eo tenentium arcum & clypeũ ducenta millia. ¶18 Poſt iſtum etiam,Iozabad:& cum eo cẽtum octoginta millia expeditorum militum. ¶19 Hi omnes erant ad manum regis, exceptis aliis quos poſuerat in vrbibus munatis,in vniuerſo Iuda.

CAP. XVIII.

1 Ioſaphat iunctus impio Achab, prælia-tur quærit verbum Dei. 7 Michæas accerſitus,400 pſeudoprophetis reſiſtit. 16 Prædicit Achab occidendum & diſperſionem populi. 23 Percutitur & incarceratur. 31 Ioſaphat clamat ad Deũ in prælio. 32 Achab interficitur.

FVit ergo Ioſaphat diues & inclytus multum, & affinitate coniunctus eſt Achab. ¶2 Deſcenditque poſt annos ad eum in Samariam:ad cuius aduentum mactauit Achab arietes,& boues plurimos ipſi & populo qui venerant cum eo: perſuaſitque illi vt aſcenderet in Ramoth-Galaad. ¶3 Dixitq; Achab rex Iſrael ad Ioſaphat regem Iuda, Veni mecum in Ramoth-Galaad.cui ille reſpondit, Vt ego,& tu: ſicut populus tuus,ſic & populꝰ meus,tecũmque erimus in bello. ¶4 Dixit Ioſaphat ad regem Iſrael, Conſule obſecro impræſentiarum ſermonem Domini. ¶5 Congregauit igitur rex Iſrael prophetarum quadringẽtos viros,& dixit ad eos, In Ramoth-Galaad ad bellandum ire debemus,an quieſcere? At illi, Aſcende, inquiũt, & tradet Deus in manu regis. ¶6 Dixitque Ioſaphat, Nonquid nõ eſt hic prophetes Domini,vt ab illo etiã requiramus? ¶7 Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat,Eſt vir vnus à quo poſſumus quærere Domini voluntatẽ:ſed ego odi eum,quia nõ prophetat mihi bonum,ſed malum omni tempore: eſt autem Michæas filius Iemla. Dixitq; Ioſaphat, Ne loquaris rex hoc modo. ¶8 Vocauit ergo rex Iſrael vnum de eunuchis, & dixit ei, Voca citò Michæam filium Iemla. ¶9 Porrò rex Iſrael,& Ioſaphat rex Iuda vterque ſedebant in ſolio ſuo, veſtiti cultu regio.ſedebãt autem in area iuxta portam Samariæ, omnéſque prophetæ vaticinabantur coram eis. ¶10 Sedecias verò filius Chanaana fecit ſibi cornua ferrea,& ait,Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriam,donec conteras eã. ¶11 Omnéſque prophetæ ſimiliter prophetabant,atque dicebant, Aſcende in Ramoth-Galaad,& proſperaberis, & tradet eos Dominus in manu regis. ¶12 Nuntius autem qui ierat ad vocandum Michæam,ait illi, En verba omniũ prophetarum vno ore bona regi annuntiant: quæſo ergo te vt & ſermo tuus ab eis nõ diſſentiat, loquariſque proſpera. ¶13 Cui reſpondit Michæas, Viuit Dominus,quia quodcũque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar. ¶14 Venit ergo ad regem. Cui rex ait, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad bellandum,an quieſcere?cui ille reſpondit, Aſcendite: cuncta enim proſpera euenient,& tradentur hoſtes in manus veſtras. ¶15 Dixitque rex,Iterum,atque iterum te adiuro, vt mihi non loquaris, niſi quod verum eſt in nomine Domini. ¶16 At ille ait, Vidi vniuerſũ Iſrael diſperſum in montibus,ſicut oues:abſque paſtore:& dixit Dominus, Non habẽt iſti dominos:reuertatur vnuſquiſque in domum ſuã in pace. ¶17 Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Nõne dixi tibi quòd non prophetaret iſte mihi quicquam boni, ſed ea quæ mala ſunt? ¶18 At ille,Ideirco,ait, audite verbum Domini, Vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo, & omnem exercitum cæli aſſiſtentẽ ei à dextris & à ſiniſtris. ¶19 Et dixit Dominus, Quis decipiet Achab regem Iſrael,vt aſcendat & corruat in Ramoth-Galaad? Quũmque diceret vnus hoc modo,& alter alio: ¶20 Proceſſit ſpiritus,& ſtetit coram Domino,& ait, Ego decipiam eum.Cui Dominus,In quo,inquit, decipies? ¶21 At ille reſpõdit,Egrediar,& ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.dixitq; Dominus, Decipies,& prævalebis: egredere,& fac ita. ¶22 Nunc igitur, ecce Dominus dedit ſpiritum mẽdacii in ore omnium prophetarum tuorum: & Dominus locutus eſt de te mala. ¶23 Acceſſit autem Sedecias filius Chanaana, & percuſſit Michææ maxillam, & ait, Per quam viam tranſiuit ſpiritus Domini à me, vt loqueretur tibi? ¶24 Dixitq; Michæas, En ipſe videbis in die illo,quando ingreſſus fueris cubiculum de cubiculo, vt abſcondaris. ¶25 Præcepit autem rex Iſrael, dicens, Vollite Michæã,& ducite eum ad Amon principẽ ciuitatis,& ad Ioas filium*amelech.' ¶26 Et dicetis, Hæc dicit rex,Mittite hũc in carcerem,& date ei panis modicum,& aquæ pauxillũ,donec reuertar in pace. ¶27 Dixitque Michæas, Si reuerſus fueris in pace,nõ eſt locutus Dominus in me.& ait,Audite omnes populi. ¶28 Igitur aſcenderunt rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda in Ramoth-Galaad. ¶29 Dixitque rex Iſrael ad Ioſaphat, Mutabo habitum,& ſic ad pugnam vadam:tu autẽ induere veſtibus tuis. Mutauit &

*hammẽleeh i.regis.

que rex Israel habitu, venit ad bellū. ¶30 Rex autē Syriæ præceperat ducibus equitatus sui, dicens, Nē pugnetis contra minimum, aut cōtra maximum, nisi cōtra solum regem Israel. ¶31 Itaque quum vidissent principes equitatus Iosaphat, dixerūt. Rex Israel est iste. & circundederunt eum dimicantes: at ille clamauit ad Dominū, & auxiliatus est ei, atque auertit eos ab illo. ¶32 Quum enim vidissent duces equitatus quōd non esset rex Israel, reliquerūt eum. ¶33 Accidit autem vt vnus è populo sagittam in incertum iaceret. & percuteret regem Israel inter ceruicem & scapulas: at ille aurigæ suo ait, Cōuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum. ¶34 Et finita est pugna in die illo: porrō rex Israel stabat in curru suo contra Syros vsque ad vesperā, & mortuus est occidente sole.

CAP. XIX.

*1 Iosaphat corripitur ob præsticum impio Achab auxilium. 5 Exhortatio Iosaphat ad iudices & Leuitas.*

A REuersus est autē Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificè, in Ierusalem. ¶2 Cui occurrit Iehu filius Hanani vidēs, & ait ad eū, Impio præbes auxilium. & his qui oderūt Dominum amicitia iungeris: & idcirco iram quidem Domini mereberis: ¶3 Sed bona opera inuēta sunt in te, eo quōd abstuleris lucos de terra Iuda, & præparueris cor tuum vt requiras Dominum Deum patrum tuorū. ¶4 Ha-
B bitauit ergo Iosaphat in Ierusalem: rursūmque egressus est ad populum de Ber-sabee vsque ad montem Ephraim. & reuocauit eos ad Dominum Deum patrum suorum. ¶5 Constituitque iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, per singula loca, ¶6 Et præcipiens iudicibus, Videte, ait, quid faciatis: nō enim hominis exercetis iudiciū, sed Domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redundabit. ¶7 Sit timor Domini vobiscum: & cum diligētia cun-
C cta facite: nō est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, ‖ nec personarū acceptio, nec cupido munerum. ¶8 In Ierusalem quoque constituit Iosaphat Leuitas & sacerdotes, & principes familiarum ex Israel, vt iudicium & causam Domini iudicarent habitatoribus eius. ¶9 Præcepitque eis, dicens, Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto, ¶10 Omnem causam quæ venerit ad vos fratrum vestrorum qui habitant in vrbibus suis, inter co-
D gnationem & cognationē, vbicunque quæstio erit de lege, de mandato, de ceremoniis, de iustificationibus: ostendite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos & super fratres vestros: sic ergo agentes non peccabitis. ¶11 Amarias autem sacerdos & pōtifex vester, in his quæ ad Deum pertinēt, præsidebit: porrō Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit quæ ad regis officium pertinent: habentisque magistros Leuitas coram vobis, confortamini, & agite diligenter: & erit Dominus vobiscum in bonis.

Deut.10.d.17. act.10.d.34. rom.2.b.11. gal.2.b.6. ephes.6.b.11. coloss.3.d.25. 1.pet.1.c.17.

CAP. XX.

*1 Victoria Iosaphat aduersus Ammonitas & Moabitas. 35 Reprehenditur quōd cū Ochozia amicitias inierit.*

A POst hæc congregati sunt filii Moab, & filii Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Iosaphat, vt pugnarent contra eū. ¶2 Venerūntque nuntii, & iudicauerunt Iosaphat, dicētes, Venit contra te multitudo magna de his locis quæ trans mare sunt, & de Syria, & ecce consistunt in Asason-thamar, quæ est En-gaddi. ¶3 Iosaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominum: & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda. ¶4 Congregatūque est Iudas ad deprecandum Dominum: sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. ¶5 Quúmque stetisset Iosaphat in medio cœtu Iudæ, & Ierusalē, in domo Domini ante atrium nouū, ¶6 Ait, Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis Gentium: in manu tua est fortitudo & potēcia, nec quisquam tibi potest resistere. ¶7 Nōnne tu Deus noster interfeciſti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum? ¶8 Habitauerūntque in ea, & extruxerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes: ¶9 Si irruerint super nos mala, gladius iudicij, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in conspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum: & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies nos, & saluōs que facies. ¶10 Nunc igitur ecce filii Ammon, & Moab, & mons Seir, ‖ per quos non concessisti Israel vt transirent quando egrediebantur de Ægypto, sed declinauerunt ab eis, & nō interfecerūt illos: ¶11 Econtrario agunt, & nituntur eiicere nos de possessione quā tradidisti nobis. ¶12 Deus noster, ergo non iudicabis eos? in nobis quidem non est tanta fortitudo vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed quum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, vt oculos nostros diligamus ad te. ¶13 Omnis verō Iuda stabat coram Domino cum paruulis, & vxoribus, & liberis suis. ¶14 Erat autem Iahaziel filius Zachariæ, filii Banaiæ, filii Iehiel, filii Mathāniæ, Leuites de filiis Asaph, super quem factus est Spiritus Domini in medio turbæ. ¶15 Et ait, Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Ierusalē, & tu rex Iosaphat: hæc dicit Dominus vobis, Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem: non est enim vestra pugna, sed Dei. ¶16 Cras descēdetis contra eos: ascensuri enim sunt per clivium nomine Sis, & inuenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinē Ieruel. ¶17 Non enim eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos, ō Iuda, & Ierusalē: nolite timere, nec paueatis: cras egredimini contra eos, & Dominus erit vobiscū. ¶18 Iosaphat ergo, & Iuda, & omnes habitatores Ierusalem ceciderunt proni in terram coram Domino, & adorauerunt eum. ¶19 Porrō Leuitæ de filiis Caath, & de filiis Core laudabant Dominum Deū Israel voce magna in excelsum. ¶20 Quúmque mane surrexissent, egressi sunt per desertum Thecua: profectisque eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit, Audite me viri Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. ¶21 Deditque cōsilium populo, & statuit can-

tores Domini, vt laudarẽt eum in turmis suis. & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent, cõfitemini Domino quoniam in æternum misericordia eius. ¶12 Quũmque cœpissent laudes canere, vertit Domin' insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant vt pugnarent contra Iudam, & percussi sunt. ¶13 Nanque filii Ammon, & Moab consurrexerunt adnersum habitatores montis Seir, vt interficerent, & delerent eos: quũmque hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos versũ, mutuis concidêre vulneribus. ¶14 Porrò Iuda quum venisset ad' speluncam' quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus, nec superesse quenquam qui necem potuisset euadere. ¶15 Venit ergo Iosaphat, & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum: inuenerũntque inter ea daurea variam supellectilẽ, vestes quoque, & vasa pretiosissima: & diripuerũt, ita vt omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ prædæ magnitudine. ¶16 Die autem quarto cõgregati sũt in Valle-benedictionis: etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocauerũt locum illum Vallis-benedictionis, vsque in præsentẽ diem. ¶17 Reuersúsque est omnis vir Iuda, & habitatores Ierusalẽ, & Iosaphat ante eos in Ierusalem, cũ lætitia magna, eo quòd dedisset eis Dominus gaudiũ de inimicis suis. ¶18 Ingressique sunt in Ierusalẽ cum psalteriis, & citharis, & tubis in domũ Domini. ¶19 Irruit autem pauor 'Domini' super vniuersa regna terrarum, quũ audissent quòd pugnasset Dominus contra inimicos Israel. ¶20 Quieuitque regnum Iosaphat, & præbuit ei Deus pacẽ per circuitum. ¶21 Regnauit igitur Iosaphat super Iudã, & erat triginta quinque annorum quum regnare cœpisset: viginti autem & quinque annis regnauit in Ierusalẽ: & nomẽ matris eius Azuba filia Selahi. ¶22 Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens quæ placita erant coram Domino. ¶23 Veruntamen excelsa nõ abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suũ ad Dominum Deum patrũ suorum. ¶24 Reliqua autem gestorum Iosaphat priorum & nouissimorũ, scripta sunt in verbis Iehu filii Hanani, quæ digessit in Libro regũ Israel. ¶25 Post hæc iniit amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israel, cuius opera fuerũt impissimæ: ¶26 Et particeps fuit vt faceret naues quæ irent in Tharsis: fecerũntque classem in Asion-gaber. ¶27 Prophetauit autem Eliezer filius Dodau de Mareſa ad Iosaphat, dicens, Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contriteque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

CAP. XXI.

1 Iosaphat mortuo succedit Ioram: qui fratres suos occidit, & abducitur ad idõla. 8 Edom percutitur. 10 Lobna rebellat. 12 Elias mittit ei ad Ioram literis prædicit ei interitũ. 16 Philisthæi cõtra Ioram. 18 Alui languore interit.

DOrmiuit autem Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cũ eis in Ciuitate-Dauid: regnauitque Iorã filius eius pro eo. ¶2 Qui habuit fratres filios Iosaphat, Azariam, & Iahiel, & Zachariam, & Azariam, & Michael, & Saphatiã: omnes hi, filii Iosaphat regis Iuda. ¶3 Dedit que eis pater suus multa munera argenti, & auri, & *pensationes' cum ciuitatibus munitissimis in Iuda, regnum autem tradidit Ioră, eo quòd esset primogenitus. ¶4 Surrexit autem Ioram super regnum patris sui: quúmque se cõfirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdã de principibus 'Iuda.' ¶5 Triginta duorum annorum erat Ioram quum regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalem. ¶6 Ambulauitque in viis regum Israel, sicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat vxor eius: & fecit malum in cõspectu Domini. ¶7 Noluit autem Dominus disperdere domum Dauid propter pactum quod inierat cum eo: & quia promiserat vt daret ei lucernam, & filiis eius omni tempore. ¶8 In diebus illius rebellauit Edom, ne esset subditus Iudæ, & constituit sibi regẽ. ¶9 Quũmque 'transiret' Ioram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secum, surrexit nocte, & percussit Idom qui se circundederat, & omnes duces equitatus eius. ¶10 Attamẽ rebellauit Edom, ne esset sub ditione Iudæ, vsque ad hanc diem: eo tẽpore & Lobna recessit, ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim Dominũ Deũ patrum suorũ. ¶11 Insuper & excelsa fabricatus est in vrbibus Iuda. & fornicari fecit habitatores Ierusalem, & præuaricari Iudã. ¶12 Allatæ sunt autẽ ei literæ ab Elia propheta, in quibus scriptum erat. Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Quoniam non ambulasti in viis Iosaphat patris tui, & in viis Asa regis Iuda, ¶13 Sed incessisti per iter regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habitatores Ierusalem, imitatus fornicationẽ domus Achab: insuper & fratres tuos, domum patris tui, melliores te, occidisti: ¶14 Ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo, & filiis, & vxoribus tuis, vniuersáque substantia tua. ¶15 Tu autẽ ægrotabis pessimo languore vteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per singulos dies. ¶16 Suscitauit ergo Dominus contra Ioră spiritum Philisthinorum, & Arabum, qui cõfines sunt Æthiopibus. ¶17 Et ascenderunt in terrã Iuda, & vastauerunt eam: diripuerũntque cuncta substantiam quæ inuenta est in domo regis, insuper & filios eius, & vxores: nec remansit ei filius, nisi Ioachaz, qui minimus natu erat. ¶18 Et super hæc omnia percussit eum Dominus alui languore insanabili. ¶19 Quúmque diei succederet dies, & temporum spatia volurentur, duorum annorum expletus est circulus: & sic longa consumptus rabie, ita vt egereret etiam viscera sua, languore pariter, & vita caruit. Mortuúsque est in infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem cõbustionis, exequias, sicut fecerat maioribus eius. ¶20 Triginta duorum annorum fuit quum regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitque non recte, & sepelierunt eum in Ciuitate-Dauid: verumtamen non in sepulchro regum.

CAP. XXII.

1 Ochozias impius Ioræ succedit. 5 Pugnat contra Hazael regem Syriæ. 6 Occiditur à Iehu. 10 Athalia semen regium occidit. 11 Ioas filius Ochoziæ absconditur.

*pẽsationes

'Israel.

4. Reg. 8. c.

1. Reg. 7. b.

'transiisset

A .Reg.2.f.24. CONstituerunt autem habitatores Ierusalé Ochoziam filium eius minimum, regem pro eo: omnes enim maiores natu, qui ante eũ fuerant, interfecerãt latrones Arabum, qui irruerant in castra: regnauitque Ochozias filius Ioram regis Iuda. ¶2 Quadraginta duorum annorũ erat Ochozias quũ regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Athalia filia Amri. ¶3 Sed & ipse ingressus est per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum vt impiè ageret. ¶4 Fecit igitur malum in conspectu Domini, sicut domus Achab: ipsi enim fuerũt ei cõsiliarii post mortem patris sui, in interitum eius. ¶5 Ambulauitque in consiliis eorum: & perrexit cum Ioram filio Achab rege Israel, in bellum contra Hazael regem Syriæ, in Ramoth-Galaad: vulneraueruntque Syri Ioră. ¶6 Qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: multas enim plagas acceperat in supradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit vt inuiseret Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantem. ¶7 Voluntatis quippe fuit Dei aduersus Ochoziam, vt veniret ad Ioram: & quũ venisset, `& egredereturcum eo aduersum Iehu filium Namsi, quem vnxit Dominus, vt deleret domum Achab. ¶8 Quum ergo exerteret Iehu domũ Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui ministrabant ei, & interfecit illos. ¶9 Ipsum quoque perquirens Ochoziam, comprehendit latitantem in Samaria: adductúmque ad se, occidit: & sepelierunt eum, eo quòd esset filius Iosaphat, qui quæsierat Dominum in toto corde suo. nec erat vltrà B spes aliqua vt de stirpe quis regnaret Ochoziæ. ¶10 Isiquidem Athalia mater eius videns quòd mortuus esset filius suus, surrexit, & interfecit omnem stirpem regiæ domus Ioram.' ¶11 Porrò Iosabeth filia regis tulit Ioas filium Ochoziæ, & furata est eum de medio filiorum regis, quum interficerentur: absconditque eum cum nutrice sua in cubiculo lectulorum. Iosabeth autem quæ absconderat eum, erat filia regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, soror Ochoziæ: & idcirco Athalia non interfecit eum. ¶12 Fuit ergo cum eis in domo Dei absconditus sex annis, quibus regnauit Athalia super Terram.

.Reg.11.2.1. Iuda.

## CAP. XXIII.

*Ioas filius Ochoziæ vngitur in regẽ. 11 Athalia interficitur. 16 Domus baal destruitur.*

A ANno autem septimo confortatus Ioiada, assumpsit centuriones, Azariam videlicet filium Ieroboham, & Ismahel filiũ Iohanan, Azariam quoque filium Oded, & Maasiam filium Adaiæ, & Elisaphat filium Zechri: & iniit eum eis fœdus. ¶2 Qui circumeuntes Iudã, cõgregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda, & principes familiarũ Israel: venerũtque in Ierusalem. ¶3 Iniit ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege: dixitque ad eos Ioiada, Ecce filius regis regnabit, sicut locutus est Dominus, super filios Dauid. ¶4 Iste est* sermo quem facietis. ¶5 Tertia pars vestrũ qui venitis ad sabbathum, sacerdotum, & Leuitarũ, & ianitorũ erit in portis: tertia verò pars ad domum regis: & tertia ad portam quæ appellatur Fundamenti: omne verò reliquũ vulgus sit in atriis domus Domini. ¶6 Nec quispiã alius ingrediatur domum Domini, nisi sacerdotes & qui ministrãt de Leuitis: ipsi tantummodo ingrediantur, quia sanctificati sunt: & omne reliquum vulgus obseruet custodias Domini. B ¶7 Leuitæ autem circundent regem, habentes singuli arma sua: (& siquis alius ingressus fuerit templum, interficiatur:) sintque cum rege & intrante & egrediẽte. ¶8 Fecerũt ergo Leuitæ, & vniuersus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada põtifex: & assumpserunt singuli viros qui sub se erant, & venientes qui ordinem sabbathi, cum his qui impleuerant sabbathũ, & egressi erant. Quiddem Ioiada pontifex non dimiserat abire turmas, quæ sibi per singulas hebdomadas succedere consueuerant. ¶9 Dedítque Ioiada sacerdos cẽturionibus lanceas, clypeósque & peltas regis Dauid, quas consecrauerat in domo* Domini. ¶10 Constituitque omnem populum tenẽtium pugiones à parte templi dextra, vsque ad partẽ templi sinistrã, coram altari, & templo, per circuitum regis. ¶11 Et eduxerunt filium regis, & imposuerunt ei diadema, & testimonium, `dederũtque in manu eius tenendam legem:' & constituerunt eum regem: vnxit quoque illum Ioiada pontifex, & filii eius: imprecatíque sunt ei, atque dixerunt, viuat rex. ¶12 Quod quum audisset Athalia, vocem scilicet currentiũ atque laudantium regem, ingressa est ad populũ in tẽplum Domini. ¶13 Quúmque vidisset regem stantem super gradũ in introitu, & principes, tutmásque circa eum, omnémque populũ terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diuersi generis organis concinentem, vocẽmque laudantium, scidit vestimenta sua, & alt. Insidiæ, insidiæ. ¶14 Egressus autẽ Ioiada pontifex ad centuriones & principes exercitus, dixit eis, Educite illam extra septa templi, & interficiatur foris gladio. præcepitque sacerdos ne occideretur in domo Domini: ¶15 Et imposuerũt ei cernicibus eius manus: quúmque intrasset portã equorum domus regis, interfecerunt eam ibi. ¶16 Pepigit autem Ioiada fœdus inter se, vniuersúmque populum & regem, vt esset populus Domini. ¶17 Itaque ingressus est omnis populus domum baal, & destruxerunt eam: & altaria ac simulachra illius confregerunt: Mathan quoque sacerdotem baal interfecerũt ante aras. ¶18 Constituit autem Ioiada præpositos in domo Domini, sub manibus sacerdotũ & Leuitarum, quos distribuit Dauid in domo Domini: vt offerrent holocaustа Domino, sicut scriptũ est in lege Moysi, in gaudio & canticis, iuxta dispositionem Dauid. ¶19 Cõstituit quoque ianitores in portis domus Domini, vt non ingrederetur eam immundus in omni re. ¶20 Assumpsítque centuriones & fortíssimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt descendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ superioris in domum regis, & collocauerunt eum in solio regali. ¶21 Lætatúsque est omnis populus Terræ, & vrbs quieuit: porrò Athalia interfecta est gladio.

.Reg.11.4. Ieroboam.

## CAP. XXIIII.

*Ioas tempore Ioiadæ seruat legem, instaurat templum. 16 Ioiada mortuo declinat ad idola. 19 Occidit Zachariam prophetam. 25 Interficitur à seruis.*

A 1. Septem annorum erat Ioas quum regnare cœpisset: & quadraginta annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Sebia de Ber-sabee. ¶2 Fecitque quod bonum est coră Domino cunctis diebus Ioiadæ sacerdotis. ¶3 Accepit autem ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias. ¶4 Post quæ placuit Ioas vt instauraret domum Domini. ¶5 congregatisque sacerdotes & Leuita, & dixit eis, Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniă ad sarta tecta templi Dei vestri, per singulos annos, festinatóque hoc facite. porró Leuitæ egere negligentius. ¶6 Vocatúque rex Ioiadam principē, & dixit ei, Quare tibi nō fuit curæ vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ierusalem pecuniam quæ consti tuta est à Moyse seruo Domini, vt inferret ea omnis multitudo Israel in tabernaculum testimonii? ¶7 Athalia enim impiissima, & filii eius destruxerunt domū Dei, & de vniuersis quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornauerūt phanum baalim. ¶8 Præcepit ergo rex, & fecerunt arcă: posuerúntque eam iuxta portam Domini foris secus. ¶9 Et prædicatū est in Iuda & Ierusalem vt deferrent singuli pretium Domino, quod constituit Moyses seruus Dei super omnem Israel, in deserto. ¶10 Lætatique sunt cuncti principes, & omnis populus: & ingressi contulerunt in arcam Domini, atque miserunt. ita vt impleretur. ¶11 Quúmque tempus esset vt deferrēt arcam coram rege per manus Leuitarum (videbant enim multam pecuniam) ingrediebatur scriba regis, & quem primus sacerdos constituerat: effundebantque pecuniam quæ erat in arca: porró arcă reportabant ad locum suū: sicque faciebant per singulos dies, & congregata est infinita pecunia. ¶12 Quam dederunt rex & Ioiada his qui præerant operibus domus Domini: at illi conducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domum Domini: fabros quoque ferri & æris: vt quod cadere cœperat, fulciretur. ¶13 Egerúntq; hi qui operabantur industrie, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorū: ac sustituerunt domum Domini in statu pristinum, & firmiter eam stare fecerunt. ¶14 Quúmque cōplessent omnia opera, detulerūt corā rege & Ioiada reliquam partē pecuniæ: de qua facta sunt vasa templi in ministerii ad holocausta, phialæ quoque, & cætera vasa aurea & argentea: & offerebantur holocausta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ. ¶15 Senuit autem Ioiada plenus dierū, & mortuus est quū esset centum triginta annorum: ¶16 Sepelierúntque eum in ciuitate Dauid cum regibus, eo quòd feciſſet bonum cum Israel, & cum domo eius. ¶17 Postquam autē obiit Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem: qui delinitus obsequiis eorū, acquieuit eis. ¶18 Et dereliquerunt templum Domini Dei patrū suorum, seruierúntq; lucis & sculptilibus: & facta est ira Domini contra Iudam & Ierusalē propter hoc peccatū. ¶19 Mittebātque eis prophetas, vt reuerterentur ad Dominum: quos protestantes, illi audire nolebāt. ¶20 Spiritus itaque Dei induit Zachariā filium Ioiadæ sacerdotē, & stetit in conspectu populi, & dixit eis, Hæc dicit Dominus Deus, Quare trāsgredimini præceptum Domini, quod vobis nō proderit: & dereliquistis Dominū, vt dereliqueret vos? ¶21 Qui cōgregati aduersus eum, miserūt lapides iuxta regis imperium, in atrio domus Domini. ¶22 Et nō fecit recordatus Ioas rex misericordiæ quā fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filiū eius. Qui quū moreretur, ait, Videat Dominus & requirat. ¶23 Quúmque euoluisset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ: venitque in Iudam & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atque vniuersam prædam miserunt regi in Damascum. ¶24 Et certe quum permodicus venisset numerus Syrorū, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinē: eo quòd dereliquissent Dominū Deum patrū suorum: in Ioas quoq; ignominiosa exercuere iudicia. ¶25 Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis: surrexerūt autem cōtra eum serui sui in vltionem sanguinis Zachariæ filii Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eū in lectulo suo, & mortuus est: sepelierúntque eum in Ciuitate Dauid, sed non in sepulchris regum. ¶26 Insidiati verò sunt ei Zabad filius Semaath Ammanitidis, & Iozabad filius Semarith Moabitidis. ¶27 Porró filii eius, ac summa pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in Libro regum. regnauit autē Amasias filius eius pro eo. regnauit

CAP. XXV.

1 Amasias regnat pro Ioa. 3 Occidit interfectores patris sui. 11 Percutit Idumæos: quorum deos adorans corripitur: traditur in manus hostium, & occiditur.

Vigintiquinque annorū erat Amasias quū regnare cœpisset, & viginti nouem annis regnauit in Ierusalē: nomen matris eius Ioiadan de Ierusalem. ¶2 Fecitque bonum in conspectu Domini, verūtamē non in corde perfecto. ¶3 Quúmque roboratum sibi videret imperium, iugulauit seruos qui occiderāt regem patrem suum. ¶4 Sed filios eorum non interfecit, sicut scriptum est in Libro legis Moysi, vbi præcepit Dominus, dicens, Non occidentur patres pro filiis, neque filii pro patribus suis: sed vnusquisq; in suo peccato morietur. ¶5 Congregauit igitur Amasias Iudam, & constituit eos per familias, tribunósque & centuriones in vniuerso Iuda & Beniamin: & recensuit à viginti annis sursum. inuenitque triginta millia iuuenum qui egrederētur ad pugnā, & tenerēt hastā & clypeum. ¶6 Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robusto rum, centum talentis argenti. ¶7 Venit autem homo Dei ad illum, & ait, O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel: non est enim Dominus cum Israel & cunctis filiis Ephraim. ¶8 Quòd si putas in robore exercitus bella cōsistere, superari te faciet Deus ab hostibus: Dei quippe est & adiuuare, & in fugam conuertere. ¶9 Dixit; Amasias ad hominē Dei, Quid ergo fiet de centum talentis quæ dedi militibus Israel? Et respondit ei homo Dei, Habet Dominus vnde tibi dare possit multo his plura. ¶10 Separauit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locū suū: at illi contra Iudam vehementer irati, reuerti

Hebr. 11. d. 1

Matt. 23. d. 1

Deut. 24. c. 1
4. Reg. 14. b. 7
Ezech. 18. c. 1

B

C

D

E

F

G

sunt in regionem suã. ¶11 Porrõ Amasias confidẽter eduxit populum suum, & abiit in Vallem salinarũ, percussitque filios Seir, decẽ millia. ¶12 Et alia decẽ milla virorũ ceperũt filii Iuda, & adduxerũt ad præruptum cuiusdã petræ, præcipitauerũntq; eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerũt. ¶13 At ille exercitus, quẽ remiserat Amasias, ne secum iret ad prælia, diffusus est in ciuitatib' Iuda, à Samaria vsque ad Beth-horon, & interfectis tribus millibus, direpuit prædam magnã. ¶14 Amasias quoque post cædẽ Idumæorum, & allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat incensum.

¶15 Quam ob rem iratus Dominus cõtra Amasiam, misit ad illum prophetã, qui diceret ei, Cur adorasti deos qui non liberauerunt populum suũ de manu tuã? ¶16 Quũmque hæc ille loqueretur, respondit ei, Num consiliarius regis es? quiesce, ne interficiam te, discedẽsque propheta, scio, inquit, quòd cogitauerit Deus occidere te, quia & fecisti hoc malum, & insuper nõ acquieuisti cõsilio meo. ¶17 Igitur Amasias rex Iuda inito pessimo cõsilio, misit ad Ioas filiũ Ioachaz filii Iehu regẽ Israel, dicẽs, Veni, videamus nos mutuò. ¶18 At ille remisit nuntios, dicẽs, Carduus qui est in Libano misit ad cedrum Libani, dicens, Da filiã tuam filio meo vxorẽ: & ecce bestiæ quæ erant in Syria Libani transierunt, & cõculcauerũt carduum. ¶19 Dixisti, Percussi Edom: & idcirco erigitur cor tuũ in superbiã: sede in domo tua, cur malũ aduersum te prouocas, vt cadas & tu & Iudas tecum? ¶20 Noluit' audire Amasias, eo quòd Dominũ esset voluntas vt traderetur in manus hostiũ propter deos Edom. ¶21 Ascẽdit igitur Ioas rex Israel, & mutuos sibi præbuere conspectus: Amasias autem rex Iuda erat in Beth-sames Iudæ. ¶22 Corruitque Iudas corã Israel, & fugit in tabernacula sua. ¶23 Porrõ Amasiam regẽ Iuda filium Ioas filii Ioachaz, cepit Ioas rex Israel in Beth-sames, & adduxit in Ierusalem: destruxitque murum eius à porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitis. ¶24 Omne quoque aurum, & argentũ, & vniuersa vasa quæ repererat in domo Dei, & apud Obed-edom, in thesauris etiam domus regiæ, necnon & filios obsidũ reduxit in Samariam. ¶25 Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquã mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israel, quindecim annis. ¶26 Reliqua autem sermonum Amasiæ prioruũ & nouissimorũ scripta sunt in Libro regũ Iuda & Israel. ¶27 Qui postquã recessit à Domino, tetenderũt ei insidias in Ierusalẽ. Quũm que fugisset Lachis, misertũt, & interfecerunt eum ibi. ¶28 Reportantèsque super equos, & pepelierunt eum cum patribus suis in Ciuitate Dauid.

## CAP. XXVI.

1 Ozias constituitus rex pro Amasia, quærit Deum, & vincit Philisthæos. 10 Agricultæ deditus est. 16 Vsurpans sacerdotum officium, percutitur lepra. 21 Ioatham filius eius regit domum. 23 Moritur Ozias.

¶1 Omnis autem populus Iuda, filiũm eius Oziam annorum sedecim, constituit regem pro Amasia patre suo. ¶2 Ipse ædificauit Ailath, & restituit eã dicioni Iudæ, postquã dormiuit rex cũ patribus suis. ¶3 Sedecim annorum erat Ozias quũ regnare cœpisset, & quinquaginta duob' annis regnauit in Ierusalem: nomẽ matris eius Iechelia de Ierusalẽ. ¶4 Fecitque quod erat rectũ in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater ei'. ¶5 Et exquisiuit' Dominũ in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deũ: quãmque requireret Dominum, direxit eum in omnibus. ¶6 Deniq; egressus est, & pugnauit cõtra Philisthiim, & destruxit murũ Geth, & murũ Iabniæ, murũmque Azoti: ædificauit quoque oppida in Azoto, & *Philisthiim. ¶7 Et adiuuit eũ Deus contra Philisthiim, & contra Arabes qui habitabant in Gurbãal, & contra Ammonitas. ¶8 Appendebãntque Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum est nomẽ eius vsque ad introitum Aegypti, propter crebras victorias. ¶9 *Ædificauit quoque Ozias turres in Ierusalem super portam anguli, & super portam vallis, & reliquas, in eodem muri latere, firmauitque eas. ¶10 Extruxit etiam turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo quòd haberet multa pecora tã in eã pestribus, quàm in eremi vastitate: vineas quoque habuit & vinitores in montibus, & in Carmelo: erat quippe homo agricolturæ deditus. ¶11 Fuit autem exercitus bellatorũ eius, qui procedebant ad prælia sub manu Iehiel scribæ, Maasiæque doctoris, & sub manu Hananiæ qui erat de ducibus regis. ¶12 Omnisque numerus principum per familias, virorũ fortiũ, duorũ millium sexcentorũ. ¶13 Et sub eis vniuersus exercit' trecentorum & septẽ millium quingentorũ: qui erant apti ad bella, & pro rege cõtra aduersarios dimicabãt. ¶14 Præparauit quoq; eis Ozias, id est cuncto exercitui, clypeos & hastas & galeas & loricas, arcũsque & fundas ad iaciendos lapides. ¶15 Et fecit in Ierusalẽ diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in ãgulis murorũ, vt mitterẽt sagittas, & saxa grãdia: egressũmq; est nomẽ eius procul, eo quòd auxiliaretur ei Domin', & corroborasset illũ. ¶16 Sed quũ roboratus esset, eleuatum est cor eius in interitũ suum, & neglexit Dominum Deũ suum: ingressũsque templum Domini, adolere voluit incẽsum super altare thymiamatis. ¶17 Statimque ingressus post eũ Azarias sacerdos, & cũ eo sacerdotes Domini octoginta, viri fortissimi. ¶18 Restiterũt regi, atque dixerũt, Non est tui officii Ozia, vt adoleas incẽsum Domino: sed sacerdotũ, hoc est filiorũ Aaron, qui consecrati sunt ad huiusce modi ministerium: egredere de sanctuario, ne contemperis: quia nõ reputabitur tibi in gloriã hoc à Domino Deo. ¶19 Iratúsque Ozias, & tenẽs in manu thuribulũ vt adoleret incensum, minabatur sacerdotibus: starũmque orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus, in domo Domini super altare thymiamatis. ¶20 Quũmque respexisset eũ Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes: viderũt leprã in fronte eius, & festinatò expulerunt eũ: sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eo quòd sensisset illico plagam Domini. ¶21 Fuit igitur Ozias rex leprosus vsque ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plen' lepra, ob quam electus fuerat de domo Domini. porrõ

Ioathã filius eius rexit domũ regis, & iudicauit populum terræ. ¶21 Reliqua autem sermonum Oziæ priorum & nouissimorum scripsit Isaias filius Amos, propheta. ¶23 Dormiuitque Ozias cũ patribus suis, & sepelierũt eum in agro regalii sepulchrorum, eo quòd esset leprosus: regnauitque Ioatham filius eius pro eo.

CAP. XXVII.

1 Ioatham pius regnat. 5 Vincit Ammonitas. 9 Eo mortuo succedit Achaz.

VIginti quinque annorũ erat Ioathã quum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Ieruſa filia Sadoc. ¶2 Fecitque quod rectũ erat coram Domino iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus: excepto quòd non est ingressus templum Domini: & adhuc populus delinquebat. ¶3 Ipse ædificauit portam domus Domini ex celsam: & in muro Ophel multa construxit. ¶4 Vrbes quoque ædificauit in montibus Iudæ: & in saltibus castella, & turres. ¶5 Ipse pugnauit contra regem filiorum Ammon, & vicit eos: dederũntque ei filii Ammon in tempore illo centum talẽta argenti, & decem millia coros tritici, ac totidem coros hordei: hæc ei præbuerunt filii Ammon in anno secundo & tertio. ¶6 Corroboratúsque est Ioatham, eo quòd direxisset vias suas coram Domino Deo suo. ¶7 Reliqua autem sermonum Ioatham, & omnes pugnæ eius, & opera, scripta sunt in Libro regũ Israel & Iudæ. ¶8 Viginti quinque annorum erat quũ regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. ¶9 Dormiuitque Ioatham cum patribus suis, & sepelierunt eũ in Ciuitate Dauid: & regnauit Achas filius eius pro eo.

CAP. XXVIII.

1 Achaz impius traditur Syris, 7 Israelitæ vastant tribum Iudæ. 9 Arguuntur à propheta Oded crudelitatis. 16 Iuda affligitur ab Idumæis & Philisthæis. 23 Achaz seruit idolis. Moritur, & pro eo regnat pius Ezechias.

VIginti annorum erat Achaz quũ regnare cœpisset: & sedecim annis regnauit in Ierusalem: non fecit rectum in cõspectu Domini sicut Dauid pater eius. ¶2 Sed ambulauit in viis regum Israel, insuper & statuas fudit Babalim. ¶3 Ipse est qui adoleuit incẽsum in Valle-ben-ennom: & lustrauit filios suos in igne iuxta ritum Gentiũ, quas interfecit Dominus in aduentu filiorũ Israel. ¶4 Sacrificabat quoque, & thymiama succẽdebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. ¶5 Tradiditque eum Dominus Deus eius in manus regis Syriæ, qui percussit eum, magnámque prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Damascum: manibus quoque regis Israel tradítus est, & percussus plaga grandi. ¶6 Occidítque Phacee filius Romeliæ, de Iuda centũ viginti millia in die vno, omnes viros bellatores: eo quòd reliquissent Dominum Deum patrum suorum. ¶7 Eodem tempore occidit Zechri vir potẽs ex Ephraim, Maasiam filium regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanam quoque secundum à rege. ¶8 Ceperũntque filii Israel de fratrib⁹ suis ducẽta millia mulierum, puerorum, & puellarũ, & infinitam prædam: pertulerũntque eam in Samariam. ¶9 Ea tempestate erat ibi propheta Domini, nomine Oded: qui egressus obuiã exercitui venienti in Samariam, dixit eis, Ecce iratus Dominus Deus patrum vestrorum contra Iudam, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt ad cælũ pertingeret vestra crudelitas. ¶10 Insuper filios Iuda, & Ierusalem vultis vobis subiicere in seruos, & ancillas, quod nequaquã facto opus est: peccatis enim super hoc Domino Deo vestro. ¶11 Sed audite consilium meũ, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris: quia magnus furor Domini imminet vobis. ¶12 Steterunt itaque viri de principib⁹ filiorũ Ephraim, Azarias filius Iohanan, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, & Amasias filius Hadali, cõtra eos qui veniebant de prælio, ¶13 & dixerunt eis, Non introducetis huc captiuos, ne peccemus Domino. quare vultis ad iucere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? grãde quippe peccatũ est, & ira furoris Domini imminet super Israel. ¶14 Dimiseruntque viri filii Israel bellatores prædã, & vniuersa quæ ceperant coram principibus & omni multitudine. ¶15 Steterũntque viri quos supra memoraui mus: & apprehendẽtes captiuos, omnẽque qui nudi erãt, vestierũt de spoliis: quũmque vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo ac potu, vnxissẽtque propter laborem, & adhibuissent eis curã: quicunque ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, imposuerunt eos iumentis, & adduxerunt eos Iericho Ciuitatem palmarum, ad fratres eorũ, ipsique reuersi sunt in Samariam. ¶16 Tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum, postulãs auxiliũ. ¶17 Venerũntque Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda, & ceperunt prædã magnam. ¶18 Philisthiim quoque diffusi sunt per vrbes campestres, & ad Meridiem Iudæ: ceperũntque Beth-semes, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoque, & Thãnan, & Gamzo cum viculis suis: & habitauerunt in eis. ¶19 Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda, eo quòd nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset Dominum. ¶20 Adduxitque cõtra eum Thelgath-phalnasar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, & nullo resistente vastauit. ¶21 Igitur Achaz spoliata domo Domini, & domo regum ac principũ, dedit regi Assyriorum munera & tamen nihil ei profuit. ¶22 Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum, ipse per se rex Achaz. ¶23 Immolauit diis Damasci victimas, percussoribus suis, & dixit, Dii regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & adorãt mihi: quũ econtrario ipsi fuerint ruinæ ei, & vniuerso Israel. ¶24 Direptis itaque Achaz omnibus vasis domus Dei, atque confractis, clausit ianuas templi Dei: & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalẽ. ¶25 In omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremãdum thus, atque ad iracundiam prouocauit Dominum Deum patrum suorum. ¶26 Reliqua autem sermonum eius, & omnium operum suorum priorum & nouissimorũ scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel. ¶27 Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem: neque enim receperunt

eum in sepulchra regũ Israel. ¶ Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.

CAP. XXIX.

1 Instaurat templum Dei Ezechias. 5 Orationem habet ad sacerdotes & Leuitas. 11 Mandatur templum. 20 Ezechias cum principibus sacrificat in templo, & canunt laudes. 30 Hymni Dauidis & Asaph.

4. Reg. 18. a. 1. ¶ Fuitur Ezechias regnare cœpit, quũ viginti-quinque esset annorum, & viginti nouem annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Abia, filia Zacharię. ¶ 2 Fecitq; quod erat placitum in conspectu Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. ¶ 3 Ipso anno & mẽse primo regni sui, aperuit ualuas dom' Domini, & instaurauit eas. ¶ 4 Adduxitque sacerdotes atque Leuitas, & congregauit eos in plateam Orientalem. ¶ 5 Dixitque ad eos, Audite me Leuitæ, & sanctificamini, mũdate domũ Domini Dei patrum nostrorũ, & auferte omnẽ immunditiam de sanctuario. ¶ 6 Peccauerunt patres nostri, & fecerũt malũ in conspectu Domini Dei nostri, derelinquẽtes eũ: auerterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum. ¶ 7 Clauserunt ostia quæ erant in porticu, & extinxerũt lucernas: incensũmque non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israel.

Ipse

vestrorum,

¶ 8 Concitatus est itaque furor Domini super Iudam & Ierusalẽ: tradiditque eos in cõmotionem, & in interitum, & in sibilũ, sicut ipsi cernitis oculis vestris. ¶ 9 En, corruerũt patres nostri gladiis: filii nostri, & filiæ nostræ, & coniuges captiuæ ductæ sunt propter hoc scelus. ¶ 10 Nunc ergo placet mihi vt ineamus fœdus cum Domino Deo Israel, & auertet à nobis furorem iræ suæ. ¶ 11 Filii mei nolite negligere: vos elegit Dominus vt stetis corã eo, & ministretis illi, colatisque eum, & cremetis ei incensum. ¶ 12 Surrexerũt ergo Leuitæ: Mahath filius Amasai, & Ioel filius Azariæ, de filiis Caath: porrò de filiis Merari, Cis fili' Abdi, & Azarias filius Ialaleel: de filiis autẽ Gerson, Ioah filius Zemma, & Eden filius Ioah: ¶ 13 At verò de filiis Elisaphã, Samri & Iahiel: de filiis quoq; Asaph, Zacharias & Mathanias: ¶ 14 Necnõ de filiis Heman, Iahiel & Semei: sed & de filiis Idithun, Semeias & Oziel. ¶ 15 Cõgregauerũt que fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mãdatum regis & imperiũ Domini, vt expiarent domum Dei. ¶ 16 Sacerdotes quoque ingressi templum Domini, vt sanctificarẽt illud, extulerunt omnem immunditiam, quam intrò repererant in vestibulo domus Domini: quã tulerũt Leuitæ, & asportauerunt ad Torrẽtem cedron foras. ¶ 17 Cœperunt autem prima die mensis primi mundare, & in die octauo eiusdem mensis ingressi sunt porticũ domus templi Domini. ex plauerũntque templũ diebus octo. & in die sextadecima mensis eiusdem, quod cœperant impleuerunt. ¶ 18 Ingressi quoque sunt ad Ezechiam regem, & dixerunt ei, Sanctificauimus omnem domũ Domini, & altare holocausti, vasaque eius, necnõ & mensam propositionis cum omnibus vasis suis. ¶ 19 Cunctamque templi supellectilem, quam polluerat rex Achaz in regno suo, postquã præuaricatus est: & ece exposita sunt omnia coram altari Domini. ¶ 20 Cõsurgẽnsque diluculo Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & ascendit in domum Domini: ¶ 21 Obtulerũntque simul tauros septem, & arietes septẽ, agnos septem, & hircos septem pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda: dixitque sacerdotibus filiis Aaron vt offerrent super altare Domini. ¶ 22 Mactauerunt igitur tauros, & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum super altare: mactauerunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt: vt immolauerunt' agnos, & fuderunt super altare sanguinem: ¶ 23 Applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuersa multitudine: imposuerũntque manus suas super eos: ¶ 24 Et immolauerũt illos, sacerdotes, & asperserunt sanguinem eorum coram altari pro piaculo vniuersi Israelis: pro omni quippe Israel præceperat rex vt holocaustũ fieret, & pro peccato. ¶ 25 Constituit quoque Leuitas in domo Domini cũ cymbalis & psalteriis, & citharis secundũ dispositionẽ Dauid regis, & Gad videntis, & Nathã prophetæ: siquidem Domini præceptũ fuit per manũ prophetarum eius. ¶ 26 Steterũntque Leuitæ tenẽtes organa Dauid, & sacerdotes tubas. ¶ 27 Et iussit Ezechias vt offerrẽt holocausta super altare: quũmque offerrẽtur holocausta, cœperũt laudes canere Domino, & cãgere tubis, atq; in diuersis organis, quæ Dauid rex Israel repererat, cõcrepare. ¶ 28 Omni autẽ turba adorante, cãtores, & ii qui tenebãt tubas, erãt in officio suo, donec completeretur holocaustũ. ¶ 29 Quũmque finita esset oblatio, incuruat' est rex, & omnes qui erant cũ eo, & adorauerũt. ¶ 30 Præcepitque Ezechias & principes Leuitis, vt laudarẽt Dominum sermonibus Dauid & Asaph videntis: qui laudauerũt' Deũ magna lætitia, & incuruato genu adorauerũt. ¶ 31 Ezechias autem etiam hæc addidit, Implestis man' vestras Domino, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Domini. Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mẽte deuota. ¶ 32 Porrò numerus holocaustorũ quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros' sexaginta, arietes centũ, agnos ducentos. ¶ 33 Sanctificauerũntque Domino boues sexcentos, & oues tria millia. ¶ 34 Sacerdotes verò pauci erant, nec poterant sufficere vt pelles holocaustorum detraherẽt: vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerũt eos, donec impleretur opus, & sanctificarẽtur antistites: Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificãtur quàm sacerdotes. ¶ 35 Fuerunt ergo holocausta plurima, adipes pacificorũ, & libamina holocaustorũ: & completus est cultus dom' Domini. ¶ 36 Lætatusque est Ezechias, & omnis populus, eo quòd ministerium Domini' esset expletum. derepente quippe hoc fieri placuerat.

CAP. XXX.

1 Phase iussu Ezechiæ celebratur. 6 Exhortatio Ezechiæ ad Israelem vt reuertatur ad Deum. 12 Ezechias orat pro populo. 17 Benedicunt Leuitæ ipsi populo.

¶ Misit quoque Ezechias ad omnẽ Israel & Iudã: scripsitque epistolas ad Ephraim & Manassen vt venirent ad domum Domini in Ierusalem, & facerent phase Domino Deo

Israel. ¶2 Inito ergo cõsilio regis, & principũ, & vniuersũ cœtus Ierusalem, decreuerũt vt faceremt phasemẽse secundo. ¶3 Non enim occurrerant facere in tempore suo: quia sacerdotes qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, & populus nõdum congregatus fuerat' in Ierusalẽ. ¶4 Placuitque sermo regi & omni multitudini. ¶5 Et decreuerũt vt mitterent nuntios in vniuersum Israel de Ber-sabee vsque Dan, vt venirẽt & facerẽt phase Domino Deo Israel, in Ierusalem: multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est. ¶6 Perrexerũtque cursores cũ epistolis ex regis imperio, & principum eius, in vniuersum Israel & Iudam iuxta id quod rex iusserat, prædicantes, Filii Israel reuertimini ad Dominũ Deum Abraham, & Isaac, & Israel: & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Assyriorum. ¶7 Nolite fieri sicut patres vestri & fratres, qui recesserũt à Domino Deo patrũ suorum, & tradidit eos in interitum, vt ipsi cernitis. ¶8 Nolite indurare ceruices vestras, sicut patres vestri: tradite manus vestras' Domino, & venite ad sanctuariũ eius quod sanctificauit in æternũ: seruite Domino Deo patrũ vestrorum, & auertetur à vobis ira furoris ei⁹. ¶9 Si enim vos reuertũ fueritis ad Dominũ, fratres vestri, & filii habebũt misericordiam corã dominis suis qui illos duxerũt captiuos, & reuertentur in terrã hanc: pius enim & clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuertũ fueritis ad eum. ¶10 Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim & Manasse, vsque ad Zabulõ, illis irridẽtib⁹ & subsannantibus eos. ¶11 Attamen quidam viri ex Aser & Manasse & Zabulon acquiescentes cõsilio, venerunt Ierusalem. ¶12 In Iuda verò facta est manus⁹ Domini, vt daret eis cor vnum vt facerent iuxta præceptum regis & principum, verbum Domini. ¶13 Congregatique sunt in Ierusalem populi multi, vt facerent Solennitatem azymorum in mense secundo. ¶14 Et surgentes destruxerunt altaria quæ erant in Ierusalem: atque vniuersa in quib⁹ idolis adolebatur incensum, subuertentes, proiecerunt in Torrentem-cedron. ¶15 Immolauerũt autem phase quartadecima die mensis secundi. sacerdotes quoque, atque Leuitæ tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo Domini, ¶16 Steterũque in ordine suo iuxta dispositionem & legem Moysi hominis Dei: sacerdotes verò suscipiebant effundendũ sanguinem de manibus Leuitarum. ¶17 Eo quòd multa turba sanctificata nõ esset: & idcirco immolarent Leuitæ phase his qui non occurrerant sanctificari Domino. ¶18 Magna etiam pars populi de Ephraim & Manasse & Issachar & Zabulõ, quæ sanctificata non fuerat, comẽdit phase, nõ iuxta quod scriptũ est: & orauit pro eis Ezechias, dicens, Dominus bonus propitiabitur ¶19 Cunctis qui in toto corde requirunt Dominum Deũ patrum suorũ: & non imputabit eis quòd min⁹ sanctificati sunt. ¶20 Quem exaudiuit Dominus, & placatus est populo.

¶21 Fecerũtque filii Israel qui inuẽti sunt in Ierusalẽ, solennitatẽ azymorũ septẽ dieb⁹ in lætitia magna, laudãtes Dominũ per singulos dies, Leuitæ quoq; & sacerdotes per organa, quæ suo officio cõgruebant. ¶22 Et locutus est Ezechias ad cor omniũ Leuitarũ qui habebãt intelligentiã bonã super Domino: & comederunt septem diebus Solẽnitatis immolãtes victimas pacificorũ, & laudãtes Dominũ Deum patrũ suorũ. ¶23 Placuitque vniuersæ multitudini vt celebrarẽt etiã alios dies septẽ: quod & fecerũt quàm ingenti gaudio. ¶24 Ezechias enim⁹ autẽ rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros, & septẽ millia ouiũ: principes verò dederant populo tauros mille & oues decẽ millia: sanctificata est ergo sacerdotum plurima multitudo. ¶25 Et hilaritate perfusa omnis turba Iuda, tã sacerdotũ & Leuitarũ, quàm vniuersæ frequẽtiæ quæ venerat ex Israel: proselytorũ quoque de terra Israel, & habitantium in Iuda. ¶26 Factaque est grãdis celebritas in Ierusalem, qualis à diebus Salomonis filii Dauid regis Israel in ea vrbe nõ fuerat. ¶27 Surrexerũt autẽ sacerdotes atque Leuitæ benedicentes populo, & exaudita est vox eorũ, perueniteque oratio in habitaculum sanctum cæli.

## CAP. XXXI.

1 Simulachra & lucos populus demolitur. 2 Ezechias sacerdotes & Leuitas constituit.

Quũmq; hæc fuissent ritè celebrata, egressus est omnis Israel, qui inuẽtus fuerat in vrbibus Iuda, & fregerunt simulachra, succiderũntq; lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerũt: nõ solùm de vniuerso Iuda & Beniamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitus euerterent: reuersique sunt omnes filii Israel in possessiones & ciuitates suas. ¶2 Ezechias autẽ constituit turmas sacerdotales, & Leuiticas per diuisiones suas: vnũquenque in officio proprio, tam sacerdotũ videlicet, quàm Leuitarũ, ad holocausta & pacifica, vt ministrarent & cõfiterẽtur, canerẽntque in portis castrorum Domini. ¶3 Pars autem regis eorũ erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustũ mane semper & vespere, Sabbathis quoque, & Calendis, & Solennitatibus cæteris, sicut scriptum est in lege Domini. ⁹Moysi. ¶4 Præcepit etiam populo habitantiũ Ierusalẽ, vt darent partes sacerdotib⁹ & Leuitis, vt possent vacare legi Domini. ¶5 Quod quum percrebruisset in auribus multitudinis, plurimas obtulẽre primitias filii Israel, frumenti, vini, & olei, mellis quoque, & omnium quæ gignit humus decimas obtulerũt. ¶6 Sed & filii Israel & Iuda, qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt decimas boum & ouium, decimã sque sanctorum quæ vouerãt Domino Deo suo: atque vniuersa portantes, fecerunt aceruos plurimos. ¶7 Mense tertio cœperunt acernorũ facere fundamẽta, & mense septimo compleuerunt eos. ¶8 Quúmque ingressi fuissent Ezechias & principes eius, viderunt aceruos, & benedixerunt Domino ac populo Israel. ¶9 Interrogauitque Ezechias sacerdotes & Leuitas cur ita facẽsent acerui.

¶10 Respondit illi Azarias sacerdos prim⁹ de stirpe Sadoc, dicẽs, ex quo cœperũt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, & saturati sum⁹, & remãserũt plurima: eo quòd benedixerit Domin⁹ populo suo: reliquiatũ autẽ copia est ista, quã cernis. ¶11 Præcepit igitus

Ezechias vt præparatent hostrea in domo Domini. Quod quum fecissent, ¶12 Intulerunt tã primitias quam decimas, & quæcunque vouerant, fideliter. Fuit autem præfectus eorũ Chonenias Leuita, & Semei frater eius, secundus, ¶13 Post quem Iahiel, & Azarias, & Nahath & Asael, & Ierimoth, Iosabad quoque & Eliel & Ismachias, & Mahath, & Banaias, præpositi sub manib' Chonenię & Semei fratris eius, ex imperio Ezechię regis & Azariæ pontificis dom' Dei, ad quos omnia pertinebãt. ¶14 Core verò filius Iẽna Leuites, & ianitor Orientalis portæ, præpositus erat iis quæ spõte offerebantur Domino', primitiisque & confectatis in Sanctasanctorũ. ¶15 Et sub cura eius Eden & Beniamin, Iesue & Semeias, Amarias quoq; & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum: vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus: ¶16 Exceptis maribus ab annis tribus & supra, cunctis qui ingrediebantur templum Domini, & quicquid per singulos dies conducebant' in ministerio atque obseruationibus iuxta diuisiones suas: ¶17 Sacerdotibus per familias, & Leuitis à vicesimo anno & supra per ordines & turmas suas, ¶18 Vniuersæq; multitudini tam vxoribus quam liberis eorum vtriusque sexus, fideliter sibi de his quæ sanctificata fuerant, præbebantur.

¶19 Sed & filiorũ Aaron per agros, & suburba na vrbium singularũ dispositi erant viri, qui partes distribuerẽt vniuerso sexui masculino, de sacerdotibus & Leuitis. ¶20 Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda: operatúsque est bonum & rectum, & verum coram Domino Deo suo ¶21 In vniuersa cultura ministerii domus Domini, iuxta legem & ceremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque, & prosperatus est.

## CAP. XXXII.

1 Sennacherib blasphemus inuadit Iudã. 8 Ezechias hortatur populum ad fiduciam in Deum. 20 Orante Ezechia Angelus percutit Assyrios. 21 Sennacherib occiditur à filiis. 24 Ezechias ingratus in Deum, ægrotat, & quare à Deo derelictus & tentatus. 33 Moritur, & ei succedit Manasses.

POst quæ & huiusce modi veritatem, venit Sennacherib rex Assyriorũ: & ingressus Iudam, obsedit ciuitates munitas, volens eas capere. ¶2 Quod quum vidisset Ezechias, venisse scilicet Sennacherib, & totũ belli impetũ vertisse cõtra Ierusalẽ, ¶3 Iniito cum principibus cõsilio, virisque fortissimis, vt obthurarent capita fontium quæ erant extra vrbem, & hoc omniũ decernente sententia, ¶4 Cõgregauit plurimam multitudinem, & obthurauerunt cunctos fontes, & riuum qui fluebant in medio terræ, dicentes, Ne veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. ¶5 Aedificauit quoq; agẽs industriè omnem murum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres desuper, & forinsecus alterum murũ: instauratúsque Mello in Ciuitate Dauid, & fecit vniuersi generis armaturam & clypeos. ¶6 Constituitque principes bellatorum in exercitu. & connocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorũ, dicens, ¶7 Viriter agite, & sonfortamini: nolite timere, nec paueatis regẽ Assyriorũ, & vniuersã multitudinem quæ est cum eo: multo enim plures nobiscum sunt, quam cum illo. ¶8 Cum illo enim est brachiũ carneũ, nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatque pro nobis. cõfortatúsque est populus huiusce modi verbis Ezechiæ regis Iuda. ¶9 Quæ postquam gesta sunt, misit Sẽnacherib rex Assyriorũ seruos suos in Ierusalẽ (ipse enim cũ vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regẽ Iuda, & ad omnẽ populũ qui erat in vrbe, dicens, ¶10 Hæc dicit Sẽnacherib rex Assyriorum, in quo habẽtes fiduciam, sedetis ob sessi in Ierusalem? ¶11 Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans quòd Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorũ? ¶12 Nunquid non iste est Ezechias qui destruxit excelsa illi', & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens, Coram altari vno adorabitis, & in ipso combureteis incensum? ¶13 An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cũctis terrarum populis? nunquid prævaluerunt dii gentium omniũmque terrarum liberare regionem suam de manu mea? ¶14 Quis est de vniuersis diis gẽtium, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populũ suum de manu mea, vt possit etiam Deus vester eruere vos de hac manu? ¶15 Nõ vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione de ludat, neque credatis ei. si enim nullus potuit deus cunctarum Gentium atque regionum' liberare populũ suum de manu mea, & de manu patrum meorum, consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de hac manu mea. ¶16 Sed & alia multa locuti sunt serui ei' contra Dominum Deum, & contra Ezechiam seruum eius. ¶17 Epistolas quoq; scripsit plenas blasphemiæ in Dominum Deum Israel, & locutus est aduersum eum, dicut dii gentium cæterarum non potuerũt liberare populum suum de manu mea, sic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populũ suũ de manu ista. ¶18 Insuper & clamore magno, lingua Iudaica, contra populum qui sedebat in muris Ierusalem, personabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatẽ. ¶19 Locutúsque est cõtra Deum' Israel, sicut aduersum deos populorum terræ, opera manuum hominũ. ¶20 Oraueruntigitur Ezechias rex, & Esaias filĩ' Amos prophetes, aduersum hanc blasphemiam, ac vociferati sunt vsque in cælum. ¶21 Et misit Dominus Angelum' suum qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum. Reuersúsque est cum ignominia in terram suam. Quúmque ingressus esset domum dei sui, filii qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt eum gladio. ¶22 Saluauitque Dominus Ezechiam & habitatores Ierusalem, de manu Sennacherib regis Assyriorũ, & de manu omnium, & præstitit ei quietem per circuitum. ¶23 Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia Domino in Ierusalẽ, & munera Ezechiæ regi Iudæ: qui exaltatus est post hæc coram cũctis gentibus. ¶24 In diebus illis ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem, & orauit Dominume: xaudiuitque eum, & dedit ei signum. ¶25 Sed non iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit, quia elevatum est cor eius: & facta est

cõtra eũ ira, & cõtra Iudã & Ierusalẽ. ¶16 Humiliatúsq; est postea, eo quòd exaltatũ fuisset cor eius, tã ipse, quàm habitatores Ierusalem: & idcirco nõ venit supereos ira Domini in die^b Ezechiæ. ¶17 Fuit autẽ Ezechias diues, & inclytus valde, & thesauros sibi plurimos congregauit argenti & auri & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum vniuersi generis, & vasorum magni pretii. ¶18 Apothẽcas quoque frumenti, vini, & olei, & præsepia omnium iumentorum, caulásque pecorũ, ¶19 Et vrbes^c sex^r ædificauit sibi. habebat quippe greges ouium & armentorum innumerabiles, eo quòd dedisset ei^r Dominus^r substantiam multam nimis.

¶20 Ipse est Ezechias qui obturauit superiorem fontem aquarum Gihõ, & auertit eas subter ad Occidentem Vrbis-Dauid: in operibus suis fecit prosperè quæ voluit. ¶21 Attamẽ in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. ¶22 Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & misericordiarum eius scripta sunt in visione Esaiæ filii Amos, prophetæ, & in Libro Regum Iuda & Israel. ¶23 Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum super sepulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habitatores Ierusalem: regnauitque Manasses filius eius pro eo.

## ❧ A P. XXXIII.

1 Manasses inuaurat excelsa. 10 Ducitur captiuus in Babylonem. 11 Afflictus Manasses sine intermissione orans exauditur. 16 Immolat victimas & laudes Deo. 20 Moritur, & el succedit Amon, qui à seruis suis occiditur. 24 Iosias constituitur rex.

A Duodecim annorum erat Manasses quũ regnare cœpisset: & quinquaginta quinque annis regnauit in Ierusalem. ¶2 Fecit autem malum coram Domino, iuxta abominationes Gentium, quas subuertit Dominus coram filiis Israel. ¶3 Et conuersus, instaurauit excelsa quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius: cõstruxitque aras baalim, & fecit lucos: & adorauit omnẽ militiam cæli, & coluit eam. ¶4 Ædificauit quoque altaria in domo Domini, de qua dixerat Dominus, In Ierusalẽ erit nomẽ meum in æternum. ¶5 Ædificauit autem ea, cuncto exercitui cæli, in duobus atriis domus Domini. ¶6 Transtulitque fecit filios suos per ignem, in Valle-ben-ennõ: obseruabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inseruiebat: habebat secũ magos & incantatores: multáque mala operatus est coram Domino, vt irritaret eum. ¶7 Sculptile quoque, & conflatile signum posuit in domo^p Domini^p, de qua locutus est Dominus ad Dauid, & ad Salomonẽ filium eius, dicens, In domo hac, & in Ierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum: ¶8 Et mouere non faciam pedẽ Israel de terra quã tradidi patribus eorum: ita dũtaxat si custodierint facere quæ præcepi eis, cuncta quæ legẽ, & cæremonias atque iudicia^a quæ mãdaui^a per manum Moysi. ¶9 Igitur Manasses seduxit Iudam & habitatores Ierusalem, vt facerent malũ super omnes Gẽtes quas subuerterat Dominus à facie filiorũ Israel. ¶10 Locutúsque est Dominus ad eum, & ad populum illius: & attẽdere noluerunt. ¶11 Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorũ: ceperúntque Manassen, & vinctum catenis, atque compedibus duxerunt in Babylonẽ. ¶12 Qui postquam coãgustatus est, orauit Dominũ Deum suum: & egit pœnitentiã valde coram Deo patrum suorum. ¶13 Deprecatúsq; est eũ, & obsecrauit intentè: & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Ierusalẽ in regnũ suum. & cognouit Manasses quòd Dominus, ipse esset Deus. ¶14 Post hæc ædificauit murum extra Ciuitatem Dauid, ad Occidentẽ Gihon, in cõualle: ab introitu portæ piscium per circuitum vsque ad Ophel, & exaltauit illũ vehemẽter: cõstituitque principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis. ¶15 Et abstulit deos alienos, & simulachrum de domo Domini: aras quoque quas fecerat in monte domus Domini, & in Ierusalem: & projecit omnia extra vrbem. ¶16 Porrò instaurauit altare Domini, & immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudem: præcepitque Iudæ vt seruiret Domino Deo Israel. ¶17 Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo. ¶18 Reliqua autem gestorum Manasse, & obsecratio eius ad Deum suum: verba quoque vidẽtium qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israel, continentur in sermonibus^b regum Israel. ¶19 Oratio quoque eius & exauditio, & cuncta peccata, atque contemptus, & loca etiam in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas, antequam ageret pœnitẽtiam, scripta sunt in Sermonibus Hozai. ¶20 Dormiuit ergo Manasses cum patribus suis, & sepelierũt eum in domo sua: regnauitque pro eo filius eius Amon. ¶21 Viginti duorum annorum erat^a quũ regnare cœpisset: & duob^b annis regnauit in Ierusalem. ¶22 Fecitque malũ in cõspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius: & cũctis idõlis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit. ¶23 Et non est reueritus faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius: & multo malora delinquit. ¶24 Quúmque conIurassent aduersus eũ serui sui, interfecerũt eũ in domo sua. ¶25 Porrò reliqua populi multitudo, cæsis iis qui Amon percusserant, constituit regem Iosiam filium eius pro eo.

## ❧ A P. XXXIIII.

1 Iosias subuertit idõla. 8 Iubet instaurari templum. 14 Deuteronomium inuentum affertur ei: quo lecto, terrore concussus consulit Deũ per Holdam prophetissam. 27 Flet. 29 Legit illud coram omni populo. 31 Percutit fœdus coram Deo.

O Cto annorũ erat Iosias quũ regnare cœpisset: & triginta & vno anno regnauit in Ierusalem. ¶2 Fecitque quod erat rectum in cõspectu Domini, & ambulauit in viis Dauid patris sui: non declinauit neque ad dexteram, neque ad sinistram. ¶3 Octauo autem anno regni sui, quum adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui Dauid: & duodecimo anno postquam^a regnare^a cœperat, mũdauit Iudam & Ierusalem ab excelsis, & lucis, simulachrisque, & sculptilibus. ¶4 Destruxerũtque coram eo aras baalim: & simulachra quæ superpositæ

*Amon

A 4. Reg. 21.

fuerant, demolíti sunt: lucos etiam, & sculptília succidit atque comminuit: & super cumulos eorum qui eis immolare consueuerãt, fragmenta dispersit. ¶ 5 Ossa præterea sacerdotum combussit in altaribus idolorum, mundauitq; Iudam & Ierusalem. ¶ 6 Sed & in vrbibus Manasse, & Ephraim, & Simeõ vsque Nephthali cũcta subuertit. ¶ 7 Quúmque altaria dissipasset, & lucos, & sculptília cõtrivisset in frusta, cunctáque delubra demolíus esset de vniuersa terra Israel, reuersus est in Ierusalem. ¶ 8 Igitur anno octauodecimo regni sui, mundata iam terra, & templo Domini, misit Saphan filium Efeliæ, & Maasiam principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz, á commentariis: vt instaurarent domum Domini Dei sui. ¶ 9 Qui venerunt ad Helciam sacerdotem magnum: acceptáque abeo pecunia', quæ illata fuerat in domum Domini, & quam congregauerant Leuitæ & ianitores de Manasse, & Ephraim, & vniuersis reliquiis Israel, ab omni quoque Iuda, & Ben-iamin, & habitatoribus Ierusalem, ¶ 10 & tradiderũt in manibus eorũ qui præerãt operaríis in domo Domini, vt instaurarent & emundárent templum, & infirma quæque sarcirent. ¶ 11 At illi dederunt eam artificibus, & cæmentaríis: vt emerent lapides de lapicidínis, & ligna ad cõmissúras ædificii, & ad contignationẽ domorum, quas destruxerãt reges Iuda. ¶ 12 Qui fideliter cuncta faciebant. erant autem præpósiti operantium, Iahath & Abdias de filiis Merari: Zacharias & Mosollam de filiis Caath, qui vrgebant opus: tomnes Leuitæ scientes organis canere. ¶ 13 Super eos verò, qui ad diuersos vsũ onera portabãt, erant scribæ, & magístri de Leuítis, ianitores. ¶ 14 Quúmque efferrent pecuniam quæ illata fuerat in templũ Domini, reperit Helcias sacerdos librum legis Domini, qui datus fuerat per manũ Moysi. ¶ 15 Et ait ad Saphã Scribam, librum legis inueni in domo Domini: & tradidit ei. ¶ 16 At ille intulit volumen ad regem, & nuntiauit ei, dicés, Omnia quæ dedísti in manu seruorũ tuorũ, ecce complentur. ¶ 17 Argẽtum quod repertum est in domo Domini, conflauerunt: datúmque est præfectis artificum, & diuersa opera fabricantium. ¶ 18 Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos húc librũ. Quẽ quũ rege præsente recitasset, ¶ 19 Audísset q; ille verba legis, scidit vestiménta sua: ¶ 20 Et præcepit Helciæ, & Ahicã filio Saphan, & Abdõ filio Micha, Saphan quoque scribæ, & Asaæ, seruo regis, dicés, ¶ 21 Ite, & orate Dominũ pro me, & pro relíquiis Israel & Iuda, super vniuersis sermonibus libri ísti: qui repertus est: magnus enim furor Domini stillauit super nos, eo quòd non custodierint patres nostri verba Domini, vt facerent omnia quæ scripta sũt in isto volumine. ¶ 22 Abiit ergo Helcias, & hi qui símul á rege missi fuerãt, ad Holdam prophetidem, vxorem Sellum filii Thecuath, filii Hásra custodis vestiũ: quæ habitabat in Ierusalem in Secúda: & locuti sunt ei verba quæ suprà narrauimus. ¶ 23 At illa respõdit eis, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Dicite viro qui misit vos ad me, ¶ 24 Hæc dicit Dominus. Ecce ego inducã mala super locũ istũ, & super habitatores eius, cunctáq; maledícta quæ scripta sunt in libro hoc, quẽ legerũt coram rege Iuda, ¶ 25 Quia dereliquerunt me, & sacrificauerũt diis alíenis, vt me ad iracundiã prouocarẽt in cunctis operibus manuum suarũ: idcirco stillabit furor meus super locũ istũ, & non extinguetur. ¶ 26 Ad regẽ autem Iuda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquímini, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Quoniã audísti verba voluminis, ¶ 27 Atque emolítus est cor tuũ, & humiliatus es in conspectu Domini super his quæ dicta sunt cõtra locũ hũc, & habitatores Ierusalẽ, reuerítúsq; faciẽ meã, scidísti vestiménta tua, & fleuísti coram me: ego quoque exaudíui te, dicit Dominus. ¶ 28 Ideo enim colligã te ad patres tuos, & inferéris in sepulchrũ tuum in pace: nec vidébũt oculi tui omne malũ quod ego inducturus sum super locum istũ, & super habitatores eius. Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. ¶ 29 At ille cõuocátis vniuersis maioríbus natu Iuda, & Ierusalẽ, ¶ 30 Ascendit in domum Domini, vnáque omnes viri Iuda & habitatores Ierusalẽ, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus populus á mínimo vsque ad maximũ. quibus audientibus in domo Domini, legit rex omnia verba voluminis. ¶ 31 Et stans in tribunali suo, percussit fœdus coram Domino, vt ambularet post eũ, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustitiationes eius in toto corde suo, & in tota anima sua, facerẽtq; quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. ¶ 32 Adiurauit quoque super hoc omnes qui reperti fuerantin Ierusalẽ & Beniamin: & fecerũt habitatores Ierusalem iuxta pactũ Domini Dei patrũ suorũ. ¶ 33 Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regiónibus filiorum Israel: & fecit omnes qui reliqui erãt in Israel, seruire Domino Deo suo. Cunctis diebus vitæ eius non recesserunt á Domino Deo patrum suorum.

## CAP. XXXV.

1 Iosias celebrat phase. 10 Vulneratus interit. 25 Lugetur á populo.

FEcit autem Iosias in Ierusalem phase Domino, quod immolatum est quartadecima die mẽsis primi. ¶ 2 Et constituit sacerdotes in officiis suis: hortatúsq; est eos vt ministrarẽt in domo Domini. ¶ 3 Leuitis quoque, ad quorum eruditionem omnis Israel sanctificabatur Domino, locutus est, Ponite arcam in sanctuário templi, quod ædificauit Salomõ filius Dauid rex Israel: nequaquã enim eam vltrà portabitis: nũc ergo ministrate Domino Deo vestro, & populo ei' Israel: ¶ 4 Et præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisiónibus singulorũ, sicut præcepit Dauid rex Israel, & descripsit Salomõ fili' eius: ¶ 5 Et ministrate in sanctuário eius' per familias turmá fratres Leuíticas, ¶ 6 Et sacrificáti immolate phase: fratres etiam vestros, vt possint iuxta verba quæ locutus est Dominus in manu Moysi facere, præparate. ¶ 7 Dedit præterea Iosias omni populo qui inuẽtus est in solennitate phase, agnos & hœdos de gregibus, & teliqui pecoris triginta millia, boũ quoque tria millia: hæc de regis vniuersa substántia. ¶ 8 Duces quoque eius spõte quod vouerãt, obtulerũt tá populo, quàm sacerdotib' & Leuitis. Porrò Helcias & Zacharias & Iahiel príncipes dom' Domini', dederũt sacerdotibus ad faciẽdum

*cumulos

*acceptá mq; ab eo pecuniam,

*D

*D

phase, pecora cõmixtim duo millia sexcenta, & boues trecentos. ¶9 Chonenias autem, & Semeias etiam, & Nathanael fratres eius: necnõ Hasabias, & Iehiel, & Iosabad principes Leuitarum, dederũt cæteris Leuitis ad celebrandum phase quinque millia pecorũ, & boues quingentos. ¶10 Præparatũque est ministerium, & steterunt sacerdotes in officio suo: Leuitæ quoq; in turmis iuxta regis imperium. ¶11 Et immolatũ est phase: asperserũtque sacerdotes manu sua sanguinẽ: & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorũ. ¶12 Et separauerũt ea vt darẽt per domos & familias singulorũ, & offerrẽtur Domino, sicut scriptũ est in libro Moysi, de bob' quoq; fecerũt similiter. ¶13 Et assauerũt phase super ignẽ, iuxta quod in lege scriptũ est: pacifica verõ hostias coxerũt in lebeti b', & cacabis, & ollis: & festinatõ distribuerũt vniuersæ plebi. ¶14 Sibi autẽ, & sacerdotib' post ea parauerunt. nã in oblatione holocaustorũ & adipũ, vsque ad noctẽ sacerdotes fuerũt occupati: vnde Leuitæ sibi, & sacerdotibus filiis Aarõ parauerũt nouissimis. ¶15 Porrõ cãtores filii Asaph stabãt in ordine suo, iuxta præceptũ Dauid, & Asaph, & Hemã, & Idithun 'prophetarũ' regis Dauid'. Ianitores verõ per portas singulas obseruabãt, ita vt nec pũcto quidẽ discederẽt a ministerio: quã ob rẽ & fratres eorum Leuitæ parauerũt eis cibos. ¶16 Omnis igitur cultura Domini rite cõplera est in die illa, vt facerẽt phase, & offerrẽt holocausta super altare Domini, iuxta pceptũ regis Iosiæ. ¶17 Fecerũtq; filii Israel qui reperti fuerãt ibi, phase in tẽpore illo, & solẽnitatẽ azymorũ septẽ diebus. ¶18 Nõ fuit phase simile huic in Israel, a diebus Samuelis prophetæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit phase sicut Iosias, sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Israel qui repertus fuerat, & habitãtibus in Ierusalẽ. ¶19 Octauodecimo anno regni Iosiæ, hoc phase celebratum est. ¶20 Postquam instaurauerat Iosias tẽplum, ascendit Nechao rex Aegypti ad pugnandum in Charcamis iuxta Euphratẽ: & processit in occursum eius Iosias. ¶21 At ille missis ad eum nũtiis, ait, Quid mihi & tibi est rex Iudæ? non aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus festinato ire præcepit: desine aduersum Deum facere, qui mecum est, ne interficiat te. ¶22 Noluit Iosias reuerti, sed præparauit contra eum bellum: nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei: verũm perrexit vt dimicaret in campo Mageddo: ¶23 vbi que vulneratus a sagittariis, dixit pueris suis, Educite me de prælio, quia oppido vulneratus sũ. ¶24 Qui transtulerunt eum de curru in alterum currum, qui sequebatur eum more regio: & asportauerunt eum in Ierusalem, mortuũsque est: & sepultus in mausoleo patrum suorum: & vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum. ¶25 Ieremias maximẽ: cuius omnes cantores atque cãtatrices, vsque in presentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum est in lamentationibus. ¶26 Reliqua autẽ sermonum Iosiæ, & misericordiarum eius quæ lege præcepta sunt Domini, ¶27 opera quoque illius prima & nouissima, scripta sunt in libro regũ Iuda & Israel'. CAP. XXXVI.

1 Ioachaz succedit patri Iosiæ, & ducitur in Aegyptũ. 4 Substituitur Eliacim qui & Ioacim. 6 Abducitur in Babylonem. 9 Surrogatur Sedecias. 15 Populus contemnit Deum monẽtem. 17 Ierusalem destructa, abducitur populus in Babylonem. 22 Cyrus remittit populum in Ierusalem.

TVlit ergo populus terræ Ioachaz filiũ Iosiæ: & cõstituit regem pro patre suo in Ierusalẽ. ¶2 Viginti trium annorũ erat Ioachaz quũ regnare cœpisset: & tribus mẽsibus regnauit in Ierusalẽ. ¶3 Amouit autem eum rex Aegypti quũ veniſſet in Ierusalẽ, & condẽnauit terrã centum talentis argenti, & talento auri. ¶4 Constituitque pro eo regem, Eliacim fratrẽ eius, super Iudam & Ierusalem: & vertit nomẽ eius Ioacim. ipsum verõ Ioachaz tulit secum, & abduxit in Aegyptum. ¶5 Viginti quinque annorũ erat Ioacim quũ regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalẽ: feciteque malũ coram Domino Deo suo. ¶6 Cõtra hũc ascẽdit Nabuchodonosor rex Chaldæorũ: & vinctũ catenis duxit in Babylonẽ. ¶7 Ad quã & vasa Domini transtulit, & posuit ea in tẽplo suo. ¶8 Reliqua autẽ verborũ Ioacim, & abominationũ eius quas operatus est, & quæ 'inuenta' sunt in eo, cõtinentur in Libro regũ Iuda & Israel. Regnauit autem Ioacim filii' eius pro eo. ¶9 Octo annorum erat Ioachim quũ regnare cœpisset: & tribus mensibus, ac decem diebus regnauit in Ierusalem, feciteque malũ in conspectu Domini. ¶10 Quumq; anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex' nũtios', qui & adduxerũt eũ in Babylonẽ, asportatis simul pretiosiſſimis vasis dom' Domini: regem verõ constituit Sedeciã 'patruum' eius 'fratrem super Iudam & Ierusalem. ¶11 Viginti & vnius anni erat Sedecias quũ regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem. ¶12 Fecitque malum in oculis Domini Dei sui: nec erubuit facie Ieremiæ prophetæ loquẽtis ad se ex ore Domini. ¶13 A tege quoq; Nabuchodonosor recesſit, qui adiurauerat eũ per Deũ: & induranit cervicẽ suã & cor, vt nõ reuerteretur ad Dominũ Deũ Israel. ¶14 Sed & vniuersi principes sacerdotũ & populi, præuaricati sũt iniquẽ iuxta vniuersas abominationes Gẽtium: & polluerunt domũ Domini, quã sanctificauerat sibi in Ierusalẽ. ¶15 Mittebat autẽ Dominus Deus patrũ suorũ ad illos, per manum nuntiorũ suorũ, de nocte cõsurgens, & quotidie cõmonẽs: eo quòd parceret populo & habitaculo suo. ¶16 At illi subsannabãt nuntios Dei, & parui pẽdebãt sermones eius, illudebãtque prophetis: donec ascẽderet furor Domini in populũ eius, & esset nulla curatio. ¶17 Adduxit enim super eos regẽ Chaldæorũ, & interfecit iuuenes eorũ gladio in domo sanctuarii sui: non est misertus adolescẽtis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidẽ: sed omnes tradidit in manibus eius. ¶18 Vniuersa quoque vasa domus Domini tam maiora, quàm minora, & thesauros templi, & regis, & principum transtulit in Babyloniem. ¶19 Incenderunt hostes domum Dei, destruxerũntq; murũ Ierusalẽ: vniuersas turres cõbusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt. ¶20 Siquis euaserat gladiũ

'Israel & Iuda.

A 4. Reg. 23. f.

Matt. 1. b.

B 'inuentæ 4. Reg. 24. d. Iere. 37. 2. 1.

C

'fratrem

Iere. 42. 2.

C

D

ductus in Babylonē seruiuit regi & filiis eius, donec imperaret rex Persarū. ¶11 Vt cōpleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ: & celebraret terra sabbatha sua: cūctis enim diebus desolationis egit sabbathū, vsquedum cōplerentur septuaginta anni. ¶12 Anno autē primo Cyri regis Persarū, ad expleudū sermonē Domini, quē locutus fuerat per os Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarū: qui iussit præcōdiari in vniuerso regno suo, etiam per scripturā, dicens, ¶13 Hæc dicit Cyrus rex Persarū. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli: & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa: quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dominus Deus suus cum eo, & ascendat.

# Esdræ liber primus.

CAP. I.

Cyrus à Deo inspiratus, redditis vasis templi remittit populum ad reædificandum Ierusalē.

IN ANNO primo Cyri regis Persarū, vt compleretur verbum Domini ex ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: & traduxit vocem in omni regno suo, etiā per scripturā, dicens, ¶1 Hæc dicit Cyrus rex Persarū. Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cæli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa. ¶2 Quis est in vobis de vniuerso populo eius? sit Dominus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem quæ est in Iudæa, & ædificet domū Domini Dei Israel (ipse est Deus) qui est in Ierusalē. ¶3 Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunque habitāt, adiuuent eum viri de loco suo, argento & auro, & substantia, & pecoribus, excepto quod voluntariè offerunt templo Dei, quod est in Ierusalem. ¶4 Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Beniamin, & sacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius Deus suscitauit spiritum, vt ascenderet ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem: ¶5 vniuersique qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia & iumentis, in supellectili, excepti his quæ sponte obtulerant. ¶6 Rex quoque Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, & posuerat ea in templo dei sui. ¶7 Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mithridatis filii Gazabar, & annumerauit ea Sassabasar principi Iudæ. ¶8 Et hic est numerus eorū, Phialæ aureæ triginta, phialæ argēteæ mille, cultri viginti nouē, ¶9 scyphi aurei triginta, scyphi argentei secūdi, quadringenti decem: vasa alia mille. ¶10 Omnia vasa aurea & argentea, quinque millia quadringenta: vniuersa tulit Sassabasar cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

CAP. II.

Numerus reuertentium à captiuitate.

HI sunt autem prouinciæ filii, qui ascenderunt de captiuitate quā transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuerti sunt in Ierusalem & Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suā. ¶1 Qui venerunt cum Zorobabel, Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Begāi, Rehū, Baana. Numerus virorum populi Israel: ¶2 Filii Pharos, duo millia centū septuaginta duo. ¶3 Filii Sephatia, trecētі septuaginta duo. ¶4 Filii Area, septingēti septuaginta quinque. ¶5 Filii Phahath-moab, filiorū Iosue & Ioabduo millia octingēti duodecim. ¶6 Filii Aelā, mille ducēti quinquaginta quatuor. ¶7 Filii Zethua, nōgēti quadraginta quinque. ¶8 Filii Zachai, septingēti sexaginta. ¶9 Filii Zai, septingēti sexaginta duo. ¶10 Filii Bani, sexcēti quadraginta duo. ¶11 Filii Bebai, sexcēti viginti tres. ¶12 Filii Azgad, mille ducēti viginti duo. ¶13 Filii Adonicā, sexcenti sexaginta sex. ¶14 Filii Beguai, duo millia quinquaginta sex. ¶15 Filii Adin, quadringēti quinquaginta quatuor. ¶16 Filii Ater, qui erāt ex Ezechia, nonaginta octo. ¶17 Filii Besai, trecēti viginti tres. ¶18 Filii Iora, cētū duodecim. ¶19 Filii Hasū, ducēti vigintitres. ¶20 Filii Gebbar, nōgēti-quinque. ¶21 Filii Beth-lehē, cētū vigintitres. ¶22 Viri Netupha, quinquaginta sex. ¶23 Viri Anathoth, cētū vigintiocto. ¶24 Filii Azmaueth, quadragintaduo. ¶25 Filii Cariath-iarim, Cephira, & Beroth, septingēti quadragintatres. ¶26 Filii Rama & Gabaa, sexcēti viginti vn⁹. ¶27 Viri Machmas, cētū vigintiduo. ¶28 Viri Beth-el & Hai, ducēti vigintitres. ¶29 Filii Nebo, quinquaginta duo. ¶30 Filii Megbis, cētū quinquaginta sex. ¶31 Filii Aelā alterius, mille ducēti quinquaginta quatuor. ¶32 Filii Harim, trecēti vigiti. ¶33 Filii Lod-hadid & Ono, septingēti vigintiquinq; ¶34 Filii Iericho, trecēti quadraginta quinq; ¶35 Filii Senaa, tria millia sexcēti triginta. ¶36 Sacerdotes: Filii Iadaia in domo Iesue, nōgēti septuaginta tres. ¶37 Filii Emmer, mille quinquagintaduo. ¶38 Filii Phesshur, mille ducenti quadragintasexpté. ¶39 Filii Harim, mille decem & septē. ¶40 Leuitæ: Filii Iesue & Cedmiel filiorū Odouiæ septuaginta quatuor. ¶41 Cantores: Filii Asaph, cētum vigintioctō. ¶42 Filii Ianitorū: filii Sellū, filii Ater, filii Telmō, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai: vniuersi cētū trigintanouē. ¶43 Nathinæi: filii Siha, filii Hasupha, filii Tabbaoth, ¶44 Filii Ceros, filii Siaa, filii Phadō, ¶45 filii Lebana, filii Hagaba, filii Accub, ¶46 Filii Hagab, filii Semlai, filii Hanā, ¶47 Filii Gaddel, filii Gaher, filii Raaia, ¶48 Filii Rasūn, filii Necoda, filii Gazē, ¶49 filii Aza, filii Phasea, filii Besee, ¶50 filii Asena, filii Munim, Filii Nephusim, ¶51 filii Bacbuc, filii Hacupha, Filii Harhur, ¶52 filii Besluth, filii Mahida, Filii Harsa, ¶53 filii Bercos, filii Sisara, filii Thema, ¶54 Filii Nasia, filii Hatipha, ¶55 Filii seruorū Salomonis, filii Sotai, filii Sophereth, filii Pharuda, ¶56 Filii Iala, filii Dercō, filii Geddel, ¶57 filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erāt de Asebaim filii Ami. ¶58 Omnes Nathinæi, & filii seruorū Salomonis, trecēti nonagintaduo. ¶59 Et hi qui ascēderūt de Thel-mela, Thel-harsa, Cherub, & Adō, & Emer: & non potuerunt indicare domū patrū suorum, & semē suum, vtrum ex Israel essent. ¶60 Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda, sexcēti quinquagintaduo. ¶61 Et de filiis sacerdotum: Filii Hobia, filii Acces, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem, & vocatus est nomine eorum.

1.Esdræ 7.b. 2.Esd.2.a. ⁴Iudam,

¶61 Hi quæsierũt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerũt. & eiecti sunt de sacerdotio. 62 Et dixit Atherſatha eis vt non comederent de Sanctoſanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atque perfectus. ¶64 Omnis multitudo quasi vir vnus, quadragintaduo millia trecenti sexaginta: ¶65 Exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem: & in ipſis cantores atque cantatrices ducenti. ¶66 Equi eorum trecenti trigintasex. muli eorũ, ducenti quadraginta quinque. ¶67 Cameli eorum, quadringenti trigintaquinque, asini eorum, sex millia septuaginti viginti. ¶68 Et de principibus patrum quũ ingrederentur templum Domini quod est in Ieruſalem, sponte obtulerunt in domum Del ad extruendam eam in loco suo. ¶69 Secundũ vires suas dederunt impensas operis, auri solidos quasi septuaginta millia & mille, argenti minas quinque millia, & vestes sacerdotales centum. ¶70 Habitauerunt ergo sacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cãtores, & ianitores, & Nathinæi in vrbibus suis, vniuerſique Iſrael in ciuitatibus suis.

CAP. III.

1 Iosue & Zorobabel ædificant altare. 4 Celebratur solennitas tabernaculorum. 10 Laus & gratiarum actio ob fundatum templum.

IAmque venerat mensis septimus, & erant filii Iſrael in ciuitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi vir vnus in Ieruſalẽ. ¶2 Et surrexit Ioſue filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Iſrael, vt offerrẽt in eo holocautomata, sicut ſcriptum eſt in lege Moyſi viri Dei. ¶3 Collocauerũt autem altare Del super baſes suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: & obtulerunt super illud holocauſtum Domino mane & veſpere. ¶4 Fecerũtque Solennitatem tabernaculorum, ſicut ſcriptum eſt: & holocauſtum diebus ſingulis per ordinem secundum præceptũ, opus diei in die suo. ¶5 Et post hæc holocauſtum iuge, tam in Calendis, quàm in vniuerſis Solennitatibus Domini quæ erant conſecratæ, & in omnibus in quibus vltrò offerebatur munus Domino. ¶6 A primo die mẽſis ſeptimi cœperunt offerre holocauſtũ Domino: porrò templum Dei nondum fundatum erat. ¶7 Dederũt autem pecunias latomis & cæmentariis: cibum quoque, & potum, & oleum Sidoniis, Tyriiſque, vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppẽ, iuxta quod præceperat Cyrus rex Perſarum eis. ¶8 Anno autem ſecundo aduentus eorum ad templum Dei in Ieruſalem, menſe ſecundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Ioſue filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum ſacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ieruſalẽ: & conſtituerũt Leuitas à viginti annis, & ſuprà, vt vrgerẽt opus Domini. ¶9 Steterunt Ioſue & filii eius & fratres eius, Cedmiel & filii eius, filii Iuda, quaſi vir vnus, vt inſtarẽt ſuper eos qui faciebant opus in templo Dei: filii Henadad. & filii eorũ, & fratres eorũ Leuitæ. ¶10 Fundato igitur à cæmentariis templo Domini, ſteterunt ſacerdotes in ornatu ſuo cũ tubis: & Leuitæ filii Aſaph in cymbalis, vt laudarẽt Deum per manus Dauid regis Iſrael. ¶11 Et concinebant in hymnis & confeſſione Domino, Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius ſuper Iſrael. omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quòd fundatũ eſſet templũ Domini. ¶12 Plurimi etiam de ſacerdotib⁹ & Leuitis: & principes patrũ, & ſeniores qui viderãt templũ prius quum fundatũ eſſet, & hoc templum in oculis eorũ. flebant voce magna: & multi vociferãtes in lætitia, eleuabantvocé, ¶13 Nec poterat quiſquã agnoſcere vocem clamoris lætantiũ, & vocẽ fletus populi: cõmixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul. CAP. IIII.

Impeditur ædificatio.

AVdierunt autẽ hoſtes Iudæ & Beniamin, quia filii captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Iſrael. ¶2 Et accedentes ad Zorobabel, & ad principes patrũ, dixerũt eis, Ædificemus vobiſcũ, quia ita vt vos quærimus Deũ veſtrũ: & vſque ad immolauimus victimas à die bus Aſor-haddã regis Aſſur, qui adduxit nos huc. ¶3 Et dixit eis Zorobabel, & Ioſue, & reliqui principes patrũ Iſrael, Nõ eſt vobis & nobis vt ædificẽm⁹ domũ Deo noſtro: ſed nos ipſi ſoli ædificabimus Deo noſtro, ſicut præcepit nobis Cyrus rex Perſarũ. ¶4 Factũ eſt igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificãdo. ¶5 Cõduxerũt autẽ aduerſus eos cõſiliatores, vt deſtrueret̃ con ſilium eorũ omnibus diebus Cyri regis Perſarum, & vſque ad regnũ Darii regis Perſarũ. ¶6 In regno autem Aſſueri ipſe eſt Artaxerxes, in principio regni eius ſcripſerũt accuſationẽ aduerſus habitatores Iudæ & Ieruſalẽ. ¶7 Et in diebus Artaxerxis ſcripſit Beſelã Mithridates, & Tabeel, & reliqui qui erãt in cõſilio eorũ, ad Artaxerxem regem Perſarum. epiſtola autem accuſationis ſcripta erat Syriacè, & legebatur ſermone Syro. ¶8 Reum Beel-teẽ, & Samſai ſcriba ſcripſerunt epiſtolã vnam de Ieruſalẽ Artaxerxi regi, huiuſcemodi. ¶9 REVM BEEL-TEEM, & Samſai ſcriba, & reliqui cõſiliatores eorũ. Dinæi, & Apharſatha chæi, Terphalæi, Apharſæi, Erchuæi, Babylonii, Suſanechæi, Dieui, & Amlamitæ: ¶10 Et cæteri de gentibus quas trãſtulit Aſenaphar magnus & glorioſus, & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trãs Flumen in pace: ¶11 (Hoc eſt exemplar epiſtolæ, quam miſerunt ad eũ) Artaxerxi regi, ſeruitui. viri qui ſunt trans Fluuiũ, ſaluté dicũt. ¶12 Notũ ſit regi quia Iudæi qui aſcenderũt à te ad nos, venerunt in Ieruſalẽ ciuitatẽ rebellem & peſſimã: quam ædificant extruẽtes muros eius, & parietes cõponentes. ¶13 Nunc igitur notum ſit regi quia ſi ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius inſtaurati, tributũ, & vectigal, & annuos reditus nõ dabũt, & vſque ad reges hæc noxa perueniet. ¶14 Nos autẽ memores ſalis quod in palatio comedim⁹, & quia læſiones regis videre nefas ducimus: ideirco miſimus & nuntiauimus regi, ¶15 Vt recẽſeas in libris hiſtoriarũ patrum tuorũ, & inuenies ſcriptum in commentariis: & ſcies quoniã vrbs illa, vrbs rebellis eſt, & nocẽs regibus & prouinciis, & bella concitãtur in eaex diebꝰ antiquis: quã ob rẽ & ciuitas ipſa deſtructa eſt. ¶16 Nũ

A
3. Eſdr. 5. g.
& nos ſacrificauimus
Domino
1. Eſdr. 1. d.
B
concitan
C

tiamus nos regi quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionē trans Fluuium non habebis. ¶17 Verbum misit rex ad Reum Beel-teem, & Samsai scribam, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, & cæteris trans Fluuium, salutem dicēs & pacem, ¶18 EXEMPLAR EPISTOLÆ, quam misistis ad nos, manifestè lecta est coram me. ¶19 Et à me præceptū est, & recensuerunt inuenerúntque quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat, & seditiones & prælia concitantur in ea. ¶20 Nā & reges fortissimi fuerunt in Ierusalem: qui & dominati sunt omni regioni quæ trā Fluuiū est. Tributū quoque, & vectigal, & reditus accipiebant. ¶21 Nunc ergo audite sententiam, Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa non ædificetur, donec ii forte à me iussum fuerit. ¶22 Videte ne negligēter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges. ¶23 Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum Beel-teem & Samsai scriba, & consiliariis eorum: & abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore. ¶24 Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secūdum regni Darii regis Persarum.

CAP. V.

1 Adhortatione Aggæi & Zachariæ reædificatur templū. 3 Dux Thathanái conatur inhibere ædificationem, sed frustrà: & eius ad Darium Epistola.

PRophetauerunt autem Aggæus propheta, & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudæos qui erant in Iuda & Ierusalem, in nomine Dei Israel. ¶2 Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec: & cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos. ¶3 In ipso autem tempore venit ad eos Thathanái qui erat dux trans Flumen, & Star-buzanái, & consiliarii eorum: sicque dixerunt eis, Quis dedit vobis consilium vt domum hanc ædificaretis, & muros ei' instauraretis? ¶4 Ad quod respōdimus eis, quæ essent nomina hominum authorum ædificationis illius. ¶5 Oculus autē Dei eorum factus est super senes Iudæorū, & non potuerunt inhibere eos. Nec uitque vt res ad Darium referretur, & tūc satisfacerent aduersus accusationem illam. ¶6 Exemplar epistolæ quā misit Thathanái dux regionis trans Flumē, & Star-buzanái, & cōsiliatores eius Arphasachæi qui erāt trans Flumen, ad Darium regem. ¶7 Sermo, quē miserunt ei, in quo scriptus erat, DARIO REGI pax omnis. ¶8 Notum sit regi ille nos ad Iudæam prouinciā, ad domum Dei magni: quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus: opúsque illud diligenter extruitur, & crescit in manibus eorum. ¶9 Interrogauimus ergo senes illos, & ita diximus eis, Quis dedit vobis potestatem vt domum hāc ædificaretis, & muros hos instauraretis? ¶10 Sed & nomina eorum quæsiuimus ab eis, vt nūtiaremus tibi: scripsimúsque nomina eorum virorū qui sunt principes in eis. ¶11 Huiusce modi autem sermonē respōderunt nobis, dicentes, Nos sumus serui Dei cœli & terræ, & ædificamus templū quod erat extructum ante hos annos multos: quòdque rex Israel magnus ædificauerat & extruxerat. ¶12 Postquam autem ad iracundiam prouocauerūt patres nostri Deum cæli, tradidit eos in manū Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi: domum quoque hanc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem. ¶13 Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edictū vt domus Dei ædificaretur. ¶14 Nam & vasa templi Dei aurea & argētea, quæ Nabuchodonosor tulerat de tēplo, quod erat in Ierusalē, & asportauerat ea in templū Babylonis, protulit Cyrus rex de templo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principem constituit. ¶15 Dixitque ei, Hæc vasa tolle & vade: & pone ea in templo, quod est in Ierusalē: & domus Dei ædificetur in loco suo. ¶16 Tunc itaque Sassabasar ille venit, & posuit fundamenta templi Dei in Ierusalem, & ex eo tempore vsque nūc ædificatur, & necdum completum est. ¶17 Nunc ergo si videtur regi bonum, recēseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, vtrumnam à Cyro rege iussum fuerit vt ædificaretur domus Dei in Ierusalem, & volūtatem regis super hac re mittat ad nos.

CAP. VI.

1 Darius ipse iubet templū extrui. 11 Absoluitur. 16 Dedicatur. 19 Pascha celebratur. 22 Cor Assur conuersum à Deo in auxilium Iudæorum.

TVne Darius rex præcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erant repositi in Babylone: ¶2 Et inuentum est in Ebatanis, quod est castrū in Medena prouincia, volumen vnum, talisque scriptus erat in eo commentarius. ¶3 ANNO PRIMO Cyri regis, Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem, in loco vbi immolant hostias, & vt ponant fundamēta supportantia altitudinem cubitorum sexaginta & latitudinē cubitorum sexaginta. ¶4 Ordines de lapidib' impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis: sumptus autem de domo regis dabūtur. ¶5 Sed & vasa tēpli Dei aurea & argētea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalē, & attulerat ea in Babylonē, reddantur, & referantur in templum in Ierusalē in locū suum, quæ & posita sunt in templo Dei. ¶6 Nunc ergo Thathanái dux regionis quæ est trans Flumen, Star-buzanái, & consiliarii vestri Apharsachæi, qui estis trans Flumē, procul recedite ab illis, ¶7 Et dimittite fieri tēplū Dei illud à duce Iudæorū & à senioribus eorū, & domus Dei illa ædificetur in loco suo. ¶8 Sed & à me præceptum est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorū illis, vt ædificetur domus Dei, scilicet vt de area regis, id est de tributis quæ dātur de regione trans Flumē, studiosè sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus. ¶9 Quod si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustum Deo cæli, frumentum, sal, vinum, & oleum, secūdum ritum sacerdotū qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies: ne sit in aliquo querimonia. ¶10 Et offerāt oblationes Deo cæli, orentque pro vita regis, & filiorum eius. ¶11 A me ergo positum est decretum, vt omnis homo qui hanc mutauerit iussionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erie-

ASCVS A TO,

Dei

3. Esd. 6. 2. Aggæ. 1. a. 1.

gatur,& configatur in eo:domus autẽ eius publicetur. ¶11 Deus autem qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extẽderit manum suam vt repugnet, & dissipet domum Dei illam,quæ est in Ierusalem.Ego Darius statui decretum,quod studiose impleri volo. ¶12 Igitur Thathanai dux regionis trans Flumen,& Schar-buzanai,& consiliarii eius, secundũ quod præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt. ¶13 Seniores autem Iudæorum ædificabant,& prosperabãtur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ,& Zachariæ filii Addo:& ædificauerunt & construxerunt,iubente Deo Israel, & iubente Cyro & Dario, & Artaxerxe regibus Persarum: ¶14 Et compleuerũt domum Dei istam,vsque ad diẽ tertiũ mensis Adar,qui est annus sextus regni Darii regis. ¶15 Fecerunt autem filii Israel sacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorum trãsmigrationis,dedicationem domus Dei in gaudio. ¶16 Et obtulerunt in dedicatione domus Dei, vitulos centũ, arietes ducentos,agnos quadringentos,hircos caprarum pro peccato totius Israel,duodecim,iuxta numerum tribuum Israel. ¶17 Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis,& Leuitas in vicibus suis super opera Dei in Ierusalem,sicut scriptum est in libro Moysi. ¶18 Fecerunt autem filii Israel transmigrationis, Pascha,quartadecima die mensis primi. ¶20 Purificati enim fuerant sacerdotes & Leuitæ quasi vnus:omnes mundi ad immolandũ Pascha vniuersis filiis transmigrationis,& fratribus suis sacerdotibus, & sibi. ¶21 Et comederunt filii Israel qui reuersi fuerant de transmigratione, & omnes qui se separauerant à coinquinatione Gentium terræ ad eos,vt quærerẽt Dominum Deum Israel. ¶22 Et fecerũt Solennitatem azymorum septem diebus in lætitia: quoniã lætificauerat eos Dominus,& conuerterat cor regis Assur ad eos, vt adiuuaret manus eorũ in opere domus Domini Dei Israel.

CAP. VII.

1 Esdras doctor legis sumptis comitibus ascendit Ierusalem , cum edicto Artaxerxis. 27 Gratias agit Deo.

POst hæc autem verba in regno Artaxerxis regis Persarum,Esdras filius Saraiæ,filii Azariæ, filii Helciæ, ¶2 filii Sellum,filii Sadoc, filii Achitob, ¶3 filii Amariæ,filii Azariæ, filii Maraioth. ¶4 filii Zarahiæ, filii Ozi, filii Bocci, ¶5 filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazar,filii Aaron sacerdotis ab initio. ¶6 Ipse Esdras ascẽdit de Babylone,& ipse scriba velox in lege Moysi, quam Dominus Deus dedit Israel: & dedit ei rex secũdum manum Domini Dei eius super eum,omnem petitionem eius. ¶7 Et ascenderunt de filiis Israel,& de filiis sacerdotum,& de filiis Leuitarum,& de cantoribus,& de ianitoribus,& de Nathinæis in Ierusalem anno septimo Artaxerxis regis. ¶8 Et venerunt in Ierusalem mense quinto,ipse est annus septimus regis. ¶9 Quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone , & in primo die mensis quinti venit in Ierusalẽ, iuxta manum Dei sui bonã super se. ¶10 Esdras autem parauit cor suum, vt inuestigaret legẽ Domini, & faceret & doceret in Israel præceptum & iudicium. ¶11 Hoc est autẽ exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus & præceptis Domini.& cæremoniis eiꝰ in Israel. ¶12 ARTAXERXES rex regum Esdræ sacerdoti,scribæ legis Dei cæli doctissimo, salutem. ¶13 A me decretum est,vt cuicunque plauerit in regno meo de populo Israel,& de sacerdotibus eius,& de Leuitis ire in Ierusalem, tecum vadat. ¶14 A facie enim regis,& septem consiliatorum eius missus es, vt visites Iudæã & Ierusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua : ¶15 Et vt feras argentum & aurum quod rex & consiliatores eius sponte obtulerũt Deo Israel, cuius in Ierusalem tabernaculum est. ¶16 Et omne argentum & aurum quodcunque inueneris in vniuersa prouincia Babylonis,& populus offerre voluerit , & de sacerdotibus qui sponte obtulerint domui Dei sui quæ est in Ierusalẽ, ¶17 Liberè accipe,& studiosè eme de hac pecunia vitulos,arietes,agnos,& sacrificia & libamina eorum, & offer ea super altare tẽpli Dei vestri quod est in Ierusalẽ. ¶18 Sed & siquid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis,iuxta voluntatem Dei vestri facite. ¶19 Vasa quoque quæ dantur tibi in ministerium domus Dei tui, trade in conspectu Dei in Ierusalem. ¶20 Sed & cætera quibus opus fuerit in domum Dei tui quantumcunque necesse est vt expendas,dabis de thesauro,& de fisco regis, ¶21 Et à me. Ego Artaxerxes rex statui atque decreui omnibus custodibꝰ arcæ publicæ, qui sunt trãs Flumẽ, vt quodcũque petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba legis Dei cæli,absq; mora detis, ¶22 Vsque ad argẽti talenta centum,& vsque ad frumenti coros centũ,& vsque ad vini batos centum,& vsque ad batos olei cẽtũ, sal verò absque mensura. ¶23 Omne quod ad ritũ Dei cæli pertinet,tribuatur diligenter in domo Dei cæli:ne forte irascatur contra regnum regis,& filiorum eius. ¶24 Vobis quoque notũ facimus de vniuersis sacerdotibus, & Leuitis, & cantoribus,& ianitoribꝰ,Nathinæis,& ministris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis potestatem imponẽdi super eos. ¶25 Tu autem Esdra secũdum sapientiam Dei tui,quæ est in manu tua,cõstitue iudices & præsides,vt iudicent omni populo qui est trans Flumen,his videlicet qui nouerũt legem Dei tui , sed & imperitos docete liberè. ¶26 Et omnis qui non fecerit legem Dei tui,& legem regis diligẽter,iudicium erit de eo, siue in mortem, siue in exilium,siue in condemnationem substantiæ eius,vel certe in carcerem. ¶27 Benedictus Dominus Deus patrũ nostrorum, qui dedit hoc in corde regis vt glorificaret domum Domini quæ est in Ierusalẽ, ¶28 Et in me inclinauit misericordiam suam coram rege & cõsiliatoribus, & vniuersis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei quæ erat in me, cõgregaui de Israel principes qui ascenderent mecum.

CAP. VIII.

1 Qui cum Esdra ascenderint Ierosolymam. 21 Prædicato ieiunio orant à Deo viam suam dirigi.

HI sunt ergo principes familiarũ & genealogia eorum qui ascenderunt mecum in

1. Esdr. 8. c.

regno Artaxerxis regis, de Babylone. ¶2 De filiis Phinees, Gersom. De filiis Ithamar, Daniel. De filiis Dauid, Hattus. ¶3 De filiis Sechenie, & de filiis Pharos, Zacharias: & cũ eo numeratí sunt viri centum quinquaginta. ¶4 De filiis Phahath-moab, Elioenai filius Zarehe: & cum eo ducenti viri. ¶5 De filiis Sechenie, filius Ezechiel: & cum eo trecenti viri. ¶6 De filiis Adan, Abed filius Ionathan: & cũ eo quinquaginta viri. ¶7 De filiis Alam, Esaias filius Athaliæ: & cũ eo septuaginta viri. ¶8 De filiis Saphatiæ, Zebedia filius Michael: & cum eo octogínta viri. ¶9 De filiis Ioab, Obedia filius Iahiel: & cũ eo ducẽti decem & octo viri. ¶10 De filiis Selomith, filius Iosphiæ: & cum eo centũ sexaginta viri. ¶11 De filiis Bebai, Zacharias filius Bebai: & cum eo viginti octo viri. ¶12 De filiis Azgad, Iohanan filius Eccetan: & cum eo centum & decem viri. ¶13 De filiis Adonicam, qui erant nouissimi, & hæc nomina eorum, Eliphelet, & Iehiel, & Samaias: & cum eis sexagínta viri. ¶14 De filiis Begui, Vthai, & Zachur: & cum eis septuaginta viri. ¶15 Congregaui autẽ eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tribus diebus: quæ cùm ipse in populo, & in sacerdotibus de filiis Leui, & non inuenì ibi. ¶16 Itaque misi Eliézer, & Ariel, & Semeiã, & Elnathan, & Iarib, & alterũ Elnathan, & Nathan, & Zachariam, & Mosollam principes: & Ioiarib, & Elnathan sapientes. ¶17 Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphiæ loco: & posui in ore eorum verba quæ loquerentur ad Eddo, & fratres eius Nathinæos in loco Chasphiæ, vt adducerẽt nobis ministros domus Dei nostri. ¶18 Et adduxerũt nobis per manũ Dei nostri bonam super nos, virum doctíssimũ de filiis Moholi filii Leui, filii Israel, & Sarabiam & filios eius, & fratres eius decẽ & octo: ¶19 Et Hasabiam, & cum eo Esaiã de filiis Merari, fratrésque eius, & filios eius viginti. ¶20 Et de Nathinæis quos dederat Dauid, & principes ad ministeria Leuitarum, Nathinæos ducẽtos viginti. omnes hi suis nominibus vocabantur.

¶21 Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuium Ahaua, vt afflígeremur coram `Domino' Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filiis nostris, vniuersæq; substãtiæ nostræ.

¶22 Erubui enim petere regẽ auxilium & equites, qui defenderẽt nos ab inimico in via. quia dixeramus regi, Manus Dei nostri est super omnes qui quærũt eum in bonitate: & imperiũ eius & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum. ¶23 Deinuanimus autem, & rogauimus Deum nostrum pro hoc, & euenit nobis prosperè. ¶24 Et separaui de principibus sacerdotum, duodecim, Sarabiam, & Hasabiã, & cum eis de fratribus eorum decem: ¶25 Appendique eis argentum & aurum, & vasa consecrata dom' Dei nostri, quæ obtulerat rex & consiliatores eius, & principes eius, vniuersúsque Israel eorum qui inuenti fuerant: ¶26 Et appendi in manibus eorũ argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centum, auri centum talenta: ¶27 Et crateres aureos viginti, qui habebant solidos mille nos: & vasa aeris fulgentis optimi duo, pulchra vt aurum. ¶28 Et dixi eis, Vos sancti Domini, & vasa sancta, & argẽtum & aurum quod sponte oblatũ est Domino Deo patrum nostrorũ: ¶29 Vigilate & custodite, donec appendatis corã principibus sacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Israel in Ierusalem, in thesaurũ domus Domini. ¶30 Susceperunt autem sacerdotes & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vasorum, vt deferrent Ierusalem in domum Dei nostri. ¶31 Promouimus ergo à flumine Ahaua, duodecimo die mẽsis primi, vt pergeremus Ierusalem: & manus Dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu inimici & insidiatoris in via. ¶32 Et venimus Ierusalem, & mãsimus ibi tribus diebus: ¶33 Die autẽ quarta appensum est argẽtum, & aurũ, & vasa in domo Dei nostri per manum Meremoth filii Uriæ sacerdotis: & cũ eo Eleazar filius Phinees: cúmque eis Iozabed filius Iosuæ, & Noadia filius Beunoi Leuitæ. ¶34 Iuxta numerũ & pondus omnium, descriptúmque est' omne põdus in tempore illo. ¶35 Sed & qui venerãt de captiuitate filii trũsmigrationis, obtulerũt holocaustomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim, omnia in holocaustum Domino. ¶36 Dederunt autẽ edicta regis satrapis, qui erant deçõspectu regis & ducibus trãs Flumẽ, & eleuauerũt populum & domũ Dei.

## CAP. IX.

1 Connubia Israelitarum cũ Gẽtibus. 5 Oratio Esdræ confitentis peccata sua & populi.

Postquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes, Non est separatus populus Israel & sacerdotes & Leuitæ, à populis terrarum, & de abominationibus eorum, Chananæi videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Iebusæi, & Ammonitarũ, & Moabitarum, & Aegyptiorum, & Amorrhæorum. ¶2 Tulerunt enim de filiabus eorum sibi, & filiis suis: & commiscẽrunt semen sanctũ cum populis terrarum. Manus etiam principum & magistratuum fuit in transgressione hac prima. ¶3 Quúmque audissem sermonem istum, scidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens. ¶4 Conuenerunt autẽ ad me omnes qui timebant verbum Dei Israel, pro transgressione eorum qui de captiuitate venerant: & ego sedebã tristis, vsque ad sacrificium vespertinũ. ¶5 Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, & scisso pallio & tunica, curuaui genua mea, & expãdi manus meas ad Dominum Deum meum, ¶6 Et dixi, Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te: quoniã iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput `nostrum,' & delicta nostra creuerũt vsque ad cælum. ¶7 A diebus patrum nostrorũ, sed & nosmet peccauimus grauiter vsque ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi & reges nostri & sacerdotes nostri in manum regum terrarum, & in gladiũ, `&' in captiuitatem, & `in' rapinam, & in confusionem vultus, sicut & die hac. ¶8 Et nunc quasi parum & ad momentum facta est deprecatio nostra apud Dominum Deum nostrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur nobis pax illius' in loco sancto eius, & illuminaret oculos nostros Deus noster: & daret nobis vitam modicam' in seruitute nostram.' ¶9 Quia

seruí sumus,& in seruitute nostra non derelliquit nos Deus noster : & inclinauit super nos misericordiam coram rege Persarum, vt daret nobis viram,& sublimaret domum Dei nostri, & extrueret solitudines eius, & daret nobis ᵃspem in Iuda & Ierusalem. ¶10 Et nunc quid dicemus Domine Deus noster post hæc? Quia dereliquimus mandata tua, ¶11 Quæ præcepisti in manu seruorum tuorum prophetarum, dicens, Terra ad quã vos ingredimini vt possideatis eam, terra immunda est iuxta immunditiam populorum, cæterarúmque terrarum, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore vsque ad os in coinquinatione sua. ¶12 Nunc ergo filias vestras ne detis filiis eorum,& filias eorum ne accipiatis filiis vestris: & non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorum vsque in æternum: vt confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ,& hæredes habeatis filios vestros vsque in seculum. ¶13 Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis , & in delicto nostro magno , quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra , & dedisti nobis salutem sicut est hodie, ¶14 Vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neque matrimonia lungeremus cum populis abominationum istarum. ᵇNúquid iratus es nobis vsque ad consummationem , ne dimitteres nobis reliquias ad salutem? ¶15 Domine Deus Israel iustus es tu : quontam derelicti sumus, qui saluaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro. non enim stari potest coram te super hoc.

## CAP. X.

1 Populum peccati pœnitet,& vxores alie nigenas à se abiicit.

SIc ergo orante Esdra,& implorante[a] Deũ,' & flente,& iacente ante templum Dei. collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorum & mulierum & puerorum:& fleuit populus fletu multo. ¶2 Et respõdit Sechenias filius Iehiel de filiis Aelã, & dixit Esdræ, Nos præuaricati sumus in Deum nostrum, & duximus vxores alieuigenas de populis terræ: & nunc si est pœnitentia in Israel super hoc, ¶3 Percutiamus fœdus cum Domino Deo nostro. vt proliciam[a] vniuersas vxores,& eos qui de his nati sunt,iuxta voluntatem Domini,& eorum qui tenent præceptum Domini Dei nostri: secundum legem fiat. ¶4 Surge, tuum est diſcernere,nõ que erimus tecum: confortare, & fac. ¶5 Surrexit ergo Esdras , & adiurauit principes sacerdotum & Leuitarum, & omnẽ Israel,vt facerent secundum verbum hoc:& iurauerunt. ¶6 Et surrexit Esdras ante domum Dei,& abiit ad cubiculum Iohanã filii Eliasib, & ingressus est illuc : panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim transgressionẽ eorum qui venerant de captiuitate. ¶7 Et missa est vox in Iuda & in Ierusalem omnibus filiis transmigrationis,vt congregarentur in Ierusalem: ¶8 Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium principum & seniorũ, auferetur vniuersa substantia eius,& ipse abiicietur de cœtu transmigrationis. ¶9 Conuenerunt igitur omnes viri Iuda & Beniamin in Ierusalem tribus diebus: ipse est mẽsis nonus, vicesima die mensis : & sedit omnis populus in platea domus Dei , tremẽtes pro peccato & pluuiis. ¶10 Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos, Vos transgressi estis, & duxistis vxores alienigenas,vt adderetis super delictum Israel. ¶11 Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum,& facite placitũ eius: & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. ¶12 Et respondit vniuersa multitudo,dixitque voce magna, Iuxta verbum tuum ad nos,sic fiat. ¶13 Verumtamen quia populus multus est, & tempus pluuiæ, & non sustinemus stare foris, & opus non est diei vnius vel duorũ (vehementer quippe peccauimus in sermone isto) ¶14 Constituãtur principes in vniuersa multitudine: & omnes in ciuitatibus nostris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, & cum his seniores per ciuitatem & iudices eius, donec auertatur ira Dei nostri à nobis super peccato hoc. ¶15 Igitur Ionathan filius Azahel, & Iazzia filius Thecuæ steterũt super hoc, & Mesolam & Sebethai Leuites adiuuerunt eos: ¶16 Fecerũtque sic filii transmigrationis. Et abierũt Esdras sacerdos, & viri principes familiarũ in domos patrum suorum,& omnes per nomina sua: & sederũt in die primo mensis decimi, vt quærerent rem. ¶17 Et cõsummati sunt omnes viri qui duxerũt vxores alienigenas, vsque ad [b]duxerant diem primam mensis primi. ¶18 Et inuẽti sunt de filiis sacerdotum qui duxerant vxores alienigenas. De filiis Iosue filii Iosedec, & fratres eius, Maasia & Eliẽzer & Iarib & Godolia. ¶19 Et dederunt manus suas vt eicerent vxores suas, & pro delicto suo arietem de ouibus offerrẽt. ¶20 Et de filiis Emmer, Hanani & Zebedia. ¶21 Et de filiis Harim, Maasia & Elia & Semeia, & Iehiel & Ozias. ¶22 Et de filiis Phesur, Eliœnai, Maasia, Ismahel, Nathanael, Iozabed & Elasa. ¶23 Et de filiis Leuitarum, Iozabed & Semei & Celaia, (ipse est Calita.) Phathaia, Iuda & Eliẽzer: ¶24 Et de cantoribus, Eliasib. Et de ianitoribus, Sellũ & Telem & Vri. ¶25 Et ex Israel, de filiis Pharos , Remeia & Iezia & Melchia & Miamin & Eliẽzer & Melchia & Banea. ¶26 Et de filiis Aelam, Mathania, Zacharias & Iehiel & Abdi & Ierimoth & Elia. ¶27 Et de filiis Zethua, Elioenai, Eliasib, Mathania & Ierimuth & Zabad & Aziza. ¶28 Et de filiis Bebai, Iohanan, Hanania, Zabbai, Athalai. ¶29 Et de filiis Bani, Mosollam & Melluch & Adaia, Iasub & Saal & Ramoth. ¶30 Et de filiis Phahath-moab, Edna & Chelal, Banania & Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui & Manasse. ¶31 Et de filiis Herem, Eliẽzer, Iesue, Melchias, Semeias, Simeon, ¶32 Beniamin, Maloch, Samarias. ¶33 Et de filiis Hasam, Mathanai, Mathatha, Zabad, Eliphelet, Ieremai, Manasse, Semei. ¶34 De filiis Bani, Maadi, Amrã, & Vël, ¶35 Baneas & Badaias, Cheliau, ¶36 Vania, Marimuth & Eliasib, ¶37 Mathanias, Mathanai, & Iasi, ¶38 Et Bani & Bennui, Semei ¶39 Et Salmias & Nathan & Adaias, ¶40 Et Mechnedebai, Sisai, Saral, ¶41 Ezrel, & Selemiau, Semeria, ¶42 Sellum, Amaria, Ioseph. ¶43 De filiis Nebo, Iehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Ieddu, & Ioel, & Banaia. ¶44 Omnes hi acceperant vxores alienigenas,& fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

# Liber Nehemiæ, qui & Esdræ secúdus dicitur.

CAP. I.

1 Nehemias pincerna regis Artaxerxis pro populo afflicto, qui de Ierusalem supererat, Deum orat.

VERBA Nehemiæ filii Hechelíæ. & factum est in mense Casleu, anno vicesimo, & ego eram in Susis castro. ¶2 Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipse, & viri ex Iuda: & interrogaui eos de Iudæis qui remanserant, & supererant de captiuitate, & Ierusalem. ¶3 Et dixerunt mihi, Qui remanserunt, & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia, in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius cõbustæ sunt igni. ¶4 Quúmque audissem verba huiusce modi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis: & ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cæli. ¶5 Et dixi, Quæso Domine Deus cæli fortis, magne atque terribilis, qui custodis pactum, & misericordiã cum his qui te diligunt, & custodiunt mandata tua, ¶6 Fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie, nocte & die pro filiis Israel seruis tuis: & cõfiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccauerunt tibi: & ego, & domus patris mei peccauimus, ¶7 Vanitate seducti sumus, & non custodiuimus mandatum tuũ, & ceremonias, & iudicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo. ¶8 Memento verbi quod mandasti Moysi seruo tuo, dicés, Quum transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos. ¶9 Et si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea: etiam si abducti fueritis ad extrema cæli, inde cõgregabo vos, & reducam in locum quem elegi, vt habitaret nomen meum ibi. ¶10 Et ipsi serui tui, & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida. ¶11 Obsecro Domine, sit auris tua attendens ad orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum qui volunt timere nomen tuum: & dirige seruum tuũ hodie: & da ei misericordiam ante virũ hunc. ego enim eram pincerna regis,

CAP. II.

1 Nehemias impetratis literis à rege Artaxerxe, venit Ierosolymam. 14 Conſiderat ruinas vrbis. 18 Aedificantur muri Ierusalem.

FActum est autem in mense Nisan, anno vicesimo Artaxerxis regis, & vinum erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi: & erã quasi languidus ante faciem eius. ¶2 Dixitque mihi rex, Quare vultus tuus tristis est, quũ te ægrotum non videam? non est hoc frustra: sed malum nescio quod in corde tuo est. & timui valde, ac nimis: ¶3 Et dixi regi, Rex in æternum vi ue: quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni? ¶4 Et ait mihi rex, Pro qua re postulas? & oraui Deum cæli: ¶5 Et dixi ad regem, Si videtur regi bonũ, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo eam. ¶6 Dixitque mihi rex, & regina quæ sedebat iuxta eum, Vsque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? & placuit ante vultum regis, & misit me: & constitui ei tempus. ¶7 Et dixi regi, Si regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans Flumen, vt traducãt me, donec veniam in Iudæam: ¶8 Et epistolam ad Asaph custodem saltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere possim portas tẽpli, turres domus, & muros ciuitatis, & domum quam ingressus fuero. & dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonã mecum. ¶9 Et veni ad duces regionis trans Flumen, dedique eis epistolas regis. misserat autem rex mecum principes militũ, & equites. ¶10 Et audierunt Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites: & contristati sunt afflictione magna, quòd venisset homo q quæreret prosperitatem filiorum Israel. ¶11 Et veni Ierusalem, & erã ibi triduo diebus: ¶12 Et surrexi nocte ego, & viri pauci mecum, & non indicaui cuiquã quid Dominus dedisset in corde meo vt facerem in Ierusalẽ: & iumentum non erat mecum, nisi animal cui sedebam. ¶13 Et ingressus sum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam stercoris: & consyderabam murum Ierusalem dissipatum, & portas eius cõsumptas igni. ¶14 Et transiui ad portam fontis, & ad aquæductum regis, & nõ erat locus iumento cui sedebam, vt transiret. ¶15 Et ascendi per torrentem nocte, & consyderabam murum: & reuertens veni ad portam vallis, & redii. ¶16 Magistratus autem nescieb ant quò abiissem, aut quid ego facerẽ: sed & Iudæis & sacerdotibus, & optimatibus, & magistratibus, & reliquis qui faciebant opus, vsque ad id loci nihil indicauerã. ¶17 Et dixi eis, Vos nostis afflictionem in qua sumus, quia Ierusalem deserta est, & portæ eius consumptæ sunt igni: venite, & ædificemus muros Ierusalem, & non simus vltrà opprobriũ. ¶18 Et indicaui eis manum Dei mei quòd esset bona mecum, & verba regis quæ locutus esset mihi: & aio, Surgamus, & ædificemus. & confortatæ sunt manus eorum in bono. ¶19 Audierunt autem Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites, & Gosem Arabs: & subsannauerunt nos, & despexerũt, dixerũntque, Quæ est hæc res quã facitis? nunquid contra regem vos rebellatis? ¶20 Et reddidi eis sermonem, dixique ad eos, Deus cæli ipse nos iuuat, & nos serui eius sumus: surgamus, & ædificemus: vobis autẽ non est pars, & iustitia, & memoria in Ierusalem.

CAP. III.

Catalogus eorum qui muros ædificarunt.

ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes: & ædificauerunt portam gregis: ipsi sanctificauerũt eam, & statuerunt valuas eius, & vsque ad turrim centum cubitorum sanctificauerunt eam, vsque ad turrim Hananeel. ¶1 Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho, & iuxta eos ædificauit Zachur filius Amri. ¶2 Portam autem piscium ædificauerunt filii Asnaa: ipsi texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras, & vectes. ¶4 Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ, filii Accus. & iuxta eum ædificauit Mosollam filius Barachiæ, filii Mesezebel: & iuxta eos ædifica-

uit Sadoc filius Baana: ¶5 Et iuxta eos ædificauerunt Thecueni: optimates autem eorum nō supposuerunt colla sua in opere Domini Dei sui. ¶6 Ioiada filius Phasea, & Mosollā filius Besodia: ipsi texerunt eam, & statuerunt valuas eius, & seras & vectes: ¶7 Et iuxta eos ædificauerūt Melatias Gabaonites, & Iadon Meronathites, viri de Gabaon & Masphа, pro duce qui erat in regione trans Flumen: ¶8 Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex: & iuxta eum ædificauit Ananias filius pigmentarii: & dimiserūt Ierusalem vsque ad murū platex latioris: ¶9 Et iuxta eum ædificauit Raphaia filius Hur, princeps vici Ierusalem: ¶10 Et iuxta eum ædificauit Iedaia filius Haromaph contra domū suā: & iuxta eum ædificauit Hattus filius Hasebonix. ¶11 Mediam partem vici ædificauit Melchias filius Herem, & Hasub filius Phahathmoab, & turrim furnorum. ¶12 Et iuxta eos ædificauit Sellum filius Alohes princeps mediæ partis vici Ierusalem, ipse & filiæ eius. ¶13 Et portam vallis ædificauit Hanum, & habitatores Zanoe: ipsi ædificauerunt eā, & statuerunt valuas eius, & seras & vectes, & mille cubitos in muro, vsque ad portam sterquilinii. ¶14 Et portam sterquilinii ædificauit Melchias filius Rechab, princeps vici Beth-acharam: ipse ædificauit eam, & statuit valuas eius, & seras & vectes. ¶15 Et portam fontis ædificauit Sellum filius Chol-hoza, princeps pagi Maspha: ipse ædificauit eam, & texit, & statuit valuas eius, & seras, & vectes, & muros piscinæ Siloe in hortum regis, & vsque ad gradus qui descendunt de Ciuitate. Dauid. ¶16 Post eū ædificauit Nehemias filius Azboc princeps dimidiæ partis vici Beth-sur, vsque cōtra sepulchrum Dauid, & vsque ad piscinam quæ grandi opere constructa est, & vsque ad domum fortiū. ¶17 Post eum ædificauerunt Leuitæ, Rehum filius Benni: post eos ædificauit Hasebias princeps dimidiæ partis vici Seilæ in vico suo. ¶18 Post eum ædificauerunt fratres eorum Bauai filius Henadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ. ¶19 Et ædificauit iuxta eum Azer filius Iosue, princeps Maspha mensuram secundam, contra ascensum firmissimi anguli. ¶20 Post eum in mōte ædificauit Baruch filius Zachai mensuram secundam, ab angulo vsque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni: ¶21 Post eum ædificauit Merimuth filius Uriæ filii Hattus mēsurā secundam, à porta domus Eliasib, donec extenderetur domus Eliasib: ¶22 Et post eū ædificauerunt sacerdotes viri de campestribus Iordanis. ¶23 Post eos ædificauit Beniamin & Hasub contra domū suā: & post eos ædificauit Azarias filius Maasiæ filii Ananiæ contra domum suā: ¶24 Post eū ædificauit Bennui filius Henadad mensurā secundam, à domo Azariæ vsque ad flexurā, & vsque ad angulum. ¶25 Post eum ædificauit Phalel filius Ozi contra flexuram, & turrim quæ eminet de domo regis excelsa, id est in atrio carceris: post eū Phadaia filius Pharos. ¶26 Nathinæi autem habitabant in Ophel, vsque contra portam aquarum, ad Oriētem, & turrim quæ prominebat. ¶27 Post eos ædificauerūt Thecueni mensurā secundā ergione, à turre magna & eminenti vsque ad murum templi. ¶28 Sursum autem ad portam equorum ædificauerunt sacerdotes, vnusquisque contra domū suam. ¶29 Post eos ædificauit Sadoc filius Emmer contra domū suam. & post eū ædificauit Semaia filius Sechenix, custos portæ Orientalis. ¶30 Post eum ædificauit Hanania filius Seleminx, & Hanū filius Seleph sextus mēsuram secundā: post eum ædificauit Mosollam filius Barachix, contra gazophylacium suū. ¶31 Post eum ædificauit Melchias filius aurificis, vsque ad domū Nathinæorū, & scutæ vendentiū contra portā iudicialem, & vsque ad cœnaculū anguli. ¶32 Et inter cœnaculum anguli in porta gregis ædificauerunt artifices & negotiatores. CAP. IIII.

1 Sanaballat & Tobias murorum ædificationem prohibent. 4 Oratio Nehemiæ. 12 Armati Iudæi ædificant muros Ierusalem.

FActum est autem, quum audisset Sanaballat quòd ædificaremus murū, iratus est valde: & motus nimis subsannauit Iudæos, ¶2 Et dixit coram fratribus suis, & frequentia Samaritanorū, Quid Iudæi faciunt imbecilles? num dimittent eos gentes? num sacrificabunt, & cōplebunt in vna die? num quid ædificare poterunt lapides de aceruis puluris, qui combusti sunt? ¶3 Sed & Tobias Ammanites proximus eius, ait, Ædificent: si ascenderit vulpes, transiliet murum eorum lapideum. ¶4 Audi dixit Nehemias, ¶4 Audi Deus noster, quia factus sumus despectui: conuerte opprobrium super caput eorum, & da eos in despectionem in terra captiuitatis. ¶5 Ne operias iniquitatē eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur: quia irriserunt ædificantes. ¶6 Itaque ædificauimus murum, & coniunximus totum vsque ad partem dimidiam: & prouocatū est cor populi ad operandum. ¶7 Factum est autem, quum audisset Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & Ammanitæ, & Azotii, quòd obducta esset cicatrix muri Ierusalem, & quòd cœpissent interrupta cōludi, irati sunt nimis. ¶8 Et congregati sunt omnes pariter vt venirent, & pugnarent cōtra Ierusalem, & molirentur insidias. ¶9 Et orauimus Deum nostrum, & posuimus custodes super murū die ac nocte contra eos. ¶10 Dixit autem Iudas, Debilitata est fortitudo portātis, & humus nimia est, & nos non poterimus ædificare murum. ¶11 Et dixerunt hostes nostri, Nesciant & ignorēt, donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & cessare faciamus opus. ¶12 Factum est autem vt venientibus Iudæis qui habitebant iuxta eos, & dicentibus nobis per decem vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos, ¶13 Statui in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis, & lanceis, & arcubus. ¶14 Et perspexi atque surrexi: & aio ad optimates & magistratus, & ad reliquā partem vulgi, Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus vestris, filiis vestris, & filiabus vestris, & vxoribus vestris, & domibus vestris. ¶15 Factum est autem, quum audissent inimici nostri nuntiatū esse nobis, dissipauit Deus consilium eorum. & reuersi sumus omnes ad muros, vnusquisque ad opus suum. ¶16 Et factum est à die illa, media pars iuuenum eorū facie-

*à porta

*ferrata
*vsque ad

*aurifices

*Ammonitæ,

bat opus,& media parata erat ad bellū: & lanceæ,& scuta. & arcus, & loricæ : & principes post eos in omni domo Iuda ¶17 Ædificantiū muros,' & portantium oneta,& imponentiū: vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. ¶18 Ædificantiū enim vnusquisque gladio erat accinctus renes. & ædificabant, & clangebant buccina iuxta me. ¶19 Et dixi ad optimates,& ad magistratus,& ad reliquū partem vulgi, Opus grande est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero. ¶20 In loco quocunque audieritis clangorem tubæ,illuc concurrite ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis. ¶21 Et nosipsi faciam' opus: & media pars nostrū teneat lanceas ab ascensu auroræ,donec egrediatur astra. ¶22 In tempore quoque illo dixi populo , vnusquisque cum puero suo maneat in medio Ierusalem, & sint vobis' vices per noctem, & diem,ad operandum. ¶23 Ego autem & fratres mei & pueri mei,& custodes qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra: vnusquisque tantūm nudabatur ad baptismum. CAP. V.

1 Populus laborans fame,vsuris cogitat vi uere. 8 Nehemias vsuras prohibet. 15 Æquitatem suam in regendo populo ostendit.

ET factus est clamor populi,& vxorū eius, magn' aduersus fratres suos Iudæos. ¶2 Et erant qui dicerent, Filii nostri & filiæ nostræ multæ sunt nimis : accipiamus pro pretio eorum frumentum,& comedamus,& viuamus. ¶3 Et erant qui dicerent, Agros nostros, & vineas,& domos nostras opponamus:& accipiamus frumentum in fame. ¶4 Et alii dicebant, Mutuo sumamus pecunias in tributa regis,demūsque agros nostros & vineas: ¶5 Et nunc sicut carnes fratrum nostrorum , sic carnes nostræ sunt: & sicut filii eorum,ita & filii nostri. ecce nos subiugamus filios nostros,& filias nostras in seruitutem, & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus vnde possint redimi, & agros nostros & vineas nostras alii possident. ¶6 Et iratus sum nimis, quum audissem clamorem eorum secundum verba hæc: ¶7 Cogitauitque cor meum* , & increpaui optimates & magistratus,& dixi eis, vsurasne singuli a fratribus vestris exigatis? & cōgregaui aduersum eos concionem magnam, ¶8 Et dixi eis, Nos,vt scitis , redemimus fratres nostros Iudæos qui venditi fuerant Gentibus,secundum possibilitatem nostram : & vos igitur vendite' fratres nostros,' & redimemus eos? & tiluerunt, nec inuenerunt quid responderent. ¶9 Dixique ad eos, Non est bona res quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis,ne exprobretur nobis à Gētibus inimicis nostris? ¶10 Et ego & fratres mei,& pueri mei,commodauimus plurimis pecuniā & frumentum: non repetamus in cōmune istud,æs alienū concedamus quod debetur nobis. ¶11 Reddite eis hodie agros suos,& vineas suas,& olieta sua,& domos suas: quin potius & centesimam pecuniæ, frumēti, vini & olei,quā exigere soletis ab eis,date pro illis. ¶12 Et dixerunt, Reddemus, & ab eis nihil quæremus:sicque faciemus vt lōqueris. & vocaui sacerdotes, & adiurauī eos vt facerent iuxta quod dixeram. ¶13 Insuper excussi sinum meum,& dixi, Sic excutiat Deus omnē virum qui non compleuerit verbum istud , de domo sua & de laboribus suis:sic excutiatur,& vacuus fiat. & dixit vniuersa multitudo, Amen : & laudauerunt Deum.' fecit ergo populus sicut erat dictum. ¶14 A die autem illa qua præcepit rex mihi vt essem dux in terra Iuda,ab anno vicesimo vsque ad annum tricesimū secundum Artaxerxis regis,per annos duodecim, ego & fratres mei annonas quæ ducibus debebantur,non comedimus. ¶15 Duces autem primi,qui fuerunt' ante me, grauauerunt populum,& acceperūt ab eis in pane,& vino,& pecunia quotidie siclos quadraginta:sed & ministri eorum depresserant populum : ego autem non feci ita,propter timorē Dei: ¶16 Quin potius in opere muri ædificaui, & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant. ¶17 Iudæi quoque & magistratus cētum quinquaginta viri, & qui ventebant ad nos de Gentibus quæ in circuitu nostro sunt,in mensa mea erant. ¶18 Parabatur autē mihi per dies singulos bos vnus, arietes sex electi , exceptis volatilibus:& inter dies decem vina diuersa,& alia multa tribuebam: insuper & annonas ducatus mei non quæsiui.valde enim attenuatus erat populus. ¶19 Memento mei Deus meus in bonum secundū omnia quæ feci populo huic. CAP. VI.

1 Rursus impeditur ædificatio. 5 Epistola Sanaballat ad Nehemiam. 8 Responsio Nehemiæ. 11 Non deterretur ab opere Nehemias propter pseudoprophetas.

FActum est autem , quum audisset Sanaballat,& Tobias,& Gosem Arabs,& cæteri inimici nostri, quòd ædificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptio(vsque ad tempus autem illud valuas non posueram in portis)¶2 Miserunt Sanaballat, & Gossem Arabs' ad me,dicentes, Veni, & percutiamus fœdus pariter in' vitulis' in Campo ono. ipsi autem cogitabant vt facerent mihi malū. ¶3 Misi ergo ad eos nuntios, dicens, Opus grande ego facio,& non possum descendere : ne fortè negligatur, quum veneto, & descendero ad vos. ¶4 Miserunt autem ad me secundum verbum hoc, per quatuor vices:& respōdi eis iuxta sermonem priorem. ¶5 Et misit ad me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vice puerū suum, & epistolā habebat in manu sua ¶6 Scriptam hoc modo, IN GENTIBVS auditū est, & Gossem dixit quòd tu & Iudæi cogitetis rebellare: & propterea ædifices murum, & ieuare te velis super eos,regem:propter quam causam ¶7 Et prophetas posueris qui prædicent de te in Ierusalem,dicentes, Rex in Iudæa est: Auditurus est rex verba hæc: idcirco nunc veni,vt ineamus consilium pariter. ¶8 Et misi ad eos, dicens, Non est factum secundum verba hæc quæ tu lōqueris : de corde enim tuo tu componis hæc. ¶9 Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab opere, & quiesceremus. quā ob causam magis confortaui manus meas : ¶10 Et ingressus sum domum Semaiæ filii Dalaiæ filii Metabeel secretō, qui ait , Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi,& claudamus portas ædis : quia venturi sunt vt interficiant te, & nocte venturi sunt ad occidendum te. ¶11

dixi. Num quisquam similis mei fugit? & quis vt ego, ingredietur templum, & viuet? non ingrediar. ¶11 Et intellexi quòd Deus nō misisset eum: sed quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobias & Sanaballat conduxissent eum. ¶13 Acceperat enim pretium, vt territus faceret, & peccarem, & haberēt malum quod exprobrarent mihi. ¶14 Memento mei Domine pro Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorū talia: sed & Noadiæ prophetæ, & cæterorū prophetarum qui terrebant me. ¶15 Completus est autem murus vicesimoquinto die mensis Elul, quinquagintaduobus diebus. ¶16 Factū est ergo quū audisset omnes inimici nostri, vt timerēt vniuersæ gētes quæ erāt in circuitu nostro, & conciderent intra semetipsos, & scirent quòd à Domino factū esset opus hoc. ¶17 Sed & in diebus illis multæ optimatum Iudæorum epistolæ mittebantur ad Tobiā, & à Tobia veniebant ad eos. ¶18 Multi enim erant in Iudæa habentes iuramentum eius, quia gener erat Sechniæ filii Arēæ: & Iohanan filius eius acceperat filiam Mosollam filii Barachiæ. ¶19 Sed & laudabant eum coram me, & verba mea nuntiabant ei: & Tobias mittebat epistolas vt terreret me.

## CAP. VII.

1 Extructo muro applicātur custodes. 5 Numeratur populus è captiuitate reuersus.

POstquam autē ædificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianitores, & cantores, & Leuitas: ¶2 Præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Ierusalē (ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur) ¶3 Et dixi eis, Non aperiantur portæ Ierusalē vsque ad calorē solis. Quūmque adhuc assisterēt, clausæ portæ sunt, & oppilatæ: & posui custodes de habitatoribus Ierusalem, singulos per vices suas, & vnumquem que contra domum suam. ¶4 Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ. ¶5 Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, & magistratus & vulgus, vt recenserem eos: & inueni librum census eorum qui ascenderant primum, & inuentum est scriptum in eo, ¶6 Isti filii prouinciæ, qui ascēderunt de captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt in Ierusalem, & in Iudæā, vnusquisque in ciuitatem suā. ¶7 Qui venerant cū Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæ, Belsan, Mesphareth, Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Israel: ¶8 Filii Pharos, duo millia centum septuagintaduo. ¶9 Filii Saphatia, trecenti septuagintaduo. ¶10 Filii Area, sexcēti quinquagintaduo. ¶11 Filii Phahath-moab filiorum Iosue & Ioab, duo millia octingenti decem & octo. ¶12 Filii Aēlam, mille octingenti quinquagintaquatuor. ¶13 Filii Zethua nongenti quadragintaquinque. ¶14 Filii Zachai, septingenti sexaginta. ¶15 Filii Bannui, sexcenti quadragintaocto. ¶16 Filii Bebai, sexcēti vigintiocto. ¶17 Filii Azgad, duo millia trecēti vigintiduo. ¶18 Filii Adonicam, sexcēti sexaginta septem. ¶19 Filii Beguai, duo millia sexagintaseptem. ¶20 Filii Adin, sexcēti quinquagintaquinque. ¶21 Filii Ater, filii Hezeciæ, nongentiocto. ¶22 Filii Hasem, trecenti vigintiocto. ¶23 Filii Besai, trecēti vigintiquatuor. ¶24 Filii Hareph, centum duodecim. ¶25 Filii Gabaon, nonagintaquinque. ¶26 Filii Beth-lehem & Netupha, centū octogintaocto. ¶27 Viri Anathoth, centum vigintiocto. ¶28 Viri Beth azmoth, quadragintaduo. ¶29 Viri Cariath iarim, Cephira, & Beroth, septingēti quadragintatres. ¶30 Viri Rama & Nebo, trecenti vigintiunus. ¶31 Viri Machmas, cēntum vigintiduo. ¶32 Viri Beth-el & Hai, centum vigintitres. ¶33 Viri Nebo alterius, quinquagintaduo. ¶34 Viri Aelam alterius, mille ducēti quinquagintaquatuor. ¶35 Filii Harem, trecēti viginti. ¶36 Filii Iericho, trecenti quadragintaquinque. ¶37 Filii Lod hadid & Ono, septingenti vigintiunus. ¶38 Filii Senaa, tria millia nongenti triginta. ¶39 Sacerdotes: Filii Idaia in domo Iesua, nongenti septuagintatres. ¶40 Filii Emmer, mille quinquagintaduo. ¶41 Filii Phashur, mille ducēti quadragintaseptem. ¶42 Filii Aren, mille decem & septem. ¶43 Leuitæ: Filii Iosue & Cedmiel filiorum Oduiæ, septuagintaquatuor. ¶44 Cantores: Filii Asaph, centum quadragintaocto. ¶45 Ianitores: Filii Sellum, filii Ater, filii Telmon, filii Accub, filii Hatita, filii Sobai: centum trigintaocto. ¶46 Nathinæi: Filii Sohar: filii Hasupha, filii Tebbaoth, ¶47 Filii Ceros, filii Siaa, filii Phadon, ¶48 Filii Lebana, filii Hagaba, filii Selmai, ¶49 Filii Banan, filii Gaddel, filii Gaher, ¶50 Filii Raaia, filii Rasin, filii Necoda, ¶51 Filii Gezem, filii Asa, filii Phasea, ¶52 Filii Besai, filii Muuim, filii Nephussim, ¶53 Filii Bacbuc, filii Hacupha, filii Harhur, ¶54 Filii Besloth, filii Mahida, filii Harsa, ¶55 Filii Bercos, filii Sisara, filii Thema, ¶56 Filii Natsia, filii Hatipha, ¶57 Filii seruorum Salomonis, filii Sotai, filii Sophereth, filii Pharida, ¶58 Filii Iahala, filii Darcon, filii Geddel, ¶59 Filii Saphatia, filii Hatil, filii Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim filio Amon. ¶60 Omnes Nathinæi, & filii seruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. ¶61 Hi sunt autem qui ascenderunt de Thelmela, Thel-harsa-Cherub, Addon, & Emmer: & non potuerunt indicare domum patrū suorum, & semen suum, vtrum ex Israel essent. ¶62 Filii Dalaia, filii Tobia, filii Necoda sexcēti quadragintaduo. ¶63 Et de sacerdotibus, filii Habia, filii Accos, filii Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem: & vocatus est nomine eorum. ¶64 Hi quæsierunt scripturam suam in censu, & non inuenerunt: & eiecti sunt de sacerdotio. ¶65 Dixitque Athersatha eis vt non manducarent de sanctis sanctorum, donec staret sacerdos doctus & eruditus. ¶66 Omnis multitudo quasi vir vnus quadragintaduo millia sexcenti sexaginta: ¶67 Absque seruis & ancillis eorum, qui erant septem millia trecenti trigintaseptem: & inter eos cantores, & cantatrices, ducenti quadragintaquinque. ¶68 Equi eorum, septingenti trigintasex: muli eorum, ducenti quadragintaquinque. ¶69 Cameli eorum, quadringenti trigintaquinque: asini, sex millia septingenti viginti.

Hucusque refertur quid in commentario scriptum fuerit: exin Nehemiæ historia texitur.

¶70 Nonnulli autem de principibus familiarum dederũt in opus. Athersatha dedit in thesaurũ, auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas sacerdotales quingentas triginta. ¶71 Et de principibus familiarum dederunt in thesaurũ operis, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia ducẽtas. ¶72 Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia, & tunicas sacerdotales sexagintaseptem. ¶73 Habitauerunt autem sacerdotes & Leuitæ, & ianitores & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Israel in ciuitatibus suis.

CAP. VIII.

1 Populo congregato legit Esdras legem, scribæ officium præstans. 9 Contristatum populum ob audita legem cõsolatur Nehemias. 11 Lætitia in Israel, cognita Dei voluntate per legem. 13 Festum Tabernaculorum â populo celebratur. 18 Legitur liber legis.

ET venerat mensis septimus: filii autem Israel erant in ciuitatibus suis. Cõgregatũque est omnis populus quasi vir vnus ad plateam, quæ est ante portã aquarum: & dixerũt Esdræ scribæ vt afferret librum legis Moysi, quam præceperat Dominus Israeli. ¶2 Attulit ergo Esdras sacerdos legem coram multitudine virorum & mulierum, cunctisque qui poterant intelligere, in die prima mensis septimi. ¶3 Et legit in eo aperte in platẽa quæ erat ante portam aquarum, de mane vsque ad mediũ diem, in conspectu virorum, & mulerũ, & sapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librum. ¶4 Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendũ: & steterunt iuxta eum Mathathias, & Semela, & Ania, & Uria, & Helcia, & Maasia, ad dextrã eius: & ad sinistram, Phadala, Misael, & Melchia, & Hasum, & Hasbadana, Zacharia, & Mosollã. ¶5 Et aperuit Esdras librum corã omni populo: super vniuersum quippe populũ eminebat. & quum aperuisset eum, stetit omnis populus. ¶6 Et benedixit Esdras Domino Deo voce magna: & respondit omnis populus, Amẽ, eleuans manus suas. & inuersi sunt, & adorauerunt Deum proni in terrã. ¶7 Porrò Iosue, & Bani & Serebia, Iamin, Accub, Sebthai, Odia, Maasia, Celita, Azarias, Iozabed, Hanan, Phalaia, Leuitæ, silentium faciebant in populo ad audiẽdam legem: populus autem stabat in gradu suo. ¶8 Et legerunt in libro legis Dei distincte, & aperte ad intelligendum: & intellexerunt quum legeretur. ¶9 Dixit autem Nehemias (ipse est Athersatha) & Esdras sacerdos & scriba, & Leuitæ interpretãtes vniuerso populo, Dies sanctificatus est Domino Deo nostro, nolite lugere, & nolite flere. Nebat enim omnis populus, quũ audiret verba legis. ¶10 Et dixit eis, Ite, comedite pinguia, & bibite mulsum, & mittite partes his qui non præparauerunt sibi, quia sanctus dies Domini est, & nolite contristari. gaudium etenim Domini est, fortitudo nostra. ¶11 Leuitæ autem silentium faciebãt in omni populo, dicẽtes, Tacete, quia dies sanctus est, & nolite dolere. ¶12 Abiit itaque omnis populus, vt comederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiam magnam: quia intellexerant verba quæ docuerat eos.

¶13 Et in die secundo congregati sunt principes familiarum vniuersi populi, sacerdotes & Leuitæ ad Esdram scribam, vt interpretaretur eis verba legis. ¶14 Et inuenerunt scriptum in lege, præcepisse Dominum in manu Moysi, vt habitent filii Israel in tabernaculis, in die solenni, mense septimo: ¶15 Et vt prædicẽt, & diuulgent vocem in vniuersis vrbibus suis, & in Ierusalem, dicentes, Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarũ, & frondes ligni nemorosi, vt fiant tabernacula, sicut scriptum est. ¶16 Et egressus est populus, & attulerunt. Fecerũntque sibi tabernacula vnusquisq; in domate suo, & in atriis suis, & in atriis dom Dei, & in platea portæ aquarum, & in platea portæ Ephraim. ¶17 Fecit ergo vniuersa ecclesia eorum qui redierãt de captiuitate, tabernacula, & habitauerũt in tabernaculis: non enim fecerant â diebus Iosue filii Nun taliter filii Israel, vsque ad diem illum: & fuit lætitia magna nimis. ¶18 Legit autem Esdras in libro legis Dei per dies singulos, â die primo vsque ad diẽ nouissimum. & fecerũt solennitatem septem diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum.

CAP. IX.

1 Populus pœnitens, vxores alienigenas abiicit. 7 Beneficiorum Dei erga Israelẽ commemoratio.

IN die autem vicesimoquarto mensis huius conuenerunt filii Israel in ieiunio, & in sacis & humus super eos. ¶1 Et separatus est semen filiorum Israel ab omni filio alienigenæ: & steterũt, & confitebantur peccata sua, & iniquitates patrum suorum. ¶2 Et consurrexerũt ad standum: & legerunt in volumine legis Domini Dei sui, quater in die, & quater cõfitebantur, & adorabant Dominum Deũ suum. ¶3 Surrexerunt autem super gradum Leuitarum Iosue, & Bani, & Cedmiel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, & Chanani: & clamauerũt voce magna ad Dominum Deum suum. ¶5 Et dixerũt Leuitæ Iosue, & Cedmiel, Bonni, Hasebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia, Surgite, benedicite Domino Deo nostro ab æterno vsque in æternum: & benedicant nomini gloriæ tuæ excelso in omni benedictione & laude. ¶6 Tu ipse Domine, solus tu fecisti cælum, & cælum cælorum, & omnem exercitũ eorum: terrã, & vniuersa quæ in ea sunt: maria, & omnia quæ in eis sunt: & tu viuificas omnia hæc, & exercitus cæli te adorat. Et dixit Esdras, ¶7 Tu ipse Domine Deus, qui elegisti Abram, & seduxisti eum de Igne-Chaldæorum: & posuisti nomen eius Abraham: ¶8 Et inueniisti cor eius fidele coram te, & percussisti cum eo fœdus, vt dares ei terram Chananæi, Hethæi, & Heuæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Iebuzæi, & Gergesæi, vt dares semini eius: & implesti verba tua, quoniam iustus es. ¶9 Et vidisti afflictionẽ patrum nostrorũ in Aegypto: clamorẽmque eorum audisti super Mare-rubrũ. ¶10 Et dedisti signa atque portẽta in Pharaone, & in vniuersis seruis eius, & in omni populo terræ illius: cognouisti enim quia superbè egerãt contra eos: & fecisti tibi nomen, sicut & in hac die. ¶11 Et mare diuisisti ante eos, & transierũt per mediũ maris in sicco: persecutores autẽ eorum

C proleciſti in profundũ, quaſi lapidẽ in aquas validas. ¶12 Et in columna nubis ductor eorum fuiſti per diem, & in columna ignis per noctẽ: vt appareret eis via per quam ingrediebantur. ¶13 Ad montẽ quoque Sinai deſcendiſti, & locutus es cum eis de cælo: & dediſti eis iudicia recta, & legẽ veritatis, ceremonias, & præcepta bona. ¶14 Et ſabbathũ ſanctificatũ tuũ oſtendiſti eis, & mãdata, & ceremonias, & legẽ præcepiſti eis in manu Moyſi ſerui tui. ¶15 Panem quoque de cælo dediſti eis in fame eorũ, & aquam de petra eduxiſti eis ſitiẽtibus: & dixiſti eis vt ingrederentur & poſſiderent terrã ſuper quã leuaſti manũ tuã vt traderes eis. ¶16 Ipſi verò, & patres noſtri ſuperbè egerunt, & induruerunt ceruices ſuas, & nõ audierũt mãdata tua. ¶17 Et noluerunt audire: & nõ ſunt recordati mirabilium tuorũ quæ feceras eis: & induruerũt ceruices ſuas, & dederũt caput vt conuerterẽtur ad ſeruitutem ſuam, quaſi per contentionem. tu autẽ Deus propitius, clemens, & miſericors, longanimis, & multæ miſerationis nõ dereliquiſti eos. ¶18 Et quidẽ quũ feciſſent ſibi vitulũ conflatilẽ, & dixiſſent, Iſte eſt deus tuus, q eduxit te de Ægypto: feceruntque blaſphemias magnas, ¶19 Tu autẽ in miſericordiis tuis multis nõ dimiſiſti eos in deſerto: colũna nubis nõ receſſit ab eis per diẽ, vt duceret eos in viam: & columna ignis per noctẽ, vt oſtenderet eis iter per quod ingrederẽtur. ¶20 Et Spiritum tuũ bonũ dediſti qui doceret eos, & mãna tuum nõ prohibuiſti ab ore eorũ, & aquam dediſti eis in ſiti. ¶21 Quadragẽta annis pauiſti eos in deſerto, nihilq; eis defuit: veſtimẽta eorum non inueterauerũt, & pedes eorũ nõ ſunt attriti. ¶22 Et dediſti eis regna & populos: & partitus es eis ſortes: & poſſederunt terram Sehon: & terram regis Heſebon, & terrã Og regis Baſan. ¶23 Et multiplicaſti filios eorum ſicut ſtellas cæli. & adduxiſti eos ad terrã de qua dixeras patribus eorũ vt ingrederẽtur & poſſiderent. ¶24 Et venerunt filii, & poſſederũt terrã, & humiliaſti coram eis habitatores terræ, Chananeos, & dediſti eos in manu eorum, & reges eorũ, & populos terræ, vt faceret eis ſicut placebat illis. ¶25 Ceperũt itaq; vrbes munitas & humum pinguem, & poſſederũt domos plenas cũctis bonis: ciſternas ab' eis' fabricatas, vineas, & oliueta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt, & abundauerunt deliciis in bonitate tua magna. ¶26 Prouocauerunt autem te ad iracundiã, & receſſerunt à te, & proiecerunt legẽ tuam poſt terga ſua: & prophetas tuos occiderũt, qui cõteſtabãtur eos vt reuerterẽtur ad te: feceruntque blaſphemias grãdes. ¶27 Et dediſti eos in manu hoſtium ſuorum, & afflixerũt eos: & in tempore tribulationis ſuæ clamauerũt ad te, & tu de cælo audiſti, & ſecũdum miſerationes tuas multas dediſti eis ſaluatores, qui ſaluarẽt eos de manu hoſtiũ ſuorum. ¶28 Quũmque requieuiſſent, reuerſi ſunt vt facerẽt malũ in cõſpectu tuo: & dereliquiſti eos in manu inimico rum ſuorũ, & poſſederũt eos. Conuerſiq; ſunt, & clamauerunt ad te: tu autẽ de cælo exaudiſti. & liberaſti eos in miſericordiis tuis, multis tẽporibus. ¶29 Et conteſtatus es eos vt reuerterentur ad legẽ tuã: ipſi verò ſuperbè egerunt, & non audierũt mãdata tua, & in iudiciis tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis: & dederunt humerũ recedentem, & ceruicem ſuam induratierunt, nec audierũt. ¶30 Et protraxiſti ſuper eos annos multos, & conteſtatus es eos in Spiritu tuo per manũ prophetarum tuorũ: & non audierũt, & tradidiſti eos in manum populorũ terrarum. ¶31 In miſericordiis autem tuis plurimis non feciſti eos in cõſumptionem, nec dereliquiſti eos, quoniã Deus miſerationum, & clemens es tu. ¶32 Nũc itaque Deꝰ noſter magne, fortis & terribilis, cuſtodiẽs pactum & miſericordiã, ne auertas à facie tua omnẽ laborẽ qui inuenit nos, reges noſtros, & principes noſtros, & ſacerdotes noſtros, & prophetas noſtros, & patres noſtros, & omnẽ populum tuũ à diebus regis Aſſur, vſque in diem hanc. ¶33 Et tu iuſtus es in omnibus quæ venerũt ſuper nos: quia veritatẽ feciſti nobis, nos autẽ impiè egim⁹. ¶34 Reges noſtri, principes noſtri, ſacerdotes noſtri, & patres noſtri nõ ſeceruntlegem tuã, & non attẽderunt mandata tua, & teſtimonia tua quæ teſtificat⁹ es in eis. ¶35 Et ipſi in regnis ſuis bonis, & in bonitate tua multa qua dederas eis, & in terra latiſſima & pingui quã tradideras in cõſpectu eorũ, nõ ſeruierunt tibi, nec reuerũ ſunt à ſtudiis ſuis peſſimis. ¶36 Ecce noſpiſi hodie ſerui ſumus: & terra quam dediſti patribus noſtris vt comederent panem eius, & quæ bona ſunt eius, & noſipſi ſerui ſumus in ea. ¶37 Et fruges eius multiplicãtur regibus, quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, & corporibus noſtris dominantur, & iumentis noſtris ſecundũ volũtatem ſuã, & in tribulatione magna ſum⁹. ¶38 Super omnibus ergo his noſipſi percutimus fœdus, & ſcribimus, & ſignãt principes noſtri, Leuitæ noſtri, & ſacerdotes noſtri. CAP. X.

1 Signatores fœderis. 19 Quid populus in fœdere Deo promiſerit.

D

Signatores autẽ fuerũt, Nehemias, Atherſatha filius Hachelai, & Sedecias, ¶2 Saraias, Azarias, Ieremias, ¶3 Phaſhur, Amarias, Melchias, ¶4 Hattus, Sebenia, Melluch, ¶5 Harim, Merimuth, Obdias, ¶6 Daniel, Genthon, Baruch, ¶7 Moſollam, Abia, Miamin, ¶8 Maazia, Belgai, Semaia: hi ſacerdotes. ¶9 Porrò Leuitæ, Ioſue filius Azaniæ, Bennui de filiis Henadad, Cedmiel: ¶10 Et fratres eorum, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan, ¶11 Micha, Rohob, Haſebia, ¶12 Zachur, Serebia, Sabania, ¶13 Odaia, Bani, Baninu. ¶14 Capita populi, Pharos, Phahath-moab, Aglam, Zethu, Bani, ¶15 Bõni, Azgad, Bebai, ¶16 Adonia, Begoai, Adin, ¶17 Ater, Hezecia, Azur, ¶18 Odaia, Haſum, Beſai, ¶19 Hareph, Anathoth, Nebái, ¶20 Megphias, Moſollã, Hazir, ¶21 Meſizabel, Sadoc, Ieddua, ¶22 Pheltia, Hanan, Anaia, ¶23 Oſee, Hanania, Haſub, ¶24 Aloheſ, Phaleha, Sobec, ¶25 Rehũ, Haſebna, Maaſia, ¶26 Echaia, Hanan, Anan, ¶27 Melluch, Harim, Baana: ¶28 Et reliqui de populo, ſacerdotes, Leuitæ, ianitores, & cantores, Nathinæi, & omnes qui ſe ſeparauerũt de populis terrarũ ad legẽ Dei, vxores eorũ, filii eorũ, & filiæ eorũ, *omnes qui poterãt ſapere *Al ¶29 Sp̃dẽtes pro fratribus ſuis, optimates eorũ, & q veniebãt ad pollicẽdũ & iurãdũ vt ambularent in legẽ *Domini, quã dederat in ma- *Dei,

Dei,

Mn Moysi seruũ suũ, vt facerẽt & custodirẽt v-
niuersa mãdata Domini Dei nostri, & iudicia
eius & ceremonias eius, ¶30 Et vt nõ daremus
filias nostras populo terræ, & filias eorũ nõ ac-
ciperemus filiis nostris. ¶31 Populi quoque ter-
ræ, qui important venalia, & omnia ad vsum,
per diem sabbathi vt vendãt, non accipiemus
ab eis in sabbatho, & in die sanctificato. Et di-
mittemus annum septimũ, & exactionem vni-
uersæ manus. ¶32 Et statuemus super nos præ-
cepta, vt demus tertiam partem sicli per annũ
ad opus domus Dei nostri, ¶33 Ad panes pro-
positionis, & ad sacrificium sempiternũ, & in
holocaustũ sempiternũ in sabbathis, in Calen-
dis, in solennitatibus, & in sanctificatis, & pro
peccato: vt exoretur pro Israel, & in omne o-
pus domus Dei nostri. ¶34 Sortes ergo misim⁹
super oblationẽ lignorũ inter sacerdotes, & ^
Leuitas, & populũ, vt inferrẽtur in domũ Dei
nostri per domos patrũ nostrorũ, per tẽpora, à
tẽporibus anni vsq; ad annũ: vt arderẽt super
altare Domini Dei nostri, sicut scriptũ est in le
ge Moysi. ¶35 Et vt afferremus primogenita ter
ræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis
ligni ab ãno in annũ, in domo Domini. ¶36 Et
primitiua filiorũ nostrorũ, & pecorũ nostrorũ
sicut scriptũ est in lege, & primitiua boum no
strorũ, & ouiũ nostrarũ, vt offerãtur in domo
Dei nostri, sacerdotib⁹ qui ministrãt in domo
Dei nostri. ¶37 Et primitias ciborũ nostrorum,
& libamina nostrorũ, & poma omnis ligni,
vindemiæ quoq;, & olei afferemus sacerdotib⁹
ad gazophylacium Dei nostri, & decimã partem
terræ nostræ Leuitis: ipsi Leuitæ decimas acci
piẽt ex omnibus ciuitatib⁹ operũ nostrorum.
¶38 Erit autẽ sacerdos filius Aaron cũ Leuitis
in decimis Leuitarũ, & Leuitæ offerẽt decimã
partẽ decimæ fuæ in domo Dei nostri, ad ga-
zophylacium in domo thesauri. ¶39 Ad gazo-
phylacium enim deportabunt filii Israel, & fi-
lii Leui primitias frumẽti, vini, & olei: & ibi e-
rũt vasa ^ Domini ^ sanctificata, & sacerdotes, &
cãtores, & ianitores, & ministri, & nõ dimitte-
m⁹ domũ Dei nostri.

offerentur

CAP. XI.

1 Qui instautata Ierusalẽ habitauerũt in ea.

Habitauerũt autem principes populi in Ie
rusalẽ: reliqua verò plebs misit sortem,
vt tolleret vnam partem de decem qui habita
turi essent in Ierusalem ciuitate sancta, nouem
verò partes in ciuitatibus. ¶2 Benedixit autem
populus omnibus viris qui se spõte obtulerãt
vt habitarent in Ierusalem. ¶3 Hi sunt itaque
principes prouinciæ qui habitauerunt in Ieru
salem, & in ciuitatibus Iuda: Habitauit autẽ v-
nusquisq; in possessione sua, in vrbibus suis, Is
rael, sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, & filii seruo
rum Salomonis. ¶4 Et in Ierusalem habitaue-
rũt de filiis Iuda, & de filiis Beniamin. de filiis
Iuda, Athaias filius Aziam, filii Zachariæ, filii
Amariæ, filii Saphatiæ, filii Malaleel. de filiis
Phares, ¶5 Maasia filius Baruch, filius Chol-ho
za, filius Hazaia, filii Adaia, filius Ioiarib, filius
Zachariæ, filii Silonitis. ¶6 Omnes hi, filii Pha-
res, qui habitauerunt in Ierusalem, quadringẽ
ti sexaginta nouem viri fortes. ¶7 Hi sunt au-
tem filii Beniamin: Sellu filius Mosollam, filii
Ioed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Masia,
filius Ethiel, filius Esaia, ¶8 Et post eum Geb-

collerent

bai, Sellai: in õgenti vigintiocto. ¶9 Et Ioel filius
Zechri præpositus eorum, & Iudas filius Sena
super ciuitatẽ secundus. ¶10 Et de sacerdotib⁹,
Idaia filius Ioarib, Iachin, ¶11 Saraia filius Hel-
ciæ filii Mosollã, filius Sadoc, filius Meraioth,
filius Achitob principes domus Dei. ¶12 Et fra
tres eorum facientes opera templi: octingenti
viginti duo. & Adaia filius Ieroham, filius Phe
leliæ, filius Amũ, filii Zacharix, filius Phesthur,
filius Melchiæ, ¶13 Et fratres eius pricipes pa-
trum: ducenti quadraginta duo. Et Amassai fi-
lius Azreel, filius Ahazi, filius Mosolla-moth,
filius Emmer. ¶14 Et fratres eorum potentes ro
mis: centum vigintiocto. & præpositus eorum
Zabdiel filius potentium. ¶15 Et de Leuitis Se-
mela filius Hasub, filius Azaricam, filius Hasa-
bia, filius Boni: ¶16 Et Sabbathái, & Iozabed, fi
per omnia opera quæ erant foris secus in do-
mo Dei, à principibus Leuitarum. ¶17 Et Ma-
thania filius Micha, filii Zebedei, filius Asaph
princeps ad laudandum, & ad confitendum
in oratione, & Becbecia secundus de fratribus
eius, & Abda filius Sammũa, filius Galal, filius
Idithun. ¶18 Omnes Leuitæ in ciuitate sancta,
ducenti octoginta quatuor. ¶19 Et ianitores,
Accub, Telmon, & fratres eorum, qui custodi-
ebant ostia: centum septuaginta duo. ¶20 Et
reliqui ex Israel sacerdotes & Leuitæ in vni-
uersis ciuitatibus Iuda, vnusquisque in posses-
sione sua. ¶21 Et Nathinæi qui habitabant in
Ophel, & Siaha, & Gaspha de Nathinæis.
¶22 Et episcopus Leuitarum in Ierusalem, Az-
zi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ,
filius Michæ. De filiis Asaph, cantores in mi-
nisterio domus Dei. ¶23 Præceptum quippe
regis super eos erat, & ordo in cantoribus per
dies singulos. ¶24 Et Phathahia filius Mesezel
bel de filiis Zara filii Iuda in manu regis, iu-
xta omne verbum populi. ¶25 Et in domibus
per omnes regiones eorum, de filiis Iuda habi-
tauerũt in Cariath-arbe & in filiabus eius, & in
Dibon, & in filiabus eius, & in Cabseel & in vi-
culis eius, ¶26 Et in Iesue, & in Molada: & in
Beth-phalet, ¶27 Et in Hasersual. Et in Ber-sa-
bee, & in filiabus eius, ¶28 Et in Siceleg, & in
Mochona, & in filiabus eius. ¶29 Et in Remmõ,
& in Sarae, & in Ierimuth, ¶30 Zanõa, Odol-
lam & in villis earum. Lachis, & in regionibus
eius, Azeca & in filiabus eius. Et manserunt in
Ber-sabee vsque ad Vallem-Ennom. ¶31 Filii au
tẽ Beniamin, à Geba, Mechmas, & Hai, & Beth
el, & filiabus eius: ¶32 Anathoth, Nob, Anania,
¶33 Asor, Rama, Gethaim, ¶34 Hadid, Seboim,
& Neballat, ¶35 Et Ono, & valle artificũ. ¶36 Et
de Leuitis portiones Iudæ & Beniamin.

octo

CAP. XII.

1 Numerus sacerdotum & Leuitarum qui
eum Zorobabel venerunt Ierusalem. 30 Dedi-
catur murus. 43 Recensentur custodes thesau-
rorum.

Hi sunt autem sacerdotes & Leuitæ qui a-
scenderunt cũ Zorobabel filio Salathiel,
& Iosue: Saraia, Ieremias, Esdras. ¶2 Amaria,
Melluch, Hattus, ¶3 Sebenias, Rehũ, Merimuth,
¶4 Addo, Genthon, Abia, ¶5 Miamin, Madia,
Belga, ¶6 Semeia, & Ioiarib, ¶7 Idaia, Sellum,
Amoc, Helcias, Idaia. Isti principes sacerdo-
tum, & fratres eorum in diebus Iosue. ¶8 Porrõ

Leuitæ, Iesua, Bennui, Cedmiel, Sarebia, Iuda, Mathanias, super hymnos ipsi & fratres eorũ: ¶9 Et Becbecia atque Hanni, & fratres eorum vnusquisque in officio suo. ¶10 Iosue autẽ genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada, ¶11 Et Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Ieddoa. ¶12 In diebus autẽ Ioacim erant sacerdotes & principes familiarum: Saraiæ, Maraiæ: Ieremiæ, Hananiæ: ¶13 Esdræ, Mosollã: Amariæ, Iohanan: ¶14 Melicho, Ionathan: Sebeniæ, Ioseph: ¶15 Haran, Edna: Maraioth, Helcĩ: ¶16 Adaiæ, Zacharia: Genthon, Mosollam: ¶17 Abiæ, Zechri: Miamin & Moadiæ, Phelti: ¶18 Belgæ, Sammúa: Semaiæ: Ionathã: ¶19 Ioiarib, Mathanai: Iodaiæ, Azzi: ¶20 Sellai, Celai: Amoc, Heber: ¶21 Helciæ, Hasebia: Idaiæ, Nathanael. ¶22 Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & Iohanan, & Ieddoa scripti principes familiarum, & sacerdotes in regno Darii Persæ. ¶23 Filii Leui principes familiarum, scripti in libro Verborum dierum, & vsque ad dies Ionathan filii Eliasib. ¶24 Et principes Leuitarum, Hasebia, Serebia & Iesue filius Cedmiel: & fratres eorum per vices suas, vt laudarent & confiterentur iuxta præceptũ Dauid viri Dei, & obseruarent æquè per ordinem. ¶25 Mathania, & Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum & vestibulorum ante portas. ¶26 Hi in diebus Ioacim filii Iosue, filii Iosedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæq;. ¶27 In dedicatione autem muri Ierusalem requisierũt Leuitas de omnibus locis suis, vt adducerent eos in Ierusalem, & facerent dedicationem & lætitiam in actione gratiarum, & cantico, & in cymbalis, psalteriis, & citharis. ¶28 Congregati sunt autem filii cantorum, de campestribus circa Ierusalem, & de villis Netuphati, ¶29 Et de domo Galgal, & de regionibus Geba & Azmaueth: quoniã villas ædificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem. ¶30 Et mundati sunt sacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populum, & portas, & murum. ¶31 Ascendere autem fecĩ principes Iuda super murum, & statui duos magnos choros laudantium: & ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinii. ¶32 Et iuit post eos Osaias, & media pars principum Iuda, ¶33 Et Azarias, Esdras, & Mosollam, Iuda, & Beniamin, & Semeia, & Ieremias. ¶34 Et de filiis sacerdotum in tubis Zacharias filius Ionathã, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Asaph, ¶35 Et fratres eius Semeia & Azareel, Malalai, Galalai, Maai. Nathanael, & Iuda, & Hanani, in vasis cantici Dauid viri Dei: & Esdras scriba ante eos ¶36 In porta Fontis. & contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in ascẽsu muri super domum Dauid, & vsque ad portam aquarum ad Orientem. ¶37 Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, & ego post eum, & media pars populi super murum, & super turrim furnorum, & vsque ad murum latissimum, ¶38 Et super portam Ephraim, & super portam antiquam, & super portam piscium, & turrim Hananeel, & turrim Emath, & vsque ad portam gregis: & steterunt in porta custodiæ: ¶39 Steterũntque duo chori laudantium in domo Dei, & ego, & dimidia pars magistratuũ mecum. ¶40 Et sacerdotes, Eliacim, Maasia, Miamin, Michæa, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis, ¶41 Et Maasia, & Semeia, & Eleazar, & Azzi, & Iohanã & Melchia, & Aelam, & Ezer. & clare cecinerũt cantores, & Iezraia præpositus: ¶42 Et immolauerũt in die illa victimas magnas, & lætati sunt: Deus enim lætificauerat eos lætitia magna: sed & vxores eorum & liberi gauisi sunt, & audita est lætitia Ierusalẽ procul. ¶43 Recẽsuerunt quoque in die illa viros super gazophylacia thesauri, ad libamina, & ad primitias, & ad decimas, vt introferrent per eos principes ciuitatis in decõre gratiarum factiones, sacerdotes & Leuitas: quia lætificatus est Iuda, in sacerdotibus, & Leuitis astantibus. ¶44 Et custodierũt obseruationem Dei sui, & obseruationem expiationis, & cantores, & ianitores iuxta præceptũ Dauid, & Salomonis filii eius. ¶45 Quia in diebꝰ Dauid & Asaph ab exordio erãt principes constituti cantorum in carmine laudantium, & confitentium Deo. ¶46 Et omnis Israel in diebus Zorobabel, & in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus, & ianitoribus per dies singulos, & sanctificabant Leuitas: & Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

factionis.

## CAP. XIII.

1 Iuxta legẽ separãtur alienigenæ. 10 Dantur Leuitis partes. 15 Transgressores Sabbathi reprehenduntur à Nehemia. 23 Item ducentes vxores alienigenas.

IN die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo: & inuentũ est scriptum in eo, quòd non debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei, vsque in æternum: ¶2 Eo quòd nõ occurrerint filiis Israel cum pane & aqua, & cõduxerint aduersum eos Balaam ad maledicendum eis: & conuertit Deus noster maledictionẽ in benedictionem. ¶3 Factum est autem quum audissent legem, separauerunt omnem alienigenam ab Israel. ¶4 Et super hoc erat Eliasib sacerdos qui fuerat præpositꝰ in gazophylacio domus Dei nostri, & proximus Tobiæ. ¶5 Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & vasa, & decimã frumenti, vini & olei, partes Leuitarum, & cantorum, & ianitorũ, & primitias sacerdotales. ¶6 In omnibus autem his non fui in Ierusalẽ: quia anno tricesimo secundo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem: & in fine dierum rogaui regem. ¶7 Et veni in Ierusalem, & intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiæ, vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei. ¶8 Et malum mihi visum est valde. & proieci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio. ¶9 Præcepique, & emundauerunt gazophylacium: & retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium & thus. ¶10 Et cognoui quòd partes Leuitarũ non fuissent datæ: & fugisset vnusquisque in regionem suam de Leuitis, & cantoribus, & de his qui mihi ministrabant: ¶11 Et egi causam aduersum magistratus, & dixi, Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos, & feci stare in stationibus suis. ¶12 Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini & olei in horrea. ¶13 Et constituimus super horrea Selemiã sacerdotem, & Sadoc scribam, & Phadaĩa de Le-

Deut. 23. a.

nitis, & iuxta eos Hanan filium Zachur, filium Mathaniæ: quoniam fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrum suorum. ¶14 Memẽto mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas quas feci in domo Dei mei, & in ceremoniis eius. ¶15 In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in Sabbatho, portantes acervos, & onerãtes super asinos vinum, & vuas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Ierusalem die Sabbathi. & contestatus sum vt in die qua vendere liceret, venderent. ¶16 Et Tyrii habitauerunt in ea, inferentes pisces, & omnia venalia: & vendebant in Sabbathis filiis Iuda & Ierusalem: ¶17 Et obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis, Quæ est hæc res mala quam vos facitis, & prophanatis diem Sabbathi? ¶18 Nunquid non hæc fecerunt patres *nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem hanc? & vos additis iracundiam super Israel violando Sabbathum. ¶19 Factum est autẽ, quũ quieuissent portæ Ierusalem in die Sabbathi, dixi: & clauserunt ianuas, & præcepi vt non aperirent eas vsque post Sabbathum: & de pueris meis constitui super portas, vt nullus inferret onus in die Sabbathi. ¶20 Et manserunt negotiatores, & vendentes vniuersa venalia foris Ierusalem semel & bis: ¶21 Et contestatus sum eos, & dixi eis, Quare maneris ex aduerso muri? & si secundò hoc feceritis, manũ mittam in vos. itaque ex tempore illo non venerunt in Sabbatho.

*vestri,

*Dixi quoque ¶22 *Dixique Leuitis vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificandam diem Sabbathi. & pro hoc ergo memento mei Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarũ. ¶23 Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. ¶24 Et filii eorum ex media parte loquebantur Azotícè, & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebãtur iuxta linguam populi & populi. ¶25 Et obiurgaui eos, & maledixi. & cecidi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in Deo vt non darent filias suas filiis eorum, & non acciperent de filiabus eorum filiis suis, & ſibimetipſis, dicens, ¶26 Nunquid non in huiuscemodi re peccauit Salomon rex Israel? & certe in gẽtibus multis non erat rex similis ei: & dilectus Deo suo *erat, & posuit eum Deus regem super omnem Israel: ‖ & ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. ¶27 Nunquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, vt præuaricemur in Deo nostro, & ducamus vxores peregrinas? ¶28 De filiis autem Iolada filii Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me. ¶29 Recordare Domine Deus me⁹ aduersum eos qui polluunt sacerdotium, iúſque ſacerdotale & Leuiticum. ¶30 Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis: & constitui ordines sacerdotum, & Leuitarum, vnumquenque in ministerio suo: ¶31 Et in oblatione lignorum in temporibus constituti, & in primitiis. memento mei Deus meus in bonum. Amen.

1. Reg. 3. b. 7.

2. Reg. 11. a.

# Liber Esdræ tertius, qui inter apocrypha ponitur.

CAP. I.

ET FECIT Iosias Pascha in Ierosolymis Domino, & immolauit phasę quartadecima luna primi mensis, ¶2 Statuens sacerdotes per vices dierum stolis amictos in templo Domini. ¶3 Et dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se Domino in positione sanctæ arcæ Domini, in domo, quã ædificauit Salomon filius Dauid rex. ¶4 Non erit vobis tollere super humeros eam. & nunc deserite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos & tribus vestras. ¶5 Secundum scripturam Dauid regis Israel, & secundũ magnificentiã Salomonis filii eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternam vestram eorum qui stant in conſpectu fratrum filiorum Israel. ¶6 Immolate Pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundum præceptum Domini, quod datum est Moysi. ¶7 Et donauit Iosias in plebem quæ inuenta est, oulum, agnorum, & hœdorum, & ea *prærum triginta millia, vitulos tria millia.

¶8 Hæc de regalibus data sunt secundum promiſſionem populo: & sacerdotibus in Pascha, oues numero duo millia, ac vituli centũ. ¶9 Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Hasabias, & Oziel, & Coraba i phasę, oues quinque millia, vitulos quingentos. ¶10 Et hæc quũ fierent eleganter, ſteterunt sacerdotes & Leuitæ, habentes azyma per tribus. ¶11 Et secũdum partes principatus patrum, in conſpectu populi offerebant Domino, secundum ea quæ in libro Moysi scripta sunt: ¶12 Et assauerũt phasę igni prout oportebat: & hostias coxerunt in amulis, & in ollis cum benevolentia: ¶13 Et attulerunt omnibus qui erant ex plebe: & post hæc parauerunt sibi & sacerdotibus. ¶14 Sacerdotes enim offerebant adipes, vsque dum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi, & fratribus suis filiis Aaron. ¶15 Et sacri cantores filii Asaph erant per ordinem secundum præceptum Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Iedimus, qui erat à rege. ¶16 Et ostiarii per singulas ianuas, ita vt non prævaricaretur vnusquisque suam: fratres enim illorum parauerũt illis. ¶17 Et conſummata sunt quæ pertinebãt ad sacrificium Domini. ¶18 In illa die egerunt phasę, & offerebãt hostias super Domini sacrificium, secundum præceptũ regis Iosiæ. ¶19 Et egerunt filii Israel, qui inuenti sunt in tempore illo, phasę: & diem festum azymorum per dies septem: ¶20 Et non est celebratum phasę tale in Israel, à temporibus Samuel prophetæ: ¶21 Et omnes reges Israel non celebrauerunt tale pascha, quale egit Iosias, & sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel, qui inuenti sunt in cõmoratione Ierosolymis. ¶22 Octauodecimo anno, regnãte Iosia, celebratũ est phasę. ¶23 Et directa sunt opera Iosiæ in cõſpectu

Domini sui in corde pleno metuentis : ¶14 Et quæ circa illū quidem conscripta sunt in pristinis tēporibus de eis qui peccauerūt, quique irreligiosi fuerunt in Dominū præ omni gente, & qui nō quæſierūt verba Domini super Israel . ¶15 Et post omnē actum hunc Ioſias, accēdit Pharao rex AEgypti, veniēs in Charcamis ab itinere super Euphratē, & exiit obuiā illi Ioſias. ¶16 Et miſit rex AEgypti ad Ioſiam, dicēs, Quid mihi & tibi eſt rex Iudæ? ¶17 Nō ſum miſſus à Domino vt pugnē contra te: ſuper Euphratem enim bellum meum eſt, feſtinans deſcende . ¶18 Et non eſt reuerſus Ioſias ſuper currum: ſed expugnare eum conabatur, non attendens verbū prophetæ ex ore Domini: ¶19 Sed cōſtituit ad eum bellum in campo Mageddo. & deſcenderunt principes ad regem Ioſiā. ¶20 Et dixit rex pueris ſuis, Amouete me à prælio : infirmatus ſum enim valde . & ſtatim amouerunt eū pueri ipſius de acie. ¶21 Et aſcendit ſuper currum ſecundarium ſuum: & perueniens Ieroſolymā, vita functus eſt: & ſepultus eſt in paterno ſepulchro . ¶22 Et in tota Iudæa lugebant Ioſiam : & qui præſidebant, cum vxoribus lamentabant eum vſque in hunc diem . Et datum eſt hoc fieri ſemper in omne genus Iſrael. ¶23 Hæc autem præſcripta ſunt in libro hiſtoriarū regū Iudæ: & ſingula geſta actus Ioſiæ, & eius gloria, & intellectus eius in lege Domini: quæque geſta ſunt ab eo, & quæ non ſcripta ſunt in libro regum Iſrael & Iudæ. ¶24 Et aſſumentes, qui erant ex gente, Iechoniam filium Ioſiæ, conſtituerunt regem pro Ioſia patre ſuo, quū eſſet annorū triginta trium. ¶25 Et regnauit ſuper Iſrael mēſibus tribus. & amouit eum rex AEgypti, ne regnaret in Ieroſolymis : ¶26 Et multauit gentem argenti talenta centum, & auri talentum vnum . ¶27 Et cōſtituit rex AEgypti Ioachin fratrem ipſius, regem Iudæ & Ieruſalē: ¶28 Et alligauit magiſtratus Ioacim, & Zaracelē fratrem ſuum, & apprehendēs reduxit in AEgyptū . ¶29 Annorum erat Ioacim viginti quinque, quū regnare cœpiſſet in terra Iuda & Ieruſalē : & fecit malum in conſpectu Domini. ¶30 Poſt hunc autē aſcendit Nabuchodonoſor, rex Babylonis, & alligans eū in æreo vinculo, perduxit in Babyloniā: ¶31 Et ſacra vaſa Domini accepit Nabuchodonoſor, & tulit, & cōſecrauit in tēplo ſuo in Babylonia. ¶32 Nā de immūditia illius, & irreligioſitate ſcriptum eſt in libro tēporum regū. ¶33 Et regnauit Ioachin filius eius pro eo. Quū autē conſtitutus eſſet rex, erat annorū decē & octo. ¶34 Regnauit autē mēſes tres, & dies decē in Ieruſalem, & fecit malum in conſpectu Domini : ¶35 Et poſt annum mittens Nabuchodonoſor, tranſmigrauit eum in Babyloniā ſimul cum ſacris vaſis Domini. ¶36 Et conſtituit Sedeciam regē Iuda, & Ieruſalē, qui eſſet annorū viginti vnius. regnauit autē annis vndecim. ¶37 Et fecit malum in conſpectu Domini, & non eſt verit' à verbis quæ dicta ſunt ab Ieremia propheta ex ore Domini: ¶38 Et adiuratus à rege Nabuchodonoſor, periurans diſceſſit: & induta cerulea ſua, & corde ſuo, tranſgreſſus eſt legitima Domini Dei Iſrael. ¶39 Et duces populi Domini multa iniquè geſſerūt, & impiè egerunt ſuper omnes immunditias Gentium: & polluerunt tēplum Domini, quod ſanctum erat in Ieroſolymis. ¶40 Et miſit Deus patrum ipſorū per Angelū ſuū reuocare eos, propter quod parceret illis, & tabernaculo ſuo . ¶41 Ipſi verò ſubſannabāt in Angelis ſuis : & quā die locutus eſt Domin⁹, erāt illudētes ꝓphetis eius. ¶42 Qui vſque ad iracundiā cōcitatus eſt ſuper gentē ſuā, propter irreligioſitatē ſuam, & præcepit aſcendere reges Chadæorū. ¶43 Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu ſancti templi eorum, & nō pepercerunt iuueni, & ſeni, & virgini, & adoleſcenti: ¶44 Sed omnes traditi ſunt in manus ipſorum: & omnia ſacra vaſa Domini, & regales apothecas reſumentes, tulerunt in Babyloniā : ¶45 Et incenderunt domū Domini, & demolierunt muros Ieruſalem: & turres eius incenderunt igne, ¶46 Et cōſummauerūt omnia honorifica eius, & ad nihilū redegerunt, & reliquos à gladio duxerunt in Babylonē. ¶47 Et erāt ſeruī illius vſque dū regnarēt Perſæ ſin repletione verbi Domini in ore Ieremiæ : ¶48 Quouſque beneplacitū gnē ageret terra ſabbatha ſua, omni tempore deſertionis ſuæ ſabbathizauit in applicatione annorum ſeptuagintaſeptem. CAP. II.

RGnante Cyro rege Perſarum in conſummatione verbi Domini in ore Ieremiæ, ¶2 Suſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarū, & prædicauit in toto regno ſuo ſimul per ſcripturā, ¶3 Dicens, Hæc dicit Cyrus rex Perſarum. Me conſtituit regem orbi terrarum Dominus Iſrael, Domin⁹ excelſus, ¶4 Et ſignificauit mihi ædificare domū ſibi in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa . ¶5 Siquis eſt ex genere veſtro, Dominus ipſius aſcendat eum eo in Ieruſalem. ¶6 Quotquot ergo circa loca habitant, adiuuent eos qui ſunt in loco ipſo, in auro & argento, ¶7 In dationibus cū equis & iumentis , cūmque aliis quæ ſecundum vota apponuntur in ædē Domini quæ eſt in Ieruſalem. ¶8 Et ſtantes principes tribuum, pagorum, & Iudææ ex tribu Beniamin, & ſacerdotes. & Leuitæ, quos excitauit Dominus aſcēdere, & ædificare domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem, & qui erāt in circuitu eorum, ¶9 Adiuuerunt in omni auro & argento eius, & iumētis, & votis cōpluribus multi quorum ſenſus excitatus eſt . ¶10 Et Cyrus rex protulit vaſa ſacra Domini, quæ trāſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis ex Ieruſalem, & conſecrauit ea idolo ſuo. ¶11 Et proferens ea Cyrus rex Perſarum, tradidit Mithridato, qui erat ſuper theſauros ipſius. ¶12 Per hūc autē tradita ſunt Salmanaſaro prætidi Iudææ . ¶13 Horum autē hic numerus: Libatoria argētea triginta. phialæ aureæ triginta, itē argenteæ, duo millia quadringentæ, & alia vaſa mille. ¶14 Omnia autem vaſa aurea & argentea, quinque millia octingenta ſexaginta. ¶15 Et enumerata ſunt Salmanaſaro ſimul cū his qui ex captiuitate Babyloniæ venerant in Ieroſolymam . ¶16 In Artaxerxis autē regis Perſarū temporibus ſcripſerunt ei de his qui habitabāt in Iudæa & Ieruſalē, Balſamus, & Mithridat⁹, & Sabellī⁹, & Rathimus, Balthemus, Samelius ſcriba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris locis, ſubiectā epiſto

Ere.15.c.11,&
29.b.10.

2.Par.36.d.22
1.Eſdr.1.a.1.

1.Eſdr.4.a.6.

Iam regi Artaxerxi. ¶17 Domine, pueri tui Rathimus ab accidentibus, & Sabellius scriba, & reliqui curiæ tuæ iudices in Cœlesyria & Phœnice. ¶18 Et nunc notũ sit domino regi quoniã Iudæi qui ascenderunt à vobis ad nos, venientes in Ierusalẽ ciuitatem refugam & pessimã, ædificant furnos eius, & statuunt muros, & templum suscitant. ¶19 Quòd si ciuitas ista, & muri consummati fuerint, non tantùmtributa non sustinebunt pẽdere, sed etiã regibus resistent. ¶20 Et quia id agitur circa templum, recte haberi arbitrati sumus non despicere hoc ipsũ: ¶21 Sed notũ facere domino regi, vt si vigebitur, rex, quæratur in libris patrũ tuorum, ¶22 Et inuenies in admonitionibus scripta de his, & scies quoniam ciuitas ista fuit refuga, & reges & ciuitates concutiens, ¶23 Et Iudæi refugæ, & præcia committentes in ea ab æterno: ob quã causã ciuitas ista deserta est. ¶24 Nũc ergo norum facimus domine rex, quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, descensus tibi non erit in Cœlesyriam & Phœnicem. ¶25 Tunc scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribæ, & cæteris constitutis, & habitantibus in Syria & Phœnice, ea quæ subiecta sunt: ¶26 EPISTOLAM quam misistis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inuentum est quoniam ciuitas illa est ab æuo regibus resistens, ¶27 Et homines refugæ, & præcia in ea efficientes, & reges fortissimi erant in Ierusalem dominãtes, & tributa exigẽtes à Cœlesyria & Phœnice. ¶28 Nunc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatem, & prohibere nequid vltra hæc fiat: ¶29 Sed nec procedant in plurimum, ex quo sunt malitiæ, ita vt regibus molestia importetur. ¶30 Tũc recitatis his quæ à rege Artaxerxe scripta fuerant, Rathimus, & Sabellius scriba, & qui cum his constituti erãt lungentes festinanter venerunt in Ierusalem cum equitatu, & turba, & agmine: ¶31 Cœperũntque ædificantes prohibere: & vacabant ab ædificatione templi in Ierusalem, vsque secundo anno regni Darii regis Persarum.

## CAP. III.

A REx Darius fecit cœnã magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis, ¶2 Et omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus, & præfectis sub illo ab India vsque Aethiopiam, centũ viginti septẽ prouinciis. ¶3 Et quum manducassẽt & bibissẽt, & satiati reuerterẽtur, tũc Darius rex ascẽdit in cubiculũ suũ, & dormiuit, & experge factus est. ¶4 Tũc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebãt corpus regis, dixerũt alter alteri, ¶5 Dicamus vnusquisque nostrũ sermonẽ qui præcellat: & cuius cũque apparuerit sermo sapiẽtior alterius, dabit illi rex Darius dona magna, ¶6 Purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurũ dormire, & currum aureo fræno, & cydarim byssinum, & torquẽ circa collũ: ¶7 Et secũdo loco sedebit à Dario propter sapientiã suã, & cognatus Darii vocabitur. ¶8 Tũc scribẽtes singuli suũ verbũ signauerũt, & posuerũt subtus cervical Darii regis, ¶9 Et dixerũt, Quũmq; surrexerit rex, dabim' illi scripta nostra: & quodcunque indicauerit rex è tribus, & magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptum est. ¶10 Vnus scripsit, Fortẽ est vinum. ¶11 Alius scripsit, Fortior est rex. ¶12 Tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres: super omnia autem vincit veritas. ¶13 Et quũ surrexissẽt rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, & legit. ¶14 Et mittens vocauit omnes magistratus Persarum, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos: ¶15 Et sederunt in concilio: & lecta sunt scripta coram ipsis. ¶16 Et dixit, Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, & introierunt. ¶17 Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ scripta sunt. Et cœpit ptior, qui dixerat de fortitudine vini, ¶18 Et dixit, Viri, quàm præualet vinũ omnibus hominibus qui bibũt illud? seducit mẽtẽ. ¶19 Etẽmq; regis & orphani facit mẽtem vanam, item seruũ ac liberi, pauperis ac diuitis, ¶20 Et omnem mentem conuertit in securitatem & iucunditatẽ, & non meminit omnem tristitiam & debitum, ¶21 Et omnia præcordia facit honesta, & non meminit regẽ, nec magistratũ, & omnia per talenta loqui facit. ¶22 Et non meminerunt, quum biberunt, amicitiã, nec fraternitatem: sed nõ multũ pòst sumunt gladios: ¶23 Et quũ à vino mersẽrint & surrexerint, nõ meminerũt quæ gesserũt. ¶24 O viri, num præcellit vinum? quis cic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

## CAP. IIII.

ET inchoauit sequẽs dicere, qui dixit de fortitudine regis: ¶1 O viri, nũ præcellunt homines, qui terrã & mare obtinẽt, & omniaquæ in eis sunt? ¶2 Rex aut̃ super omnia præcellit & dominatur eorũ: & õne quodcunque dixerit illis, faciũt. ¶3 Et si miserit illos ad bellatores, vadũt, & demoliũt mõtes, & muros, & turres, ¶4 & iugulãtur, & iugulãt, & regis verbũ nõ prætereunt. nã si vicerint, afferunt regi omnia quæcũq; prædati fuerint. ¶5 Similiter & alii omnes, & quotquot nõ militãt, nec pugnant, sed colunt terram: rursũ quũ fuerint metẽtes, afferũt tributa regi: ¶6 Et ipse vnus solus si dixerit, Occidite, occidunt: dixerit, Remittite, remittũt: ¶7 Dixerit, Percutite, percutiunt: dixerit, Exterminate, exterminant: dixerit, Ædificate, ædificant. ¶8 Dixerit, Excidite, excidunt: dixerit, Plantate, plantant: ¶9 Et omnis plebs & virtutes eum obaudiũt, & super hoc ipse recũbit, & bibit, & dormit. ¶10 Et autem custodiunt in circuitu eum, & non possũt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei. ¶11 Viri, quomodo non præcellit rex, qui sic diffamatur? Et tacuit. ¶12 Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate, (hic est Zorobabel,) cœpit loqui, ¶13 viri, non magnus rex, & multi homines, nec vinum præcellit. Quis est ergo qui dominatur eorum? ¶14 Nõne mulieres genuerunt regem, & omnem populum qui dominatur mari & terræ: ¶15 Et ex illis nati sunt, & ipsæ educauerunt eos qui plãtauerunt vineas ex quibus vinum fit? ¶16 Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & non possunt homines separari à mulieribus. ¶17 Si congregauerint aurum & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem vnã bono habitu, & bona specie, ¶18 Omnia hæc relinquẽtes, in eã intendunt, & aperto ore cõspiciunt, &

eam alliciunt magis quàm aurum & argentũ, & omnem rem pretiosam. ¶20 Homo patrem suum relinquit qui enutrit illum, & suam regionem, & ad mulierẽ se coniungit. ¶21 Et cum muliere remittit animã: & neque patrem meminit, neque matrem, neque regionem. ¶22 Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres dominãtur vestri. Nonne doletis? ¶23 Et accipit homo gladium suum: & vadit in viam facere furta, & homicidia, & mare nauigare & flumina. ¶24 Et leonem videt, & in tenebris ingredi tur: & quum furtum fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ affert. ¶25 Et iterũ, diligit homo vxorẽ suam magis quàm patrem aut matrem. ¶26 Et multi demẽtes facti sunt propter vxores suas: & serui facti sunt propter illas. ¶27 Et multi perierunt & iugulati sunt, & pec cauerunt propter mulieres. ¶28 Et nũc credite mihi, qa magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum. ¶29 Videbã tamen Apemen filiam Bezacis mirifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram, ¶30 Et auferentẽ diadema de capite eius, & imponentem sibi, & palmis cædebat regem de sinistra manu. ¶31 Et super hæc aperto ore intuebatur eam: & si arriserit ei, ridet. nam si indignata ei fuerit, blãditur, donec reconcilietur in gratiam. ¶32 O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælũ: quis ista agit? ¶33 Et tũc rex, & purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate. ¶34 O viri, nõne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cælum: & velox cursus solis conuertit in gyro cælum in locum suum in vna die. ¶35 Nõne magnificus est qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ omnibus? ¶36 Omnis terra veritatem inuocat, cælum etiã ipsam benedicit, & omnia opera mouẽtur & tremũt eam, & nõ est cum ea quicquã iniquũ. ¶37 Vinum iniquũ, iniquus rex, & iniquæ mulieres, iniqui omnes filii hominũm, & iniqua illorum omnia opera, & non est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt: ¶38 Et veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in secula seculorum. ¶39 Nec est apud eam accipere personas, neque differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis ac maligni, & omnes benignantur in operibus eius. ¶40 Et non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnum, & potestas, & maiestas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis. ¶41 Et desiit loquendo. & omnes populi clamauerunt, & dixerũt, Magna est veritas, & præualet. ¶42 Tũc rex ait illi, Pete, siquid vis amplius, quàm quæ scripta sunt, & dabo tibi, secundũ quod inuentus es sapientior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. ¶43 Tunc ait regi, Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalem, in die qa regnum accepisti: ¶44 Et omnia vasa quæ accepta sunt ex Ierusalem, remittere, quæ separauit Cyrus, quãdo mactauit Babyloniã, & voluit remittere ea ibi. ¶45 Et tu vouisti ædificare templum, quod incenderunt Idumæi, quãdo exterminata est Iudæa à Chaldæis. ¶46 Et nunc hoc est quod postulo domine, & quod peto, hoc est maiestas quod à te postulo, vt facias votum quod vouisti Regi cæli ex ore tuo. ¶47 Tunc surgens Darius rex, osculatus est illum: & scripsit epistolam ad omnes dispensatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerẽt eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Ierusalem. ¶48 Et omnibus præfectis qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano scripsit epistolas, vt traherent ligna cedrina à Libano in Ierusalẽ, vt ædificarent cũ eis ciuitatem. ¶49 Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebãt à regno in Iudæam pro libertate, omnem potentem, & magistratum, & præfectũ non superuenire ad ianuas ipsorum, ¶50 Et omnem regionem quam obtinuerant immunẽ esse eis, & Idumæi relinquant castella quæ obtinent Iudæorum, ¶51 Et in structuram templi dare per singulos annos talẽta viginti, vsque dũ perædificaretur: ¶52 Et super sacrariũ holocaustomata vstulare quotidie, sicut habent præceptũ: alia talenta decẽ offerre per singulos annos, ¶53 Et omnibus qui procedunt à Babylonia condere ciuitatem: vt esset libertas tam ipsis quàm filiis eorum, & omnibus sacerdotibus qui præcedunt. ¶54 Scripsit autem & quantitatem, & sacram stolã iussit dari in qa deseruirent: ¶55 Et Leuitis scripsit dare præcepta, vsque in diem qa cõsummabitur domus, & Ierusalem extruetur: ¶56 Et omnibus custodientibus ciuitatem, scripsit dari ei sortes & stipendia. ¶57 Et dimisit omnia vasa quæcunque separauerat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcũq; dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalem. ¶58 Et quũ processisset ille adolescens, eleuans facie in Ierusalem, benedixit Regem cæli, ¶59 Et dixit, Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas. & ego seruus tuus sum. ¶60 Benedictus es, qui dedidisti mihi sapientiam, & tibi confitebor Domine Deus patrum nostrorum. ¶61 Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam. & venit, & nũtiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia: ¶62 Et benedixerunt Deum patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerĩũ, ¶63 Vt ascenderent & ædificarent Ierusalem, & templũ vbi nominatũ est nomen eius in ipso: & exultauerũt cũ musicis & lætitia diebus septem.

ΘΔΡ. V.

POst hæc autem electi sunt, vt ascenderent principes pagorum per domos, & tribus suas, & vxores illorum, & filii & filiæ eorum, & serui & ancillæ ipsorum, & pecora eorum. ¶2 Et Darius rex misit vnà cũ eis equites mille donec deducerent eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis, & cum tympanis & tibilis: ¶3 Et omnes fratres erant ludẽtes, & fecit eos ascendere simul cum eis. ¶4 Et hæc sunt nomina virorum qui ascenderunt per pagos suos in tribus, & in partem principatus ipsorum. ¶5 Sacerdotes: Filii Phinees, filii Aaron, Iesus filius Iosedec, Ioacim filius Zorobabel filii Salathiel de domo Dauid, ex progenie Phares, de tribu Iuda, ¶6 Qui locutus est sub Dario rege Persarum sermones mirificos in secũdo anno regni ipsius, mense Nisan primo. ¶7 Sunt autem hi, qui ascenderũt ex Iudæa de captiuitate transmigrationis, quos transmigrauit Nabuchodonosor rex Babyloniæ in Babylonem, & reuersus est in Ierusalem. ¶8 Et requisiuit partem Iudæ vnusquisque in ciuitate suam, qui

A 1.Esd.2.48

venerunt cum Zorobabel & Iesu, Nehemias, Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelsuro, Mechpsatochor, Olioro, Emonia vnus de principibus eorū. ¶9 Et numer⁹ à gētilibus eorum, ex præpositis eorū. Filii Phares, duo milia centū septuaginta duo. ¶10 Filii Ares, tria millia centum quinquagintaseptem. ¶11 Filii Phœmo, centū quadragintaduo. In filiis Iesu & Ioabes, mille trecenti duo. ¶12 Filii Demu, duo millia quadringēti septuaginta. Filii Chorzaba, ducentiquinque. Filii Banica, centum sexagintaocto. ¶13 Filii Bebech, quadringenti tres. Filii Archad, quadringenti viginti septem. ¶14 Filii Chan, trigintaseptem. Filii Zoroar, duo millia sexagintaseptē. Filii Adin, quadringenti sexaginta vnus. ¶15 Filii Aderectis, centum octo. Filii Ciasō & Zelas, centum septem. Filii Azoroc, quadringenti trigintanouem. ¶16 Filii Iedaibone, centum trigintaduo. Filii Ananiæ, centum triginta. Filii Asoni, nonginta. ¶17 Filii Marsar, quadringenti viginti duo. Filii Zabarus, donagintaquinque. Filii Sepolemon, centum viginti tres. ¶18 Filii Nepopas, quinquagintaquinque. Filii Hechanatus, centum quinquagintaocto. Filii Cebethamus, cētum trigintaduo. ¶19 Filii Creapatros, qui Enocadies, & Modiæ, quadringēti viginti tres: qui ex Gramas & Gabea, cētum viginti vnus: ¶20 Qui ex Besselon, & Ceagge, sexagintaquin que: qui ex Bastaro, centū viginti duo. ¶21 Qui ex Bechenobes, quinquagintaquinque. Filii Liptis, cētum quinquagintaquinque. Filii Labonni, trecenti quinquaginta septem. ¶22 Filii Sichem, trecēti septuaginta. Filii Suadon, & Cliomus, trecēti septuagintaocto. ¶23 Filii Ericus, duo millia centum quadragintaquinque. Filii Anaas, trecenti septuaginta. Sacerdotes: ¶24 Filii Ieddus, filii Euther, filii Ellatib, trecenti septuagintaduo. Filii Emerus, ducenti quinquagintaduo. ¶25 Filii Phasuri, trecenti quinquagintaseptem. Filii Carec, ducenti vigintiseptē. ¶26 Leuitæ: Filii Iehu in Caduhel, & Bamis, & Serebias, & Edias, septuagintaquatuor. omnis numerus à duodecimo ano, trigintamillia quadringenti sexagintaduo. ¶27 Filii, & filiæ, & vxores, omnis computatio, quadraginta millia ducenti quadragintaduo. ¶28 Filii sacerdotum, qui psallebant in templo: Filii Asaph, cētum viginti octo. ¶29 Ostiarii verō: Filii Esmenni, filii Azer, filii Amon, filii Accuba, Topa filii Tobi, omnes centum trigintanouem. ¶30 Sacerdotes seruientes in templo: Filii Sel, filii Gaspha, filii Tobloch, filii Cariæ, filii Su, filii Hellu, filii Labana, filii Armacha, filii Accub, filii Vtha, filii Cetha, filii Aggab, filii Obal, filii Anani, filii Canna, filii Geddu. ¶31 Filii Ar, filii Radin, filii Defanon, filii Nachoba. filii Caseba, filii Gaze, filii Ozni. filii Sione, filii Attre, filii Hasthem, filii Asiana, filii Manei, filii Naūsim, filii Accusa, filii Agista, filii Azui filii Fauon, filii Phasalon, ¶32 Filii Meedda, filii Phusa, filii Carec, filii Barc⁹, filii Sarec, filii Coeū, filii Naūth. filii Agisti, filii Pedon. ¶33 Salomō filii eius filii Asophot, filii Phazida, filii Celi, filii Dedon, filii Gaddahel, filii Sephegi, ¶34 Filii Aggia, filii Sachareth, filii Sabathen, filii Caroneth, filii Maluth. filii Amæ, filii Sasus, filii Addus, filii Suba, filii Eura, filii Rahotis, filii Phasphat, filii Malmon. ¶35 Omnes sacro seruiētes, & pueri Salomonis, quadringenti octoginta duo. ¶36 Hi sunt filii qui ascēderunt à Thel-mela, Thel-harsa: principes eorū, Carmellam, & Carseth: ¶37 Et nō poterāt edicere ciuitates suas & ꝓgenies suas, quemadmodū sunt ex Israel. Filii Dalarī, filii Tubal, filii Nechodaicī. ¶38 Et sacerdotibus, qui fungebantur sacerdotio, & nō sunt inuēti, filii Obia, filii Achisos, filii Addiu, qui accepit vxorē ex filiabus Phargeleu. ¶39 Et vocati sunt nomine eius. & horū quæsita est generis scriptura in pædatura, & non est inuēta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi. ¶40 Et dixit illis Nehemias & Asthatas, Ne participētur sancta, donec exurgat pontifex doctus in ostēlionē & veritatē. ¶41 Omnis autē Israel erat, exceptis seruis & ācillis, quadragintaduo millia trecēti quadraginta. ¶42 Serui horū & ācillæ, septē millia trecenti triginta septē. Cantores & cātatrices, ducenti sexagintaquinque. ¶43 Cameli, quadringenti triginta quinque. Equi, septē millia trigintasex. Muli, ducēta millia quadragintaquinque. Subiugalia, quinq; millia vigintiquinque. ¶44 Et de præpositis ipsis per pagos, dum venirent in templum Dei, quod erat in Ierusalem, inuouare & suscitare tēplum in loco suo, secundum suam virtutem: ¶45 Et dari in temploru thesaurum operum factum auri mnas duodecim millia, & mnas argenti quinque millia, & stolas sacerdotales centum. ¶46 Et habitauerunt sacerdotes & Leuitæ, & qui exierant de plebe in Ierusalem & in regione: & sacri cantores, & ostiarii, & omnis Israel in regionibus suis. ¶47 In ſtātē autē septimo mense, quúmque essent filii Israel vnusquisq; in suis rebꝰ, conuenerūt vnanimes in atriū quod erat ante ianuā Orientalē. ¶48 Et ſtantes Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, parauerūt altare, ¶49 Vt offerrēt super illud holocautomata, secundum quæ in libro Moysī hominis Dei scripta sunt. ¶50 Et conuenerunt ibi ex aliis nationibus terræ, & erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terræ: & offerebant hostias, & holocautomata Domino matutina. ¶51 Et egerūt scenopegiā, & diem solennem, sicut præceptum est in lege: & sacrificia quotidie, sicut oportebat: ¶52 Et post hæc oblationes institutas, & hostias sabbathorū, & neomeniarū, & dierū solēnium omniū sanctificatorū. ¶53 Et quotquot vouebāt Domino à neomenia septimi mēsis, cœperūt hostias offerre Deo, & templū Domini nondū erat ædificatum. ¶54 Et dederūt pecuniā lapidariis & fabris, potum & pabula cum gaudio. ¶55 Et dederunt carra Sidonijs & Tyrijs, vt transuherent illis de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Ioppe portu, secundū decretum quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum. ¶56 Et in secundo anno veniētes in templum Dei in Ierusalem, ſmense secundo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec, & fratres ipsorū, & sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem: ¶57 Et fundauerūt templū Dei nouilunio secundi mensis secundi anni, quū venissent in Iudæam & Ierusalem. ¶58 Et statuerūt Le-

nitas à vigintí annis, ſuper opera Domini: & ſtetit Ieſus & filius eius, & fratres omnes Leuitæ conſpirantes, & executores legis, facientes opera in domo Domini. ¶59 Et ſteterũt ſacerdotes habentes ſtolas cum tubis: & Leuitæ filii Aſaph, habentes cymbala, ¶60 Collaudãtes Dominũ, & benedicẽtes ſecundũ Dauid regẽ Iſrael. ¶61 Et cantabãt cantícũ Domino, quoniã dulcedo eius, & honor in ſecula ſuper omnem Iſrael. ¶62 Et omnis populus tuba ecclinerũt, & proclamauerũt voce magna, collaudantes Dominũ in ſuſcitatione domus Domini. ¶63 Et venerũt ex ſacerdotib' & Leuitis, & præſidentibus ſecundũ pagos ſenioribus, qui viderãt priſtinã domum: ¶64 Et ad hulus ædificationem cum clamore & planctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno: ¶65 Intantũ vt populus nõ audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canẽs magniſicẽ, ita vt longè auditetur. ¶66 Et audierunt inimici tribus Iudæ, & Beniamin: & venerũt ſcire quæ eſſet vox tubarũ. ¶67 Et cognouerunt, quoniam qui erant ex captiuitate ædificant templũ Domino Deo Iſrael. ¶68 Et accedẽtes ad Zorobabel & Ieſum, præpoſitos pagorũ, dixerũt eis, Ædificabim' vnà vobiſcum. ¶69 Similiter enim audiuim' Dominum veſtrũ, & ipſi pariter incedimus à diebus Aſbazareth regis Aſſyriorum, qui trãſmigrauit nos huc. ¶70 Et dixit illis Zorobabel, & Ieſus, & principes pagorũ Iſrael, Nõ eſt nobis & vobis ædificare domũ Dei noſtri. ¶71 Nos enim ſoli ædificabimus Domino Iſrael ſecundũ ea quæ præcepit nobis Cyr' rex Perſarũ. ¶72 Gẽtes autem terræ incũbentes his qui ſunt in Iudæa, & Ieuãtes opus ædificationis & inſidias, & populos adducentes, prohibebãt eos ædificare, ¶73 Et aggreſſuras exercẽtes impedierũt ne cõſummaretur ædificiũ omni tẽpore vitæ Cyri regis, & protraxerunt ſtructurã per biennium vſque ad Darii regnum.

CAP. VI.

IN ſecũdo autem anno regni Darii prophetauit Aggæus, & Zacharias filí' Addin prophetæ apud Iudæã & Ieruſalẽ in nomine Dei Iſrael ſuper eos. ¶2 Tunc ſtans Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filí' Ioſedec, inchoauerunt ædificare domũ Domini, quæ eſt in Ieruſalẽ: ¶3 Quum adeſſent eis prophetæ Domini, & adiuuarẽt eos. In ipſo tẽpore venit ad illos Siſennes ſubregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales eius, ¶4 Et dixerũt eis, Quo præcipiẽte vobis domũ hãc ædificatis, & tectũ iſtud, & alia omnia perficitis? & qui ſunt ſtructores qui hæc ædificãt? ¶5 Et habuerunt gratiã viſitatione facta ſuper eos, qui erãt ex captiuitate à Domino ſeniores Iudæorũ, ¶6 Et non ſunt impediti ædificare, donec ſignificaretur Dario de omnibus iſtis, & reſponſum acciperetur. ¶7 Exemplũ epiſtolæ quã miſerũt Dario: SISENNES ſubregulus Syriæ, & Phœnices, & Satrabuzanes, & ſodales ei' in Syria & Phœnice præſides, regi Dario ſalutẽ. ¶8 Omnia nota ſint domino regi, quòd quum veniſſem' in regionẽ Iudææ, & introiſſem' in Ieruſalẽ, inuenim' ædificãtes domũ Dei magnã: ¶9 Et tẽplũ ex lapidib' politis, & magnis & pretioſis materiis in parietib': ¶10 Et opera illa iuſtãter fieri, & ſuffragare & proſperare in manibus eorũ, & in omni gloria quãm diligentiſſimè perfici. ¶11 Tunc interrogauimus ſeniores dicẽtes, Quo permittẽte vobis ædificatis domũ iſtã, & opera hæc fundatis? ¶12 Ideo autẽ interrogauim' eos, vt notũ faceremus tibi homines & præpoſitos: & nominũ ſcripturam præpoſitorũ poſtulauimus illos. ¶13 At illi reſpõderũt nobis, dicẽtes, Nos ſumus ſeruí Domini, qui fecit cælũ & terrã, ¶14 ‖Et ædificabatur hæc domus ãte annos iſtos multos à rege Iſrael magno & fortiſſimo, & conſummata eſt. ¶15 Et quoniã patres noſtri exacerbantes erant, & peccauerũt in Deum Iſrael, ‖tradidit eos in manus Nabuchodonoſor regis Babyloniæ, regis Chaldæorũ: ¶16 Et domũ iſtam demoliẽtes incẽderunt, & populũ captiuum duxerũt in Babyloné. ¶17 In primo ãno regnãte Cyro rege Babyloniæ, ſcripſit Cyrus rex domũ hãc ædificare: ¶18 Et illa ſacra vaſa aurea & argẽtea quæ exſtulerat Nabuchodonoſor de domo quæ eſt in Ieruſalẽ, & conſecrauerat ea in ſuo tẽplo, rurſus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylonia, & tradita ſunt Zorobabel, & Salmanaſaro ſubregulo: ¶19 Et præceptũ eſt eis vt offerrẽt hæc vaſa, & reponerẽt in tẽplo quod erat in Ieruſalẽ, & ipſum tẽplũ Dei ædificare in loco ſuo. ¶20 Tunc Salmanaſarus ſubiecit fundamẽta domus Domini, quæ eſt in Ieruſalẽ: & exinde vſque nũc ædificatur, & nõ accepit cõſummationem. ¶21 Nunc ergo ſi iudicatur à te ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis quæ ſunt in Babylonia: ¶22 Et ſi inuẽtum fuerit cõũllo Cyri regis cœptã eſſe ſtructurã domũ Domini, quæ eſt in Ieruſalẽ, & iudicetur à domino rege noſtro, ſcribat de his nobis. ¶23 ‖Tũc Darí' rex præcepit inquiri in bibliothecis, & inuentus eſt in Ecbathanis oppido quod eſt in media regione, locus vnus in quo ſcripta erãt iſta, ¶24 ANNO primo regnãte Cyro, rex Cyrus præcepit domũ Domini quæ eſt in Ieruſalẽ ædificare, vbi incẽdebant igni aſſidũo: ¶25 Cuius altitudo ſit cubitorũ decẽ, & latitudo cubitorũ ſexaginta, quadratũ lapidib' politis trib', & meniano ligneo ciuſdẽ regionis, & meniano vno nouo: & impendia dari de domo Cyri regis: ¶26 Et ſacra vaſa domũ Domini tã aurea quãm argentea, quæ exſtulit Nabuchodonoſor in domũ Domini, quæ eſt in Ieruſalẽ, vbi erant poſita, vt ponãtur illic. ¶27 Et ꝑcepit curã agere Siſẽ ſubregulũ Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanẽ, & ſodales eí', & qui ordinati erant in Syria & Phœnice præſides, vt abſtinerẽt ſe ab eodẽ loco. ¶28 Et ego quoq; præcep i in totũ ædificare: & proſpexi, vt adiuuẽt eos qui ſũt ex captiuitate Iudæorũ, donec cõſummetur tẽplũ ædis Domini: ¶29 Et à vexatione tributorũ Cœleſyriæ & Phœnicis, diligẽter quãtitatẽ dari his hominib' ad ſacrificiũ Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos: ¶30 Similiter autẽ & frumẽtũ, & ſal, & vinũ, & oleũ inſtãter ꝑ ſingulos annos, ꝑut ſacerdotes qui ſunt in Ieruſalẽ, dictauerũt cõſumi quotidie ſine vlla dilatione, ¶31 Vt offerãtur libationes ſummo Deo ,ꝑ rege & pueris eí', & orẽt pro ipſorum vita: ¶32 Et denuntletur, vt quicunque transgreſſi fuerint aliquid ex his quæ ſcripta ſunt,

1. Reg. 6. 2.

4. Reg. 24. 25.

. Eſd. 50. c. 13.

C

r. Eſd. 6. 2. 1.

2. eſd. 4. c.

aut spreuerint, accipiatur lignum de suis propriis, & suspendatur, & bona ipsorum regi ascribãtur. ¶33 Propterea & Dominus, cuius nomen inuocatum est ibi, exterminet omnem regem & gentem, qui manum suam extenderit prohibere, aut male tractare domum Domini illam quæ est in Ierusalē. ¶34 Ego Darius rex decreui quam diligẽtissime secundũ hæc fieri.

CAP. VII.

A Esd.6,c.13. VNc Sisennes subregul' Cœlesyriæ & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales obsecutis his quæ à Dario rege erant decreta, ¶1 intũsitebant sacrosanctis operibus diligẽtissimẽ, cooperantes cum senioribus Iudæorum principibus Syriæ, ¶3 Et prosperata sunt sacrosancta opera, prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis. ¶4 Et cõsummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Israel, & ex consilio Cyri, & Darii, & Artaxerxis regis Persarum.

B ¶5 Et consummata est domus nostra vsq; ad tertiam & vicesimam diem mensis Adar, texto anno Darii regis. ¶6 Et fecerunt filii Israel, & sacerdotes & Leuitæ, & cæteri qui erant ex captiuitate, qui appositi sunt secundum ea quæ scripta sunt in libro Moysi. ¶7 Et obtulerũt in dedicationem templi Domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, ¶8 Et hœdos pro peccatis vniuersi Israel duodecim, C secundum numerum tribuum Israel. ¶9 Et steterũt sacerdotes & Leuitæ amicti stolis per tribus super omnia opera Domini Dei Israel secundum librum Moysi, & ostiarii per singulas ianuas. ¶10 Et egerunt filii Israel cum his qui erant ex captiuitate illud phasc quartadecima luna mensis primi, quando sanctificati sunt sacerdotes & Leuitæ. ¶11 Omnes filii captiuitatis non sunt simul sanctificati, quia Leuitæ omnes simul sanctificati sunt. ¶12 Et immolauerunt phasc vniuersi filii captiuitatis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibimetipsis. ¶13 Et mã ducauerunt filii Israel, qui erant ex captiuitate omnes qui remanserant ab omnibus execrationibus gentium terræ quærentes Dominum, ¶14 Et celebrauerũt diem festum azymorum septem diebus epulãtes in conspectu Domini, ¶15 Quoniam conuertit consilium regis Assyriorum in eos, confortauit manus eorum ad opera Domini Dei Israel.

CAP. VIII.

A Esd.7.a.1. ET post hunc regnante Artaxerxe Persarũ rege accessit Esdras filius Azariæ, filii Helciæ, filii Solome, ¶2 filii Sadoc, filii Achitob, filii Ameri, filii Azahel, filii Bocci, filii Abisue, filii Phinees, filii Eleazari, filii Aaron primi sacerdotis: ¶3 Hic Esdras ascendit de Babylonia, quũ esset scriba, & ingeniosus in lege Moysi, quæ data est à Domino Deo Israel docere & facere. ¶4 Et dedit ei rex gloriã, quòd inuenisset gratiã in omni dignitate & desyderio in cõspectu eius. ¶5 Et ascenderunt simul cũ ipso ex filiis Israel, & sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus tẽpli, & ostiariis, & seruis templi in Ierusalẽ. ¶6 Anno septimo regnante Artaxerxe in quinto mẽse, hic annus septim⁹ est regni,) exeuntes de Babylonia nouilunio quinti mẽsis, ¶7 Venerũt Ierosolymam iuxta præceptũ illius secundũ prosperitatem itineris à Domino ipsorũ datã eis. ¶8 In his enim Esdras magnam disciplinam obtinebat, ne prætermitteret quicquam eorum, quæ essent ex lege Domini & præceptis, & docendo vniuersum Israel omnem iustitiam & iudicium. ¶9 Accedentes autem qui scribebant scripta Artaxerxis regis, tradiderũt scriptũ quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Esdrã sacerdotem, & lectorem legis Domini, cuius exemplum subiectum est. ¶10 REX Artaxerxes Esdræ sacerdoti & lectori legis Domini, saluté: ¶11 Humanior ego iudicans in beneficiis, præcepi eis qui desyderãt ex gente Iudæorũ sua sponte, & ex sacerdotibus, & Leuitis, qui sunt in regno meo, comitati tecum in Ierusalẽ. ¶12 Siqui ergo cupiunt ire tecum, conueniant, & proficiscantur sicut placuit mihi & septem amicis meis consiliariis, ¶13 Vt visitét ea quæ agũtur secundũ Iudæã & Ierusalẽ, obseruãtes sicut habes in lege Domini, ¶14 Et ferant munera Domino Deo Israel, quæ voui ego & amici Ierusalẽ, & omne aurũ & argentum quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ Domino in Ierusalem cum illo ¶15 Quod est donatum pro ipsa gente in templum Domini eorum quod est in Ierusalẽ: vt colligatur hoc aurum & argentum ad tauros & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his sunt congruentia, ¶16 Vt offerant hostias Domino super altare Domini ipsorum quod est in Ierusalem. ¶17 Et omnia quæcunque voluerit cũ fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro voluntate tua secundũ præceptum Domini Dei tui: ¶18 Et sacrosãcta vasa, quæ data sũt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ est in Ierusalẽ: ¶19 Et cætera quæcunque tibi sub uenerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio: ¶20 Quum volueris cũ fratribus tuis facere auro & argento, perfice secũdum voluntatem Domini. ¶21 Et ego quidem rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syriæ & Phœnicis, vt quæcunque scripsit Esdras sacerdos, & lector legis Domini, dilígẽter detur ei vsque ad argenti talenta centũ, similiter & auri: ¶22 Et vsque ad frumenti modios centum, & vini amphoras centum, & alia quæcunque abundant sine taxatione. ¶23 Omnia secundum legem Dei fiant Deo altissimo, ne forte exurgat ira in regno regis, & filii, & filiorum eius. ¶24 Vobis autem dicitur, vt omni bus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribꝰ, & seruis tẽpli, & scribis templi huius ¶25 Nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quisquam potestatem obiicere eis quicquam. ¶26 Tu autem Esdra secundum sapientiã Dei cõstitue iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui legem Dei tui non nouerunt, doce: ¶27 Vt quotquot trãsgressi fuerint legem, diligẽter plectantur, siue morte, siue cruciatu, siue etiã pecuniæ multatione vel abductione. ¶28 Et dixit Esdra scriba, Benedictus Deus patrum nostrorum, qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare domum suam quæ est in Ierusalem, ¶29 Et me honorificauit in conspectu regis, & consiliariorum, & amicorum, & purpuratorũ eius: ¶30 Et ego constans animo factus sum secundũ opitulationẽ Domini Dei mei, & cõgregaui ex Israel viros, vt simul ascenderent mecũ. ¶31 Et hi sunt præpositi secũdũ suas patrias, 1.Es

& principatus portionales eorum qui mecum
ascenderunt de Babylonia in regno Artaxer-
xis. ¶32 Et ex filiis Phares, Gersomus: ex filiis
Siemarith, Amenus: filiorum Dauid, Acchus fi
lius Seeciliæ: ¶33 Ex filiis Phares, Zacharias, &
cum eo reuerũ sunt viri centum quinquagin-
ta: ¶34 Ex filiis ductoris Moabitionis Zaraei, &
cũ ipso viri ducẽti quinquaginta: ¶35 Ex filiis
Zachues, Iechonias Zechocli, & cum ipso viri
ducẽti quinquaginta: ¶36 Ex filiis Sala, Maatī-
as Gotholiæ, & cũ ipso viri septuagita: ¶37 Ex
filiis Saphatiæ, Zarias Micheli, & cũ ipso viri
octoginta: ¶38 Ex filiis Iob, Abdias Iehelī, & cũ
ipso viri ducẽti duodecim: ¶39 Ex filiis Baniæ,
Sallmoth, filius Iosaphiæ, & cũ ipso viri centũ
sexaginta: ¶40 Ex filiis Beer, Zacharias Bebei,
& cũ ipso viri ducẽtiocto: ¶41 Ex filiis Ezead,
Iohānes Eccetā, & cum ipso viri centũ decem.
¶42 Ex filiis Adonicam ipsũ postremis, & hæc
sũt nomina eorũ. Eliphalā filī Gebel, & Seme-
las, & cũ ipso viri septuagita. ¶43 Et cõgregaui
eos ad fluuiũ qui dicitur Thia, & metati fuim⁹
illic triduo, & recognoui eos. ¶44 Et ex filiis
sacerdotũ & Leuitarũ nõ inueni illic. ¶45 Et
misi ad Eleazarũ, & Ecceion, & Masmā, & Ma-
lobā, & Enaathan, & Samea, & Iaribũ. Nathan,
Enuagan, Zacharīā, & Mosolamũ ipsos doc-
tores & peritos: ¶46 Et dixi eis vt venirent ad
Loddeum, qui erat apud locũ gazophylacii.
¶47 Et mādaui eis vt dicerẽt Loddeo & fratri-
bus eius, & illis qui erant in gazophylacio, vt
mitterẽt nobis eos qui sacerdotio fungerẽtur
in domo Domini Dei nostri: ¶48 Et adduxerũt
nobis secundũ manum validā Domini Dei no
stri viros peritos: ex filiis Moholi, filii Leui, fi-
lii Israel, Sebebian, & filios & fratres, qui erāt
decē & octo: ¶49 Asbiam & Amin ex filiis fi-
liorum Chananæi, & filii eorum viri viginti.
¶50 Et ex his qui tẽplo seruiebant, quos dedit
Dauid, & ipsi principes ad operationẽ Leuitis
tẽplo seruientiũ ducẽti viginti. Omnia nomi-
na significata sunt in scripturis. ¶51 Et voui il
lic ieiunium iuuenibus in conspectu Dei, vt
quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui no-
biscum erant, & filiis, & pecoribus propter in-
sidias. ¶52 Erubui enim petere à rege pedites &
equites in comitatu tutelæ gratia cõtra aduer
sarios nostros. ¶53 Dixim⁹ enim regi. Quoniã
virtus Domini erit cum eis qui inquirũt eum
in omni affectu. ¶54 Et iterũ deprecati sumus
Dominum Deum nostrũ secũdum hæc: quem
& propitium habuimus, & compotes facti su-
m⁹ Deo nostro. ¶55 Et separaui ex plebis præ-
positis, & sacerdotib⁹ templi viros duodecim,
& Sedebiam, & Asannam, & cum eis ex fratri-
bus eorum viros decem. ¶56 Et appendi eis au-
rum & argentum & vasa sacerdotalia domus
Dei nostri, quæ donauerat rex, & consiliarii e-
ius, & principes, & omnis Israel. ¶57 Et quum
appendissem, tradidi argenti talenta centum
quinquaginta, & vasa argentea talentorum cẽ
tum, & auri talenta centum, ¶58 Et vasorum
aureorum septies viginti, & vasa ærea de bo-
no æramento splendentia, duodecim, auri spe
ciem reddentia: ¶59 Et dixi eis, Et vos sancti e-
stis Domino, & vasa sunt sancta, & aurum, &
argentũ votum est Domino Deo patrum no-
strorũ. ¶60 Vigilate & custodite, donec trada-
tis ex plebis præpositis, & sacerdotibus, & Le-
uitis, & principibus ciuitatum Israel in Ieru-
lem, in pastophorio domus Dei nostri. ¶61 Et
hi qui susceperunt sacerdotes & Leuitæ aurũ
& argentũ & vasa, intulerunt in Ierusalē in te
plum Domini. ¶62 Et promouimus à fluuio
Thia, die duodecima mensis primi, vsqueque
introluim⁹ in Ierusalē. ¶63 Et quũ factus fuis-
set tertiꝰ dies, quarta autẽ die ponderatũ aurũ
& argentum traditũ est in domo Domini Dei
nostri Marimoth filio Iori sacerdoti: ¶64 Et cũ
ipso erat Eleazar filius Phinees: & erāt cũ ipsis
Iosadus filius Iesu, & Medias, & Bānī filius Le
uitæ ad numerũ, & ad pondus vniuersa. ¶65 Et
scriptum est pondus ipsorum eadem hora.
¶66 Qui autem venerunt ex captiuitate, obtu-
lerunt sacrificium Domino Deo Israel, tauros
duodecim pro omni Israel, arietes octoginta
sex, ¶67 agnos septuagintaduos, hircos pro
peccato duodecim, & pro salute vaccas duode
cim, omnia in sacrificium Domini. ¶68 Et re-
legerunt præcepta regis regalibus dispensato
ribus, & subregulis Cœlesyriæ, & Phœnicis: &
honorificauerunt gẽtem, & templum Domini.
¶69 Et cõsummatis his, accesserũt ad me præ-
positi dicentes, Non segregaueruntgenus Is-
rael, & principes, & sacerdotes, & Leuitæ, ¶70 Et
alienigenæ gẽtes, & nationes terræ immundi-
tias suas à Chananæis & Hethæis & Pherezæ-
is, & Iebusæis, & Moabitis & Aegyptiis & Idu-
mæis: ¶71 Cõiuncti enim sunt filiabus eorum
ipsũ, & filii eorum: & mistum est semen sanctũ
alienigenis gentibus terræ: & participes erant
præpositi, & magistratus iniquitatis eius ab i-
nitio ipsũ regni. ¶72 Et mox vt audiui ista, cõ
scidi vestimenta & sacram tunicam: & lacerās
capillos capitis & barbam, sedi dolēs & mœ-
stus. ¶73 Et conuenerunt quorquot tunc mo-
uebātur in verbo Domini Dei Israel ad me lu
gentem super iniquitatem istam: & sedebā tri
stis vsque ad sacrificium vespertinum. ¶74 Et
consurgens à ieiunio, conscissa habens vesti-
mẽta & sacram tunicam, ingeniculans & extẽ
dens manus ad Dominum, ¶75 Dicebam, Do-
mine confusus sum, & reueritus sum ante fa-
ciẽ tuã. ¶76 Peccata enim nostra multiplica-
ta sunt super capita nostra, & iniquitates no-
stræ exaltatæ sunt vsq; ad cælũ: ¶77 Quoniã
à temporibus patrum nostrorũ sumus in ma-
gno peccato vsque ad diem hũc. ¶78 Et pro-
pter peccata nostra, & patrum nostrorum su-
mus traditi cum fratrib⁹ nostris, & cum sacer-
dotibus nostris regibus terræ in gladium & ca
ptiuitatem, & deprædationem cum cõfusione
vsque in hodiernum diem. ¶79 Et nunc quan
tum est hoc quod contigit nobis misericordia
abs te te Domine Deus, & relinque nobis radi
cem, & nomen in locum sanctificationis tuæ,
¶80 Detegere luminare nostrum in domo Do
mini Dei nostri, dare nobis cibum in omni tẽ-
pore seruitutis nostræ. ¶81 Et quũ seruiremus,
nõ fuimus derelicti à Domino Deo nostro: sed
constituit nos in gratia, ponens nobis reges
Persarũ dare cibum. ¶82 Et clarificare tẽplum
Domini Dei nostri, & ædificare deserta Siõ, da
re nobis stabilitatẽ in Iudæa & Ierusalē. ¶83 Et
nũc quid dicimus Domine habẽtes hæc? Trãs-
greſſi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti

1. Esd. 8. f. 31.

2. Esd. 9. a. 1.

F

1. Esd. 9. b. 6.

Deut. 28.

G

in manus puerorum tuorum prophetarum.
¶84 Dicens, Quonia terra, in quam introistis possidere hæreditatē eius, terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleuerunt eam totam immūditia sua. ¶85 Et nunc filias vestras non cōiungetis filiis eorum, & filias eorū non accipietis filiis vestris: ¶86 Et non inquietetis pacem habere eum illis omni tēpore, vt inualescētes māducetis optima terræ, & hæreditatē distribuatis filiis vestris vsque in æuum. ¶87 Et quæ contingunt nobis, omnia fiunt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra.
¶88 Et dedisti nobis talē radicē, & rursum reuersi sumus transgredi legitima tua, vti cōmisceremur immūditiæ alienigenarū gentiū terræ huius. ¶89 Nonne irasceris nobis perdere nos, quoad vsque nō relinquatur radix & nomē nostrū? ¶90 Domine Deus Israel verax es, derelicta est enim radix vsque in hodiernū diem. ¶91 Ecce nunc sumus in cōspectu tuo in iniquitatibus nostris, non est enim adhuc stare ante te in his. ¶92 Et quum adorādo cōfiterentur Esdras ſēs, humi prostratus ante tēplum, cōgregati sunt ante eum ex Ierusalē turba magna valde, viri & mulieres & iuuenes & iuuencu læ, fletus enim erat magnus in ipsa multitudine. ¶93 Et quū clamasset, Iechonias Iehelī ex filiis Israel, dixit Esdræ, Nos in Dominū peccauimus, quòd collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gētibus terræ. ¶94 Et nunc es super omnem Israel. In his ergo sit iusiurandum à Domino expellere omnes vxores nostras quæ ex alienigenis sunt, cū filiis earum. ¶95 Sicut tibi decretum est à maioribus secundum legem Domini exurgēs ex plica. ¶96 Ad te enim spectat negotiū, & nos tecum sumus: viriliter fac. ¶97 Et exurgens Esdras adiurauit principes sacerdotum & Leuitas, & omnem Israel facere secundum hæc: & iurauerunt.

CAP. IX.

A ET exurgens Esdras ab ante atrium tépli, abiit in pastophorium Ionathæ filii Nasabi: ¶2 Et hospitatus illic non gustauit panē, nec aquam bibit super iniquitatem multitudinis. ¶3 Et facta est prædicatio in omni Iudæa, & in Ierusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati, ¶4 Vt quicunq; nō occurrerit biduo vel triduo dici secundum iudicium affidentium seniorum, tolleretur facultates suæ, & ipse allienus iudicaretur à multitudine captiuitatis. ¶5 Et congregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda, & Beniamin in tribus diebus in Ierusalem. hic mensis est nonus, dies mensis vicesimus. ¶6 Et sedit omnis multitudo in area tépli tremētes propter hyemem præsentē. ¶7 Et exurgens Esdras dixit illis, Vos iniquè fecistis, collocantes vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt adderetis ad B peccata Israel. ¶8 Et nunc date confessionem, & magnificentiam Domino Deo patrum nostrorum: ¶9 Et perficite voluntatem ipsius, & discedite à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. ¶10 Et clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce magna, Sicut dixisti, faciemus.
¶11 Sed quoniā multitudo magna est, & tépus hybernum, & nō possumus insubsidiati stare: & hoc opus nō est nobis vnius diei, neq; bidui: multū enim in his peccauimus: ¶12 Stent præpositi multitudinis, & omnes qui nobiscum in habitant, & quotquot habent vxores apud se alienigenas, ¶13 Et assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & iudices, vsquequo ſolnant iram Domini negotii huius. ¶14 Ionathas autē filius Ezelī, & Ozias Thecā susceperunt secundum hæc: & Bosoramus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis.
¶15 Et steterunt secundum hæc omnia vniuersi qui erant ex captiuitate. ¶16 Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorum secundū nomina: & cōsederunt nouilunio mēſis decimi examinare negotium istud. ¶17 Et determinatum est de viris qui habebāt vxores alienigenas, vsque ad neomenia primi mensis: ¶18 Et inuēti sunt ex sacerdotibus permisti qui habebāt alienigenas vxores.
¶19 Ex filiis Iesu filii Iosedec, & fratribus eius, Maseas, & Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus: ¶20 Et iniecerunt manus vt expelleret vxores suas, & ad litandum in exorationem arietem pro ignorātia sua. ¶21 Et ex filiis Semmeri, Maseas & Esses & Ieelech Azarias. ¶22 Et ex filiis Fofere, Limosias, Ilsmaenis, & Nathanee, Iusfio, Reddus, & Talsas. ¶23 Et ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Colnas, & Elionas. ¶24 Et ex sacris cantoribus, Eliasib, Zaccarus. ¶25 Et ex ostiariis, Salumus, & Tolbanes. ¶26 Et ex Israel, ex filiis Foro, Ozī, & Remias & Geddias & Melchias & Michelus, Eleazarus & Iāmebias & Bānas. ¶27 Et ex filiis Iolamā, Chamas & Zacharias & Iezrelus & Ioddius & Erimoth & Helias. ¶28 Et ex filiis Zathoim, Eliadas & Liasumus, Zochias & Larimoth & Zabdis & Tebedias. ¶29 Et ex filiis Zebes, Iohannes & Ananias & Zabdias & Emēs. ¶30 Et ex filiis Bāni, Olam & Maluch & Iedde & Iasub & Azab & Ierimoth. ¶31 Et ex filiis Addin, Naathus & Mooſias & Caleus & Raanas, Maaseas, Mathathias & Besee] & Bōni & Manasses. ¶32 Et ex filiis Nuae, Noneas & Afeas & Melchias & Sameas & Simon, Beniamin & Malchus & Marras. ¶33 Et ex filiis Asom, Carianeus, Mathathias & Bannus & Eliphalach & Manasses & Semei. ¶34 Et ex filiis Banni, Ieremias & Moadias & Abramus & Iohel & Baneas & Pelias & Ionas & Marimoth & Eliasib & Mathanē & Eliasi & Oriza & Dielus & Semedius & Zābris & Iosephus. ¶35 Et ex filiis Nobei, Idel & Mathathias & Sabadas & Zecheda, Sedmi & Ieſſei, Baneas. ¶36 Omnes isti cōiunxerūt sibi vxores alienigenas, & dimiserūt eas cū filiis. ¶37 Et inhabitauerūt sacerdotes & Leuitæ: & q erāt ex Israel in Ierusalē, & in tota vna regione nouilunio mēſis septimi. & erāt filii Israel in cōmorationib suis. ¶38 Et cōgregata est omnis multitudo simul in areā, quæ est ab oriente portæ sacræ: ¶39 Et dixerūt Esdræ pōtifici, & lectori, vt afferret legē Moysi, quæ tradita est à Domino Deo Israel. ¶40 Et attulit Esdras pontifex legem omni multitudini eorum à viro vsque ad mulierem, & omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mēſis septimi. ¶41 Et legebat in area, quæ est ante sacram portam templi, à prima luce vsque ad vesperam coram viris & mulieribus. & dederūt omnes sensum ad legē. ¶42 Et steriē Es-

Deut. 7. 2. 1. Esd. 12. d.

Esd. 10. 2.

Esd. 10. 2. 6.

dras sacerdos, & lector legis super ligneũ tribunal, quod fabricatũ erat. ¶43 Et steterũt ad eum Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, & Balsamus ad dexteram: ¶44 Et ad sinistram Faldeus, Misael, Malachias, Abusthias, Sabus, Nabadias, & Zacharias.

¶45 Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine: (præsidebat enim in gloria in conspectu omnium.) ¶46 Et quum absoluisset legem, omnes erecti steterunt: & benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotẽtem. ¶47 Et respondit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus procidentes in terrã, adorauerunt Dominum. ¶48 Iesus & Banaeus & Sarebias & Iaddimus & Accubus & Sabbathæus & Calithes & Azarias & Ioradus & Ananias & Phallias Leuitæ, ¶49 Qui docebant legem Domini, & in multitudine legebant legem Domini, & præferebãt singuli eos, qui intelligebant lectionẽ. ¶50 Et dixit Atharathes Esdræ pontifici, & lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem, ¶51 Dicens, Dies hic sanctus est Domino, & omnes flebant, quum audissent legem. ¶52 Et dixit Esdras, Digredi ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæque, & mittite munera his qui nõ habẽt. ¶53 Sãctus enim est hic dies Domini, & nolite mœsti esse. Dominꝰ enim clarificabit vos. ¶54 Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus dicẽtes, Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse. ¶55 Et abierũt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his qui non habebãt, vt epularentur. Magni sicẽ enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt. ¶56 Et cõgregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam, secundum testamentum Domini Dei Israel.

# Liber Esdræ quartus, qui inter apocrypha ponitur.

CAP. I.

LIBER Esdræ prophetæ secundus, filii Sarei, filii Azarei, filii Helciæ, filii Sadaniæ, filii Sadoch, filii Achitob, ¶2 Filii Achiæ, filii Phinees, filii Heli, filii Amariæ, filii Asiei, filii Marimoth, filii Arnu, filii Oziæ, filii Borith, filii Abisei, filii Phinees, filii Eleazar, ¶3 Filii Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum. ¶4 Et factum est verbũ Domini ad me, dicẽs, ¶5 Vade, & nũtia populo meo facinora ipsorum, & filiis eorum iniquitates, quas in me admiserunt, vt nuntient filiis filiorum: ¶6 Quia peccata parentum ipsorum in illis creuerũt. Obliti enim mei sacrificauerunt diis alienis. ¶7 Nõne ego eduxi eos de Terra Ægypti de domo seruitutis? Ipsi autem irritauerunt me, & consilia mea spreuerunt. ¶8 Tu autem exeute comam capitis tui, & proice omnia mala super illos: quoniam non obedierunt legi meæ, populus autẽ est indisciplinatus. ¶9 Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli? ¶10 Reges multos propter eos subuerti, Pharaonẽ cum pueris suis, & omnem exercitum eius percussi. ¶11 Omnes gentes à facie eorũ perdidi, & in Oriẽte prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonis dissipaui, & omnes aduersarios eorum interfeci. ¶12 Vu verõ loquere ad eos, dicens, Hæc dicit Dominus: ¶13 Nẽpe ego vos per mare trãsmeaui, & plateas vobis initio munitas exhibui: ducem vobis dedi Moysen, & Aarõ sacerdotẽ: ¶14 Lucẽ vobis per columnã ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autẽ mei obliti estis, dicit Dominus. ¶15 Hæc dicit Dominus omnipotẽs: Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelã dedi, & illic murmurastis: ¶16 Et nõ triũphastis in nomine meo de perditione inimicorũ vestrorũ, sed adhuc nunc vsq; murmurastis. ¶17 Vbi sũt beneficia quæ præstiti vobis? Nõne indesserto quũ esuiristis, proclamastis ad me, ¶18 Dicẽtes, Vt quid nos in desertũ istud adduxisti interficere nos? meli⁹ nobis fuerat seruire AEgyptiis, quàm mori in deserto hoc. ¶19 Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis mãna in escã. Panẽ Angelorũ manducastis. ¶20 Nõne quũ sitiretis, petrã excidi, & fluxerũt aquæ in saturitatẽ? Propter æstus foliis arborũ vos texi. ¶21 Diuisi vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Philisthæos à facie vestra proieci: ¶quid faciã vobis adhuc? dicit Dominus. ¶22 Hæc dicit Dominus omnipotẽs: In deserto quum essetis in flumine Amorrhæo sitientes, & blasphemantes nomen meũ, ¶23 Non ignẽ vobis pro blasphemiis dedi, sed mittẽs lignũ in aquã, dulce feci flumẽ. ¶24 Quid tibi faciã Iacob? Noluisti obedire Iuda. Trãsferã me ad alias gẽtes, & dabo eis nomẽ meum, vt custodiãt legitima mea. ¶25 Quonĩã me dereliquistis, & ego vos derelinquã. Penitebus vobis à me misericordiam, non misẽrebor. ¶26 Quando inuocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committẽda homicidia. ¶27 Non quasi mederelinquistis, sed vosipsos, dicit Domin⁹. ¶28 Hæc dicit Dominus omnipotens, Nõnne ego vos rogaui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos suos, ¶29 Vt effetis mihi in populum, & ego vobis in Deum: & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? ¶30 Ita vos collegi, vt gallina pullos suos sub alas suas. Modò autem quid faciam vobis? Proiiciam vos à facie mea. ¶31 Oblationẽ quũ mihi attuleritis, auertã faciẽ meã à vobis. Dies enim festos vestros, & neomenias & circũcisiones repudiaui. ¶32 Ego misi pueros meos ꝓphetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorũ: quorum sanguinem exquiram, dicit Dominus. ¶33 Hæc dicit Dominus omnipotens, Domus vestra deserta est. Proiiciam vos sicut ventus stipulam, ¶34 Et filii procreationem non facient: quoniam mandatum meum neglexerunt, & quod malum est corã me, fecerunt. ¶35 Tradam domos vestras populo venienti, qui me non audiẽtes credunt: quibus signa nõ ostẽdi, facient quæ præcepi. ¶36 Prophetas non viderunt, & memorabũtur iniquitatũ eorũ. ¶37 Tẽstor populi venientis gratiam, cuius paruuli

Exod.14.g.1
Num.11.d.1
Ios.8.10.11.
Exod.14.g.15
Exod.13.b.10
Exod. 13.d.21
Exod.16.c.13
psal.104.d.40
Sapien.16.c.20
Num.10.b.11
Esa.5.2.4.0
Exo.15.d.25
Exod.31.b.18
Esa.1.d.15
Matt.23.d.37
Esa.66.2.3
Osee 2.a.

exultant cum lætitia, me non videntes oculis carnalib', sed spiritu credētes quæ dixi. ¶ 38 Et nunc frater aspice, quæ gloria: & vide populū venientem ab Oriente, ¶ 39 Quibus dabo ducatum Abrahā, Isaac, & Iacob, & Osee, & Amos, & Michææ, & Ioel, & Abdiæ, & Ionæ, ¶ 40 Et Naum, & Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, ‖qui & angelus Domini vocatus est.

Malac.3.a.1.

CAP. II.

A ¶ 1 Ait dicit Dominus, Ego eduxi populum istum de seruitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas, quos audire nolu erunt, sed irrita fecerūt mea cōsilia. ¶ 2 Mater quæ eos generauit, dicit illis: Ite filii, quia ego vidua sum & derelicta. ¶ 3 Educaui vos cū lætitia, & amisi vos cum luctu & tristitia, quoniā peccastis coram Domino Deo vestro, & quod malum est corā eo fecistis. ¶ 4 Modó autēquid faciam vobis? Ego vidua sum & derelicta: ite ū lli, & petite à Domino misericordiam. ¶ 5 Ego autem te pater testem inuoco super matrem filiorum, qui noluerunt testamentum meum seruare, ¶ 6 Vt des eis confusionem, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. ¶ 7 Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur à terra: quoniam spreuerunt sacramentum meum. ¶ 8 Væ tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te. Gens mala, memorare

Gen.19.e.11. quid fecerim Sodomæ & Gomorrhæ, ¶ 9 Quorum terra iacet in picels glebis & aggeribus cinerum. Sic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens. ¶ 10 Hæc dicit Dominus ad Esdram, Nuntia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ierusalem, quod daturus eram Israel. ¶ 11 Et sumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præ

B parueram illis. ¶ 12 Lignū vitæ erit illis in odore vnguenti, & non laborabūt, neque fatigabuntur. ¶ 13 Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos, vt immorentur. Iam paratū est vobis regnum: vigilate. ¶ 14 Testare cælum & terrā. Contriui enim malum, & creaui bonū, quia viuo ego dicit Dominus. ¶ 15 Mater amplectere filios tuos, educa illos cum lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum: quoniam te elegi, dicit Dominus. ¶ 16 Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de monumentis educam illos: quoniam cognoui nomen meū Israel. ¶ 17 Noli time re mater filiorū, quoniā te elegi, dicit Domin⁹. ¶ 18 Mittam tibi adiutorium pueros meos Esaiam & Ieremiam, ad quorum consilium sancti ficaui, & paraui tibi arbores duodecim grauatas vatis fructibus, ¶ 19 Et totidē fontes fluētes lac & mel: & montes immensos septem, habentes rosam & liliū, in quibus gaudio impleb o filios tuos. ¶ 20 Viduā iustifica, pupillo iudica, egenti da, orphanum tuere, nudum vesti, ¶ 21 Confractum & debilē cura, claudū irridere noli, tutare mācum, & cæcū ad visionem clari

Exod.15. tatis mæ admitte. ¶ 22 Senem & iuuenē intra muros tuos serua: ¶ 23 Mortuos vbi inueneris signans cōmenda sepulchro, & dabo tibi primā sessionē in resurrectione mea. ¶ 24 Pausa & quiesce popul' meus, quia veniet requies tua.

Tob.12.d.22. ¶ 25 Nutrix bona nutri filios tuos, cōfirma pedes eorum. ¶ 26 Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet: eos ego enim requiram de numero

C tuo. ¶ 27 Noli fatigari. Quū enim venerit dies pressuræ & angustiæ, alii plorabūt & tristes erūt: tu autē hilaris & copiosa eris. ¶ 28 Zelabūt gētes, & nil aduersus te poterunt, dicit Dominus. ¶ 29 Manus meæ tegēt te, ne filii tui gehēnā videāt. ¶ 30 Incūdare mater cum filiis tuis, quia ego te eripiā, dicit Dominus. ¶ 31 Filios tuos dormiētes memorare, quoniā ego eos educā de laterib⁹ terræ, & misericordiā cū illis facia: quoniā misericors sū, dicit Dominus omnipotēs. ¶ 32 Amplectere natos tuos vsquedū venio, & præsté illis misericordiā: quoniā exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet. ¶ 33 Ego Esdras præceptū accepi à Domino in mōte Oreb, vt irē ad Israel: ad quos quū venirē, reprobauerūt me, & respuerūt mādatū Domini. ¶ 34 Adeōq; vobis dico gētes quæ auditis & intelligitis, Expectate pastorē vestrū, requiem æternitatis dabit vobis: quonlā in proximo est ille qui in fine seculi aduenlet. ¶ 35 Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua luce bit vobis per æternitatē tēporis. ¶ 36 Fugite vmbrā seculi huius: accipite iucūditatē gloriæ ve stræ. Ego testor palam saiuatoré meū. ¶ 37 Cō mēdatū donū accipite, & iucūdamini, gratias agentes ei qui vos ad cælestia regna vocauit.

D ¶ 38 Surgite, & state, & videte numerū signato rū in conuiuio Domini. ¶ 39 Qui se de vmbra seculi trā stulerūt, splendidas tunicas à Domino acceperūt. ¶ 40 Recipe Siō numerū tuū, & cōclude cādidatos tuos qui legē Domini cō pleuerunt. ¶ 41 Filiorū tuorum quos optabas plenus est numerus. Roga imperiū Domini, vt sanctifi cetur populus tuus qui vocatus est ab initio.

A ¶ 42 Ego Esdras vidi in monte Sion turbā magnam, quā numerare non potui, & omnes cāticis collaudabāt Dominū. ¶ 43 Et in medio eorū erat iuuenis statura celsus, eminentior omnibus illis & singulis eorū capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur. ego autē mi raculo tenebar. ¶ 44 Tunc interrogaui Angelū & dixi, Qui sunt hi Domine? ¶ 45 Qui respondens, dixit mihi, Hi sunt qui mortalē tunicam depoſuerunt, & immortalem sumpſerunt, & confessi sunt nomen Dei. Modó coronantur, & accipiunt palmas. ¶ 46 Et dixi Angelo, Ille iuuenis quis est, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? ¶ 47 Et respondens dixit mihi, Ipse est Filius Dei, quem in seculo cōfessi sunt: ego autē magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini steterūt. ¶ 48 Tūc dixit mihi Angelus, Vade, annuntia populo meo, qualia & quanta mirabilia Domini Dei vidisti.

CAP. III.

A Nno tricesimo ruinæ ciuitatis eā in Babylone, & conturbatus sum super cubiculo meo recumbens, & cogitationes meæ ascendebant super cor meum: ¶ 1 Quoniam vidi desertionem Sion, & abundantiam eorum qui habitabant in Babylone. ¶ 2 Et ventilatus est spiritus meus valde, & cœpi loqui ad Altissimum verba timorata, ¶ 3 Et dixi, O dominator Domine, tu dixisti ab initio, quando plantasti terrā, & hoc solus, & imperasti populo, ¶ 4 Et dedisti Adam corpus mortuum: sed & ipsum figmentum manuum tuarum erat, & insufflasti in eum spiritum vitæ, & factus est viuēs corā te, ¶ 5 Et induxisti eum in paradiſo, quē plā tauerat dextera tua antequam terra aduen-

taret: ¶7 Et hu'e mãdasti diligere viam tuam, & præteriuit eã, & statim instituisti in eo mor
tem, & in nationibus eius, & natæ sunt gentes, & tribus, & populi, & cognationes quarum nõ est numerus. ¶8 Et ambulauit vnaquæque gẽs in voluntate sua, & mira agebant coram te, & spernebant præcepta tua. ¶9 Iterum autem in tempore induxisti diluuium super inhabitantes seculum, & perdidisti eos. ¶10 Et factum est in vnoquoque eorum, sicut Adæ mori, sic his diluuium. ¶11 Dereliquisti autem vnum ex his Noe cum domo sua, & ex eo iusti omnes. ¶12 Et factum est, quum cœpissent multiplica ri qui habitabant super terram, & multiplica uerunt filios, & populos, & gentes multas: & cœperunt iteratõ impietatẽ facere plus quàm priores. ¶13 Et factum est, quum iniquitatẽ facerent coram te, elegisti tibi virum ex his cui nomen erat Abraham. ¶14 Et dilexisti eum, & demonstrasti ei soli voluntatem tuam: ¶15 Et dispositisti ei testamentum æternum, & dixisti ei vt non vnquam derelinqueres semen eius. Et dedisti ei Isaac: & Isaac dedisti Iacob & Esau. ¶16 Et segregasti tibi Iacob, Esau autẽ separasti. Et factus est Iacob in multitudine magna. ¶17 Et factum est quũ educeres semẽ eius ex Aegypto, adduxisti super montem Sina.
¶18 Et inclinasti cælos, & statuisti terram, & commouisti orbem, & tremere fecisti abyssos, & conturbasti seculum, ¶19 Et transiit gloria tua portas quatuor ignis & terræmotus, & spiritus & gelu, vt dares semini Iacob legẽ, & generationi Israel diligentiam. ¶20 Et non abstulisti ab eis cor malignum, vt faceret lex tua in eis fructum. ¶21 Cor enim malignum baiulans primus Adam transgressus & victus est, sed & omnes qui de eo nati sunt. ¶22 Et facta est per manens infirmitas, & lex cum corde populi, cum malignitate radicis: & discessit quod bonum est, & mansit malignum. ¶23 Et transierunt tempora, & finiti sunt anni: & suscitasti tibi seruum nomine Dauid, ¶24 Et dixisti ei ædificare ciuitatem nominis tui, & offerre tibi in eadem thus & oblationes. ¶25 Et factum est hoc annis multis, & derelinquerunt qui habitabãt ciuitatem, ¶26 In omnibus facientes sicut fecit Adam & omnes generationes eius. vtebãtur enim & ipsi corde maligno. ¶27 Et tradidisti ciuitatem tuam in manibus inimicorum tuorum. ¶28 Nunquid meliora faciunt qui habitant Babylonem: & propter hoc dominabitur Sion? ¶29 Factum est, quum venissem huc, & vidissem impietates, quarum nõ est numerus: & delinquentes multos vidit anima mea hoc tri cesimo anno, & excessit cor meum: ¶30 Quoniam vidi quomodo sustines eos peccantes, & pepercisti impiè agentibus, & perdidisti populum tuum, & conseruasti inimicos tuos, & nõ significasti. ¶31 Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Nunquid meliora facit Babylon quàm Sion? ¶32 Aut alia gẽs cognouit te præter Israel? aut quæ tribus credidẽrũt testamentis tuis, sicut Iacob? ¶33 Quarum mercedes non comparuit, neque labor fructificauit. Pertransiens enim pertransiui in gentibus, & vidi abundantes eas, & non memorantes mandatorum tuorum. ¶34 Nunc ergo põdera in statera nostras iniquitates, & eorum qui habitãt in seculos & non inuenietur nomen tuum, nisi in Israel. ¶35 Aut quando non peccauerunt in conspectu tuo, qui habitant terram? aut quæ gens sic obseruauit mandata tua? ¶36 Hos quidẽ per nomina inuenies seruasse mandata tua: Gentes autem non inuenies. CAP. IIII.

ET respondit ad me Angelus, qui missus est ad me, cui nomẽ vriel, ¶2 Et dixit mihi, Excedens excessit eor tuum in seculo hoc, & comprehendere cogitas viam Altissimi. ¶3 Et dixi, Ita Domine meus. Et respondit mihi, & dixit, Tres vias missus sum ostẽdere tibi, & tres similitudines proponere coram te: ¶4 De quibus mihi si renuntiaueris vnam ex his, & ego tibi demonstrabo viam quã desideras videre, & docebo te vnde sit cor malignum. ¶5 Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Vade, põdera mihi ignis pondus, aut mensura mihi fiatum venti, aut reuoca mihi diem quæ præteriit. ¶6 Et respondi, & dixi, Quis natorum poterit facere, vt me interroges de his? ¶7 Et dixit ad me, Si essem interrogans te, dicens, Quantæ habitationes sunt in corde maris, aut quantæ venæ sunt in principio abyssi, aut quantæ venæ sunt super firmamentum, aut qui sunt exitus paradysi: ¶8 Diceres mihi fortassis, In abyssum non descendi, neque in infernum adhuc, neque in cælum vnquã ascendi. ¶9 Nunc autem non interrogaui te nisi de igne, & vento, & die, per quem transisti, & à quibus separari non potes: & non respondisti mihi de eis. ¶10 Et dixit mihi, Ea quæ tua sunt, tecum coadolescentia, non potes cognoscere: ¶11 Et quomodo poterit vas tuum capere Altissimi viam, & iam exterius corrupto seculo intelligere corruptionem euidentem in facie meã? ¶12 Et dixi illi, Melius erat nos non esse, quàm adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati & non intelligere de qua re. ¶13 Et respondit ad me, & dixit, Egressi sunt profectus sum ad syluam lignorum campi, & cogitauerunt cogitationem, ¶14 Et dixerunt, Venite, & eamus, & faciamus ad mare bellum, vt recedat corã nobis, & faciamus nobis alias syluas. ¶15 Et similiter fluctus maris & ipsi cogitauerunt cogitationem, & dixerunt, Venite ascendentes, debellemus syluas campi, vt & ibi consummemus nobis metipsis aliã regionem. ¶16 Et factus est cogitatus syluæ in vanum, venit enim ignis, & consumpsit eam. ¶17 Similiter & cogitatus fluctuum maris, stetit enim arena, & prohibuit eos. ¶18 Si enim esses iudex horum, quem inciperes iustificare, aut quem condemnare? ¶19 Et respondi, & dixi, Vtique vanam cogitationem cogitauerunt, terra enim data est syluæ, & mari locus portare fluctus suos. ¶20 Et respondit ad me, & dixit, Bene tu iudicasti & quare non iudicasti tibimetipsi? ¶21 Quemadmodũ enim terra syluæ data est, & mare fluctibus suis: sic qui super terram inhabitant, quæ sunt super terram intelligere solummodo possunt: & qui super cælos, quæ super altitudinem cælorum. ¶22 Et respondi, & dixi, Deprecor te Domine, vt mihi detur sensus intelligẽdi. ¶23 Nõ enim volui interrogare de superioribus tuis, sed de his quæ pertranseunt per nos quotidie, propter quid Israel datus in opprobrium Gentibus: quem dilexisti populum, datus est tribus in-

Iud. 9. b. 1. 2. par. 25. c.

pijs, & lex patrum nostrorum in interitū deducta est, & dispositiones scriptæ nusquā sut: ¶14 Et pertrāsiuimus de seculo, vt locustæ, & vita nostra stupor & pauor: & nec digni sum⁹ misericordiā consequi. ¶15 Sed quid faciet nomini suo quod inuocatum est super nos? Et de his interrogaui. ¶16 Et respōdit ad me, & dixit, Si fueris plurimū scrutatus, frequenter mirabe ris: quoniā festinans festinat seculum pertrāsire, ¶17 Et non capit portare quæ in futuris tēporibus iustis repromissa sunt: quoniam plenum iniustitia est seculum hoc & infirmitatibus. ¶18 De quibus autem interrogas, dicam: seminatum enim est malum, & necdum venit destructio ipsius. ¶19 Si ergo non inuersū fuerit quod seminatū est: & discesserit locus vbi seminatum est bonum. ¶20 Quoniam gramē seminis mali seminatum est in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generauit vsque nunc, & generat vsque quum veniat area? ¶21 At sti ma autem apud te gramen mali seminis, quantum fructum impietatis generauit: ¶22 Quando secatæ fuerint spicæ, quarū non est numerus, quām magnā areā incipient facere? ¶23 Et respondi, & dixi, Quomodo, & quando hæc? Quare modici & mali anni nostri? ¶24 Et respōdit ad me, & dixit mihi, Nō festines tu super Altissimū. Tu enim festinas inaniter esse super ipsum. nam excessus tuus multus. ¶25 Nōne de his interrogauerunt animæ iustorum in promptuariis suis, dicentes, Vsquequo spero sie? & quando veniet fructus areæ mercedis nostræ? ¶26 Et respondit ad ea Ieremiel archāge lus, & dixit, Quando impletus fuerit numerus seminum in vobis, quoniam in statēra ponderauit seculū. ¶27 Et mensura mensuratur tempora, & numero numerauit tempora, & non commouit, nec excitauit vsquedum impleatur prædicta mensura? ¶28 Et respondi, & dixi, O Dominator Domine, sed & nos omnes pleni sum⁹ impietate. ¶29 Et ne forte propter nos non impleatur iustorū areæ, propter peccata inhabitantiū super terrā. ¶30 Et respōdit ad me, & dixit, Vade, & interroga prægnātē, si quādo impleuerit nouē mēses suos, adhuc poterit matrix eius retinere partū in semetipsa? ¶31 Et dixi, Nō potest, Domine. Et dixit ad me, *In inferno prō ptuaria animarū matrici assimilata sunt.* ¶32 Quēadmodū enim illa festinat quæ parit, effugere necessitatem partus: sic & hæc festinat reddere ea quæ cōmendata sunt. ¶33 Ab initio tibi demonstrabitur de his quæ cōcupiscis videre. ¶34 Et respōdi, & dixi, Si inueni gratiam ante oculos tuos, & si possibile est, & si idoneus sum, ¶35 Demonstra mihi, si plusquā præteritū sit habet venire, aut plura pertrālierūt supra quām futurū est. ¶36 Quid pertrāsiuit, scio: quid autē futurū sit, ignoro. ¶37 Et dixit ad me, Stā super dexteram partē, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. ¶38 Et steti, & vidi: & ecce fornax ardens transiit corā me. & factum est, quum trāsiret flamma, vidi: & ecce superauit fumus. ¶39 Post hæc transiit corā me nubes plena aquæ, & immisit pluuiā impetu multā. & quū transisset impetus pluuiæ, superauerunt in ea guttæ. ¶40 Et dixit ad me, Cogita tibi: sicut ecce scit pluuia aplius quām guttæ, & ignis quām fumus: sic superabūdant quæ trāsiuit mē sura. Superauerūt autē guttæ, & fumus. ¶41 Et orauī, & dixi, Putas viuo vsque in diebus illis? vel quid erit in diebus illis? ¶42 Respōdit ad me, & dixit, De signis, de quib⁹ me interrogas, ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus dicere tibi: sed nescio. CAP. V.

A De signis autē: ecce dies veniēt, in quibus apprehendentur qui inhabitant terram in cēnsu multo: & abscōdetur veritatis via: & sterilis erit à fide regio: ¶2 Et multiplicabitur Ma iniustitia super hanc quā ipse tu vides, & super quā audisti olim: ¶3 Et erit impositio vestigio quam nunc vides regnare regiōnē, & vide bunt eam desertam. ¶4 Si autē tibi dederit Altissimus viuere, videbis post tertiā tubā, & relucescet subitō sol nocti, & luna ter in die: ¶5 Et de ligno sanguis stillabit, & lapis dabit vocem suam, & populi cōmouebuntur: ¶6 Et regnabit, quem nō speraut qui inhabitant super terram, & volatilia commigrationem facient: ¶7 Et mare Sodomicū pisces reiciet, & dabit vocē nocti, quā nō nouerāt multi: omnes autem audient vocē eius. ¶8 Et chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur: & bestiæ agrestes transmigrabunt, & mulieres mē struatæ parient mōstra. ¶9 Et in dulcibus aquis salsæ inuenientur, & amici omnes semet ipsos expugnabunt: & abscondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuariū suum: ¶10 Et quæretur à multis, & nō inuenietur: & multiplicabitur iniustitia & incōtinentia super terram. ¶11 Et interrogabit regio proximam suam, & dicet, Nunquid per te pertrāsiit iustitia iustū faciēs? Et hoc negabit. ¶12 Et erit in illo tempore, & sperabunt homines, & non impetrabunt: laborabunt, & non dirigentur viæ eorum. ¶13 Hæc signa dicere tibi permissum est mihi: & si orauerit iterū & plorauerit, sicut & nunc, & ieiunauerit septem diebus, audies iterato horum maiora. ¶14 Et eui gilaui, & corpus meum horruit valde: & anima mea laborauit, vt deficeret: ¶15 Et tenuit me qui venit Angelus, qui loquebatur in me, & cōfortauit me, & statuit me super pedes. ¶16 Et factum est in nocte secunda, & venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi erasti? & quare vultus tuus tristis? ¶17 An nescis, quoniam tibi creditus est Israel in regione transmigrationis eorum? ¶18 Exurge ergo, & gusta panem, & non derelinquas nos, sicut pastor gregē suū in manibus luporū maligнorū. ¶19 Et dixi ei, Vade à me, & non appropies ad me. Et audiuit, vt dixi: & recessit à me. ¶20 Et ego ieiunaui diebus septem vluians & plorās, sicut mihi mādauit vriel Angelus. ¶21 Et factū est post dies septē, & iterū cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde: ¶22 Et resūpsit anima mea spiritum intellectus: & iterū cœpi loqui coram Altissimo sermones. ¶23 Et dixi, Dominator Domine, ex omni sylua terræ, & omnibus arboribus eius, elegisti vineam vnicam: ¶24 Et ex omni terra orbis, elegisti tibi fouea vnam: & ex omnibus floribus orbis, elegisti tibi lilium vnum: ¶25 Et ex omnibus abyssis maris, replesti tibi riuum vnum: & ex omnibus ædificatis ciuitatibus, sanctificasti tibimet ipsi

Sion: ¶16 Et ex omnibus creatis volatilibus, nominasti tibi columbā vnā: & ex omnibus plasmatis pecoribus, prouidisti tibi ouem vnam:
¶17 Et ex omnibus multiplicatis populis, acquisiuisti tibi populum vnū: & ab omnibus pro patam legē donasti huic, quem desyderasti populo. ¶18 Et nunc Domine, vt quid tradidisti vnū pluribus? Et præparasti super vnā radicē alias, & disperdidisti vnicum tuum in multis:
¶19 Et cōculcauerunt eum, qui contradicebāt spōsionibus tuis, quique tuis testamentis non credebāt. ¶20 Et si odiēs odisti populum tuū, tuis manibus debet castigari. ¶21 Et factū est, quū locutus esse sermones, & missus est Angel' ad me, qui ante venerat ad me præterita nocte, ¶22 Et dixit mihi, Audi me, & instruā te: & intēde mihi, & adiiciā cors te. ¶23 Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Valde tu in excessu mētis factus es pro Israel: an plus dilexisti eum, quām qui eum fecit? ¶24 Et dixi ad eum, Non Domine, sed dolens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnē horam, quærentem apprehendere semitam Altissimi, & inuestigare partem iudicii eius.
¶25 Et dixit ad me, Non potes. Et dixi, Quare Domine? Ad quid nascebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrū, vt nō viderem laborem Iacob, & defatigationem generis Israel? ¶26 Et dixit ad me, Numera mihi quæ necdum venerant, & collige mihi disperſas guttas, & reuirida mihi aridos flores.
¶27 Et aperi mihi clausa prōptuaria, & produc mihi inclusos in eis flat': demōstra mihi vocis imaginem, & ostendam tibi laborem quem rogas videre. ¶28 Et dixi, Dominator Domine, quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cū hominibus habitationem non habet? ¶29 Ego autem insipiens: & quomodo potero dicere de his quib' me interrogasti? ¶30 Et dixit ad me, Quo modo nō potes facere vnum de his quæ dicta sunt: sic non poteris inuenire iudicium meum, aut in fine charitatem, quam populo promisi. ¶31 Et dixi, Sed ecce Domine, tu prope es his qui in finem sunt: & quid faciēt qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos?
¶32 Et dixit ad me, Coronæ assimilabo iudicium meum. Sicut non nouissimorum tarditas, sic nec priorum velocitas. ¶33 Et respondi, & dixi, Nec poteras facere eos qui facti sunt, & qui sunt, & qui futuri sunt, in vnum, vt celeritas iudicium tuum ostendas? ¶34 Et respondit ad me. & dixit, Nō potest festinare creatura super creatorē, nec sustinere seculum eos qui in eo creādi sunt, in vnum. ¶35 Et dixi, Quo modo dixisti seruo tuo, quoniam viuificans viuificasti à te creatam creaturam in vnum, & sustinebat creatura: poterit & nunc portare præsentes in vnum. ¶36 Et dixit ad me, Interroga matricem mulieris, & dices ad eā, Si paris, quare per tēpus? Roga ergo eam, vt det decem in vnum. ¶37 Et dixi, Non vtique poterit, sed secundum tempus. ¶38 Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ his qui seminati sunt super eā per tēpus. ¶39 Quēadmodum enim infās nō parit ea quæ seni sunt: sic ego disposui à me creatū seculū. ¶40 Et interrogaui, & dixi, Quum iā dederis mihi viā, loquar coram te: nā mater nostra, de qua dixisti mihi, adhuc iuuenis est: iā senectuti appropinquat. ¶41 Et respōdit ad me, & dixit, Interroga eam quæ parit, & dicet tibi. ¶42 Dices enim ei, Quare quos peperisti, nunc nō sunt similes his qui ante te, sed minores statura? ¶43 Et dicet tibi & ipsa, Alii sūt qui in iuuētute virtutis nati sūt: & alii qui sub tēpore senectutis deficiente matrice sunt nati. ¶44 Cōsydera ergo & tu, quoniā minori statura estis præ his qui ātе vos: ¶45 Et qui post vos, minori quām vos, quasi iam senescentes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et dixi, Rogo, Domine, si in ueni gratiam ante oculos tuos, demonstra seruo tuo per quem visites creaturam tuam.

## CAP. VI.

ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & antequam starent exitus seculi, & antequā spirarent conuētiones ventorū, ¶1 Et antequam sonarent voces tonitruum, & antequam splenderēt nitores coruscationum, & antequam cō firmarentur fundamenta paradisi, ¶2 Et antequam viderētur decori flores, & antequam cō firmarentur motæ virtutes, & antequam colligerentur innumerabiles militiæ Angelorum, ¶4 Et antequam extollerentur altitudines aeris, & antequā nominarentur mensuræ firmamentorum, & antequam æstuarent camini in Sion, ¶5 Et antequā inuestigarētur præsentes anni, & antequam abalienarentur eorum qui nunc peccant adinuentiones, & consignati essent qui fidem thesaurizauerunt: ¶6 Tunc cogitaui, & facta sunt per me solum, & nō per alium: & finis per me, & nō per alium. ¶7 Et respondi, & dixi, Quæ erit separatio temporum? aut quando prioris finis, & sequentis initium?
¶8 Et dixit ad me, Ab Abraham vsque ad Isaac: quando nati sunt ab eo Iacob & Esau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau: ¶9 Finis enim huius seculi Esau, & principiū sequētis Iacob. ¶10 Hominis man' inter calcaneum & manū. Aliud noli quærere Esdra. ¶11 Et respōdi, & dixi, O Dominator Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, ¶12 Oro vt demōstres seruo tuo finē signorū tuorū, quorū partem mihi demonstrasti nocte præcedenti.
¶13 Et respōdit, & dixit ad me, Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus.
¶14 Et erit sicut commotio, nec cōmouebitur locus, in quo stes super eum. ¶15 Ideo qui loquitur, tu non expaueas, quoniam de fine vetū & fundamētō terræ intelligitur: ¶16 Quoniam de ipsis sermo tremiscit & cōmouetur. Scit enim quoniam finem eorum oportet commutari. ¶17 Et factum est, quū audissem, surrexi super pedes meos: & audiui, & ecce vox loquens, & sonus eius sicut sonus aquarum multarum. ¶18 Et dixit, Ecce dies veniunt, & erit quando appropinquare incipiam, vt visitem habitātes in terra. ¶19 Et quando inquirere incipiā ab eisqui iniustē nocuerūt iniustitia sua, & quādo suppleta fuerit humilitas Sīō. ¶20 Et quū superſignabitur seculū quod incipiet pertransire, hæc signa faciam, libri aperiētur in te faciem firmamenti, & omnes videbunt simul: ¶21 Et anniculi infātes loquētur vocib' suis: & prægnātes immaturos pariēt infātes triū & quatuor mēsium, & viuent, & suscitabūtur.
¶22 Et subitō apparebūt seminata loca nō se-

minata, & plena prōptuaria subitō inuenientur vacua: ¶23 Et tuba canet cum sono, quam quum omnes audierint, subitō expauescent. ¶24 Et eritin illo tempore, debellabunt amici amicos vt inimici, & expauescet terra cum his: & venæ fontium stabunt, & non decurrent in horis tribus. ¶25 Et erit, omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quib⁹ prædixi tibi, ipse saluabitur, & videbit salutare meum, & finem seculi vestri. ¶26 Et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem non gustauerunt à nativitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in sensum alium. ¶27 Delebitur enim malum, & extinguetur dolus. ¶28 Florebit autem fides, & vincetur corruptela, & ostēdetur veritas quæ sine fructu fuit diebus tantis. ¶29 Et factum est quū loqueretur mihi, & ecce paulatim iutuebar super eum ante quē stabam, ¶30 Et dixit ad me hæc, Veni tibi ostēdere tempus venturæ noctis. ¶31 Si ergo iterū rogaueris, & iterum ieiunaueris septē diebus, iterum tibi renuntiabo horum malora per diem quā audiui. ¶32 Audita est enim vox tua apud Altissimum. vidit enim fortis directionē tuā, & prouidit pudicitiam, quam à iuuentute tua habuisti: ¶33 Et propter hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia, & dicere tibi, Cōfide, & noli timere, ¶34 Et noli festinare cū prioribus tēporibus cogitare vana, vt nō properes à nouissimis temporibus. ¶35 Et factū est post hæc, & sieui iterum: & similiter ieiunaui septē diebus, vt supplearn tres hebdomadas, quæ dictæ sunt mihi. ¶36 Et factum est in octaua nocte, & cor meum turbabatur iteratō in me, & cœpi loqui coram Altissimo. ¶37 Inflammabatur enim spiritus meus valde, & anima mea anxiabatur, ¶38 Et dixi, O Domine, loquens loquutus es ab initio creaturæ in primo die, dicens, Fiat cælum & terra: & tuum verbū opus perfectū. ¶39 Et erat tunc spiritus, & tenebræ circunferebātur, & silētium, sonus vocis hominis nondum erat: abs te. ¶40 Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumē luminosum, quo apparetet opus tuum. ¶41 Et die secundo creasti spiritū firmamēti, & imperasti ei vt diuideret & diuisionem faceret inter aquas, vt pars quædam sursum recederet, pars verō deorsum maneret. ¶42 Et tertia die imperasti aquis cōgregari i septima parte terræ: sex verō partes siccasti & conseruasti, vt ex his sint corā te mini strantia seminata à Deo, & culta. ¶43 Verbum enim tuum processit, & opus statim fiebat. ¶44 Processit enim subitō fructᵘ multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inuestigabilis. & die tertia hæc facta sunt. ¶45 Quarta autē die imperasti fieri solis splendorē, lunæ lumē, stellarum dispositionē: ¶46 Et imperasti eis, vt deseruirēt futuro plasmato homini. ¶47 Quinto autē die dixisti septimæ parti, vbi erat aqua cōgregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat. ¶48 Aqua mutata, & sine anima quæ Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. ¶49 Et tunc conseruasti duas animas: nomē vni vocasti Henoch, & nomen secundæ vocasti Leuiathan, ¶50 Et separasti ea ab altetutto. nō enim poterat septima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea. ¶51 Et dedisti Henoch vnā partē quæ fuecata est tertio die, vt habiter in ea: vbi sunt mōtes mille. ¶52 Leuiathan autē dedisti septimā partē humidā, & seruasti eā, vt fiat in deuoratione quibus vis, & quando vis. ¶53 Sexto autē die imperasti terræ, vt crearet corā te iumēta, & bestias, & reptilia: ¶54 Et super his Adam, quem cōstituisti ducē super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nōs omnes, quēmq; elegisti populū. ¶55 Hæc autē omnia dixi corā te Domine, quia propter nos creasti seculū: ¶56 Residuas autē gentes ab Adā natas dixisti eas nil esse, & quonia saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidiū de vase similast abundantiā eorū. ¶57 Et nūc Domine, ecce, istæ gētes quæ in nihilū deputatæ sunt, cœperūt dominari nostri, & deuorare: ¶58 Nos autē populus tuus, quē vocasti primogenitum vnigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum: ¶59 Et si propter nos creatum est seculum, quare non hæreditatem possidemus cum seculo? vsquequo hæc

## CAP. VII.

ET factum est, quum finissem loqui verba hæc, missus est ad me Angelus qui missus fuerat ad me primis noctibus, ¶2 Et dixit ad me, Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te. ¶3 Et dixi, Loquere Deus meus. Et dixit ad me, Mare positum est in spatioso loco, vt esset altum & immensum: ¶4 Erit autem el introitus in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus. ¶5 Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eū, vel dominari eius: si non trantierit angustum, in latitudinem quomodo venire poterit? ¶6 Item aliud, Ciuitas est ædificata, & posita in loco campestri: est autē plena omnium bonorum: ¶7 Introitus eius angustus & in præcipiti posit', vt esset à dextris quidē ignis, à sinistris aqua alta: ¶8 Semita autem est vna sola inter eos posita, hoc est inter ignem & aquam, vt non capiat semita, nisi solummodō vestigiū hominis. ¶9 Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatem, si nunquā ante positum periculum pertrāsierit: quomodo accipiet hæreditatem suam? ¶10 Et dixi, Sic Domine. Et dixit ad me, Sic est & Israel pars. ¶11 Propter eos enim feci seculum: & quando transgressus est Adam constitutiones meas, iudicatum est quod factum est. ¶12 Et factū sunt introitus huius seculi angusti, & dolētes, & laborlosi: pauci autē & mali, & periculorum pleni, & labore magnopere fulti. ¶13 Nam maioris seculi introitus spatiosi & securi, & facientes immortalitatis fructum. ¶14 Si ergo ingredientes non fuerunt ingressi qui vluunt, angusta & vana hæc nō poterūt recipere quæ sunt reposita. ¶15 Nunc ergo quare tu conturbaris, quū tis corruptibilis? & quid moueris tu, quū tis mortalis? ¶16 Et quare non accepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsentē? ¶17 Respondi & dixi, Dominator Domine, ecce dispositi legē tua, quoniam iusti hæreditabunt hæc, impii autem peribunt: ¶18 Iusti autem ferent angusta, sperantes spatiosa. qui enim impiē gesserunt, & angusta passi sunt, & spatiosa nō videbūt. ¶19 Et dixit ad me, Nō est iudex super Deū, neque intelligēs super Altissimū. ¶20 Pereunt enim multi præsentes, quia

Gen. 1. 2.

Deut. 4. c. 19.
Gen. 1. c. 21.

D

D

D

t. 11.

negligitur quæ antepositа est Dei lex. ¶21 Mandans enim mandauit Deus venientibus, quando venerunt, quid facientes viuerent, & quid obseruantes non punirentur. ¶22 Hi autem nō sunt persuasi, & contradixerunt ei, & cōstituerunt sibi cogitamē vanitatis. ¶23 Et proposuerunt sibi circūuentiones delictorum, & superdixerunt Altissimo non esse, & vias eius nō cognouerunt. ¶24 Et legem eius spreuerunt, & sponsiones eius abnegauerunt, & in legitimis eius fidem non habuerunt, & opera eius non perfecerunt. ¶25 Propter hoc Esdra, vacua vacuis, & plena plenis. ¶26 Ecce tēpus veniet, & erit quando venient signa quæ prædixi tibi, & apparebit sponsa, & apparescēs ostēdetur quæ nunc subducitur terra: ¶27 Et omnis qui liberatus est de prædictis malis, ipse videbit mirabilia mea. ¶28 Reuelabitur enim Filiꝰ meus IESVS cum his qui cū eo sunt, & iucūdabuntur qui relicti sūt in annis quadringēt is. ¶29 Et erit post annos hos, & morietur Filiꝰ meꝰ CHRISTVS, & omnes qui spiramentum habent homines: ¶30 Et conuertetur seculum in antiquū silentium diebus septem, sicut in prioribus iudiciis, ita vt nemo derelinquatur. ¶31 Et erit post dies septē, & excitabitur quod nōdum vigilat seculum, & morietur corruptū. ¶32 Et terra reddet quæ in ea dormiunt, & puluis qui in eo silentio habitant, & prōptuaria reddēt quæ eis cōmendatæ sunt animæ. ¶33 Et reuelabitur Altissimus super sedem iudicii, & pertrantibūt miseriæ, & longanimitas cōgregabitur. ¶34 Iudicium autem solum remanebit, veritas stabit, & fides conualescet, ¶35 Et opus subsequetur, & merces ostendetur, & iustitiæ vigilabunt, & iniustitiæ non dominabuntur. ¶36 Et dixi, Videmus ‖ Abraham propter Sodomitas orauit, & ‖ Moyses pro patribus qui in deserto peccauerunt, ¶37 Et qui post eum pro Israel in diebus Achaz, & Samuelis, ¶38 & ‖ Dauid pro contratione, & ‖ Salomō pro eis qui venerunt in sanctificatiōné, ¶39 Et ‖ Elias pro his qui pluuiam acceperunt, & pro mortuo vt viueret, ¶40 Et ‖ Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, & multi pro multis. ¶41 Si ergo modō quando corruptibile increuit, & iniustitia multiplicata est, & orauerūt iusti ꝓ impijs: quare & nūc sic non erit? ¶42 Et respondit ad me, & dixit, Præsens seculum non est finis, gloria in eo fre quens manet: propter hoc orauerunt pro inualidis. ¶43 Dies enim iudicii erit finis tēporis huius, & initium tēporis futuræ immortalitatis, in quo transiuit corruptela: ¶44 Soluta est intemperantia, abscissa est incredulitas: creuit autem iustitia, orta est veritas. ¶45 Tūc enim nemo poterit saluare eū qui perijt, neque demergere qui vicit. Et respōdi, ¶46 Et dixi, Hic est sermo meus primus & nouissimus, quoniā melius erat nōn dare terrā Adam, vel quū iam dedisset, coercere eū vt nō peccaret. ¶47 Quid enim prodest hominibus in præsenti viuere in tristitia, & mortuos sperare punitionē? ¶48 O tu quid fecisti Adam? Si enim tu peccasti, nō est factus solius tuꝰ casus, sed & noster, qui ex te aduenimus. ¶49 Quid enim prodest nobis si promissum est nobis immortale tēpus: nos autem mortalia opera egimus? ¶50 Et quoniam prædicta est nobis perēnis spes: nos verò pessimi vani facti sumus. ¶51 Et quoniam repositæ sunt nobis habitacula sanitatis & securitatis: nos verò malè cōuersati sumus. ¶52 Et quoniā repositа est gloria Altissimi protegete eos qui tarde cōuersati sunt: nos autē pessimis viis ambulauimus. ¶53 Et quoniam ostendetur paradi sus, cuius fructꝰ incorruptꝰ perseuerat, in quo est securitas & medela: ¶54 Nos verò non ingredlemur: in ingratis enim locis cōuersati sumus. ¶55 Et quoniā super stellas fulgebunt facies eorum qui abstinentiā habuerunt: nostræ autem facies super tenebras nigræ. ¶56 Non enim cogitauimus viuentes quādo iniquitatem faciebamus, quōd incipiemus post mortem pati. ¶57 Et respōdit, & dixit, Hoc est cogitamentum certaminis quod certabit qui super terrā natus est homo, ¶58 Vt si victus fuerit, patiatur quod dixisti: si autē vicerit, recipiet quod dico: ¶59 Quoniam hæc est vita quam Moyses dixit quum viueret, ad populum, dicēs, ‖ Elige tibi vitam, vt viuas. ¶60 Non crediderunt autē ei, sed nec post eū prophetis: sed nec mihi qui locutus sum ad eos, ¶61 Quoniam nō esset tristitia in perditionem eorum, sicut futurum est gaudium super eos, quibus persuasa est salus. ¶62 Et respōdi, & dixi, Scio Domine, quoniam vocatus est Altissimus misericors in eo, quōd misereatur his qui nondum in seculo aduenerunt, ¶63 Et quōd misereatur illis qui cōuersionem faciunt in lege eius. ¶64 Et longanimis est: quoniam longanimitatem præstat his qui peccauerunt quasi suis operibus. ¶65 Et munificus est: quoniam quidē donare vult pro exigentiis. ¶66 Et multæ misericordiæ: quoniam multiplicat magis misericordias his qui præsentes sunt, & qui præterierunt, & qui futuri sunt. ¶67 Si enim non multiplicauerit misericordias suas, non viuificabitur seculū cum his qui inhæreditabāt in eo. ¶68 Et donat: quoniā si non donauerit de bonitate sua, vt alleuētur hi qui iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non poterit decies milesima pars viuificari hominum. ¶69 Et iudex si non ignouerit his qui curati sunt verbo eius, & deleuerit multitudinem contentionum: ¶70 Non fortassis derelinqueretur in innumerabili multitudine, nisi pauci valde.

CAP. VIII.

ET respondit ad me, & dixit, Hoc seculū fecit Altissimus propter multos, futurū autem propter paucos. ¶1 Dicam autem coram te simlitudinem Esdra. Quomodo autē interrogabis terram, & dicet tibi, quoniā dabit terram multam magis vnde fiat fictile. paruū autem puluerem vnde aurum fit: sic & actus præsentis seculi. ¶2 ‖ Multi quidē creati sunt, pauci autem saluabuntur. ¶3 Et respondi, & dixi, Absorbe ergo anima sensum, & deuora quod sapit. ¶4 Conuenisti enim obaudire, & prophetare volens. Nec enim tibi datum est spatium, nisi solummodo viuere. ¶5 O Domine, si non permittes seruo tuo vt oremus corā te, & des nobis semen cordi, & sensui cultura vnde fructus fiat, vnde viuere possit omnis corruptus, qui portabit locū hominis? ¶6 Solus enim es, & vna plasmatio nos sumus manuū tuarum, sicut locutus es: ¶7 Et quomodo nunc in matrice plasmatum est corpus, & præstas membra: conseruatur in igne & aqua tua creatio: &

Deut.30.d.16.

Rom.2.a.4.

Matt.10.b.16. & 22.b.16.

nonem menſibus patitur tua plaſmatio tuam
creaturam quæ in ea creata eſt: ¶9 Ipſum autẽ
quod ſeruat, & quod ſeruatur, vtraque ſeruabuntur: ſeruatáque quandoque literum reddit
matrix, quæ in ea creuerunt. ¶10 Imperaſti enim ex ipſis mẽbris, hoc eſt mamillis præbere lac fructui mamillarum, ¶11 Vt nutriatur id
quod plaſmatum eſt vſque in tẽpus aliquod,
& poſtea diſponas eũ tuæ miſericordiæ. ¶12 Nutriſti eũ tua iuſtitia, & erudiſti eum in lege
tua, & corripuiſti eũ tuo intellectu: ¶13 Et mortificabis eum, vt tuam creaturam: & viuificabis
eum, vt opus tuum. ¶14 Si ergo perdideris eum
qui tantis laboribus plaſmatus eſt: tuo iuſſu facile eſt ordinari, vt & id quod fiebat ſeruatetur. ¶15 Et nunc Domine dicã, de omni homine tu magis ſcis: de populo autem tuo, ob quẽ
doleo: ¶16 Et de hæreditate tua, propter quam
lugeo: & propter Iſrael, propter quem triſtis
ſum: & de Iacob, propter quem doleo: ¶17 Ideo
inciplam orare corã te pro me, & pro eis: quoniã video lapſus noſtros qui inhabitamus terram. ¶18 Sed audiui celeritatem iudicij qui futurus eſt. ¶19 Ideo audi vocem meam, & intelli-
lige ſermonem meũ, & loquar coram te. Initium verborũ Eſdræ priuſquam aſſumeretur:
¶20 Et dixi, Domine qui inhabitas ſeculũ, cuius oculi elenati in ſuperna & aere: ¶21 Et cui
thronus inæſtimabilis, & gloria incomprehenſibilis: cui aſtat exercitus Angelorum cum tremore, ¶22 Quorũ ſeruatio in vento & igni cõuertitur: cuius verbum verum, & dicta perſeuerantia: ¶23 Cuius iuſſio fortis, & diſpoſitio terribilis: cuius aſpectus arefacit abyſſos, & indignatio tabeſcere facit montes, & veritas teſtificatur: ¶24 Exaudi orationem ſerui tui, & auribus percipe precationẽ figmenti tui. ¶25 Dum
enim viuo, loquar: & dum ſapio, reſpondebo.
¶26 Nec reſpicias populi tui delicta, ſed qui ti
bi in veritate ſeruiunt. ¶27 Nec intẽdas impia
gẽtium ſtudia, ſed qui tua teſtimonia cum doloribus cuſtodierũt. ¶28 Nec cogites qui in cõſpectu tuo falſe cõuerſati ſunt, ſed memorare
qui ex voluntate tua timorem cognouerunt.
¶29 Neque voluerîs perdere, qui pecudum mores habuerunt: ſed reſpicias eos qui legẽ tuam
ſplẽdide docuerunt. ¶30 Nec indigneris eis qui
beſtiis peiores iudicati ſunt: ſed diligas eos qui
ſemp in tua iuſtitia cõſiduũt. & gloria. ¶31 Quoniã nos & patres noſtri talibus morbis lãgue-
mus: tu autem propter nos peccatores miſericors vocaberis. ¶32 Si enim deſyderaueris vt nos
ſtri miſerearis, tũc miſericors vocaberis, nobis
autem nõ habentibus opera iuſtitiæ. ¶33 Iuſti
enim, quib' ſunt opera multa repoſita, ex propriis operibus recipient mercedem. ¶34 Quid
eſt enim homo, vt ei indigneris: aut gen' corruptibile, vt ita amarus ſis de ipſo? ¶35 In ve-
ritate enim nemo de gentibus eſt qui non impiẽ
geſſit, & de cõſtentibus qui nõ deliquit. ¶36 In
hoc enim annuntiabitur iuſtitia tua, & bonitas
tua Domine, quum miſertus fueris eis qui non
habent ſubſtantiam bonorum operum. ¶37 Et
reſpondit ad me, & dixit, Recte locutus es alĩ-
qua: & iuxta ſermones tuos ſic & fiet. ¶38 Quoniam non verè cogitabo ſuper plaſma eorum
qui peccauerunt ante mortem, ante iudicium,
ante perditionem: ¶39 Sed iucundabor ſuper
iuſtorum figmentũ, & memorabor peregrinationis quoque, & ſaluationis, & mercedis recẽptionis. ¶40 Quo modo ergo locutus ſum, ſic
& eſt. ¶41 Sicut enim agricola ſerit ſuper terram ſemina multa, & plantationes multitudinis plantat, ſed nõ in tempore omnia quæ ſeminata ſunt, ſaluãtur, ſed nec omnia quæ plãtata ſunt, radicabunt: ſic & qui in ſeculo ſemi- Mat
nati ſunt, nõ omnes ſaluabũtur. ¶42 Et reſpõ- & 1
di, & dixi, Si inueni gratiam, loquar. ¶43 Quomodo ſemen agricolæ ſi nõ aſcenderit, aut nõ
acceperit pluuiam tuam in tẽpore, aut ſi corruptum fuerit multitudine pluuiæ: ¶44 Sic pe
rit & ſimiliter homo qui manibus tuis plaſmatus eſt, & tu ei imago nominatus: quoniam ſimílatus es ei, propter quem omnia plaſmaſti, & ſimílaſti ſemini agricolæ. ¶45 Nõ iraſcaris
ſuper nos, ſed parce populo tuo, & miſerere
hæreditati tuæ. tu autem creaturæ tuæ miſereris. ¶46 Et reſpondit ad me, & dixit, Quæ ſunt
præſentia præſentibus, & quæ futura futuris. D
¶47 Multum enim tibi reſtat, vt poſſis diligere
meam creaturam ſuper me: tibi autẽ frequẽter
& ipſi proximaui, iniuſtis autem nunquam.
¶48 Sed & in hoc mirabilis es corã Altiſſimo,
¶49 Quoniã humiliaſti te ſicut decet te: & nõ
iudicaſti te, vt inter iuſtos plurimum glorificeris. ¶50 Propter quod miſeriæ multæ & mi-
ſerabiles efficientur eis qui habitant ſeculũ in
nouiſſimis: quia in multa ſuperbia ambulauerunt. ¶51 Tu autem pro te intellige, & de ſimílibus tuis inquire gloriã. ¶52 Vobis enim aperta eſt paradiſus, plantata eſt arbor vitæ, præparatum eſt futurum tempus, præparata eſt abundantia, ædificata eſt ciuitas, probata eſt requies, perfecta eſt bonitas & perfecta ſapiẽtia.
¶53 Radix mali ſignata eſt à vobis: infirmitas,
& tinea à vobis abſconſa eſt: & in infernum fugit corruptio in obliuione. ¶54 Trãſierunt dolores, & oſtenſus eſt in fine theſaurus immortalitatis. ¶55 Noli ergo addicere inquirẽdo de
multitudine eorũ qui pereũt. ¶56 Nam & ipſi
accipientes libertatẽ, ſpreuerunt Altiſſimũ, & legem eius contempſerunt, & vias eius derelinquerunt. ¶57 Adhuc autem iuſtos eius cõculcauerunt, ¶58 Et dixerũt in corde ſuo nõ eſſe Pſ
Deum: & quidẽ ſcientes quoniam moriuntur. &
¶59 Sicut enim vos ſuſcipient quæ prædicta
ſunt: ſic eos ſtis & cruciatus, quæ præparata
ſunt. nõ enim voluit hominẽ diſperdi. ¶60 Sed
& ipſi qui creati ſunt, coinquinauerũt nomen
eius qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis vitã. ¶61 Quapropter iudiciũ meũ
modò appropinquat. ¶62 Quæ non omnibus
demonſtraui, niſi tibi, & tibi ſimílibus paucis.
Et reſpõdi, & dixi, ¶63 Ecce nunc Domine demonſtraſti mihi multitudinem ſignorum, quæ
incipies facere in nouiſſimis: ſed non demonſtraſti mihi quo tempore.

CAP. IX.

ET reſpondit ad me, & dixit, Metiens meti- A
re tempus in ſemetipſo: & erit, quum videris, quando tranſierit pars quædam ſignorum
quæ prædicta ſunt, ¶1 Tunc intelliges quoniã
ipſum eſt tempus, in quo incipiet Altiſſimus
viſitare ſeculum quod ab eo factum eſt. ¶2 Et Mat
quando videbitur in ſeculo motio locorum, & c.2
populorum turbatio. ¶4 Tunc intelliges quoniam de his erat Altiſſimus locutus à diebus



om.n.d.

Reg.3.c.4.6.
2.para.6.f.36.

Genes.4.a.4.

quí fuerunt ante te ab initio. ¶5 Sicut enim omne quod factum est in seculo initium habet, pariter & consummationem, & consummatio est manifesta: ¶6 Sic & Altissimi tempora initia habét manifesta in prodigiis & virtutibus, & consummationes in actu & in signis. ¶7 Et erit, omnis qui saluus factus fuerit, & qui potest effugere per opera sua ‖ & per fidem, in qua credidistis, ¶8 Relinquetur de prædictis pericu lis, & videbit salutare meum in terra mea, & in finibus meis, quoniã sanctificaui me à seculo. ¶9 Et tunc miserebuntur qui nunc abusi sunt vias meas: & in tormentis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in conceptu. ¶10 Qui enim non cognouerunt me, viuentes beneficia cõsecuti: ¶11 Et qui fastidierũt legem meam, quum adhuc erant habentes libertatem, & quum adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus non intellexerũt, sed spreuerũt: ¶12 Hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere. ¶13 Tu ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo impij cruciabũtur: sed inquire quomodo iusti saluabuntur, & quorum seculũ. & propter quos seculũ, & quando. ¶14 Et respõdi, & dixi, ¶15 ‖ Olim locutus sum, & nũc dico, & postea dicam: quoniã plures sunt qui pereunt, quàm qui saluabũtur: ¶16 Sicut multiplicatur fluctus super guttam. Et respondit ad me, & dixit, ¶17 Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturæ: & qualis operator, talis & creatio: & qualis agricola, talis cultura: quoniã tempus erat seculi. ¶18 Et nunc quum essem paratus his qui nunc sunt, antequã fieret seculum, in quo habitarent: & nemo mihi cõtradixit. ¶19 Tunc enim quisq; & nunc creator in mundo hoc parato. & messe indeficienti, & lege inuestigabili corrupti sunt mores eorum. ¶20 Et cõsyderaui seculũ, & ecce erat periculum propter cogitationes quæ in eo aduenerunt. ¶21 Et vidi, & peperci ei valde: & seruaui mihi acinũ de botro, & plantationem de tribu multa. ¶22 Pereat ergo multitudo quæ sine causa nata est, & seruetur acinus meus, & plãtatio mea: quia eũ multo labore perfeci. ¶23 Tu autem si adhuc intro mittas septem dies alios, sed non ieiunabis in eis: ¶24 Ibis in campũ florum, vbi domus non est ædificata: & mãducabis solummodo de floribus campi, & carnem non gustabis, & vinum non bibes, sed solummodo flores. ¶25 Depreca re Altissimum sine intermissione, & veniam, & loquar tecum. ¶26 Et profectus sum, sicut dixit mihi, in campum, qui vocatur Ardath, & sedi ibi in floribus. & de herbis agri manducaui, & facta est esca earum mihi in saturitatẽ. ¶27 Et factum est post dies septem, & ego discumbebam supra fœnum, & cor meum iterum turbabatur sicut ante. ¶28 Et apertum est os meum, & inchoaui dicere coram Altissimo, & dixi, ¶29 ‖ O Domine, te nobis ostẽdens ostensus es patribus nostris in deserto, quod nõ calcatur, & infructuoso, quando erant exeuntes de AEgypto: & dicens dixisti, ¶30 Tu Israel audi me, & semẽ Iacob intẽde sermonibus meis. ¶31 Ecce enim ego semino in vobis legem meam, & faciet in vobis fructũ, & glorificabimini in eo per seculum. ¶32 Nam patres nostri accipientes legem, non seruauerunt, & legitima mea non custodierunt, & factus est fructus legis nõ

parens: nec enim poterat, quoniam tuus erat. ¶33 ‖ Nam qui acceperunt, perierunt, non custodientes quod in eis seminatũ fuerat. ¶34 Et ecce, consuetudo est, vt quum acceperit terra semen, vel nauem mare, vel vas aliquod escam vel potum: quũ fuerit exterminatũ id, in quo seminatũ est, vel in quod missum est: ¶35 Simul id quod seminatum, vel missum est, vel quæ susceptа sunt, exterminãtur, & susceptа iam nõ manent apud nos. sed nobis sic nõ factum est. ¶36 Nos quidem qui legem accepimus, peccantes periuimus, & cor nostrũ quod suscepit eã: ¶37 ‖ Nam lex nõ periit, sed permansit in suo labore. ¶38 Et quum loqueret hæc in corde meo, respexi oculis meis, & vidi ‖ mulierem in dextera parte. & ecce hæc lugebat, & plorabat cũ voce magna, & animo dolebat valde, & vestimẽta eius discissa, & cinis super caput eius. ¶39 Et dimisi cogitatus, in quibus eram cogitans, & conuersus sum ad eã, & dixi ei, ¶40 Vt quid fles? & quid doles animo? Et dixit ad me, ¶41 Dimitte me Domine meus, vt defleam me, & adiiciam dolorem: quoniam valde amaro sum animo, & humiliata sum valde. ¶42 Et dixi ei, Quid passa es? dic mihi. Et dixit ad me, ¶43 Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritum annis triginta. ¶44 Ego enim per singulas horas, & per singulos dies, & annos hos triginta deprecor Altissimum nocte ac die. ¶45 Et factũ est, post triginta annos exaudiuit me Deus ancillam tuam, & vidit humilitatem meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mihi filium: & iucundata sum super eum valde ego, & vir meus, & omnes ciues mei, & honorificabamus valde Fortem. ¶46 Et nutrii eum cum labore multo. ¶47 Et factum est, quum creuisset, & veniisset accipere vxorem, feci diem epuli.

## CAP. X.

ET factum est, quũ introisset filius meus in thalamo suo, cecidit, & mortuus est: ¶2 Et euertimus omnes lumina, & surrexerũt omnes ciues mei ad cõsolandum me, & quieui vsque in alium diẽ vsq; nocte. ¶3 Et factum est, quũ omnes quieuissent vt me cõsolarentur vt quiescerẽ: & surrexi nocte, & fugi: & veni sicut vides in hoc campo: ¶4 Et cogito iam nõ reuerti in ciuitatẽ, sed hic consistere: & neque mãducare, neque bibere, sed sine intermissione iugete, & ieiunare vsque dum moriar. ¶5 Et dereliqui sermones in quibus eram, & respondi cum iracundia ad eam, & dixi, ¶6 Stulta super omnes mulieres, non vides luctum nostrum, & quæ nobis contingunt? ¶7 Quoniam Sion mater nostra omni tristitia contristatur, & humilitate humiliata est, & luget validissime. ¶8 Et nunc quoniam omnes lugemus, & tristes sumus: quoniam omnes contristati sumus, tu autem contristaris in vno filio? ¶9 Interroga enim terram, & dicet tibi: quoniã hæc est, quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinantium. ¶10 Et ex ipsa ab initio omnes nati, & alii venient: & ecce, penè omnes in perditionem ambulant, & exterminium sit multitudo eorum. ¶11 Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit, quàm tu, quæ pro vno doles? Si autem dicis mihi, ¶12 Quoniam non est planctus meus similis terræ: quoniam fructum ventris

Exod.31.f.18.

D

esa.48.a.
2.timot.1.a.
1.10.d.44.

A

C

mei perdidi, quem cum mœroribus peperi, & cum doloribus genui: ¶12 Terra autem secundum viã terræ, ablitque in ea multitudo præsens, quo modo euenit: & ego tibi dico, ¶14 Sicut tu cum labore peperisti, sic & terra dat fructum suum homini ab initio ei qui fecit eam. ¶15 Nunc ergo retine apud temetipsam dolorem tuũ, & fortiter fer qui tibi contigerunt casus. ¶16 Si enim iustificaueris terminum Dei, & consilium suum recipies in tempore, & in talibus collaudaberis. ¶17 Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuum. Et dixit ad me, ¶18 Non faciam, neque ingrediar ciuitatẽ, sed hic moriar. ¶19 Noli facere hunc sermonem, sed consenti persuadenti. Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorẽ Ierusalẽ. ¶21 Vides enim quoniam sanctificatio nostra deserta effecta est, & altare nostrum demolitum est, & templum nostrum destructũ est. ¶22 Et psalteriũ nostrum humiliatum est, & hymnus conticuit, & exultatio nostra dissoluta est, & lumen candelabri nostri extinctum est, & arca testamenti nostri direpta est, & sancta nostra cõtaminata sunt, & nomen quod inuocatum est super nos, penè prophanatum est: & liberi nostri cõtumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitatem abierunt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt, & mulieres nostræ vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt, & paruuli nostri perditi sunt, & iuuenes nostri seruierunt, & fortes nostri iuuenili dẽ facti sunt: ¶23 Et quod omnium maius, lignaculum Sion, quoniã resignata est de gloria sua. nam & tradita est in manibus eorum qui nos oderunt. ¶24 Tu ergo excute tuam tristitiam multam, & depone abs te multitudinem dolorum, vt tibi repropitietur Fortis, & requiem faciet tibi Altissimus requietionem laborum. ¶25 Et factum est, quum loquebar ad eam, facies eius fulgebat subitò & species, coruscẽ fiebat visus eius, vt essem pauens valde ad eam, & cogitarem quid esset hoc. ¶26 Et ecce, subitò emisit os uitum vocis magnum timore plenum, vt commoueretur terra à mulieris sono. & vidi: ¶27 Et ecce, amplius mulier non cõparebat mihi, sed ciuitas ædificabatur, & locus demonstrabatur de fundamentis magnis: & timui, & clamaui voce magna, & dixi, ¶28 Vbi est Vriel Angel', qui ſũ principio venit ad me? quoniã ipse me fecit venire in multitudine in excessu mentis huius, & factus est finis meus in corruptionẽ, & oratio mea in improperium. ¶29 Et quum essem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vidit me: ¶30 Et ecce eram positus vt mortuus, & intellectus meꝰ alienatus erat, & tenuit dexteram meam, & confortauit me, & statuit me super pedes meos, & dixit mihi, ¶31 Quid tibi est? & quare conturbatus est intellectus tuus, & sensus cordis tui? & quare conturbaris? Et dixi, ¶32 Quoniam dereliquisti me, & ego quidem feci secundum sermones tuos, & exiui in campum: & ecce vidi, & video quod non possum enarrare. Et dixit ad me, ¶33 Sta vt vir, & commonebo te. Et dixi, ¶34 Loquere Domine meus tu in me, noli me derelinquere, vt nõ frustra moriar: ¶35 Quoniã vidi quæ non sciebã, & audio quæ nõ scio. ¶36 Aut munquid sensus meus fallitur, & anima mea somniat? ¶37 Nũc ergo deprecor te, vt demonstres seruo tuo de excessu hoc. Et respõdit ad me, & dixit, ¶38 Audi me, & docebo te, & dicam tibi de quibus times: quoniam Altissimus reuelauit tibi mysteria. ¶39 Vidit rectam viam tuam, quoniam sine intermissione contristaberis pro populo tuo, & valde lugebas propter Siõ. ¶40 Hic ergo intellectus visionis quæ tibi apparuit ante paululum. ¶41 Quam vidisti lugentem, inchoasti consolari eam. ¶42 Nunc autẽ iam specie mulieris non vides, sed apparuit tibi ciuitas ædificari: ¶43 Et quoniã enarrabat tibi de casu filii sui, hæc absolutio est, ¶44 Hæc mulier quã vidisti, hæc est Sion: & quoniam dixit tibi quam & nunc conspicies, vt ciuitatem ædificatam. ¶45 Et quoniam dixit tibi, quia sterilis fuit triginta annis: propter quod erant anni sterilis fuit triginta, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata. ¶46 Et factum est post annos triginta, ædificauit Salomon ciuitatem, & obtulit oblationes: tunc fuit quãdo peperit sterilis filium. ¶47 Et quod tibi dixit, quoniam nutrijuit eum cum labore: hoc erat, habitatio in Ierusalem. ¶48 Et quoniam dixit tibi, quòd filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset, & cõtigisset ei casus, hoc erat, quæ facta est ruina Ierusalem. ¶49 Et ecce, vidisti similitudinẽ eius: & quoniã filium lugeret, inchoasti consolari eã: & de his quæ contigerunt, hæc erant tibi aperienda. ¶50 Et nunc videt Altissimus, quoniam ex animo cõtristatus es, & quoniã ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatem gloriæ eius, & pulchritudinẽ decõris eius. ¶51 Propterea enim dixi tibi vt maneres in campo vbi domus nõ est ædificata. ¶52 Sciebam enim ego, quoniã Altissimꝰ incipiebat tibi ostẽdere hæc: ¶53 Propterea dixi tibi vt venires in agrũ vbi nõ est fundamentũ ædificii. ¶54 Nec enim poterat opus ædificii hominis sustineri in loco, vbi incipiebatur Altissimi ciuitas ostẽdi. ¶55 Tu ergo noli timere, neq; expauescat cor tuũ: sed ingredere, & vide splendorẽ & magnitudinem ædificii, quantũ capax est tibi visus oculorum videre: ¶56 Et post hæc audies quãtum capit auditus auriũ tuarum audire. ¶57 Tu enim beatus es præ multis, & vocatus es apud Altissimũ sicut & pauci. ¶58 Nocte autẽ quæ in crastinũ futura est, manebis hic: ¶59 Et ostendet tibi Altissimus eas visiones supremorum, quæ facturus est Altissimus his qui habitant super terram à nouissimis diebus. ¶60 Et dormiui illam noctẽ & aliam, sicut dixerat mihi.

## CAP. XI.

ET vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquilla, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria. ¶2 Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnem terrã, & omnes venti cæli insufflabant in eam, & colligebãtur. ¶3 Et vidi, & de pennis eius nascebantur contrariæ pennæ, & ipsæ fiebant in pẽnaculis minutis & modicis. ¶4 Nam capita eius erant quiescẽtia, & dimidium caput erat maius aliorum capitũ, sed ipsa quiescebat cum eis. ¶5 Et vidi, & ecce aquilla volauit in pẽnis suis, & regnauit super terram, & super eos qui habitant in ea. ¶6 Et vidi, quoniam subiecta erant ei omnia sub cælo, & nemo illi cõtradicebat, neque vnus de creatura quæ est super terrã. ¶7 Et vidi, & ecce surt-



Hebr. m. f. & 11. a.

4. Esdr. 4. b.

4. Esdr. 9. c.

rexit aquila super vngues suos, & misit vocem pennis suis, dicens, ¶8 Nolite omnes simul vigilare, dormite vnusquisque in loco suo, & per tempus vigilate. ¶9 Capita autē in nouissimo seruentur. ¶10 Et vidi, & ecce vox nō exibat de capitibus eius, sed de medietate corporis eius. ¶11 Et numeraui cōtrarias pennas eius, & ecce ipsæ erant octo. ¶12 Et vidi, & ecce à dextera parte surrexit vna penna, & regnauit super omem terrā. ¶13 Et factum est quum regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus eius: & sequens exurrexit, & regnabat. ipsa multum tenuit tēpus. ¶14 Et factum est quū regnaret, & veniebat finis eius, vt non appareret sicut prior. ¶15 Et ecce vox emissa est illi, dicēs, ¶16 Audi tu quæ tanto tempore tenuisti terram: hæc annuntio tibi antequam incipias nō apparere, ¶17 Nemo post te tenebit tempus tuū, sed nec dimidiū eius. ¶18 Et leuauit se tertia, & tenuit principatū sicut & priores: & non apparuit & ipsa. ¶19 Et sic cōtingebat omnibus aliis singulatim principatum gerere, & iterum nusquam comparere. ¶20 Et vidi, & ecce in tempore sequentes pennæ erigebantur à dextera parte, vt tenerent & ipsæ principatū: & ex his erāt quæ tenebant, sed tamen statim non comparebant. ¶21 Nam & aliquæ ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum. ¶22 Et vidi post hæc, & ecce non cōparuerūt duodecim pēnæ, & duo pennacula: ¶23 Et nihil fuerat in corpore aquilæ, nisi duo capita quiescentia, & sex pennacula. ¶24 Et vidi, & ecce sex pēnaculis diuisæ sunt duæ, & manserunt sub capite quod est ad dexterā partē. Nam quatuor manserunt in loco suo. ¶25 Et vidi, & ecce subalares cogitabant se erigere, & tenere principatus. ¶26 Et vidi, & ecce vna erecta est, sed statim nō comparuit. ¶27 Et secūdæ velocius quàm priores nō comparuerunt. ¶28 Et vidi, & ecce duæ quæ superauerunt, apud semetipsas cogitabāt & ipsæ regnare: ¶29 Et in eo quū cogitarent, ecce vnū quiescentium capitum quod erat mediū, euigilabat. hoc enim erat duorum capitum maius. ¶30 Et vidi quoniam cōpleta sunt duo capita secum: ¶31 Et ecce conuersum est caput cū his qui cū eo erāt, & comedit duas subalates quæ cogitabāt regnare. ¶32 Hoc autē caput percon terruit omnem terrā, & dominabatur in ea his qui habitāt terrā cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas quæ fuerunt. ¶33 Et vidi post hæc, & ecce medium caput subitō nō comparuit, & hoc sicut alæ. ¶34 Superauerunt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnauerunt super terrā, & super eos qui habitant in ea. ¶35 Et vidi, & ecce deuorauit caput à dexteta parte illud quod à læua. ¶36 Et audiui vocē dicentē mihi. Conspice cōtra te, & consydera quod vides. ¶37 Et vidi, & ecce sicut leo consitatus de sylua rugiēs: & vidi quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit, dicēs, ¶38 Audi tu, & loquar ad te, & dicet Altissimus tibi. ¶39 Nōnne tu es qui superasti de quatuor animalibus, quæ fecerā regnare in seculo meo, & vt per eos veniret finis temporū eorū? ¶40 Et quartus veniēs deuicit omnia animalia quæ transierunt, & potentatu tenuit seculum cum tremore multo, & omnē orbem cum labore pessimo, & inhabitauit tot temporibus orbem terrarū cum dolo. ¶41 Et iudicasti terrā non cū veritate. ¶42 Tribulasti enim māsuetos. & læsisti quiescētes, & dilexisti mendaces, & destruxisti habitationes eorū qui fructificabāt, & humiliasti muros eorum qui te nō nocuerunt. ¶43 Et ascendit contumelia tua vsque ad Altissimum, & superbia tua ad Fortem. ¶44 Et respexit Altissimus superba tempora, & ecce finita sunt, & scelera eius cōpleta sunt. ¶45 Propterea non apparebis tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pessima, & capita tua maligna, & vngues tui pessimi, & omne corpus tuū vanū, ¶46 Vt refrigeretur omnis terra, & reuertatur libera de tua vi, & speret iudicium & misericordiam eius qui fecit eam.

CAP. XII.

ET factum est, dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam, & vidi: ¶1 Et ecce quod superauerat caput, & non cōparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eū trāierunt, & erectæ sunt, vt regnarent: & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum. ¶2 Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incendebatur, & expauescebat terra valde, & ego à tumultu & excessu mentis, & à magno timore vigilaui, & dixi spiritui meo, ¶3 Ecce tu præstitisti mihi hoc in eo, quòd scrutaris vias Altissimi. ¶4 Ecce adhuc fatigat* sum animo, & spiritu meo inualidus sum valde. & nec modica est in me virtus à multo timore quam expaui nocte hac. ¶5 Nunc ergo orabo Altissimum, vt me confortet vsque in finem. ¶6 Et dixi, Domi nator Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, & si iustificatus sum apud te præ multis, & si certè ascēdit deprecatio mea ante faciem tuam, ¶7 Conforta me, & ostende seruo tuo mihi interpretationē & distinctionem visus hor ribilis huius, vt plenissime consoleris animam meam. ¶8 Dignum enim me habuisti ostēdere mihi temporum nouissima. Et dixit ad me, ¶9 Hæc est interpretatio visionis huius. ¶10 Aquilam quam vidisti ascendētem de mari, hoc est regnum quod visum est in visione Danieli fratri tuo. ¶11 Sed non est illi interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor. ¶12 Ecce dies veniunt, & exurget regnum super terram, & erit timor acrior omnium regnorū quæ fuerunt ante eum. ¶13 Regnabunt autem in ea reges duodecim, vnus post vnum. ¶14 Nā secundus incipiet regnare, & ipse tenebit amplius tēpus præ duodecim. ¶15 Hæc est interpretatio duodecim alarum quas vidisti. ¶16 Et quū audisti vocē quæ locuta est, nō de capitibus eius exeuntem, sed de medio corporis eius, ¶17 Hæc est interpretatio, quoniam post tempus regni illius nascentur contentiones non modicæ, & periclitabitur vt cadat: & non cadet tunc, sed iterum cōstituetur in suum initiū. ¶18 Et quoniam vidisti subalares octo cohærentes alis eius, ¶19 Hæc est interpretatio, exurgēt in ipso octo reges, quorum erunt tempora leuia, & anni elati, & duo quidem ex ipsis periēt. ¶20 Appropinquante autem tempore medio, quatuor seruabuntur in tempore, quum incipiet appropinquare tempus eius vt liniatur: duæ verò in finem seruabuntur. ¶21 Et quoniam vidisti tria capita quiescentia. ¶22 Hæc est interpretatio, in nouissimis eius suscitabit Altissimus tria

Daniel. 7.

regnu,& reuocabit in ea multa,& dominabuntur terrã: ¶24 Et qui habitãt in ea,cum labore multo super omnes qui fuerunt ãte hos: propter hoc ipsũ vocati sunt capita aquilæ. ¶25 Isti enim erũt qui recapitulabũt impletates el', & qui perficient nouissima eius. ¶26 Et quoniam vidisti caput maius non apparens,hæc est interpretatio eius, quoniã vnus ex eis super lectum suum morietur, & tamẽ cum tormẽtis. ¶27 Nam duo qui perseuerauerint,gladius eos comedet. ¶28 Vnius enim gladius comedet qui cum eo sed tamẽ hic gladio in nouissimis cadet. ¶29 Et quoniã vidisti duas subalares traiicientes super caput quod est in dextera parte, ¶30 Hæc est interpretatio, hi sunt quos cõseruauit Altissimus in fine suũ, hoc est regnũ exile, & turbationis plenum. ¶31 Sicut vidisti & leonẽ,quẽ vidisti de sylua exigilantẽ & rugientẽ,& loquẽtẽ ad aquilã,& arguẽtẽ eã,& iniustitias ipsius per omnes sermones eius sicut audisti: ¶32 Hic est ventus quẽ seruauit Altissim' in finẽ ad eos,& impietates ipsorũ,& arguet illos, & incutiet coram ipsis discerptiones eorũ. ¶33 Statuet enim eos in iudicio viuos: & erit,quũ arguerit eos, tunc corripiet eos. ¶34 Nam reliduum populum meum liberabit cum misericordia, qui saluati sunt super fines meos,& iucũdabit eos quoadusque veniet finis dies iudicii, de quo locutus sum tibi ab initio. ¶35 Hoc somnium quod vidisti,& hæ interpretationes. ¶36 Tu ergo solus dignus fuisti scire Altissimi secretum hoc.

¶37 Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti,& pone ea in loco abscondito: ¶38 Et docebis ea sapientes de populo tuo,quorum corda scis posse capere & seruare secreta hæc. ¶39 Tu autẽ adhuc sustine hic alios dies septẽ, vt tibi ostẽdatur quicquid visum fuerit Altissimo ostẽdere tibi. ¶40 Et profectus est à me. Et factum est,quũ audisset omnis populus quoniã perträierunt septẽ dies, & ego nõ fuissem reuersus in ciuitatem,& congregauit se omnis à minimo vsque ad maximũ: & venit ad me, & dixerunt mihi dicẽtes, ¶41 Quid peccauimus tibi,& quid iniuste egimus in te, quoniã derelinquẽs nos sedisti in loco hoc? ¶42 Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis,sicut botrus de vinea,& sicut lucerna in loco obscuro,& sicut portus & nauis saluata à tẽpestate. ¶43 Aut nõ sufficiũt nobis mala quæ cõtinguntẽ? ¶44 Si ergo tu nos dereliqueris,quanto nobis erat melius si essem' succẽsi & nos cum incẽdio Sion? ¶45 Nec enim nos fumus meliores eorum qui ibi mortui sunt. & plorauerũt voce magna. Et respõdi ad eos,& dixi, ¶46 Cõfide Israel,& noli tristari tu domus Iacob.

¶47 Est enim memoria vestri corã Altissimo, & Fortis non est oblitus vestri in tentatione. ¶48 Ego enim non dereliqui vos,neque excessi à vobis:sed veni in hunc locum, vt deprecarer pro desolatione Sion, vt quærerem misericordiam pro humilitate sanctificationis vestræ. ¶49 Et nunc ite vnusquisque vestrum in domum suam. & ego veniam ad vos post dies istos. ¶50 Et profectus est populus, sicut dixi. in ciuitatem: ¶51 Ego autem sedi in campo septẽ diebus, sicut mihi mandauit, & manducabam de floribus solummodo agri, & herbis facta est esca mihi in diebus illis,

CAP. XIII.

ET factum est post dies septem, & somnium A nocte. ¶1 Et ecce,de mari ventus exurgebat, vt contuberet omnes fluctus eius. ¶2 Et ecce vidi, & cõualescebat ille homo cum millibus cæli: & vbi vultũ suum vertebat vt cõsyderaret, tremebant omnia quæ sub eo videbantur: ¶4 Et vbicunq; exibat vox de ore eius, ardescebant omnes qui audiebant voces eius, sicut quiescit terra quando senserit ignem. ¶5 Et vidi post hæc, & ecce cõgregabatur multitudo hominum, quorum non erat numerus, de quatuor ventis cæli,vt debellarent hominẽ qui ascenderat de mari. ¶6 Et vidi,& ecce ipsimetipsi sculpserat montem magnum,& volauit super eũ. ¶7 Ego autẽ quæsiui videre regionẽ,vel locum vnde sculptus esset mons, & non potui. ¶8 Et post hæc vidi,& ecce,omnes qui congregati sunt ad eum, vt expugnarent eum,timebãt valde:tamen audebant pugnare. ¶9 Et ecce, vt vidit impetum multitudinis venientis,non leuauit manum suã, neque phramæa tenebat, neque aliquod vas bellicosum, nisi solummodò vt vidi, ¶10 Quoniam emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labiis eius spiritus flammæ, & de lingua eius emittebat scintillas & tempestates, & cõmista sunt omnia simul,hic flatus ignis,& spiritus flammæ, & multitudo tẽpestatis: ¶11 Et concidit super multitudinem in impetu,quæ præparata erat pugnare, & succẽdit omnes,vt subito nihil videretur de innumerabili multitudine,nisi solummodò puluis,& fumi odor: & vidi,& extimui. ¶12 Et post hæc vidi ipsum hominẽ descendentem de monte, & vocãtem ad se multitudinem aliam pacificam, ¶13 Et accedebat ad eum vultus hominum multorum quorundam gaudentium,quorundã tristantium: alqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. & ægrotauit à multitudine pauoris,& expergefactus sum,& dixi, ¶14 Tu ab initio demõstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti vt susciperes deprecationẽ meã: ¶15 Et nunc demõstra mihi adhuc interpretationẽ somnii huius. ¶16 Sicut enim existimo in sẽsu meo,væ qui derelicti fuerũt in die b illis:& multo plus væ his qui nõ sunt derelicti. ¶17 Qui enim nõ sunt derelicti,tristes erãt. ¶18 Intelligo nũc quæ sunt reposita in nouissimis diebus,& occurrent eis,sed & his qui derelicti sũt. ¶19 Propter hoc venerũt enim in periculo magna, & necessitates multas,sicut ostẽdit somnia hæc. ¶20 Attamẽ facilius est periclitãtẽ venire in hũc,quàm perträsire,sicut nubẽ à seculo,& nũc videre quæ cõtingũt in nouissimo. Et respondit ad me,& dixit, ¶21 Et visionis interpretationẽ dicãtibi:& de quibus locutus es,adaperiã tibi. ¶22 Quoniã de his dixisti qui derelicti sũt,hæc est interpretatio. ¶23 Qui aufert periculum illo tempore,hic se custodiuit,qui in periculo incidernnt,hi sunt qui habent opera & fidem ad Fortiss.mum. ¶24 Scito ergo quoniam magis beatificati sunt,qui dereliqui,super eos qui mortui sunt. ¶25 Hæ interpretationes vlsionis,quia vidisti virum ascendentem de corde maris, ¶26 Ipse est qui conseruat Altissimus multis temporibus, qui per semetipsum liberabit creaturam suam: & ipse

disponet, qui derelicti sunt. ¶17 Et quoniã vidisti de ore eius exire vt spiritum, & ignem, & tempestatem: ¶18 Et quoniã nõ tenebat phramæã, neque vas bellicosum: corrupit enim impetus eius multitudinẽ quæ venerat expugnare eum. hæc est interpretatio. ¶19 Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos qui super terram sunt: ¶20 Et veniet in exces-
7. su mẽtis super eos qui inhabitãt terrã. ¶21 ‖Et alii alios cogitabunt debellare: ciuitas ciuitatem, & locus locum, & gens aduersus gentem, & regnum aduersus regnum. ¶22 Et erit, quum fient hæc, & contingent signa quæ antè ostendi tibi: & tũc reuelabitur Filius meus, quem vidisti, vt virum ascendentem. ¶23 Et erit quãdo audierint omnes gentes vocem eius: & derelinquet vnusquisque in regione sua bellũ suum, quod habent ad alterutrum: ¶24 Et colligetur in vnum multitudo innumerabilis, sicut volẽtes venire, & expugnare eum. ¶25 Ipse autem stabit super cacumen mõtis Sion. ¶26 Sion autem veniet, & ostẽdetur omnibus parata & ædificata, sicut vidisti mõtem sculptũ sine manibus. ¶27 Ipse autẽ Filius meus arguet quæ adinuenerunt gentes, impietates eorum has quæ tempestãti appropinquauerunt propter mala cogitamenta eorum & cruciamẽta, quibus incipient cruciari: ¶28 Quæ assimilatæ sunt flammæ, & perdet eos sine labore per legem quæ igni assimilata est. ¶29 Et quoniam vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam, ¶30 Hæ sunt decem tribus, quæ captiuæ factæ sunt de terra sua in diebus Osee regis, quem captiuũ duxit ‖Salmanasar rex Assyriorum: & trãstulit eos trans flumen, & translati sunt in terram aliam. ¶31 Ipsi autẽ sibi dederunt cõsilium hoc vt derelinquerent multitudinem gentium, & proficiscerentur in vlteriorem regionem, vbi nũquam inhabitauit genus humanum: ¶32 Vel ibi obseruare legitima sua, quæ non fuerant seruantes in regione sua.
¶33 Per introitus autẽ angustos fluminis Euphratẽn introierunt. ¶34 Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & ‖statuit venas fluminis vsquequo transirent. ¶35 Per eam enim regionẽ erat via multa itineris, anni vnius & dimidii: nam regio illa vocatur Arsareth. ¶36 Tũc inhabitauerunt ibi vsque in nouissimo tempore: & nunc iterum quũ cœperint venire, ¶37 Iterum Altissimus statuet venas fluminis, vt possint transire: propter hæc vidisti multitudinẽ cum pace. ¶38 Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inueniuntur intra terminum meũ. ¶39 Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinẽ earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos qui superauerũt populum: ¶40 Et tunc ostẽdet eis multa plurima portẽta. ¶41 Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi ostẽde, propter quod vidi virũ ascẽdẽtem de corde maris. Et dixit mihi, ¶42 Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris: sic non poterit quisquæ super terrã videre Filium meũ, vel eos qui cũ eo sunt, nisi in tempore diei. ¶43 Hæc est interpretatio somnii quod vidisti. & propter quod illuminatus es hic solus. ¶44 Derelinquisti enim tuam, & circa meam vacasti legẽ, & quæsisti. ¶45 Vitam enim tuã disposuisti in sapiẽtia, & sensum tuum vocasti matrem: ¶46 Et propter hoc ostendi tibi merces apud Altissimum, erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponã tibi grauia & mirabilia. ¶47 Et profectus sum. & trãsij in cãpũ, multũ gloriũcãs & laudãs Altissimũ de mirabilibus quæ per tempus faciebat: ¶48 Et quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt in tẽporibus illata: & sedi ibi tribus diebus.

CAP. XIIII.

ET factum est tertio die, & ego sedebã sub A
quercu. & ecce, vox exiuit cõtra me de rubo, & dixit, Esdra, Esdra. & dixi, ¶2 Ecce ego Domine. & surrexi super pedes meos. & dixit ad me, ¶3 Reuelãs reuelatus sum ‖super rubũ, Exod. 3. 2. 4.
& locutus sum Moysi, quando populus meus seruiebat in Ægypto, ¶4 Et misi eum, & eduxi eum super montem Sina, & detinebam eum apud me diebus multis: ¶5 Et enarrauí ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & finem: & præcepi ei, dicẽs, ¶6 Hæc in palãm facies verba, & hæc abscõdes. ¶7 Et nũc tibi dico. ¶8 Signa quæ demonstraui, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo repone ea: ¶9 Tu enim recipieris ab omnibus, cõuersaberis residuis cum consilio meo & cum similibus tuis, vsquequo finiatur tẽpora. ¶10 Quoniã seculum perdidit iuuẽtutem suã, & tẽpora appropinquant senescere. ¶11 Duodecim enim partibus diuisum est seculum, & trãsierunt ejus decima, & dimidiũ decimæ partis: ¶12 Supersunt autem eius post medium decimæ partis. ¶13 Nunc ergo dispone B
domum tuã, & corripe populum tuum, & cõsolare humiles eorum, & renuntia iam corruptelæ, ¶14 Et dimitte abs te mortales cogitationes, & projice abs te põdera humana, & exuere tã infirmã naturam, & repone in vnã partem molestissima tibi cogitamenta, & festinã trãsmigrare à tẽporibus his: ¶15 Quæ enim vidisti nunc cõtigisse mala, iterum horum deteriora facient. ¶16 ‖Quãtum enim inualuit fiet Matth. 24. 2.
seculum à senectute, tãtum multiplicabuntur 1. Iohan. 2. c. 18.
super inhabitãtes mala. ¶17 Prolõgauit enim se magis veritas, & appropinquauit mẽdacium. iam enim festinat venire, quam vidisti visionem. ¶18 Et respõdi, & dixi corã te Domine, ecce enim. ¶19 Ego abibo, sicut præcepisti mihi, & corripiã præsentẽ populum: qui autẽ iterum nati fuerint, quis cõmonebit? ¶20 Posium est ergo seculum in tenebris, & qui inhabitant in eo sine lumine. ¶21 Quoniam lex tua incẽsa est, propter quod nemo scit quæ à te facta sunt, vel quæ incipiẽt opera. ¶22 Si enim inueni in te gratiã, immitte in me Spiritũ sanctum, & scribam omne quod factum est in seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt possint homines inuenire semitã: & qui voluerint viuere in nouissimis, viuãt. ¶23 Et respõdit ad me, & dixit, Vadẽs cõgrega populum, & C
dices ad eos, vt nõ quærant te diebus quadraginta. ¶24 Tu autẽ præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Echanũ, & Asiel, quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter: ¶25 Et venias huc, & ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur quoadusque finiantur quæ incipies scribere. ¶26 Et tunc

persecutis quædã palã facies, quædam sapiẽti
bus absq; fe trades: in crastinum enim hac ho
ra incipies scribere. ¶17 Et profectus sum, fi
cut mihi præcepit, & cõgregaui omnẽ popu
lum, & dixi, ¶18 Audi Israel verba hæc: ¶19 Pe
regrinati sunt patres nostri ab initio in Ae-
gypto, & liberati sunt inde: ¶20 Et acceperunt
legẽ vitæ, quam nõ custodierunt, quam & vos
post eos transgressi estis: ¶21 Et data est vobis
terra in sortẽ, & terra Sion, & patres vestri, &
vos iniquitatem fecistis, & non seruastis vias
quas præcepit vobis Altissimus: ¶22 Et iustus
iudex quũ sit, ablatus est a vobis in tẽpore quod
donauerat. ¶23 Et nunc vos hic estis, & fratres
vestri introrsum vestrũ sunt. ¶24 Si ergo im-
peraueritis sensui vestro, & erudieritis cor ve-
strum, viui conservati eritis, & post mortẽ mi
sericordiam cõsequemini. ¶25 Iudicium enim
post mortẽ veniet, quãdo iterũ reuiuiscemus:
& tunc iustorum nomina parebunt, & impio-
rum facta ostẽdentur. ¶26 Ad me igitur nemo
accedat nũc, neq; requirat me vsque dies qua-
draginta. ¶27 Et accepi quinque viros, sicut
mãdauit mihi, & profecti sumus in cãpum, &
mãsimus ibi. ¶28 Et factus sum in crastinum,
& ecce vox vocauit me, dicens, Esdra, aperi os
tuum, & bibe quo te potauero. ¶29 Et aperui
os meũ, & ecce calix plenus porrigebatur mi-
hi, hoc erat plenũ sicut aqua: color autẽ eius
vt igni similis. ¶30 Et accepi, & bibi: & in eo
quum bibissem, cor meũ cruciabatur intelle-
ctu, & in pectus meum increscebat sapientia.
nam spiritus meus conseruabatur memoria.
¶31 Et apertum est os meum, & non est clau-
sum aplius. ¶32 Altissimus dedit intellectum
quinque viris, & scripserunt quæ dicebantur
excessiones noctis quas non sciebant. ¶33 No-
cte autem manducabant panẽ, ego autem per
diem loquebar, & per noctem non tacebam.
¶34 Scripti sunt autem per quadraginta dies
libri ducentiquatuor. ¶35 Et factum est quum
cõpleuissent quadraginta dies, locutus est Al-
tissimus, dicẽs, Priora quæ scripsisti, in palàm
pone, & legant digni & indigni: ¶36 Nouissi-
mos autem septuaginta conseruabis, vt tradas
eos sapientibus de populo tuo. ¶37 In his e-
nim est vena intellectus, & sapientiæ fons, &
scientiæ flumen. Et feci sic. CAP. XV.

Ecce loquere in aures plebis meæ sermo-
nes prophetiæ quos immisero in os tuũ,
dicit Dominus: ¶2 Et fac vt in charta scriba-
tur, quoniã fideles & veri sunt. ¶3 Ne timeas
a cogitationib' aduersum te, nec turbẽt te in-
credulitates dicẽtiũ. ¶4 Quoniã omnis incre-
dulus in incredulitate sua morietur. ¶5 Ecce
ego induco, dicit Dominus, super orbẽ terra-
rum mala, gladiũ, & famẽ, & mortẽ, & interi-
tum: ¶6 Propter quod superpolluit iniquitas
omnem terram, & adimpleta sunt opera no-
cia illorum. ¶7 Propterea dicit Dominus,
¶8 Iam non silebo de impietatibus eorũ quæ
irreligiose agunt, nec sustinebo in his quæ i-
niquè exercẽt: ecce sanguis innoxius & iustus
clamat ad me, & animæ iustorũ clamant per-
seueranter. ¶9 Vindicãs vindicabo illos, dicit
Dominus, & accipiam omnem sanguinẽ in-
noxiũ ex illis ad me. ¶10 Ecce populus meus
quasi grex ad occisiõne ducitur, iã nõ patiar
illũ habitare in Terra Aegypti: ¶11 Sed educã
eũ in manu potenti & brachio excelso, & per-
cutiam plaga sicut prius, & corrumpã omnẽ
terram eius. ¶12 Lugebit Aegyptus, & funda-
mẽta ei' plaga verberata, & castigatione quas
induxet ei Deꝰ. ¶13 Lugebũt cultores operãtes
terrã, quoniã deficiẽt semina eorũ ab vredine
& grãdine, & a sydere terribili. ¶14 Væ seculo,
& qui habitãt in eo: ¶15 Quia appropinquauit
gladius & cõtritio eorũ, & exurget gens cõtra
gẽtẽ ad pugnã, & rhõphæa in manibus eorũ.
¶16 Erit enim incõstabilitio hominibus, & alii
alijs inualescẽtes nõ curabũt regem suum, &
principes viæ gestorũ suorũ in potentia sua.
¶17 Concupiscet enim homo in ciuitatẽ ire, &
non poterit. ¶18 Propter superbiã enim eorũ
ciuitates turbabũtur, domus exterẽtur, homi-
nes metuẽt. ¶19 Nõ miserebitur homo proxi-
mum suũ ad iritũ faciẽdum domos eorũ in
gladiũ, ad diripiẽdas substãtias eorũ propter
tamẽ panis, & tribulationẽ multã. ¶20 Ecce e-
go conuoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad
me verẽdum, qui sunt ab Oriẽte, & ab Austro,
ab Euro, & a Libano, ad cõuertendos in se, &
reddere quæ dederũt illis: ¶21 Sicut faciunt vs-
que hodie electis meis, sic faciã & reddã in si-
nu eorum. Hæc dicit Dominus Deus, ¶22 Non
parcet dextera mea sup peccatores, nec cessa-
bit rhõphæa super effundẽtes sanguinem in-
noxiũ super terram. ¶23 Exiit ignis ab ira eius,
& deuorauit fundamenta terræ, & peccatores
quasi stramẽ incẽsum. ¶24 Væ eis qui peccãt,
& nõ obseruãt mandata mea: dicit Dominus.
¶25 Nõ parcã illis. Discedite filii a potestate.
nolite contaminare sanctificationem meam.
¶26 Quoniã nouit Dominus omnes qui delin-
quũt in illũ: propterea tradidit eos in mortẽ &
in occiũnẽ. ¶27 Iam enim venerãt super or-
bem terrarũ mala, & manebitis in illis. non e-
nim liberabit vos Deꝰ, propter quod peccastis
in eũ. ¶28 Ecce visio horribilis, & facies illius
ab Oriẽte. ¶29 Et exiẽt nationes draconũ Ara-
bum in curribus multis, & sicut flatus, eorum
numerus fertur super terrã, vt iam timeant &
trepidẽt omnes qui illos audiẽt. ¶30 Carmonii
infaniẽtes in ira, & exient vt apri de sylua, &
aduenient in virtute magna, & cõstabũt in pu-
gnam cum illis, & vastabũt portionem terræ
Assyriorũ. ¶31 Et post hæc superualescẽt dra-
cones natiuitatis suæ memores, & cõuertẽt se
cõspirantes in virtute magna ad perseqũdos
eos. ¶32 Isti turbabũtur & silebunt in virtute
illorũ, & cõuertẽt pedes suos in fugã. ¶33 Et
a Territorio Assyriorum subsessor obtidebit
eos, & consumet vnũ ex illis, & erit timor &
tremor in exercitu illorũ, & cõtentio in reges
ipsorum. ¶34 Ecce nubes ab Oriente, & a Sep-
tẽtrione vsq; ad Meridianũ, & facies earum
horrida valde, plena iræ & procellæ. ¶35 Et
collidẽt se inuicem, & collidẽt sydus copiosũ
super terram, & sydus illorũ, & erit sanguis a
gladio vsq; ad vẽtre. ¶36 Et fimꝰ hominis vs-
que ad subitramẽ cameli, & erit timor & tre-
mor multus super terrã, ¶37 Et horrebũt qui
videbunt iram illam, & tremor apprehendet
illos: & post hæc mouebuntur nimbi copiosi
¶38 A Meridiano & Septentrione, & portio
alia ab Occidente: ¶39 Et superinualescent
venti ab Oriente, & recludẽt eam, & nubem
quã susciꝑtauit in ira, & ad' ad faciẽdã exter-

Genes. 47. 2. 4.

Deut. 4. 2. 5, & 5. 2. 6.

Act. 7. 9.

Ezech. 3. 2. 2. Apoc. 10. b.

Apoca. 6. c. 10 & 19. 2. 1.

rationem ad Orientalem vētum & Occidentem violabitur. ¶40 Et exaltabūtur nubes magnæ & validæ plenæ iræ, & sydus, vt exterreant omnē terrā, & inhabitātes eam, & infundent super omnē locū altū & eminētē sydus terribile, ¶41 Ignē & grandinē, & rhōphæas volātes, & aquas multas, vt etiā impleantur omnes cāpi, & omnes riui plenitudine aquarum multarū. ¶42 Et demoliētur ciuitates, & muros, & mōtes, & colles, & ligna syluarū, & fœnum pratorū, & frumēta eorū. ¶43 Et transibunt cōstantes vsque Babylonē, & exterent eam: ¶44 Cōuenient ad ipsam, & circuibunt eam, & effundēt sydus & omnē irā super eam, & subibit puluis & fum' vsq; in cælum, & omnes in circuitu lugebūt eā: ¶45 Et qui sub ea remāserint, seruiēt his qui exteruerūt. ¶46 Et tu Asia cōcors in spē Babylonis, & gloria personæ eius: ¶47 Væ tibi misera propter quod assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione ad placēdum & gloriādū in amatoribus tuis, qui tecū cupierūt semp forniceari. ¶48 Odibilē imitata es in omnibus operibus eius, & in adinuētionibus eius: propterea dicit Deus, ¶49 Immittā tibi mala, viduitatē, paupertatē, & famē, & gladiū, & pestē, ad deuastādas domos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis suæ. ¶50 Sicut flos siccabitur, quū exurget ardor qui emissus est super te. ¶51 Infirmaberis vt paupcula plagata & castigata à mulieribus, vt nō possint te suscipere potentes & amatores. ¶52 Nūquid ego sic zelabor te, dicit Dominus, ¶53 Nisi occidisses electos meos in omni tēpore, exaltans percussionē manuū, & dicēs super mortē eorum quū inebriata esses, ¶54 Exorna speciē vultus tui? ¶55 Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, propter hoc redditionē accipies. ¶56 Sicut facies electis meis, dicit Dominus: sic faciet tibi Deus, & tradet te in malū. ¶57 Et nati tui fame interient: & tu rhōphæa cades, & ciuitates tuæ cōterentur, & omnes tui in cāpo gladio cadent. ¶58 Et qui sunt in montibus, fame peribunt, & manducabunt carnes suas, & sanguinē bibēt à fame pa nis & sitī aquæ. ¶59 Infelix per maria venies, & rursum accipies mala. ¶60 Et in transitu allident ciuitatē occisam, & exterent aliquā portionē terræ tuæ, & partē gloriæ tuæ exterminābūt, rursum reuertētes ad Babylonē subuersam. ¶61 Et demolita, eris illis pro stipula, & ipū erunt tibi ignis: ¶62 Et deuorabunt te & ciuitates tuas, terram tuam & montes tuos, omnes syluas tuas & lignum fructiferū igni comburent. ¶63 Filios tuos captiuos ducēt, & censum tuum in prædā habebunt, &, gloriā faciei tuæ exterminabunt.

CAP. XVI.

VAE tibi Babylon & Asia, væ tibi Aegypte & Syria. ¶1 Præcingite vos faccis & ciliciis, & plāgite filios vestros, & dolete: quoniā appropinquauit cōtritio vestra. ¶2 Immissus est vobis gladi', & quis est qui auertat illum? ¶3 Immissus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat illum? ¶4 Immissa sunt vobis mala, & quis est qui repellat ea? ¶5 Nunquid repellet aliquis leonē esurientē in sylua, aut extinguet ignē in stipula mox quando cœperit ardere? ¶6 Nunquid repellet aliquis sagittam à sagittario forti missam? ¶7 Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea? ¶8 Exiit ignis ex iracūdia eius, & quis est qui extinguat eū? ¶9 Coruscabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis nō pauebit? ¶10 Dominus cōminabitur, & quis nō funditus cōteretur à facie ipsius? ¶11 Terra tremuit & fundamēta ei': mare fluctuat de profundo, & fluctus eius disturbabūtur, & pisces eius à facie Domini, & à gloria virtutis eius: ¶12 Quoniā fortis dextera ei' quæ arcū tēdit: sagittæ ei' acutæ quæ ab ipso mittūtur, non deficiēt quū cœperint mittī in fines terræ. ¶13 Ecce mittūtur mala, & nō reuertētur, donec veniāt sup terrā. ¶14 Ignis succēditur, & nō extinguetur, donec cōsumat fundamēta terræ. ¶15 Quēadmodum nō redit sagitta missa à valido sagittario: tic nō reuertentur mala quæ missa fuerint in terram. ¶16 Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis diebus? ¶17 Initium dolorū & multi gemitus, iuitiū famis & multi interitus, initium bellorū, & formidabunt potestates, initium malorū, & trepidabūt omnes. ¶18 In his quid facia quū venerint mala? ¶19 Ecce fames & plaga & tribulatio & ægustia missa sunt flagella in emēdatione. ¶20 Et in his omnibus se nō cōuertent ab iniquitatibus suis, neq; flagellorū memores erunt semper. ¶21 Ecce, erit ānonæ vilitas super terrā, sic vt putēt sibi esse directā pacem, & tunc germinabunt mala super terram, gladius, fames, & magna cōfusio. ¶22 A fame enim plurimi qui inhabitant terrā interient, & gladius perdet cæteros qui superauerint à fame. ¶24 Et mortui sicut stercora proiicientur, & non erit qui consoletur eos. derelinquetur enim terra deserta, & ciuitates eius deliciētur. ¶25 Nō derelinquetur qui colat terrā, & qui seminet eā. ¶26 Ligna dabūt fructū, & quis vindemiabit illa? ¶27 Vua matura fiet, & quis calcabit illam? erit enim locis magna desertio. ¶28 Cupiet enim homo hominem videre, vel vocē eius audire. ¶29 Relinquētur enim de ciuitate decē, & duo de agro qui absconderint se in dēsis nemoribus, & scissuris petrarū. ¶30 Quēadmodū derelinquuntur in oliueto & singulis arboribus tres aut quatuor olluæ. ¶31 Aut sicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligēter vineā scrutātur: ¶32 Sic relinquētur in diebus illis tres aut quatuor ab scrutantibus domos eorum in rhōphæa. ¶33 Et relinquetur terra deserta, & agri eius inuetera bunt, & viæ eius & omnes semitæ eius germinabunt spinas, eo quōd non transient homines per eā. ¶34 Lugebunt virgines nō habentes sponsos lugebunt mulieres non habentes viros, lugebūt filiæ earum nō habētes adiutoria. ¶35 Sponsi earū in bello cōsumētur, & viri earum in fame exterētur. ¶36 Audite verō ista, & cognoscite ea serui Domini. ¶37 Ecce verbū Domini, excipite illud: ne diis eredatis de quibus dicit Dominus, ¶38 Ecce appropinquāt mala, & nō tardāt, ¶39 Quēadmodum prægnās quū parit in nono mēse filiū suū, appropinquāte hora partus eius āte horas duas vel tres, dolores circumeūt ventrē eius, & prodeūte infāte de vētre nō tardabūt vno pūcto. ¶40 Sic nō morabūtur mala ad prodeūdū super terrā, & seculū gemet, & dolores circūtene būt illud. ¶41 Audite verbū, plebs mea: parate

vos in pugnam, & in malis sic estote, quasi aduenæ terræ. ¶41 Qui vendit, quasi qui fugiat: & qui emit, quasi qui perditurus. ¶42 Qui mercatur, quasi qui fructum non capiat: & qui ædificat, quasi non habitaturus. ¶44 Qui seminat, quasi qui non metet: sic & qui vineam putat, quasi non vindemiaturus. ¶45 Qui nubunt, sic quasi filios non facturi: & qui non nubunt, sic quasi viduæ. ¶46 Propter quod qui laborât, sine causa laborât. ¶47 Fructus enim illorũ alienigenæ metêt, & substantiæ illorũ rapient, & domos euertêt, & filios eorũ captiuabunt, quia in captiuitate & fame generant natos suos.

¶48 Et qui negotiantur in rapina, quãtum diu exornant ciuitates & domos suas, & possessiones & personas suas, ¶49 Tãto magis adzelabor eos super peccata sua, dicit Domin⁹. ¶50 Quomodo zelatur fornicaria mulieré idoneã, & bonam valde, ¶51 Sic zelabitur iustitia iniquitatẽ quã exornat se, & accusat eã in facie, quã venerit qui defendat exquirenté omne peccatum super terram. ¶52 Propterea nolite similari ei, nec operibꝰ eius: ¶53 Quoniam adhuc pusillũ, & tolletur iniquitas à terra, & iustitia regnabit in vos. ¶54 Non dicat peccator se non peccasse: quoniam carbones ignis comburet super caput eius qui dicit, Non peccaui corã Domino Deo & gloria ipsius. ¶55 Ecce Dominus cognoscet omnia opera hominum, & adinuentiones illorum, & cogitationes illorum, & corda illorũ. ¶56 Dixit enim, Fiat terra, & facta est: fiat cælum, & factum est. ¶57 Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt, & nouit numerum stellarũ. ¶58 Qui scrutatur abyssum, & thesauros illarum: qui mensus est mare, & conceptum eius. ¶59 Qui cõclusit mare in medio aquarum, & suspendit terram super aquas verbo suo.

¶60 Qui extêdit cælum quasi cameram, super aquas fundauit eum. ¶61 Qui posuit in deserto fontes aquarum, & super verticé montium lacus ad emittendum flumina ab eminẽti pera, vt potaret terram. ¶62 Qui finxit hominẽ, & posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, vitam, & intellectum. ¶63 Et spiramen Dei omnipotẽtis qui fecit omnia, & scrutinat omnia abscõsa in abscõsis terræ. ¶64 Hic nouit adinuentionem vestram, & quæ cogitatis in cordibus vestris, peccantes, & volẽtes occultare peccata vestra. ¶65 Propter quod Dominus scrutinãdo scrutinauit omnia opera vestra, & traducet vos omnes. ¶66 Et vos confusi eritis quum processerint peccata vestra corã hominibus, & iniquitates erunt quæ accusatores stabũt in die illo. ¶67 Quid facietis? aut quomodo abscõdetis peccata vestra corã Deo & Angelis eius? ¶68 Ecce iudex Deus, timete eum. Definite à peccatis vestris, & obliuiscamini iniquitates vestras iam agere eas in sempiterno, & Deus educet vos, & liberabit de omni tribulatione. ¶69 Ecce enim incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapient quosdam ex vobis, & cibabunt idolis occisos: ¶70 Et qui cõsenserint eis, erunt illis in derisum, & in improperium, & in conculcationem. ¶71 Erit enim locis locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa super timentes Dominum. ¶72 Erũt quasi insani, nemini parcentes ad diripiẽdum & deuastandum adhuc timentes Dominum:

¶73 Quia deuastabunt & diripient substãtias, & de clombus suis eos eiicíẽt. ¶74 Tunc parebit probatio electorum meorum, vt aurũ quod probatur ab igne. ¶75 Audite dilecti mei, dicit Dominus: Ecce, adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos. ¶76 Ne timeatis, nec hæsitetis: quoniam Deus dux vester est. ¶77 Et qui seruat mandata & præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne præpõderent vos peccata vestra, ne, supereleuent se iniquitates vestræ. ¶78 Væ qui cõstringuntur à peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum agee constringitur à sylua, & spinis tegitur semita eius per quam non trãsit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

# Liber Tobiæ.

CAP. I.

1 Tobias captiuus, misericors, fugit idola. 9 Ducit vxorem Annam, ex qua Tobiam genera t, quem Deum docet. 17 Succurrit Gabelo egẽti. 23 Fugit à facie Sẽnacherib. 25 Reuertitur.

TObias ex tribu & ciuitate Nephthali, quæ est in superioribus Galilææ supra Naasson, post viam quæ ducit ad Occidẽtem, in sinistro habens ciuitatem Sephet.

¶2 Quum captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorũ, in captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit. ¶3 Intra vt omnia quæ habere poterat, quotidie cõtendebat captiuis fratribus, qui erat ex eius genere, impertiri. ¶4 Quúmque esset iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamen puerile gessit in opere. ¶5 Denique quum irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat cõsortia omnium. ¶6 Et perg ebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens, ¶7 Ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem declinationem. ¶8 Hæc & his similia secundum legem Dei puerulus obseruabat. ¶9 Quum verò factus fuisset vir, accepit vxorem Annam de tribu sua: genuitque ex ea filium, nomẽ suum imponẽs ei, ¶10 Quẽ ab infãtia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. ¶11 Igitur quum per captiuitatem deuenissẽt cum vxore sua & filio in ciuitatem Niniuẽ, cum omni tribu sua: ¶12 Et quum omnes ederent ex cibis gẽtilium, iste custodiuit animam suam, & nunquam contaminatus est in escis eorum. ¶13 Et quoniam memor fuit Domini in toto corde sũo, dedit illi Deus gratiam in cõspectu Salmanasar regis: ¶14 Et dedit illi potestatem quocunque vellet, ire, habens libertatem quæcunque facere voluisset.

¶15 Pergebat ergo ad omnes qui erãt in captiuitate, & monita salutis dabat eis. ¶16 Quũ autem venissẽt Rages in ciuitatẽ Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuissẽt decem talenta argenti: ¶17 Et quum in multa turba generis sui Gabelum egentẽ videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum põdus argenti. ¶18 Post multum

Eccli 23.e. Luc. 16.d.15. Genes. 1.a.1. Psal. 146.a.4.

verò tẽporis mortuo Salmanasar rege, quum regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo,
¶19 Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebatque vnicuique, prout poterat, de facultatibus suis. ¶20 Esurientes alebat, nudisque vestimẽta præbebat, & mortuos atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat. ¶21 Denique quum reuersus esset rex Sẽnacherib fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filiis Israel, ¶Tobias sepeliebat corpora eorum. ¶22 At vbi nuntiatum est regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius.
¶23 Tobias verò cũ filio suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebãt eum.
¶24 Post dies verò quadraginta quibus occiderunt regem filii ipsius. ¶25 Et reuersus est Tobias in domum suam, omnisque facultates eius restituta est ei. CAP. II.

1 Timentes Deum inuitat ad prandiũ. 3 Sepelit mortuos. 10 Efficitur cæcus. 13 A parentibus irridetur, quos increpat. 22 Vxor eleemosynas ei exprobrat.

POst hæc verò quum esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ, ¶2 Dixit filio suo, Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deum, vt epulentur nobiscum. ¶3 Quũque abiisset, reuersus nuntiauit ei vnum ex filiis Israel iugulatũ iacẽre in platea. Statimque exiliens de accubitu suo, relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: ¶4 Tollẽnsq; illud, portauit ad domum suam occulte, vt dũ sol occubuisset, cauterè sepeliret eum. ¶5 Quũque occultasset corpus, manducauit panem cum luctu & tremore, ¶6 Memorans illum sermonem quem dixit Dominus per Amos prophetã, ¶Dies festi vestri cõuertentur in lamentationem & luctum. ¶7 Quũ verò sol occubuisset, abiit, & sepeliuit eum. ¶8 Arguebant autẽ eum omnes proximi eius dicentes, Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos? ¶9 Sed Tobias plus timẽs Deum quàm regem: rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis noctibus sepeliebat ea. ¶10 Contigit autem vt quadã die fatigatus à sepultura, veniẽs in domũ suam, iactasset se iuxta parietẽ, & obdormisset: ¶11 Et ex nido hirundinũ dormienti illi calida stercora inciderẽt super oculos eius, fuitque cæcus. ¶12 Hanc autem tentationẽ ideo permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. ¶13 Nã quũ ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei: ¶14 Sed immobilis in Dei timore permãsit, agẽs gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. ¶15 Nã sicut beato Iob insultabãt, reges: ita isti parentes & cognati eius irridebant vitã eius, ¶16 Dicẽtes, Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? ¶17 Tobias verò increpabat eos, dicens, Nolite ita loqui, ¶18 Quoniam filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidẽ suam nunquã mutãt ab eo. ¶19 Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinum quoti die: & de labore manuum suarum victum quẽ consequi poterat, deferebat. ¶20 Vnde factum est vt hœdum caprarum acciperet, detulissetq; domi. ¶21 Cuius quum vocẽ balãtis vir eius audisset, dixit, ¶Videte ne fortè furtiua' sit: reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut cõtingere. ¶22 Ad hæc vxor eius irata respondit, ¶Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerunt. ¶23 Atque his, & aliis huiusce modi verbis exprobrabat ei. CAP. III.

1 Oratio Tobiæ. 7 Sara filia Raguelis patitur improperium ab ancilla. 10 Oratio Saræ cum ieiunio. ¶14 Eodem tempore Tobias & Sara exaudiuntur.

TVnc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis, ¶1 Dicens, Iustus es Domine, & omnia iudicia tua iusta sũt: & omnes viæ tuæ, misericordia, & veritas, & iudicium. ¶2 Et nũc Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parẽtum meorum. ¶4 Quoniam nõ obediumus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. ¶5 Et nunc Domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & non ambulauimus syncerite coram te. ¶6 Et nunc Domine secundum volũtatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. expedit enim mihi mori magis quàm viuere.
¶7 Eadem itaque die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperiũ ab vna ex ancillis patris sui, ¶8 Quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonij nomine Asmodæus occideret eos mox vt ingressi fuissent ad eam. ¶9 Ergo quum propter culpa sua increparet puellam, respondit et dicens, Amplius ex te non videamus filium aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum, ¶10 Nunquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septem viros? Ad hãc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ: & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neque bibit: ¶11 Sed in oratione perstitens cum lachrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberaret eam. ¶12 Factum est autem die tertia, dum compleret orationem, benedicẽs Dominum, ¶13 Dixit, Benedictum est nomen tuum Deus patrũ nostrorum: qui quũ iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. ¶14 Ad te Domine faciem meam cõuerto, ad te oculos meos dirigo. ¶15 Peto Domine vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certè desuper terrã eripias me. ¶16 Tu scis Domine quia nunquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia. ¶17 Nunquam cum ludentibus miscui me, neque cũ his qui in leuitate ambulant, participem me præbui. ¶18 Virum autem cum timore tuo, non cũ libidine mea cõsensi suscipere. ¶19 Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan mihi non fuerunt digni: quia forsitan viro alii conseruasti me. ¶20 Non est enim in hominis potestate consilium tuum,

Deut. 22. 3.

Iob 1. c. 9.

¶11 Hoc autē pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autē in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in correptione fuerit, ad misericordiā tuam venire licebit. ¶12 Nō enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum, exultationem infundis. ¶13 Sit nomen tuum Deus Israel benedictū in secula. ¶14 In illo tempore exaudite sunt preces amborū in conspectu gloriæ summi Dei: ¶15 & missus est Angel' Domini sāctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorū vno tēpore sunt orationes in cōspectu Domini recitatæ. CAP. IIII.

Præcepta quæ Tobias moriturus dat filio.

A Iitur quum Tobias putaret orationē suam exaudiri vt mori potuisset, vocauit ad se To biam filium suum. ¶2 Dixitque ei, Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum cōstitue. ¶3 Quum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorē habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. ¶4 Memor enim esse debes quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. ¶5 Quū autem & ipsa compleuerit tēpus vitæ suæ, sepelias eam circa me. ¶6 Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue ne aliquando peccato cōsentias, & prætermittas præcepta Domini Dei nostri. ¶7 Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. ¶8 Quomodo potueris, ita esto misericors. ¶9 Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter imperdire stude. ¶10 Præmium enim bonū tibi thesaurizas in die necessitatis, ¶11 Quoniā eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. ¶12 Fiducia magna erit coram summo Deo, eleemosyna omnibus facientibus eam. ¶13 Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. ¶14 Superbiā nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim iuitium sumpsit omnis perditio. ¶15 Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedē restitue, & mercedes mercenarii tui apud te omnino non remaneat. ¶16 Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquādo alteri facias. ¶17 Panē tuum cum esurientibus & egenis comede: & de vestimētis tuis nudos tege. ¶18 Panē tuum, & vinū tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo māducare, & bibere cum peccatoribus. ¶19 Cōsilium semper à sapiente perquire. ¶20 Omni tēpore benedic Deum: & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia cōsilia tua in ipso permaneant. ¶21 Indico etiam tibi fili mi, dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorū, & chirographum eius apud me habeo: ¶22 Et ideo perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo supra memoratum pondus argenti, & restituas ei chirographum suum. ¶23 Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, ¶sed multa bona habebimus si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

CAP. V.

1 Tobias missus à patre in Rages ad Gabelum, quærit socium itineris, & ei Angelus Raphael occurrit, à quo deducitur.

IVnc respondit Tobias patri suo, & dixit, Omnia quæcunque præcepisti mihi, faciā pater. ¶2 Quomodo autem pecuniam hanc rea quirā, ignoro. Ille me nescit, & ego eum ignoro: quod ſguum dabo ei? sed neque viam, per quam pergatur illuc, aliquando cognoui. ¶3 Tunc pater suus respōdit illi, & dixit, Chirographum quidē illius apud me habeo: quod dum illi ostēderis, statim restituet. ¶4 Sed pergenūc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua: dum adhuc viuo, vt recipias eam. ¶5 Tunc egressus Tobias, inuenit iuuenem splendidum, stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. ¶6 Et ignorās quòd Angelus Dei esset, salutauit eum, & dixit, Unde te habemus bone iuuenis? ¶7 At ille respondit, Ex filiis Israel. Et Tobias dixit ei, Nosti viam quæ ducit in regionē Medorū? ¶8 Qui respōdit, Noui, & omnia itinera eius frequēter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrē nostrū qui moratur in Rages ciuitate Medorū, quæ posita est in mōte Ecbatanis. ¶9 Cui Tobias ait, Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nuntiē patri meo. ¶10 Tū ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum. ¶11 Ingressus itaque salutauit eum, & dixit, Gaudium tibi sit semper. ¶12 Et ait Tobias, Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non videō? ¶13 Cui alt iuuenis, Ord animo esto: in ꝓximo est vt à Deo cureris. ¶14 Dixit itaq; illi Tobias, Nūquid poteris perducere filium meum ad Gabelū in Rages ciuitatem Medorum? & quum redieris, restituā tibi mercedē tuam. ¶15 Et dixit ei Angelus, Ego ducā, & reducā eum ad te. ¶16 Cui Tobia respōdit, Rogo te, indica mihi de qua domo aut de qua tribu es tu? ¶17 Cui Raphael Angelus dixit, Genus quæris mercenarii: an ipsum mercenariū qui cū filio tuo eat? ¶18 Sed ne fortē solicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius. ¶19 Et Tobias respondit, Ex magno genere es tu. Sed peto ne iraſcaris quòd voluerim cognoscere genus tuū. ¶20 Dixit autem illi Angelus, Ego sanum ducam, & sanum tibi reducam filium tuum. ¶21 Respondens autem Tobias, ait, Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & Angelus eius comitetur vobiscum. ¶22 Tunc paratis omnibus quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo & matri suæ, & ambauerūt ambo simul. ¶23 Quāmque profecti essent, cœpit mater eius flere, & dicere, Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis. ¶24 Nunquam fuisset ipsa pecunia, pro qua missi sti eū. ¶25 Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus hoc, quòd videbamus filiū nostrum. ¶26 Dixitque ei Tobias, Noli flere, saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbūt illū. ¶27 Credo enim quòd Angel' Dei bonus comitetur ei, & bene disponat omnia quæ circa eū gerūtur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. ¶28 Ad hāc vocem cessauit mater eius flere, & tacuit,

Exod. 20. b. 21. Eccli 7. c. 29.

Prouer. 3. b. 9. Eccli 4. a. 2, & 14. b 13. Luc. 14. c. 13. Eccli 35. 2. 4.

Eccli 29. c. 15.

1. Thes. 4. a. 3.

Gen. 3. a. 5. Leuit. 19. c. 13. Deut. 24. c. 14.

Matth. 7. c. 12. Luc. 6. c. 31.

Luc. 14. c. 13.

Tob. 1. c. 17. a

Rom. 4. d. 17.

CAP. VI.

1 Tobias inuasus à pisce, liberatur ab Angelo: cuius monitu reseruat cor piscis, fel, & iecur. 11 Hortatur Raphael Tobiam ad cõiugium Saræ, & eum sanctitatem nuptiarum docet.

PRofectus est autem Tobias, & canis secutus est eum, & mansit prima mansione iuxta fluuiũ Tigris. ¶2 Et exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. ¶3 Quem expauescẽs Tobias clamauit voce magna, dicens, Domine, inuadit me. ¶4 Et dixit ei Angelus, Apprehende brãchiam eius, & trahe eum ad te. Quod quũ fecisset, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. ¶5 Tunc dixit ei Angelus, Exenterа hunc piscem: & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. ¶6 Quod quum feciſſet, assauit carnes eius, & secum tulerunt in via: cætera salierunt quæ sufficerent eis, quousque peruenirẽt in Rages ciuitatem Medorum. ¶7 Tunc interrogauit Tobias Angelum, & dixit ei, Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi quod remedium habebunt ista quæ de pisce seruare iussisti? ¶8 Et respõdens Angelus, dixit ei, Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorũ, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltrà non accedat ad eos. ¶9 Et fel valet ad vngendos oculos in quibus fuerit albugo, & sanabũtur. ¶10 Et dixit ei Tobias, Vbi vis vt maneamus? Respondẽsq; Angelus, ¶11 Ait, Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram, sed neque masculum, neque fœminam vllam habet aliam præter eam. ¶12 Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem. ¶13 Fete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem. ¶14 Tunc respondit Tobias, & dixit, Audio quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmonium occidit illos. ¶15 Timeo ergo ne fortè & mihi hæc eueniant: & quum sim vnicus parentibus meis, deponam senectum illorum cum tristitia ad inferos. ¶16 Tunc Angelus Raphael dixit ei, Audi me, & ostendã tibi qui sunt quibus prævalere potest dæmonium. ¶17 Hi nanque qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. ¶18 Tu autẽ quum acceperis eam, ingressus cubiculũ, per tres dies cõtinens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea. ¶19 Ipsa autem nocte, incenso iecore piscis, fugabitur dæmonium. ¶20 Secunda verò nocte, in copulatione sanctorum patriarcharum admitteris. ¶21 Tertia autem nocte benedictionem consequeris, vt filii ex vobis procreentur lucolumes. ¶22 Trãsacta autem tertia nocte, accipies virginẽ cum timore Domini, amore filiorum magis quàm libidine ductus, vt in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.

CAP. VII.

1 Tobias à Raguele hospitio suscipitur: cuius filiam sibi dari in vxorem petit. 12 Eam tradit ei Raguel. 15 Benedictio coniugalis. 17 Conuiuium nuptiale cum laude Dei.

INgressi sunt autem ad Raguelem, & suscepit eos Raguel cum gaudio. ¶2 Intuẽnsque Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori suæ, Quam similis est iuuenis iste consobrino meo. ¶3 Et quum hæc dixisset, ait, Vnde estis iuuenes fratres nostri? At illi dixerunt, Ex tribu Nephthali sumus, ex captiuitate Niniue. ¶4 Dixitque illis Raguel, Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerũt, Nouimus. ¶5 Quũque multa bona loqueretur de eo, dixit Angelus ad Raguelem, Tobias, de quo interrogas, pater istius est. ¶6 Et misit se Raguel, & cum lachrymis osculatus est eum, & plorans super collum eius, ¶7 Dixit, Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es. ¶8 Et Anna vxor eius, & Sara ipsorũ filia lachrymatæ sunt. ¶9 Postquam autem locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietẽ, & parari cõuiuium. Quúmque hortaretur eos discumbere ad prandium, ¶10 Tobias dixit, Hic ego hodie non manducabo neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Sarã filiã tuam, ¶11 Quo audito verbo Raguel expauit, sciens quid euenerit illis septẽ viris qui ingressi sunt ad eam: & timere cœpit ne fortè & huic similiter contingeret. Et quum nutaret, & non daret petenti vllum responsum. ¶12 Dixit ei Angelus, Noli timere dare eam isti, quoniã huic timẽti Deum debetur cõlunx filia tua: propterea alius non potuit habere illam. ¶13 Tunc dixit Raguel, Non dubito quòd Deus preces & lachrymas meas in conspectu suo admiserit. ¶14 Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me, vt ista coniungeretur cognationi suæ Num.36.c.6. secundum legem Moysi: & nunc noli dubium gerere quòd tibi eam tradam. ¶15 Et apprehẽdens dexteram filiæ suæ, dexteræ Tobiæ tradidit, dicens, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit, & ipse cõiungat vos, impleatque benedictionẽ suã in vobis. ¶16 Et accepta charta, fecerunt conscriptionem coniugii. ¶17 Et post hæc epulati sunt, benedicentes Deum. ¶18 Vocauitque Raguel ad se Annã vxorem suam, & præcepit ei vt præpararet alterum cubiculum. ¶19 Et introduxit illuc Sarã filiam suam, & lachrymata est. ¶20 Dixitque ei, Forti animo esto filia mea: Domin' cæli det tibi gaudium pro tædio quod perpessa es.

CAP. VIII.

1 Tobias dormiturus cum Sara, affat partẽ iecoris piscis. 6 Orat cum Sara. 17 Saluo Tobia & Sara, gratias agit Raguel, dátque ei partem bonorum. celebrato conuiuio.

POstquam verò cœnauerunt, introduxerũt iuuenem ad eam. ¶2 Recordatus itaque Tobias sermonũ Angeli, protulit de cassidili suo partem iecoris, posuitque eam super carbones viuos. ¶3 Tunc Raphael Angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Ægypti. ¶4 Tunc hortatus est virginẽ Tobias, dixitque ei, Sara, exurge, & deprecemur Deũ hodie, & cras, & secundũ cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur: tertia autẽ trãsacta nocte, in nostro erimus cõiugio. ¶5 Filii quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorãt Deum. ¶6 Surgentes autem pariter, instanter orabãt ambo simul, vt sanitas daretur eis. ¶7 Dixitq; 1.Cor.7.2.10

B Tobias, Domine Deus patrum nostrorum, benedicant te cæli & terræ, mareque & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ quæ in eis sunt.

Gen.1.2.7. ¶2 Tu fecisti Adam de limo terræ, dedisti que ei adiutorium Heuam. ¶3 Et nunc Domine tu scis quia non luxuriæ causa accipio sororem meam cõiugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorũ. ¶10 Dixit itaq; Sara, Miserere nobis Domine, miserere nobis, & cõsenescamus ambo pariter sani. ¶11 Et factum est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierunt cum eo pariter vt foderent sepulchrum. ¶11 Dicebat enim, Ne forte ſimili modo euenerit ei, quo & cæteris illis septem C viris qui sunt ingressi ad eam. ¶13 Quúmq; paraſſent foſſam, reuersus Raguel ad vxorem suam, dixit ei, ¶14 Mitte vnam ex ancillis tuis, & videat si mortuus est, vt sepeliam eum antequam illucescat dies. ¶15 Et illa misit vnam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos saluos & incolumes, secum pariter dormientes. ¶16 Et reuersa, nuntiauit bonum nuntium: & benedixerunt Dominum, Raguel videlicet & Anna vxor eius, ¶17 Et dixerunt, Benedictus es Domine Deus Israel, quia non contigit quemadmodum putabamus. ¶18 Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti à nobis inimicum perſequentem nos.

¶19 Miſertus es autem duobus vnicis. Hac eos Domine plenius benedicere te: & sacrificium D tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis offerre, vt cognoſcat vniuerſitas gẽtium quia tu es Deus solus in vniuerſa terra. ¶20 Statimque præcepit ſeruis ſuis Raguel, vt replerẽt terra foſſam quã fecerant, priuſquam eluceſceret. ¶21 Vxori autem ſuæ dixit vt inſtrueret conuiuium, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus neceſſaria. ¶22 Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis ſuis, cunctisque amicis. ¶23 Et adiurauit Raguel Tobiã, vt duas hebdomadas moraretur apud ſe. ¶24 De omnibus autẽ quæ poſſidebat Raguel, dimidiam partẽ dedit Tobiæ, & fecit hanc ſcripturam, vt pars dimidia quæ ſuperetat, poſt obitum eorum, Tobiæ dominio deueniret. CAP. IX.

1 Angelus reddito chirographo recipit pecunias à Gabelo: qui cum Angelo venit ad nuptias Tobiæ.

A TVnc vocauit Tobias Angelum ad ſe, quem quidem hominem exiſtimabat: dixitque ei, Azaria frater, peto vt auſcultes verba mea. ¶2 Si meipſum tradam tibi ſeruum, non ero cõdignus prouidẽtiæ tuæ. ¶3 Tamẽ obſecro te vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia, & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorũ: reddaſque ei chirographum ſuum, & recipias ab eo pecuniam, & roges eum venire ad nuptias B meas. ¶4 Scis enim ipſe quoniam numerat pater meus dies: & ſi tardauero vna die plus, contriſtatur anima eius. ¶5 Et certe vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum ſpernere non poſſum. ¶6 Tunc Raphael aſſumens quatuor ex ſeruis Raguelis, & duos cameC los, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniens Gabelum, dedit ei chirographum ſuum, & recepit ab eo omnẽ pecuniam. ¶7 Indicauitq; ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ geſta ſunt: fecitque eum ſecum venire ad nuptias. ¶8 Quúmque ingreſſus eſſet domum Raguelis, inuenit Tobiam diſcumbentem: & exiliens, oſculati ſunt ſe inuicem: & ſicuit Gabelus, benedixitque Deum, ¶9 Et dixit, Benedicat te Deus Iſrael, quia filius es optimi viri, & iuſti, & timentis Deum, & eleemoſynas facientis: ¶10 Et dicatur benedictio ſuper vxorem tuam, & ſuper parentes veſtros. ¶11 Et videatis filios veſtros, & filios filiorum veſtrorum, vſque in tertiam & quartam generationem: & ſit ſemen veſtrum benedictum à Deo Iſrael, qui regnat in ſecula ſeculorum. ¶12 Quúmque omnes dixiſſent Amen, acceſſerunt ad cõuiuium: ſed & cum timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant. CAP. X.

1 Triſtantur parentes ex mora reditus filii. 2 Dimittitur Tobias cum vxore & bonis.

QVũ verò moras faceret Tobias, cauſa nuptiarum, ſolicitus erat pater eius Tobias, dicens, Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus eſt ibi? ¶1 Putáſne Gabelus mortuus eſt, & nemo reddet illi pecuniam? ¶3 Cœpit autem contriſtari nimis ipſe & Anna vxor eius cum eo: & cœperũt ambo ſimul flere, eò quòd die ſtatuto minime reuerteretur filius eorũ ad eos. ¶4 Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atque dicebat, Heu heu me, fili mi, vt quid te miſimꝰ peregrinari, lumen oculorum noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ? ¶5 Omnia ſimul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis. ¶6 Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari: ſanus eſt filius noſter: ſatis fidelis eſt vir ille cum quo miſimus eum. ¶7 Illa autem nullo modo conſolari poterat, ſed quotidie exiliens circũ ſpiciebat & circuibat vias omnes per quas ſpes remeandi videbatur, vt procul videret eum, ſi fieri poſſet, venientem. ¶8 At verò Raguel dicebat ad generum ſuum, Mane hic, & ego mittam nuntium ſalutis de te ad Tobiam patrem tuum. ¶9 Cui Tobias ait, Ego noui quia pater meus & mater mea modò dies computant, & cruciatur ſpiritus eorum in ipſis.

¶10 Quúmq; verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis ſubſtantiæ ſuæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa: & ſaluum atque gaudentem dimiſit eum à ſe, ¶11 Dicens, Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, perducátque vos incolumes, & inueniatis omnia recte circa parentes veſtros, & videant oculi mei filios veſtros priuſquam moriar. ¶12 Et apprehendentes parentes filiam ſuam, oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ite: ¶13 Monentes eam honorare ſoceros, diligere mariti, regere familiam, gubernare domũ, & ſeipſam irreprehenſibilem exhibere.

CAP. XI.

1 Tobias redit domum cum Angelo. 13 Patri reſtituit viſum.

QVúmque reuerterentur, peruenerunt ad A Charan quæ eſt in medio itinere cõtra Niniuẽ, vndecimo die. ¶1 Dixitque Angelus, Tobia frater, ſcis quemadmodum reliquiV.i.

sti patrẽ tuũ, ¶3 Si placet itaque tibi, præcedamus, & lento gradu insequentur iter nostrum familiæ, simul cum coniuge tua, & cũ animalibus. ¶4 Quũmq; hoc placuisset vt irent, dixit Raphael ad Tobiam, Tolle tecũ ex felle pisces: erit enim necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt. ¶5 Anna autẽ sedebat secus viã quotidie in supercilio mõtis, vnde respicere poterat de lõginquo. ¶6 Et dũ ex eodẽ loco specularetur aduentũ eius, vidit alõge, & illico agnouit venientẽ filium suũ: currensq; nũtiauit viro suo, dicẽs, Ecce venit filius tuus. ¶7 Dixitq; Raphael ad Tobiã, At vbi introieris domũ tuã, statim adora Dominum Deum tuũ: & gratias agens ei, accedead patrẽ tuum, & osculare eũ. ¶8 Et statim quelini super oculos eius ex felle isto pisces, quod portas tecũ. scias enim quoniã mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cæli, & in aspectu tuo gaudebit. ¶9 Tunc præcurrit canis, qui simul fuerat in via: & quasi nuntius adueniens, blandimento suæ caudæ gaudebat. ¶10 Et consurgens cæcus pater eius, cœpit offendens pedib⁹ currere: & data manu puero, occurrit obuiam filio suo. ¶11 Et suspiciẽs osculatus est eum cũ vxore sua, & cœperũt ambo flere præ gaudio. ¶12 Quũmq; adorassent Deũ, & gratias egissẽt, cõsederũt. ¶13 Tunc sumẽs Tobias de felle pisces, liniuit oculos patris sui. ¶14 Et sustinuit quasi dimidiam ferẽ horã: & cœpit albugo ex oculis eius, quasi membrana oui, egredi. ¶15 Quã apprehendẽs Tobias traxit ab oculis eius, statimq; visum recepit. ¶16 Et glorificabãt Deũ, ipse videlicet & vxor eius, & omnes qui sciebant eum. ¶17 Dicebãtque Tobias, Benedico te Domine Deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti me: & ecce, ego video Toblã filium meũ. ¶18 Ingressa est etiam post septẽ dies Sara vxor, filii eius, & omnis familia & pecora sua, & cameli, & pecunia multa vxoris, sed & illa pecunia quã receperat à Gabelo: ¶19 Et narrauit parentibus suis omnia beneficia Dei quæ fecisset circa eum per hominẽ qui eũ duxerat. ¶20 Venerũntque Achior & Nabath cõsobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum ostenderat Deus. ¶21 Et per septem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauisi sunt.

CAP. XII.

1 Tobiæ vtrique offerenti dimidiam partem bonorum, Raphael aperit omnem gestæ rei & conditionis suæ veritatem.

TVnc vocauit ad se Tobias filium suum, dixitq; ei, Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum? ¶2 Respõdens Tobias, dixit patri suo, Pater, quam mercedem dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficiis ei⁹? ¶3 Me duxit & reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, vxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus eius fecit, meipsum à deuoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumẽ cæli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poterimus dignũ dare? ¶4 Sed peto te pater mi, vt roges eum, si fortè dignabitur medietatem de omnib⁹ quæ allata sunt, sibi assumere. ¶5 Et vocãtes eum, pater scilicet & filius, tuleruntq; eum in partẽ: & rogare cœperũt vt dignaretur dimidiã partẽ omniũ quæ attulerãt, acceptã habere. ¶6 Tũc dixit ris occultè, Benedicite Deũ cæli, & coram omnibus viuentibus cõfitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiã suam. ¶7 Bonum enim sacramentũ regis absconderе, bonũ est: opera autẽ Dei reuelare & cõfiteri, honorificũ est. ¶8 Bona est oratio cũ ieiunio: & elemosyna magis quam thesauros auri recõdere. ¶9 Quoniã elemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat peccata, & facit inuenire misericordiã & vitã æternã. ¶10 Qui autẽ faciunt peccata & iniquitatẽ, hostes sunt animæ suæ. ¶11 Manifestõ ergo vobis veritatẽ, & nõ abscondã à vobis occultũ sermonẽ. ¶12 Quãdo orabas eũ lachrymis, & sepelliebas mortuos, & derelinquebas prandiũ tuũ: & mortuos abscondebas per diẽ in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationẽ tuam Domino. ¶13 Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tẽtatio probaret te. ¶14 Et nũc misit me Dominꝰ vt curarẽ te, & Sarã vxorẽ filii tui à dæmonio liberarẽ. ¶15 Ego enim sum Raphael Angel⁹ vnus ex septẽ, qui astamus ante Dominũ. ¶16 Quũmq; hæc audissent, turbati sunt, & tremẽtes ceciderunt super terram in faciẽ suam. ¶17 Dixitq; eis Angel⁹, Pax vobis, nolite timere. ¶18 Etenim quũ essem vobiscũ, per voluntatem Dei erã: ipsum benedicite, & cantate illi. ¶19 Videbar quidẽ vobiscũ mãducare, & bibere: sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri nõ potest, vtor. ¶20 Tempus est ergo vt reuertar adẽũ qui me misit: vos autẽ benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius. ¶21 Et quum hæc dixissẽt, ab aspectu eorum ablatus est, & vltrà eum videre non potuerunt. ¶22 Tũc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deũ: & exurgẽtes narrauerunt omnia mirabilia eius. Gen.18.b.8, 19.a.

CAP. XIII. Iudic.13.c.16

1 Tobias senior laudat Deum. 11 Eius prophetia de reductione captiuitatis.

APeriens autem Tobias senior os suum, benedixit Dominũ, & dixit, Magnus es Domine in æternum, & in omnia secula regnum tuum: ¶2 Quoniam tu flagellas, & saluas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam. ¶3 Cõfitemini Domino filii Israel, & in conspectu gẽtium laudate eum: ¶4 Quoniam ideo dispersit vos inter gentes quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos quia nõ est alius Deꝰ omnipotẽs præter eum. ¶5 Ipse castigauit nos propter iniquitates nostras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. ¶6 Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi: regẽmque seculorum exaltate in operibus vestris. ¶7 Ego autẽ in terra captiuitatis meæ confitebor illi: quoniam ostendit maiestatem suam in gentem peccatricem. ¶8 Conuertimini, itaque peccatores, & facite iustitiam corã Deo, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam. ¶9 Ego autem, & anima mea in eo lætabimur. ¶10 Benedicite Dominum omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi. ¶11 Ierusalem ciuitas Dei, castigauit te Dominus in operibus manuum tuarum. ¶12 Confitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum seculorum, vt reædificet in te tabernaculum suum, & reuocet ad te omnes Deut. 32.f.39. 1.reg.2.a.6. Sapiẽ.16.b.13.

captiuos, & gaudeas in omnia secula seculorum. ¶11 Luce splendida fulgebis, & omnes tines tertæ adorabunt te. ¶14 Nationes ex lon- Isa.49.c.12, & 60.2.5. Bar.1.2.5.
ginquo ad te venient: & munera deferentes, adorabunt in te Dominum, & terram tuam in sanctificationem habebunt. ¶15 Nomen enim magnum inuocabunt in te. ¶16 Maledicti erũt qui contẽpserint te: & condemnati erunt omnes qui blasphemauerint te: benedicti q; erunt D
qui ædificauerint te. ¶17 Tu autẽ lætaberis in filiis tuis, quoniã omnes benedicẽtur, & cõgregabũtur ad Dominũ. ¶18 Beati omnes qui diligũt te, & q gaudẽt super pace tua. ¶19 Anima mea benedic Dominũ, quoniã liberauit Ierusalẽ ciuitatẽ suam à cunctis tribulationibus eius, Dominus Deus noster. ¶20 Beat' ergo, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndã claritatẽ Ierusalẽ. ¶21 Portæ Ierusalẽ ex sapphiro & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorũ eius. ¶22 Ex lapide cãdido & mundo omnes plateæ eius sternẽtur: & per vicos eius hallelu-ia cantabitur. ¶23 Bene dictus Dominus, qui exaltauit eã, vt sit regnũ eius in secula seculorum super eam. Amen. Apoc.21.c.18.

CAP. XIIII.

1 Tobias senior moriturus, prædicit filio Ninive destructionẽ, & restaurationem Ierusalem. 10 Adhortatur ad seruiendum Deo. Tobias minor reuertus ad soceros, moritur.

ET consummati sunt sermones Tobiæ. & A
postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum suorum. ¶2 Cõpletis itaque annis centum duobus, sepultus est honorificẽ in Ninive. ¶3 Quinquaginta namque & sex annorũ fuit oculorum amissio: sexagenarius verò recepit. ¶4 Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. ¶5 In hora autem mortis suæ vocauit ad se Tobiam filium suum, & septem iuuenes filios eius nepotes suos, dixitque eis, ¶6 Propè erit interitus Niniue. nã enim excidit verbum Domini: & fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel, reuertẽtur ad eam. ¶7 Omnis autem deserta terra eius replebitur, & domus Dei, quæ in ea incensa est, iterum reædificabitur: Bar.2.fol.3.b.2, & 6.c.14.
ibique reuertentur omnes timẽtes Deũ. ¶8 Et relinquent gentes idola sua, & venient in Ierusalem, & inhabitabunt in ea: ¶9 & gaudebunt in ea omnes reges terræ, adorantes Regem Israel. ¶10 Audite ergo filii mei patrẽ vestrum: C
Deut.6.c.13, 1.reg.7. Ios.24.c.12.
seruite Domino in veritate, & inquirite vt facta quæ placita sunt illi: ¶11 Et filiis vestris mandate vt faciant iustitias & eleemosynas, vt sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in veritate, & in tota virtute sua. ¶12 Nunc ergo filii audite me, & nolite manere hic: sed quacũque die sepelieritis matrẽ vestram circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros vt exeatis hinc. ¶13 Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei. ¶14 Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscessit ex Ninive cũ vxore sua, & filiis, & filiorũ filiis, & reuersus est ad soceros suos. D
¶15 Inuenitque eos incolumes in senectute bona: & curam eorũ gessit, & ipse clausit oculos eorum: & omnem hæreditatẽ domus Raguelis ipse percepit: viditque quintam generationem filios filiorum suorum. ¶16 Et completis annis nonagintanouem in timore Domini, cum gaudio sepelierunt eum. ¶17 Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona vita, & in sancta conuersatione permansit, ita vt acceptì essent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

# Liber Iudith.

CAP. I.

Arphaxad contra Nabuchodonosor pugnans, vincitur.

ARphaxad itaque rex Medorum A
subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis. ¶2 Ex lapidibus quadratis & sectis fecit muros eius in altitudinem cubitorum septuaginta, & in latitudinem cubitorum triginta: turres verò eius posuit in altitudinem cubitorum centum. ¶3 Per quadrum verò earum latus v- B
trunque viginorum pedum spatio tẽdebatur. posuitque portas eius in altitudinem turrium. ¶4 Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. ¶5 Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad: ¶6 Et obtinuit eum in cãpo magno, C
qui appellatur Ragau, circa Euphraten, & Tigrin, & Iadason, in campo Ertoch regis Elicorum. ¶7 Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est. & misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano: ¶8 Et ad gẽtes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon: ¶9 Et ad omnes qui erant in Samaria & trans flumen Iordanem D
vsq; ad Ierusalẽ, & omnẽ terrã Iesse, quousque perueniatur ad terminos Aethiopiæ. ¶10 Ad hos omnes misit nũtios Nabuchodonosor rex Assyriorum: ¶11 Qui omnes vno animo cõtradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt. ¶12 Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad omnem terram illam iurauit per thronum & regnum suũ quòd defenderet se de omnibus regionibus his.

CAP. II.

Nabuchodonosor totum orbem sibi subiicit per Holofernem mandat.

ANno tertiodecimo Nabuchodonosor re- A
gis, vicesima & secunda die mensis primi, factum est verbũ in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, vt defenderet se. ¶2 Vocauitque omnes maiores natu, omnẽsque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium cõsilii sui. ¶3 Dixitque cogitationem suam in eo esse vt omnẽ terrã suo subiugaret imperio. ¶4 Quod dictum quum placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernẽ principem militiæ suæ, ¶5 Et dixit ei, Egredere aduersum omne regnũ Occidentis: & cõtra eos præcipuè qui contẽpserunt imperiũ meũ. ¶6 Nõ B
parcet oculus tuus vlli regno, omnẽmque vi-

bem munitam subiugabis mihi. ¶7 Tunc Holofernes vocauit duces, & magistratꝰ virtutes Assyriorum: & dinumerauit viros in expeditionem, sicut præcepit ei rex, centum viginti milia peditum pugnatorum, & equites sagittarios duodecim millia. ¶8 Omnémque expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cum his quæ exercitibus sufficerent copiose: boum quoque armenta, gregésque ouium, quorum non erat numerus. ¶9 Frumentum ex omni Syria in transitu
C suo parari cõstituit. ¶10 Aurũ verò & argentũ de domo regis assumpsit multum nimis. ¶11 Et ipse cum ipse & omnis exercitus, cũ quadrigis & equitibus, & sagittariis: qui cooperuerũt faciem terræ, sicut locustæ. ¶12 Quúmque pertransisset fines Assyriorũ, venit ad magnos mõtes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ: ascéditq; omnia castella eorũ, & obtinuit omnẽ munitionem. ¶13 Effregit autẽ ciuitatẽ opinatissimã Melothi, præduxitque omnes filios Tharsis & filios Ismahel, qui erant cõtra faciẽ deserti, &
D ad Austrũ terræ Chellon. ¶14 Et transiuit Euphratẽ, & venit in Mesopotamiã: & fregit omnes ciuitates excelsas quæ erant ibi à torrente Mãbre, vsquequo perueniatur ad mare: ¶15 Et occupauit terminos eius, à Cilicia vsque ad fines Iapheth, qui sunt ad Austrũ. ¶16 Abduxitque omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletationem eorum, omnésque reliquétes sibi occidit in ore gladii. ¶17 Et post hæc descẽdit in cãpos Damasci in dieb⁹ messis, & succẽdit omnia sata, omnésq; arbores & vineas fecit incidi: ¶18 Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram. CAP. III.

Reges se vltrò Holoferni dedunt: attamen cunctarum regionum aras subuertit.

A TVnc miserunt legatos suos vniuersarũ vrbium, ac prouinciarũ reges ac principes, Syriæ scilicet & Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libyæ, atque Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerũt, ¶2 Desinat indignatio tua cir ca nos. Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi sim⁹ tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. ¶3 Omnis ciuitas nostra, omnisque possessio, omnes
B montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregésque ouium & caprarum, equorũmque & camelorũ, & vniuersæ facultates nostræ atque familiæ in cõspectu tuo sunt. ¶4 Sint omnia nostra sub lege tua. ¶5 Nos etiã & filii nostri, seruí tui sumus. ¶6 Veni nobis pacifice dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi. ¶7 Tũc descẽdit de mõtibus cũ equitibus in virtute magna, & obtinuit omnẽ ciuitatẽ, &
C omnẽ inhabitantẽ terrã. ¶8 De vniuersis autẽ vrbibus assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellum, ¶9 Tantúsque metus prouincijs illis incubuit, vt vniuersarũ vrbium habitatores principes, & honorati simul cum populis exirent in obuiam venienti, ¶10 Excipiẽtes eum cum coronis & lampadibus, ducentes cum cum tympanis & tibiis. ¶11 Nec ista tamẽ facientes, ferocitatẽ eius pectoris mitigare potuerũt. ¶12 Nam & ciuitates eorum destruxit,
D & lucos eorũ excidit. ¶13 Præcepetat enim illi Nabuchodonosor rex, vt omnes deos terræ ex terminaret, videlicet vt ipse solꝰ diceretur deꝰ ab his nationibus quæ potuissẽt Holofernis potẽtia subiugari. ¶14 Pertrãsiẽsautẽ Syriã Sobal, & omnẽ Apameã, omnẽmq; Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terrã Gabaa, ¶15 Accepitque ciuitates eorũ, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ. CAP. IIII.

Filii Israel Holofernem timentes, hortatu Eliachim Dominum implorant, cõtinuẽ orantes cum ieiunio.

TVnc audientes hæc filii Israel, qui habitabant in terra Iuda, timuerũt valde à facie eius. ¶2 Tremor etiã & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalẽ & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus & templis earum. ¶3 Et miserunt in omnẽ Samariam per circuitum vsque Iericho, & præoccupauerunt omnes vertices montium. ¶4 Et muris circundederunt vicos suos, & congregauerunt frumenta in præparationem pugnæ. ¶5 Sacerdos etiã Eliachim scripsit ad vniuersos qui erant cõtra Esdrelõ, quæ est cõtra faciẽ cãpi magni, ¶6 iuxta Dothaim, & vniuersos per quos viæ transitus esse poterat, ¶6 Vt obtinerẽt ascẽsus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalẽ, & illic custodirẽt vbi angustũ iter esse poterat inter mõtes. ¶7 Et fecerunt filii Israel secundum quod constituerat eis sacerdos Domini Eliachim. ¶8 Et clamauit omnis populus ad Dominũ in mœstitia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiuniis & orationibus, ipsi & mulieres eorum. ¶9 Et induerũt se sacerdotes cilicijs, & infantes prostrauerũt cõtra faciẽ tẽpli Domini, & altare Domini operuerũt cilicio. ¶10 Et clamauerunt ad Dominũ Deũ Israel vnanimiter, ne darẽtur in prædã infantes eorũ, & vxores eorũ in diuisionẽ, & ciuitates eorũ in exterminium, & sanctũ eorũ in pollutionẽ, & fieret in opprobrium gẽtibus. ¶11 Tunc Eliachim sacerdos Domini magnus circuiuit omnem Israel, allocutúsque est eos, ¶12 Dicẽs, scitote quoniã exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permãseritis in ieiuniis & orationibus in conspectu Domini. ¶13 Memores estote Moysi seruo Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit. ¶14 Sic erũt vniuersi hostes Israel, si perseueraueritis in hoc opere quod cœpistis. ¶15 Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini, ¶16 Ita vt etiam hi qui offerebant Domino holocaustũa, præcinctí ciliciis offerent sacrificia Domino, & erat cinis supra capita eorum. ¶17 Et ex toto corde suo omnes orabãt Deum, vt visitaret populũ suũ Israel. CAP. V.

Exod. 17. d.

Holoferni intertogãti de progenie Iudæorũ, Achior narrat omnia quæ fecerit Deꝰ cũ eis.

NVntiatũmque est Holoferni principi militiæ Assyriorum, quòd filii Israel præpararent se ad resistendum, ac mõtium ítinera cõclusissẽt: ¶1 Et furore nimio exarsit in ira cũdia magna: vocauitq; omnes principes Moab & duces Ammõ. ¶3 Et dixit eis, Dicite mihi quis sit populus iste, qui montana obsidet: aut

quæ, & quales, & quantæ sint ciuitates eorum: quæ etiam sit virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum, vel quis rex militiæ illorũ: ¶4 Et quare præ omnibus qui habitant in Oriente, isti contempserunt nos, & non exierunt in obuiã nobis, vt susciperẽt nos cũ pace. ¶5 Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait, Si digneris audire domine mi, dicam veritatẽ in conspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat, & non egredietur verbum falsũ ex ore meo. ¶6 Populus iste ex progenie Chaldæorum est. ¶7 Hic primũ in Mesopotamia habitauit, quoniã noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum. ¶8 Deserẽtes itaq; cæremonias patrũ suorum, quæ in multitudine deorũ erãt, ¶9 vnũ Deum cæli coluerunt, qui præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charan. Quúmque operuisset omnem terram fames, descenderũt in AEgyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sũt, vt dinumerari eorum non posset exercitus. ¶10 Quúmque grauaret eos rex AEgypti, atque in ædificationibus vrbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad Dominum suum, & percussit totam terrã AEgypti plagis variis. ¶11 Quúm que electissent eos AEgyptii à se, & cessasset plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad suum seruitium reuocare, ¶12 fugientibus his Deus cæli mare aperuit, ita vt hinc inde aquæ quasi murus solidarentur, & isti pede sicco fundum maris perambulando transirent.

¶13 In quo loco dum innumerabilis exercitus AEgyptiorum eos persequeretur, ita aquis cooperti sunt, vt non remaneret vel vnus qui factum posteris nuntiaret. ¶14 Egressus etiam mare rubrum, deserta Sina montis occupauerunt, in quibus nũquã homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. ¶15 Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendũ, & per annos quadragita annonã de cælo cõsecuti sũt. ¶16 Vbicunque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio, Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit. ¶17 Et nõ fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui. ¶18 Quotiescunq; autem præter ipsum Deum suum, alterum coluerũt, dati sunt in prædam, & in gladiũ, & in opprobriũ. ¶19 Quotiescunq; autẽ pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cæli virtutem resistẽdi. ¶20 Denique Chananæum regẽ, & Iebusæum, & Pherezæũ, & Hetthæum, & Heuæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Hesebon prostrauerunt, & terras eorum & ciuitates eorum ipsi possederunt: ¶21 Et vsque dũ non peccarent in conspectu Dei sui, erant cũ illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatẽ. ¶22 Nam & ante hos annos quum recessissent à via quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt prælijs à multis natio nibus, & plurimi eorũ captiui abducti sunt in terram nõ suã. ¶23 Nuper autẽ reuersi ad Dominum Deũ suũ, ex dispersione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterũ possident Ierusalẽ, vbi sũt sanctasanctorum. ¶24 Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorũ in conspectu Dei eorum, & ascendamus ad illos: quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ. ¶25 Si vero non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis: quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ. ¶26 Et factum est quum cessasset loqui Achior verba hæc, irati sunt omnes magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes ad alterutrum, ¶27 Quis est iste qui filios Israel posse dicat re sistere regi Nabuchodonosor & exercitib' eius homines inermes, & sine virtute, & sine peritia artis pugnæ? ¶28 Et ergo agnoscat Achior quoniam fallit nos, ascendamus in montana: & quum capti fuerint potẽtes eorum, tunc cũ eisdem gladio transuerberabitur: ¶29 Vt sciat omnis gens quoniã Nabuchodonosor deus terræ est, & præter ipsum alius non est.

## CAP. VI.

Achior quia confessus esset Deum Israel, traditur Iudæis, qui ligatum ad arborem soluunt, & benignè suscipiunt. 15 Preces Israelis aduersus Holofernem.

FActum est autem quum cessassent loqui, indignatus Holofernes vehementer, dixit ad Achior, ¶1 Quoniã prophetasti nobis, dicẽs, quòd gẽs Israel defẽdatur à Deo tuo, vt ostẽdam tibi quoniã nõ est deus, nisi Nabuchodonosor: ¶2 Quum percusserimus eos omnes sicut hominem vnum, tunc & ipse cũ illis Assyriorum gladio interibis, & omnis Israel tecũ perditione disperiet: ¶3 Et probabis quoniam Nabuchodonosor dominus sit vniuersæ terræ. Vúmque gladius militiæ meæ transiet per latera tua, & confixus cades inter vulneratos Israel, & non respirabis vltrà, donec exterminẽris cũ illis. ¶4 Porrò autẽ si prophetiã tuã veram existimas, non cõcidat vultus tuus: & pallor qui faciem tuam obtinet, abscedat à te, si verba mea hæc putas implerinõ posse. ¶5 Et autẽ noueris quia sirael cum illis hæc experieris, ecce ex hac hora illorũ populo sociaberis: vt dum dignas mei gladii pœnas exceperit, ipse simul vltioni subiaceas. ¶6 Tunc Holofernes præcepit seruis suis vt cõprehenderẽt Achior, & perducerẽt eum in Bethuliã, & traderent eum in manus filiorum Israel. ¶7 Et accipientes eũ serui Holofernis, profecti sunt per campestria: sed quùm appropinquassẽt ad mõtana, exierunt contra eos fundibularii. ¶8 Illi autem diuertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & sic vinctum de restibus dimiserunt eum, & reuerti sunt ad dominum suum. ¶10 Porrò filii Israel descendentes de Bethuliã, venerunt ad eum: quem soluentes duxerunt ad Bethuliam, atq; in medium populi illum statuentes, percutiẽtati sunt quòd rerum esset quòd illum vinctũ Assyrii reliquissent. ¶11 In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel. ¶12 In medio itaque seniorum, & in conspectu omnium, Achior dixit omnia quæ locutus ipse fuerat ab Holoferne interrogatus: & qualiter populus Holofernis voluisset propter hoc verbum interficere eũ. ¶13 Et quẽadmodũ ipse Holofernes irarus iusserit eum Israelitis hac de causa tradi: vt dum vicerit filios Israel, tunc & ipsũ

Achior diuersis iubeat interire supplicijs, propter hoc quòd dixisset, Deus cæli defensor eorum est. ¶14 Quúmque Achior vniuersa hæc exposuisset, omnis populus cecidit in faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione & fletu vnanimes preces suas Domino effuderunt, ¶15 Dicentes, Domine Deus cæli & terræ, Intuere superbiam eorum, & respice ad nostram humilitatem, & faciem sanctorum tuorum attende, & ostende quoniam nō deseruisti præsumentes de te: & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes, humilias. ¶16 Finito itaque fletu, & per totam diem orationepopulorum completa, consolati sūt Achior. ¶17 Dicentes, Deus patrum nostrorum, cuius tu virtutē prædicasti, ipse tibi hāc dabit vicissitudinem, vt eorum magis tu interitum videas. ¶18 Quum verò Dominus Deus noster dederit hanc libertatē seruis suis, sit & tecum Deus in medio nostri: vt sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerseris nobiscum. ¶19 Tunc Ozias finito cōsilio, suscepit eum in domū suam, & fecit ei cœnā magnā. ¶20 Et vocatis omnibus presbyteris, simul exploto ieiunio refecerunt. ¶21 Postea verò cum uocatus est omnis populus, & per totam noctem intra ecclesiam orauerunt petentes auxilium à Deo Israel.

CAP. VII.

Holoferne Bethuliam obsidente, Israelitæ Deum orant, qui ob sitim, de facienda deditio ne cogitant, quam tamen post vehementē oratione, per quinque dies differunt.

HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus suis vt ascenderet cōtra Bethuliam. ¶2 Erant autem pedites bellatorum centū viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouinciis, & vrbibus vniuersæ iuuentutis.

¶3 Omnes paraverunt se pariter ad pugnam contra filios Israel, & venerunt per crepidinē montis vsque ad apicē, qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma vsquead Chelmon, qui est contra Esdrelon. ¶4 Filii autem Israel, vt viderunt multitudinem illorum, prostrauerunt se super terram, mittentes cinerem super capita sua, vnanimes orantes vt Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum. ¶5 Et assumentes arma sua bellica, sederunt per loca quæ ad anguſti itineris tramitem dirigunt inter montosa, & erant custodiētes ea tota die & nocte. ¶6 Porrō Holofernes, dum circuit per gyrum, reperit quōd fons qui influebat, aquæductum illorū à parte Australi extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illorum. ¶7 Erant tamen non longè à muris fontes, ex qui bus furtim videbantur haurire aquam ad refocillādum potius, quàm ad potandū. ¶8 Sed filii Ammon & Moab accesserunt ad Holofernem, dicētes, Filii Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed mōtes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio constituti. ¶9 Vt ergo sine congressione pugnæ possis superare eos, pone custodes fontiū, vt non hauriant aquam ex els, & sine gladio interfici es eos, vel certe fatigati tradent ciuitatem suam, quam putant in montibus posītam superari non posse. ¶10 Et placuerunt verba hæc coram Holoferne, & coram satellitibus eius, & constituit per gyrum cētenarios per singulos fōtes. ¶11 Quúmque ista custodia per dies viginti fuisset expleta, defecerunt cisternæ, & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliā, ita vt nō esset intra ciuitatē vnde saziarentur vel vna die, quoniā ad mensurā dabatur populis aqua quotidie. ¶12 Tunc ad Oziam congregati omnes viri, fœminæque, iuuenes, & parauli, ōnes simul vna voce ¶13 Dixerunt, Iudicet Deus inter nos & te, quoniā Exod. 5. d. 21. feci sti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyriis, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum. ¶14 Et ideo non est qui adiuuet, quum prosternamur ante oculos eorū in siti & perditione magna. ¶15 Et nūc congrega te vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holofernis. ¶16 Melius est enim vt captiui benedicamus Dominū viuentes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, quū viderim⁹ vxores nostras & infantes nostros morīante oculos nostros. ¶17 Contestamur hodie cælū & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vleiscitur nos secūdum peccata nostra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, vt sit finis noster breuis in ore gladii, qui longior efficitur in aridi tate sitis. ¶18 Et quum hæc dixissent, factus est fletus & vlulatus magnus in ecclesia omnibus, & per multas horas vna voce clamauerūt ad Deū, dicentes, ¶19 Peccauim⁹ Psal. 105. a. 6. cū patribus nostris, iniustè egimus, iniquitatem fecimus. ¶20 Tu, quia pius es, miserere nostri: aut in tuo flagello vindica iniquitates nostras, & noli tradere cōfitentes te populo qui ignorat te, ¶21 Vt non dicāt inter gentes, vbi est Deus eorum? ¶22 Et quum fatigati his clamoribus, & his fletibus lassati siluissent, ¶23 Exurgens Ozias, infusus lachrymis, dixit, Aduquo animo estote fratres, & hos quinque dies expectem⁹ à Domino misericordiā. ¶24 Forsitā enim indignationem suā absc̄indet, & dabit gloriam nomini suo. ¶25 Si autē trāsactis quin que diebus nō venerit adiutoriū, faciem⁹ hæc verba quæ locuti estis.

CAP. VIII.

Iudith reprehendit sacerdotes quōd misericordiæ Dei terminū statuant. 11 Eos horta tur vt populū ad patientiā animent. 30 Consilium Iudith in vltionem inimicorum.

LEctū est, quū audisset hæc verba Iudith vidua quæ erat filia Merari, filii Idox, filii Ioseph, filii Oziæ, filii Elai, filii Iamnor, filii Gedeon, filii Raphaim, filii Achitob, filii Melchiæ, filii Enan, filii Nathanææ, filii Salathiel, filii Simeon, filii Ruben: ¶2 Et vir eius fuit Manasses, qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ. ¶3 Instabat enim super alligātes manipulos in campo, & venit æstus super caput eius, & mortuus est in Bethulia ciuitate sua, & sepultus est illic cū patribus suis. ¶4 Erat autem Iudith relicta eius vidua iā annis trib⁹, & mēsibus sex. ¶5 Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretū cubiculū, in quo cū puellis suis clausa morabatur: ¶6 Et habēs sup per lūbos suos ciliciū, ieiunabat ōnib⁹ diebus vitæ suæ, pter sabbatha, & neomenias, & festa dom⁹ Israel. ¶7 Erat autē elegāti aspectu ni-

mis,cui vir su° reliquerat diuitias multas & familiã copiosam, ac possessiones armẽtis boum & gregibus ouium plenas. ¶2 Et erat hæc in omnibus famosissima,quoniam timebat Dominum valde:nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. ¶3 Hæc itaque quũ audisset quoniam Ozias promisisset quòd transacto quinto die traderet ciuitatẽ, misit ad præfbyteros
B Chabri & Charmi. ¶4 Et venerunt ad illã, & dixit illis, Quod est hoc verbum,in quo cõsensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyrijs, ſi intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? ¶5 Et qui estis vos,qui tẽtatis Dominũ? ſu Nõ est iste sermo qui misericordiam prouocet:sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. ¶6 Posuistis vos tẽpus misericordiæ Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei. ¶7 Sed quia patiens Dominus est,in hoc ipso pœniteamus,& indulgẽtiam eius fusis lachrymis postulemus. ¶8 Nõ enim quasi homo,sic Deus cõminabitur: neque sicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. ¶9 Et ideo humiliemus illi animas nostras:& in spiritu consistenti humiliato, seruientes illi ¶10 Dicamus flentes Domino,vt secundum voluntatem suã sic faciat nobiscum clitò misericordiam suã: vt sicut cõturbatum est cor nostrum in ſuperbia eorũ,ita etiã de nostra humilitate gloriemur. ¶11 Quoniã non sumus secuti peccata patrum nostrorũ qui dereliquerunt Deũ suum,& adorauerũt deos alienos: ¶12 Pro quo scelere dati
Iudic.2.b, & 4.a,& 6.a. sunt in gladiũ,& in rapinam,& in confusionẽ
C inimicis suis. nos autẽ alterũ deum nescimus præter ipsum. ¶13 Expectemus humiles cõsolationem eius,& exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorũ: & humiliabit omnes gentes,quæcunque insurgunt cõtra nos,& faciet illas sine honore Dominus Deus noster. ¶14 Et nunc fratres,quoniam vos estis presbyteri in populo Dei,& ex vobis pendet anima illorum,ad eloquium vestrũ corda
2.Paral.32.f. eorũ erigite,vt memores sint,quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur ſi verè colerent
Genes.22.a.1. Deum suum. ¶15 Memores esse debẽt, ſquomodo patet noster Abraham tentatus est , & per multas tribulationes probat°, Dei amicus effectus est. ¶16 Sic Isaac,sic Iacob, sic Moyses:& omnes qui placuerũt Deo,per multas tribulationes trãsierunt fideles. ¶17 Illi autẽ qui tẽtationes non susceperũt cum timore Domini,& impatientiam suam,& improperiũ murmurationis suæ cõtra Dominũ protulerũt, ¶18 Exterminati sunt ab exterminatore, & à serpen-
D tibus perierunt. ¶19 Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur: ¶20 Sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa ſsupplicia minora esse flagella Domini, quibus quasi serui corripimur,ad emendationem, & non ad perditionem nostrã euenisse credamus. ¶21 Et dixerunt illi Ozias & presbyteri, Omnia quæ loquta es,vera sunt, & nõ est in sermonibus tuis vlla reprehẽsio. ¶22 Nunc ergo ora pro nobis, quoniã mulier sancta es,& timens Deũ. ¶23 Et dixit illis Iudith, Sicut quod potui loqui, Del esse cognoscitis: ¶24 Ita quod facere disposui, probate ſi ex Deo est: & orate, vt firmũ faciat Deus consiliũ meum. ¶25 Stabitis vos ad portã nostræ istæ,& ego exeam cum abra meat:& orate,vt sicut dixistis,in diebus quinque respiciat Dominus populũ suum Israel. ¶26 ſVos autem nolo vt scrutemini actum meũ : & vsque dum renuntiẽ vobis,nihil aliud fiat,nisi oratio pro me ad Dominum Deum nostrum. ¶27 Et dixit ad eam Ozias princeps Iudæ, Vade in pace,& Dominus sit tecũ in vltionem inimicorum nostrorũ.& reuertentes abierunt. CAP. IX.

Iudith cubiculum ingressa,cilicio induta, & cinere conspersa orat , commemorans Deo beneficia sua & promissiones.

QVibus ascendentibus , Iudith ingressa est A oratorium suum:& induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum : & prosternens se Domino,clamabat ad Dominũ, dicẽs, ¶1 ſDomine Deus patris mei Simeon, ſqui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarũ qui violatores exiterũt i coinquinatione sua, & denudauerunt femur virginis in confusionem:¶2 Et dedisti mulieres illorum in prædã, & filias illorum in captiuitatem:& omnẽ prædam in diuisionem seruis tuis qui zelauerunt zelum tuum : subueni quæso te Domine Deus meus mihi viduæ. ¶3 Tu enim fecisti priora, & illa , post illa cogitasti : & hoc factum est quod ipse voluisti. ¶4 Omnes enim viæ tuæ præparatæ sunt,& tua iudicia in tua prouidentia posuisti. ¶5 Respice castra Assyriorum nũc, sicut tunc castra AEgyptiorum videre dignatus es, quando post seruos tuos armati currebant,cõfidentes in quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudine bellatorũ. ¶7 Sed aspexisti super castra eorũ,& tenebræ fatigauerũt eos. ¶8 Tenuit pedes eorum abyssus,& aquæ operuerunt eos. ¶9 Sic fiant & isti Domine qui confidunt in multitudine ſua,& in curribus suis,& in cõtis,& in scutis, & in sagittis suis, & in lanceis gloriantur, ¶10 Et nescisunt quia tuipse es Deus noster qui cõteris bella ab initio, & Dominus nomen est tibi. ¶11 Brige brachium tuum,sicut ab initio:& allide virtutem illorum in virtute tua : cadat virtus eorum in iracundia tua,qui promittũt se violare sanctã tuã,& polluere tabernaculũ nominis tui, & delicere gladio suo cornu altaris tui. ¶12 Hæc Domine, vt gladio proprio eius superbia amputetur, ¶13 Capiatur laqueo oculorum ſuorum in me,& percuties eum ex labiis charitatis meæ. ¶14 Da mihi in animo constantiam,vt cõtemnam illum:& virtutem,vt euertam illum. ¶15 Erit enim hoc memoriale nominis tui, ſqui manus fœminæ dilecerit eum. ¶16 ſNon enim in multitudine est virtus tua Domine,neque in equorum viribus voluntas tua est,nec superbi ab initio placuerunt tibi:sed humilium,& mãsuetorũ semper tibi placuit deprecatio. ¶17 Deus cælorũ, creator aquarum,& Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem,& de tua misericordia præsumentem. ¶18 Memẽto Domine testamenti tui,& da verbum in ore meo, & in corde meo consilium corrobora, vt domus tua in sanctificatione tua permaneat: ¶19 Et omnes gentes agnoscant quia tu es Deus, & nõ est alius prætet te.

CAP. X.

Iudith pulcherrima,eleganter ornata,ducitur ad Holofernem.

FActum est autem , quum cessasset clamare ad Dominũ, surrexit de loco in quo iacue-

tat prostrata ad Dominum. ¶ 12 Vocauitque abram suam, & descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se vestimentis viduitatis suæ, ¶ 13 Et lauit corpus suum, & unxit se myrto optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis iucunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextraliola, & illia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se. ¶ 14 Qui etiam Dominus contulit splendorē: quoniam omnis ista compositio non ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hanc in illam pulchritudinem ampliauit, vt incomparabili decore omnium oculis appareret. ¶ 15 Imposuit itaque abræ suæ ascopa vini, & vas olei, & polentam, & palathas, & panes, & caseum, & profecta est. ¶ 16 Quúmque venissent ad portam ciuitatis, inuenerūt expectātem Oziam, & presbyteros ciuitatis. ¶ 17 Qui quum vidissent eam, stupentes mirati sunt nimis pulchritudinem eius. ¶ 18 Nihil tamen interrogantes eam, dimiserunt transire, dicentes, Deus patrum nostrorum det tibi gratiā, & omne consilium tui cordis sua virtute corroboret, vt glorietur super te Ierusalē, & sit nomen tuum in numero sanctorum & iustorum. ¶ 19 Et dixerunt hi qui illic erant, omnes vna voce: Fiat fiat. ¶ 20 Iudith verò orans Dominum, transiuit per portas ipsa & abra eius. ¶ 21 Factum est autem, quum descenderet montem, circa ortum diei, occurrerunt ei exploratores Assyriorum, & tenuerunt eā, dicētes, Vnde venis? aut quò vadis? ¶ 22 Quæ respondit, Filia sum Hebræorum, ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui quòd dētur vobis in deprædationem, pro eo quòd contemnentes vos, noluerunt vltrò tradere seipsos, vt inuenirent misericordiā in conspectu vestro. ¶ 23 Hac de causa cogitaui mecum, dicēs, vadam ad faciem principis Holofernis, vt indicem illi secreta illorum, & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos: ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius. ¶ 24 Et quum audissent viri illi verba eius, considerabant faciem eius: & erat in oculis eorum stupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis. ¶ 25 Et dixerunt ad eam, Conseruasti animam tuam, eò quòd tale reperisti consilium, vt descendetes ad dominum nostrum. ¶ 26 Hoc autem scias, quoniam quum steteris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris gratissima in corde eius. Duxerúntque illam ad tabernaculum Holofernis, annuntiātes eam. ¶ 27 Quúmque intrasset ante faciē eius, statim captus est in suis oculis Holofernes. ¶ 28 Dixerúntque ad eum satellites eius, Quis contemnat populum Hebræorum qui tam decoras mulieres habent, vt non pro his merito pugnare contra eos debeamus? ¶ 29 Videns itaque Iudith Holofernem sedentem in conopæo, quod erat ex purpura, & auro, & smaragdo, & lapidibus pretiosis intextum: ¶ 30 Et quum in faciem eius intendisset, adorauit eum, prosternēs se super terram. & eleuauerunt eam serui Holofernis, iubente domino suo.

CAP. XI.

Holoferni imponit Iudith, astutè causam timoris aperiens.

Tunc Holofernes dixit ei, Ne quo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquā nocui viro qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. ¶ 2 Populus autem tuus si non cōtempsisset me, non alleuassem lanceam meam super eum. ¶ 3 Nunc autem die mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos? ¶ 4 Et dixit illi Iudith, Cume verba ancillæ tuæ: quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum. ¶ 5 Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus eius quæ est in te ad correptionem omnium animarum errantium: quoniam non solùm homines seruiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi. ¶ 6 Nūtiatur enim animi tui industria vniuersis gētibus, & indicatum est omni seculo quoniam tu solus bonus & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouinciis prædicatur. ¶ 7 Nec hoc latet quod locutus est Achior, nec illud ignoratur quod ei fuisteris euenire. ¶ 8 Constat enim Deū nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per prophetas suos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis suis. ¶ 9 Et quoniam sciunt se offendisse Deum suū filii Israel, tremot tuus super ipsos est. ¶ 10 Insuper etiam fames inuasit eos, & ab ariditate aquæ iam inter mortuos computantur. ¶ 11 Denique hoc ordinant, vt interficiant pecora sua, & bibant sanguinem eorum: ¶ 12 Et sancta Domini Dei sui quæ præcepit Deus nō contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerunt impēndere, & volunt cō sumere quæ nec manibus deberent contingere. ergo quoniam hæc faciunt, certum est quòd in perditionem dabuntur. ¶ 13 Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me Dominus hæc ipsa nuntiare tibi. ¶ 14 Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nūc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deū, ¶ 15 Et dicet mihi quando eis reddat peccatum suum, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per medium Ierusalem, & habebis omnem populum Israel, sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit vel vnus canis contra te, ¶ 16 Quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam Dei. ¶ 17 Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi. ¶ 18 Placuerunt autē omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum, ¶ 19 Nō est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. ¶ 20 Et dixit ad illam Holofernes, Benefecit Deus qui misit te ante populum, vt des illum tu in manibus nostris. ¶ 21 Et quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

CAP. XII.

Iudith introducta in locum thesaurorum, petit sibi licere noctu & ante lucem egredi ad orandum. 10 Vagao ad eam mittitur ad persuadendum vt consentire Holoferni velit.

Tunc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & constituit quid daretur illi de conuiuio suo. ¶ 2 Qui respondit Iudith, & dixit, Nunc nō po-

Gen.43.g.32. Exod.2.b. Exod.18.b.

terosmanducare ex his quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo. ¶ 3 Cui Holofernes ait, Si defecerint tibi ista quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi? ¶ 4 Et dixit Iudith, Vivit anima tua domine meus, quoniam non evadet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerunt illam serui eius in tabernaculum quod præceperat. ¶ 5 Et petiit dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum. ¶ 6 Et præcepit cubicularijs suis, vt sicut place ret illi, exiret & introiret ad adorãdum Deum suum per triduũ. ¶ 7 Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ. ¶ 8 Et vt ascendebat, orabat Dominum Deum Israel, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. ¶ 9 Et introiens, munda manebat in tabernaculo, vsque dum acciperet escam suam in vespere. ¶ 10 Et factum est in quarto die, Holofernes fecit cœnã seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum, Vade, & suade Hebræam illam vt sponte consentiat habitare mecum. ¶ 11 Ecdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum agẽdo, vt immunis ab eo transeat. ¶ 12 Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit, Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. ¶ 13 Cui Iudith respondit, Quæ ego sum, vt contradicam domino meo? ¶ 14 Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimũ, faciam. Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. ¶ 15 Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciem eius. ¶ 16 Cor autem Holofernis cõcussum est: erat enim ardẽs in cõcupiscentia eius. ¶ 17 Et dixit ad eam Holofernes, Bibe nunc, & accumbe in iucunditate: quoniam inuenisti gratiam corã me. ¶ 18 Et dixit Iudith, Bibam domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis. ¶ 19 Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea quæ parauerat illi ancilla eius. ¶ 20 Et iucundus factus est Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.

## CAP. XIII.

*Holofernis ebrii caput defert Iudith ad Iudæos: quos hortatur ad gratiarum actiones & laudes Deo.*

A VT autem serò factum est, festinauerunt servi illius ad hospitia sua, & concluserunt vagao ostia cubiculi, & abiit. ¶ 1 Erant autem omnes fatigati à vino. ¶ 2 Atque Iudith sola in cubiculo. ¶ 3 Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus. ¶ 4 Dixitq; Iudith puellæ suæ vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret. ¶ 5 Stetitque Iudith ante lectum, orans cum lachrymis, & labiorũ motu in silentio. ¶ 6 Dicens, Confirma me Domine Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. ¶ 8 Et quum hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionem eius qui in ea ligatus pendebat, exoluit. ¶ 9 Quúmque euaginasset illum, apprehendit comam capitis eius, & ait, Confirma me Domine Deus in hac hora. ¶ 10 Et percussit bis in cernicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopæum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncũ. ¶ 11 Et post pusillũ exiit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suam. ¶ 12 Et exierunt duæ, secũdum consuetudinem suam, quasi ad orationẽ, & transierunt castra: & gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis. ¶ 13 Et dixit Iudith alõge custodibus murorum, Aperite portas, quoniam nobiscum est Deus qui fecit virtutẽ in Israel. ¶ 14 Et factum est, quum audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis. ¶ 15 Et occurrerũt ad eam omnes, à minimo vsque ad maximum: quoniam sperabant eam iam non esse ventutam. ¶ 16 Et accendentes luminaria congyraueruntcirca eam vniuersi: illa autem ascendens in eminentiorem locum, iussit fieri silentium. Quúmque omnes tacuissent, ¶ 17 Dixit Iudith, Laudate Dominum Deum nostrum qui non deseruit sperantes in se: ¶ 18 Et in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quã promisit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte. ¶ 19 Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicẽs, Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum: & ecce conopœum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum fœminæ percussit illum Dominus Deus noster. ¶ 20 Viuit autem ipse Dominus, quoniã custodiuit me Angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem: & non permisit me Dominus ancillam suã coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra. ¶ 21 Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. ¶ 22 Vniuersi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam, Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. ¶ 23 Porrò Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam, Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. ¶ 24 Benedictus Dominus qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorum nostrorum. ¶ 25 Qui hodie nomen tuum ita magnificauit, vt nõ recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias & tribulationem generis tui, sed subueniſti ruinæ ante cõspectum Dei nostri. ¶ 26 Et dixit omnis populus, Fiat fiat. ¶ 27 Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith, Deus Israel, cui tu testimoniũ dedisti quòd vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea. ¶ 28 Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in cõtemptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit, & tibi interitum minabatur, dicẽs, Quum captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiã latera tua. ¶ 29 Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore cecidit in faciem suã super terrã, & æstuauit anima eius.

Gen.41.g.42. Iudith.12.b. Iudith.13.a. Iudith.13.b. Iudith.13.c. Iudith.13.d. Iudith.13.e. Iudith.13.f. Iudith.13.g. Iudith.13.h. Iudith.13.i. Iudith.13.k. Iudith.13.l. Iudith.13.m. Iudith.13.n. Iudith.13.o. Iudith.13.p. Iudith.13.q. Iudith.13.r. Iudith.13.s. Iudith.13.t. Iudith.13.u. Iudith.13.v. Iudith.13.w. Iudith.13.x. Iudith.13.y. Iudith.13.z. Iudith.13.aa. Iudith.13.bb. Iudith.13.cc. Iudith.13.dd. Iudith.13.ee. Iudith.13.ff. Iudith.13.gg. Iudith.13.hh. Iudith.13.ii. Iudith.13.kk. Iudith.13.ll. Iudith.13.mm. Iudith.13.nn. Iudith.13.oo. Iudith.13.pp. Iudith.13.qq. Iudith.13.rr. Iudith.13.ss. Iudith.13.tt. Iudith.13.uu. Iudith.13.xx. Iudith.13.yy. Iudith.13.zz. Iudith.13.aaa. Iudith.13.bbb. Iudith.13.ccc. Iudith.13.ddd. Iudith.13.eee. Iudith.13.fff. Iudith.13.ggg. Iudith.13.hhh. Iudith.13.iii. Iudith.13.kkk. Iudith.13.lll. Iudith.13.mmm. Iudith.13.nnn. Iudith.13.ooo. Iudith.13.ppp. Iudith.13.qqq. Iudith.13.rrr. Iudith.13.sss. Iudith.13.ttt. Iudith.13.uuu. Iudith.13.xxx. Iudith.13.yyy. Iudith.13.zzz. Iudith.13.aaaa. Iudith.13.bbbb. Iudith.13.cccc. Iudith.13.dddd. Iudith.13.eeee. Iudith.13.ffff. Iudith.13.gggg. Iudith.13.hhhh. Iudith.13.iiii. Iudith.13.kkkk. Iudith.13.llll. Iudith.13.mmmm. Iudith.13.nnnn. Iudith.13.oooo. Iudith.13.pppp. Iudith.13.qqqq. Iudith.13.rrrr. Iudith.13.ssss. Iudith.13.tttt. Iudith.13.uuuu. Iudith.13.xxxx. Iudith.13.yyyy. Iudith.13.zzzz. Iudith.13.aaaaa. Iudith.13.bbbbb. Iudith.13.ccccc. Iudith.13.ddddd. Iudith.13.eeeee. Iudith.13.fffff. Iudith.13.ggggg. Iudith.13.hhhhh. Iudith.13.iiiii. Iudith.13.kkkkk. Iudith.13.lllll. Iudith.13.mmmmm. Iudith.13.nnnnn. Iudith.13.ooooo. Iudith.13.ppppp. Iudith.13.qqqqq. Iudith.13.rrrrr. Iudith.13.sssss. Iudith.13.ttttt. Iudith.13.uuuuu. Iudith.13.xxxxx. Iudith.13.yyyyy. Iudith.13.zzzzz. Iudith.13.aaaaaa. Iudith.13.bbbbbb. Iudith.13.cccccc. Iudith.13.dddddd. Iudith.13.eeeeee. Iudith.13.ffffff. Iudith.13.gggggg. Iudith.13.hhhhhh. Iudith.13.iiiiii. Iudith.13.kkkkkk. Iudith.13.llllll. Iudith.13.mmmmmm. Iudith.13.nnnnnn. Iudith.13.oooooo. Iudith.13.pppppp. Iudith.13.qqqqqq. Iudith.13.rrrrrr. Iudith.13.ssssss. Iudith.13.tttttt. Iudith.13.uuuuuu. Iudith.13.xxxxxx. Iudith.13.yyyyyy. Iudith.13.zzzzzz. Iudith.13.aaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbb. Iudith.13.ccccccc. Iudith.13.ddddddd. Iudith.13.eeeeeee. Iudith.13.fffffff. Iudith.13.ggggggg. Iudith.13.hhhhhhh. Iudith.13.iiiiiii. Iudith.13.kkkkkkk. Iudith.13.lllllll. Iudith.13.mmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnn. Iudith.13.ooooooo. Iudith.13.ppppppp. Iudith.13.qqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrr. Iudith.13.sssssss. Iudith.13.ttttttt. Iudith.13.uuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbb. Iudith.13.cccccccc. Iudith.13.dddddddd. Iudith.13.eeeeeeee. Iudith.13.ffffffff. Iudith.13.gggggggg. Iudith.13.hhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkk. Iudith.13.llllllll. Iudith.13.mmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnn. Iudith.13.oooooooo. Iudith.13.pppppppp. Iudith.13.qqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrr. Iudith.13.ssssssss. Iudith.13.tttttttt. Iudith.13.uuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbb. Iudith.13.ccccccccc. Iudith.13.ddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeee. Iudith.13.fffffffff. Iudith.13.ggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkk. Iudith.13.lllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnn. Iudith.13.ooooooooo. Iudith.13.ppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrr. Iudith.13.sssssssss. Iudith.13.ttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbb. Iudith.13.cccccccccc. Iudith.13.dddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeee. Iudith.13.ffffffffff. Iudith.13.gggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkk. Iudith.13.llllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnn. Iudith.13.oooooooooo. Iudith.13.pppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrr. Iudith.13.ssssssssss. Iudith.13.tttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbb. Iudith.13.ccccccccccc. Iudith.13.ddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeee. Iudith.13.fffffffffff. Iudith.13.ggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkk. Iudith.13.lllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnn. Iudith.13.ooooooooooo. Iudith.13.ppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrr. Iudith.13.sssssssssss. Iudith.13.ttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbb. Iudith.13.cccccccccccc. Iudith.13.dddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeee. Iudith.13.ffffffffffff. Iudith.13.gggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkk. Iudith.13.llllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnn. Iudith.13.oooooooooooo. Iudith.13.pppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrr. Iudith.13.ssssssssssss. Iudith.13.tttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.ccccccccccccc. Iudith.13.ddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeee. Iudith.13.fffffffffffff. Iudith.13.ggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.lllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.ooooooooooooo. Iudith.13.ppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.sssssssssssss. Iudith.13.ttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.cccccccccccccc. Iudith.13.dddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.ffffffffffffff. Iudith.13.gggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.llllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.oooooooooooooo. Iudith.13.pppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.ssssssssssssss. Iudith.13.tttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.ccccccccccccccc. Iudith.13.ddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.fffffffffffffff. Iudith.13.ggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.lllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.ooooooooooooooo. Iudith.13.ppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.sssssssssssssss. Iudith.13.ttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.cccccccccccccccc. Iudith.13.dddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.ffffffffffffffff. Iudith.13.gggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.llllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.oooooooooooooooo. Iudith.13.pppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.ssssssssssssssss. Iudith.13.tttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.ccccccccccccccccc. Iudith.13.ddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.fffffffffffffffff. Iudith.13.ggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.lllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.ooooooooooooooooo. Iudith.13.ppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.sssssssssssssssss. Iudith.13.ttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.cccccccccccccccccc. Iudith.13.dddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.ffffffffffffffffff. Iudith.13.gggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.llllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.oooooooooooooooooo. Iudith.13.pppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.ssssssssssssssssss. Iudith.13.tttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.ccccccccccccccccccc. Iudith.13.ddddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.fffffffffffffffffff. Iudith.13.ggggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.lllllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.ooooooooooooooooooo. Iudith.13.ppppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.sssssssssssssssssss. Iudith.13.ttttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.cccccccccccccccccccc. Iudith.13.dddddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.ffffffffffffffffffff. Iudith.13.gggggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.llllllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.oooooooooooooooooooo. Iudith.13.pppppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.ssssssssssssssssssss. Iudith.13.tttttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.ccccccccccccccccccccc. Iudith.13.ddddddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.fffffffffffffffffffff. Iudith.13.ggggggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.lllllllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.ooooooooooooooooooooo. Iudith.13.ppppppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.sssssssssssssssssssss. Iudith.13.ttttttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.cccccccccccccccccccccc. Iudith.13.dddddddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.ffffffffffffffffffffff. Iudith.13.gggggggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.llllllllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.oooooooooooooooooooooo. Iudith.13.pppppppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.ssssssssssssssssssssss. Iudith.13.tttttttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.ccccccccccccccccccccccc. Iudith.13.ddddddddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.fffffffffffffffffffffff. Iudith.13.ggggggggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.lllllllllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.ooooooooooooooooooooooo. Iudith.13.ppppppppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.sssssssssssssssssssssss. Iudith.13.ttttttttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.cccccccccccccccccccccccc. Iudith.13.dddddddddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.ffffffffffffffffffffffff. Iudith.13.gggggggggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.llllllllllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.oooooooooooooooooooooooo. Iudith.13.pppppppppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.ssssssssssssssssssssssss. Iudith.13.tttttttttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.ccccccccccccccccccccccccc. Iudith.13.ddddddddddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.fffffffffffffffffffffffff. Iudith.13.ggggggggggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.lllllllllllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.ooooooooooooooooooooooooo. Iudith.13.ppppppppppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.sssssssssssssssssssssssss. Iudith.13.ttttttttttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.cccccccccccccccccccccccccc. Iudith.13.dddddddddddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.ffffffffffffffffffffffffff. Iudith.13.gggggggggggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.llllllllllllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.oooooooooooooooooooooooooo. Iudith.13.pppppppppppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.ssssssssssssssssssssssssss. Iudith.13.tttttttttttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.ccccccccccccccccccccccccccc. Iudith.13.ddddddddddddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.fffffffffffffffffffffffffff. Iudith.13.ggggggggggggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.lllllllllllllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.ooooooooooooooooooooooooooo. Iudith.13.ppppppppppppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.sssssssssssssssssssssssssss. Iudith.13.ttttttttttttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy. Iudith.13.zzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzzz. Iudith.13.aaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaaa. Iudith.13.bbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbbb. Iudith.13.cccccccccccccccccccccccccccc. Iudith.13.dddddddddddddddddddddddddddd. Iudith.13.eeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeeee. Iudith.13.ffffffffffffffffffffffffffff. Iudith.13.gggggggggggggggggggggggggggg. Iudith.13.hhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhhh. Iudith.13.iiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiiii. Iudith.13.kkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkkk. Iudith.13.llllllllllllllllllllllllllll. Iudith.13.mmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmmm. Iudith.13.nnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnnn. Iudith.13.oooooooooooooooooooooooooooo. Iudith.13.pppppppppppppppppppppppppppp. Iudith.13.qqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqqq. Iudith.13.rrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrrr. Iudith.13.ssssssssssssssssssssssssssss. Iudith.13.tttttttttttttttttttttttttttt. Iudith.13.uuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuuu. Iudith.13.xxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxxx. Iudith.13.yyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyyy

¶ 30 Postea verò quàm resumpto spiritu receatus est, prócidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit, ¶ 31 Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniã in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

CAP. XIIII.

Caput Holofernis in muro suspenditur. 6 Achior Deo credit, & circunciditur. 7 Iudæi Assyrios aggrediuntur. 13 Vagao Holofernem mortuum deprehendit.

DIxit autem Iudith ad omnem populum, Audite me fratres: Suspédite caput hoc super muros nostros: ¶ 2 Et erit, quum exierit sol, accipiat vnusquisque arma sua, & exite cum impetu: non vt descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. ¶ 3 Tunc exploratores necesse erit vt fugiant ad principem suum excitandum ad pugnam. ¶ 4 Quúmque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & inuenerint eum truncũ in suo sanguine volutatum, dẽcidet super eos timor. ¶ 5 Quúmque cognoueritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris. ¶ 6 Tunc Achior videns virtutem quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circuncidit carnem præputii sui, & appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis eius vsque in hodiernum diem. ¶ 7 Nox autẽ vt ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, acceptúque vnusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu & vlulatu. ¶ 8 Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. ¶ 9 Porrò hi qui in cabernaculo erant, venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte mollebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus Holofernes euigilaret. ¶ 10 Nullus enim audebat cubiculum virtutis Assyriorum pulsando aut intrando aperire. ¶ 11 Sed quum venissent eius duces ac tribuni, & vniuersi maiores exercitus regis Assyriorũ, dixerunt cubicularijs, ¶ 12 Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cauernis suis, ausi sunt prouocare nos ad prælium. ¶ 13 Tunc ingressus Vagao cubiculũ eius, stetit ante cortinam, & plausum fecit manibus suis: suspicabatur enim illum cũ Iudith dormire. ¶ 14 Sed quum nullum motum sacentis sensu aurium caperet, accessit proximans ad cortinam, & eleuans eã, vidẽnsque cadauer absque capite Holofernis in suo sanguine tabefactum iacẽre super terram, exclamauit voce magna cum fletu, & scidit vestimenta sua. ¶ 15 Et ingressus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exiliit foras ad populum, ¶ 16 Et dixit, Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non est in illo. ¶ 17 Quod quũ audissent principes virtutis Assyriorum, sciderunt omnes vestimenta sua, & intolerabilis timor & tremor cécidit super eos, & turbati sũt animi eorum valde. ¶ 18 Et factus est clamor incomparabilis in medio castrorum eorum.

CAP. XV.

Assyrii fugiunt, quorum spoliis Israelitæ ditantur. 9 Benedicitur Iudith à pontifice & populo.

QVúmque omnis exercitus decollatũ Holofernem audisset, fugit mens & consilium ab eis, & solo tremore & metu agitati, fugæ præsidium sumunt. ¶ 2 Ita vt nullus loqueretur cum proximo suo, sed inclinato capite, relictis omnibus, euadere festinabãt Hebræos, quos armatos super se venire audierãt, fugientes per vias camporũ & semitas colliũ. ¶ 3 Videntes itaque filii Israel fugientes, secuti sunt illos. Descenderũntque clangentes tubis, & vlulantes post ipsos. ¶ 4 Et quoniam Assyrii nõ adunati, in fugam ibant præcipites: filii autem Israel vno agmine persequentes, debilitabant omnes quos inuenire potuissent. ¶ 5 Misit itaque Ozias nũtios per omnes ciuitates & regiones Israel. ¶ 6 Omnis itaque regio, omnisque vrbs, electam iuuentutem armatam misit post eos, & persecuti sunt eos in ore gladii, quousque peruenirent ad extremitatem finium suorum. ¶ 7 Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingressi sunt castra Assyriorũ, & prædã quam fugientes Assyrii reliquerant, abstulerunt, & onustati sunt valde. ¶ 8 Vi verò qui victores reuersi sunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum abstulerunt secum, ita vt non esset numerus in pecoribus, & iumentis, & vniuersis mobilibus eorum, vt à minimo vsque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum. ¶ 9 Ioachim autem summus pontifex, de Ierusalem venit in Bethuliam cum vniuersis presbyteris suis, vt videret Iudith. ¶ 10 Quæ quum exisset ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes, Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri, ¶ 11 Quia fecisti viriliter, & cõfortatum est cor tuum, eo quòd castitatẽ amaueris, & post virum tuum, alterum nesciers: ideo & manus Domini cõfortauit te, & ideo eris benedicta in æternum. ¶ 12 Et dixit omnis populus, Fiat, fiat. ¶ 13 Per dies autem triginta vix collecta sunt spolia Assyriorum à populo Israel. ¶ 14 Porrò autẽ vniuersa quæ Holofernis peculiaria fuisse probata sunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & vestibus, & gemmis, & omni supellectili, & tradita sunt omnia illi à populo. ¶ 15 Et omnes populi gaudebant cũ mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis,

CAP. XVI.

Iudith laudem canit Deo ob victoriam. 11 Parta victoria venit omnis populus Ierusalem ad adorandum. 21 Moritur Iudith.

TVnc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicens, ¶ 2 Incipite Domino in tympanis, cãtate Domino in cymbalis, modulamini illi psalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius. ¶ 3 Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi. ¶ 4 Qui posuit castra sua in medio populi sui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum nostrorum. ¶ 5 Venit Assur ex montibus ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ: cuius multitudo obthuruit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles. ¶ 6 Dixit se incensurum fines meos, & iuuenes meos occisurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem. ¶ 7 Dominus autem omnipotens nocuit eum, & tradidit eum in manus fœminæ, & cõfodit eum. ¶ 8 Non enim cecidit potens eorum à iuuẽi-

bus, nec filii Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes imposuerunt se illi, sed Judith filia Merari in specie faciei suæ dissoluit eum. ¶9 Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestiméto lætitiæ, in exultatione filiorum Israel. ¶10 Vnxit faciem suam vnguento, & colligauit crinelnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendum illum. ¶11 Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius: amputauit pugione cervicé eius. ¶12 Horruerunt Persæ constantiam eius, & Medi audaciam eius. ¶13 Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerunt humiles mei, aresecntes in siti. ¶14 Filii puellarum compunxerunt eos, & sicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie Domini Dei mei. ¶15 Hymnum cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo nostro. ¶16 Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare nemo potest. ¶17 Tibi seruiat omnis creatura tua: quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritum tuum, & creata sunt, & non est qui resistat voci tuæ. ¶18 Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis, petræ sicut cera liquescent ante faciem tuã. ¶19 Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia. ¶20 Væ genti insurgenti super genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicii visitabit illos. ¶21 Dabit enim ignem & vermes in carnes eorum, vt vrantur & sentiant vsque in sempiternum. ¶22 Et factum est post hæc, omnis populus post victoriam venit in Ierusalem adorare Dominum: & mox vt purificati sunt, obtulerũt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. ¶23 Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis quæ dedit illi populus, & conopæum quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema oblationis. ¶24 Erat autem populus iucundus secũdum faciem sanctorum, & per tres menses gaudium huius victoriæ celebratum est cum Iudith. ¶25 Post dies autem illos vnusquisque rediit in domum suam, & Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel. ¶26 Erat etiam virtuti castitas adiuncta, ita vt non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius. ¶27 Erat autem diebus festis procedẽs cum magna gloria. ¶28 Manſit autem in domo viri sui annos centum quinque, & dimisit abram suam liberam, & defuncta est ac sepulta cũ viro suo in Bethulia. ¶29 Luxitque illam omnis populus diebus septem. ¶30 Et in omni autem spatio vitæ eius nõ fuit qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis. ¶31 Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vsque in præsentem diem.

# Liber Esther.

## CAP. I.

Assuerus celebrato conuiuio potentiam & gloriam suã ostentat. 9 Vasthi regina pulchra recusat venire ad eũ. 13 Ipsam consilio sapientum repudiat. 21 Edictum regis de imperio virorum in vxores.

IN DIEBVS Assueri qui regnauit ab India vsque Aethiopiam super centum vigintiseptẽ prouincias: ¶2 Quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit. ¶3 Tertio igitur anno imperii sui fecerat grande conuiuium cũctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarũ, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se, ¶4 Vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem, atque iactantiam potentiæ suæ, multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus. ¶5 Quibus impleretur dies conuiuii, inuitauit omnẽ populum qui inuentus est in Susan à maximo vsque ad minimum: & iussit septem diebus cõuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat. ¶6 Et pendebant ex omni parte tentoria æreel coloris, & carbasini ac hyacinthini, sustẽtata funibus byssinis, atque purpureis qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei & argentei, super pauimẽtum smaragdino & pario stratum lapide, dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat. ¶7 Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis atque aliis vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, vt magnificẽtia regia dignum erat. ¶8 Abundans & præcipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum: sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisq; quod vellet. ¶9 Vasthi quoque regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi rex Assuerus manere consueuerat. ¶10 Et aque die septimo, quum rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Mauman & Bazatha, & Harbona & Bagatha & Abgatha & Zethar & Charchas septem eunuchis qui in conspectu eius ministrabant, ¶11 Vt introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput eius diademate, vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde. ¶12 Quæ renuit, & ad regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succensus, ¶13 Interrogauit sapientes qui ex more regio semper eĩ adhærebant, & illorum facsebat cuncta consilio, scientium leges, ac iura maiorum: ¶14 Erant autẽ primi & proximi, Charsena & Sethar & Admatha & Thatsis & Mares & Marsana & Mamuchan, septem duces Persarum, atque Medorum qui videbãt faciem regis, & primi post eum residere soliti erant) ¶15 Cui sententiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere noluisset. ¶16 Respondit que Mamuchan, audiente rege,

B 5.10.d.17.

6 Gene.1. psal.32.b.9.

D 1.Reg.1.b.

Gene.50.b.10.

atq; principibus, ¶ Nõ solùm regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes qui sunt in cunctis prouinciis regis Assueri. ¶17 Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & dicant, Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi introiret ad eũ, & illa noluit. ¶18 Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum atque Medorũ, paruipendent imperia maritorum, vnde regis iusta est indignatio. ¶19* Si tibi placet, egrediatur edictũ à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præterire illicitum est, vt nequaquam vltrà Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera quæ melior est illa, accipiat. ¶20 Et hoc in omne quod latissimum est prouinciarum tuarum di uulgetur imperium, & cunctæ vxores tam maiorum quàm minorũ deferant maritis suis honorem. ¶21 Placuit consilium eius regi & principibus: fecitque* iuxta consilium Mamuchan, ¶22 Et misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire & legere poterat, diuersis linguis & literis, esse viros principes ac maiores in domibus suis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

CAP. II.

Esther pulchra adoptata à Mardochæo, seruatur cum cæteris puellis in domo regis. 11 Illa præ cæteris regi placens, regina efficitur. 21 Bagathan & Thares suspenduntur.

HIs* itaque gestis, postquam regis Assueri indignatio deferbuerat, *recordata* est Vasthi,* quæ fecisset, vel quæ passa esset: ¶2 Dixerũntque pueri regis, ac ministri eius, Quærantur regi puellæ virgines ac speciosæ, ¶3 Et mittantur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas & virgines: & adducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domũ fœminarum sub manu Egei eunuchi, qui est præpositus & custos mulierum regiarum: & accipiant mundum mulliebrem, & cætera ad vsus necessaria. ¶4 Et quæcunque inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo regi: & ita vt suggesserant, iussit fieri. ¶5 Erat vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iair, filii Semei, filii Cis de stirpe Iemini, ¶6 Qui trãslatus fuerat de Ierusalẽ eo tempore quo Iechonĩa regem Iudæ, Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat, ¶7 Qui fuit nutriti* filiæ fratris sui Ediſſæ, quæ altero nomine vocabatur Esther: & vtrum que parentẽ amiserat: pulchra nimis, & decora facie. Mortuisque patre eius ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiã. ¶8 Quũmque percrebruisset regis imperium, & iuxta mãdatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Susan, & Egeo traderentur eunucho: Esther quoque inter cæteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero fœminarum. ¶9 Quæ placuit ei, & inuenit gratiã in conspectu illius. Et præcepit eunucho vt acceleraret mundum mulliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam, quàm pedissequas eius ornaret atque excoleret. ¶10 Quæ noluit indicare ei populum & patriam suam. Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret: ¶11 Qui deambulabat quotidie ante vestibulũ domus, in qua electæ virgines seruabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret. ¶12 Quum autem venisset tẽpus singularum per ordinẽ puellarum, vt introirent ad regem, expletis omnibus quæ ad cultum mulierbrem pertinebant, mensis duodecimus vertebatur: ita duntaxat, vt sex mensibus oleo vngerentur* myrrhino, & aliis ex qui busdam pigmentis & aromatibus vterentur. ¶13 Ingredientẽsq; ad regẽ, quicquid postulassent ad ornatum pertinens, accipiebant: & vt eis placuerat, compositæ, de triclinio fœmina rum ad regis cubiculũ transibant. ¶14 Et quæ intrauerat vespere, egrediebatur mane, atque inde in secundas ædes* deducebantur quæ sub manu Sasagazi eunuchi erant, qui concubinis regis præsidebat: nec habebat potestatem ad regem vltrà redeundi, nisi voluisset rex, & eam venire iussisset ex nomine. ¶15 Cuoluto autem tempore per ordinẽ, instabat dies quo Esther filia Abihaïl fratris Mardochæi, quã sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quæ nõ quæsiit mulliebrem cultum, sed quæ cunque voluit Egeus eunuchus custos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. ¶16 Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri mẽse decimo, qui vocatur Tebeth, septimo anno regni eius. ¶17 Et adamauit eã rex plus quàm omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitque eam regnare in loco Vasthi. ¶18 Et iussit conuiuiũ præparari permagnificum cũctis principibus, & seruis suis pro coniunctione, & nuptiis Esther: & dedit requiẽ vniuersis prouiciis, ac dona largitus est iuxta magnificentiã principalem. ¶19 Quũmque & secundò quærerentur virgines & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuã regis: ¶20 Necdum prodiderat Esther patriam & populum suum, iuxta mandatum eius. Quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat vt eo tempore solita erat quo eam parũlam nutriebat. ¶21 Eo igitur tempore quo Mardochæus ad regis ianuã morabatur, irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis qui ianitores erant, & in primo palatii limine* regi præsidebant: voluerũntque insurgere in regem, & occidere eum. ¶22 Quod Mardochæum nõ latuit: statimque nuntiauit reginæ Esther: & illa regi ex nomine Mardochæi qui ad se rem detulerat. ¶23 Quæsitum est, & inuentum: & appensus est vterque eorum in patibulo. Et iussit rex vt in libro memoriali scriberetur, vt pro vita sua aliquid repẽsaret ei: mandatũmque est historiis, & annalibus traditum coram rege.

CAP. III.

Aman exaltatum à rege solus Mardochæus non adorat: propter quod Iudæorum interitum impetrat ab Assuero.

POst hæc rex Assuerus exaltauit Aman filium Amadathi qui erat de stirpe Agag: & posuit solium eius super omnes principes quos habebat. ¶1 Cunctique serui regis qui in foribus palatii versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: sic enim præceperat eis

imperator. solus Mardochæus nõ flectebat ge-
præsidebat, nu, neque adorabat eum. ¶3 Cui dixerũt pueri
regis qui ad fores palatii residebãt, Cur præ-
ter cæteros non obseruas mandatum regis?
¶4 Quũmq; hoc crebrius diceretur, & ille nol-
let audire, nunciauerũt Amã, scire cupientes
vtrũ perseueraret in sententia. dixerat enim
eis se esse Iudæũ. ¶5 Quod quum audisset A-
mã, & experimẽto probasset quòd Mardocha⁹
nõ flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus
est valde, ¶6 Et pro nihilo duxit in vnũ Mar-
dochæum mittere manus suas, audierat enim
quòd esset gentis Iudææ: magisque voluit om
nem Iudæorũ, qui erãt in regno Assueri, per-
dere nationẽ. ¶7 Mense primo, cuius vocabu-
lũ est Nisan, anno duodecimo regni Assueri,
missa est sors in vrnam, quæ Hebraicè dicitur
phur, coram Amã, quo die & quo mense gens
Iudæorum deberet interfici: & exiuit mensis
duodecimus, qui vocatur Adar. ¶8 Dixitque
Aman regi Assuero, Est populus per omnes
prouincias regni tui dispersus, & à se mutuò
separatus, nouis vtens legibus & ceremoniis,
insuper & regis scita contemnens. Et optime
nosti quòd non expediat regno tuo vt in sole-
scat per licentiã. ¶9 Si tibi placet, decerne vt
pereat, & decem millia talentorũ appendam
arcariis gazæ tuæ. ¶10 Tulit ergo rex annulũ
quo vtebatur, de manu sua, & dedit eum Amã
filio Amadathi de ꝓgenie Agag, hostí Iudæo
rum, ¶11 Dixitque ad eum, Argẽtum quod tu-
polliceris, tuum sit: de populo⁹que quod tibi
placet. ¶12 Vocatique sunt scribæ regis mense
primo, Nisan, tertiadecima die eiusdẽ mẽsis:
& scriptũ est, vt iusserat Aman, ad omnes sa-
trapas regis, & iudices prouinciarum, diuersa-
rúmque gentium, vt quæque gens legere po-
terat, & audire pro varietate linguarũ, ex no-
mine regis Assueri: & literæ signatæ ipsius an-
nulo, ¶13 Missæ sunt per cursores regis ad vni
uersas prouincias, vt occiderẽt atq; delerẽt
õnes Iudæos, à puero vsq; ad senẽ, paruulos
& mulieres, vno die, hoc est tertiodecimo mẽ-
sis duodecimi, qui vocatur Adar, & bona eorũ
diriperent. ¶14 Summa autẽ epistolarum hæc
fuit, vt omnes prouinciæ scirent & pararent
se ad prædictam diem. ¶15 Festinabant cursо-
res qui missi erãt regis imperiũ explere: statim
que in Susan pependit edictum, rege & Aman
celebrante conuiuium, & cunctis Iudæis qui
in vrbe erant, flentibus.

CAP. IIII.

Mardochæus interrogatus ab Esther cau-
sam luctus, suadet reginæ vt regẽ pro Iudæis
deprecetur. 15 Esther regem ingressura, iubet
pro se Deum orari.

QVæ quũ audisset Mardochæus, scidit ve-
stimẽta sua, & indutus est sacco, spar
gens cinerem capiti: & in platea mediæ ciui-
tatis voce magna clamabat, ostendẽs amaritu
dinẽ animi sui, ¶2 Et hoc eiulatu vsque ad fo-
res palatii gradiens. Non enim erat licitũ, in-
dutũ sacco aulã regis intrare. ¶3 In omnibus
quoq; prouinciis, oppidis ac locis, ad quæ cru
dele regis dogma peruenerat, planctus ingẽs
erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus & fletus
sacco & cinere multis prostrato vtẽtib⁹. ¶4 In
gressæ autẽ sunt puellæ Esther & eunuchi, nũ-
tiauerũntque ei. Quod audiens consternata
est: & veste misit, vt ablato sacco indueret eã:
quam accipere noluit. ¶5 Accitoque Athach
eunucho, quem rex ministrum ei dederat, præ
cepit ei vt iret ad Mardochæum, & discere⁹ ab
eo cur hoc faceret. ¶6 Egressúsque Athach,
iuit ad Mardochæũ, & inuenit eum stantem
in platea ciuitatis, ante ostium palatii. ¶7 Qui
indicauit ei omnia quæ acciderant, quomodo
Aman promisisset vt in thesauros regis profu
dorum nece inferret argentum. ¶8 Exemplar
quoque edicti quod pendebat in Susan, dedit
ei vt reginæ ostenderet, & moneret eam vt in-
traret ad regem, & deprecaretur eum pro po-
pulo suo. ¶9 Regressa Athach, nũtiauit Esther
omnia quæ Mardochæus dixerat. ¶10 Quæ re-
spondit ei, & iussit vt diceret Mardochæo,
¶11 Omnes serui regis, & cunctæ quæ sub ditio
ne eius sunt, norũt prouinciæ, quòd siue vir, si
ue mulier non vocatus, interius atrii regis in-
trauerit, absque vlla cũctatione statim interfi
ciatur: nisi fortè rex aureũ virgam ad eum te-
tenderit pro signo clementiæ, atque ita possit
viuere. Ego igitur quomodo ad regem intrare
potero, quæ triginta iam diebus non fui vo-
cata ad eam? ¶12 Quòd quum audisset Mardo-
chæus, ¶13 Rursũ mandauit Esther, dicens, Ne
putes quòd animam tuam tantũ liberes, quia
in domo regis es præ cũctis Iudæis. ¶14 Si enĩ
nunc siluueris, per aliam occasionem liberabun
tur Iudæi: & tu, & domus patris tui peribitis.
Et quis nouit vtrum ideirco ad regnum vene-
ris, vt in tali tempore pratereris? ¶15 Rursũm-
que Esther hæc Mardochæo verba mandauit,
¶16 Vade, & congrega omnes Iudæos, quos in
Susam repereris, & orate pro me. Non come-
detis, & non bibetis tribus diebus, & tribus no
ctibus: & ego cũ ancillis meis similiter ieiuna-
bo, & tunc ingrediar ad regem, contra legem
faciens, non vocata, tradẽsq; me morti & pe
riculo. ¶17 Iuit itaq; Mardochæus, & fecit om
nia quæ ei Esther præceperat.

CAP. V.

Esther semel & iterum inuitat regẽ ad cõ
uiuium. 9 Amã parat Mardochæo patibulum.
10 Ille autem tertio indutaest Esther regalib⁹
vestimẽtis, & stetit in atrio domus regiæ,
quod erat interius, contra basilicã regis: at il-
le sedebat super solliũ suũ in consistorio pala
tii, contra ostium domus. ¶2 Quũmq; vidisset
Esther reginam stantem, placuit oculis eius, &
extendit contra eam virgam auream quam te
nebat manu: quæ accedens, osculata est summi
tatẽ virgæ eius. ¶3 Dixitque ad eam rex, Quid
vis Esther regina? quæ est petitio tua? etiam si
dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi.
¶4 At illa respondit, Si regi placet, obsecro vt
venias ad me hodie, & Aman tecum ad convi-
uium quod paraui. ¶5 Statimque rex, Vocate,
inquit, cito Aman, vt Esther obediat volun-
tati. Venerunt itaque rex & Aman ad convi-
uium quod eis regina parauerat. ¶6 Dixitque ei rex, postquam vinum biberat abundan-
ter, Quid petis vt detur tibi? & pro qua re
postulas etiam si dimidiam partem regni mei
petieris, impetrabis. ¶7 Cui respondit Esther,
Petitio mea, & preces sunt istæ: ¶8 Si inuenĩ
in cõspectu regis gratiã, & si regi placet vt det
mihi quod postulo, & meam impleat petitio-

nem: Veniat rex & Aman ad conuiuium quod
paraui eis, & cras aperiam regi voluntatē me-
am. ¶9 Egressus est itaque illo die Aman læ-
tus & alacer. Quūmque vidisset Mardochæū se
dentem ante fores palatii, & nō soliū non as-
surrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco
sessionis suæ, indignatus est valde. ¶10 Et dissi
mulata ira reuersus in domum suā, conuoca-
uit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam.
¶11 Et exposuit illis magnitudinē diuitiarum
suarum, filiorūmque turbam, & quanta eum
gloria super omnes principes & seruos suos
rex eleuasset. ¶12 Et post hæc ait, Regina quo-
que Esther nullū alium vocauit ad conuiuiū
cum rege præter me: apud quam etiam cras
cum rege prandsurus sum. ¶13 Et quum hæc
omnia habeam, nihil me habere puto, quan-
diu videro Mardochæum Iudæū sedentē ante
fores regias. ¶14 Respōderūntq; ei Zares vxor
eius, & cæteri amici, Iube parari excelsam tra-
bem, habētem altitudinis quinquaginta cubi-
tos: & dic mane regi vt appēdatur super eam
Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad co
uiuium. Placuit ei consiliū, & iussit excelsam
præparari crucem.

CAP. VI.

Mardochæum fidelē sibi, honorari iubet
rex, quem ipse Aman honorat tristis.

NOctem illam duxit rex insomnem, iussit-
que sibi afferri historias & annales priō-
rū temporū. Quæ quū illo præsente legerētur,
¶2 Ventum est ad illum locum vbi scriptum e
rat quomodo nūtiasset Mardochæus insidias
Bagathan & Thares eunuchorū, regem Assue-
rum iugulare cupientium. ¶3 Quod quum au-
disset rex, ait, Quid pro hac fide honoris ac
præmii Mardochæus consecutus est? Dixerunt
ei serui illius ac ministri, Nihil omnino mer-
cedis accepit. ¶4 Statimque rex, Quis est, in-
quit, in atrio? Aman quippe interius atrium
domus regiæ intrauerat, vt suggereret regi, &
iuberet Mardochæum affigi patibulo quod ei
fuerat præparatū. ¶5 Respondērūt pueri, Ā-
man stat in atrio. Dixitque rex, Ingrediatur.
¶6 Quūmque esset ingressus, ait illi, Quid de-
bet fieri viro, quem rex honorare desyderat?
Cogitans autē in corde suo Amā, & reputans
quōd nullū alīū rex, nisi se, vellet honorare,
¶7 Respōdit, homo quē rex honorare cupit,
¶8 Debet indui vestib⁹ regiis: & imponi super
equū qui de sella regis est, & accipere regium
diadema super caput suū, ¶9 Et primus de re-
gūs principibus ac tyrānis teneat equū eius:
& per plateā ciuitatis incedēs, clamet & dicat,
Sic honorabitur, quēcunq; voluerit rex hono-
rare. ¶10 Dixitque ei rex, Festina: & sumpta
stola & equo, fac vt locut⁹ es, Mardochæo Iu-
dæo qui sedet ante fores palatii. Caue ne quic-
quā de his quæ locut⁹ es prætermittas. ¶11 Tu-
lit itaque Amā stolā & equum, indutūmque
Mardochæū, in platea ciuitatis, & impositum
equo præcedebat, atque clamabat, Hoc hono-
re condignus est, quencūque rex voluerit ho-
norare. ¶12 Reuersūsque est Mardochæus ad
ianuam palatii: & Aman festinauit ire in do-
mū suā, lugens & operto capite: ¶13 Narrauit
que Zares vxori suæ, & amicis omnia quæ eue
nissent sibi, cui respondērunt sapientes quos
habebat in consilio, & vxor eius, Si de semine
Iudæorum est Mardochæus, ante quem cadere
cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in
conspectu eius. ¶14 Adhuc illis loquentibus,
venerunt eunuchi regis, & citō eum ad conui-
uium quod regina parauerat, pergere compu-
lerunt.

CAP. VII.

Esther in conuiuio pro sua genti sque suæ
vita orat. ¶ Aman iussu regis suspenditur.

INtrauit itaq; rex & Aman, vt biberent cū
regina. ¶1 Dixitq; ei rex etiam secūda die,
postquā vino incaluerat. Quæ est petitio tua
Esther, vt detur tibi? & quid vis fieri etiam si
dimidiā partē regni mei petieris, impetrabis.
¶2 Ad quem illa respondit, Si inueni gratiam
in oculis tuis ô rex, & si tibi placet, dona mihi
animam meam pro qua rogo, & populum
meum pro quo obsecro. ¶4 Traditi enim su-
mus ego & populus meus, vt conteramur, iu
gulemur, & pereamus: atque vtinam in seruos
& famulas venderemur, esset tolerabile ma-
lum, & gemens tacerem. Nunc autem hostis
noster est, cuius crudelitas redundat in re-
gem. ¶5 Respondēnsque rex Assuerus ait, Quis
est iste: & cuius potentiæ, vt hæc audeat face-
re? ¶6 Dixitque Esther, Hostis & inimicus no-
ster pessimus iste est Aman. quod ille audiens,
illico obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre
non sustinens. ¶7 Rex autem iratus surrexit,
& de loco conuiuii intrauit in hortum arbori-
bus consitum: Aman quoque surrexit, vt ro-
garet Esther reginā pro anima sua. intellexit
enim à rege sibi paratū malū. ¶8 Qui quū re-
uersus esset de horto nemorib⁹ cōsito, & intras-
set cōuiuii locū, reperit Amā super lectulum
corruisse, in quo iacebat Esther, & ait, Etiā re-
ginam vult opprimere, me præsente, in domo
mea? Necdū verbū de ore regis exierat, & sta-
tim operuerūt faciē ei. ¶9 Dixitque Harbona,
vnus de eunuchis qui stabāt in ministerio re-
gis: En lignū quod parauerat Mardochæo, qui
locutus est pro rege, stat in domo Amā, habēs
altitudinis quinquaginta cubitos. Qui dixit
rex, Appendite eū in eo. ¶10 Suspēsus est ita-
que Aman in patibulo quod parauerat Mar-
dochæo: & regis ira quieuit.

CAP. VIII.

Bona Amā tradūtur reginæ Esther, quæ
impetrat à rege vt literæ in necem Iudæorum
scriptæ, reuocentur. ¶4 Gaudium & lætitia Iu-
dæorum ob edictum Assueri.

DEillo dedit rex Assuerus Esther reginæ
domum Aman aduersarii Iudæorum: &
Mardochæus ingressus est ante faciem regis.
Confessa est enim ei Esther quōd esset patru-
us suus. ¶2 Tulitque rex annulū quem ab A-
man recipi iusserat, & tradidit Mardochæo,
Esther autem constituit Mardochæum super
domum suam. ¶3 Nec his contenta, prōcidit
ad pedes regis, flevitque, & locuta ad eum, o-
rauit vt malitiam Amā Agagitæ, & machina-
tiones eius pessimas, quas excogitauerat con-
tra Iudæos, iuberet irritas fieri. ¶4 At ille ex
more sceptrum autem prætēdit manu, quo
signū clemētiæ mōstrabatur. Illāque cōsurgēs
stetit: ātē eū, ¶5 Et ait, Si placet regi, & si inue-
ni gratiā in oculis eius, & deprecatio mea nō
ei videtur esse contraria, obsecro vt nouis epi-
stolis veteres Amā literæ insidiatoris & hostis

Iudæorum,quibus eos in cunctis regis prouinciis perire præceperat, corrigantur. ¶6 Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionem populi mei? ¶7 Respondit q; rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo, Domum Aman concessi Esther reginæ: & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudæos. ¶8 Scribite ergo Iudæis, sicut vobis placet, ex regis nomine, signantes literas annulo meo. Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. ¶9 Accitisque scribis & librariis regis(erat autem tempus tertii mensis, qui appellatur Siban)vicesima & tertia die illius scriptæ sunt epistolæ, vt Mardochæus voluerat, ad Iudæos & ad principes, procuratoresque & iudices, qui centum viginti septem prouinciis ab India vsque ad Æthiopiam præsidebant: prouinciæ atque prouinciæ, populo & populo iuxta linguas & literas suas, & Iudæis, prout legere poterant, & audire. ¶10 Ipsæque epistolæ, quæ ex regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per velocarios: qui per omnes prouincias discurrentes, veteres literas nouis nuntiis præuenirent. ¶11 Quibus imperauit rex, vt conuenirent Iudæos per singulas ciuitates, & in vnum præciperent con gregari, vt starent pro animabus suis, & omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus interficerét atque delerent. ¶12 Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est tertiadecima die mensis duodecimi Adar. ¶13 Summàque epistolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui regis Assueri subiacebant imperio, notum fieret paratos esse Iudæos ad capiendam vindictam de hostibus suis. ¶14 Egressique sunt velocarii celeres nuntia perferentes, & edictum regis pependit in Susan. ¶15 Mardochæus autem de palatio, & de conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regiis, hyacinthinis videlicet & ‘æ’rinis’ coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo: omnisque ciuitas exultauit, atque lætata est. ¶16 Iudæis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. ¶17 Apud omnes populos, vrbes atque prouincias, quocunque regis præcepta venisebant, mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies: intantum vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni & cerimoniis iungerentur. Grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat. CAP. IX.

Interficiunt Iudæi inimicos suos. 14 Decem filii Aman suspenduntur. 17 Dies celebris instituitur in memoriam.

IGitur duodecimi mensis, quem Adar vocant ante iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperunt, & se de aduersariis vindicare. ¶2 Congregatique sunt per singulas ciuitates & oppida, & loca, vt extenderent manū contra inimicos, & persecutores suos: nullúsque ausus est resistere, eo quòd omnes populos magnitudinis eorum formido penetraret. ¶3 Nam & prouinciarū iudices, & duces, & procuratores, omnisque dignitas quæ singulis locis ac operibus præerat, extollebāt Iudæos timore Mardochæi: ¶4 Quē principem esse palatii, & plurimum posse cognouerant: fama quoque nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorū ora volitabat. ¶5 Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna & occiderūt eos, reddentes eis quod sibi parauerant facere: ¶6 Intantum vt etiam in Susan quingentos viros interfícerent, extra decem filios Aman Agagitæ hostis Iudæorū: quorum ista sunt nomina, ¶7 Pharsandátha, & Delphon, & Esphâtha, ¶8 Et Phorátha, & Adalia, & Aridatha, ¶9 Et Phirmēsta, & Arisai & Aridai, & Vaiezatha: ¶10 Quos quum occidissent, prædas de substantiis eorum agere noluerunt. ¶11 Statimque numerus eorum qui occisi erāt in Susan, ad regem relatus est. ¶12 Qui dixit rege Iudæis in vrbe Susan interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decem filios Aman: quantam putas eos exercere cædē in vniuersis prouinciis? Quid vltrà postulas, & quid vis vt fieri iubeas? ¶13 Cui illa respondit, Si regi placet, detur potestas Iudæis: vt sicut fecerunt hodie in Susan, ita & eras faciant, & decem filii Aman in patibulis suspendantur. ¶14 Præcepitque rex vt ita fieret: statimque in Susan pependit edictum, & decem filii Aman suspensi sunt. ¶15 Congregatis Iudæis quartadecima die mēsis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri: nec eorū ab illis direpta substantia est. ¶16 Sed & per omnes prouincias quæ ditioni regis subiacebant, pro animabus suis steterūt Iudæi, interfectis hostibus ac perfectoribus suis: intantum vt septuagintaquinque millia occiforum implerentur, & nullus de substantiis eorum quicquam contingeret. ¶17 Dies autē tertiusdecimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit. & quartadecima die cædere desierunt. Quem constituerunt esse solennem, vt in eo omni tēpore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuiis. ¶18 At hi qui in vrbe Susan eædem exercuerāt, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdē mensis in cædeversati sunt: quintodecimo autē die percutere desierunt. Et idcirco eundem diem constituerunt solennem epularum atque lætitiæ. ¶19 Et verò Iudæi qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudii decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittant sibi mutuò partes epularum & ciborum. ¶20 Scripsit itaq; Mardochæus omnia hæc, & literis cō prehensa misit ad Iudæos qui in omnibus regis prouinciis morabantur, tā in vicino positis, quàm procul, ¶21 Vt quartamdecimam & quintamdecimam diem mensis Adar pro festis suscelperent, & reuertente semper anno solenni celebrarét honore: ¶22 Quia in ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis, & luctus atque tristitia in hilaritatem gaudiúmque conuersi sunt, essentque dies isti epularum atque lætitiæ, & mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. ¶23 Susceperūntque Iudæi in solennem ritum cuncta quæ eo tempore facere cœperant, & quæ Mardochæus literis faciendā mandauerat. ¶24 Aman enim, filius Amadathi, stirpis Agag, hostis & aduersarius Iudæorum, cogitauit cōtra eos malum, vt occideret

*Legendum aerlis.

*penetraret.

illos, atque deleret: & misit phur, quod nostra
7 lingua vertitur in sorte. ¶25 Et postea ingressa est Esther ad regem, obsecrans vt conatus
eius, literis regis Iniqui irriti fierent: & malum quod
contra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in ca
put eius: denique & ipsum & filios eius affixe-
runt cruci, ¶26 Atque ex illo tempore dies isti
appellati sunt Phurim, id est sortium: eo quòd
phur, id est sors, in vrna missa fuerit. Et cun-
cta quæ gesta sunt, epistolæ, id est libri huius
volumine continentur: ¶27 Quæque sustinue-
runt, & quæ deinceps transmutata sunt, susceperunt Iudæi super se & semẽ suum, & super cũctos qui religioni eorum voluerunt copulari,
vt nulli liceat duos hos dies absque solennitate transigere: quos Scriptura testatur, & cæ-
tera expetũt tempora annis sibi iugiter succedẽtibus. ¶28 Isti sunt dies quos nulla vnquam
delebit obliuio: & per singulas generationes
8 cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt:
nec est vlla ciuitas, in qua dies Phurim, id est
sortium, non obseruentur à Iudæis, & ab eorũ progenie, quæ his ceremoniis obligata est.
¶29 Scripserũtque Esther regina filia Abihaïl, & Mardochæus Iudæus etiam secundam epistolã, vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterum. ¶30 Et miserũt ad omnes
Iudæos, qui in centum viginti septem prouinciis regis Assueri versabantur, vt haberent pacem, & susciperent veritatem, ¶31 Obseruantes
Dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent: sicut constituerant Mardochæus &
Esther, & illi obseruanda susceperunt à se, &
à semine suo ieiunia, & clamores ¶32 Et Sortium dies, & omnia quæ libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur. CAP. X.

Somnii Mardochæi enarratio.

A Rex verò Assuerus omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias. ¶2 Cuius fortitudo & imperiũ, & dignitas atque sub limitas, qua exaltauit Mardochæum, scripta sunt in libris Medorum atque Persarũ: ¶3 Et quomodo Mardochæus Iudæi generis secundus à rege Assuero fuerit: & magnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrum suorum, quærens bona populo suo, & loquens ea quæ ad pacem seminis sui pertinerent.

Quæ habentur in Hebræo, plena fide expressi. Hæc autẽ quæ sequntur, scripta reperi in editione vulgata, quæ Græco rum lingua & literis continentur: & interim post finẽ libri hoc capitulum ferebatur quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est veru, prænotauimus.

¶4 Dixitque Mardochæus, A Deo facta sunt
ista. ¶5 Recordatus sum somnii quod videram,
hæc eadem significantis: nec eorum quicquam
irritum fuit. ¶6 Patuus fons qui creuit in fluuium, & in lucem, solẽque conuersus est, &
in aquas plurimas redũdauit, Esther est, quam
rex accepit vxorem, & voluit esse reginam.
¶7 Duo autem dracones: ego sum, & Aman.
C ¶8 Gentes quæ conuenerant: hi sunt qui conati sunt delere nomen Iudæorum. ¶9 Gens autẽ ea, Israel est, qui clamauit ad Dominũ,
& saluũ fecit Dominus populũ suũ: liberauit
q; nos ab omnib' malis, & fecit signa magna
atque portenta inter gẽtes. ¶10 Et duas sortes
esse præcepit: vnam populi Dei, & alterã cun-
D ctarũ gentium. ¶11 Venitque vtraque sors in
statutum ex illo iam tẽpore diem coram Deo
vniuersis gentibus: ¶12 Et recordatus est Dominus populi sui, ac misertus est hæreditatis
suæ. ¶13 Et obseruabuntur dies isti in mense
Adar quartadecima, & quintadecima die eiusdem mensis, cum omni studio, & gaudio in vnum cœtũ populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Israel.

Somnium Mardochæi.

A NNo quarto regnãtib' Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotẽ, & Leuiticigeneris ferebat, & Ptolemæus filius eius hanc epistolam Phurim, quam dixe
runt interpretati esse Lysimachũ Ptolemæi filium in Ierusalem.

Hoc quoque principiũ erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretum.

¶1 Anno secundo, regnante Artaxerxe maxi- B
mo, prima die mensis Nisan, vidit somnium
Mardochæus, filius Iairi, filii Semei, filii Cis 5.1.2.5.
de tribu Beniamin: ¶2 Homo Iudæus, qui habi
tabat in vrbe Susis, vir magn', & inter primos
aulæ regiæ. ¶4 Erat autem de eo numero ca-
ptiuorũ, quos trãstulerat Nabuchodonosor 4.Reg.24.d.
rex Babylonis de Ierusalẽ cum Iechonia rege ierc.24.2.2.
Iuda: ¶5 Et hoc eius somnium fuit, Apparue-
rũt voces & tumult', & tonitrua, & terræ mo C
tus, & conturbatio super terrã: ¶6 Et ecce duo
dracones magni, paratique contra se in prælium. ¶7 Ad quorum clamorem cunctæ con-
citatæ sunt nationes, vt pugnarent cõtra gentem iustorũ. ¶8 Fuitque dies illa tenebrarum
& discriminis, tribulationis & angustiæ, & in-
gẽs formido super terrã. ¶9 Cõturbatãque est D
gens iustorum timẽtium mala sua, & præparata ad mortem. ¶10 Clamauerũntque ad Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit
in fluuium maximũ, & in aquas plurimas re-
dũdauit. ¶11 Lux & sol ort' est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerũt inclytos. ¶12 Quod
quum vidisset Mardochæus, & surrexisset de
strato, cogitabat quid Deus facere vellet: & si-
um habebat in animo, scire cupiens quid si-
gnificaret somnium. CAP. XII.

Mardochæus secundo insidias Artaxerxi
structas denudat.

M Orabatur autem eo tempore in aula re- A
gis cum Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erant palatii. ¶2 Quùmque Est. d.21, &
intellexisset cogitationes eorum, & curas dilli- 2.1.
genti' perquisisset, didicit quòd conarentur in
regem Artaxerxẽ manus mittere, & nuntiauit B
super eo regi. ¶3 Qui de vtroque habita quæ-
stione, cõfessos iussit duci ad mortem. ¶4 Rex
autem quod gestum erat, scripsit in commen- C
tariis: sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. ¶5 Præcepitque ei rex, vt in aula
palatii moraretur, datis ei pro delatione mu-
neribus. ¶6 Aman verò filius Amadathi bu-
gæus, erat gloriosissimus coram rege, & voluit

nocere Mardochæo, & populo eius pro duob⁹ eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Hucusque proœmium.

Quæ sequũtur, in eo loco posita erãt, vbi scriptũ est in volumine, Et diripuerũt bona, vel subsidia eorum. quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit,

CAP. XIII.

Exemplar Epistolæ Artaxerxis contra Iudæos. 9 Oratio Mardochæi.

A Ex maximus Artaxerxes ab India vsque AEthiopiam, centum vigintiseptem prouinciarũ principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, saluté. ¶2 Quum plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare subiectos: vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. ¶3 Quærente autem me à cõsiliariis meis quomodo posset hoc impleri, vnus qui sapientia & fide cæteros præcellebat, & erat post regem secundus, Amã nomine, ¶4 indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & contra omnium gentium consuetudinem faciens, regum iussa contemneret, & vniuersarum cõcordiam nationum sua dissensione violaret. ¶5 Quod quũ didicissemus, videtes vnam gentem rebellem aduersus omne hominum genus, peruersis vti legibus, nostrisq; iussionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiam: ¶6 Iussimus vt quoscunque Aman, qui omnib⁹ prouinciis præpositus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstrauerit: cũ coniugibus ac liberis deleãtur ab inimicis suis, nullúsq; eorum misereatur quartadecima die duodecimi mensis Adar, anni præsentis: ¶7 Vt nefarii homines vno die ad inferos descẽdẽtes, reddanti imperio nostro pacẽ quã turbauerãt.

Hucusque exemplar epistolæ.

Quæ sequuntur, post eum locum scripta reperi, vbi legitur, Intrãsque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mãdauerat Esther. Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

¶8 Mardochæus autem deprecatus est Dominum, memor omnium operũ eius, ¶9 Et dixit, Domine Domine rex Omnipotẽs, in ditione enim tua cuncta sunt posita: & non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. ¶10 Tu fecisti cælũ & terrã, & quicquid cæli ambitu cõtinetur: ¶11 Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ. ¶12 Cũcta nosti, & scis quia nõ pro superbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman superbissimum: ¶13 (libenter enim pro salute Israel eriã vestigia pedum eius deosculari paratus essem) ¶14 Sed timui ne honorẽ Dei mei transferrẽ ad hominẽ, & ne quenquam adorarem excepto Deo meo. ¶15 Et nunc Domine rex, Deus Abraham miserere populi tui, quia volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere. ¶16 Ne despicias partem tuam quam redemisti tibi de Ægypto. ¶17 Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuẽtes laudemus nomen tuũ Domine, & ne claudas ora canentium. ¶18 Omnis quoque Israel pari mente & obsecratione clamauit ad Dominũ, eo quòd eis certa mors imminderet.

CAP. XIIII.

¶ Oratio Esther pro liberatione populi sui, ad historiam quarti capitis pertinens.

Esther quoque regina confugit ad Dominum, pauens periculum quod imminebat. ¶1 Quúmque depositisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis variis, cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humillauit ieiuniis: omnísq; locain quibus antea lætari cõsueuerat, crinium laceratione cõpleuit. ¶2 Et deprecabatur Dominũ Deum Israel, dicens, Domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius. ¶4 Periculũ meũ in manibus meis est. ¶5 Audiui à patre meo quòd tu Domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retrò maioribus suis, vt possideres hæreditatem sempiternam, fecisti que eis sicut locutus es. ¶6 Peccauimus in cõspectu tuo, & ideirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum: ¶7 Coluimus enim deos eorum: iustus es Domine. ¶8 Et nunc non eis suffecit quòd durissima nos opprimũt seruitute, sed robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputãtes, ¶9 Volunt tua mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantiũ te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui, ¶10 Vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicẽt carnalem regem in sempiternum. ¶11 Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt, ne rideãt ad ruinam nostram: sed conuerte consilium eorũ super eos, & eum qui in nos cœpit sæuire, disperde. ¶12 Memento Domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam Domine Rex deorum, & vniuersæ potestatis: ¶13 Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat, & cæteri qui ei consentiunt. ¶14 Nos autem libera in manu tua, & adiuua me, nullum aliud auxilium habentem, nisi te Domine, qui habes omnium scientiã, ¶15 Et nosti quia oderim gloriam iniquorum, & detester cubile incircuncisi forum, & omnis alienigenæ. ¶16 Tu scis necesse sitatem meam, quòd abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meũ in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & nõ porte in diebus silẽtii mei, ¶17 Et quòd nõ comederim in mẽsa Aman, nec mihi placuerit conuiuiũ regis, & nõ biberim vinũ libaminũ: ¶18 Et nunquã lætata sit ancilla tua, ex quo huc transiata sũ vsque in præsentẽ diẽ, nisi in te Domine Deus Abrahã. ¶19 Deus fortis super omnes, exaudi vocẽ eorũ qui nullã aliam spẽ habent, &

libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

Hæc quoq; addita reperi in editione vulgata.

CAP. XV.

Quo pacto Esther ad regem intrauerit, & ad eius aspectum territa fuerit.

¶1 Mandauit ei Chaud dubium quin Esther Mardochæus) vt ingrederetur ad regem, & rogaret p populo suo & pro patria sua. ¶1 Memorare (inquit) dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita iis in manu mea, quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortē: ¶3 Et tu invoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Necnon & ista quæ subdita sunt.

¶4 Die autē tertio depositis vestimenta ornatus sui, & circundata est gloria sua. ¶5 Quūmque regio fulgeret habitu, & invocasset omniū rectorem & saluatorē Deum, assumpsit duas famulas: ¶6 Et super vnam quidem innitebatur, quasi præ delicijs & nimia teneritudine corp' suum ferre non sustineret: ¶7 Altera autem famulatum sequebatur dominam, destuentia in humum indumenta sustentans. ¶8 Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitētibus oculis tristem celabat animum, & nimio timore contractū. ¶9 Ingressa igitur cūcta per ordinem ostia, stetit contra regem, vbi ille resīdebat super solium regni sui, indutus vestibus regijs, aurōque fulgens & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspectu. ¶10 Quūmq; eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit, & in pallorē colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput. ¶11 Conuertitque Deus spiritum regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exilluit de solio: & sustentans eam vlnis suis, donec rediret ad se, his verbis blandiebatur.

¶12 Quid habes Esther? Ego sū frater tuus, noli metuere. ¶13 Nō morieris: non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. ¶14 Accede igitur, & tange sceptrum. ¶15 Quūmque illa retineret, tulit aureum virgam, & posuit super collū eius, & osculatus est eam, & ait. Cur mihi nō loqueris? ¶16 Quæ respōdit, ‖Vidi te domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ. ¶17 Valde enim mirabilis es domine, & facies tua plena est gratiarum. ¶18 Quūmque loqueretur, rursus corruit, & penē exanimata est. ¶19 Rex autem turbabatur, & omnes ministri eius consolabantur eam.

Exēplar epistolæ regis Artaxerxis, quam pro Indæis ad totas regni sui prouincias misit: quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

CAP. XVI.

Rex magnus Artaxerxes, ‖ab India vsq; Aethiopiam centū viginti septem prouinciarum ducibus ac principibus, qui nostræ iussioni obediunt, salutem dicit. ¶1 ‖Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiā: ¶2 Et non soldm subiectos regibus nituntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederūt, moliuntur insidias. ¶3 Nec contenti sunt gratias non agere beneficiis, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoque cuncta cernentis arbitrātur se posse fugere sententiam. ¶4 Et in tantum vesaniæ prorupertunt, vt eos qui credita sibi officia diligēter obseruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni sint, mendaciorum *cuniculis conētur subuertere, ¶6 Dū aures principū simplices, & ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. ¶7 Quæres & ex veteribus probatur historijs, & ex his quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorūdam suggestionibus regum studia depraueturur. ¶8 Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum. ¶9 Nec putare debetis, si diuersa iubeam", ex animi nostri venire leuitate, sed pro qualitate & necessitate temporū, vt reipublicæ poscit vtilitas, ferre sententiam. ¶10 Et vt manifestius quod dicimus intelligatis, ‖Amā filius Amadathi, & animo & gente Macedo, alienissimque à Persarum sanguine, & pietatē nostram sua crudelitate commaculās, peregrinus à nobis susceptus est: ¶11 Et tantam in se expertus humanitatē, vt pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnib' post regē secūdus: ¶12 Qui in tantum arrogantiæ tumorē sublatus est, vt regno priuare nos niteretur & spiritu. ¶13 Nā Mardochæum, cuius fide & beneficijs viuimus, & cōsortem regni nostri Esther cum omni gente sua nouis quibusdam atq; inauditis machinis expetiuit in mortem: ¶14 Hoc cogitans vt illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini, & regnum Persarum transferret in Macedonas. ¶15 Nos autē à pessimo mortalium, ludæos neci destinatos, in nulla penit' culpa reperimus, sed ecōtrario iustis vtentes legibus, ¶16 Et filios Altissimi & maximi, sempērque viuentis Dei, cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur, ¶17 Vnde eas literas quas sub nomine nostro ill le direxerat, sciatis esse irritas. ¶18 Pro quo scelere ante portas hui' vrbis, id est Susan, & ipse qui machinatus est, & omnis cognatio eius pēdet in patibulis: non nobis, sed Deo reddente ei quod meruit. ¶19 Hoc autem edictum quod nunc mittimus, in cūctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti legibus suis. ¶20 Quibus de betis esse adminiculo, vt eos qui se ad necē eorum parauerant, possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar. ¶21 Hanc enim diem, Deus omnipotens, mœroris & luctus eis vertit in gaudium. ¶22 Vnde & vos inter cæteros festos dies, hāc habetote diē, & celebrate eam cum omni lætitia, vt & in posterum cognoscatur, ¶23 Omnes qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere. ¶24 Omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit sōlenitatis huius ēe se particeps, gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non soldm hominibus, sed etiam bestiis inuia sit in sempiternum, pro exemplo contēptus & inobedientiæ.

*funiculis

B

C

D

# Liber Iob.

CAP. I.

1 Sanctus Iob, pro conuiuantibus filiis sanctificat. 11 Satan expetita à Deo facultate, nocet bobus Iob, asinis, ouibus, camelis, & pueris. 20 Fides & patientia Iob in aduersis.

VIR ERAT in Terra Hus, nomine Iob: & erat vir ille simplex & rectus, ac timés Deum, & recedés à malo. ¶2 Natiq; sunt ei septê filii & tres filiæ. ¶3 Et fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis: erátque vir ille magnus inter omnes Orientales. ¶4 Et ibant filii eius, & faciebant *conuiuia per domos, vnusquisque in die suo. Et mittétes vocabát tres sorores suas, vt comederét & biberét cum eis. ¶5 Quúmq; in orbem trásiissent dies cõuiuii, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: cõsurgénsq; diluculo, offerebat holocausta p singulos. Dicebat enim, Ne forte peccauerit filii mei, & benedixerint Deo in cordib' suis. Sic faciebat Iob cũctis diebus. ¶6 Quadam autê die, quum venissent filii Dei vt assisterent corã Domino, affuit inter eos etiam Satã. ¶7 Cui dixit Dominus, Vnde venis? Qui respõdens, ait, Circuiui terram, & perambului eã. ¶8 Dixitque Dominus ad eũ, Nunquid cõsyderasti seruum meũ Iob, quòd non sit ei símilis in terra, homo símplex & rectus ac timés Deum, & recedens à malo? ¶9 Cui respõdens Satan, ait, Nunquid Iob frustra timet Deũ? ¶10 Nõne tu vallasti eũ, ac domũ eius, vniuersúmque substantiã eius per circuitum: operibus manuũ eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? ¶11 Sed extende paululum manũ tuam, & tãge cuncta quæ possidet: nisi in faciẽ benedixerit tibi. ¶12 Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, vniuersa quæ habet, in manu tua sunt: tantúm in eum ne extendas manum tuã. Egressúsque est Satan à facie Domini. ¶13 Quum autem quadam die filii & filiæ eius comederent, & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, ¶14 Nuntius venit ad Iob, qui diceret, Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos: ¶15 Et irruerunt Sabæi, tulerúntque omnia, & pueros percusserũt gladio: & euasi ego solus, vt nuntiarẽ tibi. ¶16 Quúmque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit, Ignis Dei cecidit è cælo, & tactas oues puerósque consumpsit: & effugi ego solus, vt nũtiarẽ tibi. ¶17 Sed & illo adhuc loquẽte venit allus, & dixit, Chaldæi fecerũt tres turmas, & inuaserũt camelos, & tulerunt eos, necnõ & pueros percusserunt gladio: & ego fugi solus, vt nuntiarem tibi. ¶18 Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit, Filiis tuis & filiabus vescentibus & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, ¶19 Repentè ventus vehemans irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi. ¶20 Tunc surrexit Iob, & scidit' vestimenta sua, & tonso capite corruẽs in terrã, adorauit, ¶21 & dixit, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominꝰ dedit, Dominꝰ abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomẽ Dominí benedictum. ¶22 In omnibus his non peccauit Iob labiis suis, neq; stultũ quid contra Deum locutus est.

CAP. II.

1 Satanæ cum Deo colloquiũ, petentis facultatem percutiẽdi corpus Iob. 7 Percutit eũ vlcere. 9 Iob tentatur ab vxore. 10 Prospera & aduersa à Deo. 11 Amici tres cõsolantur eum, 12 Factum est autẽ quũ quadam die veniſſent filii Dei, & starent corã Domino, venisset quoque Satan inter eos, & staret in conspectu eius, ¶2 Vt diceret Dominus ad Satan, Vnde venis? Qui respondens ait, Circuiui terram, & perambului eam. ¶3 Et dixit Dominus ad Satan, Munquid consyderasti seruum meum Iob, quòd non sit ei símilis in terra, vir símplex & rectus, ac timens Deum, & recedés à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem eũ frustra. ¶4 Cui respondens Satan, ait, Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua: ¶5 Alioquin mitte manũ tuã, & tange os eius & carnem, & tũc videbis quod in faciem benedicat tibi. ¶6 Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, in manu tua est, verũtamẽ animã illius serua. ¶7 Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsque ad verticem eius, ¶8 Qui testa sanies radebat, sedés in sterquilinio. ¶9 Dixit autem illi vxor sua, Adhuc tu permanes in símplicitate tua? Benedic Deo, & morere. ¶10 Qui ait ad illã, Quasi vna de stultis mulierib' locuta es, si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustinemus? In ómnibus his nõ peccauit Iob labiis suis. ¶11 Igitur audiẽtes tres amici Iob omne malũ quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim vt pariter venirẽtes visitarent eum, & consolarẽtur. ¶12 Quúmque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum: & exclamantes plorauerunt, scissíque vestibus sparserunt puluerẽ super caput suum in cælum. ¶13 Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septẽ noctibus, & nemo loquebatur ei verbum. videbant enim dolorem esse vehementem.

CAP. III.

Iob derelictus à Deo in tentatione ad tempus, exponit amicis tristíssimum rerum suarũ statũ. Vnde nascitur occasio disputationis inter ipsum & amicos suos.

POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, ¶2 Et locut' est, ¶3 Pereat dies in qua natus fũ, & nox in qua dictum est, Concepť est homo. ¶4 Dies ille vertatur in tenebras: nõ requirat eũ Deus, dèsuper, & non illustret lumine. ¶5 Obscurẽt eũ tenebræ & vmbra mortis: occupet eũ caligo, & inuoluatur amaritudine. ¶6 Nocte illã tenebrosus turbo possideat: non cõputetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. ¶7 Sit nox illa solitaria, nec laude digna: ¶8 Maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare leuiathan. ¶9 Obtenebrentur stellæ caligine eius, expectet lucem, & non videat, nec ortum sur-

*conuiuium

*suam

*sunica suã. Eccles 5 c. 14.

gentis auroræ, ¶10 Quia non cōclusit ostia vēntris qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis. ¶11 Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perii? ¶12 Quare exceptus genibus? aut cur lactatus uberibus?
¶13 Nūc enim dormiens silerē, & somno meo requiescerem ¶14 Cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines: ¶15 Aut cū principibus qui possident aurum, & replēt domos suas argento: ¶16 Aut sicut abortiuū absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderūt lucem. ¶17 Ibi impii cessauerunt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore.
¶18 Et quondam vincti pariter sine molestia, non audierunt vocem exactoris. ¶19 Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo. ¶20 Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt, ¶21 Qui expectāt mortem, & non venit: quasi effodientes thesaurum, ¶22 Gaudēntque vehementer quum inuenerint sepulchrum? ¶23 Viro cuius abscondita est via, & circūdedit eū Deus tenebris? ¶24 Antequam comedā, suspiro: & tanquam inundan tes aquæ, sic rugit meus: ¶25 Quia timor quē timebam, euenit mihi: & quod verebar, accidit. ¶26 Nonne dissimulaui? & nonne silui? & nonne quieuit? & venit super me indignatio.

CAP. IIII.

Caput totius disputationis inter Iob & amicos est, an Iob sit afflictus à Deo propter impietatem & scelera, an aliam ob causam. ¶5 Eliphaz arguit Iob impatientiæ, & ex afflictionibus eius nititur probare eum esse impium, cōmuni omnium carnalium argumento.

RESpōdens autē Eliphaz Themanites, dixit, ¶2 Si cœperimus loqui tibi, fortitā molestē accipies. sed conceptū sermonem tenere quis potērit? ¶3 Ecce, docuisti multos, & manus lassas roborasti. ¶4 Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti. ¶5 Nunc autem venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es. ¶6 Vbi est timor tuus, fortitudo tua, patientia tua, & perfectio viarum tuarum? ¶7 Recordare, obsecro te quis vnquā innocens perijt? aut quādo recti deleti sunt? ¶8 Quin potius vidi eos qui operātur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos, ¶9 Flāte Deo periſſe, & spiritu iræ eius esse consumptos. ¶10 Rugitus leonis & vox leænæ, & dētes catulorū leonū cōtriti sunt. ¶11 Tigris periit, eo quōd non haberet prædā: & catuli leonis dissipati sunt. ¶12 Porrō ad me dictum est verbū absconditū, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurri eius. ¶13 In horrore visionis nocturnæ, quādo solet sopor occupare homines, ¶14 Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt. ¶15 Et quū spirit' me præsente trāsiret, inhorruerūt pili carnis meæ. ¶16 Stetit quidā, cuius non agnoscebā vultū, imago corā oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audiui. ¶17 Nunquid homo, Dei cōparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? ¶18 Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, & in Angelis suis reperit prauitatem. ¶19 Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentū, cōsumentur velut à tinea? ¶20 De mane vsque ad vesperā succidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribunt. ¶21 Qui ante reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in sapientia.

CAP. V.

Perstat Eliphaz nitens ostendere Iob impietatem à sanctorum impunitate, & stultorū perditione. 9 Argumenta iustitiæ Dei. 17 Commendatio crucis.

VOca ergo si est qui tibi respōdeat, & ad aliquem sanctorum cōuertere. ¶2 Virum' stultum interficit iracundia, & paruulum occidit inuidia. ¶3 Ego vidi stultū firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. ¶4 Longē sint filli eius à salute, & cōterantur in porta, & nō erit qui eruat. ¶5 Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius. ¶6 Nihil in terra fit ne causa sit, & de humo nō egredietur' dolor. ¶7 Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. ¶8 Quam ob rem ego deprecabor' Dominum, & Deum ponā eloquium meū. ¶9 Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia, absq; numero. ¶10 Qui dat pluuiā super faciē terræ, & irrigat aquis vniuersa. ¶11 Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate.
¶12 Qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum quod cœperāt. ¶13 Qui apprehēdit sapientes in astutia eorū, & cōsiliū prauorū dissipat. ¶14 Per diē incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie. ¶15 Porrō saluū faciet egenū à gladio oris eorū, & de manu violenti pauperem.
¶16 Et erit egeno, spes: iniquitas aut em cōtrahet os suū. ¶17 Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationē ergo Domini ne reprobes. ¶18 Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus ei' sanabūt. ¶19 In sex tribulationibus liberabit te, & in septima nō tanget te malum. ¶20 In fame, eruet te de morte: & in bello, de manu gladii. ¶21 A flagello linguæ absconderis: & non timebis calamitatē quū venerit. ¶22 In vastitate & fame ridebis: & bestias terræ nō formidabis. ¶23 Sed cum lapidibus regionū pactū tuum: & bestiæ terræ pacificæ erūt tibi: ¶24 Et scies quōd pacē habeat tabernaculū tuū: & visitās speciē tuā, nō peccabis. ¶25 Scies quoque quoniā multiplex erit semē tuū, & progenies tua quasi herba terræ. ¶26 Ingredieris in abūdātia sepulchrū, sicut infertur aceruus tritici in tēpore suo. ¶27 Ecce, hoc vt inuestigauimus, ita est: quod auditū, mēte pertracta.

CAP. VI.

Pœnā culpa sua grauiorem dicit Iob. 8 Mortē sibi optat. 11 Queritur se ab amicis derelictū, quum præter meritum affligatur.

RESpōdens autē Iob, dixit, ¶1 Vtinā appēderētur peccata mea, quibꝫ irā meruī: & calamitas quā patior, in statēra: ¶3 Quasi arena maris hæc grauior' appareret: vnde & verba mea dolore sunt plena. ¶4 Quia sagittæ Domini in me sunt: quarum indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Domini militant contra me. ¶5 Nunquid rugiet onager cum habuerit herbam? aut mugiet bos, quum ante præsepe plenum steterit. ¶6 Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale cōditum: aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? Animæ enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur: ¶7 Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia, cibi mei sunt.

A verè

B

C

D

orietur

Deum,

ad

2.Cor.3.d.19.

C

Prou.3.b.11.
heb.12.b.6.
Iac.1.b.12.
apoc.3.d.17.

B

A

apparet

Dei

B

verſ hic in antiquis codicibus defyderatur.

Prou.27.a.

¶2 Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus: ¶3 Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manū suā, & succidat me? ¶4 Et hæc mihi sit cōsolatio, vt affligens me dolore, nō parcat: nec contradicā sermonibus Sancti. ¶5 Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineā? aut quis finis meus, vt patienter agam? ¶6 Nec fortitudo lapidū fortitudo mea, nec caro mea ænea est. ¶7 Ecce, nō est auxilium mihi in me, & necessarii quoque mei recesserunt à me. ¶8 Qui tollit ab amico suo miseri cordiam, timorē Domini derelinquit. ¶9 Fratres mei prætererunt me, sicut torrens: qui ratptim transit in cōuallibus. ¶10 Qui timēt pruinam, irruet super eos nix. ¶11 Tempore quo fuerint dissipati, peribunt: & vt incalescrint, soluentur de loco suo. ¶12 Anuolutæ sunt semitæ gressuum eorum: ambulabūt in vacuum, & peribunt. ¶13 Considerate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper. ¶14 Confusi sunt, quia sperauit: venerunt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt. ¶15 Nunc venistis: & modo videtes plagā meam timetis. ¶16 Nunquid dixi, afferte mihi, & de substantia vestra donate mihi? ¶17 Vel, liberate me de manu hostis, & de manu robustorū eruite me? ¶18 Docete me, & ego tacebo: & siquid forte ignoraui, instruite me. ¶19 Quare detraxistis sermonibus veritatis, quum cē vobis nullus sit qui possit arguere me? ¶20 Ad increpādū tantū eloquia concinnatis, & in ventum verba proferetis. ¶21 Super pupillū irruitis, & subuertere nitimini amicū vestrum. ¶22 Verumtamen quod cœpistis, explete: præbete aurem, & videte an mētiar. ¶23 Respondete obsecro absque contentione: & loquētes id quod iustum est, iudicate: ¶24 Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis stultitia personabit. CAP. VII.

VItam non esse nisi laborem perpetuum, Iob ostendit.

MIlitia est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarii, dies eius. ¶2 Sicut seruus desiderat vmbrā, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: ¶3 Sic & ego habui mēses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. ¶4 Si dormiero, dicā, Quando cōsurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras. ¶5 Induta est caro mea putredine & sordibus pulueris: cutis mea aruit, & contracta est. ¶6 Dies mei velocius trāsierunt, quàm à texente tela succiditur, & cōsumpti sunt absq; vlla spe. ¶7 Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus vt videat bona. ¶8 Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & non subsistam. ¶9 Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descenderit ad inferos, non ascendet. ¶10 Nec reuertetur vltrà in domum suā, neque cognoscet eū amplius locus eius. ¶11 Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animæ meæ. ¶12 Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circundedisti me carcere? ¶13 Si dixero, cōsolabitur me lectulus meus, & reuelabor loquens mecum in strato meo: ¶14 Terrebis me per somnia, & per vīsiones horrore concuties. ¶15 Quam obrem elegit suspendiū anima mea, & mortē ossa mea. ¶16 Desperaui, nequaquam vltrà iam viuam: parce mihi, nihil enim sunt dies mei. ¶17 Quid est homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eū cor tuū? ¶18 Visitas eū diluculo, & subitò probas illū: ¶19 Vsquequo nō parcis mihi, nec dimittis me vt glutiā salīuam meā? ¶20 Peccaui, quid faciā tibi ō custos hominū? quare posuisti me contrariū tibi, & factus sum mihimetipsi grauis? ¶21 Cur nō tollis peccatū meum, & quare nō aufers iniquitatē meā? ecce, nūc in puluere dormiā: & si mane me quæsieris, nō subsistā. CAP. VIII.

Baldad conatur Iob ad confessionē peccatorū & resipiscētiā reuocare: idque duobus argumētis: à resipiscentium benedictione sellicet, & subitanea hypocritarum perditione.

REspondens autem Baldad Suhites, dixit, ¶1 Vsquequo loqueris talia, & spiritꝰ multiplex sermonis oris tui? ¶2 Nunquid Deus supplantat iudicium: aut Omnipotēs subuertit quod iustum est? ¶3 Etiam si filii tui peccauerūt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ: ¶4 Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deum, & Omnipotētem fueris deprecatus: ¶5 Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ, ¶7 Intantum vt si priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicētur nimis. ¶8 Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam: ¶9 (Hesterni quippe sumus, & ignorāmus) quoniā sicut vmbra dies nostri sunt super terrā: ¶10 Et ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia. ¶11 Nunquid virere potest scipus absque humore? aut crescere carectum sine aquā? ¶12 Quum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: ¶13 Sic viæ omniū qui obliuiscūtur Deum, & spes hypocritæ peribit: ¶14 Nō ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearū fiducia eius. ¶15 Innitetur super domū suā, & non stabit: fulciet eā, & nō cōsurget. ¶16 Humectus videtur antequā veniat sol, & in ortu suo germen eius egredietur. ¶17 Super aceruū petrarum radices eius defabuntur, & inter lapides cō morabitur. ¶18 Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eū, & dicet, Non noui te. ¶19 Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra alii germinētur. ¶20 Deus nō proiicit simplicem, nec porriget manum malignis, ¶21 Donec impleatur risu os tuū, & labia tua iubilo. ¶22 Qui oderunt te, indu ētur cōfusione: & tabernaculū impiorū nō subsistet. CAP. IX.

Iob iustitiæ Dei comparatione, hominis iustitiam nullam declarat. 19 Rursum ostēdit iudicante Domino neminem posse iustificari.

ET respōdens Iob, ait, ¶1 Verē scio quòd ita sit, & quòd nō iustificetur homo compositus Deo. ¶3 Si voluerit cōtendere cum eo, nō poterit ei respondere vnum pro mille. ¶4 Sapiens corde est, & fortis robore: quis resistit ei, & pacem habuit? ¶5 Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo. ¶6 Qui cōmouet terrā de loco suo, & columnæ eius cōcutiūtur. ¶7 Qui præcipit soli, & nō oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo. ¶8 Qui extēdit cælos solus, & graditur super

fluctus maris. ¶9 Qui facit Arcturum,& Oriona,& Hyadas , & interiora Austri . ¶10 Qui facit magna,& incomprehensibilia,& mirabilia, quorum nō est numerus. ¶11 Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit , non intelligam*. ¶12 Si repente interroget,quis respondebit ei? vel quis dicere potest, Cur ita facis? ¶13 Deus cui' iræ nemo resistere potest,& sub quo curuantur qui portant orbem. ¶14 Quantus ergo sum ego,vt respondeā ei,& loquar verbis meis cū eo? ¶15 Qui etiā si habuero quippiā iustum, nō respondebo,sed meum iudicem deprecabor . ¶16 Et quum inuocanté exaudierit me,nō credo quòd audierit voce meam. ¶17 In turbine enim cōteret me,& multiplicabit vulnera mea etiam sine causa. ¶18 Non concedit requiescere spiritū meū, & implet me amaritudinibus. ¶19 Si fortitudo quæritur,robustissimus est: si æquitas iudicii, nemo audet pro me testimonium dicere. ¶20 Si iustificare me voluero , os meū condēnabit me: si innocentem o'stēdero, prauum me cōprobabit . ¶21 Etiam si simplex fuero,hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ . ¶22 Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit. ¶23 Si flagellat, occidat semel,& non deprecabitur innocentū rideat. ¶24 Terra data est in manus impii, vultū iudicū eius operit. quòd si non ille est,quis ergo est? ¶25 Dies mei velociores fuerūt cursore: fugerūt, & nō viderunt bonum. ¶26 Pertransierunt quasi naues poma portantes,sicut aquila volās ad escā. ¶27 Quū dixero ,nequaquā ita loquar: cōmuto faciem meam,& dolore torqueor. ¶28 Verebar omnia opera mea,sciēs quòd nō parceres delinquenti. ¶29 Si autē & ūc impius sum,quare frustra laborani? ¶30 Si lotus fuero quasī aquis nivis, & fulserint velut mūdissimæ manus meæ: ¶31 Tamen sordibus intinges me,& abominabūtur me vestimēta mea. ¶32 Neque enim vir quasi similis mei est,respondebo:nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri. ¶33 Nō est qui vtrunque valeat arguere,& ponere manum suam in ambobus. ¶34 Auferat à me virgam suā,& pauor eius nō me terreat: ¶35 Loquar,& non timebo eum : neque enim possum metuens respondere.

❧ A P. X.

TÆdet Iob vitæ suæ. 2 Collatione priorū beneficiorū & afflictionis præsentis , nimiam fœueritatem Dei in se, ostendit. 20 Pœnitēndi spatium quærit. 21 Descriptio mortis.

TÆdet animam meā vitæ meæ,dimittam aduersum me eloquiū meum,loquar in amaritudine animæ meæ. ¶2 Dicam Deo, Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices. ¶3 Nunquid bonum tibi videtur,si calumnieris me, & opprimas me opus manū tuarū, & consilium impiorum adiuues? ¶4 Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis? ¶5 Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, ¶6 Vt quæras iniquitatem meā, & peccatum meū scruteris? ¶7 Et scias quia nihil impium fecerim, quū sit nemo qui de manu tua possit eruere. ¶8 Manus tuæ' fecerūt me, & plasmauerūt me totū in circuitu : & ūc repētè præcipitas me? ¶9 Memēto quæso quòd sicut lutū feceris me,& in pulueré reduces me. ¶10 Nōne sicut lac mulsisti me,& sicut caseū me coagulasti? ¶11 Pelle & carnibus vestisti me, ossibus & neruis cōpegisti me. ¶12 Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritū meum. ¶13 Licet hæc celes in corde tuo,tamē scio quia vniuersorū memineris. ¶14 Si peccaui,& ad horā pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundū me esse nō pateris? ¶15 Et si impius fuero, væ mihi est: & si iustus, nō leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. ¶16 Et propter superbiā quasi' leænam' capies me, reuersúsque mirabiliter me crucias. ¶17 Instauras testes tuos cōtra me, & multiplicas iram tuā aduersum me,& pœnæ militant in me. ¶18 Quare de vulua eduxisti me? qui vtinā cōsumpt' essem,ne oculꝰ me videret. ¶19 Fuissem,quasi nō essem,de vtero translatus ad tumulū. ¶20 Nunquid non paucitas dierū meorum finietur breuiā dimitte ergo me, vt plangā paululum doloré meū, ¶21 Antequā vadam, & nō reuertar,ad terrā tenebrosam, & opertā mortis caligine, ¶22 Terrā miseriæ & tenebrarū,vbi vmbra mortis, & nullus ordo,sed sempiternus horror' inhabitans.

❧ A P. XI.

Sophar Iniustè Iob arguit. 7 Deū incomprehensibilem ostendit . 14 Pœnitenti misericors Deus. Bi viri felicitas.

REspondens autem Sophar Naamathites, dixit, ¶1 Nunquid qui multa loquitur,nō *audietur aut vir verbosus iustificabitur? ¶3 Tibi soli tacebunt homines? & quū cæteros irrideris,à nullo confutaberis? ¶4 Dixisti enim, Purus est sermo meus , & mūdus sum in conspectu tuo . ¶5 Atque vtinā Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi : ¶6 Vt ostenderet tibi secreta sapiētiæ, & quòd multiplex esset lex eius : & intelligeres quòd multò minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua. ¶7 Forsitā vestigia Dei cōprehendes, & vsque ad perfectū Omnipotēté reperies? ¶8 Excelsior cælo est,& quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? ¶9 Longior terra mēsura eius,& latior mari. ¶10 Si subuerterit omnia,vel in vnū coartauerit,quis cōtradicet ei? vel quis dicere ei potest, Cur ita facis? ¶11 Ipse enim nouit hominū vanitatē,& vidēs iniquitatem,nōnne consyderat? ¶12 Vir vanus in superbiā erigitur, & tanquā pullū onagri se liberū natum putat. ¶13 Tu autē firmasti cor tuum,& expādisti ad eum manus tuas. ¶14 Si iniquitatē quæ est in manu tua abstuleris à te, & nō manserit in tabernaculo tuo iniustitia. ¶15 Tunc leuare poteris faciē tuā absque macula,& eris stabilis, & nō timebis. ¶16 Miseriæ quoq; obliuiscēris, & quasi aquarū quæ præterierunt recordaberis. ¶17 Et quasi meridiañ' fulgor cōsurget tibi ad vesperā: & quum tecōsumptū putaueris,orieris vt lucifer. ¶18 Et habebis fiduciā propositā tibi spe, & defossus securus dormies. ¶19 Requiescēs, & nō erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciē tuam plurimi. ¶20 Oculi autem impiorum deficiēt, & effugium peribit ab eis,& spes illorum abominatio animæ.

❧ A P. XII.

Iob quàm sit patiens ostendit.7 Creatoris potentiam ex creaturis docet.17 Mutātur statūs principum vt agnoscantur dona Dei.

REspōdēs autē Iob,dixit, ¶1 Ergo vos estis soli homines,& vobiscū morietur sapien-

*& / C / *leæna / D / *inhabitat. / *& / B / C / B / Eccles.26.a. / B / A

tia? ¶3 Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sū: quis enim hæc quæ nostis ignorat?
Pro.14.a.2. ¶4 ‖ Qui deridetur ab amico suo ſicut ego, innocabit Deū, & exaudiet eum: deridetur enim
justi ſimplicitas. ¶5 Lāpas cōtempta apud cogitationes diuitū, parata ad tempus ſtatutum.
¶6 Abūdāt tabernacula prædonū. & audacter
pronocāt Deū, quū ipſe ded erit omnia in manus eorū. ¶7 Nimirū interroga iumēta, & docebunt te: & volatilia cæli, & indicabunt tibi.
B ¶8 Loquere terræ, & reſpōdebit tibi, & narrabūt pisces maris. ¶9 Quis ignorat quòd ōnia
hæc manº Domini fecerit, ¶10 In cuius manu
anima omnis viuētis, & ſpiritus vniuerſæ carnis hominis? ¶11 Nōne auris verba diiudicat,
& fauces comedētis ſaporē? ¶12 In ātiquis eſt
ſapientia, & in multo répore prudētia. ¶13 E-
C quod ipſū eſt ſapiētia & fortitudo, ipſe habet
cōſiliū & intelligentiā. ¶14 ‖Si deſtruxerit, nemo eſt qui ædificet: ſi incluſerit hominē, nullº
Eſa.22.f.22. eſt qui aperiat. ¶15 Si cōtinuerit aquas, omnia
apoc.3.b.7. ſiccabūtur: ſi emiſerit eas, ſubuertēt terram.
* & ¶16 Apud ipſū eſt fortitudo & ſapientia: ipſe
nouit & decipiētē, & eū qui decipitur. ¶17 Ad
ducit cōſiliarios in ſtultū ſinem, & iudices in
ſtupore. ¶18 Baltheū regū diſſolnit, & præcin
git funē renes eorū. ¶19 Ducit ſacerdotes igloriōs, & optimates ſupplātat. ¶20 Cōmutās labium veracīū, & doctrinā ſenū auferēs. ¶21 Effundit deſpectionē ſuper principes, & eos qui
oppreſſi fuerāt, releuās. ¶22 Qui reuelat profūda de tenebris, & producit in lucē vmbrā mortis. ¶23 Qui multiplicat gētes, & perdit eas, &
ſubuerſas in integrū reſtituit. ¶24 Qui immutat cor principū populi terræ, & decipit eos
vt fruſtra incedant per inuium. ¶25 Palpabūt
quaſi in tenebris, & non in luce, & errare eos
facīet quaſi ebrios.

CAP. XIII.

Ex propriis ipſorum verbis Iob amicos redarguit. 15 Agnoſcētibus peccata, ſalus promittitur, hypocritis condemnatio.

A ECce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi ſingula. ¶2 Secū
dū ſcientiā veſtrā & ego nouī: nec inferior ve
ſtri ſū. ¶3 Sed tamē ad Omnipotentē loquar,
& diſputare cū Deo cupio: ¶4 Prius vos oſtē
dēs fabricatores mēdacii, & cultores peruerſo
rū dogmatū. ¶5 Atq; vtinā taceretis, vt putaremini eſſe ſapiētes. ¶6 Audite ergo correptiones meas, & iudicīū labiorū meorū attendite.
B ¶7 Nūquid Deus indiget veſtro mēdacio, vt
pro illo loquamini dolos? ¶8 Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini? ¶9 Aut placebit ei quem celare nihil poteſt aut decipietur, vt homo, veſtris fraudulētiis? ¶10 Ipſe vos arguet, quoniam in abſcondito faciē eius accipitis. ¶11 Statim vt ſe eom mouerit, turbabit vos: & terror eius ſtruet ſuper vos. ¶12 Memoria veſtra cōparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices veſtræ.
¶13 Tacete pauliſper, vt loquar quodcunq; mihi mens ſuggeſſerit. ¶14 Quare lacero carnes
meas dentib' meis, & animā meā porto in ma
C nib' meis? ¶15 Etiā ſi occiderit me, in ipſo ſperabo: veruntamē vias meas in cōſpectu eius arguam, ¶16 Et ipſe erit ſaluator meus: nō enim
veniet in cōſpectu eiº ōnis hypocrita. ¶17 Audite ſermonē meū, & æniqmata percipite auribº veſtris. ¶18 Si fuero iudicat', ſcio quòd iuſtus inuenia. ¶19 Quis eſt qui iudicetur mecū?
veniat: quare tacē. cōſumor? ¶20 Duo tantum
ne facias mihi, & tūc à tuº tua nō abſcōdar:
¶21 Manum tuā longe fac à me, & formidō
tua nō me terreat. ¶22 Voca me, & ego reſpondebo tibi: aut certe loquar, & tu reſpōde mihi.
¶23 Quātas habeo iniquitates & peccata, ſcelera mea & delicta? oſtende mihi. ¶24 Cur faciē
tuā abſcondis, & arbitraris me inimicū tuum?
¶25 Contra folium quod vēto rapitur, oſtēdis
potentia tuam, & ſtipulā ſiccam perſequeris.
¶26 Scribis enim contra me amaritudines, &
cōſumere me vis peccatis adoleſcentiæ meæ,
¶27 Poſuiſti in nerno pedem meū, & obſeruaſti omnes ſemitas meas, & veſtigia pedū meorum conſyderaſti: ¶28 Qui quaſi putredo conſumendus ſum, & quaſi veſtimētum quod comeditur à tinea.

CAP. XIIII.

Miſeriæ vitæ humanæ deſcribit Iob. Prophetat reſurrectionem. 18 Æternæ mortis pœnæ.

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miſeriis. ¶2 Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut
vmbra, & nunquam in eodē ſtatu permanet.
¶3 Et dignū ducis ſuper huiuſcemodi aperire
oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? ¶4 Quis poteſt facere mundū de immundo conceptum ſemine? nōnne tu qui ſolus es?
¶5 Breues dies hominis ſunt, numerus menſium eius apud te eſt: conſtituiſti terminos eius,
qui præteriri nō poterūt. ¶6 Recede paululū
ab eo vt quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercenarii, dies eius. ¶7 Lignum habet ſpē: ſi
præciſum fuerit, rurſum viresceit, & rami eius
pullulāt. ¶8 Si ſenuerit in terra radix eius, &
in puluere emortuus fuerit truncus illī', ¶9 Ad
odorē aquæ germinabit, & faciet comā quaſi
quum primū plātatum eſt: ¶10 Homo verò
quum mortuus fuerit, & nudatus atque conſumptus, vbi quæſo eſt? ¶11 Quomodo ſi recedāt aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arefcat: ¶12 Sic homo quū dormierit, nō reſurget,
donec atteratur cælum nō euigilabit, nec conſurget de ſōno ſuo. ¶13 Quis mihi hoc tribuat,
vt in inferno ,tegas me, & abſcondas me, do
nec pertrāſeat furor tuus, & cō ſtituas mihi tēpus in quo recorderis mei? ¶14 Putāſne mortuº homo rurſū viuet? cūctis diēb' quibus nūc
militio, expecto donec veniat immutatio mea.
¶15 Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi
manuū tuarū porriges dexterā. ¶16 Tu quidē
egreſſus meos dinumeraſti, ſed 'parce' peccatis meis. ¶17 Signaſti quaſi in ſaccūlo delicta
mea, ſed curaſti iniquitatē meā. ¶18 Mons cadens deſſuit, & ſaxum trāſſertur de loco ſuo,
¶19 Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra cōſumitur: & hominēs ergo ſimili
ter perdes. ¶20 Roborāſti eū paululū, vt in perpetū tranſiret: immutabis faciē eius, & emittes eum. ¶21 Siue nobiles fuerint filii eius, ſiue
ignobiles, nō intelliget. ¶22 Attamē caro eius
dum viuet, dolebit, & anima illius ſuper ſemet
ipſo lugebit.

CAP. XV.

Eliphaz arguit Iob de ſapientiæ & munditiæ arrogantia. 16 Deſcribit impiorum male
dictionem, quamuis eam innocenti Iob falſò
tribuat.

RESpondes autem Eliphaz Thamanites, dixit, ¶2 Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum? ¶3 Arguis verbis eum qui nō est æqualis tibi, & lōqueris quod tibi nō expedit. ¶4 Quantum in te est, euacuasti timorē, & tulisti preces corā Deo. ¶5 Docuit eni iniquitas tua os tuū, & imitaris linguā blasphemantiū. ¶6 Condēnabit te os tuū, & non ego: & labia tua respondebūt tibi. ¶7 Nūquid primus homo tu natus es, & ātē omnes colles formatus? ¶8 Nūquid consilīū Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia? ¶9 Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus? ¶10 Et senes & antiqui sūt in nobis multo vetustiores quàm patres tui. ¶11 Nunquid grandes est vt cōsoletur te Deus? sed verba tua prauna hoc prohibent. ¶12 Quid te elenat cor tuū, & quasi magna cogitās, attonitos habes oculos? ¶13 Quid tumet cōtra Deū spiritus tuus, vt proferas de oretuo huiusce modi sermones? ¶14 Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere? ¶15 Ecce inter sanctos eius, nemo immutabilis, & cæli nō sūt mūdi in cōspectu eius: ¶16 Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquā iniquitatē? ¶17 Ostēdā tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi. ¶18 Sapiētes cōfitētur, & nō abscōdūt patres suos. ¶19 Quib' solis data est terra, & nō trāsiuit alienus per eos. ¶20 Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorū incertus est tyrānidis ei'. ¶21 Sonitus terroris sēper in auribus illius: & quū pax sit, ille semper insidias suspicatur. ¶22 Non credit quòd reuerti possit de tenebris, ad lucē, circūspectās vndiq; gladiū. ¶23 Quū se mouerit ad quærēdū panē, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarū dies. ¶24 Terrebit eū tribulatio, & āgustia vallabit eū, sicut rege qui præparatur ad prælīū. ¶25 Tetēdit enim aduersus Deū manū suā, & cōtra Omnipotentē robora tus est. ¶26 Cucurrit aduersus eū erecto collo, & pingui cerulee armatus est. ¶27 Operuit faciē eius craſſitudo, & de lateribus eius aruina depēdet. ¶28 Habitauit in ciuitatib' desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sūt redactæ. ¶29 Nō ditabitur, nec persæuerabit sub ſtātia eius, nec mittet in terra radicem suam. ¶30 Nō recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flāma, & auferetur spiritu oris sui. ¶31 Nō credet fruſtra errore decept', quòd aliquo pretio redimēdus sit. ¶32 Antequā dies eius impleantur, peribit: & manus eius arefcēt. ¶33 Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius, & quasi oliua proiicīes floré suū. ¶34 Cōgregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorū qui munera libēter accipiunt. ¶35 Concepit dolorem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.

CAP. XVI.

Austeritate amicorū motus Iob, suā calamitatē narrādo, se citra culpā pati ostendit.

RESpondens autē Iob, dixit, ¶1 Audiui frequenter talia: cōsolatores onerosi omnes vos estis. ¶2 Nūquid habebunt fīnē verba venosa? aut aliquid tibi molestū est si loquaris? ¶4 Poterā & ego similia vestri loqui: atque vtinā esset anima vestra pro anima mea, ¶5 Cōsolarer & ego vos sermonibus, & mouerē caput meū super vos. ¶6 Roborarē vos ore meo: & mouerem labia mea, quasi parcens vobis. ¶7 Sēd quid agam? Si locutus fuero, non' quiescet' dolor meus: & si tacuero, non recedet à me. ¶8 Nūc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei. ¶9 Rugæ meæ testimoniū dicunt contra me, & susciātatur falsiloquus aduersus facīē meam contradicens mihi. ¶10 Collegit furoré suum in me, & cōminans mihi, infremuit cōtra me dētibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est. ¶11 Aperuerūt super me ora sua, & exprobrante percusserunt maxillam meā, satiati sunt pœnis meis. ¶12 Cōclusit me Deus apud iniquū, & manib' impiorū me tradidit. ¶13 Ego ille quondā opulētus repētè contritus sū: tenuit cervicem meā, contrēgit me, & posuit me sibi quasi in signū. ¶14 Circūdedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, nō pepercit, & effudit in terra viscera mea. ¶15 Conscidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas. ¶16 Saccū cōsui super cutem meā, & operui cinere carnē meā. ¶17 Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerūt. ¶18 Hæc passus sū absq; iniquita te manus meæ, quum haberē mundas ad Deū preces. ¶19 Terra ne operias sanguinē meum, neq; inueniat in te locū latēdi clamor meus. ¶20 Ecce enim in cælo testis meus, & conscius meus in excelsis. ¶21 Verbosi amici mei, ad Deum stillat oculus meus. ¶22 Atq; vtinā sic iudicaretur vir cū Deo, quomodo iudicatur filius hominis cū collega suo. ¶23 Ecce enim breues anni transeūt: & semitam, per quam non reuertar, ambulo.

CAP. XVII.

*Cōtabescēdo se patiēter præstolari dicit.*

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabūtur, & solum mihi supereſt sepulchrū. ¶2 Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. ¶3 Libera me, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet cōtra me. ¶4 Cor eorum lōgè fecisti à disciplina, propterea non exaltabuntur. ¶5 Prædam pollicitur socīis, & oculi filiorū eius deficiēt. ¶6 Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplū suum coram eis. ¶7 Caligauit ad indignationē oculus meus, & mēbra mea quasi in nihilū redacta sūt. ¶8 Stupebūt iusti superhoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur. ¶9 Et tenebit iustus viā suā, & mundis manibus addet fortitudinem. ¶10 Igitur omnes vos cōuertimini, & venite, & nō inueniā in vobis vllū sapientē. ¶11 Dies mei trāsierūt, cogitati ones meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meū. ¶12 Noctem verterunt in diē, & rursum post tenebras spero lucē. ¶13 Si sustinuero, infernus domus mea est, & in tenebris strauī lectulum meum. ¶14 Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & soror mea, vermibus. ¶15 Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiā meam quis considerat? ¶16 In profundissimū infernū descendent omnia mea: putā sne saltem ibi erit requies mihi?

CAP. XVIII.

Baldad reprehendit Iob, quòd nō audiat benè consulentes, & impii pœnas enarrat.

RESpondens autem Baldad Suhites, dixit, ¶2 Vsq; ad quē fīnē verba iactabilis? in-

telligite prius, & sic loquamur. ¶3 Quare repu
tati sumus vt iumenta, & stolidum* coram vobis? Qui
¶4 *Quid' perdis animam tuam in furore tuo,
nunquid propter te derelinquetur terra, &
transferentur rupes de loco suo? ¶5 Nonne lux
impij extinguetur, nec splendebit flamma i-
gnis eius? ¶6 Lux obtenebrescet in tabernacu-
lo illius: & lucerna quæ super eum est, extin
guetur. ¶7 Arctabuntur gressus virtutis eius,
& præcipitabit eum consilium suum. ¶8 Immi-
sit enim in rete pedes suos, & in maculis eius
ambulat. ¶9 Tenebitur planta illius laqueo, &
exardescet cõtra eu sitis. ¶10 Abscondita est in
terra pedica eius, & decipula illius super semi-
tam. ¶11 Vndique terrebunt eũ formidines, &
inuoluent *pedes eius. ¶12 Attenuetur fame ro- eum
bur eius, & inedia inuadat costas illius. ¶13 De
uoret pulchritudinẽ cutis eius, *& consumat
brachia illius primogenita mors. ¶14 Auellan-
tur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet
super eum, quasi rex, interitus. ¶15 Habitent in
tabernaculo illius socii eius qui non est, asper
gatur in tabernaculo eius sulphur. ¶16 Deor-
sum radices eius siccentur, sursum autem atte-
ratur messis eius. ¶17 Memoria illius pereat de
terra, & non celebretur nomen eius in plateis. Pro. 2. d. 22.
¶18 Expellet eũ de luce in tenebras, & de *vr- orbe
be transferet eum. ¶19 Non erit semen eius,
neque progenies in populo suo, nec vllæ re-
liquiæ in regionibus eius. ¶20 In die eius stu-
pebunt nouissimi, & primos inuadet horror.
¶21 Hæc suntergo tabernacula iniqui, & iste lo
cus eius qui ignorat Deũ. CAP. XIX.

Iob flagella sua atque miserias describit. 24 Queritur se ab amicis derelictum. 24 Vatici
natur de generali resurrectione.

RESPõdens autẽ Iob, dixit, ¶2 Vsquequo af-
fligitis animam meam, & atteritis me ser-
monibus? ¶3 En decies confunditis me, & non
erubescitis opprimentes me. ¶4 Nempe etsi i-
gnoraui, mecũ erit ignorantia mea. ¶5 At vos
contra me erigimini, & arguitis me opprobriis
mei. ¶6 Saltem nunc intelligite quia Deus nõ
æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me
cinxerit. ¶7 Ecce, clamabo vim patiẽs, & nemo
audiet: vociferabor, & nõ est qui iudicet. ¶8 Se-
mitam meam circunsepsit, & transire nõ pos-
sum, & in calle meo tenebras posuit. ¶9 Spo-
liauit me gloria mea, & abstulit coronam de
capite meo. ¶10 Destruxit me vndique, & pe-
reo, & quasi euulsæ arbori abstulit spẽ meam. arboris
¶11 Iratus est contra me furor eius, & sic me
habuit quasi hostẽ suũ. ¶12 Simul venerũt la-
trones eius, & fecerunt sibi viã per me, & ob-
sederunt in gyro tabernaculum meũ. ¶13 Fra-
tres meos longe fecit à me, & noti mei quasi
alieni recesserunt à me. ¶14 Derelinquerunt me
propinqui mei: & qui me nouerant obliti sunt
mei. ¶15 Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ
sicut alienum habuerunt me, & quasi peregri
nus fui in oculis eorum. ¶16 Seruum meum vo
caui, & non respondit, ore proprio deprecabar
illum. ¶17 Halitum meũ exhorruit vxor mea,
& orabam filios vteri mei. ¶18 Stulti quoque
despiciebãt me: & quum ab eis recederem, de-
trahebant mihi. ¶19 Abominati sunt me quõ-
dam cõsiliarii mei: & quẽ maxime diligebam, aduersatus
'auersatus' est me. ¶20 Pelli meæ, cõsũptis car

nibus, adhæsit os meũ, & derelicta sunt tã tũ-
modo labia circa dẽtes meos. ¶21 Miseremini
mei, miseremini mei, saltẽ vos amici mei, quia
manus Domini' tetigit me. ¶22 Quare p̃sequimi D
ni me sicut Deus, & carnib' meis saturamini? D
¶23 Quis mihi tribuat vt scribantur sermones
mei? quis mihi det vt exarẽtur in libro ¶24 sty-
lo ferreo, & plũbi lamina, vel *celte' sculpãtur cc
in silice? ¶25 Scio enim quòd Redẽptor meus* vi-
uit, & in nouissimo die de terra surrectur' sum:
¶26 Et rursum circũdabor pelle mea, & in car-
ne mea videbo Deũ: ¶27 Quem visurus sum ego
ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non
alius. reposita est hæc spes mea in sinu meo.
¶28 Quare ergo nũc dicitis, Persequamur eũ,
& radicẽ verbi inueniamus cõtra eum? ¶29 Fu-
gite ergo à facie gladii, quoniã vltor iniquita-
tum gladius est: & scitote esse iudicium.

CAP. XX.

Sophar ostẽdit, impios in hoc mundo flo-
rere, sedad tempus.

RESpondens autem Sophar Naamathites,
dixit, ¶2 Ideirco cogitationes meæ variæ A
sunt, & mẽs in diuersa rapitur. ¶3 Do-
ctrinam qua me arguis audiam, & spiritus in
telligentiæ meæ respõdebit mihi. ¶4 Hoc scio à
principio, ex quo positus* est homo super terrã, *
¶5 Quòd laus impiorũ breuis sit, & gaudium
hypocritæ adiustar puncti. ¶6 Si ascenderit vs-
que ad cælum superbia eius, & caput eius nu-
bes tetigerit: ¶7 Quasi sterquilinio in fine per
detur: & qui eum viderãt, dicẽt, vbi est? ¶8 Vo-
lut somnũ auolans nõ inuenietur, transiet si-
cut visio nocturna. ¶9 Oculus qui eũ viderat,
nõ videbit: neque vltrà intuebitur eũ locus fu-
us. ¶10 Filii eius atterẽtur egestate, & manus il-
lius redent ei dolorẽ suũ. ¶11 Ossa eius imple-
bũtur vitiis adolescẽtiæ eius, & cũ eo in pulue
re dormiẽt. ¶12 Quũ enim dulce fuerit in ore
eius malum, 'abscondet' illud sub lingua sua: '
¶13 Parcet illi, & nõ derelinquet illud, & celabit
in gutture suo. ¶14 Panis ei' in vtero illius ver
tetur in fel aspidum intrinsecus. ¶15 Diuitias
quas deuorauit, euomet: & de vẽtre illius extra
het eas Deus. ¶16 Caput aspidũ suget, & occi-
det eũ lingua viperæ. ¶17 Non videat riuulos
fluminis, torrentes mellis, & butyri. ¶18 Luet
quæ fecit omnia, nec tamen cõsumetur: iuxta
multitudinẽ adinuẽtionũ suarum, sic & sustĩ-
nebit. ¶19 Quoniã confringẽs nudauit' pau- m
peris domũ: rapuit, & nõ ædificauit eã. ¶20 Nec n
est satiatus venter eius: & quum habuerit quæ c
concupierat, possidere non poterit: ¶21 Non
remãsit de cibo eius, & propterea nihil perma
nebit de bonis eius. ¶22 Quũ satiatus fuerit, ar-
ctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super
eum. ¶23 Vtinam impleatur venter eius, vt e-
mittat in eum iram furoris sui, & pluat super
illum bellum suum. ¶24 Fugiet arma ferrea, &
irruet in arcum æreum. ¶25 *Eductus, & egre- Ec
diens de vagina sua, & fulgurans in amaritu-
dine sua: vadent, & venient super eum horribi-
les. ¶26 Omnes tenebræ absconditæ sunt in oc
cultis eius: deuorabit eum ignis qui non suc-
cẽditur: affligetur relictus in tabernaculo suo.
¶27 Reuelabunt cæli iniquitatem eius, & terra
cõsurget aduersus eum. ¶28 Apertum erit ger-
mẽ domus illius, detrahetur in die furoris Dei,

¶19 Hæc est pars hominis impii à Deo,& hæreditas verborũ ei' à Domino. CAP. XXI.

Implorum prosperitatem Iob enarrat, & eorundem repentinum interitum describit.

RESpondens autem Iob , dixit , ¶1 Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiã. ¶2 Sustinete me, vt & ego loquar: & post meã, si videbitur, verba, ridete. ¶4 Nũquid cõtra hominẽ disputatio mea est, vt meritò non debeam contristari? ¶5 Attẽdite me,& obstupescite, & superponite digitũ ori vestro. ¶6 Et ego quãdo recordatus fuero, pertimesco, & cõcutit carnem meã tremor. ¶7 Quare ergo im pii viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis? ¶8 Semẽ eorum permanet coram eis, pro pinquorum turba, & nepotũ in conspectu eorum. ¶9 Domus eorum securæ sũt & pacatæ, & non est virga Dei super illos. ¶10 Bos eorũ concepit, & nõ abortuit: vacca peperit, & nõ est priuata fœtu suo. ¶11 Egrediũtur quasi greges paruuli eorũ, & infantes eorũ exultant lusibus. ¶12 Tenẽt tympanũ, & cytharã, & gaudẽt ad sonitũ organi. ¶13 Ducũt in bonis dies suos, & in pũcto ad inferna descẽdũt. ¶14 Qui dixerunt Deo, Recede à nobis, & scientiã viarũ tuarũ nolumus. ¶15 Quis est Omnipotẽs, vt seruiamus ei? & quid nobis prodest si orauerimus illũ? ¶16 Verũtamen quia nõ sunt in manu eorũ bona sua, consilium impiorũ longè sit à me. ¶17 Quotiẽs lucerna impiorũ extinguetur, & superueniet eis inũdatio, & dolores dividet furoris sui? ¶18 Erũt sicut paleæ ante faciẽ venti, & sicut fauilla quã turbo dispergit. ¶19 Deus seruabit filiis illius dolorẽ patris: & quũ reddiderit, tunc sciet. ¶20 Videbũt oculi eius interfectionẽ suã, & de furore Omnipotẽtis bibet. ¶21 Quid enim ad eum pertinet de domo sua post sẽ? & si numerus mensium eius diuidietur? ¶22 Nunquid Deum docebit quisquam scientiã, qui excelsos iudicat? ¶23 Iste morietur robustus & sanus, diues & fœlix. ¶24 Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur: ¶25 Alius verò moritur in amaritudine animæ ˜suæ˜ absque vllis opibus: ¶26 Et tamẽ simul in puluere dormiẽt, & vermes operient eos. ¶27 Certè noui cogitationes vestras, & sententias cõtra me iniquas, ¶28 Dicitis enim, Vbi est domus principis? & vbi tabernacula impiorũ? ¶29 Interrogate quẽlibet de viatoribus, & hæc eadẽ illũ intelligere cognoscetis. ¶30 Quia in diem perditionis seruatur malus, & ad diẽ furoris ducetur. ¶31 Quis arguet coràm eo viã eius? & quæ fecit, quis reddet illi? ¶32 Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorũ vigilabit. ¶33 Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se omnẽ hominẽ trahet. & ãte se innumerabiles. ¶34 Quomodo igitur cõsola mini me frustra, quum responsiõ vestra repugnare ostẽsa sit veritati? CAP. XXII.

Eliphaz arguit Iob imsericordiæ. 14 Verba infidelium, in Iob tamen minime competẽtia. 21 Exhortatur ipsũ Iob ad resipiscentiã.

RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit, ¶1 Nunquid Deo potest comparari homo, etiam quum perfectæ fuerit scientiæ? ¶3 Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei cõfers si immaculata fuerit via tua? ¶4 Nũ quid timens*, arguet te, & veniet tecum in iudicium, ¶5 Et nõ propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas? ¶6 Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus. ¶7 Aquã lasso nõ dedisti, & esurienti subtraxisti panem. ¶8 In fortitudine brachii tui possidebas terrã, & potẽtissimus obtinebas eam. ¶9 Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti. ¶10 Propterea circũdatus es laqueis, & cõturbat te formidõ subita . ¶11 Et putabas te tenebras non visurũ, & impetu aquarum inundantium nõ oppressum iri? ¶12 An' cogitas quòd Deus excelsior cælo sit, & super stellarũ verticem sublimetur? ¶13 Et dicis, Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat. ¶14 Nubes latibulũ eius, nec nostra considerat, & circa cardines cæli perambulat. ¶15 Nunquid semitam seculorum custodire cupis, quã calcauerunt viri iniqui, ¶16 Qui subtracti sũt ante tẽpus suũ, & fluuius subuertit fundamẽtum eorum, ¶17 Qui dicebant Deo, Recede à nobis; & quasi nihil possit facere Omnipotẽs, æstimabãt eũ, ¶18 Quũ ille implesset domos eorũ bonis? quorũ sententia procul sit à me. ¶19 Videbunt iusti & lætabuntur, & innocens subsãnabit eos. ¶20 Nõne succisa est erectio eorũ, & reliquias eorũ deuorauit ignis? ¶21 Acquiesce igitur ei, & habeto pacẽ, & per hæc habebis fructus optimos. ¶22 Suscipe ex ore illius legẽ, & pone sermones eius in corde tuo. ¶23 Si reuersus fueris ad Omnipotentẽ, ædificaberis, & lõge facies inliquitatẽ à tabernaculo tuo, ¶24 Dabit pro terra ũlicẽ, & pro silice torrẽtes aureos. ¶25 Erit q; Omnipotens cõtra hostes tuos, & argentũ coaceruabitur tibi. ¶26 Tũc super Omnipotẽtẽ deliciis afflues, & eleuabis ad Deum faciẽ tuã. ¶27 Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. ¶28 Decernes rẽ, & veniet tibi, & in vijs tuis splẽdebit lumẽ. ¶29 Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos suos, ipse saluabitur. ¶30 Saluabitur innocens, saluabitur autem in mundi tia manuum suarum. CAP. XXIII.

Asserit Iob se potentiam & sententiam Iudicis vereri.

RESpondens autẽ Iob, ait, ¶1 Nũc quoq; in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum. ¶3 Quis mihi tribuat vt cognoscã & inueniã illum, & veniã vsque ad solũ eius? ¶4 Ponam coràm eo iudicium, & os meũ replebo increpationibus, ¶5 Vt sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi, ¶6 Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat, ¶7 Proponat æquitatem contra me , & perueniet ad victoriam iudicium meum. ¶8 Si ad Orientem iero, nõ apparet: si ad Occidentẽ, nõ intelligã eum. ¶9 Si ad sinistrã, quid agã? non apprehẽdã eum. si me vertã ad dexterã, non videbo illum. ¶10 Ipse verò scit viam meam, & probabit me quasi aurum quod per ignem transit. ¶11 Vestigia eius secutus est pes meus, viã eius custodiui, & nõ declinaui ex ea. ¶12 A mandatis labiorũ eius nõ recessi, & in sinu meo abscõdi verba oris eius. ¶13 Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationẽ eius: & anima ei' quodcũq; voluit, hoc fecit. ¶14 Quũm-

* An non

que expleuerit cin me voluntatē suā, & alia multa similia præsto sūt ei. ¶15 Et idcirco à facie eius turbat' sum: & cōsyderans eū, timore solicitor. ¶16 Deus mollíuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me. ¶17 Non enim periī propter imminētes tenebras, nec faciem meam operuit caligo. CAP. XXIIII.

Iob hominum iniquitates describit. 18 Impiorum maledictio.

A 1 Omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. ¶2 Alii terminos transtulerunt, diri puerunt greges, & pauerunt eos. ¶3 Asinū pupillorum abegerunt, & abstulerunt pro pignore bouē viduæ. ¶4 Subuerterūt pauperū viam, & oppreſſerunt pariter mansuetos terræ. ¶5 Alii quasi onagri in deserto egrediūtur ad opus suum, *vigilantēsque ad prædā, præparant panem liberis. ¶6 Agrum non suum demetunt: & vineam eius, quē vi oppreſſerint, vindemiant. B ¶7 Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimētum in frigore: ¶8 Quos imbres montiū rigant: & non habentes velamen, amplexātur lapides. ¶9 Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt. ¶10 Nudis' & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas. ¶11 Inter aceruos eorū meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt. ¶12 De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur. C ¶13 Ipsi fuerūt rebelles lumini, nescierūt vias eius: nec reuersi sunt per semitas eius. ¶14 Mane primo *cōsurgēt homicida, *interficiet' egenum & pauperem: per noctem verò erit quasi fur. ¶15 Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Nō me videbit oculus: & operiet vultum suum. ¶16 Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem. ¶17 Si subitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant. ¶18 Leuis est super faciē aquæ: maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per D viam vinearum. ¶19 Ad nimium caloré transeat ab aquis niuium, & vsque ad inferos peccata illius. ¶20 Obliuiscatur eius, misericordia: dulcedo illius, vermes: non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum. ¶21 Pauit enim sterilem & quæ nō parit, & viduæ bene non fecit. ¶22 Detraxit fortes in fortitudine sua: & quum steterit, non credet vitæ suæ. ¶23 Dedit ei Deus locū pœnitētiæ, & ille abutitur eo in superbiā: oculi autem eius sunt in vijs illius. ¶24 Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarū conterentur. ¶25 Quòd si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum verba mea? CAP. XXV.

Baldad probat coram Deo neminem esse mundum.

A Respondens autem Baldad Suhites, dixit, ¶1 Potestas & terror apud eum est qui facit concordiam in sublimibus suis. ¶2 Nūquid est numerus militum eius? & super quem non surget lumen illius? ¶4 Nūquid iustificari potest homo cōparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? ¶5 Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: ¶6 Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis? CAP. XXVI.

Nihil Deo adiutorii esse ab homine, Iob ostendit. 5 Argumenta potentiæ Dei.

Respondēs autem Iob, dixit, ¶1 Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & sustentas brachiū eius qui non est fortis? ¶3 Cui dedisti consiliū? forsitan illi qui non habet sapientiā, & prudentiam tuā ostendisti plurimā. ¶4 Quem docere voluisti? nōnne eum qui fecit spiritū tuum? ¶5 Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis. ¶6 Nudus est Infernus coram illo, & nullū est operimētū perditioni. ¶7 Qui extendit Aquilonem super vacuū, & appendit terram super nihilum. ¶8 Qui ligat aquas in nubibus suis, vt nō erumpāt pariter deorsum. ¶9 Qui tenet vultū solii sui, & expādit super illud nebulā suam. ¶10 Terminū circūndedit aquis vsque dū finiatur lux & tenebræ. ¶11 Columnæ cæli cōtremiscunt, & pauēt ad nutum eius. ¶12 In fortitudine illius repēte maria congregata sunt, & prudentia eius percussit superbum. ¶13 Spiritus eius ornauit cælos: & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus. ¶14 Ecce, hæc ex parte dicta sunt viarum eius: & quū vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? CAP. XXVII.

Ex insustentabili crucis onere Iob Deum accusat. 3 Innocēs Iob. 8 Afflictio implorum. 17 Maledictiones impli.

Addidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit, ¶1 Viuit Deus, (qui abstulit iudicium meū, & Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam, ¶3 Quia donec supereſt halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis, ¶4 Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. ¶5 Absit à me vt iustos vos esse iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea. ¶6 Iustificationem meam quam cœpi tenere, non deseram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. ¶7 *Sicut' impius inimicus meus, & aduersarius meus quasi iniquus. ¶8 Quæ est enim spes hypocritæ si auarè rapiat, & non liberet Deus animam eius? ¶9 Nunquid Deus audiet clamorem eius, quum venerit super eum angustia? ¶10 Aut poterit in Omnipotēte delectari, & inuocare Deum omni tempore? ¶11 Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens habeat, nec abscondam. ¶12 Ecce, vos omnes nostis, & *quid hæc sine causa vana loquimini? ¶13 Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipient. ¶14 Si multiplicati fuerint filii eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabuntur pane. ¶15 Qui relīqui fuerint ex eo, sepellentur in interitu, & viduæ illius non plorabunt. ¶16 Si cōportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta: ¶17 Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet. ¶18 Ædificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbraculum. ¶19 Dives quū dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. ¶20 Apprehendet eū quasi aqua inopia, nocte

opprimet eum tempestas. ¶11 Tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo. ¶12 Et mittet super eum, & non parcet: de manu eius fugiens fugiet. ¶13 Stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum, intuës locũ eius.

CAP. XXVIII.

Quum omnia in rerum natura sint ab homine peruestigabilia, solam Dei sapiẽtiam inscrutabilem ostendit.

HAbet argentum, venarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur. ¶2 Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus calore, in æs vertitur. ¶3 Tẽpus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat, lapidẽ quoque caliginis, & vmbram mortis. ¶4 Diuidet torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egẽtis hominis & inulos. ¶5 Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est. ¶6 Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum. ¶7 Semitam ignorauit auis, nec intuitus est oculos vulturis. ¶8 Non calcauerunt eam filii institorum, nec pertransiuit per eam leæna. ¶9 Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes. ¶10 In petris riuos excidit, & omne pretiosum vidit oculus eius. ¶11 Profunda quoque fluuiorũ scrutatus est, & abscõdita in lucẽ produxit. ¶12 Sapientia verò vbi inuenitur? & quis est locus intelligẽtiæ? ¶13 Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. ¶14 Abyssus dicit, Non est in me: & mare loquitur, Non est mecum. ¶15 Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appẽdetur argẽtum in commutatione eius. ¶16 Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro. ¶17 Non adæquabitur ei aurum vel virtum, nec commutabũtur pro ea vasa auri. ¶18 Excelsa & eminentia non memorabuntur cõparatione eius: trahitur autem sapientia de occultis. ¶19 Nõ adæquabitur ei topazius de Æthiopia, nec tinctura mũdissimæ componetur. ¶20 Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ? ¶21 Abscondita est ab oculis omnium viuẽtium, volucres quoque cæli latet. ¶22 Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius. ¶23 Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius. ¶24 Ipse enim fines mundi intuetur: & omnia quæ sub cælo sunt, respicit. ¶25 Qui fecit vẽtis põdus, & aquas appẽdit in mẽsura. ¶26 Quando ponebat pluuiis legem, & viam procellis sonantibus: ¶27 Tunc vidit illam, & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit. ¶28 Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia.

CAP. XXIX.

Iob vitæ suæ anteactæ fœlicitatem, & pia gesta recẽset: tacitè amicos calumniæ arguës, qui dicebant illũ meritò pati quæ patiebatur. 12 Officium boni principis.

ADdidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit, ¶1 Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me, ¶2 quãdo splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumẽ eius ambulabam in tenebris? ¶3 Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quãdo secretò Deus erat in tabernaculo meo? ¶4 Quãdo erat Omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei? ¶5 Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei? ¶6 Quando procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabam cathedram mihi? ¶8 Videbant me iuuenes, & abscõdebãtur: & senes assurgẽtes stabãt. ¶9 Principes cessabant loqui, & digitũ superponebant ori suo. ¶10 Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat. ¶11 Auris audiens beatificabat me, & oculus vidẽs testimonium reddebat mihi: ¶12 Eo quòd liberaßem pauperem vociferantem, & pupillum cui non esset adiutor. ¶13 Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ cõsolatus sum. ¶14 Iustitia indutus sum, & vestiui me, sicut vestimento & diademate, iudicio meo. ¶15 Oculus fui cæco, & pes claudo. ¶16 Pater eram pauperum: & causam quam nesciebam, diligentissime inuestigabam. ¶17 Cõterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. ¶18 Dicebãmque, In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies. ¶19 Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea. ¶20 Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur. ¶21 Qui me audiebant, expectabant sententiã, & intenti tacebant ad consiliũ meum. ¶22 Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum. ¶23 Expectabãt me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum. ¶24 Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei nõ cadebat in terram. ¶25 Si voluissem ire ad eos, sedebam primus: quũque sederem quasi rex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.

CAP. XXX.

Quanto contẽptu ab hominibus, & quanta maledictione à Domino tractetur, Iob describit. ¶23 Mors, domus omnium.

NVnc autem deridẽt me iuniores tempore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei: ¶1 Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipsa putabãtur indigni. ¶3 Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine, squallentes calamitate & miseria. ¶4 Et mandebant herbas, & arborũ cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorũ: ¶5 Qui de cõuallibus ista rapientes, quum singula reperissent, ad ea cum clamore currebãt. ¶6 In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream. ¶7 Qui inter huiusce modi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabãt. ¶8 Filii stultorũ & ignobiliũ, & in terra penitus nõ parẽtes. ¶9 Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbiũ. ¶10 Abominantur me, & longè fugiunt à me, & facie meam conspuere non verentur. ¶11 Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me, & frænum posuit in os meum. ¶12 Ad dexteram orientis calamitatis meæ illico surrexerunt: pedes meos subuerterũt, & oppresserunt quasi fluctibus, semitis suis. ¶13 Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi: & præualuerunt, & non fuit qui ferret auxilium. ¶14 Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miserias deuoluti sunt. ¶15 Redactus sum in nihilum: abstulisti quasi ventus desyderium meum: & velut nubes abstulisti

pertranſiit ſalus mea. ¶16 Nunc autem in memetipſo marceſcit anima mea, & poſſident me dies afflictionis. ¶17 Nocte os meum perforatur doloribus : & qui me comedunt, non dormiunt. ¶18 In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meũ, & quaſi capitio tunicæ ſuccinxerunt me. ¶19 Comparatus ſum luto, & aſſimilatus ſum fauillæ & cineri. ¶20 Clamo ad te, & non exaudis me: ſto, & non reſpicis me. ¶21 Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. ¶22 Eleuaſti me, & quaſi ſuper ventum ponens eliſiſti me valide. ¶23 Scio quia morti trades me, vbi conſtituta eſt domus omni viuenti. ¶24 Veruntamen non ad cõſumptionem meam emittis manũ tuam: & ſi corruerint, ipſe ſaluabis. ¶25 Flebam quondam ſuper eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. ¶26 Expectabã bona, & venerunt mihi mala: præſtolabar lucem, & eruperũt tenebræ. ¶27 Interiora mea efferbuerunt abſque vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis. ¶28 Mœrens incedebam, ſine furore, cõſurgens, in turba clamaui. ¶29 Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. ¶30 Cutis mea denigrata eſt ſuper me, & oſſa mea aruerunt præ caumate. ¶31 Verſa eſt in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

CAP. XXXI.

Iob recenſet vitæ ſuæ innocentiam, cuius ſcriptorem æternum ſibi contingere optat.

PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem quidem de virgine. ¶2 Quã enim partem haberet in me Deus déſuper, & hæreditatem Omnipotens de excelſis? ¶3 Nunquid non perditio eſt iniquo, & alienatio operãtibus iniuſtitiam? ¶4 Nõne ipſe conſyderat vias meas, & cunctos egreſſus meos dinumerat? ¶5 Si ambulaui in vanitate, & feſtinauit in dolo pes meus: ¶6 Appendat me in ſtatera iuſta, & ſciat Deus ſimplicitatem meã. ¶7 Si declinauit greſſus meus de via, & ſi secutus est oculus meus cor meum. & ſi in manibus meis adhæſit macula: ¶8 Seram, & alius comedat, & progenies mea eradicetur. ¶9 Si deceptum eſt cor meum ſuper mulliere. & ſi ad oſtiũ amici mei inſidiatus ſum: ¶10 Scortum alterius ſit vxor mea, & ſuper illam incuruentur alii. ¶11 Hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima. ¶12 Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. ¶13 Si contempſi ſubire iudiciũ cum ſeruo meo & ancilla mea, quum diſceptarent aduerſum me: ¶14 (Quid enim faciam quũ ſurrexerit ad iudicandum Deus? & quum quæſierit, quid reſpondebo illi?) ¶15 Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus eſt: & formauit me in vulua vnus? ¶16 Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci: ¶17 Si comedi buccellam meam ſolus, & nõ comedit pupillus ex ea: ¶18 (Quia ab infantia mea creuit mecum miſeratio: & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecũ) ¶19 Si deſpexi præteruntem, eo quòd non haberet indumentum, & abſque operimẽto pauperẽ: ¶20 Si non benedixerunt mihi latera eius. & de velleribus ouium mearum calefactus eſt: ¶21 Si leuaui ſuper pupillum manum meã, etiam quum viderem me in porta ſuperiorem: ¶22 Humerus meus à iunctura ſua cadat, & brachium meum cum ſuis oſſibus confringatur. ¶23 Semper enim quaſi tumẽtes ſuper me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui. ¶24 Si putaui aurum robur meũ: & obrizo dixi, Fiducia mea: ¶25 Si lætatus ſum ſuper multis diuitiis meis, & quia plurima reperit manꝰ mea: ¶26 Si vidi ſolem quũ fulgeret, & lunam incedentem clarè: ¶27 Et lætatum eſt in abſcõdito cor meum, & oſculatus ſum manum meam ore meo, ¶28 Quæ eſt iniquitas maxima, & negatio contra Deum altiſſimum: ¶29 Si gauiſus ſum ad ruinam eius qui me oderat: & exultaui quòd inueniſſet eum malum. ¶30 Non enim dedi ad peccandum guttur meum, vt expeterem maledicens animam eius. ¶31 Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt ſaturemur? ¶32 Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit. ¶33 Si abſcondi quaſi homo peccatum meum, & celaui in ſinu meo iniquitatem meam: ¶34 Si expaui ad multitudinem nimiam, & deſpectio propinquorũ terruit me: & nõ magis tacui, nec egreſſus ſum oſtium. ¶35 Quis mihi tribuat ꝰaduitorem, vt deſiderium meũ audiat Omnipotẽs: & librum ſcribat ipſe, qui iudicat, ¶36 Vt in humero meo portem illum, & circundem illum quaſi coronam mihi? ¶37 Per ſingulos gradus meos pronuntiabo illum, & quaſi principi offerã eum. ¶38 Si aduerſum me terra mea clamat, & cum ipſa ſulci eius deflẽt, ¶39 Si fructus eius comeſi abſque pecunia, & animam agricolarũ eius afflixi: ¶40 Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo ſpina.

CAP. XXXII.

Eliu tacẽtibus cæteris, arguit illos inſipientiæ. ¶6 Docet non ætatem, ſed Spiritũ Dei dare prudentiam.

MIſerunt autem tres viri iſti reſpondere Iob, eo quòd iuſtus ſibi videretur. ¶2 Et iratus, indignatuſq; eſt Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus eſt autem aduerſum Iob, eo quòd iuſtum ſe eſſe diceret coram Deo. ¶3 Porrò aduerſum amicos eius indignatus eſt, eo quòd non inueniſſent reſpõſionem rationabilẽ, ſed tãtũmodo cõdemnaſſent Iob. ¶4 Igitur Eliu expectauit Iob loquentẽ: eo quòd ſeniores ꝰeſſent qui loquebãtur. ¶5 Quũ autem vidiſſet quòd tres reſpondere non potuiſſent, iratus eſt vehementer. ¶6 Reſpõdẽſque Eliu filius Barachel Buzites, dixit, Iunior ſum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demiſſo capite veritus ſum vobis indicare meã ſentẽtiam. ¶7 Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret ſapẽtiam. ¶8 Sed vt video, Spiritus eſt in hominibus, & Inſpiratio Omnipotentis dat intelligentiam. ¶9 Non ſunt longæui ſapientes, nec ſenes intelligunt iudicium. ¶10 Ideo dicam, audite me, oſtendam vobis etiam ego meam ſapientiam. ¶11 Expectaui enim ſermones veſtros, audiui prudẽtiam veſtram, donec diſceptaremini ſermonibus ꝰveſtris: ¶12 Et donec putabam vos aliquid dicere, conſyderabã: ſed vt video, non eſt qui poſſit arguere Iob, & reſpondere ex vobis ſermonibus eius. ¶13 Ne fortè dicatis, Inuenimus ſapientiam. Deus proiecit eum, non homo. ¶14 Nihil locutus eſt mihi, & ego non ſecundum ſermones veſtros reſpondebo illi. ¶15 Extimuerunt, nec reſponde-

clamabam.

ſecutum eſt oculos meos

pereuntem,

rũt vltrà, abstulerũntq; à se eloquiũ.' ¶16 Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti: steterunt, nec vltrà responderunt: ¶17 Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meã. ¶18 Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus uteri mei. ¶19 En uenter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit. ¶20 Loquar, & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respondebo. ¶21 Non accipiam personam uiri, & Deum homini non æquabo. ¶22 Nescio enim quandiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus. CAP. XXXIII.

Ostendit Eliu in quo Iob peccauerit. 13 Cũ Deo non contendẽdum, nec eius opera inquirenda curiosius.

AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos auscula. ¶2 Ecce, aperui os meũ, 'loquatur' lingua mea in faucibus meis. ¶3 Simplici corde meo sermones mei, & 'sententiam' puram labia mea loquentur. ¶4 Spiritus Dei fecit me, & Spiraculum Omnipotentis viuificauit me. ¶5 Si potes, respõde mihi, & aduersus faciem meam consiste. ¶6 Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodẽ luto ego quoque formatus sum. ¶7 Verũtamen miraculum meum non te terreat, & 'eloquentia mea non sit tibi grauis.' ¶8 Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborũ tuorum audiui, ¶9 Mundus sum ego, & absque delicto: immaculatus, & nõ est iniquitas in me. ¶10 Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi. ¶11 Posuit in neruo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas. ¶12 Hoc est ergo in quo nõ es iustificatus. respondebo tibi quia maior tit Deus homine. ¶13 Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia verba responderit tibi? ¶14 Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit. ¶15 Per somniũ in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo: ¶16 Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina, ¶17 Vt auertat hominem ab his quæ 'fecit,' & liberet eum de superbia. ¶18 Eruens animã eius à corruptione: & vitam illius, vt nõ transeat in gladiũ. ¶19 Increpat quoque per doloré in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. ¶20 Abominabilis el sit in vita sua panis, & animæ illius eibus antè desyderabilis. ¶21 Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant, nudabuntur. ¶22 Appropinquabit' corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. ¶23 Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de 'similibus,' vt annuntiet hominis æquitatem, ¶24 Miserebitur eius, & dicet, liberа eũ, vt nõ descẽdat in corruptionẽ: Inueni in quo ei propitier. ¶25 Consumpta est caro eius à supplicijs, reuertatur ad dies adolescentiæ suæ. ¶26 Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit facié eius in iubilo, & reddet homini iustitiã suam. ¶27 Respiciet hominẽs, & dicet, Peccaui, & verè deliqui: & vt eram dignus, non recepi. ¶28 Liberauit animam suã ne pergeret in interitũ, sed viuens lucem videret. ¶29 Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicib' per singulos, ¶30 Vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium. ¶31 Attende Iob, & audi me: & tace, dum ego loquor, ¶32 Si autem habes quod loquaris, respõde mihi, loquere: volo enim te apparere iustum. ¶33 Quòd si non habes, audi me: tace, & docebo te sapientiã. CAP. XXXIIII.

Eliu probat Deum non esse iniquum iudicem, quòd sit mundi iudex, & omnium rerum potens administrator. 16 Ostendit ipsum Iob à Deo iniustè non affligi. 24 Mutatio regnorum, opus Dei. 30 Malus magistratus malo populo datur à Deo.

PRonuntiãs itaque Eliu, etiam hæc locutus est. ¶2 Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me: ¶3 Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. ¶4 Iudiciũ eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius. ¶5 Quia dixit Iob, Iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum: ¶6 In iudicando enim me, mendacium est: violenta sagitta mea absque vllo peccato. ¶7 Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationẽ quasi aquam, ¶8 Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impijs? ¶9 Dixit enim, Nõ placebit vir Deo, etiam si cucurrerit cum eo. ¶10 Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. ¶11 Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorũ restituet eis. ¶12 Verè enim Deus non condemnabit frustra, nec Omnipotens subuertet iudicium. ¶13 Quem constituit alium super terrã? aut quem posuit super orbem quẽ fabricatus est? ¶14 Si direxerit ad eum cor suum, spiritũ illius & flatum ad se trahet: ¶15 Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. ¶16 Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & auscultа vocẽ eloquii mei. ¶17 Nunquid qui non amat iudicium, sanari poteſt? & quomodo tu eum qui iustus est, intantum cõdemnas, ¶18 Qui dicit regi, Apostata: qui vocat duces impios? ¶19 Qui nõ accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, quũ discepterat contra pauperem: opus enim manuum eius sunt vniuersi. ¶20 Subitò morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferẽt violentũ absque manu. ¶21 Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum considerat. ¶22 Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondãtur ibi qui operãtur iniquitatem. ¶23 Neque enim vltrà i hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium. ¶24 Conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. ¶25 Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet nocte, & conterentur. ¶26 Quasi impios percussit eos in loco videntium. ¶27 Qui quasi deiudustria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt. ¶28 Vt peruenire facerẽt ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum. ¶29 Ipso enim concedente pacem, quis est qui condemnet? ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum & super gẽtes & super omnes homines? ¶30 Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi. ¶31 Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo. ¶32 Si errаui, tu doce me: si iniquitatẽ locutus sum, vltrà nõ addam. ¶33 Nunquid à te Deus expetit eã, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quòd si quid nosti melius, loquere. ¶34 Viri intelligẽtes loquantur mihi, & vir sapiẽs audiat

Deut.10.d.17
2.par.19.c.7.
C sap.6.b.8
eccli.35.b.16.
rom.2.b.11.
galat.2.b.6.
ephes.6.b.9.
colos.3.d.26.
act.10.c.34.
1.pet.1.c.17.
Proue.5.d.11.

ræ. ¶35 Iob autẽ ſtultè locutus eſt,& verba illius non ſonant diſciplinã. ¶36 Pater mi,probetur Iob vſque ad finem:ne deſinas ab homine iniquitatis. ¶37 *Qui addidit'ſuper peccata ſua blaſphemiam:inter nos interim conſtringatur,& tunc'ad iudicium prouocet ſermonibus ſuis Deum.

CAP. XXXV.

NOn Deo,ſed homini,vel nocet impietas, vel prodeſt pietas. ¶4 Impiè ſentit caro Deum ſua non curare.

¶1 ELiur Eliu hæc rurſum locutus eſt, ¶2 Nunquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres,Iuſtior ſum Deo? ¶3 Dixiſti enim, Non tibi placet quod rectum eſt: vel quid tibi proderit,ſi ego peccauero? ¶4 Itaque ego reſpondebo ſermonibus tuis, & amicis tuis tecum.

¶5 Suſpice cælum & intuere, & cõtemplare æthera quòd altior te ſit. ¶6 Si peccaueris,quid ei nocebis? & ſi multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ,quid facies contra eum? ¶7 Porrò ſi iuſtè egeris,quid donabis ei,aut qd de manu tua accipiet? ¶8 Homini qui ſimilis tui eſt,nocebit impietas tua,& filium hominis adiuuabit iuſtitia tua. ¶9 Propter multitudinem calumniatorum clamabunt:& eiulabunt propter vim brachii tyrannorum. ¶10 Et non dixit,Vbi eſt Deus qui fecit me , qui dedit carmina in nocte? ¶11 Qui docet nos ſuper iumenta terræ, & ſuper volucres cæli erudit nos. ¶12 Ibi clamabũt, & nõ exaudiet,propter ſuperbiam malorum.

¶13 Non ergo fruſtra audiet Deus,& Omnipotens cauſas ſingulorum intuebitur. ¶14 Etiam quum dixeris,Non cõſyderat:iudicare corã illo,& expecta eum. ¶15 Nũc enim nõ infert furorem ſuũ,nec vlciſcitur ſcelus valde: ¶16 Ergo Iob fruſtra aperit os ſuum,& abſque ſcientia verba multiplicat.

CAP. XXXVI.

Declaratio iuſtitiæ Dei ab operibus eius. 9 Quare Dominus corripiat vel flagellet. 13 Hypocritarum iudicium,confuſio & deſperatio.

ADdés quoque Eliu,hæc locutus eſt, ¶2 Suſtine me paululũ, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar. ¶3 Repetã ſcientiam meã à principio,& operatorẽ meum probabo iuſtum. ¶4 Verè enim abſque mẽdacio ſermones mei,& perfecta ſcientia probabitur tibi. ¶5 Deus 'potentes'non abiicit, quum & ipſe ſit potens. ¶6 Sed non ſaluat impios, & iudicium pauperibus'tribuit.' ¶7 Non auferet à iuſto oculos ſuos, & reges in ſolio collocat in perpetuum, & 'illic'eriguntur: ¶8 Et ſi fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis, ¶9 Indicabit eis opera eorum & ſcelera eorum,quia violẽti fuerũt. ¶10 Reuelabit quoque aurem eorum,vt corripiat:& loquetur, vt reuertãtur ab iniquitate. ¶11 Si audierint & obſeruauerint, complebunt dies ſuos in bono, & annos ſuos in gloria. ¶12 Si autem non audierint,tranſibunt per gladium,& cõſumentur in ſtultitia. ¶13 Simulatores & callidi prouocant iram Dei,neque clamabũt quũ vincti fuerint. ¶14 Morietur in tẽpeſtate anima eorũ, & vita eorum inter effœminatos. ¶15 Eripiet de anguſtia ſua pauperem,& reuelabit in tribulatione autem eius. ¶16 Igitur ſaluabit te de ore angſto latiſſimè,& non habente fundamentũ ſubter ſe:requies autem mẽſæ tuæ erit plena pinguedine. ¶17 Cauſa tua quaſi impii iudicata eſt,cauſam iudiciũmque recipies. ¶18 Non te ergo ſuperet ira,vt aliquẽ opprimas:nec multitudo donorũ inclinet te. ¶19 Depone magnitudinẽ tuam abſque tribulatione,& omnes robuſtos fortitudine. ¶20 Ne protrahas à nocte,vt aſcẽdant populi pro eis. ¶21 Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpiſti ſequi poſt miſeriam. ¶22 Ecce,Deus excelſus in fortitudine ſua,& nullus eſt ſimilis in legiſlatoribus. ¶23 Quis poterit ſcrutari vias eius?aut quis'au'pot det'ei dicere,Operatus es iniquitatẽ? ¶24 Memento quòd ignores opus eius de quo cecinerunt viri. ¶25 Omnes homines vident eũ,vnuſquiſq; intuetur procul. ¶26 Ecce Deus magnus vincens ſcientiam noſtram: numerus annorum eius inæſtimabilis. ¶27 Qui aufert ſtillas pluuiæ,& effundit imbres adinſtar gurgitum. ¶28 Qui de nubibus fluunt,quæ prætexũt cum cta deſuper. ¶29 Si voluerit extendere nubes quaſi tentorium ſuũ, ¶30 Et fulgurare lumine ſuo deſuper, cardines quoque maris operiet. ¶31 Per hæc enim iudicat populos,& dat eſcas multis mortalib'. ¶32 In manibus abſcõdit lucẽ,& præcipit ei vt rurſus adueniat. ¶33 Annũtiat de ea amico ſuo, quòd poſſeſſio eius ſit,& ad eam poſſit aſcẽdere.

CAP. XXXVII.

Ex aliis operibus probat Eliu, ſapientiam Dei & iudicium eius imperueſtigabile.

SVper hoc expauit cor meũ, & emotum eſt de loco ſuo. ¶2 'Audiet'auditionem in terrore vocis eius, & ſonũ de ore illius procedentem. ¶3 Subter omnes cælos ipſe conſyderat, & lumen illius ſuper terminos terræ. ¶4 Poſt eum rugiet ſonitus, tonabit voce magnitudinis ſuæ,& nõ inueſtigabitur,quum audita fuerit vox eius. ¶5 Tonabit Deus in voce ſua mirabiliter,qui facit magna & inſcrutabilia. ¶6 Qui præcipit niui vt deſcendat in terram, & hyemis pluuiis, & imbri fortitudinis ſuæ. ¶7 Qui in manu omnium hominum ſignat, vt nouerint ſinguli opera ſua. ¶8 Ingredietur beſtia latibulum'ſuum,'& in antro ſuo morabitur. ¶9 Ab interioribus egredietur tempeſtas,& ab Arcturo frigus. ¶10 Flante Deo concreſcit gelu,& rurſum latiſſimè fundũtur aquæ. ¶11 Frumentum deſiderat nubes,& nubes ſpargunt lumen ſuũ. ¶12 Quæ luſtrant 'cuncta'per circuitum quocunque eas voluntas gubernantis duxerit,ad omne quod'præceperit'illis ſuper faciem orbis terrarum, ¶13 Siue in vna tribu,ſiue in terra ſua, ſiue in quocunque loco miſericordiæ ſuæ eas iuſſerit inueniri. ¶14 Auſculta hæc Iob: ſta, & conſydera mirabilia Dei. ¶15 Nunquid ſcis quando præcepit Deus pluuiis,vt oſtenderẽt lucem nubiũ eius? ¶16 Nunquid noſti ſemitas nubiũ magnas, & perfectas ſcientias? ¶17 Nõne veſtimẽta tua calida ſunt, quum perſtata fuerit terra Auſtro? ¶18 Tu forſitan cum eo fabricatus es cælos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt. ¶19 Oſtende nobis quid dicamus illi:nos quippe inuolumur tenebris. ¶20 Quis narrabit ei quæ loquor?etiã ſi locutus fuerit homo,deuorabitur. ¶21 At nũc nõ vident lucẽ:ſubitò aer cogetur in nubes,& vẽtus tranſiẽs fugabit eas. ¶22 Ab Aquilone aurũ venit,& ad Deum formidoloſa laudatio. ¶23 Dignè eũ inuenire nõ poſſumus: magnus fortitudine & iudicio, & iuſtitia, & enarrari nõ poteſt.

*Quia addit
'multiplicet
'ermones ſu
s ad Deum.

'potens
'eribuet.
illi

¶14 Ideo timebunt eum viri, & non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.

CAP. XXXVIII.

Alloquitur Dominus Iob, ostendens ei suã iustitiam ex inscrutabilibus suis operibus.

A RESpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit, ¶2 Quis est iste inuoluês sententias sermonibus imperitis? ¶3 Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & responde mihi. ¶4 Vbi eras quando ponebam fundamẽta terræ? indica mihi, si habes intelligentiã. ¶5 Quis posuit mensuras eius, si nosti? vel quis tetendit super eam lineam? ¶6 Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem angularem eius, ¶7 Quum me laudarent simul astra matutina, & iubilarẽt omnes filii Dei? ¶8 Quis conclusit ostiis mare, quãdo erumpebat quasi de vulua procedẽs, ¶9 Quum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem? ¶10 Circũdedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia, ¶11 Et dixi, vsque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. ¶12 Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locũ suum? ¶13 Et tenuisti concutiens extrema terræ, * excussisti impios ex ea? ¶14 Restituetur vt lutum sigaculum, & stabit sicut vestimentum. ¶15 Auferetur ab impiis lux sua, & brachium excelsum confringetur. ¶16 Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssi deambulasti? ¶17 Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? ¶18 Nunquid consyderasti latitudinem terræ? indica mihi, si nosti, omnia, ¶19 In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit, ¶20 Vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius. ¶21 Sciebas tunc quòd nasciturus esses? & numerum dierum tuorum nouueras? ¶22 Nunquid ingressus es thesauros niues, aut thesauros grãdinis aspexisti, ¶23 Quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ & belli? ¶24 Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram? ¶25 Quis dedit vehemẽtissimo imbri cursum, & viã sonantis tonitrui, ¶26 Vt plueret super terrã, absq; homine in deserto, vbi nullus mortalium cõmoratur, ¶27 Vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virentes? ¶28 Quis est pluuiæ pater? vel quis genuit stillas roris? ¶29 De cuius vtero egressa est glacies? & gelu de cælo quis genuit? ¶30 In similitudinem lapidis, aquæ durantur, & superficies abyssi constringitur. ¶31 Nunquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare? ¶32 Nũquid producis Luciferum in tempore suo, & Vesperum super filios terræ consurgere facis? ¶33 Nunquid nosti ordinem cæli, & pones rationem eius in terra? ¶34 Nunquid eleuabis 'in nebula' vocem tuam, & impetus aquarum operiet te? ¶35 Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, Adsumus? ¶36 Quis posuit in visceribus hominis sapientiam? vel quis dedit gallo intelligentiam? ¶37 Quis enarrabit cælorum rationem, & cõcentum cæli quis dormire faciet? ¶38 Quãdo 'fundabatur' puluis in terra, & glebæ compingebantur?

CAP. XXXIX.

Pulli coruorum nos docent fiduciam in Deum. 5 Rursus ostendit Dominus mirabilia quæ facit in animalibus.

NVnquid capies leænæ prædam, & animã catulorũ eius implebis, ¶2 Quando cubãt in antris, & in specubus insidiantur? ¶3 Quis præparat coruo escam suam, quãdo pulli eius clamãt ad Deũ, vagantes, eo quòd nõ habeant cibos? ¶4 Nũquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas obseruasti? ¶5 Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum? ¶6 Incurvãtur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt. ¶7 Separantur filii earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas. ¶8 Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis solvit? ¶9 Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis. ¶10 Cõtemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit. ¶11 Circumspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæque perquirit. ¶12 Nũquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? ¶13 Nunquid alligabis rhinocerota ad arandũ, loro tuo? aut confringet glebas vallium post te? ¶14 Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? ¶15 Nũquid credes illi quoniã sementem reddat tibi, & aream tuam congreget? ¶16 Penna 'struthionis' humilis est pennis herodii, & accipitris. ¶17 Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea? ¶18 Obliuiscitur quòd pes cõculcet ea, aut bestia agri conterat. ¶19 Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore cogẽte: ¶20 Priuauit enim eam Deus sapiẽtia, nec dedit illi intelligentiã. ¶21 Quum tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & ascensorem eius. ¶22 Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum? ¶23 Nunquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror. ¶24 Terram vngula fodit, exultat audacter: in occursum pergit armatis. ¶25 Contemnit pauorem, nec cedit gladio. ¶26 Super ipsũ sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus. ¶27 Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem. ¶28 Vbi audierit buccinã, dicit, vah. procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus. ¶29 Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? ¶30 Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? ¶31 In petris manet, *in prærupti silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. ¶32 Inde contemplatur escam, & dẽlõge oculi eius prospiciũt. ¶33 Pulli eius lambunt sanguinem: & vbicunque cadauer fuerit, statim adest. ¶34 Et adiecit Dominus, & locutus est ad Iob, ¶35 Nunquid qui contendit cum Deo, tam facile conquiescit? vtique qui arguit Deum, debet respondere ei. ¶36 Respondens autem Iob Domino, dixit, ¶37 Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meum. ¶38 Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem: & alterum, quibus vltra non addam.

CAP. XL.

Collatio humanæ imbecillitatis cum diuina potentia. 10 Ostendit Deus potentiã suam in elephante.

RESpondens autẽ Dominus Iob de turbine, dixit, ¶1 Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & indica mihi. ¶2 Nunquid irritum facies iudicium meum: & cõdemnabis me, vt tu iustificeris? ¶3 Et si habes brachium sicut Deus, & si voce simili tonas? ¶4 Circunda tibi decorẽ, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosus induere vestibus: ¶5 Dilperge superbos in furore tuo, & cõfunde eos: & respiciens omnem arrogantem humilia. ¶6 Respice cũctos superbos, & confunde eos, & cõtere impios in loco suo: ¶7 Absconde eos in puluere simul, & facies eorũ demerge in foueam: ¶8 Et ego confitebor quòd saluare te possit dextera tua. ¶10 Ecce, behemoth quẽ feci tecũ, fœnum quasi bos comedet: ¶11 Fortitudo eius in lũbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius. ¶12 Stringit caudam suã quasi cedrũ, nerui testiculorũ eius perplexi sunt. ¶13 Ossa ei⁹ velut fistulæ æris, cartilago illius quasi lamĩnæ ferreæ. ¶14 Ipse est principiũ viarũ Dei qui fecit eum, applicabit gladium eius. ¶15 Huic montes herbas ferunt: omnes bestiæ agri ludent ibi. ¶16 Sub vmbra dormit i secreto calami, in⁹ locis humẽtibus? ¶17 Protegunt vmbræ vmbram eius, circũdabunt eũ salices torrẽtis? ¶18 Ecce, absorbebit fluuiũ, & non mirabitur: & habet fiduciã quòd influat Iordanis in os eius. ¶19 In oculis eius quasi hamo capiet eũ, & in fudibus perforabit nares ei⁹. ¶20 An extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? ¶21 Nũquid pones circulũ in naribus eius, aut armilla perforabis maxillã eius? ¶22 Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi molliæ? ¶23 Nunquid feriet tecũ pactũ, & accipies eũ seruũ sempiternũ? ¶24 Nũquid illudes ei quasi aui? aut ligabis eũ ancillis tuis? ¶25 Cõcident eum amici, diuidẽt illum negotiatores? ¶26 Nũquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustiũ piscũ capite illi⁹? ¶27 Pones⁹ super eũ manum tuam: memento belli, nec vltrà addas loqui. ¶28 Ecce, spes eius frustrabitur eum, & vidẽtibus cũctis præcipitabitur. CAP. XLI.

DEo nullus resistere potest.

NOn quasi crũdelis suscitabo eum: quis enim resistere potest vultui meo? ¶1 Et quis ante dedit mihi, vt reddam ei? omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt. ¶3 Nõ parcã ei, verbis potentibus, & ad deprecãdum compositis. ¶4 Quis reuelabit faciẽ indumenti eius? & medium oris eius quis ingrediet? ¶5 Portas vultus eius quis aperiet? per gyrũ dẽtium eius formido. ¶6 Corpus illius quasi scuta fusilia, compactum squamis se premẽtibus: ¶7 Vna vni coniũgitur, & ne spiraculũ quidẽ incedit per eas: ¶8 Vna alteri adhærebit, & tenentes se nequaquam separabuntur. ¶9 Sternutatio eius splendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi. ¶10 De ore eius lampades procedũt sicut tedæ ignis accensæ. ¶11 De naribus eius procedit fumus sicut ollæ succẽsæ, atque feruẽtis. ¶12 Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur. ¶13 In collo eius morabitur fortitudo, & faciẽ eius præcedit egestas. ¶14 Membra carniũ eius cohærẽtia sibi: mittet cõtra eũ flumina, & ad locũ alium nõ ferentur. ¶15 Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. ¶16 Quũ sublatus fuerit, timebunt Angeli, & territi purgabuntur. ¶17 Quũ apprehenderit eum gladius, subsistere nõ poterit neq; hasta, neq; thorax: ¶18 Reputabit enim quasi paleas ferrũ, & quasi lignum putridũ, æs. ¶19 Nõ fugabit eũ vir sagittarius, in stipulã versi sunt ei lapides fũdæ. ¶20 Quasi stipulã æstimabit malleũ, & deridebit vibrãtẽ hastã. ¶21 Sub ipso erũt radii solis, & sternet sibi aurũ quasi lutũ. ¶22 Feruescere faciet quasi ollã, profundũ: mare ponet quasi quũ vnguẽta bulliunt. ¶23 Post eũ lucebit semita, æstimabit abyssũ quasi senescẽtẽ. ¶24 Nõ est super terrã potestas quæ cõparetur ei, qui factꝰ est vt nullũ timeret. ¶25 Omne sublime videt, ipse est rex super vniuersos filios superbiæ. CAP. XLII.

Iob agnoscit peccatum suum. 7 Amici eius reprehenduntur a Deo. 9 Oranti Iob pro amicis, duplicia restituuntur. 11 Benedicitur Dei. Oiuitiæ Iob, & mors.

RESpõdens autẽ Iob Domino, dixit, ¶2 Scio quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. ¶3 Quis est iste qui celat consilium absque scientia? ideo indipiẽter locutus sum, & quæ vltra modum exeedere⁹ scientiã meã. ¶4 Audi, & ego loquar: interrogabo te, & respõde mihi. ¶5 Auditu auris audiui te: nunc autẽ oculus meus videt te. ¶6 Idcirco ipse me reprehẽdo, & ago pœnitentiã in fauilla & cinere. ¶7 Postquam autẽ locutus est Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themanitẽ, Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniã nõ estis locuti coram me rectum, sicut seruus meus Iob. ¶8 Sumite ergo vobis septẽ tauros, & septẽ arietes, & ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustũ pro vobis: Iob autẽ seruus meus orabit pro vobis: faciẽ eius suscipiam, vt nõ vobis imputetur stultitia: neq; enim locuti estis ad me rectã sicut seruus meus Iob. ¶9 Abierũt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites: & fecerũt sicut locutus fuerat Dominus ad eos, & suscepit Dominus faciẽ Iob. ¶10 Dominus quoque cõuersus est ad pœnitentiã Iob, quũ oraret ille pro amicis suis. & addidit Dominus omnia quæcũque fuerãt Iob, duplicia. ¶11 Venerunt autẽ ad eum omnes fratres sui, & vniuersæ sorores suæ, & cũcti qui nouerãt ei prius: & comederũt cũ eo panẽ in domo ei⁹: & mouerũt super eũ caput, & cõsolati sunt eũ super omni malo quod intulerat Dominus super eũ. Et dederũt ei vnusquisque ouẽ vnã, & inaurẽ aureã vnã. ¶12 Dominus autem benedixit nouissimis Iob magis quàm principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim millia ouiũ, & sex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille asinæ. ¶13 Et fuerũt ei septẽ filii, & tres filiæ. ¶14 Et vocauit nomẽ vnius Diem, & nomẽ secũdæ Cassiã, & nomen tertiæ Cornustibii. ¶15 Nõ sunt autem inuẽtæ mulieres speciosæ sicut filiæ Iob in vniuersa terra: dedit que eis pater suus hæreditatẽ inter fratres earũ. ¶16 Vixit autẽ Iob post flagella hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios suos, & filios filiorũ suorũ, vsque ad quartã generationẽ, & mortuus est senex, & plen⁹ dierũ,

Vvv

# Liber Psalmorum, Hebraice Thehilim.

PSAL. I.

Beati viri descriptio. 4 Impiorum & infidelium interitus.

BEATVS vir qui nō abiit in consilio impiorū, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit: ¶ 2 sed in lege Domini voluntas eius: ‖ & in lege eius meditabitur die ac nocte. ¶ 3 ‖ Et erit tāquam lignum quod plantatū est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet: & omnia quæcunque faciet, prosperabuntur. ¶ 4 Non sic impii, non sic: sed tanquā pulvis quem proiicit ventus à facie terræ. ¶ 5 Ideo non resurgunt impii in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum. ¶ 6 Quoniam novit Dominus viam iustorum: & iter impiorū peribit.

PSAL. II.

Gentium & Iudæorum coniuratio contra Christum. 6 Rex Iudæorum & Gentium Christus. 10 Ad principes exhortatio & commination. 11 Beati.

QVare fremuerūt Gentes: & Populi meditati sunt inania? ¶ 2 Astiterūt reges terræ, & principes cōuenerūt in vnū aduersus Dominum & aduersus CHRISTVM eius. ¶ 3 Dirūpamus vincula eorū, & proiiciamus à nobis iugum ipsorum. ¶ 4 Qui habitat in cælis irridebit eos: & Domin⁹ subsannabit eos. ¶ 5 Tūc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos. ¶ 6 Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion mōtem sanctū eius, prædicās præceptum eius. ¶ 7 ‖ Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. ¶ 8 Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuā, & possessionem tuam terminos terræ. ¶ 9 ‖ Reges eos in virga ferrea, & tanquā vas figuli cōfringes eos. ¶ 10 Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. ¶ 11 Seruite Domino in timore: & exultate ei cū tremore. ¶ 12 Apprehendite disciplinā: nequādo irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. ¶ 13 Quū exarserit in breui ira eius, beati omnes qui cōfidunt in eo.

PSAL. III.

Christi aduersarii. 4 Fides & spes in tribulatione. 6 Mors & resurrectio Christi. 9 Salus. Benedictio.

¶ 1 Psalmus Dauid quū fugeret à facie Absalom filii sui. 2. Reg. 15.

DOmine, quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me. ¶ 2 Multi dicunt animæ meæ, Nō est salus ipsi in Deo eius. ¶ 3 Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum. ¶ 4 Voce mea ad Dominū clamaui: & exaudiuit me de mōte sancto suo. ¶ 5 Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia Dominus suscepit me. ¶ 6 Nō timebo millia populi circūdantis me: exurge Domine, saluum me fac Deus meus. ¶ 7 Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti. ¶ 8 Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

PSAL. III.

Dauid opem Dei implorat aduersus cōiurationem Absalom. 6 Trasci. 6 Sacrificium.

¶ 1 In finē in carminibus, Psalmus Dauid.

QVum inuocarē exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi: miserere mei, & exaudi orationē meā. ¶ 2 Filii hominū vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatē, & quæritis mēdaciū? ¶ 3 Et scitote quoniā mirificauit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me quū clamauero ad eum. ¶ 4 ‖ Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris, compungimini. ¶ 5 Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. multi dicunt, Quis ostendit nobis bona? ¶ 6 Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo, ¶ 7 A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. ¶ 8 In pace in idipsum dormiam & requiescam, ¶ 9 Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

PSAL. V.

Oratio Dauidis contra Saulem & sectatores eius.

¶ 1 In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur, Psalmus Dauid.

VErba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum. ¶ 2 Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus, ¶ 3 Quoniam ad te orabo: Domine mane exaudies vocem meā: ¶ 4 Mane astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatē tu es: ¶ 5 Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniusti ante oculos tuos. ¶ 6 Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium. virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus. ¶ 8 Ego autē in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuū in timore tuo. ¶ 9 Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in cōspectu tuo viam meam. ¶ 10 Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanū est. ¶ 11 ‖ Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebāt, iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine. ¶ 12 Et lætentur omnes qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis. & gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: ¶ 13 Quoniā tu benedices iusto Domine: vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

PSAL. VI.

Oratio Dauidis graui aliquo morbo laborantis. 9 Lætitia ob exauditam orationem.

¶ 1 In finem in carminibus, Psalmus Dauid pro octaua.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. ¶ 2 Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. ¶ 3 Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo? ¶ 4 Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam, ¶ 6 Quoniā non est in morte qui memor sit tui: in inferno autē quis confitebitur tibi? ¶ 7 Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectū meum, lachry-

mis meis statum meum rigabo. ¶ 8 Turbatus
est à furore oculus meus: inueteraui inter om-
Matt.7.c.23, & 25.d.41. Luc.13.f.27. nes inimicos meos. ¶ 9 ‖Discedite à me omnes
qui operamini iniquitatem: quoniam exaudi-
uit Dominus vocem fletus mei. ¶ 10 Exaudiuit
Dominus deprecationem meam: Dominus ora-
tionem meam suscepit. ¶ 11 Erubescant, & con-
turbentur vehementer omnes inimici mei: con-
uertantur & erubescant valde velociter.

PSAL. VII.

Oratio Dauidis calumniam patientis apud
Saulem. 13 Terret aduersarios vt resipiscant.
15 Impii sibi sunt exitio.

¶ 1 Psalmus Dauid quem cantauit Domi-
no pro verbis Chusi filii Iemini. 2. Reg. 16. b. 7.
A 2 Domine Deus meus in te speraui: saluum
me fac ex omnibus persequentibus me,
& libera me: ¶ 3 Nequando rapiat vt leo ani-
mam meam, dum non est qui redimat, neque
qui saluum faciat. ¶ 4 Domine Deus meus si
feci istud, si est iniquitas in manib⁹ meis, ¶ 5 Si
B reddidi retribuentibus mihi, mala: decidam me-
ritò ab inimicis meis inanis: ¶ 6 Persequatur i-
nimicus animam meam, & comprehendat, &
cōculcet in terra vitam meam, & gloriā meam
in puluerem deducat. ¶ 7 Exurge Domine in
ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meo-
rum. Et exurge Domine Deus meus in præce-
C pto quod mandasti: ¶ 8 Et synagōga popula-
rum circundabit te. Et propter hanc in altum
regredere: ¶ 9 Dominus iudicat populos: iudi-
ca me Domine secundum iustitiam meam, &
secundum innocentiā meā super me. ¶ 10 Con-
sumetur nequitia peccatorum, & diriges iustū,
2. Para. 18. b. 9. Iere. 11. d. 20, & 17. b. 10, & 20. c. 12. *& *vibrabit, ‖scrutans corda & renes Deus. Iustum ¶ 11 Ad-
iutorium meum à Domino, qui saluos facit re-
ctos corde. ¶ 12 Deus iudex iustus, *fortis, & pa-
tiēs, nūquid irascitur per singulos dies? ¶ 13 Ni-
D si cōuerti fueritis, gladium suum *vibrauit, *ar-
cum suum tetendit, & parauit illum: ¶ 14 Et in
eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardētibus
effecit: ¶ 15 ‖Ecce parturit iniustitiam, concepit
Iob 15. d. 35. Esa. 59. a. 4. dolorem: & peperit iniquitatem. ¶ 16 Lacum
aperuit, & effodit eum: & incidit in foueā quā
fecit. ¶ 17 Cōuertetur dolor eius in caput eius:
& in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
¶ 18 Confitebor Domino secundum iustitiam e-
ius: & psallam nomini Domini altissimi.

PSAL. VIII.

*Dei gloria per totum mundum prædicato
Euangelio. 4 Christo facto homini omnia sub-
iecta præter Patrem.*

¶ 1 In finē pro torcularibus, Psalmus Dauid.
A 2 Domine Dominus noster, quàm admira-
bile est nomen tuum in vniuersa terra?
Quoniam eleuata est magnificentia tua super
Matt. 21. b. 16. cælos. ¶ 3 Ex ore infantium & lactentium per-
fecisti laudem propter inimicos tuos: vt de-
struas inimicum & vltorem. ¶ 4 Quoniā vide-
bo cælos tuos opera digitorū tuorum: lunam
& stellas quæ tu fundasti: ¶ 5 ‖Quid est homo,
Heb. 2. a. 6. quòd memor es eius? aut filius hominis, quo-
B niam visitas eum? ¶ 6 Minuisti eū paulominus
ab Angelis: gloria & honore coronasti eum,
¶ 7 Et constituisti eum super opera manuum
1. Cor. 15. d. 27. tuarum: ‖Omnia subiecisti sub pedibus eius:
¶ 8 Oues & boues vniuersas: insuper & pecora
cāpi, ¶ 9 Volucres cæli & pisces maris, qui per-
ambulāt semitas maris. ¶ 10 Domine Dominus
noster, quàm admirabile est nomen tuum in
vniuersa terra?

PSAL. IX.

Gratiarum actio ob victoriam de aduersā-
rijs. 6 Goliath. 10 Refugium in tribulatione,
Deus. 19 Pauperes afflicti Deo curæ. 21 Sustī-
net hic Dauid personā hominis afflicti, & au-
xilij sui iudicis implorātis. 28 Promptitudo Dei
ad exaudiendum afflictos.

¶ 1 In finem pro occultis filii, Psalmus
Dauid.
1 Confitebor tibi Domine in toto corde
meo: narrabo omnia mirabilia tua,
¶ 3 Lætabor & exultabo in te, psallam nomini
tuo Altissime, ¶ 4 In cōuertendo inimicū meū
retrorsum: infirmabuntur, & peribunt à facie
tua. ¶ 5 Quoniā fecisti iudicium meum & cau-
sam meam: sedisti super thronum qui iudicas
iustitiam. ¶ 6 Increpasti Gentes, & perijt im-
pius: nomen eorum delesti in æternum & in sē-
culum seculi. ¶ 7 Inimici defecerūt frameæ in
finem: & ciuitates eorū destruxisti. Periit me-
moria eorum cum sonitu, ¶ 8 Et Dominus in
æternum permanet: Parauit in iudicio thro-
num suum: ¶ 9 Et ipse iudicabit orbem terræ
in æquitate, iudicabit populos in iustitia. ¶ 10 Et
factus est Dominus refugium pauperi: adiutor
in opportunitatibus, in tribulatione. ¶ 11 Et spe-
rent in te qui nouerunt nomē tuum: quoniam
nō dereliquisti quærētes te Domine. ¶ 12 Psal-
lite Domino qui habitat in Sion: annuntiate
inter Gentes studia eius: ¶ 13 Quoniam requi-
rens sanguinem, eorum recordatus est: nō est
oblitus clamoré pauperum. ¶ 14 Miserere mei
Domine: vide humilitatem meam de inimicis
meis, ¶ 15 Qui exaltas me de portis mortis, vt
annuntiem omnes laudationes tuas in portis
filiæ Sion. ¶ 16 Exultabo in salutari tuo: infixæ
sunt Gētes in interitu quē fecerunt: in laqueo
isto quem abscōderunt, comprehensus est pes
eorum. ¶ 17 Cognoscetur Dominus iudicia fa-
ciens: in operibus manuum suarum cōprehen-
sus est peccator. ¶ 18 Conuertantur peccatores
in infernum, omnes gentes quæ obliuiscuntur
Deum. ¶ 19 Quoniam nō in finem obliuio erit
pauperis: patientia pauperum nō peribit in fi-
nem. ¶ 20 Exurge Domine, non cōfortetur ho-
mo: iudicētur Gentes in cōspectu tuo. ¶ 21 Con-
stitue Domine legislatorē super eos: vt sciant
Gentes quoniam homines sunt.

*¶ Secundum Hebræos hic incipit decimus Psalmus.*

¶ 22 Vt quid Domine recessisti longè, despicis
in opportunitatibus, in tribulatione? ¶ 23 Dum
superbit impius, incenditur pauper: comprē-
henduntur in cōsilijs quibus cogitāt. ¶ 24 Quo-
niam laudatur peccator in desideriis animæ
suæ: & iniquꝰ benedicitur. ¶ 25 Exacerbauit Do-
minum peccator, secūdum multitudinem iræ
suæ non quæret. ¶ 26 Non est Deus in conspe-
ctu eius: inquinatæ sunt viæ illius in omni
tempore. Auferuntur iudicia tua à facie eius:
omnium inimicorum suorum dominabitur.
¶ 27 Dixit enim in corde suo, Non mo-
uebor à generatione in generationem, si-
ne malo. ¶ 28 ‖Cuius maledictione os ple-

num est, & amaritudine, & dolo: sub lingua ei-
us labor & dolor. ¶29 Sedet in insidiis cum di-
uitibus in occultis, vt interficiat innocentem:
Oculi eius in pauperē respiciunt: insidiatur in
abscondito quasi leo in spelunca sua. ¶30 Insi-
diatur vt rapiat pauperē: rapere pauperē dum
attrahit eum ¶31 In laqueo suo: humiliabit eū,
inclinabit se, & cadet quum dominatus fuerit
pauperū. ¶32 Dixit enim in corde suo, Oblitus
est Deus, auertit faciem suā ne videat in finē.
¶33 Exurge Domine Deus, & exaltetur manus
tua: ne obliuiscaris pauperū. ¶34 Propter quid
irritauit impius Deū? dixit enim in corde suo,
Non requiret. ¶35 Vides, quoniā tu laborem &
dolorē cōsideras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus est pauper: orphano tu eris ad-
iutor. ¶36 Contere brachiū peccatoris & mali-
gni: quæretur peccatum illius, & non inuenie-
tur. ¶37 Dominus regnabit in æternū & in se-
culum seculi: peribitis Gentes de terra illius.
¶38 Desiderium pauperū exaudiuit Dominus:
præparationē cordis eorum audiuit auris tua,
¶39 Iudicare pupillo & humili: vt non appo-
nat vltrà magnificare se homo super terram.

PSAL. X. 11.

Expostulat Dauid cum iis qui eum negato
latitandi loco, ex omni ditione Israelis depel-
lebant: simul prædicat cum suā in Deum fidu-
ciam, tum Dei in bonos & malos iudicium.

¶1 In finem, Psalmus Dauid.

IN Domino cōfido: quomodo dicitis animæ
meæ, Transmigra in montem sicut passer?
¶2 Quoniā ecce peccatores intenderunt arcum:
parauerūt sagittas suas in pharetra, vt sagittēt
in obscuro rectos corde. ¶3 Quoniā quæ perfe-
cisti destruxerāt: iustus autē quid fecit? ¶4 Do-
minus in templo sancto suo, Dominus in cælo
sedes eius: Oculi eius in pauperem respiciunt:
palpebræ eius interrogāt filios hominū. ¶5 Do-
minus interrogat iustū & impium: qui autem
diligit iniquitatem, odit animā suam. ¶6 Pluet
super peccatores laqueos: ignis, & sulphur, &
spiritus procellarū, pars calicis eorū. ¶7 Quo-
niā iustus Dominus & iustitias dilexit: æqui-
tatē vidit vultus eius. PSAL. XI. 11.

Queritur Dauid concidisse vbique iustitiā
& fidem, versutos & fraudulentos assentatores
omnia occupare: orat vt Dominus miserius
afflictorū, suos à perditorum colluuie seruet.

¶1 In finem pro octaua, Psalmus Dauid.

1 SAluum me fac Domine, quoniam defecit
sanctus, quoniam diminutæ sunt veritates
a filiis hominum. ¶2 Vana locuti sunt vnus-
quisque ad proximum suum: labia dolosa,
in corde & corde locuti sunt. ¶3 Disperdat Do-
minus vniuersa labia dolosa & linguam ma-
giloquam. ¶4 Qui dixerunt, Linguā nostram
magnificabimus: labia nostra à nobis sūt, quis
noster dominus est? ¶5 Propter miseriam in-
opum, & gemitum pauperū nunc exurgam, di-
cit Dominus. Ponam in salutari: fiducialiter
agam in eo. ¶6 Eloquia Domini, eloquia ca-
sta: argentum igne examinatum, probatum ter
ræ, purgatum septuplum. ¶7 Tu Domine ser-
uabis nos: & custodies nos à generatione hac
in æternum. ¶8 In circuitu impii ambulant: se-
cundum altitudinem tuam multiplicasti filios
hominum.

PSAL. XII. 11.

Queritur auxilium sibi negatum fuisse à
Deo, aut certe dilatum. 6 Gratiarum actio de
superata tentatione.

¶1 In finem, Psalmus Dauid.

1 VSquequo Domine obliuiscēris me in fi-
nem? vsquequo auertis faciē tuā à me?
¶2 Quandiu ponam consilia in anima mea, do-
lorem in corde meo per diem? vsquequo exal-
tabitur inimicus me' super me? ¶3 Respice, &
exaudi me Domine Deus meus. Illumina ocu-
los meos ne vnquam obdormiam 'in morte:'
¶4 Nequando dicat inimicus meus, Præualui
aduersus eum. Qui tribulant me, exultabunt si
motus fuero: ¶5 Ego autē in misericordia tua
speraui. Exultabit cor meum in salutari tuo:
cātabo Domino qui bona tribuit mihi: & psal-
lam nomini Domini altissimi.

PSAL. XIII. 14.

Querela Dauidis, qua deplorat omnia esse
corruptissima, simulque natura impiorum ex-
primitur, & vnde sit impietas.

¶1 In finem, Psalmus Dauid.

DIxit insipiens in corde suo. Nō est Deus.
Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt
in studiis suis: non est qui faciat bonum, non
est vsque ad vnum. ¶2 Dominus de cælo pro-
spexit super filios hominum: vt videat si est
intelligens aut requirēs Deum. ¶3 Omnes de-
clinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est
qui faciat bonum, nō est vsque ad vnum. ¶Se-
pulchrum patēs est guttur eorum: linguis suis
dolose agebant, venenum aspidum sub labiis
eorum. ¶Quorum os maledictione & amaritu-
dine plenum est: ¶veloces pedes eorū ad effun-
dendum sanguinem. Contritio & infœlicitas
in vijs eorum, & viam pacis nō cognouerunt:
non est timor Dei ante oculos eorū. ¶4 Nōne
cognoscent omnes qui operantur iniquita-
tem, qui deuorant plebem meam sicut escam
panis? ¶5 Dominū non inuocauerunt, illic tre-
pidauerunt timore vbi nō erat timor. ¶6 Quo-
niam Dominus in generatione iusta est, consi-
lium inopis confudistis: quoniā Dominus spes
eius est. ¶7 Quis dabit ex Sion salutare Israel?
quum auerterit Dominus captiuitatem plebis
suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

PSAL. XIIII. 15.

Quibus oporteat esse moribus præditos ve
tos cælorum ciues, & Ecclesiæ Dei municipes.

¶1 Psalmus Dauid.

DOmine quis habitabit i tabernaculo tuo?
aut quis requiescet in mōte sancto tuo?
¶2 Qui ingreditur sine macula, & operatur iu-
stitiam: Qui loquitur veritatem in corde suo,
¶3 Qui non egit dolum in lingua sua: Nec fe-
cit proximo suo malum, & opprobrium non
accepit aduersus proximos suos: ¶4 Ad nihi-
lum deductus est in conspectu eius malignus,
timentes autem Dominum glorificat: Qui iu-
rat proximo suo, & non decipit, ¶5 Qui pecu-
niam suam non dedit ad vsuram, & munera su
per innocētem nō accepit: Qui facit hæc, non
mouebitur in æternum.

PSAL. XV. 16.

Commemoratio summi illius boni & fœli-
citatis quam homo habere potest in hoc mun-
do. 2 De Christi resurrectione prophetia.

A
B
In mortem
A
B
A
Rom.3.b.10.
Qui versus in
Hebræo non
extant.
B
Esa.c.10.
Rom.3.b.18.
Ier.4.a.22.
5.c.7.
Esa.59.b.7.
Ier.6.a.14.
Rom.3.c.16.
Prouer.1.b.
C
Deus
A
B

¶1 Tituli inscriptio ipsi Dauid.

Conserua me Domine, quoniã sperauí in te. ¶2 Dixi Domino, Deus meꝰ es tu, quoniam bonorum meorum non eges. ¶3 Sanctis qui sunt in terra eius mirificauit omnes voluntates meas in eis. ¶4 Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ: postea accelerauerunt. Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominũ eorum per labia mea. ¶5 Dominus, pars hæreditatis meæ & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. ¶6 Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara est mihi. ¶7 Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum, insuper & vsque ad noctem increpuerũt me renes mei. ¶ Prouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear. ¶9 Propter hoc lætatũ est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe: ¶10 Quoniam non derelinques animã meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. ¶11 Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes indextera tua vsque in finem. PSAL. XVI. 17.

Vehemens & ardens precatio Dauidis, ne persecutionibus succumbat, in qua facta collatione crudelitatis inimicorum cum sua innocentia, exultat, sperans se aliquando Dei præsentia satiatum iri.

¶1 Oratio Dauid.

Exaudi Domine iustitiã meam: intende deprecationi meæ. Auribꝰ percipe orationẽ meam, nõ in labiis dolosis. ¶2 De vultu tuo iudicium meũ prodeat: oculi tui videant æquitates. ¶3 Probasti cor meũ, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas. ¶4 Vt nõ loquatur os meũ ¶4 Opera hominũ: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. ¶5 Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. ¶6 Ego clamaui, quoniã exaudisti me Deus: inclina aurẽ tuã mihi, & exaudi verba mea. ¶7 Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te, à resistentibus dexteræ tuæ: ¶8 Custodi me vt pupillam oculi. Sub vmbra alarum tuarum protege me ¶9 A facie impiorum qui me afflixerunt. Inimici mei animam meam circũdederunt, ¶10 Adipem suum concluserunt, os eorũ locutum est superbiã. ¶11 Proiicientes me, nũc circundederunt me: oculos suos statuerũt declinare in terram. ¶12 Susceperũt me sicut leo paratus ad prædã, & sicut catulus leonis habitans in abditis. ¶13 Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum: eripe animam meã ab impio, frameam tuam ¶14 Ab inimicis manus tuæ. Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum: & de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Saturati sunt filiis: & dimiserunt reliquias suas paruulis suis. ¶15 Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor quum apparuerit gloria tua.

PSAL. XVII. 18.

Hymnus pulcherrimus, quo Dauid celebrat victorias, & gratũ sese exhibet, ostendens quantis pii sæpe periculis immergantur, quomodo liberentur, quid agant, quomodo grati sint. Psalmus Christo & membris eius cõuenit.

¶1 In finem puero Domini Dauid, qui loquutus est Domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul. ¶2 Et dixit,

Diligam te Domine fortitudo mea: ¶3 Dominus firmamẽtũ meum, & refugium meum, & liberator meus: ¶ Deus meus adiutor meus: & sperabo in eum: protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus. ¶4 Laudãs inuocabo Dominũ: & ab inimicis meis saluus ero. ¶5 Circundederunt me dolores mortis, & torrẽtes iniquitatis conturbauerũt me. ¶6 Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laqueis mortis. ¶7 In tribulatione mea inuocaui Dominũ, & ad Deum meũ clamaui: & exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in cõspectu eius, introiuit in aures eius. ¶8 Cõmota est & cõtremuit terra: fundamenta mõtium conturbata sunt, & commota sunt, quoniã iratus est eis. ¶9 Ascendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius exarsit: carbones succẽsi sunt ab eo. ¶10 Inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius. ¶11 Et ascendit super cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum. ¶12 Et posuit tenebras latibulũ suum, in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris. ¶13 Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando, & carbones ignis. ¶14 Et intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocẽ suã: grando & carbones ignis. ¶15 Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & cõturbauit eos. ¶16 Et apparuerũt fõtes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarũ Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. ¶17 Misit de sũmo, & accepit me: & assumpsit me de aquis multis. ¶18 Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me: quoniã confortati sunt super me. ¶19 Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus est Dominus protector meus. ¶20 Et eduxit me in latitudinẽ: saluum me fecit, quoniã voluit me. ¶21 Et retribuet mihi Dominus secundũ iustitiã meã, & secundũ puritatẽ manuũ mearũ retribuet mihi: ¶22 Quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo: ¶23 Quoniã omnia iudicia eius in cõspectu meo: & iustitias eius nõ repuli à me. ¶24 Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea. ¶25 Et retribuet mihi Dominus secũdum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. ¶26 Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, ¶27 Et cum electo electus eris: & cum peruerso peruertẽris. ¶28 Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis. ¶29 Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas. ¶30 Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo transgrediar murum. ¶31 Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se. ¶32 Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum? ¶33 Deus qui præcinxit

me virtute: & posuit immaculatā viā meam. ¶34 Qui perfecit pedes meos tanquā ceruorū: & super excelsa statuēs me. ¶35 Qui docet manus meas ad prælīū: & posuisti vt arcū æreū brachia mea: ¶36 Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me: Et disciplina tua correxit me in fīnem, & disciplina tua ipsa me docebit. ¶37 Dilatasti gressus meos subtus me: & nō sunt infirmata vestigia mea: ¶38 Persequar inimicos meos, & cōprehendā illos: & nō cōuertar donec deficiāt. ¶39 Confringā illos, nec poterunt stare: cadēt subtus pedes meos. ¶40 Et præcinxisti me virtute ad bellū: supplantasti insurgentes in me subtus me. ¶41 Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti. ¶42 Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominū, nec exaudiuit eos. ¶43 Et cōminuā eos vt puluerē ante faciē ventivt lutū platearum delebo eos. ¶44 Eripies me de contradictionibus Populi: constitues me in caput Gentium: ¶45 Populus quē non cognoui, seruiuit mihi: In auditu auris obediuit mihi. ¶46 Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. ¶47 Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exalteтur Deus salutis meæ. ¶48 Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator me' de inimicis meis iracundis. ¶49 Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me. ¶50 ‖Propterea cōfitebor tibi in Nationib' Domine: & nomini tuo psalmum dicā, ¶51 Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiā christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum. PSAL. XVIII. 19.

Cæuit, cælum & reliquas creaturas excellentiā Dei ostendere. ¶ Peccatorū remissio annuntiata ab Apostolis. ¶ Lex Dei & Euangelium quale & quid præstet. ¶ Peccata tibi cōdonari petit, & quare.

¶1 In fīnem, Psalmus Dauid.

2 CAeli enarrant gloriā Dei, & opera manuū eius annūtiat firmamentū. ¶3 Dies, diei eructat verbū: & nox nocti indicat scientiam. ¶4 Non sunt loquelæ neque sermones, quorū non audiātur voces eorū. ¶5 ‖In omnē terrā exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. In sole posuit tabernaculum suū: ¶6 Et ipse tanquā sponsus procedens de thalamo suo, exultabit vt gigas ad curredam viam. ¶7 A summo cælo egressio eius, Et occursus eius vsq; ad summū eius: nec est qui se abscondat à calore eius. ¶8 Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimoniū Domini fidele, sapientiam præstans paruulis. ¶9 Iustitiæ Domini rectæ, lætificātes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. ¶10 Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa. ¶11 Desiderabilia super aurū & lapidē pretiosū multū: & dulciora super mel & fauū. ¶12 Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiēdis illis retributio multa. ¶13 Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, ¶14 Et ab alienis parce seruo tuo: Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. ¶15 Et erunt vt cōplaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis [illegible] tutor meus & redemptor meus.

PSAL. XIX. 20.

Precatio est qua populus salutem regi Dauidi ad bellū difficile contra Ammonitas proficiscenti, orauit, & gratulatio simul de victoria & salute sibi diuinitus donata.

¶1 In fīnem, Psalmus Dauid.

1 EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. ¶2 Mittat tibi auxiliū de sancto: & de Sion tueatur te. ¶3 Memor sit omnis sacrificii tui: & holocaustum tuū pingue fiat. ¶4 Tribuat tibi secundū cor tuū: & omne consilium tuum confirmet. ¶5 Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur. ¶6 Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniā saluū fecit Dominus christum suum. Exaudiet illū de cælo sancto suo: in potētatibus, salus, dexteræ eius. ¶7 Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Dei nostri invocabimus. ¶8 Ipsi obligati sunt & ceciderūt: nos autē surreximus & erecti sumus. ¶9 Domine saluū fac regē, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te. PSAL. XX. 21.

Hymn' est quo de victoria & reliquis Dei beneficiis, quib' Dauid insigniter cumulat' fuerat popul' gratulari solebat: Desumq; cuius benevolentiæ omnia ferebat accepta, collaudabat.

¶1 In fīnem, Psalmus Dauid.

2 DOmine, in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuū exultabit vehementer: ¶3 Desiderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorū eius non fraudasti eum. ¶4 Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. ¶5 Vitam petiit à te: & tribuisti ei longitudinem dierū in seculū & in seculū seculi. ¶6 Magna est gloria ei' in salutari tuo: gloriā & magnū decorē impones super eum: ¶7 Quoniā dabis eū in benedictionē in seculū seculi: lætificabis eū in gaudio cū vultu tuo. ¶8 Quoniā rex sperat in Domino, & in misericordia Altissimi: nō cōmouebitur. ¶9 Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. ¶10 Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira sua cōturbabit eos, & deuorabit eos ignis. ¶11 Fructū eorū de terra perdes: & semen eorū à filiis hominū. ¶12 Quoniā declinauerūt in te mala: cogitauerūt cōsilia quæ non potuerunt stabilire. ¶13 Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis præparabis vultū eorum. ¶14 Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

PSAL. XXI. 22.

Prophetia de Christo, in qua Dauid primum crucē ejus, ac miserā deiectionē, deinde regni ei' amplitudinē ac æternitatē describit.

¶1 In fīnem, pro susceptione matutina, Psalmus Dauid.

2 DEus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longē à salute mea verba delictorū meorū. ¶3 Deus meus clamabo per diē, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi. ¶4 Tu autē in sancto habitas, laus Israel. ¶5 In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. ¶6 Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. ¶7 Ego autem sum vermis

& non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis. ¶8 Omnes videntes me, deriserunt
Matt.27.e.43. me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput,
Isp.61.2.d.11. ¶9 Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum
B faciat eum, quoniam vult eum. ¶10 Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab uberibus matris meæ, ¶11 in te proiectus sum ex vtero: De ventre matris meæ Deus meus es tu: ¶12 Ne discesseris à me: Quoniam tribulatio proxima est, quoniam nō est qui adiuuet. ¶13 Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. ¶14 Aperuerūt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. ¶15 Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei. ¶16 Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me. ¶17 Quoniam circundederunt me canes multi: concilium malignantiū obsedit me. Foderūt manus meas & pedes meos, ¶18 Dinumerauerūt omnia ossa mea: ¶19 Ipsi verò cōsiderauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. ¶20 Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam cōspice. ¶21 Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis vnicā meā. ¶22 Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam. ¶23 Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. ¶24 Qui timetis Dominum, laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eum. ¶25 Timeat eum omne semen Israel: quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem suam à me: & quum clamarē ad eū, exaudiuit me. ¶26 A-
Heb.2.c.12. pud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddā in conspectu timentium eum. ¶27 Edēt pauperes, & saturabuntur: & laudabunt Dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi: ¶28 Reminiscentur & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, Et adorabūt in conspectu eius vniuersæ familiæ Gētium: ¶29 Quoniam Domini est regnū: & ipse dominabitur Gentium. ¶30 Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. ¶31 Et anima mea illi viuet: & semen meū seruiet ipsi. ¶32 Annūtiabitur Domino generatio vētura: & annuntiabunt cæli iustitiam eius populo qui nascetur, quē fecit Dominus. PSAL. XXII. 11.

Commemoratio gratæ fauoris & beneficiorum Dei sub allegoria pastorali.

¶1 Psalmus Dauid.

A 2 Dominus regit me, & nihil mihi deerit:
Isaiæ 40.c.11. ierem.23.2.5. ezech.34.f.23. iohā.10.b.11. 1.petr.2.d.25. in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquā refectionis educauit me: ¶3 Animā meā conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomē suum. ¶4 Nā etsi ambulauero in medio vmbræ mortis, nō timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tui, ipsa me cōsolata sunt. ¶5 Parasti in cōspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meū: & calix meus inebrians quàm præclarus est? ¶6 Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ: Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum. PSAL. XXIII. 14.

Psalmus à Dauide editus vt caneretur quū arca Domini in templum à Salomone cōstructum inferretur.

¶1 Psalmus Dauid prima sabbathi.

D Omini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. ¶2 Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum. ¶3 Quis ascēdet in montē Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? ¶4 Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suā, nec iurauit in dolo proximo suo. ¶5 Hic accipiet benedictionē à Domino, & misericordiam à Deo saluatori suo. ¶6 Hæc est generatio quærētium eum, quærentium faciem Dei Iacob. ¶7 Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. ¶8 Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. ¶9 Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ. ¶10 Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ. PSAL. XXIIII. 15.

Homo scelerum conscientia: & improborū iniquitate oppressus, opē Dei tū pro se quàm pro omni populo implorat

¶1 In finem, Psalmus Dauid.

A D te Domine leuaui animam meam:
¶2 Deus meus in te confido, non erubescā. Neq; irrideāt me inimici mei: ¶3 Etenim vniuersi qui sustinēt te, nō confundētur. Confundātur omnes iniqua agentes superuacuē. ¶4 Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. ¶5 Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die. ¶6 Reminiscere miserationū tuarū Domine, & misericordiarū tuarum quæ à seculo sunt. ¶7 Delicta iuuētutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Secūdū misericordiā tuā memēto mei tu, propter bonitatē tuā Domine. ¶8 Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legē dabit delinquentibus in via. ¶9 Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. ¶10 Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas, requirētibꝰ testamētū eius, & testimonia eiꝰ. ¶11 Propter nomē tuū Domine propitiaberis peccato meo: multū est enim. ¶12 Quis est homo qui timet Dominū? legē statuit ei in via quā elegit. ¶13 Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terrā. ¶14 Firmamētum est Dominus timentibus eum: & testamētū ipsius vt manifestetur illis. ¶15 Oculi mei semper ad Dominū: quoniā ipse euellet de laqueo pedes meos. ¶16 Respice in me, & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego. ¶17 Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me. ¶18 Vide humilitatē meā & laborē meū: & dimitte vniuersa delicta mea. ¶19 Respice inimicos, quoniam multiplicati sūt, & odio iniquo oderūt me. ¶20 Custodi animam meam, & erue me: non erubescā, quoniam speraui in te. ¶21 Innocentes & rectī adhæserunt mihi, quia sustinui te. ¶22 Libera Deus, Israel, ex omnibus tribulationibus suis,

PSAL. XXV. 26.

Dauid de sua erga hostes integritate Deū testatur, eiúsq; obsequio se addicit: simul prædidens horrendum & subitum impiorum interitum, se totum ei commendat ac tradit.

¶ In finem, Psalmus Dauid.

1 Iudica me Domine, quoniā ego in innocētia mea ingressus sum: & in Domino sperās nō infirmabor. ¶ 2 Proba me Domine & tēta me: ure renes meos & cor meum. ¶ 3 Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua: ¶ 4 Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. ¶ 5 Odiui ecclesiam malignantium: & cum impijs non sedebo. ¶ 6 Lauabo inter innocentes manus meas: & circundabo altare tuū Domine, ¶ 7 vt audiam vocem laudis, & enarrem vniuersa mirabilia tua. ¶ 8 Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. ¶ 9 Ne perdas cum impijs Deus `animā meam, & cum viris sanguinum vitā meā: ¶ 10 in quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. ¶ 11 Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei. ¶ 12 Pes `enim meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te Domine.

PSAL. XXVI. 27.

Dauid ex gratia aliquo periculo ereptus, suā in Deum fiduciam prædicat: optātq; cum fidelibus frui Dei consortio: & ne in manibus aduersariorum derelinquatur.

¶ Psalmus Dauid prius quàm liniretur.

1 Dominus illuminatio mea, & salus mea: quē timebo? Dominus, protector vitæ meæ: ā quo trepidabo? ¶ 2 Dum appropiāt super me nocētes, vt edant carnes meas: Qui tribulāt me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. ¶ 3 Si cōsistant aduersum me castra, nō timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. ¶ 4 Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videam `voluntatem `Domini, & visitem templum eius. ¶ 5 Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui: ¶ 6 in petra exaltauit me: & nūc exaltauit caput meū super inimicos meos: circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam Domino. ¶ 7 Exaudi Domine vocem meam qua clamaui `ad te, miserere mei, & exaudi me. ¶ 8 Tibi dixit cor meum, exquisiuit `te facies mea: faciem tuam Domine requirā. ¶ 9 Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à seruo tuo. Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. ¶ 10 Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autem assumpsit me. ¶ 11 Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos. ¶ 12 Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. ¶ 13 Credo videre bona Domini in terra viuentiū. ¶ 14 Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

PSAL. XXVII. 28.

Petit fidelis ne pereat cum impijs. 6 Grātias agit pro accepta consolatione sanctis æternæ.

¶ Huic Dauid,

A Ad te Domine clamabo, Deus meus ne silleas à me: nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum. ¶ 2 Exaudi Domine vocē deprecationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctū tuum. ¶ 3 Ne simul trahas me cum peccatoribus: & cum operātibus iniquitatem ne perdas me: B Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. ¶ 4 Da illis secundum opera eorum, & secūdum nequitiam adinuētionum ipsorum: Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis: ¶ 5 Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius: destrues illos, & non ædificabis eos. ¶ 6 Benedictus Dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ. ¶ 7 Dominus adiutor meus, & protector meus: `& in ipso sperauit cor meū, & adiutus sum. & refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei. ¶ 8 Dominus fortitudo plebis suæ: & protector saluationū christi sui est. ¶ 9 Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vsque in æternum.

Iere. 9. c. 8

PSAL. XXVIII. 29.

Hymnus excellens quo Dauid ex stupendis fulminibus & tonitribus, Dei maiestatem arguit, etsi alioqui benignus sit & misericors.

¶ Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi.

A Afferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum. ¶ 2 Afferte Domino gloriā & honorē, afferte Domino gloriā nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius. ¶ 3 Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas. ¶ 4 Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificētia. ¶ 5 Vox Domini cōfringētis cedros: & cōfringet Dominus cedros Libani, ¶ 6 Et cōminuet eas tanquā B vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius unicornium. ¶ 7 Vox Domini intercidentis flammam ignis: ¶ 8 Vox Domini concutientis desertum, & commouebit Dominus desertum Cades. ¶ 9 Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam. ¶ 10 Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in æternum. ¶ 11 Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

PSAL. XXIX. 30.

Gratias agit Deo ob sui liberationem: simul fideles omnes ad laudandum Deum exhortatur, vt exemplo suo discant quàm propensus sit ad beneficentiam Deus, & tardus ad iram.

¶ Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid.

1 E Xaltabo te Domine, quoniam suscepisti A me: nec delectasti inimicos meos super me. ¶ 2 Domine Deus meus clamaui ad te: & sanasti me. ¶ 3 Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacū. ¶ 4 Psallite Domino sancti eius: & cōfitemini memoriæ sanctitatis eius. ¶ 5 Quoniā ira B in indignatione eius: & vita in voluntate eius.

ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia. ¶7 Ego autem dixi in abundantia mea, Nō mouebor in æternum. ¶8 Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem.) Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cō turbatus. ¶9 Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor. ¶10 Quæ utilitas in sanguine meo dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annunciabit veritatem tuam? ¶11 Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factꝰ est adiutor meus. ¶12 Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: concidisti saccum meum, & circūdedisti me lætitia: ¶13 Vt cāter tibi gloria mea, & non cōpungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

PSAL. XXX. 31.

Quando in periculis fuerit, quid cogitarit, quid orarit, quidque fecerit refert Dauid, quū in deserto Maon à Saule cingeretur. Item quomodo liberatus. Deinde hortatur omnes ad studium Dei, qui à se pendētes non deserit. Christo vt capiti competit, deinde membris.

¶1 In finem, Psalmus Dauid pro extasi.

A 2 IN te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. ¶2 Incli na ad me aurem tuam: accelera vt eruas me. Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii: vt saluum me facias. ¶3 Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. ¶4 Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniā tu es protector meus. ¶5 In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis. ¶6 Odisti obseruantes vanitates superuacuē. Ego autem in Do
B mino speraui: ¶7 Exultabo & lætabor in misericordia tua. Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam: ¶8 Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos. ¶10 Miserere mei Domine, quoniam tribulor: cōturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus: ¶11 Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus: Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea cō turbata sunt. ¶12 Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium *vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt à me: ¶13 Obliuioni datus sum, tanC quam mortuus, à corde. Factus sum tanquam vas perditum: ¶14 Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu: in eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam consiliati sunt. ¶15 Ego autem in te speraui Domine: dixi, Deus meus es tu, ¶16 In manibus tuis sortes meæ. Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me. ¶17 Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua: ¶18 Domine non confundar, quoniam inuocauī te. Erubescant impii, & deducātur in infernum: ¶19 Muta fiant labia dolosa Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & in abusione. ¶20 Quām magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te, & perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum!

¶21 Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo à contradictione linguarum. ¶22 Benedictus Dominus: quoniam mirificauit misericordiam suā mihi in ciuitate munita. ¶23 Ego autem dixi in excessu mentis meæ, Proiectus sum à facie oculorum tuorum. Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te. ¶24 Diligite Dominum omnes sancti eius: quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.

¶25 Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino.

PSAL. XXXI. 32.

Dauid propter peccatū grauī aliquo morbo correptus, Fœlices canit quibus peccata nō imputantur. Quipam agnoscit, & veniam exorat. ¶ Reprobos ad resipiscentiam, fideles verò ad lætitiam exhortatur.

¶1 Ipsi Dauid intellectus.

BEati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. ¶2 Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus. ¶3 Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. ¶4 Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum cōfigitur spina. ¶5 Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi. Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. ¶6 Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tēpore opportuno. Verūtamen in diluuio aquarum multarū, ad eum non approximabunt. ¶7 Tu es refugium meum à tribulatione quæ circundedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me. ¶8 Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos. ¶9 Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. In camo & fræno maxillas eorum constringe qui nō approximāt ad te. ¶10 Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circundabit. ¶11 Lætamini in Domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

PSAL. XXXII. 33.

Exhortatio ad lætitiam & laudē Dei. ¶ Iudicium & misericordia. ¶ Verbo Dei omnia facta. ¶ Consilia hominū & consilia Dei. ¶ Qui populus beatus. ¶ Homo suis viribus non saluatur. ¶ Cura Dei erga sperantes in eū. ¶ Exultatio fidelium.

¶ In finem Psalmus Dauid.

1 EXultate iusti in Domino: rectos decet laudatio. ¶2 Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi. ¶3 Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione. ¶4 Quia rectum est verbū Domini, & omnia opera eius in fide. ¶5 Diligit misericordiam & iudicium: misericordia Domini plena est terra. ¶6 Verbo Domini cæli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum: ¶7 Congregans sicut in vtre, aquas maris: ponens in thesauris abyssos. ¶8 Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commouentur omnes inhabitantes orbē. ¶9 Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit,

& creata sunt. ¶10 Dominus dissipat consilia gẽtium: reprobat autẽ cogitationes populorũ, & reprobat cõsilia principũ. ¶11 Consilium autẽ Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationẽ. ¶12 Beata gẽs cuius est Dominus Deus eius: populus quem elegit in hæreditatem sibi. ¶13 De cælo respexit Dominꝰ: vidit omnes filios hominũ. ¶14 De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram. ¶15 Qui finxit figillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorũ. ¶16 Non saluatur rex per multam virtutem: & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ. ¶17 Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur. ¶18 Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, ¶19 Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. ¶20 Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor & protector noster est. ¶21 Quia in eo lætabitur cor nostrũ: & in nomine sancto eius sperauimus. ¶22 Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

PSAL. XXXIII. 34.

Dauid liberatus ab Achis rege Geth, hunc Psalmum cecinit, qui totidem pene sententias quot versus continet: vbi gratias Deo agit pro sui liberatione, & miram eius erga suos sollicitudinem prædicat.

¶1 Dauidis cum immutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit. 1. Reg. 21. d.

1 BEnedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. ¶2 In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur. ¶3 Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum. ¶4 Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. ¶5 Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur. ¶6 Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum. ¶7 Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos. ¶8 Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo. ¶9 Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum. ¶10 Diuites eguerũt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. ¶11 Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos. ¶12 Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? ¶13 Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. ¶14 Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam. ¶15 Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum. ¶16 Vultus autem Domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorũ. ¶17 Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. ¶18 Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit. ¶19 Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus. ¶20 Custodit Dominus omnia ossa eorũ: vnũ ex his non cõteretur. ¶21 Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum, delinquẽt. ¶22 Redimet Dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

PSAL. XXXIIII. 35.

Dauid aduersatiorum suorum, qui eum innocentem miserè vexabant, & Dei voluntati dedita opera resistebant, reprobationem cogitam habens, eis malè imprecatur, & ab eis liberari postulat. Psalmus fidei & amoris diuini plenus, quo nefas esse abuti ad vindictæ appetitum, scire operæ pretium est.

¶1 Huic Dauid.

IVdica Domine nocentes me: expugna impugnantes me. ¶2 Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi. ¶3 Effunde frameam, & conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum. ¶4 Confundantur & reuereantur quærentes animam meam. Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala. ¶5 Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & Angelus Domini coarctans eos. ¶6 Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum: & Angelus Domini persequens eos. ¶7 Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laqui sui: superuacuè exprobrauerunt animam meam. ¶8 Veniat illi laqueus quem ignorat, captio quam abscondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum. ¶9 Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo. ¶10 Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi, eripiens inopem de manu fortiorũ eius: egenum & pauperem à diripientibus eum? ¶11 Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me: ¶12 Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ. ¶13 Ego autem quum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur. ¶14 Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar. ¶15 Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignorani. ¶16 Dilacerati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis. ¶17 Domine quãdo respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam: ¶18 Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te. ¶19 Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis & annuunt oculis. ¶20 Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquẽtes, dolos cogitabãt. ¶21 Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi nostri. ¶22 Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne discedas à me. ¶23 Exurge & intende iudicio meo: Deus meus, & Dominus meus in causam meã. ¶24 Iudica me secundũ iustitiã tuã Domine Deus meus, & nõ supergaudeãt mihi. ¶25 Nõ dicant in cordibus suis, Euge, euge animæ nostræ, nec dicãt, Deuorabimus eum. ¶26 Erubescant & reuereantur simul qui gratulantur malis meis. Induantur

A Fiat via

B

C

D

Iohã. 15. d. 25.

E Deuoratum

confusione & reuerentia qui *maligna loquũtur super me. ¶27 Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacẽ serui eius. ¶28 Et lingua mea meditabitur iustitiã tuam, tota die laudem tuam.

*magna

PSAL. XXXV. 36.

Implorũ profunda cæcitas. 6 Misericordia Dei abundantissima quæ etiã bestiis omnibus prouidet. 11 Misericordiã Dei & iustitiã petit.

¶1 In finem sermo Domini Dauid.

¶2 Dixit iniustus vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius.

¶3 Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium. ¶4 Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret. ¶5 Iniquitatẽ meditatus est in cubili suo. astitit omni viæ nõ bonæ, malitiã autẽ nõ odiuit. ¶6 Domine in cælo misericordia tua: & veritas tua vsq; ad nubes. ¶7 Iustitia tua sicut mõtes Dei: iudicia tua abyssus multa. Homines & iumẽta saluabis Domine: ¶8 Quẽadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus? Filii autem hominum in tegmine alarum tuarum sperabunt. ¶9 Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos. ¶10 Quoniã apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimꝰ lumẽ. ¶11 Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuã his qui recto sunt corde. ¶12 Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris nõ moueat me. ¶13 Ibi ceciderũt qui operantur iniquitatẽ: expulsi sũt, nec potuerũt stare.

1 Dixit

PSAL. XXXVI. 37.

Ne vrat bonos malorum prosperitas, Dauid canit omnia fœlicíter cessura iis qui Deũ amant ac timent: impiorum verõ & infidelium & si ad tempus florere videantur, repentinum describit exitium.

¶1 Psalmus ipsũ Dauid.

¶2 Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris faciẽtes iniquitatẽ, ¶3 Quoniam tanquam fœnum velociter arescent: & quẽadmodum olera herbarum citò decident. ¶4 Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terrã, & pascẽris in diuitiis eius. ¶5 Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui. ¶6 Revela Domino viã tuam, & spera in eo: & ipse faciet. ¶7 Et educet quasi lumẽ iustitiã tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem. ¶8 Subditus esto Domino, & ora eum. Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciẽte iniustitias. ¶9 Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt malignẽris. ¶10 Quoniã qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominũ ipsi hæreditabunt terram. ¶11 Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies. ¶12 Mansueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. ¶13 Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eũ dentibus suis. ¶14 Dominus autẽ irridebit eum: quoniã prospicit quòd veniet dies eius. ¶15 Gladium euaginauerunt peccatores, intenderũt arcum suum, vt decipiãt pauperẽ & inopẽ, vt trucident rectos corde. ¶16 Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.

*Pro. 23. b. 17 & 24. a. 19.

*delliciant

¶16 Melius est modicũ iusto super diuitias peccatorũ multas. ¶17 Quoniã brachia peccatorũ cõterentur: cõfirmat autẽ iustos Dominus. ¶18 Nouit Domin⁹ dies immaculatorũ: & hæreditas eorũ in æternũ erit. ¶19 Nõ confundentur in tẽpore malo, & in diebus famis saturabũtur: ¶20 Quia peccatores peribunt. Inimici verõ Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: delliciẽtes quemadmodũ fumus deficiẽt. ¶21 Mutuabitur peccator, & nõ soluet: iustus autẽ miseretur & tribuet. ¶22 Quia benedicẽtes ei hæreditabunt terrã: maledicentes autẽ ei disperibunt. ¶23 Apud Dominũ gressus hominis⁹ dirigetur: & viam ei⁹ volet. ¶24 Quum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. ¶25 Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. ¶26 Tota die miseretur & cõmodat: & semen illius in benedictione erit. ¶27 Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculũ seculi. ¶28 Quia Dominus amat iudicium: & nõ derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur. Iniusti punientur & semẽ impiorum peribit. ¶29 Iusti autem hæreditabunt terram & inhabitabunt in seculũ seculi super eã. ¶30 Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. ¶31 Lex Dei eius in corde ipsius, & nõ supplãtabuntur gressus eius. ¶32 Considerat peccator iustũ: & quærit mortificare eum. ¶33 Dominus autẽ nõ derelinquet eum in manibus eius: nec dãnabit eũ quũ iudicabitur illi. ¶34 Expecta Dominũ, & custodi viã eius, & exaltabit te vt hæreditate capias terrã: quũ perierit peccatores videbis. ¶35 Vidi impium superexaltũ, & eleuatũ sicut cedros Libani. ¶36 Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui eũ, & nõ est inuẽtus locus eius. ¶37 Custodi innocentiam, & vide æquitatem: & quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. ¶38 Iniusti autem disperibunt simul: reliquiæ impiorum interibunt. ¶39 Salus autem iustorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis. ¶40 Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatorib⁹, & saluabit eos: quia speruerunt in eo.

PSAL. XXXVII. 38.

Dauid grauissimo vlcere laborans, de malis sui atrocitate, amicorum perfidia & inimicorum crudelitate apud Deũ quẽritur, & eius auxilium implorat.

¶1 Psalmus Dauid in rememorationẽ, die sabbathi.

2 Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. ¶3 Quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & cõfirmasti super me manũ tuã. ¶4 Nõ est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: nõ est pax ossibus meis à facie peccatorũ meorũ. ¶5 Quoniã iniquitates meæ supergressæ sũt caput meũ: sicut on⁹ graue gravatæ sunt super me. ¶6 Putruerũt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ. ¶7 Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finem: tota die cõtristatus ingrediebar. ¶8 Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus: & nõ est sanitas in carne mea. ¶9 Afflict⁹ sũ & humiliat⁹ sũ nimis: rugiebã à gemitu cordis mei. ¶10 Domine, ãte te omne desiderium meũ: & ge

mitus meus à te non est absconditus. ¶11 Cor meum conturbatum est in me, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipsum nō est mecū. ¶12 Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerūt & steterunt: ¶13 Et qui iuxta me erant, de longe steterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam: & qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates & dolos tota die meditabantur. ¶14 Ego autem tanquam surdus nō audiebam: & sicut mutus nō aperiens os suum. ¶15 Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. ¶16 Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies me Domine Deus meus. ¶17 Quia dixi, Nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouētur pedes mei, super me magna locuti sunt. ¶18 Quoniā ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper: ¶19 Quoniam iniquitatē meam annūtiabo: & cogitabo pro peccato meo. ¶20 Inimici autē mei viuūt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me iniquè. ¶21 Qui retribuūt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. ¶22 Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me. ¶23 Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ.

## PSAL. XXXVIII. 39.

1 Dauid Absalonē fugiens, & à Semei male dictis impetitus, à vindicta alienus considerat ex infœlici rerum suarum statu quantis miseriis subiaceāt potentissimi quique monarchæ, causāmque suæ calamitatis peccatis suis attribuit, à quibus liberari postulat.

¶1 In finem pro Idithū cantīcum Dauid.

2 Dixi, Custodiā vias meas: vt nō delinquā in lingua mea. Posui ori meo custodiam quū cōsisteret peccator aduersum me. ¶3 Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est. ¶4 Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea, ¶5 Notum fac mihi Domine finem meum, Et numerum dierū meorum quis est: vt sciam quid desit mihi. ¶6 Ecce mēsurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilū ante te. Veruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens. ¶7 Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur. Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea. ¶8 Et nunc quæ est expectatio mea? nōne Dominus? & substātia mea apud te est. ¶9 Ab omnibus iniquitatibus meis eue me: opprobrium insipienti dedisti mihi: ¶10 Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: ¶11 Amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci: ¶12 In increpationibus propter iniquitatem, corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vanè conturbatur omnis homo. ¶13 Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam auribus percipe: lachrymas meas ne fileas: quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. ¶14 Remitte mihi, vt refrigerer prius quàm abeam, & āplius non ero.

## PSAL. XXXIX. 40.

1 Dauid pro sui liberatione Deo gratias agit, & eum solum beatū canit, qui in Deum sperat. deinde prædicit peccatorum suorum abolitionem in vna Christi obedientia situm. Postea prædicandis Dei laudibus se totum consecrat: cuius opem in summa necessitate implorat, sperans se exauditum iri.

¶1 In finem, Psalmus ipsi Dauid.

2 Expectās expectaui Dominum, & intendit mihi. Et exaudiuit preces meas, ¶3 Et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fœcis. Et statuit super petrā pedes meos, & direxit gressus meos. ¶4 Et immisit in os meum cāticum nouum, carmen Deo nostro. Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in Domino. ¶5 Beatus vir cuius est nomē Domini spes eius: & nō respexit in vanitates & insanias falsas. ¶6 Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annūtiaui & locut' sum: multiplicati sunt super numerum. ¶7 Sacrificiū & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. ¶8 Holocaustum & pro peccato nō postulasti: tunc dixi, Ecce venio. ¶9 In capite libri scriptū est de me vt facerem voluntatem tuam, Deus meus uolui, & legem tuam in medio cordis mei. ¶10 Annuntiaui iustitiā tuam in ecclesia magna, Ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti. ¶11 Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo. ¶12 Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. ¶13 Quoniā circundederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & nō potui vt viderem. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me. ¶14 Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me respice. ¶15 Confundātur & reuereantur simul, qui quærunt animam meam vt auferant eam. Conuertantur retrorsum & reuereantur simul qui volunt mihi mala: ¶16 Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge, euge. ¶17 Exultent & lætentur super te omnes quærētes te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum. ¶18 Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus solicit' est mei. Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.

## PSAL. XL. 41.

Affirmat Dauid eos esse fœlices qui male affectis ex animo studēt, & eis omnia prospera precatur: conqueritur etiam de amicorum fucatorum perfidia, vnum ex intimis suis & familiaribus, (qui ludæ proditoris illius figura erat) potissimum perstringens. Postea Dei misericordiam aduersus illorum techuas implorat, tanta fiducia vt de recuperata sanitate certus, in Dei laudes prorumpat.

¶1 In finem, Psalmus ipsi Dauid.

2 Beatus vir qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. ¶3 Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorū eius. ¶4 Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersū stratū eius versasti in infirmitate

eius. ¶5 Ego dixi, Domine miserere mei: sana animā meā, quia peccaui tibi. ¶6 Inimici mei dixerunt malа mihi, Quādo morietur & peribit nomen eius? ¶7 Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur: ¶8 In idipsum aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. ¶9 Verbum iniquum cōstituerunt aduersum me, Nunquid qui dormit non adiicet vt resurgat? ¶10 ‖ Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit super me supplātationem. ¶11 Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis. ¶12 In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me. ¶13 Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternū. ¶14 Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculum: fiat, fiat.

PSAL. XLI. 42.

Aegrefert hoc Psalmo Dauid quòd tyrānide quorundam cogatur abesse longius à domo Domini: testatur tamen etiū absens sit corpore, animo præsentem esse: postea calamitates suas enumerans, in Dei clementiam spem suam reponit.

¶1 In finem, intellectus filiis Core.

A 2 Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarūm ita desiderat anima mea ad te Deus. ¶3 Sitiuit anima mea ad Deū *fontē viuum: quando veniā & apparebo ante faciē Dei? ¶4 Fuerūt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus? ¶5 Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam trāsibo in locū tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei, in voce exultationis & cōfessionis, sonus epulātis. ¶6 Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniā adhuc cōfitebor illi: salutare vultus mei, ¶7 & Deus meus. ad me ipsum anima mea cōturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermoniim, à mōte modico. ¶8 Abyssus abyssum invocat in voce cataractārū tuarū. Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt. ¶9 In die mandauit Dominus misericordiā suam, & nocte canticum eius, apud me, oratio Deo vitæ meæ: ¶10 Dicam Deo, Susceptor meus es. Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus? ¶11 Dum cōfringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei: Dum dicūt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tu? ¶12 Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

PSAL. XLII. 43.

Petit à Deo vt liberet ipsum à coniuratione Absalonis & consultorum eius, vt tandem possit aliquando redire in sacrum cœtum, hostiarum & gratiarum actionis causa.

¶ Psalmus Dauid.

1 Iudica me Deus, & discerne causam meā de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me, ¶2 Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? ¶3 Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in mōtem sanctum tuum, & in tabernacula tua. ¶4 Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutē meam. ¶6 Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus. ¶5 Quare tristis es anima mea? & quare cōturbas me? spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi; salutare vultus mei, & Deus meus.

PSAL. XLIII. 44.

Precatio vehemens omnium fidelium nomine qui propter verbum Dei indignis modis tractantur, vt exponit Paulus ad Rom. cap. 8.

¶1 In finem pro filiis Core ad intellectum.

A 2 Deus auribus nostris audiuimus: patres nostri annūtiauerūt nobis ‖ opꝰ quod operatus es in diebus eorū, & in diebus antiquis. ¶3 Manus tua Gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos. ¶4 Nec enim in gladio suo possederunt terrā, & brachium eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis. ¶5 Tu es ipse rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Iacob. ¶6 In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgētes in nobis? ¶7 Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me. ¶8 Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos, confudisti. ¶9 In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in secula. ¶10 Nunc autem repulisti & confudisti nos: & nō egredieris ‖ Deus in virtutibus nostris. ¶11 Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos, diripiebāt sibi. ¶12 Dedisti nos tāquā oues escarū, & in Gētibus dispersisti nos. ¶13 Vēdidisti populum tuum sine pretio: & nō fuit multitudo in commutationibus eorum. ¶14 Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro. ¶15 Posuisti nos in similitudinē Gentibus: commotionem capitis in populis. ¶16 Tota die verecundia mea contra me est, & cōfusio faciei meæ cooperuit me ¶17 A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis. ¶18 Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in testamento tuo, ¶19 & non recessit retrò cor nostrū: & declinasti semitas nostras à via tua. ¶20 Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis. ¶21 Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad Deum alienum, ¶22 Nōnne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis. ‖ Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. ¶23 Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem. ¶24 Quare faciem tuā auertis, obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? ¶25 Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster. ¶26 Exurge Domine, adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum.

PSAL. XLIIII. 45.

Hymnus nuptialis Christi & sponsæ eius Ecclesiæ sub figura Salomonis, & vxoris eius primariæ, filiæ Pharaonis.

¶1 In finem, pro iis qui cōmutabuntur, filiis Core ad intellectum canticū pro dilecto.

A 2 Eructauit cor meū verbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. ¶3 Speciosus, forma præ filiis hominū, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deꝰ in æternū. ¶4 Accingere gladio tuo sup femur tuū, potentissime, specie tua & pulchritudine tua. B ¶5 Intēde prosperè, procede, & regna, propter veritatē & māsuetudinem & iustitiā: & deducet te mirabiliter dextera tua. ¶6 Sagittæ tuæ acutæ, (populi sub te cadent) in corda inimicorū regis. ¶7 Sedes tua Deus in seculū seculi: virga directionis virga regni tui. ¶8 Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ cōsortibus tuis. ¶9 Myrrha & gutta & casia ā vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te. ¶10 Filiæ regum in honore tuo, Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. ¶11 Audi filia, & vide, & inclina aurē tuā: & obliuiscere populū tuū, & domū patris tui. ¶12 Et concupiscet rex decorē tuū: quoniā ipse est Domin' Deus tuus, & adorabunt eū. ¶13 Et filiæ Tyri, in muneribꝰ vultū tuū deprecabūtur diuites plebis. D ¶14 Omnis gloria filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis, ¶15 Circūamicta varietatibus. Adducētur regi, virgines post eam: proximæ eius afferētur tibi. ¶16 Afferentur in lætitia & exultatione: adducētur in templum regis. ¶17 Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnē terram. ¶18 Memor ero nominis tui in omni generatione & generatione nem. Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.

PSAL. XLV. 46.

Gratulatio est pro iniūgi aliquo auxilio lato vrbi sanctæ Ierusalē. Conuenit Ecclesiæ quæ Deo præsidē secura est in periculis.

¶1 In finē, filiis Core pro arcanis Psalmus.

A 2 Deus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis. ¶3 Propterea nō timebimus dū turbabitur terra, & trāsferentur montes in cor maris. ¶4 Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorū: cōturbati sunt mōtes in fortitudine eius. ¶5 Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculū suum Altissimus. ¶6 Deus in medio eius, non commouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo. ¶7 Cōturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra. ¶8 Dominus virtutum nobiscū: susceptor noster Deus Iacob. ¶9 Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: ¶10 Auferens bella vsque ad finem terræ. Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni. ¶11 Vacate, & videte quoniā ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra. Dominus virtutum nobiscū: susceptor noster Deus Iacob.

PSAL. XLVI. 47.

Inuitat omnes gentes ad exultationē animi, ob Christum creatū regem. Hic enim Psalmus consensu Hebraeorum doctissimorū intelligitur de Messia, quē edidisse videtur Dauid quum reportasset victorias insignes de Gentibus, & inuecta arca Domini in Sion.

¶1 In finem, pro filiis Core Psalmus.

1 Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis, ¶2 Quoniā A
Dominus excelsus, terribilis, Rex magnus super omnē terram. ¶4 Subiecit populos nobis: & gentes sub pedibus nostris. ¶5 Elegit nobis hæreditatē suam, speciem Iacob quem dilexit. ¶6 Ascendit Deus in iubilo, & Dominus 2.Reg.6.c.15
in voce tubæ. ¶7 Psallite Deo nostro, psallite: psallite Regi nostro, psallite. ¶8 Quoniā Rex omnis terræ Deus: psallite sapienter. ¶9 Regnauit Deus super Gētes: Deus sedet super sedem sanctā suam. ¶10 Principes populorū cōgregati sunt cum Deo Abraham: quoniam dii fortes terræ, vehementer elevati sunt.

PSAL. XLVII. 48.

Videtur hic Psalmus scriptus ob insignem aliquā vrbis Ierusalem, Deo propugnante, victoriam. Describit igitur Ecclesiæ lœlicitatem ob Dei præsentiam: cuius Ecclesiæ typū gessit Ierusalem.

1 Psalmus cāticī, filiis Core secūda sabbathi.

2 Magnus Dominus & laudabilis nimis in A
ciuitate Dei nostri, in monte sanctō eius. ¶3 Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni. ¶4 Deus in domib' eius cognoscetur, quū susceperit eā. ¶5 Quoniā ecce reges terræ cōgregati sunt: conuenerunt in vnū. ¶6 Ipsi vidētes sic admirati sunt, cōturbati sunt, cōmoti sunt: ¶7 Tremor apprehendit eos ibi, dolores vt parturientis: ¶8 In spiritu vehemēti cōteres naues Tharsis. ¶9 Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate Domini virtutū, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eā in æternū. ¶10 Suscepimus Deus misericordiā tuā in medio tēpli tui. ¶11 Secundū nomē tuū Deus, sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua. ¶12 Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine. ¶13 Circūdate Sīō, & cōplectimini eā: narrate in turribꝰ eius. ¶14 Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eī, & enarretis in progenie altera. ¶15 Quoniā hic est Deus, Deus noster in æternum in seculū seculi: & ipse reget nos in secula.

PSAL. XLVIII. 49.

Docet hic Psalmus à Deo omnino pendēdum esse, non à diuitiis fallacibus: canit etiā Deum dare suis immortalitatem, impios verō tantūm in hoc mundo suis bonis perfrui.

¶1 In finem, filiis Core Psalmus.

2 Audite hæc omnes gentes: auribus per- A
cipite omnes qui habitatis orbē, ¶3 Quique terrigenæ & filii hominū: simul in vnū diues & pauper. ¶4 Os meum loquetur sapiētiam: & meditatio cordis mei prudentiam. ¶5 Inclinabo in parabolam aurē meam, aperiam in psalterio propositionē meam. ¶6 Cur Psal.77.2.1. matth.13.c.
timebo in die malæ? iniquitas calcanei mei circundabit me: ¶7 Qui cōfidunt in virtute sua, B
& in multitudine diuitiarū suarum gloriātur. ¶8 Frater non redimit, redimet homo? nō dabit Deo placationem suam. ¶9 Et pretium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum, ¶10 Et viuet adhuc in finem. Non videbit interitum, ¶11 Quum viderit sapientes morientes: simul insipiens & stultus peribunt. Et relinquent alienis diuitias suas: ¶12 Et se-

pulchra eorum, domus illorum in æternum.
C Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis. ¶12 Et homo quum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. ¶14 Hæc via illorum, scandalum ipsis: & posthea in ore suo complacebunt. ¶15 Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos. (Et dominabuntur eorum iusti in matutino) & auxilium eorum
D veterascet in inferno à gloria eorum. ¶16 Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi, quum acceperit me. ¶17 Ne timueris quum dives factus fuerit homo: & quum
Iob 27.d.19. multiplicata fuerit gloria dom⁹ eius. ¶18 Quoniam quum interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius. ¶19 Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi quū benefeceris ei. ¶20 Introibit vsque in progenies patrū suorum: & vsque in æternum non videbit lumē. ¶21 Homo quū in honore esset, nō intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

PSAL. XLIX. 50.

Canit hic Psalmus quàm magnificè olim Deus cunctas orbis nationes Euangelio ad se sit vocaturus, & electos suos potentissima manu asserturus: quo tépore nulla sacrificia, sed suæ bonitatis tantùm prædicatiónē requiret.

¶1 Psalmus Asaph.

A DEus deorum Dominus locutus est: & vocauit terram A solis ortu vsque ad occasum: ¶2 Ex Sion species decoris eius. ¶3 Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in cōspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida. ¶4 (Aduocauit' cælum desursū: & terrā discernere populū suū.
¶5 Congregate illi sanctos eius: qui ordinant
B testamētum eius super sacrificia: ¶6 Et annūtiabūt cæli iustitiā eius: quoniam Deus iudex est. ¶7 Audi populus meus, & loquar Israel, & testificabor tibi: Deus Deus tu⁹ ego sū. ¶8 Nō in sacrificiis tuis arguam te: holocaustа autē tua in conspectu meo sunt sēper. ¶9 Non accipiā de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos: ¶10 Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, lumenta in montibus & boues.
C ¶11 Cognoui omnia volatilia cæli: & pulchritudo agri mecum est. ¶12 Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius. ¶13 Nunquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo? ¶14 Immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua. ¶15 Et inuoca me in die tribulationis: (& eruā te, & honorificabis me. ¶16 Peccatori autē dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētū meum per os tuum? ¶17 Tu verò odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum. ¶18 Si videbas furē, currebas cum eo: & cum adulteD ris portionē tuā ponebas. ¶19 Os tuum abundauit malitia: & lingua tua cōcinnabat dolos. ¶20 Sedens, aduersus fratrē tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scādalū: ¶21 Hæc fecisti, & tacui. Oxistimasti iniquè quòd ero tui similis: arguā te, & statuā cōtra faciē tuā. ¶22 Intelligite hæc qui obliuiscimini Deū: nequando rapiat, & nō sit qui eripiat.
¶23 Sacrificiū laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.

PSAL. L. 51.

Post adulterium cum Beth-saba, & necem Uriæ, Dauid peccatum suum agnoscens, Dei misericordiam implorat, & Spiritum sanctum sibi dari postulat: tum ad docendum alios, & bonitatem Dei prædicandam sese offert: adiūcta prece pro omni Ecclesiæ instauratione, quæ est vera Ierusalem.

¶1 In finem, Psalmus Dauid ¶2 Quum venit ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad
3 Beth-sabee. 2. Reg. 12.

MIserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secūdum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. ¶4 Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. ¶5 Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper. ¶6 Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas quum iudicaris. ¶7 Ecce enim in iniquitatibus concept' sum: & in peccatis concepit me mater mea.
¶8 Ecce enim veritatē dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi. ¶9 Asperges me (Domine) hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. ¶10 Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata. ¶11 Auerte faciem tuā à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele. ¶12 Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis. ¶13 Ne proicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. ¶14 Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali cōfirma me. ¶15 Docebo iniquos vias tuas: & impii ad te conuertētur. ¶16 Libera me de sāguinibus (Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiā tuam. ¶17 Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudē tuam. ¶18 Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis. ¶19 Sacrificium Deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies. ¶20 Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: & ædificentur muri Ierusalem. ¶21 Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

PSAL. LI. 52.

Describit Dauid peruersum animū Doeg, & omnium impiorum.

¶1 In finē, intellectus Dauid, ¶2 Quū venit (ad eū Doeg Idumæus, & annuntiauit Sauli, & dixit, venit Dauid in domū (Abi-mélech.
3 QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Tota die ¶4 Iniustitiam cogitauit lingua tua. sicut nouacula acuta fecisti dolū. ¶5 Dilexisti malitiā super benignitatē: iniquitatē magis quàm loqui æquitatē. ¶6 Dilexisti omnia verba præcipitationis, lingua dolosa. ¶7 Propterea De⁹ destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo (tuo', & radicē tuā de terra viuentiū. ¶8 Videbūt iusti & timebūt, & super eū ridebunt: & dicēt. ¶9 Ecce homo qui nō posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & prævaluit in vanitate s-

¶ 10 Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in æternum, & in seculum seculi. ¶ 11 Confitebor tibi in seculum quia fecisti: & expectabo nomẽ tuum, quoniam bonum est: in conspectu sanctorum tuorum. PSAL. LII. 53.

Hic Psalmus est ferè idem cũ Psalmo decimoquarto : in quo hominis infidelis studiũ & interitus describitur.

¶ 1 In finẽ, pro Amaleth intelligẽtia Dauid.

2 Dixit insipiẽs in corde suo, Nõ est Deus. Corrupti sũt & abominabiles facti sũt in iniquitatibus : non est qui faciat bonum. ¶ 3 Deus de cælo prospexit super filios hominum: vt videat si est intelligens, aut requirens Deum. ¶ 4 Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnũ. ¶ 5 Nõne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meã vt cibum panis ? ¶ 6 Deũ non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor. Quoniam Deus dissipauit ossa eorũ qui hominibus placẽt: confusi sunt, quoniã Deus spreuit eos. ¶ 7 Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum cõuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

PSAL. LIII. 54.

Dauid implorat opẽ contra infideles Ziphæos, ostenditque hominẽ destitutum omni ope humana, ad Deum recurrere.

¶ 1 In finẽ in carminibus intellect' Dauid 2 Quũ venissent Ziphæi, & dixissent ad Saul, Nõne Dauid absconditus est apud nos?

3 Deus in nomine tuo saluum me fac : & in virtute tua iudica me. ¶ 4 Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei. ¶ 5 Quoniã alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meã: ~& nõ proposuerũt Deum ante conspectum suũ. ¶ 6 Ecce enim Deus adiuuat me: ~& Dominus susceptor est animæ meæ. ¶ 7 Auerte mala inimicis meis: ~& in veritate tua disperde illos. ¶ 8 Volũtarie sacrificabo tibi, ~& cõfitebor nomini tuo Domine, quoniã bonũ est: ¶ 9 Quoniã ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

PSAL. LIIII. 55.

Psalmus scriptus à Dauide, quum opprimeretur à filio suo Absalone. Alii exponũt de discrimine in quo fuit Dauid in Ceila, vrbe Idæ, quum adueniret Saul. Hic Christi figuram gerit Dauid, simũlque Iudæ proditoris typus exprimitur.

¶ 1 In finẽ, in carminibus intellectus Dauid.

2 Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationẽ meã: ¶ 3 Intẽde mihi, & exaudi me, Contristatus sum in exercitatione meã & conturbatus sum ¶ 4 A voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniã declinauerũt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi. ¶ 5 Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis ceciditsuper me. ¶ 6 Timor & tremor venerũt super me: & cõtexerũt me tenebræ: ¶ 7 Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ: & volabo, & requiescam? ¶ 8 Ecce elongaui fugiens : & manũ in solitudine. ¶ 9 Expectabã eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritu, & tempestate. ¶ 10 Præcipita Domine, *diuide linguas eorũ: quoniam vidi iniquitatem & cõtradictionem in ciuitate. ¶ 11 Die ac nocte circundabit eam super muros eius: iniquitas & labor in medio eius, ¶ 12 Et iniustitia, & non defecit de plateis eius vsura & dolus. ¶ 13 Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo. ¶ 14 Tu verò homo vnanimis, dux meus & not' meus, ¶ 15 Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu. ¶ 16 Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes: Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum in medio eorum. ¶ 17 Ego autem ad Deum clamaui: & Dominus saluabit me. ¶ 18 Vespere & mane, & meridie narrabo & annuntiabo, & exaudiet vocẽ meã. ¶ 19 Redimet in pace animã meam ab his qui appropinquant mihi : quoniam inter multos erant mecum. ¶ 20 Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante secula. Non enim est illis cõmutatio, & non timuerũt Deum: ¶ 21 Extendit manũ suam in retribuẽdo. Contaminauerunt testamentum eius, ¶ 22 Diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius. Mollitisunt sermones eius super oleum : & ipsi sunt iacula. ¶ 23 Iacta super Dominũ curam tuã, & ipse te enutriet: ~& non dabit in æternũ fluctuationem iusto. ¶ 24 Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus. Viri sanguinũ & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autẽ sperabo in te Domine.

PSAL. LV. 56.

Hoc Psalmo Dauid depingit dolos & vim Saulis & assentatorum eius : & tandem in regno confirmatus, vota Deo nuncupat.

¶ 1 In finẽ, pro populo qui à sanctis lõgè factus est, Dauid in tituli inscriptione, ¶ quum tenuerunt eum Allophyli, in Geth.

2 Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. ¶ 3 Conculcauerũt me inimici mei tota die : quoniam multi bellantes aduersum me, ¶ 4 Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo . ¶ 5 In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: nõ timebo quid faciat mihi caro. ¶ 6 Tota die verba mea exectabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum, in malum. ¶ 7 Inhabitabunt & abscondent : ipsi calcaneum meũ observabunt . Sicut sustinuerunt animam meã ¶ 8 Pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes. Deus, ¶ 9 Vitã meã annuntiaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua: ¶ 10 Tunc conuertentur inimici mei retrorsum, in quacunque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam Deus meus es. ¶ 11 In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonẽ: ¶ 12 In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo. ¶ 13 In me sũt Deus vota tua, quæ reddam, laudationis tibi. ¶ 14 Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu, vt placeam corã Deo in lumine viuentium.

PSAL. LVI. 57.

Hic canit vt desidẽs in specu cũ suis, Domino se cõmittẽs, omne periculũ euaserit, & quãto studio ob id Domino gratias egerit, cũ descriptione malitiæ & odii hostiũ suorum.

*&

Matth.6.d.25. luc.12.c.22. 1.petr.5.b.7.

1.Reg.22.d.1.

laudatione

¶ 1 In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli
1.Reg.22.1. & 24.2.4. inscripsione, quum fugeret à facie Saul `regis Israel,' in speluncam.

2 Miserere mei Deus, miserere mei: quoniã
in te confidit anima mea. Et in vmbra
alarum tuarum sperabo, donec trãseat iniqui
tas. ¶ 3 Clamabo ad Deum altissimũ: Deum qui
benefecit mihi. ¶ 4 Mittit de cælo, & liberauit
me: dedit in opprobriũ conculcantes me. Mittit
Deus misericordiam suam & veritatem suam,
¶ 5 & eripuit animã meam de medio catulorũ
leonum: dormiui cõturbatus. Filii hominum,
dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorũ,
gladius acut'. ¶ 6 Exaltare super cælos, Deus:
*in omnẽ ter- ram & in omni terra' gloria tua. ¶ 7 Laqueũ pa-
rauerunt pedibus meis: & incurnauerunt ani-
mam meam. Foderũt ante faciẽ meam foueã:
& inciderunt in eam. ¶ 8 Paratum cor meum
Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmũ
dicam Domino. ¶ 9 Exurge gloria mea, exur-
ge psalterium & cithara: exurgam diluculo.
¶ 10 Confitebor tibi in populis Domine: `& '
psalmum dicam tibi in gentibus: ¶ 11 Quoniam
magnificata est vsque ad cælos misericordia
tua, & vsque ad nubes veritas tua. ¶ 12 Exaltare
super cælos Deus: & super omnem terram glo
ria tua.

PSAL. LVII. 58.

Criminatio est Saulis & aulicorum eius,
qui non seruabant iustitiam: & simul impre-
catio vt Deus eos perdat, qui tot in hoc erant
vt pij opprimerentur, quorum vltione prædi-
cit iustos mitè exhilarandos.

¶ 1 In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli
inscripsione.

*recta 2 Si verè vtique iustitiã loquimini: *recte'
iudicate filii hominũ? ¶ 3 Etenim in cor-
de iniquitates operamini: in terra iniustitias
manus vestræ concinnant. ¶ 4 *Alienati' sunt
peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, locu-
ti sunt falsa. ¶ 5 Furor illis secundum similitu-
dinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obthu-
rantis aures suas, ¶ 6 Quæ non exaudiet vocẽ
incantantium, & venefici incantãtis sapienter.
¶ 7 Deus conteret dentes eorum in ore ipsorũ:
molas leonum contringet Dominus. ¶ 8 Ad ni
hilum deuenient tanquam aqua decurrens: in-
tendit arcum suum donec infirmentur. ¶ 9 Si-
cut cera quæ fluit auferetur: supercecidit ignis,
*Ne & non viderũt solẽ. ¶ 10 Priusquam intellige-
rẽt spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes `ti-
cut' in ira absorbet eos. ¶ 11 Lætabitur iustus
quum viderit vindictam: manus suas lauabit
in sanguine peccatoris. ¶ 12 Et dicet homo, Si
vtique est fructus iusto: vtique est Deus iudi-
cans eos in terra. PSAL. LVIII. 59.

Opem cõtra hostes implorat, suam iactat
innocentiam, mores illorũ describit, & vlcio-
nem prædicit.

¶ 1 In finem, Ne disperdas, Dauid in tituli
inscripsione, quando misit Saul, & custodiuit
domum eius vt interficeret eum.

2 Eripe me de inimicis meis Deus meus: &
ab insurgẽtibus in me libera me. ¶ 3 Eri-
pe me de operantibus iniquitatem: & de viris
sanguinum salua me. ¶ 4 Quia ecce ceperunt
animam meam, irruerunt in me fortes. ¶ 5 Ne-
que iniquita, mea, neque peccatum meũ Do-
mine: sine iniquitate cucurri & direxi. ¶ 6 Ex-
urge in occursum meũ, & vide: & tu Domine
Deus virtutum, Deus Israel, intende ad visitã-
das omnes gentes: nõ misereatris omnibus qui
operantur iniquitatem. ¶ 7 *Conuertantur' ad
vesperam: & famem patientur vt canes, & cir-
cuibunt ciuitatem. ¶ 8 Ecce loquentur in ore
suo, & gladius in labiis eorum: quoniam quis
audiuit? ¶ 9 Et tu Domine deridebis eos: `& ' ad
nihilum deduces omnes gentes. ¶ 10 Fortitudi-
nẽ meã ad te custodiam, quia Deus susceptor
meus es: ¶ 11 Deus meus, misericordia eius præ-
uenlet me. ¶ 12 Deus ostẽdit mihi super inimi-
cos meos: ne occidas eos, nequando obliuiscã-
tur populi mei. Disperge illos in virtute tua:
& depone eos protector me' Domine: ¶ 13 De-
licta oris eorum, sermonẽ labiorũ ipsorum,
& comprehendantur in superbia sua. Et de ex
ecrstione & mendacio annuntiabuntur ¶ 14 In
consummatione: in ira consummationis, &
non erunt. Et scient quia Deus' dominabitur
Iacob, & finium terræ. ¶ 15 *Conuertentur ad
vesperam, & famem patientur vt canes: & cir-
cuibunt ciuitatẽ. ¶ 16 Ipsi dispergentur ad mã-
ducandũ: si verò non fuerint saturati, & mur-
murabunt. ¶ 17 Ego autẽ cantabo fortitudinẽ
tuam, & exaltabo mane misericordiam tuam:
Quia factus es susceptor meus, & refugium
meum in die tribulationis meæ. ¶ 18 Adiutor
meus tibi psallam, quia Deus suiceptor meus
es: Deus meus misericordia mea.

PSAL. LIX. 60.

Gratiarũ actio est pro victoria quã cõtu-
lit ei Dominus cõtra fortissimos hostes Syros.

¶ 1 In finem, pro iis qui immutabuntur, in
tituli inscripsione ipsi Dauid in doctrinam,
2 Quum succendit Mesopotamiam Syriæ & So-
bal, & conuertit Ioab, & percussit Idumæam
in valle Salinarum duodecim millia.

3 Deus repulisti nos, & destruxisti nos:
iratus es, & misertus es nobis. ¶ 4 Cõmo-
uisti terram, & conturbasti eam: sana con-
tritiones eius, quia commota est. ¶ 5 Ostendi-
sti populo tuo dura: potasti nos vino cõpun-
ctionis. ¶ 6 Dedisti metuentibus te significa-
tionem: vt fugiant à facie arcus: ¶ 7 Vt libe-
rentur dilecti tui: saluum fac dextera tua, &
exaudi me. ¶ 8 Deus locutus est in sancto suo,
lætabor, & partibor Sichimam, & conualles ta-
bernaculorum metibor. ¶ 9 Meus est Galaad,
& meus est Manasses: & Ephraim fortitudo ca
pitis mei. Iuda rex meus: ¶ 10 Moab olla spei
meæ. In Idumæam extendam calceamentum
meum: mihi alienigenæ subditi sunt. ¶ 11 Quis
deducet me in ciuitatem munitam? quis de-
ducet me vsque in Idumæam? ¶ 12 Nõne tu
Deus qui repulisti nos: & non egredieris Deus
in virtutibus nostris? ¶ 13 Da nobis auxilium
de tribulatione: `& ' vana salus hominis. ¶ 14 In
Deo faciemus virtutẽ: & ipse ad nihilum de-
ducet tribulantes nos.

PSAL. LX. 61.

Psalmus de Dauide exulãte metu Saulis.

¶ 1 In finem, in hymnis Dauid.

2 Exaudi Deus deprecationẽ meam: inten-
de orationi meæ. ¶ 3 A finibus terræ ad
te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in pe-
tra exaltasti me, Deduxisti me. ¶ 4 Quia factus

es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici. ¶ 5 Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamẽto alarũ tuarum. ¶ 6 Quoniam tu Deus meus exaudisti orationẽ meã: dedisti hæreditatem timentibus nomẽ tuum. ¶ 7 Dies super dies Regis adijcies: annos eius vsque in diem generationis & generationis. ¶ 8 Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatẽ eius quis requiret? ¶ 9 Sic psalmum dicam nomini tuo in seculũ seculi. & reddam vota mea de die in diem.

PSAL. LXI. 61.

Docet nos debere à solo Deo pendere.

¶1 In finẽ, pro Idithun, Psalmus Dauid.

NOnne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. ¶ 2 Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, nõ mouebor amplius. ¶ 3 Quousq; irruitis in hominẽ interficitis vniuersi vos: tãquã parieti inclinato, & macerie depulsæ? ¶ 4 Verũtamẽ pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in sitim eius benedicebant, & corde suo maledicebant. ¶ 5 Verumtamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea. ¶ 6 Quia ipse Deus meus & saluator meus: adiutor meus, non emigrabo. ¶ 7 In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. ¶ 8 Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum. ¶ 9 Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in statẽris: vt decipiãt ipsi de vanitate in idipsum. ¶ 10 Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite cõcupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. ¶ 11 Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est. ¶ 12 Et tibi Domine misericordia: quia tu reddes vniculque iuxta opera sua.

PSAL. LXII. 63.

Exul Dauid magnum habet desiderium ad sacrum cœtũ, quo æstuãs petit restitui à Deo.

¶1 Psalmus Dauid quum esset in deserto Idumææ, 1. Reg. 22.

2 DEus Deus me⁹ ad te de luce vigilo. sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea, in terra deserta, & inuia, & inaquosa: ¶ 3 Sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam. ¶ 4 Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te. ¶ 5 Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas. ¶ 6 Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum. ¶ 7 Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: ¶ 8 Quia fuisti adiutor meus. & in velamento alarũ tuarum exultabo. ¶ 9 Adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua. ¶ 10 Ipsi verò in vanũ quæsierunt animã meã, introibunt in inferiora terræ: ¶ 11 Tradẽtur in manus gladij, partes vulpium erũt. ¶ 12 Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurãt in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

PSAL. LXIII. 64.

Dauid fugiens à facie Saul, diuinam opem implorat contra linguarum virulentiam.

¶1 In finem, Psalmus Dauid.

2 EXaudi Deus orationem meam quũ de precor: à timore inimici eripe animam meã. ¶ 3 Protexisti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem. ¶ 4 Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram: ¶ 5 Vt sagittent in occultis immaculatũ. ¶ 6 Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam: Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos? ¶ 7 Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altũ: ¶ 8 Et exaltabitur Deus. sagittæ parauiorum factæ sunt plagæ eorum. ¶ 9 Et infirmatæ sũt contra eos linguæ eorum. Conturbati sunt omnes qui videbãt eos: ¶ 10 Et timuit omnis homo. Et annuntiauerunt opera Dei: & facta eius intellexerũt. ¶ 11 Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

PSAL. LXIIII. 65.

Ostendit Dauid Deum esse laudandũ. Vaticinatur de futura regni Christi fœlicitate, quod omnibus bonis ornatũ fore prædicitur.

¶1 In finem, Psalmus Dauid, Canticum Ieremiæ, & Ezechiæ populo transmigrationis, quando incipiebant proficisci.

2 TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem. ¶ 3 Exaudi orationẽ meã: ad te omnis caro veniet. ¶ 4 Verba iniquorum præualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis. ¶ 5 Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, ¶ 6 Mirabile in æquitate. Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finiũ terræ, & in mari longè. ¶ 7 Præparans montes in virtute tua, accinctus potẽtia: ¶ 8 Qui conturbas profundum maris, sonũ fluctuũ eius. Turbabuntur Gentes, ¶ 9 Et timebũt qui habitant terminos, à signis tuis: exitus matutini & vesperæ delectabis. ¶ 10 Visitasti terrã, & inebriasti eã: multiplicasti locupletare eam. Riumẽ Dei repletum est aquis: parasti cibum illorũ: quoniã ita est præparatio eius.

¶ 11 Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lætabitur germinans. ¶ 12 Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur hubertate. ¶ 13 Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur. ¶ 14 Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

PSAL. LXV. 66.

Gratulatio de liberatione populi Israelitici, simul laudum Dei prædicatio.

¶1 In finẽ, Canticũ psalmi resurrectionis.

IVbilate Deo omnis terra, ¶ 2 Psalmũ dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. ¶ 3 Dicite Deo, Quàm terribilia sunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ metientur tibi inimici tui. ¶ 4 Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo. ¶ 5 Venite, & videte opera Dei: terribilis in cõsilijs super filios hominum. ¶ 6 Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede: ibi lætabimur in ipso. ¶ 7 Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super Gentes respiciũt: qui exasperant nõ exaltentur in semetipsis. ¶ 8 Benedicite Gentes Deũ nostrũ, & audita facite vocẽ laudis eius, ¶ 9 Qui posuit animã meã ad vitã: & nõ dedit in cõmotionẽ

*scrutinio
*&
*eius
*inebrians

pedes meos. ¶10 Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argẽtũ. ¶11 Induxisti nos in laqueũ, posuisti tribulationes in dorso nostro: ¶12 Imposuisti homines super capita nostra. Transiuimus per ignẽ & aquã: & eduxisti nos in refrigerium.

¶13 Introibo in domũ tuã in holocaustis: reddã tibi vota mea, ¶14 Quæ distinxerunt labia mea, Et locutũ est os meũ in tribulatione mea.

¶15 Holocausta medullata offerã tibi cũ incẽso arietũ: offerã tibi boues cum hircis. ¶16 Venite, & audite: & narrabo (omnes qui timetis Deũ) quãta fecit animæ meæ. ¶17 Ad ipsum ore meo clamaui, & exaltaui sub lingua mea. ¶18 Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus. ¶19 Propterea exaudiuit Deus, & attẽdit voci deprecationis meæ. ¶20 Benedictus Deus qui non amouit orationẽ meã, & misericordiam suam à me.

PSAL. LXVI. 67.

Orat totius populi nomine vt regnũ Dei quàm latissime inter ipsos propagetur, & prophetice optat Christi ipsius aduentum.

¶1 In finem, in hymnis Psalmus cantici Dauid.

2 Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri: ¶3 Vt cognoscam' in terra viã tuam: in omnibus gẽtibus salutare tuũ.

¶4 Cõfiteantur tibi populi Deus: confiteãtur tibi populi omnes. ¶5 Lætentur & exultẽt gẽtes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gẽtes in terra dirigis.

¶6 Cõfiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, ¶7 Terra dedit fructum suum. Benedicat nos Deus Deus noster, ¶8 Benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

PSAL. LXVII. 68.

Gratiarũ actio pro victis Syris & Idumæis.

¶1 In finem, Psalmus cantici ipũ Dauid.

2 Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiãt qui oderunt eum à facie eius. ¶3 Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. ¶4 Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia. ¶5 Cãtate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascẽdit super occasũ: Dominus nomẽ illi. *Exultate in cõspectu eius, turbabũtur à facie eius, ¶6 Patris orphanorũ, & iudicis viduarũ. Deus in loco sancto suo: ¶7 Deus qui inhabitare facit vnĩ' moris in domo: Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperãt, qui habitant in sepulchris. ¶8 Deus quũ egrederetis in conspectu populi tui, quũ pertransires in deserto: ¶9 Terra mota est, etenim cæli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel. ¶10 Pluuiã uoluntariã segregabis, Deus, hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eã. ¶11 Animalia tua habitabũt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus. ¶12 Dominus dabit verbũ euãgelizãtibus uirtute multa. ¶13 Rex virtutũ dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia. ¶14 Si dormiatis inter medios cleros, pẽnæ columbæ deargẽtatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. ¶15 Dũ discernit cælestis reges super eam, nive dealbabuntur in Selmon: ¶16 Mons Dei, mons pinguis. Mons coagulatus, mons pinguis: ¶17 Vt quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in fine. ¶18 Currus Dei decẽ milibus multiplex, millia lætãtiũ: Dominus in eis in Sinai in sancto. ¶19 Ascendisti in altũ, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus: etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum. ¶20 Benedictus Dominus die quotidie, prosperum iter faciet nobis, Deus salutarium nostrorum. ¶21 Deus noster Deus saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. ¶22 Verumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis. ¶23 Dixit Dominus, ex Basan conuertam, conuertã in profundum maris: ¶24 Vt intinguatur pes tuus in sanguine: lingua canũ tuorum ex inimicis, ab ipso. ¶25 Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto. ¶26 Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenculariũ tympanistriarum. ¶27 In ecclesiis benedicite Deo Domino, de fontibus Israel. ¶28 Ibi Benjamin adolescẽtulus in mentis excessu: Principes Iuda, duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthali. ¶29 Manda, Deus, virtuti tuæ: confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis. ¶30 A templo tuo in Ierusalẽ, tibi offerent reges munera. ¶31 Increpa feras arundinis, cõgregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati sunt argento. Dissipa gentes quæ bella volunt. ¶32 Venient legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo. ¶33 Regna terræ cantate Deo, psallite Domino, Psallite Deo ¶34 Qui ascendit super cælum cæli, ad Orientem. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis. ¶35 Date gloriã Deo, super Israel magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. ¶36 Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutẽ & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

PSAL. LXVIII. 69.

Dauid typus Christi conqueritur de afflictionibus quas à populo suo patiebatur.

¶1 In finem, pro his qui commutabuntur, Dauid.

2 Saluum me fac Deus, quoniã introierunt aquæ vsque ad animam meam. ¶3 Infixus sum in limo profundi, & nõ est substãtia. Veni in altitudinẽ maris, & tempestas demersit me. ¶4 Laboraui clamãs: raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerũt oculi mei, dum spero in Deum meum. ¶5 Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quæ non rapui, tunc exoluebam. ¶6 Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita. ¶7 Non erubescãt in me qui expectant te Domine: Domine virtutum, Non confundantur super me qui quærunt te, Deus Israel. ¶8 Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam. ¶9 Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ. ¶10 Quoniam zelus domus tuæ comẽdit me, & opprobria exprobrantiũ tibi cecidẽ, cecidẽt super me. ¶11 Et operui in ieiunio animã meã: & factũ est in opprobrio mihi. ¶12 Et posui vestimentũ meũ cilicium: & factus sum illis in parabolã. ¶13 Adu-

tam me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebāt qui bibebant vinum. ¶ 14 Ego verō orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus. In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ: ¶ 15 Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab his qui oderūt me, & de profundis aquarum. ¶ 16 Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum. ¶ 17 Exaudi me Domine quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice ad me. ¶ 18 Et ne auertas faciē tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. ¶ 19 Intende animæ meæ, & libera eā: propter inimicos meos eripe me. ¶ 20 Tu scis improperium meum, & confusionē meam, & reuerentiam meam: ¶ 21 In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum & miseriam. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni. ¶ 22 Et dederunt in escam meam fel: & in situ mea potauerunt me aceto. ¶ 23 ‖ Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueū, & in retributiones, & in scādalū. ¶ 24 Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua. ¶ 25 Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos. ¶ 26 ‖ Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. ¶ 27 Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt: & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. ¶ 28 Appone iniquitatē super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam. ¶ 29 Deleantur de Libro viuentium: & cum iustis non scribantur. ¶ 30 Ego sum pauper & dolens: salus tua Deus susceperit me. ¶ 31 Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eū in laude: ¶ 32 Et placebit Deo super vitulum nouellum cornua producentem & vngulas. ¶ 33 Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima vestra: ¶ 34 Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit. ¶ 35 Laudent illum cæli & terra, mare, & omnia reptilia in eis. ¶ 36 Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ. Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam. ¶ 37 Et semē seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

PSAL. LXIX. 70.

Grandi formulam continet hic Psalmus, quam sequi debent fideles. Quidam dicunt à Dauide scriptum quem Absalonis coniuratione premeretur.

¶ 1 In finem, Psalmus Dauid, in rememoratione quód saluum fecerit eum Dominus.

¶ 2 Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandū me festina. ¶ 3 Cōfundantur & reuerentur qui quærunt animā meam. ¶ 4 Auertantur retrorsum & erubescāt qui volunt mihi mala. Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge. ¶ 5 Exultēt & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum. ¶ 6 Ego verō egenus & pauper sum: Deus adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne morētis.

PSAL. LXX. 71.

Argumento cohæret hic Psalmus cū præcedenti, & propterea absque titulo est.

¶ Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.

¶ 1 In te Domine speraui, non confundar in æternū: ¶ 2 In iustitia tua libera me, & eripe me. Inclina ad me aurem tuam: & salua me. ¶ 3 Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt saluum me facias, Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu. ¶ 4 Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legē agentis: & iniqui. ¶ 5 Quoniam tu es patiētia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea. ¶ 6 In te confirmatus fū ex vtero: de vētre matris meæ tu es protector meus: In te cantatio mea semper. ¶ 7 Tāquam prodigiū factus fū multis, & tu adiutor fortis. ¶ 8 Repleatur os meum laude: vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam. ¶ 9 Ne proiicias me in tempore senectutis: quum deficiet virtus mea, ne derelinquas me: ¶ 10 Quia dixerūt inimici mei mihi: & qui custodiebāt animam meam, consiliū fecerūt in vnū, ¶ 11 Dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eripiat. ¶ 12 Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice. ¶ 13 Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur cō fusione & pudore qui quærunt mala mihi. ¶ 14 Ego autem semper sperabo: & adiiciam super omnem laudem tuam. ¶ 15 Os meum annūciabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum. Quoniam non cognoui literaturam, ¶ 16 Introibo in potentiam Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. ¶ 17 Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua. ¶ 18 Et vsque in senectam & senium, Deus, ne derelinquas me, Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est: ¶ 19 Et iustitiam tuam Deus, vsque in altissima quæ fecisti magnalia. Deus quis similis tibi? ¶ 20 Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me: ¶ 21 Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me. ¶ 22 Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam, Deus: psallam tibi in cithara, sanctus Israel. ¶ 23 Exultabunt labia mea quum cantauero tibi: & anima mea quā redemisti. ¶ 24 Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: quum confusi & reuériti fuerint qui quærunt mala mihi.

PSAL. LXXI. 72.

Sub typo regni Salomonici optat euenire regnum Dei per Christū: cuius amplitudinem, æquitatē, fœlicitatem & æternitatē prædicit.

¶ 1 Psalmus in Salomonem.

Deus iudicium tuū regi da: & iustitiam tuam filio regis, ¶ 2 Iudicare populum tuū in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. ¶ 3 Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiā. ¶ 4 Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorē. ¶ 5 Et permanebit cū sole & āte lunā in generatione & generationē. ¶ 6 Descēdet sicut

D pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillãtia super terram. ¶7 Orietur in diebus eius iustitia & abũdãtia pacis: donec auferatur luna. ¶8 Et dominabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. ¶9 Coram illo procident Aethiopes: & inimici eius terrã lingẽt. ¶10 Reges Tharsis & insulæ munera offerẽt: reges Arabũ & Saba dona adducẽt: ¶11 & adorabunt eũ omnes reges terræ: omnes Gentes seruient ei. ¶12 Quia liberabit pauperẽ à potente, & pauperẽ cui nõ erat adiutor. ¶13 Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet. ¶14 Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorũ coram illo. ¶15 Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabũt de ipso semper: tota die benedicent ei. ¶16 Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fœnum terræ. ¶17 Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum. ¶18 Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus: ¶19 Et benedictum nomẽ maiestatis eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra. Fiat, fiat. ¶20 Defecerunt laudes Dauid filii Ieſſe.

PSAL. LXXII. 73.

Propheta suo exemplo docet, prosperitate impioborũ, piorum verõ afflictionibus nos non debere vri aut offendi, sed ad Deum vsque transeundum: & tunc impiorum repentinum interitum, & fidelium perennem fœlicitatẽ fore nobis perspectam.

¶1 Psalmus Asaph.

A QVàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde? ¶2 Mei autẽ penè moti sunt pedes, penè effusi sũt gressus mei, ¶3 Quia zelaui super iniquos, pacẽ peccatorum vidẽs. ¶4 Quia nõ est respectus morti eorũ: & firmamentũ in plaga eorũ. ¶5 In labore hominũ nõ sunt, & cũ hominibus nõ flagellabũtur: ¶6 Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. ¶7 Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorũ: transiuit in affectũ cordis. ¶8 Cogitauerũt, & locuti sunt nequitiã: iniquitatem in excelso locuti sunt. ¶9 Posuerunt in cælum os suum: & lingua eorũ trãsiuit in terra. ¶10 Ideo cõuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis. ¶11 Et dixerunt, Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso? ¶12 Ecce ipsi peccatores & abũdãtes in seculo, obtinuerunt diuitias. ¶13 Et dixi, Ergo sine causa iustificaui cor meũ, & laui inter innocentes manus meas: ¶14 Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. ¶15 Si dicebam, Narrabo sic: ecce nationẽ filiorum tuorum reprobaui. ¶16 Existimabã vt cognoscerem hoc: labor est ante me, ¶17 Donec intrem in sanctuariũ Dei: & intelligam in nouissimis eorum. ¶18 Verũtamẽ propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dũ alleuarentur. ¶19 Quomodo facti sunt in desolationem? subitò defecerũt, perierunt propter iniquitatem suam. ¶20 Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. ¶21 Quia inflammatũ est cor meum, & renes mei commutati sunt: ¶22 Et ego ad nihilũ redactus sum, & nescíui. ¶23 Vt iumentũ factus sum apud te: & ego semper tecum. ¶24 Tenuisti manũ dexteræ meæ: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. ¶25 Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram? ¶26 Defecit caro mea & cor meũ: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. ¶27 Quia ecce qui elongant se à te, peribũt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. ¶28 Mihi autẽ adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam: Vt annuntiẽ omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

PSAL. LXXIII. 74.

Querela est populi fidelis apud Deum de cõtumelia nominis diuini: precatur vt asserat suam gloriã, & hostes excindat. Ostendit quoque truculentiam eorum qui templo vim afferebant, sub Nabuchodonosore, vel Antiocho, aut Vespasiano.

¶1 Intellectus Asaph.

VT quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? ¶2 Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Redemisti virgam hæreditatis tuæ: mons Sion in quo habitasti in eo. ¶3 Leua manus tuas in superbias eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sancto? ¶4 Et gloriati sunt qui oderũt te, in medio solennitatis tuæ. Posuerũt signa sua, signa: ¶5 Et nõ cognouerunt sicut in exitu super summum. Quasi in sylua lignorum securibus ¶6 Exciderũt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam. ¶7 Incẽderunt igni sanctuarium tuum: in terra polluerũt tabernaculum nominis tui. ¶8 Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra. ¶9 Signa nostra non vidimus, iam non est propheta: & nos non cognoscet amplius. ¶10 Vsquequo Deus, improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuũ in finẽ? ¶11 Et quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem? ¶12 Deus autem rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terræ. ¶13 Tu cõfirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis. ¶14 Tu cõfregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Aethiopum. ¶15 Tu dirupisti fontes & torrentes: tu siccasti fluuios ethan. ¶16 Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem. ¶17 Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver tu plasmasti ea. ¶18 Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiẽs incitauit nomen tuum. ¶19 Ne tradas bestiis animas confitentium tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ¶20 Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum. ¶21 Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuũ. ¶22 Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorũ, eorum quæ ab insipiente sunt tota die. ¶23 Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

PSAL. LXXIIII. 75.

Consolatur populum Dei afflictum & oppressum, vt certam spem concipiat Deum adfore: admonet interim hostes ne nimium suis viribus fidant.

Z iiis

¶ In finem, Ne corrumpas, Psalmus cantici Asaph.

A 2 Confitebimur tibi Deus: confitebimur, & invocabimus nomē tuum. Narrabimus mirabilia tua: ¶ Quū accepero tēpus, ego iustitias iudicabo. ¶ Liquefacta est terra, & omnes qui habitāt in ea: ego cōfirmaui columnas eī'. ¶ Dixi iniquis, Nolite iniquē agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu: ¶ Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatē: ¶ Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque a desertis montibus: ¶ Quoniā Deus iudex est. Hunc humiliat, & hunc exaltat: ¶ Quia calix in manu Domini vini meri plenus misto: & inclinauit ex hoc in hoc: verūtamen fæx eius nō est exinanita: bibēt omnes peccatores terræ. ¶ Ego autem annūtiabo in seculum: cantabo Deo Iacob. ¶ Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti.

PSAL. LXXV. 76.

Obtenta victoria ejusdem cauſſa, celebrātque Deum victoriæ authorem.

¶ In finem in laudibus, Psalmus Asaph, canticum ad Assyrios.

1 Notus in Iudæa Deus in Israel magnum nomē eius. ¶ Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion. ¶ Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum. ¶ Illuminans tu mirabiliter a montibus æternis. ¶ Turbati sunt omnes insipientes corde. Dormierūt somnum suū: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. ¶ Ab increpatione tua Deʼ Iacob dormitauerūt qui ascēderunt equos. ¶ Tu terribilis es, & quis resistet tibi: ex tunc ira tua. ¶ De cælo auditū fecisti iudiciū: terra tremuit & quieuit ¶ Quū exurgeret in iudiciū Deus, vt salvos faceret omnes mansuetos terræ. ¶ Quoniam cogitatio hominis cōfitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festū agent tibi. ¶ Vouete, & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu eiʼ affertis munera Terribili ¶ Et ei qui aufert spiritum principum, terribili apud omnes reges terræ.

PSAL. LXXVI. 77.

Conqueritur de maxima & grauiſſima afflictione: simul tamen diuina bonitate & misericordia erectus, ſe conſolatur.

¶ In finem pro Idithun, Psalmus Asaph.

1 Voce mea ad Dominū clamaui: voce mea ad Deū, & intendit mihi. ¶ In die tribulationi meæ Deū exquisiui, manibus meis nocte contra eū: & nō sum deceptus: renuit consolari anima mea. ¶ Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus. ¶ Anticipauerūt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus. ¶ Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui. ¶ Et meditatus sum nocte cum corde meo: & exercitabar, & scopebā spiritus meum. ¶ Nunquid in æternum proiiciet Deus, aut non apponet vt complacitior sit adhuc? ¶ Aut in finem misericordiā suā abscindet, a generatione in generationem? ¶ Aut obliuiscetur misereri Deus? aut cōtinebit in ira sua misericordias suas? ¶ Et dixi, Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelsi. ¶ Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. ¶ Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibʼ tuis exercebor. ¶ Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? ¶ Tu es Deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutem tuam: ¶ Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph. ¶ Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi. ¶ Multitudo sonitus aquarū: vocē dederūt nubes. Etenim sagittæ tuæ trāseunt: ¶ Vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est & contremuit terra. ¶ In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscētur. ¶ Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aaron.

PSAL. LXXVII. 78.

Carmen eſt hiſtoricum, cōmemorās opera Dei, docēnsq; omnes posteros, qd facto sit opʼ.

¶ Intellectus Asaph.

A Tendite populi meus legem meam: inclinate aurē vestrā in verba oris mei. ¶ Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio. ¶ Quāta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis, ¶ Non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera. Narrātes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. ¶ Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel, quanta mādauit patribus nostris nota facere ea filiis suis: ¶ Vt cognoscat generatio altera, filii qui nascētur, & exurgēt, & narrabunt filiis suis, ¶ Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operā Dei, & mandata eius exquirāt, ¶ Ne fiant sicut patres eorum, generatio prava & exasperās, generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius. ¶ Filii Ephrem intendentes & mittentes arcum: cōuersi sunt in die belli. ¶ Non custodierunt testamentū Dei: & in lege eius noluerunt ambulare. ¶ Et obliti sunt beneficiorum eius, & mirabiliū eius quæ ostendit eis. ¶ Coram patribus eorū fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneos. ¶ Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre. ¶ Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis. ¶ Interrupit petrā in eremo: & adaquauit eos velut in abyſſo multa: ¶ Et eduxit aquam de petra: & eduxit tanquā flumina aquas. ¶ Et apposuerunt adhuc peccare ei: in ira excitauerunt excelsum in inaquoso. ¶ Et tentauerunt Deum in cordibus suis vt peterēt escas animabʼ suis. ¶ Et male locuti sunt de Deo: dixerūt, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto? ¶ Quoniam percussit petrā, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerūt: Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? ¶ Ideo audiuit Dominus, & distulit: & ignis accēsus est in Iacob, & ira ascendit in Israel: ¶ Quia non credidērūt in Deo, nec speauerunt in salutari eius. ¶ Et mandauit nubibus dēsuper, & ianuas cæli aperuit, ¶ Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis. ¶ Panem Angelorum mānducauit homo: cibaria misit eis in abundantia. ¶ Trāstulit Austrum de cælo: & induxit in virtute sua Africū. ¶ Et pluit super eos sicut

B

Exod.14.c.15.

A

Matt.13.c.35.

B

Exod.14.c.21.

Exod.13.d.21, & 14.c.19, f.24. psal.104.d.39. exod.17.b.6. num.20.b.11.

C

Exod.17.b.6. num.20.b.11. psal.104.d.41. sapien.11.a.4. 1.cor.10.a.4. Num.11.a.31.

Exod.16.c.14. num.11.b.7. Iohan.6.d.31. 1.cor.10.a.3. Num.11.f.31.

pulueré carnes: & sicut arená maris volatilia pennata, ¶28 Et ceciderũt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorũ. ¶29 Et mãducauerũt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: ¶30 Nõ sunt fraudati à desiderio suo. ‖ Adhuc escæ eorũ erãt in ore ipsorũ: Num.11.g.33. ¶31 Et ira Dei ascẽdit super eos, & occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit. ¶32 In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius. ¶33 Et defecerũt in vanitate dies eorũ: & anni eorum cum festinatione. ¶34 Quum occideret eos, quærebãt eum: & reuertebãtur, & diluculo veniebant ad Deũ. ¶35 Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est. ¶36 Et dilexerũt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: ¶37 Cor autẽ eorum non erat rectũ cũ eo: nec fideles habiti sunt in testamẽto eius. ¶38 Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos. *multiplicauit Et *abũdauit vt auerteret iram suam: & nõ accendit omnẽ iram suam: ¶39 Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens. ‖ ¶40 Quoties exacerbauerũt eum in deserto, in iram cõcitauerũt eum in inaquosõ? ¶41 Et cõuersi sunt, & tentauerunt Deũ: & sanctũ Israel exacerbauerunt. ¶42 Nõ sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis, ¶43 Sicut posuit in AEgypto signa sua, & prodigia sua in cãpo Taneos: ¶44 ‖ Et cõuertit in sanguinẽ flumina eorũ, & imbres eorum, ne biberent. ¶45 ‖ Misit in eos cynomyiã, & comedit eos: & ranã, & disperdidit eos. ¶46 ‖ Et dedit ærugini fructus eorum: & labores eorũ locustæ. Exod.7.d.20 Exod.8.a.6, & f.24. Exod.10.c.13. Exo.9.a.1,c.23 ¶47 ‖ Et occidit in grãdine vineas eorũ: & mоros eorũ in pruina. ¶48 Et tradidit grãdini iumenta eorũ: & possessionẽ eorum igni. ¶49 Misit in eos irã indignationis suæ: indignationẽ, & iram, & tribulationẽ: *immissiones per Angelos malos. ¶50 Viã fecit semitæ iræ suæ, *nõ pepercit à morte animabus eorum, & iumenta eorum in morte cõclusit. ¶51 ‖ Et percussit omne primogenitum in Terra AEgypti: primitias laborum eorũ in tabernaculis Cham. ¶52 ‖ Et abstulit sicut oues populũ suũ: & *perduxit eos tanquàm gregem in deserto: ¶53 Et eduxit eos in spe, & nõ timuerunt: & inimicos eorũ operuit mare. ¶54 Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, monte quẽ acquisiuit dextera eius. ‖ Et eiecit à facie eorum Gentes: & sorte diuisit eis terrã in funiculo distributionis: ¶55 Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel. ¶56 Et tentauerũt, & exacerbauerunt Deum excelsum: & testimonia eius nõ cũstodierunt. ¶57 Et auerterunt se, & nõ seruauerunt pactum: quẽadmodum patres eorum, cõuersi sunt in arcum prauum. ¶58 In ira cõcitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationẽ eum prouocauerunt. ¶59 Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilũ redegit valde Israel: ¶60 ‖ Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suũ vbi habitauit in hominibus. ¶61 Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: & pulchritudinẽ eorum in manus inimici. ¶62 Et conclusit in gladio populũ suum: & hæreditatẽ suam spreuit. ¶63 Iuuenes eorũ comẽdit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ. ¶64 Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorũ nõ plorabantur. ¶65 Et excitatus est tanquam dormiẽs Dominus, tanquam potens crapulatus à vino: ¶66 Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobriũ sempiternum dedit illis. ¶67 Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribũ *Ephrẽ nõ elegit: ¶68 Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quẽ dilexit. ¶69 Et ædificauit sicut vnicornium sanctificiũ suum in terra quam fũdauit in secula. ¶70 ‖ Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium: ¶71 Deposit fetantes accepit eum, ‖ Pascere Iacob seruũ suum, & Israel hæreditatem suam. ¶72 Et pauit eos in innocẽtia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos. PSAL. LXXVIII. 79.

Conqueruntur de tyrannide & iniuriis Israeli illatis ab Antiocho vel Nabuchodonosore: peccata interim cõfitẽtes, & pro eis veniam petentes, vtque finem habeat persecutio, gratos se fore promittunt.

¶ Psalmus Asaph.

DEus venerunt Gẽtes in hæreditatẽ tuam, pollуerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. ¶2 Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cælicarnes sanctorũ tuorum bestiis terræ. ¶3 Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret. ¶4 Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt. ¶5 Vsquequo Domine irasceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus? ¶6 ‖ Effunde iram tuam in Gentes quæ te nõ nouerũt: & in regna quæ nomẽ tuum non inuocauerunt: ¶7 Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. ¶8 ‖ Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. ¶9 Adiuua nos Deus salutaris noster: propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitiꝰ esto peccatis nostris propter nomen tuum: ¶10 Ne forte dicant in Gentibus, vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris, vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: ¶11 Introeat in cõspectu tuo gemitus cõpeditorum, Secundum magnitudinem brachii tui posside filios mortificatorum. ¶12 Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi Domine, ¶13 Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum, in generatione & generationem annũciabimus laudem tuam. PSAL. LXXIX. 80.

Argumẽti eiusdẽ est cui præcedẽs. Populus Dei impiis permissus, orãs se vindicari, & priora Dei beneficia, sub vineæ allegoria præsenti calamitati collata, ad erigẽdã spem memorat.

¶ In finem pro iis qui cõmutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus.

QVi regis Israel, intẽde: qui deducis velut ouẽ, Ioseph. Qui sedes super cherubim, manifestare ¶2 coram Ephraim, Beniami & Manasse. Excita potẽtiã tuã, & veni vt saluos facias nos. ¶3 Deꝰ cõuerte nos: & ostẽde faciẽ tuã, & salui erimꝰ. ¶4 Domine Deꝰ virtutũ, quousque irasceris super orationẽ seruo tuo? ¶5 Cibabis nos pane lachrymarũ: & potũ

dabis nobis in lachrymis in mẽsura? ¶7 Posuisti nos in contradictionẽ vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerũt nos. ¶8 Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciẽ tuã, & salui erimus. ¶9 Vineam de Aegypto trãstulisti: eiecisti Gentes, & plantasti eam. ¶10 Dux itineris fuisti in cõspectu eius: & plãtasti radices eius, & impleuit terram. ¶11 Operuit montes vmbra eius: & arbusta ei' cedros Dei. ¶12 Extendit palmites suos vsq; ad mare: & vsq; ad flumẽ propagines eius. ¶13 Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viã? ¶14 Exterminauit eã aper de sylua: & singularis ferus depastus est eã. ¶15 Deus virtutum cõuertere: respice de cælo, & vide, & visita vineã istã. ¶16 Et perfice eam quã plantauit dextera tua: & super filiũ hominis quem confirmasti tibi. ¶17 Incensa igni & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt. ¶18 Fiat manus tua super virũ dexteræ tuæ: & super filiũ hominis quem confirmasti tibi. ¶19 Et non discedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus. ¶20 Domine Deus virtutũ conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus. PSAL. LXXX. 21.

Exhortatio est ad gratitudinem pro anni prouentu, simúlque beneficiorum Dei quæ Israeli contulit, commemoratio.

¶1 In finem pro torcularibus Psalmus ipũ Asaph, quinta sabbathi.

2 EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. ¶3 Sumite psalmum, & date tympanũ: psalterium iucundum cum cithara. ¶4 Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solẽnitatis vestræ. ¶5 Quia præceptũ in Israel est, & iudicium Deo Iacob. ¶6 Testimoniũ in Ioseph posuit illud, quum exiret de Terra Aegypti: linguã quã non nouerat audiuit. ¶7 Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierũt. ¶8 In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis: ꝓbaui te apud aquam contradictionis. ¶9 Audi populus meus, & contestabor te: Israel si audieris me, ¶10 Non erit in te deus recens, neque adorabis deum allenum. ¶11 Ego enim sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de Terra Aegypti: dilata os tuum, & implebo illud. ¶12 Et non audiuit populus meus vocem meã: & Israel nõ intendit mihi. ¶13 Et dimisi eos secũdũ desideria cordis eorũ, ibunt in adinuentionibus suis. ¶14 Si populus meus audiffet me: Israel si in viis meis ambulaffet: ¶15 Pro nihilo fortiã inimicos eorũ humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam. ¶16 Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in secula. ¶17 Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturauit eos. PSAL. LXXXI. 22.

Obiurgatio prauorum iudicum, quos deterret ab iniustitia minitãdo pœnam: interim officium eorum describens.

¶1 Psalmus Asaph.

Deus stetit in synagõga deorum: in medio autem deos diiudicat. ¶2 Vsquequo iudicatis iniquitatẽ: & facies peccatorum sumitis? ¶3 Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate. ¶4 Eripite pauperẽ: & egenum de manu peccatoris liberate. ¶5 Nescierunt, neque intellexerũt, in tenebris ambulãt: mouebuntur omnia fundamẽta terræ. ¶6 Ego dixi, Dii estis, & filii Excelsi omnes. ¶7 Vos autem sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus caderis. ¶8 Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus. PSAL. LXXXII. 23. Iohã.10.g.

Precatio est vt Dominus succurrat populo cõtra tot grauissimos & potentissimos hostes.

¶1 Canticum Psalmi Asaph.

2 DEus quis similis erit tibi? ne taceas, neq; compescaris Deus, ¶3 Quoniã ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderũt te, extulerũt caput. ¶4 Super populum tuũ malignauerunt consilia: & cogitauerũt aduersus sanctos tuos. ¶5 Dixerũt, Venite, & disperdam' eos de gẽte: & nõ memoretur nomen Israel vltrã. ¶6 Quoniã cogitauerunt vnanimiter: simul aduersum te testamentum disposuerunt. ¶7 Tabernacula Idumæorum & Ismahelitæ, Moab, & Agareni. ¶8 Gebal, & Ammõ, & Amalec: allenigenæ cũ habitãtibus Tyrũ. ¶9 Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutoriũ filiis Lot. ¶10 Fac illis sicut Madian & Sisaræ: sicut Iabin in torrente Cisson. ¶11 Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terræ. ¶12 Pone principes eorũ sicut Oreb & Zeb, & Zebee, & Salmana, Omnes principes eorum: ¶13 Qui dixerũt, Hæreditate possideamus sanctuariũ Dei. ¶14 Deꝰ meus pone illos vt rotam, & sicut stipulã ante faciem venti: ¶15 Sicut ignis qui cõburit syluã, & sicut flamma comburens montes: ¶16 Ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos. ¶17 Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine, ¶18 Erubescãt & conturbentur in seculum seculi: & confundantur & pereant. ¶19 Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus altissimus 'in omni terra.' PSAL. LXXXIII. 24. A B C D *super omnẽ terram.

Cõtinet commendationem ædis Dominicæ, quam tuũ sit degere in tabernaculis Dei, & hoc mirè quadrat festis Tabernaculorum.

¶1 In finem pro torcularibus filiis Core Psalmus.

2 QVàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: ¶3 Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini: Cor meum & caro mea exultauerũt in Deũ viuum. ¶4 Etenim passer inuenit sibi domũ: & turtur nidum sibi, vbi ponat pullos suos, Altaria tua Domine virtutũ, rex me' & Deus meus. ¶5 Beati qui habitãt in domo tua' Domine: in secula seculorũ laudabunt te. ¶6 Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascẽsiones in corde suo dispo suit, ¶7 In valle lachrymarum in loco quem posuit. Etenim benedictionẽ dabit legislator, ¶8 Ibũt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorũ in Sion. ¶9 Domine Deus virtutũ exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob. ¶10 Protector noster aspice Deus, & respice in faciẽ christi tui: ¶11 Quia melior est dies vna in atriis tuis super millia. Elegi abiect' esse in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. ¶12 Quia misericordiã & veritatem diligit' Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus. ¶13 Nõ priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutũ, beatus homo qui sperat in te. A B C D *benedictiones *Dominus

PSAL. LXXXIII. 84.

Vaticinium est de restitutione Israelis, adeoque de regno Christi, & pro aduentu eius precatio. Non descriptione fœlicitatis, qua omnia plena sunt, vbi illud obtinuerit.

¶ In finem fillis Core Psalmus.

A 1 Benedixisti Domine terrã tuã: auertisti captiuitate Iacob. ¶ 3 Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.
¶ 4 Mitigasti omnẽ iram tuã: auertisti ab ira indignationis tuæ. ¶ 5 Conuerte nos Deus salutaris
B noster & auerte iram tuam à nobis. ¶ 6 Nũquid in æternũ irasceris nobis? aut extẽdes iram tuam à generatione in generationẽ? ¶ 7 Deus tu cõuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. ¶ 8 Ostende nobis Domine misericordiã tuam: & salutare tuũ da nobis. ¶ 9 Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniã loquetur
C pacẽ in plebẽ suam, & super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor. ¶ 10 Verumtamen propè timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra. ¶ 11 Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax oscu
D latæ sunt. ¶ 12 Veritas de terrâ orta est: & iustitia de cælo prospexit. ¶ 13 Etenim Dominus dabit benignitatẽ: & terra nostra dabit fructum suum. ¶ 14 Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

PSAL. LXXXV. 86.

Precatio est qua orat, primùm vt innocẽter, deinde vt ab hostibus tutus viuat: tùm vt potentiam Dei & bonitatẽ amplissimè cum sibi tum aliis exhibitam exhibendamque commemorat. Typus Christi.

¶ Oratio ipsi Dauid.

A Inclina Domine aurem tuam & exaudi me: quoniã inops & pauper sum ego. ¶ 2 Custodi animã meam, quoniam sanctus sum: saluũ fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.
¶ 3 Miserere mei Domine, quoniã ad te clamaui tota die: ¶ 4 Lætifica animã serui tui, quoniã ad te Domine animã meã leuaui. ¶ 5 Quoniã tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. ¶ 6 Auribus percipe Domine orationẽ meã: & intende voci deprecationis meæ. ¶ 7 In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me. ¶ 8 Non est similis tui in diis Domine: & nõ est secũdũ opera tua. ¶ 9 Omnes gẽtes quascunque fecisti, venient, & adorabũt corã te Domine: & glorificabũt nomẽ tuũ. ¶ 10 Quoniã magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus. ¶ 11 Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum vt timeat nomẽ tuum.
¶ 12 Cõfitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuũ in æternũ: ¶ 13 Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animã meã ex inferno inferiori.
¶ 14 Deus, iniqui insurrexerũt super me, & synagoga potentiũ quæsierũt animã meã: & nõ proposuerunt te in cõspectu suo. ¶ 15 Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiens, & multæ misericordiæ, & verax, ¶ 16 Respice in me, & miserere mei. da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ. ¶ 17 Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

PSAL. LXXXVI. 87.

Gratia Euangelii super Iudæos & Gentes Spiritu Dei regeneratos: sub allegoria temporalis Ierusalem.

¶ Filiis Core Psalmus cantici.

Fundamẽta eius in montibus sanctis: ¶ 2 diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. ¶ 3 Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. ¶ 4 Memor ero Raab, & Babylonis sciẽtium me. ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopũ, hi fuerũt illic. ¶ 5 Nũquid Sion dicet, homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eã Altissimus? ¶ 6 Dominus narrabit in scripturis populorũ, & principũ horũ qui fuerũt in ea. ¶ 7 Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

PSAL. LXXXVII. 88.

Querimonia multo vehementissima, qua extremis malis, &, vt videtur, difficili morbo aliquo, aut persecutione ab inimicis, se adoburta, ac pene extincta m queritur, nullam accipiens consolationem.

¶ Canticum Psalmi filiis Core in finem pro Maheleth ad respondendum, intellectus Ethan Ezrahitæ.

A 1 Domine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. ¶ 2 Intret in cõspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam:
¶ 4 Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit. ¶ 5 Æstimatus sum cũ descendentibus in lacũ: factus sum sicut homo sine adiutorio, ¶ 6 inter mortuos liber: sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorũ nõ es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sũt. ¶ 7 Posuerũt me in lacu inferiori: in tenebrosis, & in vmbra mortis. ¶ 8 Super me cõfirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me. ¶ 9 Longe feci sti notos meos à me: posuerũt me abominationẽ sibi. traditus sum, & nõ egrediebar. ¶ 10 Oculi mei lãguerũt præ inopia. Clamaui ad te Domine tota die: expãdi ad te manus meas. ¶ 11 Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabũt, & cõfitebuntur tibi?
¶ 12 Nũquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuã, & veritatem tuam in perditione? ¶ 13 Nũquid cognoscẽtur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra oblionis? ¶ 14 Et ego ad te Domine clamaui: & mane oratio mea præueniet te. ¶ 15 Vt quid Domine repellis orationẽ meã: auertis faciẽ tuam à me? ¶ 16 Pauper sum ego, & in laboribus: & iuuẽtute mea exaltatus autẽ, humiliatus sum & conturbatus. ¶ 17 In me trãsierunt iræ tuæ: & terrores tui cõturbauerũt me. ¶ 18 Circumdederũt me sicut aqua tota die circũdederunt me simul. ¶ 19 Elongasti à me amicũ & proximũ: & notos meos à miseria.

PSAL. LXXXVIII. 89.

Hic Psalmus de insigni illo fœdere Dei nobiscũ per Christũ inito tractat. Docet omnium seculorũ homines, ne in afflictionib⁹ deficiãt, sed certa fide fœderi inter Deũ & homines icto, tanquã sacræ anchoræ hæreant. Cõprehendit promissionẽ Dauidi factã 2. Reg. 7. Typ⁹ Christi.

¶ Intellectus Ethan Ezrahitæ.

1 Misericordias Domini in æternũ cãtabo. In generationẽ & generationẽ annuntiabo veritatẽ tuã in ore meo. ¶ 2 Quoniã dixisti, in æternũ misericordia ædificabitur: in cælis præparabitur veritas tua in eis. ¶ 4 Dispo-

clamabo Ioel 2. c. 13.

sui testamentū electis meis, ¶iuraui Dauid seruo meo, ¶5 Vsq; in æternū præparabo semen tuū. Et ædificabo in generatione & generationē sedem tuā. ¶6 Cōfitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatē tuam in ecclesia sanctorū. ¶7 Quoniā quis in nubi' æquabitur Domino, similis erit' Deo' in filiis Dei? ¶8 Deus qui glorificatur in cōcilio sanctorū: magnus & terribilis super omnes qui in circuitu ei' sunt. ¶9 Domine Deus virtutū, quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. ¶10 Tu dominaris potestati maris: motū autem fluctuū eius tu mitigas. ¶11 Tu humiliasti sicut vulneratū, superbū: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. ¶12 Tui sūt cæli, & tua est terra, orbē terræ & plenitudine eius: tu fundasti: ¶13 Aquilonē & mare tu creasti. Thabor & Hermō in nomine tuo exultabūt: ¶14 Tuum brachiū cū potētia. Firmetur manus tua, & exal tetur dextera tua: ¶15 Iustitia & iudiciū præparatio sedis tuæ. Misericordia & veritas præcedēt facie tuā: ¶16 Beatus populus qui scit iubilationē. Domine, in lumine vultus tui ambulabūt, ¶17 Et in nomine tuo exultabūt totadie, & in iustitia tua exaltabūtur. ¶18 Quoniā gloria virtutis eorū tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrū. ¶19 Quia Domini est assumptio nostra, & sācti Israel regis nostri. ¶20 Tūc locut' es in visione sāctis tuis, & dixisti, Posui adiutoriū 'in potēte': & 'exaltaui electū de plebe mea. ¶21 Inueni Dauid seruū meū: oleo sancto meo vnxi eū. ¶22 Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachiū meū 'cōfortabit' eū. ¶23 Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis nō apponet nocere ei. ¶24 Et concidā à facie ipsius inimicos eius: & odientes eū, in fugā cōuertā. ¶25 Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu ei'. ¶26 Et ponā in mari manū eius: & in fluminib' dexteram eius. ¶27 Ipse' inuocauit me, Pater meus es tu: Deus me' & susceptor salutis meæ. ¶28 Et ego primogenitū ponā illū: excelsū præ regibus terræ. ¶29 In æternū seruabo illi misericordiam meā: & testamentū meū fidele ipsi. ¶30 Et ponā in seculū seculi semē eius: & thronū ei' sicut dies cæli. ¶31 Si aut derelinquerint filii eius legē meā, & in iudiciis meis nō ambulauerint, ¶32 Si iustitias meas prophanauerint, & mādata mea nō custodierint: ¶33 Visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū. ¶34 Misericordiā autē meā nō dispergā ab eo, neq; 'nocebo' in veritate mea, ¶35 Neque prophanabo testamentū meū, & quæ procedūt de labiis meis nō faciā irrita. ¶36 Semel iurauī in sancto meo, si Dauid mētiar: ¶37 Semē eius in æternū manebit. ¶38 Et thronus ei' sicut sol in cōspectu meo, & sicut luna perfecta in æternū: & testis in cælo fidelis. ¶39 Tu verò repulisti & despexisti: distulisti christū tuum. ¶40 Auertisti' testamentū serui tui: prophanasti in terra sanctuariū eius. ¶41 Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentū eius 'formidinē. ¶42 Diripuerūt eū omnes trānseuntes viā: factus est opprobriū vicinis suis. ¶43 Exaltasti dexterā 'deprimentis eū': lætificasti omnes inimicos eius. ¶44 Auertisti adiutoriū gladii eius: & nō es auxiliatus ei in bello. ¶45 Destruxisti eum ab emūdatione: & sedē eius 'in terra' collisti. ¶46 Minorasti dies tēporis eius: perfudisti eum cōfusione. ¶47 Vsquequo Domine auertis in finē: 'exardescit' sicut ignis ira tua? ¶48 Memorare quæ mea substātia: nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominū? ¶49 Quis est homo qui viuet, & nō videbit mortē: eruet animā suā de manu inferi? ¶50 Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine: ¶sicut iurasti Dauid in veritate tua? ¶51 Memor esto Domine opprobrii seruorū tuorū (quod cōtinui in sinu meo) multarū Gētiū, ¶52 Quod exprobrauerūt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt cō mutationē christi tui. Benedictus Dominus in æternū: fiat fiat. Psal. LXXIX. 80.

Moyses describit breuitatem & misériam hulus vitæ ob peccatum: quam cognitam omnibus esse optat. Deinde orat Dei misericordiā, vt in seruis suis glorificetur.

¶1 Oratio Moysi hominis Dei.

Domine, refugiū 'factus es nobis' à generatione in generationē. ¶2 Priusquā mōtes fierēt, aut' formaretur terra, & orbis: à seculo & 'in seculū tu es Deus. ¶3 Ne auertas hominē in humilitatē: & dixisti, Conuertimini filii hominū. ¶4 Quoniā mille anni ante oculos tuos, tanquā dies hesterna quæ præterijt, & custodia in nocte: ¶5 Quæ pro nihilo habētur, eorū anni erūt. ¶6 Mane sicut herba trāseat, mane floreat & trāseat: vespere decidat, induret, & arescat. ¶7 Quia 'defecimus' in ira tua, & in furore tuo turbati sum'. ¶8 Posuisti iniquitates nostras in cōspectu tuo: seculū nostrū in illuminatione vultus tui. ¶9 Quoniā omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus. ¶Anni nostri sicut aranea meditabūtur: ¶10 Dies annorū nostrorū in ipsis, septuaginta anni. Si aut tē in potētatibus, octoginta anni: & amplius eorū, labor & dolor. Quoniā supervenit mansuetudo, & corripiemur. ¶11 Quis nouit potestatē iræ tuæ, & præ timore tuo īrā tuā? ¶12 Dinumerare? Dexterā tuam sic notā fac: & eruditos corde in sapiētia. ¶13 Cōuertere Domine, vsquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos. ¶14 Repleti sum' mane misericordia tua: & exultauim', & delectati sumus in omnib' diebus nostris. ¶15 Lætati sumus p̄ dieb' quib' nos humiliasti: annis quib' vidimus mala. ¶16 Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorū. ¶17 Et sit splēdor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarū dirige.

Psal. XC. 91.

Canit quām tutus agat, libērque à malis vniuersis, qui Deo se se solida fide commiserit.

¶1 Laus cantici Dauid.

QVi habitat in adiutorio Altissimi, in protectione Dei cæli cōmorabitur. ¶2 Dicet Domino, Susceptor meus es tu, & refugium meū, Deus meus sperabo in eum. ¶3 Quoniam ipse liberauit me de laqueo venātiū, & à verbo aspero. ¶4 'Scapulis suis obūbrabit tibi: & sub pēnis eius sperabis. ¶5 Scuto circūdabit te veritas eius: nō timebis à timore nocturno, ¶6 A sagitta volante in die, à negotio perābulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. ¶7 Cadēt à latere tuo mille, & decē millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. ¶8 Verūtamen oculis tuis conūdebis, & retributionem peccatorum videbis.

*exardescet

1.Reg.7.b.

A

*tu

*in generatione & generatione

B

*& *vsque

*defecimus

Eccli.11.2.3.

C

D

*In

A

B

¶ 9 Quoniam tu es Domine spes mea: Altissimũ posuisti refugium tuum. ¶ 10 Nõ accedet ad te malum, & flagellũ nõ appropinquabit tabernaculo tuo. ¶ 11 Quoniam Angelis suis mandauit de te vt custodiant te in omnibus viis tuis. ¶ 12 In manibus portabũt te: ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuũ. ¶ 13 Super aspidem & basiliscũ ábulabis, & cõculcabis leonẽ & draconem. ¶ 14 Quoniam in me sperauit, liberabo eũ: protegam eum, quoniã cognouit nomen meum. ¶ 15 Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiã eum, & glorificabo eũ. ¶ 16 Longitudine dierũ replebo eũ: & ostẽdã illi salutare meũ.

PSAL. XCI. 92.

Sabbatho esse peculiarem laudandi Deum opportunitatem: cuius amplissimã materiam suppeditat consideratio probè opera Domini, quibus suos mirificè adeò fouet euehitque, abiicit autem & perdit impios.

¶ Psalmus cantici in die sabbathi.

1 BOnum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime: ¶ 2 Ad annuntiandum mane misericordiam tuã, & veritatem tuam per noctem, ¶ 3 In decachordo, psalterio, cum cãtico, in cithara. ¶ 4 Quia delectasti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarũ exultabo. ¶ 5 Quàm magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ. ¶ 6 Vir insipiens nõ cognoscet, & stultus non intelliget hæc. ¶ 7 Quũ exorti fuerint peccatores sicut fœnũ, & apparuerint omnes qui operãtur iniquitatem, vt intereant in seculũ seculi, ¶ 8 Tu autem altissimus in æternum Domine. ¶ 9 Quoniã ecce inimici tui Domine, quoniã ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. ¶ 10 Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meũ: & senectus mea in misericordia huberi. ¶ 11 Et despexit oculus meus inimicos meos: & insurgentibus in me malignãtibus, audiet auris mea. ¶ 12 Iustus vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. ¶ 13 Plãtati in domo Domini, in atriis domus Dei nostri florebunt. ¶ 14 Adhuc multiplicabuntur in senecta huberi, & bene patientes erũt: ¶ 15 Vt ãnuntient quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.

PSAL. XCII. 93.

Regnum Dei in Christo describitur, exaltato in dextera Patris.

¶ Laus cantici ipsi Dauid in die ante sabbathum, quando fundata est terra.

1 DOminus regnauit, decorem indutus est: indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se. Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur. ¶ 2 Parata sedes tua ex tunc: à seculo tu es. ¶ Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerũt flumina vocem suam: Eleuauerũt flumina fluctus suos ¶ 4 A vocibus aquarum multarũ. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus. ¶ 5 Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domũ tuam decet sanctitudo Domine in longitudine dierum.

PSAL. XCIII. 94.

Iudicium Dei & auxilium implorat contra improbos innocẽtum & afflictorũ oppressores: in primis contra prauos iudices, ad consolationem & cõfirmationem eorum qui vim patiuntur.

¶ Psalmus ipsi Dauid quarta sabbathi.

1 DEus vltionum Dominus: Deus vltionũ liberè egit. ¶ 2 Exaltare qui iudicas terrã: redde retributionẽ superbis. ¶ 3 Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur, ¶ 4 Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquentur omnes qui operantur iniustitiam? ¶ 5 Populum tuũ Domine humiliauerũt: & hæreditatem tuã vexauerunt. ¶ 6 Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt. ¶ 7 Et dixerunt, Non videbit Dominus: nec intelliget Deus Iacob. ¶ 8 Intelligite insipientes in populo: & stulti, aliquando sapite. ¶ 9 Qui plãtauit aurem, nõ audiet? aut qui finxit oculum, non considerat? ¶ 10 Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem scientiam? ¶ 11 Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt. ¶ 12 Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eũ. ¶ 13 Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea. ¶ 14 Quia non repellet Dominus plebem suam & hæreditatem suam non derelinquet: ¶ 15 Quoadusque iustitia cõuertatur in iudicium: & qui iuxta illam? omnes qui recto sunt corde. ¶ 16 Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatẽ? ¶ 17 Nisi quia Dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. ¶ 18 Si dicebam, Motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuuabat me. ¶ 19 Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerũt animam meam. ¶ 20 Nunquid adhæret tibi fœdes iniquitatis: qui fingis laborem in præceptor? ¶ 21 Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt. ¶ 22 Et factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ. ¶ 23 Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster.

PSAL. XCIIII. 95.

Exhortatur ad laudes diuinas, sed adiuncta obedientia Dei: quæ si desit, vana esse omnia externa.

¶ Laus cantici ipsi Dauid.

1 VEnite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro: ¶ 2 Præoccupemus faciem eius in cõfessione: & in psalmis iubilemus ei: ¶ 3 Quoniã Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes deos: ¶ 4 Quia in manu eius sunt fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt. ¶ 5 Quoniã ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccã manus eius formauerunt. ¶ 6 Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos: ¶ 7 Quia ipse est Dominus Deus noster, & nos populus pascuæ eius, & oues manus eius. ¶ 8 Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatione secundum diẽ tentationis in deserto, ¶ 9 Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderunt opera mea. ¶ 10 Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi, Semper hi errant corde. Et isti nõ cognouerũt vias meas: ¶ 11 Vt iuraui in ira mea, si introibũt in requiem meam,

PSAL. XCV. 96.

Exhortatio vt salus & remissio peccatorū
factæ per Christum, annuntietur omnibus Ge
tibus.

¶ Canticum ipsi Dauid quando domus
ædificabatur post captiuitatem.

CAntate Domino cantic̃ nouum: cantate
Domino omnis terra. ¶ Cantate Domi-
no, & benedicite nomini eius: annuntiate de die
in diē salutare eius. ¶ Annuntiate inter Gen
tes gloriā eius: in omnibus populis mirabilia
eius. ¶ Quoniam magnus Dominus, & lau-
dabilis nimis: terribilis est super omnes deos.
¶ Quoniā omnes dii Gentium, dæmonia: Do
minus autem cælos fecit. ¶ Confessio & pul-
chritudo in cōspectu eius: sanctimonia & ma-
gnificentia in sanctificatione eius. ¶ Afferte
Domino patriæ Gētiū, afferte Domino gloriā
& honorē, ¶ Afferte Domino gloriā nomini
eius. Tollite hostias, & introite in atria eius:
¶ Adorate Dominū in atrio sancto eius. Cō-
moueatur à facie eius vniuersa terra: ¶ Dicite
in Gētibus quia Dominus regnauit. Etenim
correxit orbē terræ qui non cōmouebitur: iu-
dicabit populos in æquitate. ¶ Lætentur cæ-
li, & exultet terra, cōmoueatur mare & ple-
nitudo eius: ¶ Gaudebūt cāpi, & omnia quæ
in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna syl-
uarum ¶ A facie Domini, quia venit, quoniā
venit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ
in æquitate, & populos in veritate sua.

PSAL. XCVI. 97.

Et hic de regno Christi quo Deus potenti-
am suam mirificè in salutem suorum, & de
lectionem hostium, atque vanarum superſti-
tionum, exeruit.

¶ Huic Dauid quando terra eius restituta
est ei.

DOminus regnauit, exultet terra: lætē-
tur insulæ multæ. ¶ Nubes & caligo in
circuitu eius: iustitia & iudicium correctio se-
dis eius. ¶ Ignis ante ipsum præcedet: & in-
flammabit in circuitu inimicos eius. ¶ Illu-
xerunt fulgura eius orbi terræ: vidit & com-
mota est terra. ¶ Montes sicut cera fluxerunt
à facie Domini: à facie Domini omnis terra.
¶ Annuntiauerunt cæli iustitiam eius, & vi-
derunt omnes populi gloriam eius. ¶ Con-
fundātur omnes qui adorant sculptilia, & qui
gloriantur in simulachris suis. ¶ Adorate eum
omnes Angeli eius: ¶ Audiuit, & lætata est
Sion. Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudi
cia tua Domine: ¶ Quoniam tu Dominus al-
tissimus super omnē terram, nimis exaltatus
es super omnes deos. ¶ Qui diligitis Domi
num, odite malum: custodit Dominus animas
sanctorum suorum, de manu peccatoris liber-
rauit eos. ¶ Lux orta est iusto: & rectis cor-
de lætitia. ¶ Lætamini iusti in Domino: & &
confitemini memoriæ sanctificationis eius.

PSAL. XCVII. 98.

Gratiarum actio, quòd Deus verax mise-
rit Christum saluatorem promissum.

¶ Psalmus ipsi Dauid.

CAntate Domino canticum nouum: quia
mirabilia fecit. Saluauit sibi dextra ei⁹:
& brachium sanctum eius. ¶ Notū fecit Do-
minus salutare suum: in cōspectu Gentium
reuelauit iustitiam suā. ¶ Recordatus est mi-
sericordiæ suæ & veritatis suæ domui Israel:
viderunt omnes termini terræ salutare Dei
nostri. ¶ Iubilate Domino omnis terra: can-
tate, & exultate, & psallite. ¶ Psallite Domi-
no in cithara, in cithara & voce psalmi: ¶ in
tubis ductilibus, & voce tubæ cornææ. Iubilate
in cōspectu regis Domini: ¶ Moueatur mare
& plenitudo eius: orbis terrarum, & qui habi-
tant in eo. ¶ Flumina plaudent manu, simul
montes exultabunt ¶ A cōspectu Domini:
quoniam venit iudicare terram. Iudicabit or-
bē terrarū in iustitia, & populos in æquitate.

PSAL. XCVIII. 99.

Regnat Deus noster magnus. De Christo
recte intelligunt Hebræi.

¶ Psalmus ipsi Dauid.

DOminus regnauit, irascētur populi: qui
sedet super cherubim, moueatur terra.
¶ Dominus in Sion magnus: & excelsus super
omnes populos. ¶ Confiteantur nomini tuo
magno, quoniā terribile & sanctum est: ¶ Et
honor regis iudicium diligit. Tu parasti directio
nes: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.
¶ Exaltate Dominum Deū nostrum, & ado-
rate scabellum pedū eius: quoniā sanctum est.
¶ Moyses & Aarō in sacerdotibus eius: & Sa-
muel inter eos qui inuocant nomen eius: in-
uocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos:
¶ In columna nubis loquebatur ad eos. Cu-
stodiebant testimonia eius, & præceptū quod
dedit illis. ¶ Dominе Deus noster tu exaudie-
bas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscēs
in omnes adinuentiones eorum. ¶ Exaltate
Dominū Deū nostrū, & adorate in mōte san
cto eius: quoniā sanctus Domin' Deus noster.

PSAL. XCIX. 100.

Inuitat ad Dei laudem, & ad sacrum cæ-
tum celebrandum.

¶ Psalmus in confessione.

IVbilate Deo omnis terra: ¶ Seruite Domi
no in lætitia: Introite in cōspectu eius in
exultatione. ¶ Scitote quoniā Dominus ipse
est Deus: ipse fecit nos, & nō ipsi nos, Populus
eius & oues pascuæ eius. ¶ Introite portas e-
ius in cōfessione, atria eius in hymnis: cōfiteri
ni illi. Laudate nomē eius: ¶ Quoniā suauis
est Dominus, in æternū misericordia ei⁹, & vs
que in generationē & generationē veritas ei⁹.

PSAL. C. 101.

Officio pii sanctique principis functurū
se polliceatur, nempe se victurum innocenter,
& malos oppressurum, & bonos euecturum.

¶ Psalmus ipsi Dauid.

MIsericordiam & iudicium cantabo tibi Do
mine: Psallam, ¶ Et intelligā in via im-
maculata quando venies ad me. Ambulabā
in innocentia cordis mei, in medio domus
meæ. ¶ Non proponebam ante oculos meos
rem iniustā: facientes præuaricationes odiui.
Non adhæsit mihi ¶ Cor prauum: declinā-
tem à me malignum non cognoscebā. ¶ De-
trahentem secreto proximo suo hunc perse-
quebar. Superbo oculo & insatiabili corde cū
hoc nō edebā. ¶ Oculi mei ad fideles terræ,
vt sedeant mecum: ambulans in via immacu-
lata, hic mihi ministrabat. ¶ Non habitabit
in medio domus meæ qui facit superbiā: qui

loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. ¶8 In matutino interficiebã omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

PSAL. CI. 102.

Querimonia est populi Dei ad extremum afflicti, siue per Babylonios, siue per Antiochum, siue per alium hostem, precantis simul vt Deus opem ferat. Altiori autem sensu accõmodatur Christo & Ecclesiæ.

¶1 Oratio pauperis quum anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem suam.

A 1 DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. ¶2 Non auertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. ¶3 Quia defecerũt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerũt. ¶4 Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum. ¶5 A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. ¶6 Similis factus sum pelicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. ¶7 Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. ¶8 Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabãt. ¶9 Quia cinerẽ tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam. ¶10 A facie iræ & indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me. ¶11 Dies mei sicut vmbra declinauerũt: & ego sicut fœnum arui. ¶12 Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem. ¶13 Tu exurgens misereberis Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. ¶14 Quoniam placuerunt serui tui lapides eius: & terræ eius miserebuntur. ¶15 Et timebunt Gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriã tuã. ¶16 Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua. ¶17 Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum. ¶18 Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum. ¶19 Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cælo in terram aspexit: ¶20 vt audiret gemitus cõpeditorum, vt solueret filios interemptorum: ¶21 vt annũtient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Ierusalem, ¶22 In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant Domino. ¶23 Respondit ei in via virtutis suæ. Paucitatem dierum meorum nuncia mihi. ¶24 Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui. ¶25 Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarũ sunt cæli. ¶26 Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent. Et sicut operturium mutabis eos, & mutabũtur. ¶27 Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. ¶28 Filii seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in seculum dirigetur.

PSAL. CII. 103.

Grata & amplissima cõmemoratione prædicat Dauid beneficia Domini tum in omnes homines, tum in se peculiariter collata.

¶1 ipsi Dauid.

A BEnedic anima mea Domino: & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. ¶2 Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius: ¶3 Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas. ¶4 Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miseratiombus. ¶5 Qui replet in bonis desiderium tuũ: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. ¶6 Faciẽs misericordias Dominus: & iudicium omnibus iniuriam patientibus. ¶7 Notas fecit vias suas Moysi: filiis Israel voluntates suas. ¶8 Misericor Mer
tor & miserticors Dominus: longanimis & multum misericors. ¶9 Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur. ¶10 Nõ secundum peccata nostra fecit nobis: neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. ¶11 Quoniam secundum altitudinem cæli a terra: corroborauit misericordiam suam super timentes se. ¶12 Quantum distat Ortus ab Occidente: longè fecit a nobis iniquitates nostras. ¶13 Quomodo miseretur pater filio- C
rum, misertus est Dominus timentibus se: ¶14 Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est quoniam puluis sumus, ¶15 Homo sicut fœnum dies eius: tanquã flos agri sic efflorebit. ¶16 Quoniã spiritus pertransibit in illo, & non subsistet: & non cognoscet amplius locum suum. ¶17 Misericordia autẽ Domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum: & iustitia illius in filios filiorũ, ¶18 His qui seruant testamentũ eius, & memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. D
¶19 Dominus in cælo parauit sedem suã: & regnũ ipsius omnibus dominabitur. ¶20 Benedicite Domino omnes Angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendum vocem sermonum eius. ¶21 Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius. ¶22 Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.

PSAL. CIII. 104.

Encomium Dei sumptum ex libris Mosis de rerum origine, vt sapientia & potentia, & bonitate summa mundi opificium fabrefecerit in vsus hominum.

¶1 Ipsi Dauid.

BEnedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer. Confessionem & decõrem indutus: ¶2 Amictus lumine sicut vestimento, extendens cælum sicut pellem: ¶3 Qui tegis aquis superiora eius. Qui ponis nubem ascensum tuum: qui ambulas super pennas ventorum. ¶4 Qui facis Angelos Ne
tuos spiritus: & ministros tuos ignem vrentem. ¶5 Qui fundasti terram super stabilitatem suam: non inclinabitur in seculum seculi. ¶6 Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquæ. ¶7 Ab increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui formidabũt. ¶8 Ascendunt montes, & descendunt campi in locum quem fundasti eis. ¶9 Terminum posuisti quẽ non transgredientur: neque conuertent operire terram. ¶10 Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ. ¶11 Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt onagri in sitî sua. ¶12 Super eas volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces. ¶13 Rigans montes de superioribus suis:

[illegible] nomen Domini,

[illegible] In generatio nem alteram:

[illegible] gemitum

[illegible] Exod. 34. c. 10.

de fructu operum tuorum satiabitur terra : ¶ 14 Producens fœnum iumentis, & herbã seruituti hominum, vt' educas' panem de terra: ¶ 15 Et vinum 'lætificet' cor hominis: vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis cõfirmet. ¶ 16 Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani quas plantauit : ¶ 17 Illic passeres nidificabunt. Herodii domus dux est eorũ, ¶ 18 Mõtes excelsi cerui : petra refugium herinaciis. ¶ 19 Fecit lunam 'in tempore: sol cognouit occasum suũ. ¶ 20 Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertrãsibunt omnes bestiæ syluæ, ¶ 21 Catuli leonũ rugientes vt rapiant, & quærant a Deo escam sibi. ¶ 22 Ortus est sol, & cõgregati sunt, & in cubilibus suis collocabũtur. ¶ 23 Exibit homo ad opus suũ: & ad operationem suã vsque ad vesperũ. ¶ 24 Quam magnificata sunt opera tua Domine: omnia in sapiẽtia fecisti : impleta est terra possessione tua. ¶ 25 Hoc mare magnũ, & spatiosum manibus: illic reptilia, quorũ non est numerus, Animalia pusilla cũ magnis: ¶ 26 Illic naues pertrãsibunt: Draco iste quem formasti ad illudẽdum ei: ¶ 27 Omnia à te expectãt vt des illis escam in tẽpore. ¶ 28 Dante te illis, colligent: aperiẽte te manum tuam, omnia implebũtur bonitate. ¶ 29 Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum reuertẽtur. ¶ 30 Emittes Spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciẽ terræ. ¶ 31 Sit gloria Domini in ſeculum : lætabitur Dominus in operibus suis: ¶ 32 Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit mõtes, & fumigant. ¶ 33 Cantabo Domino in vita mea: psalliam Deo meo quandiu sum. ¶ 34 Iucundũ sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino. ¶ 35 Deficient peccatores a terra, & iniqui, ita vt nõ sint: benedic anima mea Domino. Hallelu-ia. PSAL. CIIII. 105.

Adhortatio ad laudem & confessionem operum Dei erga Israelitas.

1 COnfitemini Domino, & inuocate nomẽ eius: annuntiate inter Gentes opera eius. ¶ 2 Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius. ¶ 3 Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor quærentiũ Dominũ. ¶ 4 Quærite Dominũ, & confirmamini: quærite faciem eius semper. ¶ 5 Memẽtote mirabiliũ eius quæ fecit : prodigia eius & iudicia oris eius, ¶ 6 Semẽ Abraham, serui eius: filii Iacob electi eius. ¶ 7 Ipse Dominus Deus noster, in vniuersa terra iudicia eius. ¶ 8 Memor fuit in ſeculũ testamenti sui, verbi quod mandauit in mille generationes, ¶ 9 Quod disposuit ad Abraham: & iuramenti sui ad Isaac: ¶ 10 Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel in testamentum æternũ, ¶ 11 Dicens, Tibi dabo terrã Chanaan, funiculũ hæreditatis vestræ. ¶ 12 Quum essent numero breui, pauciſſimi, & incolæ eius: ¶ 13 Et pertransierũt de gente in gentem, & de regno ad populum alterũ. ¶ 14 Non reliquit hominẽ nocere eis: & corripuit pro eis reges, ¶ 15 Nolite tãgere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. ¶ 16 Et vocauit famẽ super terram: & omne firmamentũ panis contriuit. ¶ 17 Misit ante eos virum: in seruũ venundatus est Ioseph. ¶ 18 Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius, ¶ 19 Donec veniret verbũ eius. ¶ 20 Eloquiũ Domini iustũ auit eũ: misit rex, & soluit eum : princeps populorũ, & dimisit eum. ¶ 21 Constituit eum dominum domus suæ, & principẽ õnis possessionis suæ: ¶ 22 Vt eruditet principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret: ¶ 23 Et intrauit Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in Terra-Chã. ¶ 24 Et auxit populũ suũ vehementer: & firmauit eum super inimicos eius. ¶ 25 Conuertit cor eorũ vt auderent populũ eius, & dolũ facerẽt in seruos eius. ¶ 26 Misit Moysen seruũ suum: Aaron quẽ elegit ipsum. ¶ 27 Posuit in eis verba signorũ suorũ & prodigiorũ in Terra-Chã. ¶ 28 Misit tenebras, & obscurauit: & nõ exacerbauit sermones suos. ¶ 29 Conuertit aquas eorũ in sanguinẽ: & occidit pisces eorũ. ¶ 30 Edidit terra eorũ ranas in penetralibus regũ ipsorũ. ¶ 31 Dixit, & venit cynomyia, & cinifes in omnibus finibus eorum. ¶ 32 Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentẽ in terra ipsorum. ¶ 33 Et percussit vineas eorum & ficus eorũ: & contriuit lignũ finiũ eorum. ¶ 34 Dixit, & venit locusta & bruchus, cuius non erat numerus. ¶ 35 Et comẽdit omne fœnum in terra eorũ: & comẽdit omnẽ fructum terræ eorum. ¶ 36 Et percussit omne primogenitum in terra eorũ, primitias omnis laboris eorum. ¶ 37 Et eduxit eos cum argento & auro : & non erat in tribubus eorum infirmus. ¶ 38 Lætata est Aegyptus in profectione eorũ: quia in cubuit timor eorũ super eos. ¶ 39 Expandit nubem in protectionem eorũ : & ignẽ vt luceret eis per noctẽ. ¶ 40 Petierũt, & venit coturnix: & pane cæli saturauit eos. ¶ 41 Dirupit petram, & fluxerunt aquæ : abierunt in sicco flumina: ¶ 42 Quoniam memor fuit verbi sancti sui quod habuit ad Abraham puerũ suum, ¶ 43 Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia. ¶ 44 Et dedit illis regiones Gentiũ, & labores Populorum possederunt: ¶ 45 Vt custodiant iustificationes eius, & legem eius requirant."

PSAL. CV. 106.

Prouocamur ad laudes Dei, & quare, psalmus in captiuitate Babylonica scriptus.

1 Hallelu ia,

COnfitemini Domino quoniã bonus: quoniam in ſeculũ misericordia eius. ¶ 2 Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? ¶ 3 Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore. ¶ 4 Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo: ¶ 5 Ad videndũ in bonitate electorũ tuorũ: ad lætandũ in lætitia gẽtis tuæ: vt laudẽris cũ hæreditate tua. ¶ 6 Peccauimus cũ patrib' nostris: iniustè egimus: iniquitatem fecimus. ¶ 7 Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et irritauerunt ascendentes in mare, Mare rubrum. ¶ 8 Et saluauit eos propter nomẽ suum: vt notam faceret potentiam suam. ¶ 9 Et increpuit Mare rubrũ, & exiccatũ est: & deduxit eos in abyſſis sicut in deserto: ¶ 10 Et saluauit eos de manu odientiũ: & redemit eos de manu inimici. ¶ 11 Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis nõ remãsit. ¶ 12 Et credide-

A
B
C
D
E

Psa:

Psa:

Psa:

runt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.
¶13 Citò fecerunt, obliti sunt operũ eius: & nõ
C sustinuerũt consilii eius. ¶14 Et concupierũt
Exod.17.2.1. concupiscentiã in deserto: & tentauerũt Deũ
Cor.10.b.6. in inaquoso: ¶15 Et dedit eis petitionẽ ipsorũ:
Num.11.f.31. & misit saturitatẽ in animas eorũ. ¶16 Et irri-
& tauerunt Moysen in castris: a Aaron sanctum
Num.16.c.31. Domini. ¶17 Aperta est terra, & deglutiuit Da
Psal.11.a.6. than: & operuit super congregationẽ Abiron.
¶18 Et exarsit ignis in synagõga eorũ: flamma
Exod.32.a.4. combussit peccatores. ¶19 Et fecerunt vitulum
in Horeb: & adorauerunt sculptile. ¶20 Et mu-
D tauerunt gloriã suã in similitudinẽ vituli co-
medentis fœnum. ¶21 Obliti sunt Deum qui
saluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto,
Exod.32.c.11. ¶22 Mirabilia in terra Cham: terribilia in Mari rubro. ¶23 Et dixit vt disperderet eos: si nõ
Moyses electus eius steisset in confractione in
conspectu eius, vt auerteret iram eius ne dis-
perderet eos, ¶24 Et pro nihilo habuerunt ter-
ram desiderabilẽ: Non crediderũt verbo eius:
¶25 Et murmuraverũt in tabernaculis suis: nõ
exaudierunt vocem Domini. ¶26 Et eleuauit
Num.14.c.21. manũ suã super eos: vt prosterneret eos in de-
serto, ¶27 Et vt delicetet semen eorũ in Natio-
nibus, & dispergeret eos in regionibus. ¶28 Et
initiati sunt Beel-phegor: & comederunt sacri
E ficia mortuorũ. ¶29 Et irritauerũt eum in ad-
inuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruî-
Num.25.b.7. na. ¶30 Et stetit Phinees, & placauit: & cessa-
uit quassatio. ¶31 Et reputatũ est ei in iustitiã
in generatione & generationẽ, vsque in sem-
Num.20.a.1. piternũ. ¶32 Et irritauerũt eum ad Aquas: cõ-
tradictionis: & vexat' est Moyses propter eos,
¶33 Quia exacerbauerunt spiritum eius. & di-
stinxit in labiis suis, ¶34 Non disperdiderunt
Deut.7.a.1. Gentes: quas dixit Dominus illis. ¶35 Et com-
misti sunt inter Gentes, & didicerũt opera eo-
rum: ¶36 Et seruierunt sculptilibus eorum: &
F factum est illis in scandalũ. ¶37 Et immolaue-
runt filios suos, & filias suas dæmoniis. ¶38 Et
effuderũt sanguinẽ innocentẽ, sanguinẽ filio-
rum suorum & filiarum suarum, quas sacrifi-
cauerunt sculptilibus Chanaan. & interfecta'
Infecta est terra in sanguinibus. ¶39 Et contamina ta
est in operibus eorum: & fornicati sunt in ad-
inuentionibus suis. ¶40 Et iratus est furore Do
minus in populũ suum: & abominatus est hæ
reditatem suam. ¶41 Et tradidit eos in manus
Gentium: & dominati sunt eorũ qui oderunt
eos. ¶42 Et tribulauerunt eos inimici eorum,
& humiliati sunt sub manibus eorũ: ¶43 Sæpe
liberauit eos. Ipsi autẽ exacerbauerunt eum in
cõsilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus
suis. ¶44 Et vidit quũ tribularentur: & audiuit
orationẽ eorum. ¶45 Et memor fuit testamẽti
Deut.30.a.1. sui: & pœnituit eum secũdum multitudinem
misericordiæ suæ. ¶46 Et dedit eos in miseri-
cordias in conspectu omnium qui ceperant eos.
¶47 Saluos nos fac Domine Deus noster: & cõ
grega nos de Nationibus: vt confiteamur no-
mini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.
¶48 Benedictus Dominus Deus Israel à secu-
lo & vsque in seculũ: & dicet omnis populus,
Fiat, fiat. PSAL. CVI.

Redẽpti, quibus facta est remissio peccato-
rum, inuitatur ad gratiarum actionem. in hoc
psalmo varia pericula narrat Dauid, à quibus
Deus mortales solet liberare.

¶Hallelu-ia.

1 COnfitemini Domino quoniã bonus: quo A Iud.
niam in seculũ misericordia eius. ¶2 Di-
cant qui redempti sunt à Domino, quos rede-
mit de manu inimici: ¶3 b De regionibus con- b Ie.
gregauit eos, A Solis ortu & Occasu, ab Aqui-
lone & mari. ¶4 Errauerunt in solitudine in ina-
quoso: viã ciuitatis habitaculi nõ inuenerũt,
¶5 Esurientes & sitientes: anima eorũ in ipsis de-
fecit. ¶6 Et clamauerunt ad Dominũ quũ tri-
bularẽtur: & de necessitatib' eorũ eripuit eos.
¶7 Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in
ciuitatem habitationis. ¶8 Confiteantur Do-
mino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis
hominũ. ¶9 Quia satiauit animã inanẽ: & ani-
mã esurientẽ satiauit bonis, ¶10 Sedentes in te-
nebris & vmbra mortis: vinctos in mendicita-
te & ferro: ¶11 Quia exacerbauerunt eloquia
Dei: & consilii Altissimi irritauerũt. ¶12 Et hu
miliatũ est in laboribus cor eorum. infirmati
sunt, nec fuit qui adiuuaret. ¶13 Et clamauerũt
ad Dominũ quũ tribularẽtur: & de necessita-
tib' eorũ liberauit eos. ¶14 Et eduxit eos de te-
nebris & vmbra mortis: & vincula eorũ disrup-
pit. ¶15 Confiteantur Domino misericordiæ ei-
us: & mirabilia eius filiis hominum. ¶16 Quia
contriuit portas æreas: & vectes ferreos cõfrẽ-
git. ¶17 Suscepit eos de via iniquitatis eorum:
propter iniustitias enim suas humiliati sunt,
¶18 Omnẽ escam abominata est anima eorũ: &
appropinquauerunt vsque ad portas mortis.
¶19 Et clamauerunt ad Dominũ quũ tribula-
rentur: & de necessitatibus eorũ liberauit eos,
¶20 Misit verbũ suum, & sanauit eos: & eripuit
eos de interitionibus eorũ. ¶21 Confiteãtur Do
mino misericordiæ eius: & mirabilia eius filiis
hominũ: ¶22 Et sacrificent sacrificiũ laudis: &
annuncient opera eius in exultatione. ¶23 Qui
descẽdunt mare in nauibus, faciẽtes operatio-
nem in aquis multis, ¶24 Ipsi viderunt opera
Domini, & mirabilia eius in profundo, ¶25 Di-
xit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt
fluctus eius. ¶26 Ascẽdũt vsq; ad cælos, & de-
scẽdunt vsq; ad abyssos: anima eorum in ma-
lis tabescebat. ¶27 Turbati sunt, & moti sunt
sicut ebrius: & omnis sapientia eorũ deuorata
est. ¶28 Et clamauerunt ad Dominũ quũ tri-
bularẽtur: & de necessitatibus eorũ eduxit eos.
¶29 Et statuit procellã eius in aurã: & siluerũt
fluctus eius. ¶30 Et lætati sunt quia siluerunt
& deduxit eos in portum voluntatis eorum.
¶31 Confiteantur Domino misericordiæ eius:
& mirabilia eius filiis hominũ: ¶32 Et exaltent
eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorũ
laudẽt eum. ¶33 Posuit flumina in desertum:
& exitus aquarũ in sitim: ¶34 Terrã fructiferã
in salsuginẽ, à malitia inhabitãtiũ ea. ¶35 Po
suit desertũ in stagna aquarũ: & terrã sine aqua
in exitus aquarũ. ¶36 Et collocauit illic esurié-
tes: & cõstituerũt ciuitatẽ habitationis. ¶37 Et
seminaue, unt agros, & plãtauerunt vineas: &
fecerunt fructum natiuitatis. ¶38 Et benedixit
eis, & multiplicati sũt nimis: & iumẽta eorũ nõ
minorauit. ¶39 Et pauci facti sũt, & vexati sũt
à tribulatione malorũ & dolore. ¶40 effusa est
cõtẽtio sup principes: & errare fecit eos i inuio
& nõ i via. ¶41 Et adiuuit pauperẽ de inopia: &
posuit sicut oues familias. ¶42 Videbũt recti,
& lætabũtur: & õnis iniqtas oppilabit os suũ.

¶ 4 Quis sapiēs, & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini? PSAL. CVII. 108.

Psalmus Christi est, & Christianorū, vt videre ex Psalmis 56 & 59, ex quibus est hic cōpositus. Vt nonnulli volunt, est gratiarum actio Dauidis pro sui liberatione à furore Saulis in spelunca Odollam.

¶ 1 Canticum Psalmus Dauid.

A t PAratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psallam in gloria mea. ¶ 2 Exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo. ¶ 4 Cōfitebor tibi in populis Domine, & psallam tibi in nationibus. ¶ 5 Quia magna est super cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua. ¶ 6 Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua: ¶ 7 Vt liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua, & exaudi me: ¶ 8 Deus locutus est in sancto suo, Exultabo, & diuidam Sichimam: & conuallem tabernaculorum dimetiar. ¶ 9 Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim ✠ fu sceptio capitis mei. Iuda rex me. ¶ 10 Moab lebes spei meæ. In Idumæam extendam calceamentum meū: mihi alienigenæ amici facti sūt. ¶ 11 Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deduceret me vsque in Idumæā? ¶ 12 Nōne tu Deus qui repulisti nos, & non exibis, Deus in virtutibus nostris? ¶ 13 Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis. ¶ 14 In Deo faciemus virtutē: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros. PSAL. CVIII. 109

Inuehitur Dauid in Doeg. (qui Iudæ proditoris typū gerit) & similes assentatores Saulis, & postremo queritur de sua miseria.

¶ 1 In finem, Psalmus Dauid.

D Eus laudem meam ne tacueris: ¶ 2 Quia os peccatoris, & os dolosi super me apertum est. Eoquuti sunt aduersum me lingua dolosa. ¶ 3 Et sermonibus odii circumdederunt me: & expugnauerunt me gratis. ¶ 4 Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. ¶ 5 Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odiū pro dilectione mea. ¶ 6 Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius. ¶ 7 Quum iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum. ¶ 8 Fiant dies eius pauci: & episcopatum eius accipiat alter. ¶ 9 Fiant filii eius orphani, & vxor eius vidua. ¶ 10 Nutantes transferantur filii eius, & mendicent: & eiciantur de habitationibus suis. ¶ 11 Scrutetur fenerator omnem substantiam eius: & diripiant alieni labores eius. ¶ 12 Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius. ¶ 13 Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius. ¶ 14 In memoriam redeat iniquitas patrū eius: in cōspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur. ¶ 15 Fiant contra Dominū semper: & dispereat de terra memoria eorum: ¶ 16 Pro eo quōd non est recordatus facere misericordiam. ¶ 17 Et persecutus est hominē inopem & mendicum, & cōpunctum corde mortificare. ¶ 18 Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionē, & elōgabitur ab eo. Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius. ¶ 19 Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: & sicut zona qua semper præcingitur. ¶ 20 Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala aduersus animā meam. ¶ 21 Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomē tuū: quia suauis est misericordia tua. libera me. ¶ 22 Quia egenus & pauper ego sum: & cor meū cōturbatum est intra me. ¶ 23 Sicut vmbra quū declinat, ablatus sum: & excussus sum sicut locusta. ¶ 24 Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum. ¶ 25 Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua. ¶ 26 Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac secundum misericordiam tuam. ¶ 27 Et sciant quia manus tua hæc: & tu Domine fecisti eam. ¶ 28 Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgunt in me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur. ¶ 29 Induantur, qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua. ¶ 30 Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum: ¶ 31 Quia astitit a dextris pauperis: vt saluam faceret à persequentibus animam meam.

PSAL. CIX. 110.

Christi regnum post ascensionem.

¶ 1 Psalmus Dauid.

A Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. ¶ 2 Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. ¶ 3 Tecum principiū in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorū: ex vtero ante luciferum genui te. ¶ 4 Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. ¶ 5 Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges. ¶ 6 Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorū. ¶ 7 De torrēte in via bibet: propterea exaltabit caput. PSAL. CX. 111.

Creatio & redemptio, Dei opera hic magnificantur.

¶ Hallelu ia.

C Onfitebor tibi Domine in toto corde meo: in concilio iustorum & congregatione. ¶ 2 Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius. ¶ 3 Confessio & magnificentia opus eius: & iustitia eius manet in seculum seculi. ¶ 4 Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus. ¶ 5 Escam dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui. ¶ 6 Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo: vt det illis hæreditatem Gentium: ¶ 7 Opera manuū eius, veritas & iudicium. Fidelia omnia mandata eius: ¶ 8 Cōfirmata in seculum seculi, facta in veritate & æquitate. ¶ 9 Redēptionem misit populo suo: mandauit in æternum testamentum suum: sanctum & terribile nomen eius: ¶ 10 Initium sapientiæ, timor Domini, intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi.

PSAL. CXI. 112.

Viri timētis Deū beatitudo describitur.

¶ Hallelu-ia. reuertionis Aggæi & Zachariæ.

B Eatus vir qui timet Dominum: in mā datis eius volet nimis. ¶ 2 Potēs in ter-

Matt. 22. d. 44. 1. Cor. 15. c. 25. Hebr. 1. d. 13. 8. 10. c. 1. 8 11. 12. c. 2. 8.

Heb. 5. b. 6. & 7. c. 17.

Iohā. 12. c. 36.

Prou. 1. a. 7. & 9. c. 10. Eccli. 1. b. 16.

ra erit semẽ eius: ¶ generatio rectorũ benedicetur. ¶3 Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi. ¶4 Ex. ortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & iustus. ¶5 Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponit sermones suos in iudicio: ¶6 quia in æternum nõ commouebitur. In memoria æterna erit iustus: ¶7 Ab auditione mala non timebit. Paratũ cor eius sperare in Domino, ¶8 cõfirmatũ est cor eius: non commouebitur, donec despiciat inimicos suos. ¶9 Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. ¶10 Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desyderium peccatorum peribit.

PSAL. CXII. nz.

*Gratiam Dei cõmendat in peccatoribus, omnes ad Dei laudem inuitans.*

*¶ Hallelu-ia.*

A Laudate pueri Dominum: laudate nomen Domini. ¶1 Sit nomen Domini benedictũ ex hoc nunc & vsque in seculum. ¶3 A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini. ¶4 Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius. ¶5 Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, ¶6 & humilia respicit in cælo & in terra? ¶7 Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem: ¶8 vt collocet eum cũ principibus cum principibus populi sui. ¶9 Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

PSAL. CXIII. nz.

Exultatio de beneficiis liberationis ex AEgypto, & introductionis in terrã promissam.

¶ Hallelu-ia.

1 IN exitu Israel de AEgypto, domus Iacob de populo barbaro: ¶2 Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius. ¶3 Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsũ. ¶4 Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium. ¶5 Quid est tibi mare quòd fugisti: & tu Iordanis, quia cõuersus es retrorsum: ¶6 Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium? ¶7 A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob. ¶8 Qui conuertit petrã in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

*¶ Secundum Hebræos hic Psalmus diuiditur in duos.*

¶1 Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam, Super misericordia tua & veritate tua: ¶2 Nequando dicant Gentes, vbi est Deus eorum? ¶3 Deus autem noster in cælo: omnia quæcunque voluit fecit. ¶4 Simulachra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum, ¶5 Os habent, & non loquentur: oculos habẽt, & non videbũt. ¶6 Aures habẽt, & non audient: nares habent, & non odorabunt. ¶7 Manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. ¶8 Similes illis fiãt qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. ¶9 Domus Israel speranit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est. ¶10 Domus Aaron speranit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est. ¶11 Qui timent Dominũ, speranerũt in Domino: adiutor eorum & protector eorũ est. ¶12 Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis: Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron. ¶13 Benedixit omnibus qui timent Dominum, pusillis cum maioribꝰ. ¶14 Adiiciat Dominus super vos: super vos & super filios vestros. ¶15 Benedicti vos à Domino qui fecit cælum & terram. ¶16 Cælũ cæli Domino: terram autem dedit filiis hominum. ¶17 Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum: ¶18 Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino ex hoc nunc & vsque in seculum.

PSAL. CXIIII. nz.

Gratias agit Deo ipse Dauid, quòd liberauerit ipsum à Saule. Vide 1. Reg. 23.

¶ Hallelu-ia.

1 DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ, ¶2 Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo. ¶3 Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me. Tribulationem & dolorẽ inueni: ¶4 Et nomẽ Domini inuocaui, O Domine libera animam meam: ¶5 Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur. ¶6 Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me. ¶7 Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi: ¶8 Quia eripuit animã meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. ¶9 Placebo Domino in regione viuorũ.

*¶ Psalmus sequens iungitur præcedenti apud Hebræos.*

PSAL. CXV.

Fidelis afflictio ob veritatẽ à se prædicatã.

¶ Hallelu-ia.

10 CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. ¶11 Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax. ¶12 Quid retribuã Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? ¶13 Calicem salutaris accipiã: & nomẽ Domini inuocabo. ¶14 Vota mea Domino reddã coram omni populo eius: ¶15 Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius: ¶16 O Domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Dirupisti vincula mea: ¶17 Tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. ¶18 Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: ¶19 In atriis domus Domini, in medio tui Ierusalem.

PSAL. CXVI. nz.

Vaticinatur Euangelium etiã inter Gentes prædicandum.

*¶ Hallelu-ia.*

1 LAudate Dominum omnes Gẽtes: laudate eum omnes populi. ¶2 Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

PSAL. CXVII. nz.

Gratias agit Dauid, quòd in regem Israelis creatus sit & receptus.

¶ Hallelu-ia.

1 COnfitemini Domino quoniã bonus, quoniã in seculũ misericordia eius. ¶2 Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniam in se-

culũ misericordia eius. ¶3 Dicat nunc domus Aarõ:quoniam in seculum misericordia eius. ¶4 Dicant nunc omnes qui timent Dominũ: quoniam in seculum misericordia eius. ¶5 De tribulatione inuocaui Dominum:& exaudiuit me in latitudine Dominus. ¶6 Dominus mihi adiutor:non timebo quid faciat mihi homo. ¶7 Dominus mihi adiutor : & ego despiciam inimicos meos. ¶8 Bonũ est confidere in Domino, quàm confidere in homine: ¶9 Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus. ¶10 Omnes Gentes circuierunt me:& in nomine Domini quia vltus sum in eos. ¶11 Circũdãtes circũdederũt me:& in nomine Domini quia vltus sum in eos. ¶12 Circũdederunt me sicut apes,& exarserũt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini quia vltus sum in eos. ¶13 Impulsus euersus sum vt caderẽ:& Dominus suscepit me. ¶14 Fortitudo mea & laus mea, Dominus:& factꝰ est mihi in salutẽ. ¶15 Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorũ. ¶16 Dextera Domini fecit virtutẽ,dextera Domini exaltauit me,dextera Domini fecit virtutẽ. ¶17 Nõ moriar,sed viuã:& narrabo opera Domini. ¶18 Castigãs castigauit me Dominus:& morti nõ tradidit me. ¶19 Aperite mihi portas iustitiæ,ingressus in eas cõfitebor Domino: ¶20 Hæc porta Domini,iusti intrabũt in eam. ¶21 Cõfitebor tibi,quoniã exaudisti me:& factus es mihi in salutẽ. ¶22 Lapidẽ quẽ reprobauerũt ædificãtes, hic factus est in caput anguli. ¶23 A Domino factũ est istud:& est mirabile in oculis nostris. ¶24 Hæc est dies quã fecit Dominus:exultemꝰ, & lætemur in ea. ¶25 ℣ O Domine saluũ me fac,ℴ Domine bene prosperare: ¶26 Benedictus qui venit in nomine Domini. Benediximus vobis de domo Domini: ¶27 Deus Dominus, & illuxit nobis. Cõstituite diẽ solennẽ in condensis vsque ad cornu altaris. ¶28 Deus meus es tu,& cõfitebor tibi: Deus meus es tu,& exaltabo te. Cõfitebor tibi quoniã exaudisti me:& factꝰ es mihi in salutem. ¶29 Confitemini Domino quoniam bonus:quoniam in seculum misericordia eius.

## PSAL. CXVIII. nũ.

Encomiũ est amplissimũ legis & verbi diuini:cuius vis salutifera explicatur,& quib' hominibus diuina illa & summa sapientia conferatur:quantòque studio perfequi conueniat. videtur autem Dauid psalmum hunc composuisse , quum in seditione Absolonica perdidisset quanti retulerit omnem vitam ex diuino præscripto traducere.

¶Hallelu-ia.

Aleph

1 Beati immaculati in via:qui ambulãt in lege Domini. ¶2 Beati qui scrutãtur testimonia eius:in toto corde exquirunt eum. ¶3 Non enim qui operantur iniquitatẽ,in viis eius ambulauerunt. ¶4 Tu mãdasti mãdata tua custodiri nimis. ¶5 Vtinã dirigãtur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. ¶6 Tũc nõ cõfundar,quũ perspexero in omnibus mãdatis tuis. ¶7 Cõfitebor tibi in directione cordis:i eo quòd didici iudicia iustitiæ tuæ. ¶8 Iustificationes tuas custodiam:non me derelinquas vsquequaque.

Beth

¶9 In quo corrigit adolescentior viã suã:in custodiẽdo sermones tuos. ¶10 In toto corde meo exquisiui te:ne repellas me à mandatis tuis. ¶11 In corde meo abscõdi eloquia tua:vt nõ peccẽ tibi. ¶12 Benedictus es Domine:doce me iustificationes tuas. ¶13 In labiis meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui. ¶14 In via testimoniorũ tuorũ delectatus sum , sicut in omnibus diuitiis. ¶15 In mandatis tuis exercebor:& cõsiderabo vias tuas. ¶16 In iustificationibus tuis meditabor:nõ obliuiscar sermones tuos.

Gimel

¶17 Retribue seruo tuo,viuifica me:& custodiã sermones tuos. ¶18 Reuela oculos meos:& considerabo mirabilia de lege tua. ¶19 Incola ego sum in terra:nõ abscõdas à me mãdata tua. ¶20 Cõcupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tẽpore. ¶21 Increpasti superbos:maledicti qui declinãt à mãdatis tuis. ¶22 Aufer à me opprobriũ & contẽptũ:quia testimonia tua exquisiui. ¶23 Etenim sederũt principes,& aduersũ me loquebantur: seruus autẽ tuus exercebatur in iustificationibus tuis . ¶24 Nã & testimonia tua, meditatio mea est:& consilium meum,iustificationes tuæ.

Daleth

¶25 Adhæsit pauimẽto anima mea:viuifica me secundũ verbum tuũ. ¶26 Vias meas enũciaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas. ¶27 Viã iustificationum tuarum instrue me:& exercebor in mirabilibꝰ tuis. ¶28 Dormitauit anima mea præ tædio: cõfirma me in verbis tuis. ¶29 Viã iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei. ¶30 Viam veritatis elegi:iudicia tua nõ sum oblitus. ¶31 Adhæsi testimoniis tuis Domine:noli me confundere. ¶32 Viam mandatorum tuorum cucurri,quum dilatasti cor meum.

He

¶33 Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum:& exquiram eam semper. ¶34 Da mihi intellectũ, & scrutabor legem tuam:& custodiam illam in toto corde meo. ¶35 Deduc me in semita mãdatorum tuorũ: quia ipsam volui. ¶36 Inclina cor meum in testimonia tua, & nõ in auaritiam. ¶37 Auert oculos meos ne videant vanitatẽ:in via tua viuifica me. ¶38 Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. ¶39 Amputa opprobriũ meum quod suspicatus sum : quia iudicia tua iucunda. ¶40 Ecce cõcupiui mandata tua:in æquitate tua viuifica me.

Vau

¶41 Et veniat super me misericordia tua Domine,salutare tuum secundum eloquium tuũ. ¶42 Et respondebo exprobrãtibus mihi,verbum:quia speraui in sermonibus tuis. ¶43 Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vsquequaque : quia in iudiciis tuis superperaui. ¶44 Et custodiam legẽ tuam semper:in seculum & in seculum seculi. ¶45 Et ambulabam in latitudine : quia mandata tua exquisiui. ¶46 Et loquebar in testimoniis tuis in cõspectu regum,& non confundebar. ¶47 Et meditabar in mandatis tuis,quæ dilexi. ¶48 Et leuaui manus meas ad mãdata tua quæ dilexi:& exercebor in iustificationibus tuis.

Zain

¶49 Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. ¶50 Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me. ¶51 Superbi iniquè agebant vsquequaque : à lege autem tua non declinaui.

¶52 Memor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine: & consolatus sum. ¶53 Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. ¶54 Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.

¶55 Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam. ¶56 Hæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui.

Heth

¶57 Portio mea Domine, dixi, custodire legé tuam. ¶58 Deprecatus sum faciē tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuū. ¶59 Cogitaui vias meas: & cōuerti pedes meos in testimonia tua. ¶60 Paratus sum, & nō sum turbatus: vt custodiā mandata tua. ¶61 Funes peccatorū circumplexi sunt me: & legē tuā nō sum oblitus. ¶62 Media nocte surgebam ad cōfitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ. ¶63 Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientiū mandata tua. ¶64 Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Teth

¶65 Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum verbum tuum. ¶66 Bonitatē, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mādatis tuis credidi. ¶67 Priusquam humiliarer, ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui. ¶68 Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. ¶69 Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. ¶70 Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum.

¶71 Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. ¶72 Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti.

Iod

¶73 Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, vt discam mandata tua. ¶74 Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua superspéraui.

¶75 Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me. ¶76 Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo. ¶77 Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua, meditatio mea est. ¶78 Confundantur superbi quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis. ¶79 Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua. ¶80 Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non cōfundar.

Caph

¶81 Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum superspéraui. ¶82 Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, Quando consolaberis me? ¶83 Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus. ¶84 Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium? ¶85 Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. ¶86 Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me, adiuua me. ¶87 Paulominus consummauerunt me in terra: ego autē non dereliqui mandata tua. ¶88 Secundum misericordiam tuam viuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

Lamed

¶89 In æternū Domine verbū tuū permanet in cælo. ¶90 In generatione & generationē veritas tua: fundasti terrā, & permanet. ¶91 Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi. ¶92 Nisi quòd lex tua, meditatio mea est: tunc fortè perissem in humilitate mea. ¶93 In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.

¶94 Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. ¶95 Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi. ¶96 Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Mem

¶97 Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est. ¶98 Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est. ¶99 Super omnes docētes me intellexi: quia testimonia tua, meditatio mea est. ¶100 Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui. ¶101 Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua. ¶102 A iudiciis tuis non declinaui: quia tu legē posuisti mihi. ¶103 Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo! ¶104 A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnē viā iniquitatis.

Nun

¶105 Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis. ¶106 Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. ¶107 Humiliatus sum vsquequaque Domine: viuifica me secundum verbum tuum. ¶108 Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me. ¶109 Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus. ¶110 Posuerunt peccatores laqueū mihi: & de mandatis tuis non erraui. ¶111 Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cor dis mei sunt. ¶112 Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.

Samech

¶113 Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi. ¶114 Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum superspéraui. ¶115 Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei. ¶116 Suscipe me secūdum eloquiū tuū, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea. ¶117 Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

¶118 Spernisti omnes discedentes à iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum. ¶119 Prævaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua. ¶120 Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui.

Ain

¶121 Feci iudiciū & iustitiam: non tradas me calumniantibus me. ¶122 Suscipe seruum tuū in bonū: nō calumnientur me superbi. ¶123 Oculi mei defecerunt in salutare tuū: & in eloquiū iustitiæ tuæ. ¶124 Fac cū seruo tuo secundū misericordiā tuā: & iustificationes tuas doce me. ¶125 Seruus tu⁹ sum ego: da mihi intellectū, vt sciā testimonia tua. ¶126 Tēpus faciēdi Domine: dissipauerūt legē tuā. ¶127 Ideo dilexi mādata tua super aurū & topazium. ¶128 Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Phe

¶ 129 Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea. ¶ 130 Declaratio sermonũ tuorum illuminat: & intellectũ dat paruulis. ¶ 131 Os meum aperui, & attraxi spiritũ: quia mandata tua desiderabam. ¶ 132 Aspice in me, & miserere mei secundum iudicium diligentiũ nomen tuum. ¶ 133 Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia. ¶ 134 Redime me à calumnia hominum: vt custodiam mandata tua. ¶ 135 Faciem tuam illumina super seruũ tuũ: & doce me iustificationes tuas. ¶ 136 Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

Sade

¶ 137 Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum. ¶ 138 Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis. ¶ 139 Tabefecere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei. ¶ 140 Ignitũ eloquium tuũ vehementer: & seruus tuus dilexit illud. ¶ 141 Adolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. ¶ 142 Iustitia tua, iustitia in æternum: & lex tua veritas.

¶ 143 Tribulatio & ãgustia inuenerũt me: mãdata tua meditatio mea est. ¶ 144 Aequitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

Coph

¶ 145 Clamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: iustificationes tuas requiram. ¶ 146 Clamaui ad te, saluũ me fac: vt custodiã mãdata tua. ¶ 147 Præueni i maturitate, & clamaui: quia in verba tua supersperaui. ¶ 148 Præuenerũt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. ¶ 149 Vocẽ meam audi secundũ misericordiã tuã Domine: & secundum iudicium tuũ viuifica me. ¶ 150 Appropinquauerunt persequẽtes me iniquitati: à lege autem tua longè facti sunt. ¶ 151 Propè es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas. ¶ 152 Initio cognoui de testimoniis tuis: quia in æternum fundasti ea.

Res

¶ 153 Vide humilitatẽ meã, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus. ¶ 154 Iudica iudicium meũ, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me. ¶ 155 Lõgè à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas nõ exquisierũt. ¶ 156 Misericordiæ tuæ multæ Domine: secũdum iudicium tuũ viuifica me. ¶ 157 Multi qui persequuntur me, & tribulant me, à testimoniis tuis non declinaui. ¶ 158 Vidi prævaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt. ¶ 159 Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me. ¶ 160 Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Sin

¶ 161 Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meũ. ¶ 162 Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. ¶ 163 Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autẽ tuam dilexi. ¶ 164 Septies in die laudẽ dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ. ¶ 165 Pax multa diligẽtibus legẽ tuam: & nõ est illis scandalũ. ¶ 166 Expectabam salutare tuum Domine: & mandata tua dilexi. ¶ 167 Custodiuit anima mea, testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

¶ 168 Seruaui mãdata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Thau

¶ 169 Appropinquet deprecatio mea in cõspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectũ. ¶ 170 Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundũ eloquiũ tuum eripe me. ¶ 171 Eructabũt labia mea hymnũ, quum docueris me iustificationes tuas. ¶ 172 Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mãdata tua æquitas. ¶ 173 Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi. ¶ 174 Concupiui salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est. ¶ 175 Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me. ¶ 176 Erraui sicut ouis quæ perijt: quære seruũ tuũ, quia mandata tua nõ sum oblitus.

PSAL. CXIX. III.

Conuenit hic psalmus argumento psalmi duodecimi, qui precationem Dauidis cõtinet, quum persequeretur eum Saul, contra venenatæ linguæ facinum.

¶ Canticum graduum.

AD Dominum quum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. ¶ Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa. ¶ Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? ¶ Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis. ¶ Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar: ¶ Multum incola fuit anima mea. ¶ Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: quum loquebar illis, impugnabant me gratis.

PSAL. CXX. III.

Afflictus animus leuans oculos ad Deum cum multa fiducia, vt Iosaphat.

¶ Canticum graduum.

LEuaui oculos meos in mõtes, vnde veniet auxilium mihi. ¶ Auxilium meum à Domino qui fecit cælum & terram. ¶ Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te. ¶ Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. ¶ Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam. ¶ Per diẽ sol non vret te: neq; luna per noctẽ. ¶ Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animã tuam Dominus. ¶ Dominus custodiat introitum tuũ & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in seculũ.

A
2. Par. 28. c.
custodiet

PSAL. CXXI. III.

Collocata arca in Sion, hortatur Dauid Israelitas vt eum locum Deo dicatũ rite frequẽtent. Primis versibus declarantur vota sanctorum cupientium venire in piorum cõsortium: sequentibus, ardor eorum erga instaurationẽ Ecclesiæ Christi.

¶ Canticum graduum.

AStatus sum in his quæ dicta sunt mihi, In domũ Domini ibimus. ¶ Stantes erant pedes nostri in atriis tuis Ierusalem. ¶ Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum. ¶ Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimoniũ Israel, ad cõfitendũ nomini Domini. ¶ Quia illic federũt sedes in iudicio, sedes super domũ Dauid. ¶ Rogate quæ ad pacẽ sunt Ierusalẽ: & abundãtia diligẽtibus te: ¶ Fiat pax in virtute tua: & abundãtia in turribus tuis. ¶ Pro-

pter fratres meos & proximos meos loquebar pacé de te. ¶ 9 Propter domū Domini Dei nostri, quæsiui bona tibi. PSAL. CXXII. 123.

Oratio plorum deprecantium Deū vt eos liberet à periculis. Nunc Psalmū Dauid cōposuisse videtur instante bello Ammonitarum.

¶ Canticum graduum.

A Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. ¶ 2 Ecce, sicut oculi seruorū in manibus dominorum suorū, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. ¶ 3 Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multū repleti sumus despectione. ¶ 4 Quia multū repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

PSAL. CXXIII. 124.

Gratiarum actio pro salute quā Deus cōtulit Israelitis in maximo discrimine, nimirū bello Ammonitico.

¶ Canticum graduum Dauid.

N Nisi quia Dominus erat in nobis, dicat nūc Israel, ¶ 2 Nisi quia Dominus erat in nobis, Quū exurgerent homines in nos, ¶ 3 Forte viuos deglutissent nos: Quū iracerentur furor eorum in nos, ¶ 4 Forsitan aqua absorbuisset nos. Torrēte pertransiuit anima nostra: ¶ 5 Forsitan pertransisset anima nostra aquā intolerabilem. ¶ 6 Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dētibus eorum. ¶ 7 Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: Laqueus cōtritus est, & nos liberati sumus. ¶ 8 Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.

PSAL. CXXIIII. 125.

Deus fidentes sibi, nunquam derelinquit.

¶ Canticum graduum.

Q Vi cōfidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat ¶ 2 In Ierusalem. Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc & vsque in seculū. ¶ 3 Quia nō relinquet Dominus virgā peccatorū super sortem iustorum: vt nō extendant iusti ad iniquitatem manus suas. ¶ 4 Bene fac Domine bonis & rectis corde. ¶ 5 Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel.

PSAL. CXXV. 126.

Liberatio ex captiuitate Babylonica, diaboli, peccati & mortis: vnde summa lætitia.

¶ Canticum graduum.

I In conuertendo Dominus captiuitatē Sion, facti sumus sicut consolati: ¶ 2 Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione. Tunc dicent inter Gentes, ¶ 3 Magnificauit Dominus facere cum eis. Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes. ¶ 4 Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro. ¶ 5 Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. ¶ 6 Euntes ibant & flebant, portantes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

PSAL. CXXVI. 127.

Sine Dei benevolentia & auxilio, frustra esse omnem conatum.

¶ Canticum graduum Salomonis.

N Nisi Dominus ædificauerit domū, in vanū laborauerūt qui ædificāt eā: Nisi Dominus custodierit ciuitatē, frustra vigilat qui custodit eā. ¶ 2 Vanū est vobis ante lucē surgere: surgite postquā sederitis qui mādūcatis panē doloris. Quum dederit dilectis suis somnum: ¶ 3 Ecce, hæreditas Domini, filii: merces, fructus vētris. ¶ 4 Sicut sagittæ in manu potētis: ita filii excussorū. ¶ 5 Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non cōfundetur quum loquetur inimicis suis in porta.

PSAL. CXXVII. 128.

Beatitudo timētis Deū in laboribus manuū.

¶ Canticum graduum.

B Beati omnes qui timēt Dominum, qui ambulant in viis eius: ¶ 2 Labores manuum tuarū quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit. ¶ 3 Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filii tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ. ¶ 4 Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum. ¶ 5 Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ierusalē omnibus diebus vitæ tuæ: ¶ 6 Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.

PSAL. CXXVIII. 129.

Ostendit impios non præualituros pijs, sed tandem perituros pijs saluis.

¶ Canticum graduum.

S Sæpe expugnauerunt me à iuuētute mea, dicat nunc Israel, ¶ 2 Sæpe expugnauerūt me à iuuentute mea: etenim non potuerūt mihi. ¶ 3 Supra dorsum meum fabricauerūt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam. ¶ 4 Dominus iustus concidet cervices peccatorū: ¶ 5 Confundantur & cōuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. ¶ 6 Fiant sicut fœnū tectorū, quod priusquam euellatur exaruit: ¶ 7 De quo non implebit manum suam qui metit, & sinum suū qui manipulos colligit. ¶ 8 Et nō dixerūt qui præterībāt, Benedictio Domini sup vos: benedixim vobis in nomine Domini. PSAL. CXXIX. 130.

Clamor oppressi & afflicti supra modum.

¶ Canticum graduum.

D De profūdis clamaui ad te Domine: ¶ 2 Domine exaudi vocem meam: Fiant aures tuæ intēdentes in vocem deprecationis meæ. ¶ 3 Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? ¶ 4 Quia apud te propitiatio est: & propter legē tuā ¶ sustinui te Domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: speravit ¶ 6 Anima mea in Domino A custodia matutina vsque ad noctē: ¶ 7 Speret Israel in Domino. Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redēptio. ¶ 8 Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

PSAL. CXXX. 131.

Docet suo exemplo Dauid modestiam, & humiliter de se sentire.

¶ Canticum graduum Dauid.

D Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. ¶ 2 Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam: Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea. ¶ 3 Speret Israel in Domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

PSAL. CXXXI. 132.

Dauid regnum pacatum obtinens exultat propter aduentum arcæ fœderis in Ierusalem, eo quòd sic votum soluerat quod nuncupauerat: deinde cõfirmato animo acquiescit in Dei promisso, fore vt de lumbis suis exoriatur qui æternum regnet, nempe Messias.

¶ 1 Canticum graduum.

MEmento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, ¶ 2 sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: ¶ 3 Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectũ strati mei, ¶ 4 Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem, & requiem temporibus meis: ¶ 5 Donec inueniam locum Domino, tabernaculũ Deo Iacob. ¶ 6 Ecce audiuimus eam in Ephrâta: inuenimus eã in cãpis syluæ. ¶ 7 Introibimus in tabernaculũ eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius. ¶ 8 ‖ Surge Domine in requiẽ tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. ¶ 9 Sacerdotes tui induãtur iustitia: & sancti tui exultent. ¶ 10 Propter Dauid seruum tuũ, non auertas faciẽ Christi tui. ¶ 11 Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, ‖ De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. ¶ 12 Si custodierint filii tui testamẽtũ meũ, & testimonia mea hæc quæ docebo eos: & filii eorũ vsq; in seculũ sedebunt super sede tuã. ¶ 13 Quoniã elegit Dominꝰ Sion: elegit eã in habitationẽ sibi. ¶ 14 Hæc requies mea in seculum seculi: hîc habitabo, quoniã elegi eã. ¶ 15 Viduã eius benedicẽs benedicã: pauperes eius saturabo panibꝰ. ¶ 16 Sacerdotes eius induã salutari: & sancti tui exultatione exultabũt. ¶ 17 ‖ Illuc producã cornu Dauid, paraui lucernam christo meo. ¶ 18 ‖ Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

PSAL. CXXXII. 132.

Concordia fratrum Israelitarum, eundem Deum colentium, commendatur.

¶ 1 Canticum graduum Dauid.

ECce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnũ: ¶ 2 Sicut vnguẽtũ in capite, quod descendit in barbã, barbã Aaron, Quod descẽdit in orã vestimẽti eius: ¶ 3 Sicut ros Hermõ, qui descẽdit in mõte Sion. Quoniã illic mandauit Dominus benedictionẽ, & vitã vsque in seculum.

PSAL. CXXXIII. 134.

Admonet Leuitas officii, certos fauoris Dei eos reddens.

¶ 1 Canticum graduum.

ECce nunc benedicite Domino omnes serui Domini, qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri, in noctibus ¶ 2 Extollite manus vestras in sãcta, & benedicite Domino. ¶ 3 Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.

PSAL. CXXXIIII. 135.

Inuitamur ad celebrandum Dominum ex contemplatione potentiæ & bonitatis eius.

¶ 1 Hallelu-ia.

LAudate nomen Domini, laudate serui Dominum, ¶ 2 Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri. ¶ 3 Laudate Dominũ, quia bonꝰ Dominus: psallite nomini eius, quoniã suaue est. ¶ 4 Quoniã Iacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi. ¶ 5 Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus, & Deus noster præ õnibꝰ diis. ¶ 6 Omnia quæcũq; voluit Dominꝰ fecit in cælo & in terra, in mari, & in õnibꝰ abyssis. ¶ 7 ‖ Educẽs nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiã fecit. Qui produxit vẽtos de thesauris suis: ¶ 8 ‖ Qui percussit primogenita Aegypti ab homine vsque ad pecus. ¶ 9 Emisit signa & prodigia in medio tui Aegypte, in Pharaonẽ, & in omnes seruos eius. ¶ 10 ‖ Qui percussit gẽtes multas: & occidit reges fortes, ¶ 11 Sehõ regẽ Amorrhæorũ, & Og regẽ Basã, & õnia regna Chanaã. ¶ 12 Et ædit terrã eorũ hæreditatem, hæreditatẽ Israel populo suo. ¶ 13 Domine nomẽ tuũ in æternũ: Domine memoriale tuũ in generationẽ & generationẽ. ¶ 14 Quia iudicabit Dominus populum suũ, & in seruis suis deprecabitur. ¶ 15 Simulachra Gẽtiũ, argẽtũ & aurũ, opera manuũ hominum. ¶ 16 ‖ Os habẽt, & nõ loquẽtur: oculos habẽt, & nõ videbũt. ¶ 17 Aures habẽt, & nõ audiẽt: neq; enim est spiritꝰ in ore ipsorũ. ¶ 18 Similes illis fiãt qui faciũt ea, & õnes qui cõfidunt in eis. ¶ 19 Domus Israel benedicite Domino: domus Aarõ benedicite Domino. ¶ 20 Domꝰ Leui benedicite Domino: qui timetis Dominũ, benedicite Domino. ¶ 21 Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

PSAL. CXXXV. 136.

Exhortatio ad laudãda Dei æternã misericordiam, quam suis operibus testatus est, & testatur.

¶ Hallelu-ia.

1 COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in æternũ misericordia eius. ¶ 2 Confitemini Deo deorũ: quoniã in æternũ misericordia eius. ¶ 3 Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternũ misericordia eius. ¶ 4 Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 5 ‖ Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 6 ‖ Qui firmauit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 7 ‖ Qui fecit luminaria magna: quoniã in æternum misericordia eius. ¶ 8 Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 9 Lunam & stellas, in potestate noctis: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 10 ‖ Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 11 ‖ Qui eduxit Israel de medio eorum: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 12 In manu potenti & brachio excelso: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 13 Qui diuisit Mare-rubrum in diuisiones: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 14 Et eduxit Israel per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 15 ‖ Et excussit Pharaonem & virtutem eius in Mari-rubro: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 16 Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 17 Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 18 ‖ Et occidit reges fortes: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 19 Sehon regem Amorrhæorum: quoniã in æternum misericordia eius. ¶ 20 Et Og regem Basan: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 21 ‖ Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam

in æternum miserĕ cordia eius. ¶ 22 Hæreditatem Israel seruo suo: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 23 Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 24 Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 25 Qui dat escam omni carni: quoniam in æternum misericordia eius. ¶ 26 Confitemini Deo cæli: quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

PSAL. CXXXVI. 137.

Quàm luctuosum fuerit Israelitis exilium Babylonicum, hoc Sacerdotum, Leuitarum & Cantorum captiuorum cantico ostenditur.

¶ Psalmus Dauid propter Ieremiam,

A 1 Super flumina Babylonis illic sedimus & flemus, dum recordaremur tui Sion: ¶ 2 in salicibus in medio eius suspendimus organa nostra: ¶ 3 Quia illic interrogauerũt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum, & qui abduxerunt nos, hymnum cantate nobis de canticis Sion. ¶ 4 Quomodo cãtabimus canticum Domini in terra aliena? ¶ 5 Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea. ¶ 6 Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ. ¶ 7 Memor esto Domine filiorum Edom, in die Ierusalẽ: Qui dicũt, exinanite, exinanite vsque ad fundamentũ in ea. ¶ 8 Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. ¶ 9 ‖ Beatus qui tenebit & allidet parvulos suos ad petram.

PSAL. CXXXVII. 138.

Affirmat Dauid se laudaturum Deum cuius beneficio ad regiam dignitatẽ sit euectus, sublato Saule.

¶ Ipsi Dauid.

Cõfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei. In conspectu Angelorum psallam tibi: ¶ 2 Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne, nomẽ sanctum tuum. ¶ 3 In quacunque die invocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutẽ. ¶ 4 Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui: ¶ 5 & cantent in vijs Domini: quoniã magna est gloria Domini. ¶ 6 Quoniam excelsus Dominus: & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. ¶ 7 Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & super irã inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua. ¶ 8 Dominus retribuet pro me: Domine misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne despicias.

PSAL. CXXXVIII. 139.

Coram Deo iudice negat se regnum Saulis affectare: & odium in Doeg, & alios adulatores confitetur, iustum odium quidem propter impietatẽ ipsorũ, magnificè interim differit de prouidentia Dei circa singulos homines.

¶ In finem Psalmus Dauid.

D Omine, probasti me, & cognouisti me: ¶ 2 Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionẽ meam. ¶ 3 Intellexisti cogitationes meas: dẽlonge: semitã meã & funiculũ meum inuestigasti. ¶ 4 Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo in lingua mea. ¶ 5 Ecce Domine tu cognouisti õnia, nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manũ tuam. ¶ 6 Mirabilis facta est scientia tua ex me: cõfortata est, & non potero ad eã. ¶ 7 Quò ibo à Spiritu tuo? & quò à facie tua fugiã? ¶ 8 Si ascẽdero in cælũ, tu illic es: si descẽdero in infernũ, ades. ¶ 9 Si sũpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: ¶ 10 Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. ¶ 11 Et dixi, Forsitan tenebræ conculcabũt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis. ¶ 12 Quia tenebræ nõ obscurabũtur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. ¶ 13 Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ. ¶ 14 Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. ¶ 15 Non est occultatum os meum à te quod feci si in occulto: & substãtia mea in inferioribus terræ. ¶ 16 Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribẽtur: dies formabuntur, & nemo in eis. ¶ 17 Mihi autẽ nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum. ¶ 18 Dinumerabo eos, & super arenã multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum. ¶ 19 Si occideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate à me. ¶ 20 Quia dicitis in cogitatione, accipiẽt in vanitate ciuitates tuas. ¶ 21 Nonne qui oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebã? ¶ 22 Perfecto odio oderã illos: inimici facti sũt mihi. ¶ 23 Proba me Deus, & scito cor meũ: interroga me, & cognosce semitas meas: ¶ 24 Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna. PSAL. CXXXIX. 140.

Precatio Dauidis in persecutione Saulis, vt nõ dolis Doeg, & delationibus aliorũ opprimatur, sed potius æmuli ỏccidant, quum sint incurabiles.

¶ In finẽ, Psalmus Dauid.

2 Eripe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me: ¶ 3 Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebãt prælia. ¶ 4 Acuerũt linguas suas sicut serpẽtes: venenum aspidũ sub labijs eorũ. ¶ 5 Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerũt supplantare gressus meos: ¶ 6 Absconderunt superbi laqueũ mihi: Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalũ posuerunt mihi. ¶ 7 Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocẽ deprecationis meæ. ¶ 8 Domine Domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli. ¶ 9 Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur. ¶ 10 Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos. ¶ 11 Cadent super eos carbones: in ignẽ deijcies eos, in miserijs nõ subsistent. ¶ 12 Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu. ¶ 13 Cognouit quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum. ¶ 14 Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo. PSAL. CXL. 141.

Rursũ orat Dauid, ne Saulis persecutioni

bus ita frangatur, vt loquatur, aut tentet aliquid turpe: deinde vt discrimina tollantur oppressis impiis.

¶ 1 Psalmus Dauid.

DOmine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, quum clamauero ad te. ¶ 2 Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. ¶ 3 Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labiis meis. ¶ 4 Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum. ¶ 5 Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum. ¶ 6 Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorũ. Audient verba mea quoniã potuerunt: ¶ 7 Sicut crassitudo terræ erupta est super terram. Dissipata sunt ossa nostra secus infernũ: ¶ 8 Quia ad te Domine, Domine oculi mei, in te speraui, nõ auferas animam meã. ¶ 9 Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi: & à scãdalis operantium iniquitatem. ¶ 10 Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.

PSAL. CXLI. 142.

Petit eripi è capitis discrimine, simul docens quid agendum sit pijs in periculo.

¶ 1 Intellectus Dauid, ¶ quum esset in spelunca oratio.

2 VOce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominũ deprecatus sum: ¶ 3 Effundo in conspectu eius orationẽ meã, & tribulationẽ meam ante ipsum pronũcio. ¶ 4 In deficiendo ex me spiritũ meum, & tu cognouisti semitas meas, in via hac qua ambulabã, absconderunt laqueũ mihi. ¶ 5 Considerabã ad dexterã, & videbã: & nõ erat qui cognosceret me. Perijt fuga à me: & non est qui requirat animam meam. ¶ 6 Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viuẽtium. ¶ 7 Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis. Libera me à persequẽtibus me: quia confortati sunt super me. ¶ 8 Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi.

PSAL. CXLII. 143.

Iusdem argumenti Psalmus cum superiore. Oratio enim est Dauidis delitescẽtis in spelunca.

¶ 1 Psalmus Dauid, quando persequebatur eum Absalom filius eius.

DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iustitia. ¶ 2 Et non intres in iudicium cum seruo tuo: (quia non iustificabitur in cõspectu tuo omnis viuẽs.) ¶ 3 Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam: Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, ¶ 4 Et anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatũ est cor meum. ¶ 5 Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. ¶ 6 Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra sine aqua tibi: ¶ 7 Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus. Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum. ¶ 8 Auditam fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. ¶ 9 Eripe me de inimicis meis Domine, ad te cõfugi: ¶ 10 Doce me facere volũtatẽ tuã, quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã: ¶ 11 Propter nomẽ tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua ¶ 12 Educes de tribulatione animã meã: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniã ego seruus tuus sum.

PSAL. CXLIII. 144.

Gratiarum actio pro fœlicissimo statu regni Israelitici, sublato Saule, & domitis Palæsthinis.

¶ 1 Psalmus Dauid aduersus Goliath.

BEnedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. ¶ 2 Misericordia mea & refugium meũ: fusceptor meus, & liberator meus: Protector meus, & in ipso speraui: qui subdis populum meũ sub me. ¶ 3 Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum? ¶ 4 Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereũt. ¶ 5 Domine inclina cælos tuos, & descende: tãge mõtes, & fumigabunt. ¶ 6 Fulgura coruscatione, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos. ¶ 7 Emitte manũ tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorũ alienorum: ¶ 8 Quorũ os locutum est vanitatẽ: & dextera eorũ dextera iniquitatis. ¶ 9 Deus cãticũ nouũ cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. ¶ 10 Qui das saluté regibus: qui redemisti Dauid seruũ tuũ de gladio maligno: ¶ 11 Eripe me, & erue me de manu filiorũ alienorũ, quorũ os locutum est vanitatẽ: & dextera eorũ dextera iniquitatis: ¶ 12 Quorũ filii sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua. Filiæ eorum cõpositæ: circũornatæ vt similitudo templi. ¶ 13 Prõptuaria eorũ plena: eructantia ex hoc in illud. Oues eorũ fœtosæ, abundantes in egressibus suis: ¶ 14 Boues eorũ crassæ. Non est ruina macerix, neque transitus, neque clamor in plateis eorum. ¶ 15 Beatũ dixerunt populum cui hæc sunt: beatus populus cuius Dominus Deus eius.

PSAL. CXLIIII. 145.

Laus Dei est à virtutibus & operibus ipsius: à quo vtomnia sunt condita, ita conseruantur & gubernantur ab eo.

¶ 1 Laudatio ipsi Dauid.

EXaltabo te Deus meus Rex: & benedicã nomini tuo in seculum, & in seculũ seculi. ¶ 2 Per singulos dies benedicam tibi, & laudabo nomẽ tuũ in seculũ, & in seculum seculi. ¶ 3 Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. ¶ 4 Generatio & generatio laudabit opera tua, & potẽtiam tuam pronũtiabũt: ¶ 5 Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquẽtur, & mirabilia tua narrabunt: ¶ 6 Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt. ¶ 7 Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: & iustitia tua

exultabunt. ¶8 Misserator & misericors Dominus: patiens & multū misericors. ¶9 Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia eius. ¶10 Cōfiteantur tibi Domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi: ¶11 Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur: ¶12 Vt notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriā magnificentiæ regni tui. ¶13 Regnum tuum regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione & generatione. ¶Fidelis Dominus in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. ¶14 Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. ¶15 Oculi omnium in te sperant Domine: & tu das escam illorum in tempore opportuno. ¶16 Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. ¶17 Iustus Dominus in omnibus viis suis: & sanctus in omnibus operibus suis. ¶18 Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate. ¶19 Voluntatē timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. ¶20 Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet. ¶21 Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum, & in seculum seculi.

PSAL. CXLV. 146.

Conuenit cum psalmo 112 & 144, vt sit gratiarum actio, Saulis sublata tyrannide ac Philisthinorum. Docet interim in solo Deo spem salutis figendam.

¶1 Hallelu-ia. Aggæi & Zachariæ.

A LAuda anima mea Dominum, ¶2 Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quandiu fuero. ¶3 Nolite confidere in principibus: neque in filiis hominum, in quibus nō est salus. ¶4 Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. ¶5 Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius: ¶6 Qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum, ¶7 Facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus. Dominus soluit cōpeditos: ¶8 Dominus illuminat cæcos. ¶9 Dominus erigit elisos: Dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam susc ipiet: & vias peccatorū disperdet. ¶10 Regnabit Dominus in secula Deus tuus Sion, in generatione & generationem.

Act. 14. e. 17. Apoc. 14. b. 7.

PSAL. CXLVI. 147.

Laus Dei accommodata spei fulciendæ, quòd è Babylonia redituri sint Israelitæ in patriam.

¶Hallelu-ia.

A LAudate Dominum, quoniam bonus est psalmus Deo nostro: sit iucunda decoraque laudatio. ¶2 Ædificans Ierusalem Dominus: dispersiones Israelis congregabit. ¶3 Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum. ¶4 Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocans. ¶5 Magnus Dominus noster, & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus. ¶6 Suscipiens mansuetos Dominus: humiliians autem peccatores vsque ad terram. ¶7 Præcinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara, ¶8 Qui operit cælum nubibus, & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum, & herbam seruituti hominum. ¶9 Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorū inuocantibus eum. ¶10 Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei: ¶11 Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

viam

vocat.

*Psalmus sequens iungitur præcedenti apud Hebræos.*

PSAL. CXLVII.

Potentia verbi Dei describitur, & regnum Dei in terris.

¶Hallelu-ia.

A LAuda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion: ¶13 Quoniam confortauit seras portarum tuarū, benedixit filiis tuis in te. ¶14 Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te. ¶15 Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius. ¶16 Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerē spargit. ¶17 Mittit crystallū suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit? ¶18 Emittet verbum suū, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ. ¶19 Qui annūtiat verbum suū Iacob: iustitias & iudicia sua Israel. ¶20 Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis. Hallelu-ia.

PSAL. CXLVIII.

Is etiam Psalmus videtur accommodatus restitutioni è Babylone, siue ante captiuitatē, siue in captiuitate compositus sit. sed & veræ liberationi per Christum competit.

¶1 Hallelu-ia.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelsis. ¶2 Laudate eum omnes Angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. ¶3 Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen. ¶4 Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes quæ super cælos sunt, ¶5 Laudent nomen Domini. Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. ¶6 Statuit ea in æternum & in seculum seculi: præceptū posuit, & non præteribit. ¶7 Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi: ¶8 Ignis, grādo, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius: ¶9 Montes & omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri. ¶10 Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & volucres pennatæ: ¶11 Reges terræ, & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ: ¶12 Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus, ¶13 Laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius. Confessio eius super cælum & terrā. ¶14 Et exaltauit cornu populi sui. Hymnus omnibus sanctis eius: filiis Israel populo appropinquanti sibi. Hallelu-ia.

PSAL. CXLIX.

Deum prædicat ob liberationem Israelis, verūm vt Psalmus conueniat victoriæ Christi de vniuerso mundo: præsertim quando superatis vniuersis hostibus, in fine mundi solida pax dabitur populo sanctorum.

¶1 Hallelu-ia.

CAntate Domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum. ¶2 Lætetur Israel in eo qui fecit eum: & filiæ Sion exultent in rege suo. ¶3 Laudent nomen eius in choro, in tympano & psalterio psallant ei: ¶4 Quia beneplacitū est Domino in populo suo, & exaltauit mansuetos in salutem. ¶5 Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. ¶6 Exultationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum: ¶7 Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: ¶8 Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: ¶9 Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Hallelu-ia.

PSAL. CL.

LAus Deo ex hilari per Spiritum sanctum corde.

¶1 Hallelu-ia.

LAudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. ¶2 Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundū multitudinem magnitudinis eius. ¶3 Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara. ¶4 Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo. ¶5 Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: ¶6 Omnis spiritus laudet Dominum. Hallelu-ia.

# Liber Prouerbiorum, quē Hebræi Misle appellant.

CAP. I.

1 VIs & vsus verbi Dei. 11 Illecebris peccatorum non acquiescendum. 20 Cōqueritur sapientia se ab omnibus contemni: & exitiū contemptorum prædicit.

PARABOLÆ Salomonis filii Dauid regis Israel: ¶2 Ad sciendā sapientiam & disciplinam, ad intelligenda verba prudentiæ. ¶3 Et suscipiendā eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudiciū, & æquitatem: ¶4 Vt detur parnulis astutia, & adolescenti sciētia & intellectus. ¶5 Audiens sapiēs, sapientior erit: & intelligēs, gubernacula possidebit. ¶6 Animaduerter parabolam & interpretationem, verba sapiētum, & ænigmata eorum. ¶7 Timor Domini, principium sapientiæ. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. ¶8 Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: ¶9 Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. ¶10 Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. ¶11 Si dixerint, veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscōdamus tendiculas cōtra insontem frustra. ¶12 Deglutiamus eum sicut infernus viuentē, & integrū quasi descēdentem in lacum. ¶13 Omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spoliis. ¶14 Sortem mitte nobiscū, marsupiū vnum sit omnium nostrū. ¶15 Fili mi ne ambules cū eis, prohibe pedē tuum à semitis eorū. ¶16 Pedes enim illorū ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinē. ¶17 Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. ¶18 Ipsi quoque contra sanguinē suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas. ¶19 Sic semitæ omnis auari, animas possidētiū rapiūt. ¶20 Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocē suā: ¶21 In capite turbarū clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens. ¶22 Vsquequo parnuli diligitis infantiam, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient, & imprudentes odibunt scientiam? ¶23 Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. ¶24 Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. ¶25 Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ¶26 Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, quū vobis id quod timebatis aduenerit, ¶27 Quū irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quādo venerit super vos tribulatio & angustia. ¶28 Tunc inuocabunt me, & non exaudiā: mane cō surgent, & nō inuenient me: ¶29 Eo quōd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, ¶30 Nec acquieuerint cōsilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ. ¶31 Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque cōsiliis saturabuntur. ¶32 Auersio parnulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. ¶33 Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur, timore malorū sublato. CAP. II.

1 Monet sapientiam amplectendam, quæ timorem & scientiam Domini docet. 6 Sapientia, scientia, & intelligētia, dona Dei sunt. 10 Sapientia ab impiorū via, & scortatione liberat, & dirigit in viam Dei. 20 Piorum vita, & impiorum interitus.

FIli mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te, ¶2 Vt audiat sapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam. ¶3 Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuū prudentiæ: ¶4 Si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: ¶5 Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei inuenies. ¶6 Quia Dominus dat sapiētiam, & ex ore eius prudentia & scientia. ¶7 Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter, ¶8 Seruās semitas iustitiæ, & vias sanctorum custodiens. ¶9 Tunc intelliges iustitiam & iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam. ¶10 Si intrauerit sapientia cor tuum, & scientia animæ tuæ placuerit: ¶11 Cōsilium custodiet te, & prudentia seruabit te, ¶12 Vt eruaris à via mala, & ab homine qui peruersa loquitur, ¶13 Qui relinquunt iter rectū, & ambulant per vias tenebrosas: ¶14 Qui lætantur quum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: ¶15 Quorū viæ peruersæ sunt, & infames greſſus eorum. ¶16 Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit sermones suos, ¶17 Et relinquit ducem pubertatis suæ, & pactī Dei sui oblita est. ¶18 Inclinata est enim ad mortē domus eius, & ad inferos semitæ ipsius.

Psa.50.b.7. rom.3.b.15.

cupiunt, Esa.65.b.12. & 66.a.4. Iere.7.c.13.

¶19 Omnes qui ingrediuntur ad eam, non reuertẽtur, nec apprehẽdẽt semitas vitæ. ¶20 Vt ambules in via bona: & calles iustorum custodias. ¶21 Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt in ea. ¶22 ‖Impii verò de terra perdentur: & qui iniquè agunt, auferentur ex ea.

Iob 18.d.17.

CAP. III.

1 Verbum affert vitam. 3 Misericordia & veritas. 5 Fiducia in Deum. 7 Timor Dei. 9 Honorãdus Deus. 11 Correctio Dei cum lætitia ferenda. 13 Sapientiæ laus. 21 Sequẽtibus verbum Dei, & eius cõsiliũ, omnia prosperа pollicetur. 27 Præcepta de charitate. 31 Iniqui nõ imitãdi.

A Fili mi, ne obliuiscaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum custodiat. ¶2 ‖Longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacẽ apponent tibi. ¶3 Misericordia & veritas te non deserant, circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui: ¶4 Et inuenies gratiam & disciplinam bonam coram Deo & hominibus. ¶5 Habe fiduciã in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. ¶6 In omnibus viis tuis cogita illũ, & ipse diriget gressus tuos. ¶7 ‖Ne sis sapiẽs apud temetipsum: time Deum, & recede à malo. ¶8 Sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossiũ tuorũ. ¶9 ‖Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus: ¶10 Et implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. ¶11 ‖Disciplinã Domini, fili mi, ne abiicias: nec deficias cum ab eo corripiẽris. ¶12 Quẽ enim diligit Dominus, corripit: & quasi patẽr in filio complacet sibi. ¶13 Beatus homo qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. ¶14 Melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti, primi & purissimi fructus eius. ¶15 Pretiosior est cunctis opibus: sapiẽtia: & omnia quæ desiderantur, huic nõ valent cõparari. ¶16 Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. ¶17 Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ illius pacifice. ¶18 Lignum vitæ est his qui apprehenderint eam: & qui tenuerint eam, beati. ¶19 Dominus sapiẽtia fundauit terrã, stabiliuit cælos prudentia. ¶20 Sapientia illius eruperũt abyssi, & nubes rore cõcrescunt. ¶21 Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem meã atque consiliũ meũ: ¶22 Et erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. ¶23 Tũc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. ¶24 Si dormieris, nõ timebis: quieces, & suauis erit somnus tuus. ¶25 Ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum, ¶26 Dominus enim erit in latere tuo, & custodiet pedem tuum ne capiaris. ¶27 Noli prohibere benefacere eũ qui potest: si vales, & ipse benefac. ¶28 Nec dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi: quum statim possis dare. ¶29 Ne moliaris amico tuo malum, quum ille in te habeat fiduciã. ¶30 Ne contendas aduersus hominem frustra, quũ ipse tibi nihil mali fecerit. ¶31 Ne æmuleris hominẽ iniustum, nec imiteris vias eius: ¶32 Quia abominatio Domini est omnis illusor, & cũ simplicibus sermocinatio eius. ¶33 Egestas à Domino in domo impii: habitacula autem iustorũ benedicentur. ¶34 Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam. ¶35 Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exultatio, ignominia.

Deut. 8. a. 1, & 30. c. 16.

Rom. 12. c. 18.
* Dominum.
Tob. 4. b. 7.
Iuc. 14. c. 11.

Hebr. 12. b. 5.
apoc. 3. d. 17.

CAP. IIII.

Sapiẽtiam, eiúsque fructum, & viam quærendam docet. 14 A via impiorum declinãdum suadet. 20 De custodia verbi Dei. 23 Cor. 24 Os.

Audite filii, disciplinam patris, & attẽdite: vt sciatis prudentiam. ¶2 Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. ¶3 Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus cora matre mea: ¶4 Et docebat me, atque dicebat, Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues. ¶5 Posside sapientiam, posside prudentiam: ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei. ¶6 Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & conseruabit te. ¶7 Principium sapientiæ, posside sapiẽtiam, & in omni possessione tua acquire prudẽtiam. ¶8 Arripe illam, & exaltabit te: glorificabit te ab ea, quũ eam fueris amplexatus. ¶9 Dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te. ¶10 Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. ¶11 Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis: ¶12 Quas quũ ingressus fueris, non artabuntur gressus tui, & currẽs non habebis offendiculum. ¶13 Tene disciplinam, ne dimittas eam: custodi illam, quia ipsa est vita tua. ¶14 Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. ¶15 Fuge ab ea, nec transeas per illam: declina & deserte eam. ¶16 Non enim dormiunt nisi quum malefecerint: & nõ rapitur somnus ab eis nisi supplantauerint. ¶17 Comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. ¶18 Iustorum autem semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsque ad perfectã diem. ¶19 Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. ¶20 Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. ¶21 Ne recedãt ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui: ¶22 Vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni sanitas. ¶23 Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. ¶24 Remoue à te os prauũ, & detrahẽtia labia sint procul à te. ¶25 Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. ¶26 Dirige semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabiliẽtur. ¶27 Ne declines ad dexterã, neque ad sinistrã: auerte pedem tuũ à malo. Viæ enim quæ à dextris fũt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt quæ à sinistris sunt. Ipse autẽ rectos faciet cursus tuos, itinera autẽ tua in pace, pducet.

CAP. V.

Scortationẽ vitãdã monet. 7 Prodigalitatẽ prohibet. 16 Propriis laboribus vult nos viuere, eósque aliis impertiri. 18 Vxor diligenda.

Fili mi, attende ad sapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam: ¶2 Vt custodias cogitationes, & disciplinam labia tua conseruent. Ne intenderis fallaciæ mulieris. ¶3 Fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius. ¶4 Nouissima autẽ illius amara quasi absynthiũ, & lingua eius acuta quasi gladius biceps. ¶5 Pedes eius descẽdũt in mortem, & ad inferos gressus eius penetrãt. ¶6 Per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius & inuestigabiles. ¶7 Nunc ergo fili audi me, & ne recedas à verbis oris mei. ¶8 Longè fac ab ea viam tuam, & ne appro-

Prou. 1. d. 7.

Deut. 8. a. 1, & 30. c. 16.

* effluit prudentiam.
* argẽti, & auro primo

* tenuerit eã, beatus.

* minas

pluques foribus domus eius. ¶9 Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli. ¶10 Ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, ¶11 Et gemas in nouissimis quãdo cõsumpseris carnes tuas & corpus tuum, ¶12 Et dicas, Cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum, ¶13 Nec audiui vocem docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam? ¶14 Penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ & synagógæ. ¶15 Bibe aquã de cisterna tua, & fluenta putei tui. ¶16 Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. ¶17 Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. ¶18 Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ: ¶19 Cerua charissima, & gratissimus hinnulus. habeat eius inebrient te in omni tempore, in amore eius delectare iugiter. ¶20 Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alteri? ¶21 ‖Respicit Dominus viã hominis, & omnes gressus eius considerat. ¶22 Iniquitates suæ capiunt impiũ, & funibus peccatorum suorũ constringitur. ¶23 Ipse mortietur, quia non habuit disciplinã, & in multitudine stultitiæ suæ decipietur. CAP. VI.

Sponsoré in strulc. 6 Excitatur piger ad laborem. 12 Arguitur schismaticus, & iurgiorum author apud Deum detestabilis. 17 Oculi. Lingua. Manus. Cor. Pedes. Testis falsus. 20 Adhortatur ad contemplationem verbi Dei, quo retrahimur à scortatione. 25 Adultera fugienda. 27 Contagio mali. 30 Mœchi grauius peccant, quàm famelici fures.

Fili mi, si sponoderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum animam tuã, ¶2 Illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis sermonibus. ¶3 Fac ergo quod dico fili mi, & remetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum: ¶4 Ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. ¶5 Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis. ¶6 Vade ad formicam ô piger, & cõsidera vias eius, & disce sapientiam: ¶7 Quæ quum nõ habeat ducem, nec præceptoré, nec principem, ¶8 Parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. ¶9 Vsquequo piger dormies, quando cõsurges ẽ somno tuo? ¶10 Paululum dormies, paululum dormitabis, paululũ conseres manus tuas vt dormias: ¶11 Et veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. ¶Si verò ingeris fueris, veniet vt fõs messis tua, & egestas longe fugiet à te. ¶12 Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso. ¶13 Annuit oculis, terit pede, digito loquitur. ¶14 Prauo corde machinatur malũ, & omni tempore iurgia seminat. ¶15 Huic extemplò veniet perditio sua, & subitò cõteretur, nec habebit vltrà medicinam. ¶16 Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, ¶17 Oculos sublimes, linguam mendacẽ, Manus effundentes innoxium sanguinem, ¶18 Cor machinãs cogitationes pessimas, Pedes veloces ad currendũ in malũ, ¶19 Proferentẽ mendacia testẽ fallacẽ, Et eũ qui seminat iter fratres discordias. ¶20 Conserua fili mi, præcepta patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ. ¶21 Liga eam in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo. ¶22 Quum ambulaueris, gradiatur tecum: quũ dormieris, custodiant te, & euigilans loquere cum eis: ¶23 (Quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ,) ¶24 Vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. ¶25 Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. pretium enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri, pretiosam animã capit. ¶27 Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? ¶28 Aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? ¶29 Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mũdus quum tetigerit eam. ¶30 Non grandis est culpa quum quis furatus fuerit. furatur enim vt esurientem impleat animam. ¶31 Deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiã domus suæ tradet, & liberabit se. ¶32 Qui autem adulter est, propter cordis inopiã perdet animam suam: ¶33 Turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur. ¶34 Quia zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ, ¶35 Nec acquiescet cuiusquã precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima. CAP. VII.

Exhortatio ad sapientiã & obseruationem præceptorum. 6 Sapientiæ, verbó ve Dei adhærendũ monet, quo technas scortorũ vitemus, quas describit.

Fili mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili, honora Dominum, & valebis: præter eũ verò ne timueris alienũ. ¶2 Serua mandata mea, & viues: & legẽ meam quasi pupillã oculi tui. ¶3 Liga eam in digitis tuis, scribe illã in tabulis cordis tui. ¶4 Dic sapientiæ, soror mea es: & prudẽtiam voca amicam tuam: ¶5 Vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba sua dulcia facit. ¶6 De fenestra enim domus meæ per cãcellos prospexi iuuenẽ. ¶7 Et video paruulos, considero recordem iuuenẽ, ¶8 Qui trãsit per plateas iuxta angulum, & prope viã domus illius graditur ¶9 In obscuro, adueſperascente die, in noctis tenebris & caligine. ¶10 Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas, garrula & vaga, ¶11 Quietis impatiens, nec valens in domo cõsistere pedibus suis, ¶12 Nunc foris, nunc in plateis, nũc iuxta angulos insidiãs. ¶13 Apprehensúmque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens, ¶14 Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. ¶15 Idcirco egressa sum in occursum tuũ, desiderãs te videre, & reperi. ¶16 Intexui funibus lectulum meũ, straui tapetibus pictis ex Ægypto. ¶17 Aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamõmo. ¶18 Veni, inebriemur uberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. ¶19 Non est enim vir in domo sua, abiit via longissima. ¶20 Sacculũ pecuniæ secum tulit: in die plenæ lunæ reuertetur est in domũ suã. ¶21 Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum. ¶22 Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimã, & quasi agnus lasciuiés, & ignorãs & nescit quòd ad vincula stultus trahatur: ¶23 Donec trãsfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum, & nescit

quòd de periculo animæ ipsi⁹ agitur. ¶14 Nũc ergo fili mi, audi me, & attẽde verbis oris mei. ¶15 Ne abstrahatur in viis illius mens tua, neque decipiatis semitis eius. ¶16 Multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. ¶17 Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.

CAP. VIII.

Sapientia se ipsam commendat.

NVnquid non sapientia clamitat, & prudẽtia dat vocem suam? ¶1 In summis excelsisque verticibus supra viam, in mẽdiis semitis stans, ¶2 iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens, ¶4 O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. ¶5 Intelligite parauli astutiam, & insipientes animaduertite. ¶6 Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperiẽtur labia mea, vt recta prædicent. ¶7 Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium. ¶8 Iusti sũt omnes sermones mei, nõ est in eis prauũ quid, neque peruersum: ¶9 Recti sunt intelligẽtibus, & æqui inuenientibus scientiã. ¶10 Accipite disciplinã meam, & nõ pecuniã: doctrinã magis, quàm aurũ eligite. ¶11 Melior est enim sapientia cunctis ꝯpibus' pretiosissimis: & omne desiderabile ei non potest cõparari. ¶12 Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersũ cogitationibus. ¶13 Timor Domini odit malum: arrogãtiam, & superbiã, & viam prauã, & os bilingue detestor. ¶14 Meũ est consilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. ¶15 Per me reges regnãt, & legum cõditores iusta decernunt. ¶16 Per me principes imperant, & potẽtes decernũt iustitiam. ¶17 Ego diligẽtes me, diligo: & qui mane ᵛvigilauerint ad me, inueniẽt me. ¶18 Mecum sũt diuitiæ & gloria, opes ᵛsuperbæ & iustitia. ¶19 Melior est enim fructus meus auro & lapi de pretioso, & genimina mea argento electo. ¶20 In viis iustitiæ ᵛambulo, in medio semitarũ iudicii, ¶21 vt dité diligentes me, & thesauros eorũ repleã. ¶22 Dominus possedit me in initio viarũ suarum, antequã quicquam faceret à principio. ¶23 Ab æterno ordinata sũ, & ex antiquis antequam terra fieret. ¶24 Nondũ erant abyssi, & ego iam cõcepta eram: necdũ fõtes aquarũ eruperant. ¶25 Necdũ mõtes graui mole cõsliterant, ante ᵛomnes colles ego parturiebar: ¶26 Adhuc terram nõ fecerat, & fluminа, & cardines orbis terræ. ¶27 Quãdo præparabat cælos, aderam: quando certa lege & gyro vallabat abyssos: ¶28 Quando æthera firmabat sursum, & liberabat fontes aquarum. ¶29 Quando circũdabat mari terminũ suũ, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: quando appẽdebat fundamẽta terræ, ¶30 Cũ eo erã cuncta cõponens: & delectabar per singulos dies, ludẽs coràm eo omni tẽpore: ¶31 Et ludens in orbe terrarũ: & deliciæ meæ, esse cũ filiis hominum. ¶32 Nũc ergo filii audite me, Beati qui custodiunt vias meas. ¶33 Audite disciplinam, & estote sapiẽtes, & nolite abiicere eam. ¶34 Beatus homo qui audit me, & ᵛqui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostii mei. ¶35 Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino: qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. ᵛOmnes qui me oderunt, diligunt mortem.

CAP. IX.

Sapiẽtia omnes ad se inuitat, 10 Timor Dei. 13 Meretrix.

SApiẽtia ædificauit sibi domũ, excidit colũnas septẽ. ¶2 Immolauit victimas suas, miscuit vinũ, & proposuit mensam suã. ¶3 Misit ancillas suas vt vocarẽt ad arcẽ, & ad mœnia ciuitatis, ¶4 Si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est, ¶5 Venite, comedite panẽ meũ, & bibite vinũ quod miscui vobis. ¶6 Relinquite infantiã, & viuite, & ambulate per vias prudẽtiæ. ¶7 Qui erudit derisorẽ, ipse iniuriã sibi facit: & qui arguit impiũ, sibi maculã generat. ¶8 Noli æquere derisorẽ, ne oderit te. Argue sapientẽ, & diliget te. ¶9 Da sapiẽti occasionẽ, & addetur ei sapiẽtia. Doce iusti⁹ sapiẽtiæ, timor Domini: & scientia, sanctorũ prudẽtia. ¶10 Per me enim multiplicabũtur dies tui, & addẽtur tibi anni vitæ. ¶11 Si sapiẽs fueris, tibimetipsi eris: si autẽ illusor, solus portabis malũ. ¶13 Mulier stulta & clamosa, plenáq; ille ᵛcebrii, & nihil omnino sciẽs ¶14 Sedet in fori bus domus suæ super sellã in excelso vrbis loco. ¶15 Vt vocaret transeũtes per viã pergẽtes itinere suo, ¶16 Quis est paruulus, declinet ad me. Et vecordi locuta est, ¶17 Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. ¶18 Et ignorauit quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni cõuiuæ eius. Qui enim applicabitur illi, descendet ad inferos: nam qui absceſſerit ab ea, saluabitur.

# Parabolæ, seu Sentẽtiæ Salomonis.

CAP. X.

FIlius sapiẽs lætificat patrẽ: filius verò stultus mœstitia est matris suæ. ¶2 Nihil prodẽsũt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte. ¶3 Non affliget Dominus fame animam iusti, & insidias impiorũ subuertet. ¶4 Egestatẽ operata est manus remissa: manus autẽ fortium, diuitias parat. ¶5 Qui nititur mẽdacils, hic pascit ventos, idẽ autẽ ipse sequitur aues volãtes'. ¶5 Qui cõgregat in messe, filius sapiẽs est: qui autẽ stertit æstate, fili⁹ cõfusionis. ¶6 Benedictio ꝯ Domini' super caput iusti, os autẽ impiorũ operit iniquitas. ¶7 Memoria iusti cũ laudibus: & nomẽ impiorũ putrescet. ¶8 Sapiẽs corde præcepta suscipiet: stultus cædit labiis, ¶9 Qui ambulat simpliciter, ambulat cõfidẽter: qui autẽ depranat vias suas, manifestꝰ erit. ¶10 Qui annuit oculo, dabit dolorẽ: & stultus labiis, verberabitur. ¶11 Vena vitæ, os iusti: & os impiorum operit iniquitatẽ. ¶12 Odium suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas, ¶13 In labiis sapiẽtis inuenitur sapiẽtia: & virga in dorso eius qui indiget corde. ¶14 Sapientes absc ̃dunt scientiã: os autẽ stulti cõfusioni proximũ est. ¶15 Substãtia diuitis, vrbs fortitudinis eius: panor pauperũ, egestas eorum. ¶16 Opus iusti, ad vitã: fructꝰ autẽ impii, ad peccatũ. ¶17 Via vitæ, custodiẽti disciplinã: qui autẽ increpationes relinquit, errat. ¶18 Absc ̃dũt odiũ labia mẽdacia: qui profert cõtumeliam,

insipiens est, ¶ 19 In multiloquio non deerit peccatum: qui autē moderatur labia sua, prudentissimus est. ¶ 20 Argentū electum, lingua iusti: cor autē impiorum pro nihilo. ¶ 21 Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur. ¶ 22 Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur eis afflictio. ¶ 23 Quasi per risum stultus operatur scelus: sapientia autem est viro prudentia. ¶ 24 Quod timet impius, veniet sup eum: desideriū suum iustis dabitur. ¶ 25 Quasi tem pestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum. ¶ 26 Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum in via. ¶ 27 Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabun tur. ¶ 28 Expectatio iustorum, lætitia: spes au tem impiorum peribit. ¶ 29 Fortitudo simpli cis, via Domini: & pauor his qui operātur ma lum. ¶ 30 Iustus in æternū non cōmouebitur: impij autē non habitabūt super terrā. ¶ 31 Os iusti parturiet sapiētiā, lingua prauorū peribit. ¶ 32 Labia iusti cōsiderat placita & os impiorum peruersa. CAP. XI.

STatēra dolosa abominatio est apud Deū, & pōdus æquū voluntas eius. ¶ 2 Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autē est humilitas, ibi & sapiētia. ¶ 3 Simplicitas iusto rum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos. ¶ 4 Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. ¶ 5 Iustitia simplicis diriget viā eius: & in impietate sua corruet impius. ¶ 6 Iustitia rectorū liberabit eos: & in iniquis suis capiētur iniqui. ¶ 7 Mortuo homine impio nulla erit vl tra spes, & expectatio solicitorū perībit. ¶ 8 Iustus de angustia liberat, & tradetur impius pro eo. ¶ 9 Simulator oredecipit amicū suum: iusti autē liberabūtur scientia. ¶ 10 In bonis iustorū exaltabitur ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio. ¶ 11 Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorū subuertur. ¶ 12 Qui despicit amicū suū, indiget cor de est: vir autē prudens tacebit. ¶ 13 Qui ambu lat fraudulēter, reuelat arcana: qui autē fidelis est, celat amici cōmissū. ¶ 14 Vbi nō est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa cōsilia. ¶ 15 Affligetur malo, qui fidē facit pro extraneo: qui autē cauet laqueos, securus erit. ¶ 16 Mulier gratiosa iueniet gloriā, & robustī habebūt diuitias. ¶ 17 Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autē crudelis est, etiā ꝓpinquos abiicit. ¶ 18 Impius facit opus instabile: semināti autē iustitiam, merces fidelis. ¶ 19 Clemētia præparat vitā: & sectatio malorū mortē. ¶ 20 Abominabile Domino cor prauū, & volūtas eius in his qui simpliciter ābulāt. ¶ 21 Manus in manu non erit innocēs malus: semē autē iustorū saluabitur. ¶ 22 Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua. ¶ 23 Desideriū iustorū omne bonū est: præstolatio impiorū furor. ¶ 24 Alii diuidunt propria, & ditiores fiūt: alii rapiūt nō sua, & sēper in egestate sunt. ¶ 25 Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. ¶ 26 Qui abscondit frumēta, maledicetur in populis: benedictio autē super caput vēdētium. ¶ 27 Bene confurgit diluculo qui quærit bona: qui autē inuestigator malorum est, opprimetur ab eis.

¶ 28 Qui confidit in diuitiis suis, corruet: iusti autē quasi virens folij germinabūt. ¶ 29 Qui conturbat domū suā, possidebit ventos: & qui stulte est, seruiet sapienti. ¶ 30 Fructus iusti lignum vitæ: & qui suscipit animas, sapiens est. ¶ 31 Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? CAP. XII. 1. Petr. 4. d. 18.

QUi diligit disciplinā, diligit scientiā: qui autem odit increpationes, insipiens est. ¶ 2 Qui bonus est, hauriet sibi gratiam à Domino: qui autē cōsidit in cogitationibus suis, impiè agit. ¶ 3 Nō roborabitur homo ex impietate: & radix iustorum non cōmouebitur. ¶ 4 Mulier diligēs, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius quæ confusione res digna gerit. ¶ 5 Cogitationes iustorum, iudicia: & cōsilia impiorum, fraudulenta. ¶ 6 Verba impiorū insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos. ¶ 7 Verte impios, & non erunt: domus autē iustorum permanebit. ¶ 8 Doctrina sua nosciturvir: qui autem vanus & excors est, patebit contēptui. ¶ 9 Melior est pauper & sufficiens sibi, quam gloriosus & indigēs pane. ¶ 10 Nouit iustus iumentorū suorum animas: viscera autē impiorum crudelia. ¶ 11 Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autē sectatur otium, stultissimus est. ¶ Qui fugit vis est in vini moderationib⁹ in suis munitionibus relinquit cōmeliā. ¶ 12 Desiderium impij munimentū est peccatorū: radix autē iusto rū proficiet. ¶ 13 Propter peccata labiorū ruina proximat malo: effugit autem iustus de angustia. ¶ 14 De fructu oris sui vnusquisque replebitur bonis, & iuxta opera manuū suarum retribuetur ei. ¶ 15 Via stulti recta in oculis eius: qui autē sapiens est, audit cōsilia. ¶ 16 Fatuus statim indicat irā suā: qui autē dissimulat iniuriam, callidus est. ¶ 17 Qui quod nouit loquitur, iudex iustitiæ est: qui autem mēdax, testis est fraudulentus. ¶ 18 Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ: lingua autē sapientium, sanitas est. ¶ 19 Labiū veritatis firmum erit in perpetuū: qui autē testis est repētinus, concinnat linguā mēdacij. ¶ 20 Dolus, in corde cogitātiū mala: qui autē pacis inuent cōsilia, lequitur eos gaudiū. ¶ 21 Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: impij autem replebuntur malo. ¶ 22 Abominatio est Domino labia mendacia: qui autē fideliter agunt, placēt ei. ¶ 23 Homo versutus celat scientiam: & cor insipiētium pronocat stultitiam. ¶ 24 Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet. ¶ 25 Mœror in cor de viri humiliabit illū, & sermone bono lætificabitur. ¶ 26 Qui negligit dānū propter amicum, iustus est: iter autē impiorū decipiet eos. ¶ 27 Non inuenient fraudulentus lucrum: & substātia hominis erit auri pretium. ¶ 28 In semita iustitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem. CAP. XIII.

FIlius sapiēs, doctrina patris: qui autem illu sor est, nō audit quum arguitur. ¶ 2 De fructu oris sui homo satiabitur bonis: anima autē impiorū iniqua. ¶ 3 Qui custodit os suū, custodit animā suā: qui autē inconsideratus est ad loquēdū, sentiet mala. ¶ 4 Vult & nō vult piger: anima autē operātium impinguabitur. ¶ 5 Verbū mendax iustus detestabitur: impius

Eccli 10. d. 3[illegible]

Eccli 10. d. 3[illegible]

Prou. 22. c. 19.

Eccli 20. d. 3[illegible]

Demorationibus

Index

Prævaricatorum.

autem confundit, & confundetur. ¶6 Iustitia custodit innocētis viam: impietas autem peccatorem supplantat. ¶7 Est quasi diues, quum nihil habeat: & est quasi pauper, quū in multis diuitiis sit. ¶8 Redemptio animæ viri, diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet. ¶9 Lux iustorū lætificat: lucerna autē impiorū extinguetur. ¶10 Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia. ¶11 Substantia festinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. ¶12 Spes quæ differtur, affligit animā: lignum vitæ desiderium veniens. ¶13 Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace versabitur. ¶Animæ dolosæ errant in peccatis: iusti autem misericordes sunt & miserantur. ¶14 Lex sapiētis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. ¶15 Doctrina bona dabit gratiā: in itinere contemptorū vorago. ¶16 Astutus omnia agit cum consilio: qui autē fatuus est, aperit stultitiam. ¶17 Nuntius impii cadet in malum: legatus autē fidelis, sanitas. ¶18 Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autē acquiescit argueti, glorificabitur. ¶19 Desiderium si compleatur, delectat animam: detestātur stulti eos qui fugiunt mala. ¶20 Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorū simulis efficietur. ¶21 Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona. ¶22 Bonus relinquit hæredes filios & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris. ¶23 Multi cibi in noualibus patrū: & alliis cōgregatur absque iudicio. ¶24 Qui parcit virgæ, odit filiū suū: qui autē diligit illū, instanter erudit. ¶25 Iustus cōmedit, & replet animam suam: venter autem impiorum infa-
turabilis.

## CAP. XIIII.

SAPiens mulier ædificat domum suam: insipiens extructā quoque manibus destruet. ¶2 Ambulans recto itinere, & timēs Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via. ¶3 In ore stulti virga superbiæ: labia autē sapientū custodiūt eos. ¶4 Vbi nō sunt boues, præsepe vacuū est: vbi autē apparet plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis. ¶5 Testis fidelis nō mentietur: profert autē mendacium dolosus testis. ¶6 Quærit derisor sapientiā, & non inuenit: doctrina prudentiū facilis. ¶7 Vade cōtra virum stultū, & nescit labia prudentiæ. ¶8 Sapientia callidi, est intelligere viā suam: & prudentia stultorum errās. ¶9 Stultus illudet peccatō, & inter iustos morabitur gratia. ¶10 Cor quod nouit amaritudinē animæ suæ, in gaudio eius nō miscebitur extraneus. ¶11 Dominus impiorum delebitur: tabernacula iustorum germinabunt. ¶12 Est via quæ videtur homini iusta: nouissima autē eius deducunt ad mortē. ¶13 Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat. ¶14 Viis suis replebitur stultus, & super eū erit vir bonus. ¶15 Innocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos. Illio doloso nihil erit boni: seruo autē sapiēti prosperi erūt actus, & dirigetur via eius. ¶16 Sapiēs timet, & declinat à malo: stultus trāsilit & cōfidit. ¶17 Impatiēs operabitur stultitiā: & vir versut odiosus est. ¶18 Possidebunt paruuli stultitiā: & expectabunt astuti scientiā. ¶19 Iacebunt mali ātē bonos: & impii ātē portas iustorū. ¶20 Etiā proximo suo pauper odiosus erit: amici verō diuitum multi. ¶21 Qui despicit proximū suum, peccat: qui autē miseretur pauperis, beat erit. Qui credit in Domino, misericordiā diligit. ¶22 Errāt qui operātur malū: misericordia & veritas præparāt bona. ¶23 In omni opere bono erit abundātia: vbi autē verba sunt plurima, ibi frequēter egestas. ¶24 Corona sapiētū, diuitiæ eorū: fatuitas stultorum imprudentia. ¶25 Liberat animas testis fidelis: & profert mēdacia verū pellis. ¶26 In timore Domini fiducia fortitudinis, & filiis eius erit spes. ¶27 Timor Domini fōs vitæ, vt declinet à ruina mortis. ¶28 In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignomima principis. ¶29 Qui patiēs est, multa gubernatur: sapientia qui astē impatiēs est, exaltat stultitiā suam. ¶30 Vita carniū, sanitas cordis: putredo ossiū, inuidia. ¶31 Qui calūniatur egentē, exprobrat factori eius: honorat autē eū qui miseretur pauperis. ¶32 In malitia sua repellētur impius: sperat autē iustus in morte sua. ¶33 In corde prudētis requiescit sapientia, & in doctos quoſque eruditet. ¶34 Iustitia eleuat gētem: miseros autem facit populos peccatum. ¶35 Acceptus est regi minister intelligēs: iracundiā eius inutilis sustinebit.

## CAP. XV.

RESponsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem. ¶2 Lingua sapiētum ornat scientiā: os fatuorū ebullit stultitiā. ¶3 In omni loco oculi Domini contēplantur bonos & malos. ¶4 Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autē immoderata est, conteret spiritum. ¶5 Stultus irridet disciplinā patris sui: qui autē custodit increpationes, astutior fiet. ¶6 In abundāti iustitia virtus maxima est: cogitationes autē impiorum eradicabuntur. ¶7 Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impii conturbatio. ¶8 Labia sapiētum disseminabūt scientiā: cor stultorum dissimile erit. ¶9 Victima impiorum abominabiles Domino: vota iustorum placabilia. ¶9 Abominatio est Domino via impii: qui sequitur iustitiā, diligitur ab eo. ¶10 Doctrina mala deserētiū viā vitæ: qui inerepationes odit, morietur. ¶11 Infernus & perditio corā Domino: quāto magis corda filiorū hominū? ¶12 Nō amat pestiles eū qui se corripit, nec ad sapientes graditur. ¶13 Cor gaudēs exhilarat faciē: in mœrore animi deiicitur spiritus. ¶14 Cor sapiētis quæ tet doctrinā, & os stultorū pascitur imperitia. ¶15 Omnes dies pauperis, mali: securæ mens quasi iuge cōuiuiū. ¶16 Melius est parū cū timore Domini quām thesauri magni & insatiabiles. ¶17 Melius est vocari ad olera cū charitate: quām ad vitulū saginatū cū odio. ¶18 Vir iracūdus provocat rixas: qui patiēs est, mitigat suscitatas. ¶19 Iter impiorum quasi sepes spinarum: via iustorum absque offendiculo. ¶20 Filius sapiens lætificat patrem: & stultus homo despicit matrem suam. ¶21 Stultitia gaudium stulto: & vir prudens dirigit gressus suos. ¶22 Dissipantur cogitationes vbi non est consiliū: vbi verō sunt plures cōsiliarii, cōfirmātur. ¶23 Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus. ¶24 Semita vitæ super eruditū,

deut. 28. c. 20.

Iob 12. a. 4.

Dominum

nescito

imprudentia

verò

vt declinet de inferno nouissimo. ¶15 Domum superborũ demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ. ¶16 Abominatio Domini cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus firmabitur ab eo'. ¶17 Cõturbat domũ suã qui sectatur auaritiã: qui autẽ odit munera, viuet. ¶18 Per misericordiã & fidẽ purgãtur peccata: per timorẽ autẽ Domini declinat omnis à malo. ¶19 Mens iusti *meditabitur obediẽtiã: os impiorũ redũdat malis. ¶20 Longè est Domin' ab impijs: & orationes iustorũ exaudiet. ¶21 Lux oculorum lætificat animã: fama bona impinguat ossa. ¶22 Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientũ cõmorabitur. ¶23 Qui abiicit disciplinã, despicit animam suam: qui autẽ acquiescit increpationibus, possessor est cordis. ¶24 Timor Domini, disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

CAP. XVI.

HOminis est animam præparare, & Domini gubernare linguam. ¶1 Omnes viæ hominis patent oculis eius: spirituũ ponderator est Dominus. ¶2 Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ. ¶3 Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diẽ malum. ¶4 Abominatio Domini est omnis arrogans: etiã si manus ad manum fuerit, non est innocens. ¶5 Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est autem apud Deũ magis, quàm immolare hostias. ¶6 Misericordia & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo. ¶7 Quũ placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius cõuertet ad pacem. ¶8 Melius est parum cum iustitia, quàm multi fructus cum iniquitate. ¶9 Cor hominis disponit viã suam, sed Domini est dirigere gressus eius. ¶10 Diuinatio in labiis regis, in iudicio nõ errabit os eius. ¶11 Pondus & statera iudicia Domini sunt: & opera eius omnes lapides' seculi.' ¶12 Abominabiles regi qui agunt impietẽ: quoniam iustitia firmatur solium. ¶13 Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur, *dirigetur.' ¶14 Indignatio regis, nuntii mortis: & vir sapiens placabit eam. ¶15 In hilaritate vultus regis, vita: & clemẽtia eius quasi imber serotinus. ¶16 Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiã, quia pretiosior est argẽto. ¶17 Semita iustorũ declinat mala, custos animæ suæ seruat' vitam' suam. ¶18 Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam' exaltabitur' spiritus. ¶19 Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis. ¶20 Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino, beatus est. ¶21 Qui sapiens est corde, appellabitur prudẽs: & qui dulcis eloquio, maiora *reperiet. ¶22 Fons vitæ, eruditio possidẽtis: doctrina stultorum, fatuitas. ¶23 Cor sapiẽtis erudiet os eius, & labiis eius addet gratiã. ¶24 Fauus mellis composita verba, dulcedo animæ' sanitas ossium. ¶25 Est via quæ videtur homini recta, & *nouissima eius ducũt ad mortem. ¶26 Anima laborantis laborat sibi, quia compulit eum os suum: ¶27 Vir' infipiens' fodit malũ, & in labiis eius ignis ardescit. ¶28 Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes. ¶29 Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eũ per viã non bonam. ¶30 Qui attonitis oculis cogitat prauа, mordens labia sua' perficiet' malũ. ¶31 Corona dignitatis senectus quæ in vijs iustitiæ reperietur. ¶32 Melior est patiẽs, viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium. ¶33 Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur.

CAP. XVII.

MElior est buccella sicca cũ gaudio, quàm domus plena victimis cũ iurgio. ¶1 Seruus sapiẽs dominabitur filijs stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet. ¶2 Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus. ¶4 Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labijs mendacibus. ¶5 Qui despicit pauperẽ, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus. ¶6 Corona senũ, filii filiorũ, & gloria filiorũ, patres eorũ. ¶7 Nõ decẽt stultũ verba cõposita, nec principẽ labiũ mentiens. ¶8 Gẽma gratiffima, expectatio præstolantis: quocũque se vertit, prudenter intelligit. ¶9 Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos. ¶10 Plus proficit *correctio' apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum. ¶11 Semper iurgia quærit malus: angelus autẽ crudelis mitterur cõtra eum. ¶12 Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo cõfidenti sibi in stultitia sua. ¶13 Qui reddit mala pro bonis, non recedet malũ de domo eius. ¶14 Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit. ¶15 Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deũ. ¶16 Quid prodest stulto habere diuitias, quũ sapientiã emere non possit' Qui altam facit domũ suã, quærit ruinam: & qui exitat dicere, incidet in mala.' ¶17 Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustijs cõprobatur. ¶18 Stultus homo plaudet manibus' suis,' quũ spopõderit pro amico suo. ¶19 Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat' os suum, quærit ruinam. ¶20 Qui peruersi cordis est, non' inueniet' bonum: & qui vertit linguam, incidet in malũ. ¶21 Natus est stultus in ignominiã suam: sed nec pater in fatuo lætabitur. ¶22 Animus gaudens, ætatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa. ¶23 Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij. ¶24 In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. ¶25 Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum. ¶26 Non est bonum, damnũ inferre iusto, nec percutere principẽ qui recta iudicat. ¶27 Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus. ¶28 Stultus quoq; tacuerit, sapiẽs reputabitur: & si cõpresserit labia sua, intelligẽs. CAP. XVIII.

OCcasiones quærit qui vult recedere ab amico: omni tempore' erit exprobrabilis. ¶2 Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. ¶3 Impius quũ in profundum venerit peccatorum, contemptui sed sequitur eum ignominia & opprobrium. ¶4 Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ. ¶5 Accipere personam impii' in iudicio' non est bonum, vt declines à veritate iudicij. ¶6 Labia

*perficiẽ

A Eccli 10.d.19

5.14.d.11.

B

*correptio

7.10.d.12. rom.12.d.17. 1.pet.3.b.9. 1.thes.5.d.15. Esa.5.c.11. C

*ostiũ suum.

*inuenit

7.15.b.11.

Eccles 2.c.14. & 8.a.1.

Iacob.1.c.19.

A

stulti miscẽt se vixis, & os eius iurgia prouocat. ¶7 Os stulti contritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius. ¶8 Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa peruenient vsque ad interiora ventris. ¶9 Pigrum deiicit timor: animæ autem effœminatorum esurient. ¶9 Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera diffipantis. ¶10 Turris fortissima nomen Domini: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. ¶11 Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circundans eum. ¶11 Antequã cõteratur, exaltatur cor hominis: & antequã glorificetur, humiliatur. ¶12 Qui prius respondet quàm audiat, stultũ te esse demonstrat, & confusione dignum. ¶14 Spiritus viri sustentat imbecillitatẽ suam: spiritum verò ad iracundum facilem quis poterit sustinere? ¶15 Cor prudentis possidebit scientiã, & auris sapientium quærit doctrinã. ¶16 Donum hominis dilatat viã eius, & ante principes spatiũ ei facit. ¶17 Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit eum. ¶18 Cõtradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque diiudicat. ¶19 Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbiũ. ¶20 De fructuoris viri replebitur vẽter ei, & genimina labiorũ ipsi saturabũt eũ. ¶21 Mors & vita in manibus linguæ: qui diligunt eã, comedẽt fructus eius. ¶22 Qui inuenit mulierẽ bonã, inuenit bonũ, & hauriet iucunditatem à Domino. Qui ex pellit mulierẽ bonam, expellit bonum: qui autẽ tenet adulterã, stultus est & impius. ¶23 Cum obsecrationibus loquitur pauper, & diues effabitur rigide. ¶24 Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit quàm frater.

CAP. XIX.

MElior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm diues torquẽs labia sua, & insipiẽs. ¶2 Vbi nõ est sciẽtia, animæ nõ est bonũ: & qui festinat est pedib, offendet. ¶3 Stultitia hominis supplantat gressus eius: & cõtra Deum feruet animo suo. ¶4 Diuitiæ adduunt amicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit separãtur. ¶5 Testis falsus nõ erit impunitus: & qui mẽdacia loquitur, nõ effugiet. ¶6 Multi colũt personã potẽtis, & amici sunt donatiuũ tribuẽtis. ¶7 Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. Qui tãtùm verba sectatur, nihil habebit: ¶8 Qui autẽ possessor est mentis, diligit animã suã, & custos prudentiæ inuenietbona. ¶9 Falsus testis nõ erit impunitus: & qui loquitur mẽdacia, peribit. ¶10 Nõ decẽt stultum deliciæ, nec seruũ dominari principibus. ¶11 Doctrina viri per patientiã nosci tur, & gloria eius est, iniqua præterg redi. ¶12 Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbã, ita & hilaritas eius. ¶13 Dolor patris filii stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier. ¶14 Domus & diuitiæ dãtur à parẽtibus, à Domino autẽ propriè vxor prudẽs. ¶15 Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. ¶16 Qui custodit mãdatũ, custodit animã suã: qui autem negligit viã suã, morticabitur. ¶17 Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinẽ suã reddet ei. ¶18 Erudi filium tuũ, ne desperes: ad interfectionẽ autem eius ne ponas animã tuã. ¶19 Qui enim impatiens est, sustinebit damnum: & quum rapueris aliud apponet. ¶20 Audi cõsilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis. ¶21 Multæ cogitationes in corde viri: volũtas autẽ Domini in æternũ permanebit. ¶22 Homo indigens, misericors est: & melior est pauper iustus, quàm vir mẽdax. ¶23 Timor Domini ad vitã: & in plenitudine cõmorabitur, absque visitatione pessimi. ¶24 Abscondit piger manũ suã sub ascella, nec ad os suũ applicat eam. ¶25 Percutiẽte flagellato stultus sapiẽtior erit: si autẽ corripuerit sapiẽtẽ, intelliget sapientiã. ¶26 Qui affligit patrẽ, & fugit matrẽ, ignominiosus, & exitialis. ¶27 Nõ cessa fili audire doctrinã, nec ignores sermones scientiæ. ¶28 Testis iniquus deridet iudicium: & os impiorũ deuorat iniquitatẽ. ¶29 Parata sũt derisoribus iudicia, & malleipercutientes stultorum corporibus.

CAP. XX.

LVxuriosa res vinũ, & tumultuosa ebrietas: quicũque his delectatur, non erit sapiens. ¶1 Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui provocat eũ, peccat in animã suã. ¶2 Honor est homini qui separat se à cõtentionibus: omnes autem stulti miscẽtur cõtumeliis. ¶4 Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æstate, & nõ dabitur illi. ¶5 Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud. ¶6 Multi homines misericordes vocantur: virũ autẽ fidelem quis inuenietꝫ ¶7 Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquit. ¶8 Rex qui sedet in solio iudicii, dissipat omne malum intuitu suo. ¶9 Quis potest dicere, Mundum est cor meũ, purus sum à peccato? ¶10 Pondus & põdus, mensura & mensura, vtrunque abominabile est apud Deum. ¶11 Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera eius. ¶12 Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit vtrunque. ¶13 Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus. ¶14 Malũ est, malũ est, dicit omnis emptor: & quũ recesserit, tunc gloriabitur. ¶15 Est aurum, multitudo gemmarũ: vasa autem pretiosum labia scientiæ. ¶16 Tolle vestimentũ eius qui fideiussor extitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. ¶17 Suauis est homini panis mendacii, & postea implebitur os eius calculo. ¶18 Cogitationes consilii roborantur, & gubernaculis tractãda sunt bella. ¶19 Si qui revelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne cõmiscearis. ¶20 Qui maledicit patri suo & matri, extinguetur lumen eius in mediis tenebris. ¶21 Hæreditas ad quã festinatur in principio, in nouissimo benedictione carebit. ¶22 Ne dicas, Reddã malum pro malo: expecta Dominũ, & liberabit te. ¶23 Abominatio est apud Dominũ põdus & põdus, statera dolosa nõ est bona. ¶24 A Domino dirigũtur gressus viri: quis autẽ hominum intelligere potest viam suam? ¶25 Ruina est homini deuotare sanctos: & post vota retractare. ¶26 Dissipat impios rex sapiens, & incurvat super eos fornicẽ. ¶27 Lucerna Domini spiraculũ hominis, qui inuestigat omnia secreta vẽtris. ¶28 Misericordia & veritas custodiũt regẽ, & roboratur clementia thronus eius. ¶29 Exultatio iuuenũ, fortitudo eorũ,

& dignitas ſenũ, canities. ¶20 Liuor vulneris abſterget mala, & plagæ in ſecretioribus ventris.

CAP. XXI.

SIcut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quocũque voluerit, inclinabit illud. ¶1 Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit autẽ corda Dominus. ¶2 Facere miſericordiã & iudicium magis placet Domino, quam victimæ. ¶3 Exaltatio oculorũ eſt dilatatio cordis, lucerna impiorũ peccatũ. ¶5 Cogitationes robuſti ſemper in abũdãtia: omnis autem piger in egeſtate eſt. ¶6 Qui congregat theſauros lingua mẽdacij, vanus & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis. ¶7 Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere iudicium. ¶8 Peruerſa via viri, aliena eſt à Deo: qui autem mundus eſt, rectum opus eius. ¶9 Meliꝰ eſt ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſa, & in domo communi. ¶10 Anima impij deſiderat malum, non miſerebitur proximo ſuo. ¶11 Mulctato peſtilente ſapiẽtior erit paruulus: & ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſcientiam. ¶12 Excogitat iuſtus de domo impij, vt detrahat impios ꝰà malo. ¶13 Qui obthurat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur. ¶14 Munus abſconditũ extinguit iras: & donũ in ſinu indignationem maximã. ¶15 Gaudium iuſto eſt facere iudicium: & pauor operantibus iniquitatem. ¶16 Vir qui errauerit in via doctrinæ, in cœtu gigantum cõmorabitur. ¶17 Qui diligit epulas, in egeſtate erit: qui amat vinũ & pinguia, non ditabitur. ¶18 Pro iuſto datur impius: & pro recto iniquus. ¶19 Meliꝰ eſt habitare in terra deſerta, quàm cũ muliere rixoſa & iracunda. ¶20 Theſaurus deſiderabilis, & oleũ in habitaculo iuſti: & imprudens homo diſſipabit illud. ¶21 Qui ſequitur iuſtitiã & miſericordiã, inueniet vitã, iuſtitiã & gloriã. ¶22 Ciuitatẽ fortiũ aſcendit ſapiẽs, & deſtruxit quæ robur fiduciæ eius. ¶23 Qui cuſtodit os ſuũ, & linguã ſuã, cuſtodit ab angꝰtiis animã ſuã. ¶24 Superbus & arrogãs vocatur indoctus, qui in ira operatur ſuperbiam. ¶25 Deſideria occidunt pigrũ: noluerũt enim quicquã manus eius operari: ¶26 Tota die cõcupiſcit & deſiderat: qui autẽ iuſtus eſt, tribuet, & nõ ceſſabit. ¶27 Hoſtiæ impiorũ abominabiles, quæ offeruntur ex ſcelere. ¶28 Teſtis mendax peribit: vir obediẽs loquetur victoriam. ¶29 Vir impius procaciter obũrmat vultũ ſuum: qui autẽ rectus eſt, corrigit viam ſuam. ¶30 Non eſt ſapiẽtia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum. ¶31 Equus paratur ad diem belli: Dominus autem ſalutem tribuit.

CAP. XXII.

MElius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: ſuper argentũ & aurũ, gratia bona. ¶1 Diues & pauper obuiauerunt ſibi: vtriuſq; operator eſt Dominus. ¶3 Callidus vidit malũ, & abſcõdit ſe: innocẽs pertranſiit, & afflictus eſt dãno. ¶4 Finis modeſtiæ timor Domini, diuitiæ & gloria & vita. ¶5 Arma & gladij in via ſuperbi: cuſtos autẽ animæ ſuæ longe recedit ab eis. ¶6 Prouerbij eſt, Adoleſcẽs iuxta viã ſuã, etiã quũ ſenuerit, nõ recedet ab ea. ¶7 Diues pauperib' imperat: & qui accipit mutuũ, ſeruus eſt fœnerãtis. ¶8 Qui ſeminat iniquitatẽ, metet' mala, & virga iræ ſuæ conſummabitur. ¶9 Qui pronus eſt ad miſericordiã, benedicetur: de panib' enim ſuis dedit pauperi. ¶10 Victoriã & honorẽ acquiret qui dat munera: animã autẽ aufert accipientiũ. ¶10 Eiice deriſorẽ, & exibit cum eo iurgiũ, ceſſabitque cauſæ & cõtumeliæ. ¶11 Qui diligit cordis mũ ditiã, propter gratiã labiorũ ſuorum habebit amicũ regẽ. ¶12 Oculi Domini cuſtodiunt ſcientiã, & ſupplãtantur verba iniqui. ¶13 Dicit piger, leo eſt foris, in medio platearũ occidendus ſum. ¶14 Fouea profunda os alienæ: cui iratus eſt Dominus, incidet in eã. ¶15 Stultitia colligata eſt ĩ corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eã. ¶16 Qui calũniatur paupere, vt augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & egebit.

Fili mi, ¶17 Inclina aurẽ tuã, & audi verba ſapientiũ: appone autẽ cor tuũ ad doctrinam meã: ¶18 Quæ pulchra erit tibi cũ ſeruaueris eam in vẽtre tuo, & redundabit in labiis tuis. ¶19 Vt ſit in domino fiducia tua, vnde & oſtendã eam tibi hodie. ¶20 Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & ſcientia. ¶21 Vt oſtenderẽ tibi firmitatem & eloquia veritatis, vt reſpõdere ex his illis qui miſerunt te. ¶22 Nõ facias violentiã pauperi, quia pauper eſt: neque conteras egenũ in porta, ¶23 Quia iudicabit Dominus cauſam eius, & cõpget eos qui cõ fixerunt animã eius. ¶24 Noli eſſe amicus homini iracũdo, neque ambules cũ viro furioſo: ¶25 Ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalũ animæ tuæ. ¶26 Noli eſſe cũ his qui deſpiciunt manus ſuas, & qui vades ſe offerũt pro debitis. ¶27 Si enim nõ habes vnde reſtituas, Quid cauſæ eſt vt tollat operimẽtũ de cubili tuo? ¶28 Ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. ¶29 Vidiſti virũ ve locé in opere ſuo? coràm regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.

CAP. XXIII.

QVando ſederis vt comedas cũ principe, diligẽter attende quæ appoſita ſunt ante faciẽ tuã: ¶2 Et ſtatue cultrum in gutture tuo, ſi tamẽ habes in poteſtate animã tuã. ¶3 Ne deſideres de cibis eius, in quo eſt panis mẽdacij. ¶4 Noli laborare vt diteris: ſed prudentiæ tuæ pone modũ. ¶5 Ne erigas oculos tuos ad opes quas nõ potes habere: quia faciẽt ſibi pẽnas quaſi aquilæ, & volabũt in cæ lum. ¶6 Ne comedas cũ homine inuido, & ne deſideres cibos eius: ¶7 Quoniã in ſimilitudiné arioli & cõſectoris æſtimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mẽs eius nõ eſt tecum. ¶8 Cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros ſermones tuos. ¶9 In auribus inſipiẽtiũ ne loquaris: quia deſpiciet doctrinã eloquii tui. ¶10 Ne attingas paruulorũ terminos, & agrũ pupillorũ ne introeas: ¶11 Propinquus enim illorũ fortis eſt: & ipſe iudicabit cõtra te cauſã illorũ. ¶12 Ingrediatur ad doctrinã cor tuum, & aures tuæ ad verba ſcientiæ. ¶13 Noli ſubtrahere à puero diſciplinã: ſi enim percuſſeris eũ virga, nõ morietur. ¶14 Tu virga percuties eũ: & animã eius de inferno liberabis ¶15 Fili mi, ſi ſapiens fuerit animus tuus, gaudebit cor meũ. ¶16 Et exultabũt renes mei, quũ locuta fuerint recta labia tua. ¶17 Non æmuletur cor tuũ peccatores, ſed in timore Domini eſto tota die: ¶18 Quia habebis ſpem in nouiſſimo, & præſtolatio tua non auferetur. ¶19 Audi fili mi, & eſto ſapiens, & dirige in via

Eccli 31.c.21.

reſpondere

tuum

Eccli 30.c.20.

Pſal.36.2.10. 1.24.2.21.

animum tuum. ¶10 Noli esse in conuiuiis potatorum, nec in comessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt: ¶11 Quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio. ¶12 Audi patrē tuum qui genuit te: & ne cōtemnas quū senuerit mater tua. ¶13 Veritatem eme, & noli vendere: sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam. ¶14 Exultat gaudio pater iusti qui sapientem genuit, lætabitur in eo. ¶15 Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quæ genuit te. ¶16 Præbe fili mi cor tuū mihi, & oculi tui vias meas custodiant. ¶17 Fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena.

D ¶18 Insidiatur in via quasi latro, & quos incauto[s] inuenerit interficiet. ¶19 Cui væ cui patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorū? ¶20 Nōnne his qui commorantur in vino, & studēt calicibus epotandis? ¶21 Ne intuearis vinū quando flauescit, quum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, ¶22 Et in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffūdet. ¶23 Oculi tui videbūt extraneas, & cor tuū loquetur peruersa. ¶24 Et eris sicut dormiēs in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo. ¶25 Et dices, verberauerūt me, sed non doluit: traxerūt me, & ego non sensi. Quādo euigilabo, & ꝯsursus vina reperiam?

CAP. XXIIII.

M Æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis: ¶2 Quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorū loquuntur. ¶3 Sapientia ædificabitur domus, & prudētia robortabitur. ¶4 In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima. ¶5 Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus & validus. ¶6 Quia cum dispositione initur bellum: & erit salus vbi multa consilia sunt. ¶7 Excelsa stulto sapientia in porta non aperiet os suum. ¶8 Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur. ¶9 Cogitatio stulti peccatum est: & abominatio hominum detractor. ¶10 Si desperauerit lapsus in die angustiæ: imminuetur fortitudo tua. ¶11 Eruе eos qui ducuntur ad mortē: & qui trahūtur ad interitū liberare ne cesses. ¶12 Si dixeris, Vires nō suppetunt: qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetq; homini iuxta opera sua. ¶13 Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauum dulcissimum gutturi tuo: ¶14 Sic & doctrina sapientiæ, animæ tuæ: quam quum inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua nō peribit. ¶15 Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti, neq; vastes requiem eius. ¶16 Septies enim in die cadet iustus, & resurget: impii autem corruent in malum. ¶17 Quum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum. ¶18 Ne forte videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suā.

E ¶19 Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios, ¶20 Quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur. ¶21 Time Dominum fili mi, & regem: & quum detractoribus non commiscearis: ¶22 Quoniā repente consurget perditio eorum: & ruinam vtrūque quis nouit?

¶23 Hæc quoque sapientibus, Cognoscere personā in iudicio, nō est bonū. ¶24 Qui dicit impio, Iustus es: maledicet eis populi, & detestabuntur eos tribus. ¶25 Qui arguunt eum, laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio. ¶26 Labia deosculabitur, qui recta verba respōdet. ¶27 Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuū, & postea ædifices domum tuam. ¶28 Ne fis testis frustra contra proximū tuū, nec laçtes quenquā labiis tuis. ¶29 Ne dicas, Quo modo fecit mihi, sic faciam ei: & reddā vnicuique secūdum opus suū. ¶30 Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti: ¶31 Et ecce totū repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & macella lapidum destructa erat. ¶32 Quod quum vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinā. ¶33 Paululum dormies, paululum manus conseres, vt quiescas? ¶34 Et veniet tibi quasi cursor egestas tua, & mēdicitas quasi vir armatus. CAP. XXV.

¶1 Hæ quoque parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda.

2 Gloria Dei est celare verbū, & gloria regum inuestigare sermonem. ¶3 Cælum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile. ¶4 Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. ¶5 Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. ¶6 Ne gloriosus appareas corā rege, & in loco magnorū ne steteris: ¶7 Melius est enim vt dicatur tibi, Ascende huc: quām vt humilieris coram principe, quem viderunt oculi tui. ¶8 Ne proferas in iurgio citō: ne postea emendare non possis, quum dehoneste aueris amicum tuum. ¶9 Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles: ¶10 Ne forte insultet tibi quum audierit, & exprobrare non cesset. Gratia & amicitia liberant, quas tibi seruа, ne exprobrabilis fias.

¶11 Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo. ¶12 Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem. ¶13 Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam ipsius requiescere facit. ¶14 Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir gloriosus, & promissa non compliens. ¶15 Patientia lenietur princeps: & lingua mollis confringet duritiam. ¶16 Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud. ¶17 Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te. ¶18 Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium. ¶19 Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die ægustiæ. ¶20 Et amictus pallium in die frigoris, acetum in nitro, & qui cantat carmina cordi pessimo. Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi. ¶21 Si esurierit inimicus tu[us], ciba illum: si[ti]t, da ei aquā bibere: ¶22 Prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. ¶23 Ventus Aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguam detrahētem.

bb.ii.

Psal. 36. a. 1. & 72. b. 17.

Psal. 82. a. 4.

¶14 ‖Mell'est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & indomo communi. ¶15 Aqua frigida animæ sitiẽti, & nuntius bonus de terra lõginqua. ¶16 Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadẽs corã impio. ¶17 ‖Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. ¶18 Sicut vbi patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum:

CAP. XXVI.

QVomodo nix in æstate, & pluuiæ i messe: sic indecens est stulto gloria. ¶2 Sicut auis ad 'altu' transuolans, & passer quò libet vadens: sic maledictum frustra prolatum in quẽpiam superueniet. ¶3 Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentiũ. ¶4 Ne respõdeas stulto iuxta stultitiã suam, ne efficiaris ei similis. ¶5 Respõde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. ¶6 Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntiũ stultum. ¶7 Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecès est in ore stultorũ parabola. ¶8 Sicut qui mittit lapidem in acerui Mercurii: ita qui tribuit insipienti honorẽ. ¶9 Quomodo ũ spina nascatur in manu temulẽti, sic parabola in ore stultorũ. ¶10 Iudiciũ determinat causas: & qui imponit stulto silentiũ, iras mitigat. ¶11 ‖Sicut canis qui reuertitur ad vomitũ suum, sic imprudẽs qui iterat stultitiam suam. ¶12 Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spẽ habebit insipiens. ¶13 Dicit piger, leo est in via, & leæna in itineribus. ¶14 Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger, in lectulo suo. ¶15 ‖Abscondit piger manus sub ascella sua, & laborat si ad os suũ eas conuerterit. ¶16 Sapientior sibi 'stultus' videtur septẽ viris loquentibus sententias. ¶17 Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit 'de' impatiẽs, & cõmiscetur rixæ alterius. ¶18 Sicut noxius est qui mittit sagittas, & lanceas in morte: ¶19 Ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: & quum fuerit deprehensus dicet, Ludens feci. ¶20 Quum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto iurgia conquiescunt. ¶21 ‖Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: sic homo iracũdus suscitat rixas. ¶22 Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa peruenisunt ad intima 'cordis'. ¶23 Quomodo si argento fordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo cor de soclata. ¶24 Labiis suis intelligitur inimicus, quũ in corde tractauerit dolos. ¶25 Quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septẽ nequitiæ sunt in corde illius. ¶26 Qui operit odiũ fraudulẽter, reuelabitur malitia eius in conſilio. ¶27 ‖Qui fodit foueã, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. ¶28 Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas.

CAP. XXVII.

NE glorieris in crastinum, ignorans quid superuentura pariat dies. ¶2 Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. ¶3 ‖Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. ¶4 Ira non habet misericordiam, nec cruentus furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? ¶5 Melior est manifesta 'correctio' quàm amor absconditus. ¶6 Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. ¶7 Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarũ pro dulci sumet. ¶8 Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum suum. ¶9 Vnguento & variis odoribus delectatur cor: & bonis amici cõsiliis anima dulcoratur. ¶10 Amicũ tuum, & amicum patris tui ne dimiseris: & domũ fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Melior est vicinus iuxta, quàm frater procul. ¶11 Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meũ: vt possim exprobranti respondere sermonem. ¶12 Astutus videns malum, absconditus est, parauli transeuntes sustinuerunt dispendia. ¶13 ‖Tolle vestimentũ eius qui spopondit pro extraneo, & pro alienis autẽ ei pignus. ¶14 Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit. ¶15 Tecta perstillãtia in die frigoris, & litigiosa mulier cõparantur: ¶16 Qui retinet eã, quasi qui ventum teneat, & oleum dexteræ suæ 'tua' cuat. ¶17 Ferrũ ferro exacuitur, & homo exacuit faciẽm amici sui. ¶18 Qui seruat ficum, comedet fructus eius: & qui custos est domini sui, glorificabitur. ¶19 ‖Quomodo in aquis respondẽt vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. ¶20 Infernus & perditio nunquam implentur, ‖similiter & oculi hominum insatiabiles. ¶21 Quomodo probatur in conflatorio argentũ, & in fornace aurũ: sic probatur homo ore laudãtis. 'Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam'. ¶22 Si contuderis stultum in pila, quasi prisanas feriente dẽsuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. ¶23 Diligẽter agnosce vultũ pecoris tui, tuósque greges considera. ¶24 Non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur 'tibi' in generatione & generationem. ¶25 Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de montibus. ¶26 ‖Agni sunt ad vestimentum tuum: & hœdi, 'ad' agri pretium. ¶27 Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ. & ad victum ancillis tuis.

CAP. XXVIII.

FVgit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. ¶2 Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit. ¶3 Vir pauper calumniãs pauperes, similis est imbri vehementi in quo paratur fames. ¶4 Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succẽduntur contra eũ. ¶5 Viri mali non cogitant iudicium: qui autẽ inquirunt Dominum, animaduertunt omnia. ¶6 ‖Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm dites in prauis itineribus. ¶7 Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum. ¶8 Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. ¶9 Qui declinat aures suas ne audiat legem: oratio eius erit execrabilis. ¶10 Qui decipit in itinere via mala, in interitu suo corruet, & sim-

correptio

Iob 6.b.6.

B

C

vocet.

Cor.1.d.18

D

Eccli 14.b.9.

Tim.6.b.5.

A

B

plices possidebunt bona eius. ¶ 21 Sapiens sibi videtur vir dives: pauper autem prudens scrutabitur eum. ¶ 22 In exultatione iustorum multa gloria est: regnantibus impiis ruinæ hominum. ¶ 23 Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. ¶ 24 Beatus homo qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum. ¶ 25 Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem. ¶ 26 Dux indigens prudentia, multos opprimet per calumniam: qui autē odit auaritiam, longi nent dies eius. ¶ 27 Homicidæ qui calumniatur animæ sanguinē sū vsq; ad lacum fugerit, nemo sustinet. ¶ 28 Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruerſis gradi-
Eccli 10.d.30. tur viis, concidet semel. ¶ 29 ‖ Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autē sectatur otium, replebitur egestate. ¶ 30 Vir fidelis multum laudabitur: ‖ qui autem festinat
Eccli 33.b.m. ditari, non erit innocens. ¶ 31 Qui cognoscit in iudicio faciem, nō benefacit, iste & pro buccel-
D la panis deserit veritatem. ¶ 32 Vir qui festinat ditari, & aliis inuidet, ignorat quōd egestas superuenturus sit ei. ¶ 33 Qui corripit hominem, gratiam postea inuenies apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit.
¶ 34 Qui subtrahit aliquid à patre suo, 'vel' à matre, & dicit hoc nō esse peccatū: particeps homicidæ est. ¶ 35 Qui se iactat & dilatat, iurgia cōcitat: qui verò sperat in Domino, 'saluabitur.' ¶ 36 Qui cōfidit in corde suo, stultus est: qui autē graditur sapienter, ipse 'laudabitur.'
¶ 37 Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecātem, sustinebit penuriam. ¶ 38 Quō surrexerint impii, abscondentur homines: quō illi perierint, multiplicabuntur iusti.

CAP. XXIX.

VIro qui corripiētem dura ceruice contēnit, repentinus ei superueniet interitus: & eum sanitas non 'sequetur.' ¶ 2 In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus: quum impii sumpserint principatum, gemet populus.
¶ 3 Vir qui amat sapientiam, lætificat patrem suum: ‖ qui autem nutrit 'scortum,' perdet substantiam. ¶ 4 Rex iustus exigit terram, vir autem rus destruet eam. ¶ 5 Homo qui blandis fictisq; sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius. ¶ 6 Peccantem virum 'iniquum inuoluet laqueus, & iustus 'laudabitur' atque gaudebit. ¶ 7 Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam. ¶ 8 Homines pestilentes dissipant ciuitatem, sapientes verò auertunt furorem. ¶ 9 Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. ¶ 10 Viri sanguinū oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius.
¶ 11 Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterum. ¶ 12 Princeps qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habet impios. ¶ 13 Pauper & creditor obuiauerūt sibi: vtriusque illuminator est Dominus. ¶ 14 Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.
¶ 15 Virga atque 'correctio' tribuit sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam. ¶ 16 In multiplicatione impiorū multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbunt. ¶ 17 Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ.
¶ 18 Quō prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui verò custodit legē, beatus est. ¶ 19 Seruus verbis non potest erudiri: quia quod dicit intelligit, & respondere contemnit. ¶ 20 Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis sperāda est, quàm illius 'correctio.'
¶ 21 Qui delicatē à puericia 'suā' nutrit seruū suum, postea sentiet eū contumacem. ¶ 22 Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuior.
¶ 23 ‖ Superbū sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. ¶ 24 Qui cum fure 'participat,' odit animam suam: adiurantem audit, & non indicat. ¶ 25 Qui timet hominem, citò corruet: qui sperat in Domino, subleuabitur. ¶ 26 Multi requirunt faciem principis, & iudicium à Domino egreditur singulorum.
¶ 27 Abominantur iusti virum impiū: & abominantur impii eos qui 'in' recta, sunt via.

'Verbū custodiens filius,' extra perditionem erit.

CAP. XXX.

¶ Verba Congregantis filii Vomendi.

VIro quam locutus est Vir Cum quo est Deus, & qui Deo secum morante Dō fortatus, ait, ¶ 2 Stultissimus sum virorum, & sapientia hominū non est mecum. ¶ 3 Non didici sapientiam, & noui scientiam sanctorū.
¶ 4 Quis ascendit in cælum, atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligauit aquas quasi in vestimento? quis suscitauit omnes terminos terræ? quod nomen est eius, & quod nomen filii eius, si nosti?
¶ 5 ‖ Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est omnibus 'sperantibus in se.' ¶ 6 ‖ Ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisque mēdax. ¶ 7 Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar, ¶ 8 Vanitatem, & verba mendacia longè fac à me: Mendicitatē, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantūm victui meo necessaria: ¶ 9 Ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomē Dei mei.
¶ 10 Ne accuses seruū ad dominū suū: ne forte maledicat tibi, & corruas. ¶ 11 Generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit. ¶ 12 Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis. ¶ 13 Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ. ¶ 14 Generatio quæ pro dētibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. ¶ 15 Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, Affer. Affer. Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nūquam dicit sufficit, ¶ 16 Infernus: & Os vulvæ: & Terra quæ non satiatur aqua: Ignis verò nunquam dicit sufficit. ¶ 17 Oculum qui subsannat patrē, & qui despicit partum matris suæ, 'suffodiant' eum corui de torrentibus, & comedant eum 'filiæ' aquilæ. ¶ 18 Tria sunt difficilia mihi, & quartū penitus ignoro, ¶ 19 Viam aquilæ in cælo, viā colubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam virī in 'adolescentia.' ¶ 20 Talis est & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit, Non sum operata malum. ¶ 21 Per tria mouetur terra, & quæ tum

'quod' non poteſt ſuſtinere, ¶12 Per ſeruum quum regnauerit: Per ſtultum quum ſaturatus fuerit cibo: &' ¶13 Per odioſam mulierem quum matrimonio fuerit aſſumpta: & Per ancillã quũ fuerit hæres dominæ ſuæ. ¶14 Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus: ¶15 Formicæ populus infirmus, 'qui præparat' in meſſe cibum 'ſibi:' ¶16 Lepuſculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile ſuum: ¶17 Regem locuſta non habet, & egreditur vniuerſa per turmas ſuas: ¶18 Stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. ¶19 Tria ſunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit fœliciter: ¶20 Leo fortiſſimus beſtiarũ, ad nullí' pauebit occurſum: ¶21 Gallus ſuccinctus lũbos' ſuos,' & Aries. Nec eſt rex qui reſiſtat ei. ¶22 Et qui ſtultus 'apparuerit' poſtquam elenatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet, ori ſuo impoſuiſſet manũ. ¶23 Qui autem fortiter premit hubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit ſanguinem: & qui prouocat iras, producit diſcordias.

CAP. XXXI.

¶1 Verba Lamuelis regis. Viſio qua erudiuit eum mater ſua.

2 Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, dilecte votorum meorũ? ¶3 Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam, &' diuitias' tuas ad delendos reges. ¶4 Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinũ: quia nullũ ſecretum eſt vbi regnat ebrietas. ¶5 Ne forte bibant, & obliuiſcantur iudiciorum, & mutent cauſam filiorũ pauperis. ¶6 Date ſiceră mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt animo: ¶7 Bibant, & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recordentur amplius. ¶8 Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt: ¶9 Aperi os tuum, decerne quod iuſtũ eſt, & 'vindica' inopẽ & pauperẽ. ¶10 Mulierem forté quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium eius. ¶11 Confidit in ea cor viri ſui, & ſpoliis nõ indigebit. ¶12 Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ ſuæ. ¶13 Quæſiuit lanam & linum, & operata eſt cõſilio manuum ſuarũ. ¶14 Facta eſt quaſi nauis inſtitoris delonge portans panem ſuum. ¶15 Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. ¶16 Conſiderauit agrum, & emit eum, de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. ¶17 Accinxit fortitudine lũbos ſuos, & roborauit brachium ſuum. ¶18 Guſtauit & vidit' quia bona eſt negotiatio eius, nõ extinguetur in nocte lucerna eius. ¶19 Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti eius apprehenderũt fuſum. ¶20 Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem. ¶21 Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis; omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. ¶22 Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentũ eius. ¶23 Nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ. ¶24 Sindonem fecit & vendidit, & cingulũ tradidit Chanaanæo. ¶25 Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouiſſimo. ¶26 Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius. ¶27 Conſiderauit 'ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit. ¶28 Surrexerunt filii eí', & beatiſſimã prædicauerunt: vir eius, & laudauit eam. ¶29 Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas. ¶30 Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum, ipſa laudabitur. ¶31 Date ei de fructu manuum ſuarum, & laudent eam in portis opera eius.

*Conſiderat

# Eccleſiaſtes, qui ab Hebræis Coheleth appellatur.

CAP. I.

¶Omnia vanitas. ¶3 Inueſtigatio rerũ vana. Erba Eccleſiaſtæ filii Dauid regis Ieruſalem. ¶4 Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes: vanitas vanitatum 'dixit' omnia vanitas. ¶5 Quid habet amplius homo de vniuerſo labore ſuo quo laborat ſub ſole? ¶6 Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autẽ in æternũ ſtat. ¶7 Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur: ibique renaſcens, ¶8 Gyrat per Meridiẽ, & flectitur ad Aquilonem: luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.

¶9 Omnia flumina intrant in mare, & mare non redũdat: ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterũm fluant. ¶10 Cunctæ res difficiles: non poteſt eas homo explicare ſermone. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur. ¶11 Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt. ¶12 Nihil ſub ſole nouum, nec valet quiſquam dicere, Ecce, hoc recens eſt. iã̃ enim præceſſit in ſeculis quæ fuerunt ante nos. ¶13 Non eſt priorum memoria: ſed nec eorum quidem quæ poſtea futura ſunt, erit recordatio apud eos qui futuri ſunt in nouiſſimo. ¶14 Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſrael in Ieruſalẽ, ¶15 Et propoſui in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub ſole. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea. ¶16 Vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas, & afflictio ſpiritũ. ¶17 Peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorũ infinitus eſt numerus. ¶18 Loquutus ſum in corde meo, dicens, Ecce magnus effectus ſum, & præceſſi omnes ſapientia, qui fuerunt ante me in Ieruſalem, & mens mea cõtemplata eſt multa ſapiẽter, & didici. ¶19 Dedique cor meũ vt ſcirem prudentiam atque doctrinam, erroreſque & ſtultitiã: & agnoui quòd in his quoque eſſet labor, & afflictio ſpiritus: ¶20 Eo quòd in multa ſapiẽtia, multa ſit indignatio: & qui addit ſcientiam, addit &' laborem.'

*dolorem

CAP. II.

1 Dixi' ergo' in corde meo, vadam, & affluã deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoq; eſſet' vanitas. ¶2 Riſũ reputaui errore: &

gaudio dixi, Quid fruſtrà deciperis? ¶ 2 Cogitaui in corde meo abſtrahere à vino carnem meã, vt animum meum tráſferrẽ ad ſapientiã, deuitarẽque ſtultitiam, donec viderem quid
a quod eſſet vtile filiis hominum, quo facto opus eſt ſub ſole numero dierum vitæ ſuæ. ¶ 4 Magnificaui opera mea, ^ & ædificaui mihi domos,
b pomaria & plãtaui vineas. ¶ 5 Feci hortos & pomæria, & cõſeui ea cũcti generis arboribus. ¶ 6 Et extruxi mihi piſcinas aquarũ, vt irrigaré ſyluã
c lignorũ germinãtium. ¶ 7 Poſſedi ſeruos & ancillas, multamque familiã habui: armẽta quoque & magnos ouium greges vltrà omnes qui fuerũt ante me in Ieruſalẽ. ¶ 8 Congeſſi mihi argẽtum & aurum, & ſubſtantias regum & prouinciarũ. Feci mihi cãtores, & cãtatrices,
d vrceos & delicias filiorũ hominũ, ſcyphos, & vrceolos in miniſterio ad vina fundenda. ¶ 9 Et ſupergreſſus ſũ opibus omnes qui ante me fuerunt in Ieruſalem. Sapientia quoque perſeuerauit mecũ. ¶ 10 Et omnia quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meũ quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his quæ præparaueram: & hãc ratus ſum partem meam, ſi vterer labore meo. ¶ 11 Quúmque me conuertiſſem ad vniuerſa opera quæ fecerãt manus meæ, & ad labores in quibus fruſtrà ſudauerã, vidi in omnibus vanitatẽ & afflictiõné animi, & nihil permanere ſub ſole. ¶ 12 Trãſiui ad cõtemplandã ſapiẽtiã, errorẽſque & ſtultitiã (quid eſt, inquã, homo vt ſequi poſſit regem factorem ſuum?) ¶ 13 Et vidi quòd tantum præcederet ſapientia ſtultitiam, quãtum differt lux à tenebris. ¶ 14 ||Sapient. 2. a. 1. prou. 17. d. 24 pient. s oculi in capite eius: ſtultus in tenebris ambulat. Et didici quòd vnus vtriuſque eſſet interitus. ¶ 15 Et dixi in corde meo, & vnus & ſtulti & meus occaſus erit: quid mihi prodeſt quòd maiorem ſapiẽtiæ dedi operã? Locutúſque cum mente mea, animaduerti quòd hoc quoq; eſſet vanitas. ¶ 16 Non enim erit memoria ſapientis ſimiliter vt ſtulti in perpetuũ, & futura tempora obliuione cuncta pariter operient: moritur doctus ſimiliter vt indoctus.

¶ 17 Et idcirco tæduit me vitæ meæ videntem mala vniuerſa eſſe ſub ſole, & cuncta vanitatem & afflictionem ſpiritus. ¶ 18 Rurſus deteſtatus ſum omnẽ induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboraui, habiturus hæredẽ poſt me, ¶ 19 Quem ignoro vtrum ſapiẽs an ſtultus futurus ſit: & dominabitur in laboribus meis quibus deſudaui & ſolicitus fui. & eſt quicquã tam vanum? ¶ 20 Vnde ceſſaui, renuntiauitque cor meũ vltrà laborare ſub ſole. ¶ 21 Nã quum alius laboret in ſapientia & doctrina & ſolicitudine, homini otioſo quæſita dimittit. & hoc quoq; vanitas & magnũ malũ. ¶ 22 Quid enim proderit homini de vniuerſo labore ſuo & afflictione ſpiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt? ¶ 23 Cunctí dies eius doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mẽte requieſcit. & hoc nõne vanitas eſt? ¶ 24 Nõne melius eſt comedere, & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? & hoc de manu Dei eſt. ¶ 25 Quis ita deuorabit, & delicijs affluet vt ego? ¶ 26 Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus ſapiẽtiã & ſcientiã, & intelligẽtiã: peccatori autẽ dedit afflictionẽ & curã ſuperfluã, vt addat & congreget, & tradat ei qui placuit Deo. ſed & hoc vanitas eſt & caſſa ſolicitudo mentis.

## CAP. III.

Omnia ſuo prouenient tempore, atque tranſeunt.

OMnia tempus habent, & ſuis ſpatijs tranſeunt vniuerſa ſub cælo. ¶ 2 Tempus naſcendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus euellendi quod plantatum eſt. ¶ 3 Tempus occidendi, & tempus ſanãdi. Tempus deſtruẽdi, & tempus ædificãdi. ¶ 4 Tẽpus flendi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus ſaltandi. ¶ 5 Tempus ſpargendi lapides, & tẽpus colligendi. Tempus amplexandi, & tempus lõge fieri ab amplexibus. ¶ 6 Tẽpus acquirendi, & tempus perdendi. Tẽpus cuſtodiendi, & tempus abiiciẽdi. ¶ 7 Tẽpus ſcindendi, & tempus conſuendi. Tempus tacendi, & tempus loquendi. ¶ 8 Tempus dilectionis, & tempus odii. Tempus belli, & tempus pacis. ¶ 9 Quid habet amplius homo de labore ſuo? ¶ 10 Vidi afflictionem quam dedit Deus filijs hominum, vt diſtendantur in ea. ¶ 11 Cuncta fecit bona in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus eſt Deus ab initio vſque ad finem. ¶ 12 Et cognoui quòd non eſſet melius niſi lætari, & facere bene in vita ſua. ¶ 13 Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonum de labore ſuo, hoc donum Dei eſt. ¶ 14 Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus, perſeuerent in perpetuũ. non poſſumus eis quicquã addere, nec auferre, quæ fecit Deꝰ vt timeatur. ¶ 15 Quod factum eſt, ipſum permanet: quæ futura ſunt, iam fuerunt: & Deus inſtaurat quod abiit. ¶ 16 Vidi ſub ſole in loco iudicij impietatẽ, & in loco iuſtitiæ iniquitatẽ. ¶ 17 Et dixi in corde meo, iuſtũ & impiũ iudicabit Deus, & tẽpꝰ omnis rei tũc erit. ¶ 18 Dixi in corde meo de filijs hominũ, vt probaret eos Deꝰ, & oſtẽderet ſimiles eſſe beſtijs. ¶ 19 Idcirco vnus interitus eſt hominis & iumẽtorũ, & æqua vtriuſque conditio. ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur. ſimiliter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. cuncta ſublacẽt vanitati. ¶ 20 Et omnia pergũt ad vnum locũ: de terra facta ſunt, & in terram pariter reuertuntur. ¶ 21 Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus iumẽtorũ deſcẽdat deorſum? ¶ 22 Et deprehẽdi nihil eſſe melius quàm lætari hominem in opere ſuo, & hanc eſſe partem illius. Quis enim eũ adducet, vt poſt ſe futura cognoſcat?

## CAP. IIII.

Calumniæ innocentium. 4 Labores hominum ſuperflui. 7 Solitarii moleſtia vana. 17 Obedientia, victimæ præferenda.

VErti me ad alia, & vidi calũnias quæ ſub ſole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem conſolatorem: nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum auxilio deſtitutos. ¶ 1 Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes: ¶ 3 Et fœlicioremque vtroque iudicaui qui necdum natus eſt, nec vidit mala quæ ſub ſole fiunt. ¶ 4 Rurſum contemplatus ſum omnes labores hominũ, & induſtrias animaduerti patére inuidiæ proximi. & in hoc ergo vanitas, & cura ſuperflua eſt. ¶ 5 Stultus cõplicat

manus suas, & comedit carnes suas, dicens, ¶6 Melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraq; manus cū labore, & afflictione animi. ¶7 Conuersus reperi & aliam vanitatem sub sole. ¶8 Vnus est, & secundū non habet, nō filium, nō fratrē, & tamē laborare non cessat, nec satiātur oculi eius diuitiis. nec recogitat, dicēs, Cui laboro, & fraudo animā meā bonis? in hoc quoque vanitas est, & afflictio pessima. ¶9 Melius est ergo duos esse simul, quàm vnū: habēt enim emolumētū societatis suæ. ¶10 Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. væ soli: quia quū ceciderit, non habet subleuātem se. ¶11 Et si dormierint duo, fouebuntur mutuō: vnus quomodo calefiet? ¶12 Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo ꝓ resistunt ei: funiculus triplex difficile rumpitur. ¶13 Melior est puer pauper & sapiēs, rege sene & stulto, qui nescit præuidere in posterū. ¶14 Quòd de carcere, catenisque interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno, inopia consūmatur. ¶15 Vidi cunctos viuētes qui ambulant sub sole cū adolescente secundo qui cōsurget pro eo. ¶16 Infinitus numerus est populi omnū qui fuerunt ante eum: & qui postea futuri sunt, nō lætabūtur in eo. sed & hoc vanitas & afflictio spiritus. ¶17 Custodi pedē tuū ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. Multo enim melior est obedientia, quàm stultorū victimæ, qui nesciūt quid faciunt mali.

CAP. V.

Non temerè apud Deū pronuntiandum. 3 Votū. 5 Dei prouidentia non neganda. 7 Nō mirandum de egenorū oppressione. 9 Auarus. 11 Securitas laborantis. 12 Molestia diuitis.

NE temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Deus enim in cælo, & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui. ¶1 Multas curas sequuntur somnia, & in multis sermonibus inuenietur stultitia. ¶3 Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. displicet enim ei infidelis & stulta promissio. sed quodcunque voueris redde. ¶4 Multòque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. ¶5 Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam. neque dicas coram Angelo, Non est prouidentia: ne fortè iratus Deus contra sermones tuos, dissipet cuncta opera manuum tuarum. ¶6 Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri: tu verò Deū time. ¶7 Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, nō mireris super hoc negotio: quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminētiores sunt alii, ¶8 Et insuper vniuersæ terræ rex imperat seruiēti. ¶9 Auarus nō implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructū non capiet ex eis. & hoc ergo vanitas. ¶10 Vbi multæ sūt opes, multi & qui comedūt eas. Et quid prodest possessori, nisi quòd cernit diuitias oculis suis? ¶11 Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat: saturitas autē diuitis nō sinit eū dormire. ¶12 Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. ¶13 Pereunt enim in afflictione pessima, generauit filium, qui in summa egestate erit. ¶14 Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. ¶15 Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventum? ¶16 Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærūna atque tristitia. ¶17 Hoc itaque visum est mihi bonum vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo quo laborauit ipse sub sole numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus, & hæc est pars illius. ¶18 Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atque substātiam, potestatēmque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donum Dei. ¶19 Non enim satis recordabitur dierum vitæ suæ, eo quòd Deus occupet delicijs cor eius.

CAP. VI.

Auari diuitis calamitas.

EST & aliud malum quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines. ¶1 Vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, & miseria magna est. ¶3 Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis substantiæ suæ, sepulturaque careat: de hoc ego pronūtio quòd melior illo sit abortiō. ¶4 Frustra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. ¶5 Non vidit solem, neque cognouit distantiam boni & mali: ¶6 etiam si duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis: nōnne ad vnū locum properāt omnia? ¶7 Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur. ¶8 Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi est vitæ? ¶9 Melius est videre quod cupias, quàm desiderare quod nescias. sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus. ¶10 Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius: & scitur quòd homo sit, & non possit contra fortiorē se in iudicio cōtendere. ¶11 Verba sunt plurima, multāmque in disputando habentia vanitatem.

CAP. VII.

Viribus suis maiora non quærenda. 3 Quæ inter multa magis eligēda sint. 11 Ira vitanda. 12 Nemo à peccato purus. 17 Amara mulier sola Dei gratia vitatur.

QVid necesse est homini maiora se quærere, quū ignoret quid conducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ, & tempore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eū futurū sub sole sit? ¶2 Melius est nomē bonū, quàm vnguenta pretiosa: & dies mortis die nā tiuitatis. ¶3 Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domū conuiuii: in illa enim finis cūctorum admonetur hominum, & viuens, homo cogitat quid futurum sit. ¶4 Melior est ira risu: quia per tristitiā vultus, corrigitur animus delinquentis. ¶5 Cor sapientū vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. ¶6 Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi. ¶7 Quia sicut sonitus spinæ

Iob 1.d.21.
1.Tim.6.b.7.

Psalm.

futurum

Prouer.27.a.1

rum ardentium sub olla, sic risus stulti. sed & hoc vanitas. ¶8 Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius. ¶9 Melior est finis orationis, quàm principium. Melior est patiens arrogante. ¶10 Ne sis velox ad iracundū: quia ira in sinu stulti requiescit. ¶11 Ne dicas, Quid putas causæ est quòd priora tempora meliora fuere quàm nunc sunt? stulta enim est huiusce modi interrogatio. ¶12 Utilor est sapientia cum diuitiis, & magis prodest videntibus solē. ¶13 Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quòd vitam tribuunt possessori suo. ¶14 Considera opera Dei, quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit.

¶15 In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. sicut enim hāc, sic & illā fecit Deus, vt non inueniat homo contra eum iustas querimonias. ¶16 Hæc quoq; vidi in diebus vanitatis meæ: iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. ¶17 Noli esse iustus multum: neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas. ¶18 Ne impiè agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. ¶19 Bonū est te sustentare* iustum, sed & ab illo ne subtrahas manū tuā: quia qui timet Deū, nihil negligit. ¶20 Sapiētia confortauit sapientem, super decem principes ciuitatis. ¶21 ‖ Non est enim homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. ¶22 Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne forte audias seruum maledicētem tibi. ¶23 Scit enim conscientia tua quia & tu crebro maledixisti aliis.

¶24 Cuncta tentaui in sapientia. Dixi, Sapiens efficiar: & ipsa longius recessit à me ¶25 Multo magis quàm erat: & alta profunditas, quis inueniet eam? ¶26 Lustraui vniuersa animo meo, vt scirem & considerarem, & quærerem sapiendam & rationem, & vt cognoscerē impietatē stulti, & errorē imprudentium: ¶27 Et inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius. qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa. ¶28 Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnum & alterū, vt inuenirem rationē, ¶29 Quā adhuc quærit anima mea, & nō inueni. Verum de mille vnum reperi: mulierem ex omnibus nō inueni. ¶30 Solummodo hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum: & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus.

Legendū est istum

3. Reg. 8. c. 46. 2. par. 6. g. 46. prouer. 20. b. 9. 1. Ioh. 1. d. 8.

## CAP. VIII.

Os regis obseruādum. 15 In lætitia viuēdū. 17 Opera Dei ab homine imperuestigabilia.

QVis talis vt sapiens est? & quis cognouit solutionem verbi? sapientia hominis lucet in vultu eius, & potentissimus faciem illius commutabit. ¶2 Ego os regis obserua, & præcepta iuramenti Dei. ¶3 Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit faciet: ¶4 Et sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquā potest, Quare ita facis? ¶5 Qui custodit præceptum, nō experietur quicquam mali. Tempus & respōsionē cor sapiētis intelligit. ¶6 Omni negotio tēp' est, & opportunitas, & multa hominis afflictio: ¶7 Quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio. ¶8 Nō est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec datur quiescere ingruente bello, neque salvabit impietas impium. ¶9 Omnia hæc considerauī, & dedi cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole: interdum dominatur homo homini in malum suum. ¶10 Vidi impios sepultos: qui etiā quum adhuc viuerent, in loco sancto erāt, & laudabātur in ciuitate quasi iustorum operum. sed & hoc vanitas est. ¶11 Et enim quia nō profertur citò contra malos sētentia, absque timore vllo filii hominū perpetrāt mala. ¶12 Attamen peccator ex eo quòd cēties facit malum, & per patientiam sustentatur: ego cognoui quòd erit bonum timētibus Deū qui verentur faciem eius. ¶13 Non sit bonū impio, nec prolōgētur dies eius, sed quasi vmbra trāseant qui non timent faciem Domini. ¶14 Est & alia vanitas, quæ fit super terram. Sunt iusti quibus mala prouenīunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impii qui ita securi sunt, quasi iustorum facta habeant, sed & hoc vanissimum iudico. ¶15 Laudaui igitur lætitiam, quòd non esset homini bonum sub sole, nisi quòd comederet, & biberet atque gauderet: & hoc solum secum auferret de labore suo omnibus diebus vitæ suæ quos dedit ei Deus sub sole. ¶16 Et appōsui cor meum vt scirem sapientiam, & intelligerem differentiones quæ versantur in terra. est homo qui diebus & noctibus sōnum non capit oculis. ¶17 Et intellexi quòd omnium operum Dei nullam possit homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub sole: & quanto plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniat: etiam si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.

## CAP. IX.

Per iustitiā operū nescit homo amore, an odio dignus sit. 7 Viuēdū in hilaritate. 11 Finis hominis insperatus. 14 Sapiētiæ cōmēdatio.

OMnia hæc tractaui in corde meo, vt curiosè intelligerē: sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo vtrum amore, an odio dignus sit: ¶2 Sed omnia in futurum seruantur incerta, eo quòd vniuersa æquè eueniant iusto & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti. sicut bonus, sic & peccator: vt periurus, ita & ille qui verum deierat. ¶3 Hoc est pessimum inter omnia quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. vnde & corda filiorum hominum implentur malitia, & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos* deducentur.' ¶4 Nemo est qui semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam: melior est canis viuus leone mortuo. ¶5 Viuentes enim sciunt se esse morituros, mortui verò nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem: quia oblīuioni tradita est memoria eorum. ¶6 Amor quoque, & odium, & inuidiæ simul perierunt, nec habent partem in hoc seculo, & in opere quod sub sole geritur. ¶7 Vade ergo, & comede in lætitia panem tuum, & bibe cū gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua. ¶8 Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat. ¶9 Perfruere vita

cum vxore quam diligis, cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuæ. hæc est enim pars in vita, & in labore tuo quo laboras sub sole. ¶10 Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò eu properas. ¶11 Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortiū bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam: sed tempus, casumque in omnibus. ¶12 Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiūtur hamo, & aues laqueo cōprehenduntur: sic capiuntur homines in tempore malo, quū eis extemplò superuenerit. ¶13 Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, & probaui maximam: ¶14 Ciuitas parua, & pauci in ea viri. venit contra eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque munitiones per gyrū, & perfecta est obsidio. ¶15 Inuentusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberauit vrbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis. ¶16 Et dicebam ego, melior est sapientiam fortitudine: quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, & verba eius non sunt audita? ¶17 Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos. ¶18 ‖Melior est sapientia, quam arma bellica: & qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

CAP. X.

Sapientis & stulti differentia. 11 Detractor occultus cui similis. 16 Sub rege puero infœlicitas: sub nobili verò, prosperitas.

MVscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti: pretiosior est sapiētia *paruáque gloria ad tēpus stultitia. ¶2 Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illi*. ¶3 Sed & in via stultus ambulans, quum ipse insipiēs sit, omnes stultos æstimat. ¶4 Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima. ¶5 Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie principis: ¶6 Posítum stultū in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. ¶7 Vidi seruos in equis: & principes ambulantes super terram quasi seruos. ¶8 ‖ Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui diffipat sepē, mordebit eū coluber. ¶9 Qui trāsfert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis. ¶10 Si retusum fuerit ferrum, & hoc nō vt prius, sed hebetatū fuerit, multo labore exacuetur, & post industriam sequetur sapientia. ¶11 Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit. ¶12 Verba oris sapientis, gratia: & labia insipientis præcipitabunt eum. ¶13 Initium verborum eius stultitia, & nouissimū oris illius error pessim*. ¶14 Stultus verba multiplicat: ignorat homo quid ante se fuerit: & quid post se futurū sit quis ei poterit indicare? ¶15 Labor stultorū affliget eos: qui nescíut in vrbē pergere. ¶16 Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cui* principes mane comedūt. ¶17 Beata terra, cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum, & non ad luxuriam. ¶18 In pigritiis *humiliabitur* cōtignatio, & in infirmitate manūs perstillabit domus. ¶19 *In risu* faciunt panem, & vinum vt epulentur* bibentes: & pecuniæ obediunt omnia. ¶20 In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti: quia & aues cæli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas, annuntiabunt* sententiam.

CAP. XI.

Pauperibus benefaciēdum. ¶4 Omnia cō mittenda diuinæ prouidentiæ.

MItte panem tuū super transeuntes aquas: quia post tēpora multa inuenies illum. ¶2 Da * partes* septem, necnon & octo: quia ignoras quid futurum sit mali super terram. ¶3 Si repletæ fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Si ceciderit lignum ad Austrū, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit. ¶4 Qui obseruat ventum, non seminat: & qui considerat nubes, nunquam metet. ¶5 Quomodo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei qui fabricator est omnium. ¶6 Mane semina * semen tuum*, & vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc* aut illud: & si vtrunque simul, melius erit. ¶7 Dulce lumen, & delectabile est oculis videre solem. ¶8 Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus * lætus* fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum: qui quum venerint, vanitatis arguentur præterita. ¶9 Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorū tuorum, & scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudicium. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiam à carne tua. Adolescentia enim, & * voluntas* vana sunt.

CAP. XII.

*Cogitandus Deus à teneris annis.*

MEmento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas, Non mihi placent. ¶2 Antequam * tenebre* scant* sol, & lumen,* & stellæ, & luna,* & reuertantur nubes post pluuiam: ¶3 Quando cōmouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi, & otiosæ erunt molentes in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina. ¶4 Et claudent ostia in platea, in humilitate vocis molentis, & consurgent ad vocem voluceris, & obsurdescent omnes filiæ carminis. ¶5 Excelsa quoque timebunt, & formidabūt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & dissipabitur capparis: quoniā ibit homo in domum æternitatis suæ, & circumbūt in plata plangentes. ¶6 Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontem, & confringatur rota super cisternam. ¶7 Et reuertatur pulus in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illum. ¶8 Vanitas vanitatum dixit Ecclesiastes, & omnia vanitas. ¶9 Quúmque esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum, & narrauit quæ fecerat: & inuestigans cōposuit parabolas multas. ¶10 Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos. ¶11 Verba sapientum, sicut stimuli, & quasi claui in altū defixi, quæ per magistrorum* consilíū data sūt à pastore vno. ¶12 His áplius fili mi ne requiras. Faciēdi plures libros nullus est finis, frequēsque medita-

*viuentes, legendum.

*qui habet pennas, annuntiabit

A

*partem

B

*Sementem tuam, *an

C

*lætatus

D

*voluptas

A

*tenebrescat & luna, & stellæ,

B

C

D

*concilium

lo, carnis afflictio est. ¶13 Finem loquendi, pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius observa: hoc est omnis homo. ¶14 Cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit.

# 1 Canticum cãticorum Salomonis, quod hebraice dicitur Sir hasirim.

ECCLESIA. CAP. I.

*Hoc canticum totum est mysticum Christi erga sponsam suã Ecclesiam, ac rursum sponsæ erga Christum, incomprehensibilis amoris plenissimum.*

OSCVLETVR me 'oscvlo' oris sui: quia melior est tua vino. ¶2 Fragrantia vnguentis optimis: oleũ effusum nomẽ tuum: ideo adolescẽtulæ dilexerũt te. ¶4 Trahe me: post te curremus 'in odorem vnguentorum tuorum:' introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus & lætabimur in te, memores huberũ tuorum super vinum: recti diligunt te. ¶5 Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. ¶6 Nolite me considerare quòd fusca sim, quia decoloravit me sol, filii matris meæ pugnaverunt contra me, posuerunt me custodem vineæ: vineam meam non custodivi. ¶7 Indica mihi, quæ diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

CHRISTVS. ¶8 Si ignoras te ô pulcherrima iter mulieres egredere, & abi post vestigia gregũ 'tuorũ,' & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorũ. ¶9 Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te amica mea. ¶10 Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collũ tuum sicut monilia. ¶11 Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argẽto. DC. ¶11 Dũ esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorẽ suũ. ¶13 Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter hubera mea commorabitur. ¶14 Botrus cypri dilect' meus mihi, in vineis En-gaddi. CH. ¶15 Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui colũbarum. DC. ¶16 Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decõrus: lectul' noster floridus. ¶17 Tigna domorũ nostrarũ cedrina, laquearia nostra cypressina. CAP. II. EC.

EGo flos campi, & lilium conuallium. CH. ¶2 Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. EC. ¶3 Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios: sub umbra illius quem desideraveram, sedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. ¶4 Introduxit me 'rex' in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem. ¶5 Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. ¶6 Læua eius sub capite meo, & dextera illi' amplexabitur me. CH. ¶7 Adiuro vos filiæ Ierusalẽ per capreas, cerũósque camporũ, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectã, quoadusque ipsa velit. DC. ¶8 Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. ¶9 Similis est dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorũ. en ipse stat post parietem nostrũ respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. ¶10 'En' dilectus meus loquitur mihi, 'surge, propera amica mea, 'columba mea, 'formosa mea, & veni. ¶11 Iã enim hyems transiit, imber abiit, & recessit. ¶12 Flores apparuerũt in terra 'nostra,' tempus putationis aduẽnit: vox turturis audita est in terra nostra: ¶13 Ficus protulit grossos suos, vineæ florentes dederũt odorẽ 'suum:' surge, 'propera' amica mea, speciosa mea, & veni. ¶14 Columbæ mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decõra. ¶15 Capite nobis vulpes parvulas quæ demoliũtur vineas, nam vinea nostra floruit. ¶16 Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. ¶17 Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, reuertere: similis esto dilecte mi capreæ, hinnulóque ceruorũ super mõtes 'Beth-el.'

CAP. III. DC.

IN lectulo meo per 'noctem' quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. ¶2 Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quẽ diligit anima mea. quæsiui illum, & nõ inueni. ¶3 Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem, Num quẽ diligit anima mea, vidistis? ¶4 Paululum quum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. ¶5 Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, cerũósque camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectã, donec ipsa velit. CH. ¶6 Quæ est ista quæ ascẽdit per desertum, sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarii? ¶7 En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiũt ex fortissimis Israel. ¶8 Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vnusquisque ensis super femur suũ propter timores nocturnos. ¶9 Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani. ¶10 Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media, charitate constrauit propter filias Ierusalem. ¶11 Egredimini 'filiæ Sion,' & videte 'regem Salomonem in diademate, quo coronauit illũ mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

CAP. IIII. CH.

QVàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui, columbarũ: absque eo quod intrinsec' latet: capilli tui sicut greges caprarũ quæ ascẽderunt de monte Galaad. ¶2 Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis nõ est iter eas. ¶3 Sicut vitta coccinea labia tua, & eloquiũ tuũ dulce: sicut fragmẽ mali punici, ita genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet. ¶4 Sicut turris Dauid collum tuũ, quæ ædificata est cũ propugnaculis: mille clypei pendẽt ex ea, omnis armatura fortiũ. ¶5 Duo hubera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs. ¶6 Donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad mon-

cem myrrhæ, & ad collem thuris. ¶7 Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.
¶8 Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de mõtib⁹ pardorũ. ¶9 Vulnerasti cor meũ soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorũ, & in vno crine colli tui. ¶10 Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa: pulchriora sunt hubera tua vino, & odor vnguentorũ tuorũ super omnia aromata. ¶11 Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. ¶12 Hortus cõclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. ¶13 Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus, cypri cum nardo.
¶14 Nardus & crocus, fistula, & cinnamomum cum vniuersis lignis Libani, myrrha & aloe cũ omnibus primis vnguentis. ¶15 Fons hortorum: puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. ¶16 Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortũ meum, & fluent aromata illius. veniat dilectus meus in hortũ suum, & comedat fructum pomorum suorum.

CAP. V. CH.

VEni in hortum meum soror mea sponsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauum cũ melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. BC. ¶2 Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis. CH. Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenũ est rore, & cincinni mei guttis noctium. BC. ¶3 Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? ¶4 Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. ¶5 Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerũt myrrhã, & digiti mei pleni myrrha probatissima. ¶6 Pessulum ostii mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque transierat. anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est: quæsiui, & nõ inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.
¶7 Inuenerunt me custodes, qui circuierunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum de custodes murorum. ¶8 Adiuro vos filiæ Ierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuntietis ei quia amo re langueo. ADOL. ¶9 Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierũ? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? BC. ¶10 Dilectus meus cãdidus & rubicundus, electus ex millibus. ¶11 Caput eius aurum optimum: comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus. ¶12 Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residentes iuxta fluenta plenissima.
¶13 Genæ illius sicut areolæ aromatũ consitæ à pigmentariis: labia eius lilia distillantia myrrham primam. ¶14 Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis: venter eius eburneus, distinctus sapphiris. ¶15 Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas: species eius vt Libani, electus vt cedri.
¶16 Guttur illius suauissimum, & totus desiderabilis. talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filiæ Ierusalem. ADOL. ¶17 Quò abiit dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

CAP. VI. BC.

DIlectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatũ, vt ibi pascatur in hortis, & lilia colligat. ¶2 Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.
CH. ¶3 Pulchra es amica mea, suauis & decõra sicut Ierusalem: terribilis vt castrorũ acies ordinata. ¶4 Auerte oculos tuos à me: ea ipsi me auolare fecerunt. capilli tui sicut grex caprarũ, quæ apparuerunt de Galaad. ¶5 Dentes tui sicut greges ouium quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis. ¶6 Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. ¶7 Sexaginta sunt reginæ, & octoginta cõcubinæ, & adolescentularum non est numerus. ¶8 Vna est colũba mea, perfecta mea: vna est matri suæ, electa genitrici suæ: viderunt eam filiæ, & beatissimã prædicauerunt: reginæ & concubinæ, & laudauerunt eã. ¶9 Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora cõsurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? BC.
¶10 Descendi in hortum nucum, vt videre poma conuallium, & inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica. ¶11 Nesciui: anima mea cõturbauit me propter quadrigas Aminadab. ¶12 Reuertere, reuertere Sunamitis: reuertere reuertere, vt intueamur te. Quid videbis in Sunamite, nisi choros castrorum?

CAP. VII. SPVEL.

QVàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis! iũcturæ femorum tuorũ sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis. ¶2 Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquã indigens poculis: venter tuus sicut acerv⁹ tritici, vallatus liliis. ¶3 Duo hubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ.
¶4 Collum tuũ sicut turris eburnea: oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis. nasus tu sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascũ. ¶5 Caput tuum vt Carmelus: & comæ capitis tui, sicut purpura regis iũcta canalibus. ¶6 Quàm pulchra es, & quàm decõra charissima in deliciis! ¶7 Statura tua assimilata est palmæ, & hubera tua botris. Dixi, ¶8 Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt hubera tua sicut botri vineæ: & odores tui sicut odor malorũ.
¶9 Guttur tuum sicut vinum optimum, dignũ dilecto meo ad potandum, labiisque, & dentibus illius ad ruminandum. BC. ¶10 Ego dilecto meo, & ad me conuertio eius. ¶11 Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. ¶12 Mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiũt, si florucrunt mala punica: ibi dabo tibi hubera mea. ¶13 Mandragoræ dederunt odorem: in portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

CAP. VIII. BC.

QVis mihi det te fratrem meum, sugentem hubera matris meæ, vt inuenia te foris, & deosculer te, & iam me

triclis meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculũ ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. ¶3 Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. ¶4 Adiuro vos filiæ Ierusalẽ, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectã donec ipsa velit. ADOL.

B ¶5 (Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delitiis affluens, innixa super dilectum suum?) sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. CH. ¶6 Pone me vt signaculum super cor tuũ, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors, dilectio: dura sicut infernus, æmulatio: lampades eius, lampades ignis, atque flammarum. ¶7 Aquæ multæ nõ potuerũt extinguere charitatem, nec flumina obruẽt illam: si dederit homo omne substantiã domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eã. BC. ¶8 Soror nostra parua, & hubera non habet. quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquen-

C potuerunt

despiciet eã.

da est? ADOL. ¶9 Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostiũ est, cõpingamus illud tabulis cedrinis. BC. ¶10 Ego murus: & hubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacẽ reperiẽs. CH. ¶11 Vinea fuit Pacifico, in Ea quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argẽteos. ¶12 Vinea mea corã me est: mille tui Pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius. ¶13 Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam, BC. ¶14 Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloque cerũorũ super mõtes aromatum.

Pacifice,

# Liber Sapientiæ.

CAP. I.

1 Quomodo Deꝰ quærẽdus, & à quibꝰ inuenia-tur. 5 De spiritu sancto. 11 Murmuratio vitanda, & detractio. 12 Mors. 15 Iustitia & iniustitia.

A ¶DILIGITE iustitiam, qui iudicatis terram. ¶Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: ¶2 ¶Quoniam inuenitur ab his qui non tentant illum: apparet autem eis qui fidẽ habent in illum. ¶3 Peruersæ enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes. ¶4 Quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. ¶5 ¶Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. ¶6 ¶Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictum à labiis suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scrutator est vetus, & linguæ eius auditor. ¶7 ¶Quoniam Spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. ¶8 Propter hoc ¶qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiẽs iudicium. ¶9 In cogitationibus enim Impij interrogatio erit: sermonũ autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius. ¶10 Quoniã auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationũ nõ abscõdetur. ¶11 Custodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ. quoniam sermo obscurus in vacuũ non ibit: os autem quod mentitur, occidit animã. ¶12 Nolite zelare mortẽ in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionẽ in operibꝰ manuũ vestrarum. ¶13 ¶Quoniã Deus mortẽ nõ fecit, nec lætatur in perditione viuorũ. ¶14 Creauit enim, vt essent, omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarũ: & nõ est in illis medicamẽtum exterminii, nec inferorũ regnum in terra. ¶15 Iustitia enim perpetua est, & immortalis: ¶16 Impij autem manibus & verbis accersierũt illã: & æstimantes illã amicam, defluxerũt, & sponsiones posuerunt ad illam: ¶quoniam ¶morte digni sunt qui sunt ex parte illius.

B

C

D

E

F

3. Reg. 3. 2. 3.
Esa. 56. 2. 1.
Deut. 4. 1. c. 24.
2. paral. 15. 2.

CAP. II.

1 Verba impiorum de hominis fine. 10 Consilium ludæorum aduersus Christum.

A DIxerunt enim ¶impij cogitantes apud se nõ recte. ¶Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuertus ab infetis: ¶2 Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus: quoniã fumus afflatus est in naribus nostris: & sermo, scintillæ ad cõmouendum cor nostrũ: ¶3 Quia extinctus' cinis erit corpus nostrũ, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer, & trãsibit vita nostra tanquam vestigium nubis, & sicut ne bula dissoluetur, quæ fugata est à radiis solis, & à calore illius aggrauata: ¶4 Et nomen nostrum oblionẽ accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operũ nostrorum. ¶5 ¶Umbræ enim trãsitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri: quoniã cõsignata est, & nemo reuertitur. ¶6 ¶Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tãquã in iuuentute celeriter. ¶7 Vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos temporis. ¶8 Coronemus nos rosis, antequã marcescãt: nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. ¶9 Nemo vestrum exors sit luxuriæ nostræ: vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. ¶10 Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec' veterano, nec reuereamur' canos multi temporis.

B

C

D

E

F

¶11 Sit autem fortitudo nostra, lex iustitiæ. quod enim infirmum est, inutile inuenitur.

¶12 Circumueniamus ergo iustum, quoniã inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & iproperat nobis peccata legis, & diffamat i nos peccata disciplinæ nostræ. ¶13 ¶Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. ¶14 ¶Factus est nobis in traductionẽ cogitationum nostrarum: ¶15 Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est aliis vita illius, & immutatæ sunt viæ eius. ¶16 Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à viis nostris tanquam ab immunditiis, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum. ¶17 Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. ¶18 ¶Si enim est verus filꝰ Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. ¶19 ¶Contumelia & tormento interroge-

G

H

I

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

V

X

Y

Z

a

b

c

d

e

f

g

h

i

k

l

m

n

o

p

q

r

s

t

v

x

y

z

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

vv

xx

yy

zz

aaa

bbb

ccc

ddd

eee

fff

ggg

hhh

iii

kkk

lll

mmm

nnn

ooo

ppp

qqq

rrr

sss

ttt

vvv

xxx

yyy

zzz

aaaa

bbbb

cccc

dddd

eeee

ffff

gggg

hhhh

iiii

kkkk

llll

mmmm

nnnn

oooo

pppp

qqqq

rrrr

ssss

tttt

vvvv

xxxx

yyyy

zzzz

Sapient. 1. a. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

rus eorū, vt scíamus reuerentiam eius, & pro-
emus patientiam illius. ¶10 Morte turpissima
condemnemus eum: erit enim ei respectus ex
sermonibus illius. ¶11 Hæc cogitauerunt, & er-
rauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum.
¶12 Et nescierunt sacramenta Dei, neque mer-
cedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt
honorem animarum sanctarum. ¶13 Quoniam
Deus creauit hominem' inexterminabilé,' &
ad imaginem similitudinis suæ fecit illum.
¶14 Inuidia autem diaboli mors introiuit in
orbem terrarum. ¶15 Imitátur autē illum, qui
sunt ex parte illius. CAP. III.

Mortyrum fœlicitas. 10 Impiorū præmia.

A ¶VIorum autem animæ in manu Dei sunt,
& non tanget illos tormentū mortis. ¶2 Visi
sunt oculis insipientiū mori: & æstimata est
afflictio, exitus illorum. ¶3 Et ab itinere iusto
abierūt in exterminiū, & quod a nobis est iter
exterminii: illi autem sunt in pace. ¶4 Et si co-
ram hominibus torménta passi sunt, spes illo-
rum immortalitate plena est. ¶5 In paucis ve-
xati, in multis bene disponētur. quoniā Deus
tentauit eos, & inuenit illos dignos se. ¶6 Tan-
quam aurū in fornace probauit illos, & quasi
B holocausti hostiam accepit illos, & in tēpore
erit respectus illorum. ¶7 Fulgebunt iusti, &
tanquam scintillæ in arundineto discurrent.
¶8 Iudicabunt nationes, & dominabuntur po
pulis, & regnabit Dominus illorum in perpe-
tuum. ¶9 Qui cōfidunt in illo, intelligēt verita-
tem: & fideles in dilectione acquiescent illi:
quoniā donū & pax est electis eius. ¶10 Impii
autem secundum quæ cogitauerūt, correpilo-
nem habebunt: qui neglexerunt iustū, & a Do
mino recesserunt. ¶11 Sapientiam enim, & disci
plinā qui abiicit, infœlix est: & vacua est spes
illorum, & labores sine fructu, & inutilia ope-
ra eorum. ¶12 Mulieres eorū insensatæ sunt, &
nequissimi filii illorū. ¶13 Maledicta creatura
eorum: quoniam fœlix est sterilis & incoin-
quinata quæ nescíuit torū in delicto, habebit
fructum in respectione animarum sanctarum.
¶14 Et spado qui non operatus est per manus
suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum
nequissima. dabitur enim illi fidei donum ele-
ctum, & sors in tēplo Dei acceptissima. ¶15 Bo-
norum enim laborum gloriosus est fructus, &
quæ nō concidit radix sapientiæ. ¶16 Filii au-
tem adulteriorum in consummatione erunt, &
ab iniquo toro semen exterminabitur. ¶17 Et si
quidem longæ vitæ erunt, in nihilum comput-
abūtur, & sine honore erit nouissima senectus
illorum. ¶18 Et si celerius defuncti fuerint, non
habebunt spem, nec in die agitationis allocu-
tionem. ¶19 Nationes enim iniquæ, diræ sunt
consummationis. CAP. IIII.

1 De casta generatione fidelium. 2 Non æ-
stimanda senectus annorū numero. 16 Impio-
rum condemnatio, & iustorum mors.

O Quàm pulchra est casta generatio cū cla
ritate! immortalis est enim memoria il-
lius: quoniam & apud Deum nota est, & apud
homines. ¶2 Quum præsens est, imitantur illā:
& desiderant eam quum se eduxerit, & in per-
petuum coronata triumphat incoinquinatorū
certaminum præmium vincens. ¶3 Multi-
genea autem impiorū multitudo non erit vti-
lis, & spuria vitulamina nō dabunt radices al-
tas, nec stabile firmamētum collocabūt. ¶4 Et
si in ramis in tempore germinauerint infirmiter
posita a vento commouebūtur, & a nimie-
tate ventorum eradicabuntur. ¶5 Confringen-
tur enim rami inconsummati, & fructus illo-
rum inutiles, & acerbi ad manducandum, &
ad nihilum apti. ¶6 Ex iniquis enim somniis
filii qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduer-
sus parentes in interrogatione sua. ¶7 Iustus
autem si morte præoccupatus fuerit, in refri-
gerio erit. ¶8 Senectus enim venerabilis est nō
diuturna, neque annorum numero computa-
ta. ¶9 Cani autem sunt sensus hominis: & ætas
senectutis, vita immaculata. ¶10 Placens Deo
factus dilectus, & viuens inter peccatores trās-
latus est. ¶11 Raptus est, ne malitia mutaret in-
tellectum eius, aut ne fictio deciperet animam
illius. ¶12 Fascinatio enim nugacitatis obscurat
bona, & inconstantia concupiscentiæ trāsuer-
tit sensum sine malitia. ¶13 Consummatus in
breui explenit tēpora multa. ¶14 Placita enim
erat Deo anima illius: propter hoc properauit
educere illum de medio iniquitatū. populi au-
tem videntes, & non intelligentes, nec ponen-
tes in præcordiis talia. ¶15 Quoniā gratia Dei
& misericordia in sanctos eius, & respectus in
electos illius. ¶16 Condemnat autē iustus mor
tuus viuos impios, & iuuentus celerius cōsum
mata longam vitam iniusti. ¶17 Videbūt enim
finem sapientis, & non intelligent quid cogi-
tauerit de illo Deus, & quare muniert illū Do
minus. ¶18 Videbūt enim, & contemnent eum:
illos autem Dominus irridebit. ¶19 Et erunt
post hæc decidentes sine honore, & in contu-
melia inter mortuos in perpetuum: quoniam
disrumpet illos inflatos sine voce, & commo-
uebit illos a fundamentis, & vsque ad supre-
mum desolabuntur: & erunt gementes, & me-
moria illorum periet. ¶20 Venient in cogita-
tione peccatorum suorum timidi, & traducent
illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

CAP. V.

Constantia iustorum contra persecutores,
& horum gemitus & pœnitētia. 9 Spes impio-
rum vana. 16 Sanctorum beatitudo. 19 Arma-
tura Christi ad iudicium.

TVnc stabunt iusti in magna cōstantia ad-
uersus eos qui se angustiauerūt, & qui ab-
stulerunt labores eorum. ¶2 Videtes turbabun-
tur timore horribili, & mirabuntur in subita-
tione insperatæ salutis, gemētes præ angustia
spiritus: ¶3 Dicentes intra se, pœnitentiam a-
gentes, & præ angustia spiritus gementes, Hi
sunt quos habuimus aliquando in derisum, &
in similitudinem improperii. ¶4 Nos insen-
sati vitam illorum æstimabamus insaniam, &
finem illorum sine honore. ¶5 Ecce quomodo
computati sunt inter filios Dei, & inter san-
ctos sors illorum est. ¶6 Ergo errauimus a via
veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, &
sol intelligentiæ nō est ortus nobis. ¶7 Lassati
sumus in via iniquitatis & perditionis, & am-
bulauimus vias difficiles, viam autem Domini
ignorauimus. ¶8 Quid nobis profuit superbia
aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis?
¶9 Transierunt omnia illa tāquam vmbra, &
tanquam nuntius præcurrens: ¶10 Et tanquam

adulterina plantatione
Sere. 17. 2. 6.
mala. 1. 2.
matth. 7. 17.
B
Gen. 1. c. 24.
heb. 11. 2. 5.
C
D
A
Z. 1. 2. 30
B
1. Par. 19. 6. 15.
Sal. 1. 6. 5.

nauis quæ pertransit fluctuante aquam: cuius quum præterierit, non est vestigium inuenire, neque semitã carinæ illius in fluctib⁹: ¶11 Aut *auis quæ transuolat in aere, ||cuius nullum in tanquam
rou.30.c.19. tenitur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum verberans leuem vẽtum: & scindens per vim itineris aerem, commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius. ¶12 Aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aer continuò in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius: ¶13 Sic & nos nati continuò defuimus esse, & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus. ¶14 ||Talia dixerunt in rouer. 10.d. inferno hi qui peccauerunt: ¶15 Quoniam spes impii tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis vnius diei præteuntis. ¶16 Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorũ apud Altissimum. ¶17 Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniã dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet illos. ¶18 ||Et accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionẽ inimicorum. ¶19 ||Induet pro thorace iustitiam, & acciplet pro galea iudicium certum. ¶20 Sumet scutum inexpugnabile æquitatem: ¶21 Acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum cõtra insensatos. ¶22 Ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium extorminabuntur, & ad certum locum insilient. ¶23 Et à petrosa ira plenæ mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. ¶24 Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet illos: & ad eremum perducet omnem terram ⁊ iniquitatis illiorum, & malignitas euertet sedes potentium. iniquitas

## CAP. VI.

Magnates ad iustitiã, & sapientiam hortatur. 1. Sapientia se offert quærentibus se. 26 Rex sapiens, populi stabilimentum.

MElior est sapiẽtia, quàm vires: & vir prudens, quàm fortis. ¶2 Audite ergo reges, & ||intelligite, discite iudices finiũ terræ. ¶3 Præbete ||aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationũ: ¶4 ||Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: ¶5 Quoniã quum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundũ voluntatem Dei ambulastis. ¶6 Horrendè & cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt fiet. ¶7 ||Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autẽ potenter tormenta patientur. ¶8 ||Non enim subtrahet persona cuiusquã Deus, qui est omnĩ dominator: nec verebitur magnitudinem cuiusquã, quoniã pusillũ & magnũ ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. ¶9 Fortioribus autẽ fortior instat cruciatio. ¶10 Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis. ¶11 Qui enim custodierint iustitiã, iustè iudicabũtur: & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant. ¶12 Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinã. ¶13 Clara est, & quæ nunquam marcescit sapientia, & facilè videtur ab his qui diligũt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illã. ¶14 Præoccupat qui se cõcupiscunt, vt illis se prior ostẽdat. ¶15 Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentẽ enim illã foribus suis inueniet. ¶16 Cogitare ergo de illa, sẽsus est cõsummatus: & qui vigilauerit, propter illã, cito securꝰ erit. ¶17 Quoniã dignos se, ipsa circuit quærens, & in viis ostendet se illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis. ¶18 Initiũ enim illius veritissima est disciplinæ concupiscẽtia. ¶19 Cura ergo disciplinæ, dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est: custoditio autẽ legũ consummatio incorruptionis est: ¶20 Incorruptio autem, facit esse proximũ Deo. ¶21 Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. ¶22 Si ergo delectamini sedibus, & sceptris ô reges populi, diligite sapiẽtiã, vt in perpetuum regnetis. ¶23 Diligite lumẽ sapientiæ omnes qui præestis populis. ¶24 Quid est autem sapientia, & quemadmodũ facta sit, referã & non abscondã à vobis sacramẽta Dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem scientia illius, & non præteribo veritatẽ: ¶25 Neque quidẽ cum inuidia tabescente iter habebo: quoniã talis homo non erit particeps sapientiæ. ¶26 Multitudo autẽ sapientiũ sanitas est orbis terrarũ: & rex sapiẽs stabilimẽtũ populi est. ¶27 Ergo accipite disciplinã per sermones meos, & proderit vobis.

## CAP. VII.

1 Eadem omnium cõditio. 6 Sapientiæ commendatio.

SVm quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, ¶2 Decem mensũm tempore ||coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni conueniente. ¶3 Et ego natus accepi communem aerem, & in similiter factã decidi terram, & primam vocem similem omnibus emisi plorans. ¶4 In inuolumentis nutritus sum, curis magnis. ¶5 Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. ¶6 ||Vnus ergo introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. ¶7 Propter hoc optaui, & datus est mihi sensus: & inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ. ¶8 Et præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse duxi in cõparatione illius. ¶9 ||Nec cõparaui illi lapidẽ pretiosum: quoniã omne aurũ in cõparatione illius arena est exigua, & tãquã lutum æstimabitur argentum in conspectu illius. ¶10 Super salutem, & speciẽ dilexi illã, & proposui pro luce habere illam: quoniã inextinguibile est lumen illius. ¶11 ||Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius. ¶12 Et lætatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapiẽtia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est, ¶13 Quã sine fictione didici, & sine inuidia communico, & honestatem illius non

obſcõdo.¶ 14 Infinitus enim theſaurus eſt hominibus: quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſciplinæ dona cõmendati.¶ 15 Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia, & præſumere digna horum quæ mihi dantur: quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt, & ſapientium emẽdator.¶ 16 ‖In manu enim illius & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſapientia, & operum ſcientiæ diſciplina.¶ 17 Ipſe enim dedit mihi horum quæ ſunt, ſcientiam veram, vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum & virtutes elemẽtorum,¶ 18 Initium & conſummationẽ & medietatẽ temporũ, viciſſitudinũ permutationes, & mutationem omnium.¶ 19 Morum mutationes, & diuiſiones temporum, anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones,¶ 20 Naturas animalium, & iras beſtiarum, vim ventorum, & cogitationes hominũ, differentias *vir gultorum & virtutes radicũ.¶ 21 Et quæcũque ſunt abſcõſa & improuiſa, didici. omnium enim artifex docuit me ſapiẽtia.¶ 22 Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ, ſanctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſſertus, mobilis, incoinquinatus certus, ſuauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere,¶ 23 Humanus, benignus, ſtabilis, *certus, ſecurus, omnem habẽs virtutem, omnia proſpiciens, & qui capiat omnes ſpiritus: intelligibilis, mundus, ſubtilis.¶ 24 Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſapientia: attingit autẽ vbique propter ſuam munditiam.¶ 25 Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſyncera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit.¶ 26 ‖Candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illi'.¶ 27 Et quã ſit vna, omnia poteſt: & in ſe permanens omnia innouat, & per nationes in animas ſanctas ſe tranſfert, amicos Dei & Prophetas cõſtituit.¶ 28 Neminẽ eni diligit Deus, niſi eum qui cũ ſapiẽtia inhabitat.¶ 29 Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata inuenitur prior.¶ 30 Illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia.

CAP. VIII.

¶ 1 Perſeuerat in laudibus ſapiẽtiæ.¶ 21 Caſtitas nonnihil à Deo.

ATingit ergo à fine vſque ad finẽ fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.¶ 2 Hãc amaui, & exquiſiui eam à iuuentute mea, & quæſiui ſponſam mihi eam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius.¶ 3 Generoſitatẽ illius gloriſicat, cõtubernium habens Dei: ſed & omnium Dominus dilexit illam.¶ 4 Doctrix enim eſt diſciplinæ Dei, & electrix operũ illi'.¶ 5 Et ſi diuitiæ appetuntur in vita: quid ſapiẽtia locupletius, quæ operatur omnia?¶ 6 Si autem *ſenſus operatur: quis horum quæ ſunt, magis quam illa eſt artifex?¶ 7 Et ſi iuſtitiam quis diligit: labores huius magnas habent virtutes: ſobrietatem enim, & prudentiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil eſt in vita hominibus.¶ 8 Et ſi multitudinem ſcientiæ deſiderat quis: ſcit præterita, & de futuris æſtimat: ſcit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum: ſigna & monſtra ſcit ante quã fiant, & eventus temporum & ſeculorum.¶ 9 Propoſui ergo hãc adducere mihi ad conuiuendum: ſciens quoniam mecum cõmunicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædii mei.¶ 10 Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores iuuenis:¶ 11 Et acutus inueniar in iudicio, & in conſpectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me,¶ 12 Tacentem me ſuſtinebunt, & loquentem me reſpiciẽt, & ſermocinante me plura, manus ori ſuo imponẽt.¶ 13 Præterea habebo per hãc immortalitatẽ & memoriam æternam his qui poſt me futuri ſunt relinquam.¶ 14 Diſponã populos: & nationes mihi erunt ſubditæ.¶ 15 Timebunt me audientes reges horrendi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis.¶ 16 Intrãs in domum meam, cõquieſcam eum illa. non enim habẽt amaritudinem cõuerſatio illius, nec tædium conuictus illius, ſed lætitiã & gaudium.¶ 17 Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo quoniam* immortalis' eſt in cogitatione' ſapientiæ,¶ 18 Et in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honeſtas ſine defectione, & in certamine loquelæ illius ſapientia, & præclaritas in cõmunicatione ſermonum ipſius: circuibã quærẽs, vt mihi illã aſſumerem.¶ 19 Puer autẽ erã ingenioſus, & fortitus ſum animã bonã.¶ 20 Et quũ eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum.¶ 21 Et vt ſciui quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum* erat ſumma ſapiẽtia', ſcire cuius eſſet hoc donum: adii Dominum, & deprecatus ſum illum, & dixi ex totis præcordiis meis.

CAP. IX.

1 Oratio Salomonis pro ſapiẽtia habenda.

DEus' patrũ meorum,' & Domine ‖miſericordiæ, qui feciſti omnia verbo tuo,¶ 2 Et ſapientia tua conſtituiſti hominem, vt dominaretur creaturæ quæ à te facta eſt,¶ 3 Vt diſponat orbem terrarum in æquitate & iuſtitia, & in directione cordis iudicia iudicet:¶ 4 Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapiẽtiam, & noli me reprobare à pueris tuis:¶ 5 Quoniam ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum iudicii & legum.¶ 6 Et ſi quis erit conſummatus inter filios hominum, ſi ab illo abfuerit ſapientia tua, in nihilum computabitur.¶ 7 Tu elegiſti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarum.¶ 8 Et dixiſti me ædificare templum in mõte ſancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, ſimilitudinẽ tabernaculi ſancti tui quod præparaſti ab initio:¶ 9 ‖Et tecum ſapiẽtia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc quum orbem terrarum faceres, & ſciebat quid eſſet placitũ oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis.¶ 10 Mitte illam de cælis ſanctis tuis, & à ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit, & mecum laboret, vt ſciã quid acceptũ ſit apud te.¶ 11 Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis ſobrie, & cuſtodiet me in ſua potentia.¶ 12 Et erunt accepta opera mea, & diſponam populum tuum iuſte, & ero digna ſedis patris mei.¶ 13 ‖Quis enim hominũ poterit ſcire conſilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus?¶ 14 Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ.¶ 15 Corpus enim quod corrumpitur, ag-

granat animã: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. ¶16 Et difficile æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ autẽ in cælis sunt, quis inuestigabit? ¶17 Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiã, & miseris Spiritũ sanctũ tuum de altissimis: ¶18 Et sic correctæ sunt semitæ eorum qui sunt in terris, & quæ tibi placent didicerint homines? ¶19 Nam per sapientiam sanati sunt, quicunque placuerunt tibi Domine à principio.

CAP. X.

1 Sapientiæ laus à liberatione eorumquos ab initio hucusque sanauit.

A HAEc, illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarũ, quum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illũ à delicto suo. ¶2 ‖Et eduxit illũ de limo terræ. ‖ & dedit illi virtutem continendi omnia. ¶3 Ab hac vt recessit iniustus in ira sua, ‖ per iram homicidii *fraternitatis deperiit. ¶4 Propter quod ‖quum aqua deleret terram, sanauit iterum gubernans, per contemptibile lignum iustum gubernans. ¶5 ‖Hæc & in cõsensu superbiæ, quũ se nationes exstitissent, sciuit iustum, & conseruauit fine querela Deo, & in filiis *misericordiam 'for tem custodiuit. ¶6 ‖Hæc, iustum à pereũtibus impiis liberauit fugiente, descendente igne in pentapolim. ¶7 Quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda cõstat deserta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & ineredibilis animæ memoria stans figmentum salis. ¶8 Sapientiã enim prætereuntes non tantũm in hoc lapsi sunt vt ignorarent bona: sed & insipietiæ suæ reliquerunt hominibus memoriã, vt in his quæ peccauerũt, nec latere potuissẽt. ¶9 Sapientia autem hos qui se obseruant, à doloribus liberauit. ¶10 ‖Hæc autem, profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorũ, honestauit illum in laboribꝰ, & compleuit labores illius. ¶11 In fraude circumuenientium illum astitit illi, & honestũ fecit illũ. ¶12 Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certamẽ forte dedit illi vt vinceret, & sciret quoniam omnium potẽtior est sapientia. ¶13 ‖Hæc, vẽditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditque cum illo in foueam, ¶14 Et ‖in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potẽtiam aduersus eos qui eum deprimebant: & mẽdaces ostẽdit qui maculauerunt illum, & dedit illi claritatem æternam. ¶15 ‖Hæc, populum iustum, & semen sine querela liberauit à nationibus quæ illum deprimebant. ¶16 ‖Introuit in animam serui Dei, & stetit contra reges horrendos in portẽtis & signis. ¶17 Et reddidit iustis mercedem laborum suorum, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamento *diei, & in luce stellarum per noctem. ¶18 ‖Trãstulit illos per Mare rubrum, & transuexit illos per aquã nimiam. ¶19 Inimicos autem illorum demersit in mare, & ab altitudine inferorum eduxit illos. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum.

¶20 ‖Et decantauerunt, Domine, nomen sanctum tuum, & victricem manum tuam laudauerunt pariter. ¶21 Quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

SAP. XI.

Deus misericors. 26 Nihil sine Deo stabile.

DIrexit ‖opera eorum in manibus prophetæ sancti. ¶2 Iter fecerunt per deserta, quæ nõ habitabãtur: & in locis desertis fecerunt tabernacula. ¶3 ‖Steterunt contra hostes, & de inimicis se vindicauerunt. ¶4 ‖Sitierunt, & inuocauerũt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. ¶5 Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum, quæ enim pœnas passi sunt inimici illorum, à defectione potus sui: in eis, quum abundarẽt filii Israel, lætati sũt. ¶6 Per hæc, quũ illis deesset, bene cum illis actũ est. ¶7 Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis. ¶8 Qui quum minuerẽtur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperatè: ¶9 Ostendens per sitim quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & aduersarios illorũ necares. ¶10 ‖Quum enim tẽtati sunt, & quidem cum misericordia disciplinam accipiẽtes, scierunt quemadmodum cum ira iudicati ‖impii tormenta paterentur. ¶11 Hos quidem tanquam pater monens probasti: illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti. ¶12 Absentes enim & præsentes similiter torquebantur. ¶13 Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum. ¶14 Quũ enim audirent per sua tormẽta bene secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus. ¶15 Quem enim in expositione praua proiectum derisерunt, in finem euentus mirati sunt: ‖non similiter iustis faciens. ¶16 Pro cogitationibus autem insensatis iniquitates illorum, ‖quòd quidam errãtes colebant multos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem vrsorũ, aut audaces leones: ¶17 Aut noui generis ira plenas, aut ignotas bestias, aut vaporem igneum spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis scintillas emittentes: ¶18 Quarum non soldm læsura poterat illos extermnare, sed & aspectus per timorem occidere. ¶19 'Nam' & sine his vno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis, factis suis, & dispersi per Spiritum virtutis tuæ: sed omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. ¶20 Multum enim valere tibi soli 'supererat' semper: & virtuti brachii tui quis resistet? ¶21 Quoniam tanquam momentum statêræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, 'qui' descendit in terram. ¶22 ‖Misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. ¶23 Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. ¶24 Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? ¶25 Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.

CAP. XII.

Quàm sit in omnibus benignus Dominus. Cum Deo non contendendum. Deus locum pœnitentiæ.

A QUàm bonus, & suauis est Domine Spiritus tuus in omnibus? ¶2 Ideòq; eos qui exerrant partibus, corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: vt relicta malitia, credãt in te Domine. ¶3 Illos enim antiquos inhabitatores Terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti, ¶4 Quoniam odibilia opera tibi faciebãt per medicamina, & sacrificia iniusta, ¶5 Et filiorum suorum necatores fine misericordia, & comestores viscerum hominum, & deuoratores sãguinis, ¶6 *Et authores parẽtes animarũ inauxiliatarũ perdere voluisti `à medio sacraméto tuo' per manus parentũ nostrorum, ¶7 Vt dignã perciperẽt peregrinationẽ puerorum Dei, quæ tibi omnium chatior est terra. ¶8 Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & missisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent. ¶9 Nõ quia impotẽs eras in bello subiicere impios iustis, ac bestiis sæuis, aut verbo duro simul exterminare: ¶10 ‖Sed partibus iudicans dabas locũ pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorũ in perpetuum: ¶11 Semen enim erat maledictũ ab initio. nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorũ. ¶12 ‖Quis enim dicet tibi, Quid fecisti? aut quis ‖stabit contra iudicium tuum? aut quis `in conspectu tuo' veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti? ¶13 Non enim est alius Deus quim tu, ‖ cui cura est de omnibus, vt ostẽdas quoniam non iniuste `iudicas' iudicium. ¶14 Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirẽt de his quos perdidisti. ¶15 Quum ergo sis iustus, iuste omnia disponis: ipsum quoque qui non debet puniri, condemnas, & exterũ æstimas à tua virtute. ¶16 Virtus enim tua, iustitiæ initium est: & ob hoc quòd omnium Dominus es, omnib' te parcere facis. ¶17 Virtutem enim ostendis tu, qui non crederis esse in virtute cõsummatus, & horum qui te nesciunt, audaciam traducis. ¶18 Tu autẽ dominator virtutis, cum trãquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. subest enim tibi quum volueris, posse. ¶19 Docuisti `enim' populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustũ esse & humanũ, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoniam `iudicans' das locum in peccatis pœnitentiæ. ¶20 Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, & liberasti, dans tempus & locum per quæ possent mutari à malitia: ¶21 Cum quanta diligẽtia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramẽta & conuentiones dedisti bonarum promissionum? ¶22 Quum ergo das nobis disciplinã, inimicos nostros multiplicitèr flagellas: vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes: & quum de nobis iudicatur, speremus misericordiã tuam. ¶23 Vnde & illis qui in vita sua insensatè & iniustè vixerunt, per hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta. ¶24 ‖Etenim in erroris via diutius errauerunt, deos æstimãtes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantiũ insensatorum more viuentes. ¶25 Propter hoc tanquã pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. ¶26 Qui autem iuditbriis *& increpationibus `non sunt' correcti: dignum Dei iudicii experti sunt. ¶27 In his enim quæ patiebãtur, molestè ferebãt, in quibus patiẽtes indignabãtur, per hæc quos putabãt deos, in ipsis, quum exterminarentur videntes, illum quem olim negabant se nosse, verum Deum agnouerunt: propter quod & finis condemnationis eorum veniet super illos.

CAP. XIII.

Vanos eos esse ostendit, qui Deum ex ipsi° operibus non possunt cognoscere. ¶ Creator per creaturas cognoscendus. ¶10 Infœlicitas idololatrarum. ¶17 In cultores idolorum.

VAni autem sunt omnes homines, in quibus nõ subest scientia Dei, ‖& de his quæ videtur bona, non potuerũt intelligere eũ qui est neque operibus attendẽtes agnouerũt quis esset artifex. ¶2 ‖Sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem & lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt. ¶3 Quorum `&' ĩ specie delectati deos putauerunt: sciant quanto his dominator eorum speciosior est. speciei enim generator hæc omnia constituit. ¶4 Aut ſi virtutẽ, & opera eorũ mirati sunt: intelligant ab illis quoniam qui hæc fecit, fortior est illis. ¶5 A magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri. ¶6 Sed tamen adhuc in his minor est querela: & hi enim fortassẽ errãt, Deũ quærentes, & volentes inuenire. ¶7 ‖Etenim quum in operibus illius conuersentur, inquirunt: & per suasum habẽt quoniam bona sunt quæ videntur. ¶8 Iterum autem nec his debet ignosci. ¶9 si enim tantum° potuissent scire, vt possent æstimare seculum: quomodo huius Dominum non facilius inuenerũt? ¶10 Infœlices autem sunt, & inter mortuos spes illorũ est, qui appellauerunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilẽ opus manus antiquæ. ¶11 ‖Aut ſiquis artifex faber de sylua lignum rectum secuerit, & huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ, ¶12 Reliquiis autem eius operis ad præparationẽ escæ abutatur: ¶13 Et reliquum horum quod ad nullos vsus facit lignum curuum, & verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, ¶14 Aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam quæ in illo est perliniens terra: ¶15 Et faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmãs ferro, ¶16 Ne forte cadat, prospiciens illi, sciens quoniam nõ potest adiuuare se. imago enim est, & opus est illi adiutorium. ¶17 Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est. ¶18 ‖Et pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuũ, & in adiutorio inutilẽ inuocat: ¶19 Et ꝓ itinere

*increpationis
°correpti:

A Rom.1.c.19.

Deut.4.c.19. & 17.c.3.

B Rom.1.c.21.

°potuerunt

C Esa.44.b.12. Ierc.10.a.3.

D Psal.113.b.5. baruch 6.a.3.

petit ab eo qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de omniu rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

CAP. XIIII.

1 Idôlum maledictũ, & fabricator eius. 15 Idôla vnde traxerint originẽ. 21 Quæmala procedant ex idololatria.

A ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portãte se fragilius lignũ inuocat. ¶2 Illud enim cupiditas acquirẽdi excogitauit, & artifex fabricauit sua. ¶3 Tua autem Pater, prouidentia ab initio cunctã gubernat: quoniam Exod.14.e.21. dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimã, ¶4 Ostendens quoniã potens es ex omnib' sanare, etiam si sine rate aliquis adeat mare. ¶5 Sed vt non essent vacua sapientiæ quæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credut homines animas suas, & trãseuntes Gen.6.a,& 7.b.10. mare per ratem liberati sunt. ¶6 ‖Sed & ab initio quum periret superni gigantes, spes orbis terrarum ad ratem confugiens, remisit seculo semen natiuitatis, quæ manu tua erat gubernata. ¶7 Benedictum est enim lignum, per quod fit iustitia. ¶8 ‖Per manus autem quod fit idôlum, & maledictum est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille quidẽ operatus est: illud autem quum esset fragile, Deus cognominatus est. Psal.115.b.8. baruch 6.2.9. ¶9 ‖Similiter autẽ odio sunt Deo, impius & impietas eius. ¶10 Etenim quod factu est, cũ illo qui fecit, tormenta patietur. ¶11 Propter hoc & in idolis nationũ nõ erit respect': quoniam Psal.5.a.7. creaturæ Dei in odiũ factæ sunt, & in tentationẽ *animæ hominũ, & in muscipulã pedibus insipientiũ. ¶12 Initiũ enim fornicationis, est exquisitio idolorũ: & adinuentio illorũ, corruptio vitæ est. ¶13 Neq; enim erãt ab initio, neq; erũt in perpetuũ. ¶14 Superuacuitas enim *hominũ hæc aduenit: in orbẽ terrarũ: & ideo breuis illorũ finis est inuentus. ¶15 Acerbo enim luctu dolẽs pater cito sibi rapti filii fecit imagine: & illũ qui tũc quasi homo mortuus fuerat, nũc tanquã Deũ colere cœpit, & cõstituit inter seruos suos sacra & sacrificia. ¶16 Deinde intercurrẽte tẽpore conualescẽte *iniqua antiqua cõsuetudine, hic error tanquã lex custoditus est, & tyrannorũ imperio colebantur figmenta. ¶17 Et hos quos in palãm homines honorare nõ poterãt, propter hoc quod lõgẽ essent, è longinquo figura eorũ ullata, euidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerũt: vt illũ qui aberat, tanquã præsentem colerẽt sua sollicitudine. ¶18 Prouexit autẽ ad horũ cultura & hos qui ignorabant, C artificis eximia diligentia. ¶19 Ille enim volẽs plus placere illi qui se assumpsit, elaborauit arte sua, vt simillitudinẽ in melius figuraret. ¶20 Multitudo autem hominũ *abducta per speciem operis, cum qui ante tempus tanquã homo honoratus fuerat, nunc Deum *æstimauerunt. ¶21 Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam aut affectui, aut regionibus deseruientes homines, in communicabile nomẽ lapidibus, & lignis imposuerunt. ¶22 Et non sufficerat erraſſe eos circa Dei scientiam, sed & in magno viuẽtes inscitiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellãt. ¶23 Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes ¶24 Neque vitam, neque nuptias mundas iã custodiunt, sed ~ & alius alium per inuidiam occidit, aut adulterans contristat: ¶25 Et omnia cõmista sunt, sanguis, homicidium, furtũ & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & periurium, tumultus bonorum, ¶26 Dei immemoratio, animarũ inquinatio, natiuitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio *mœchiæ & impudicitiæ. ¶27 Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium & finis. ¶28 Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certe vaticinantur falsa, aut viuunt iniustè, aut peierant cito. ¶29 Dum enim confidunt in idôlis quæ sine anima sunt, male iurantes noceri se non sperant. ¶30 Vtra que ergo illis euenient dignè, quoniam male sensẽrunt de Deo, attendentes idôlis, & iurauerunt iniustè in *idôlo' contemnentes iustitiam; ¶31 Non enim iurantium est virtus, sed peccantium pœna perabulat semper in iustorum præuaricationem.

CAP. XV.

Vox fidelium qui Dei misericordiam laudant, cuius gratia non seruiunt idolis. 7 Subsannatio idololatrarum.

T Vautem Deus noster, suauis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia. ¶2 Etenim si peccauerimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccauerimus, scimus quoniam apud te sumus computati. ¶3 Nosse enim te, consummata iustitia est: & scire iustitiam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis. ¶4 Non enim in errore induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec vmbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores, ¶5 Cuius aspectus insensato dat concupiscẽtiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima. ¶6 Malorum amatores, digni sunt ~ morte, qui spem habẽt in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt. ¶7 ‖Sed & figulus mollem terram pre mens laboriose fingit ad vsus nostros vnum quodque vas, & de eodem luto fingit quæ mũda sunt in vsum vasa, & simíliter quæ his sunt contraria, horum autem vasorum quis sit vsus, iudex est figulus. ¶8 Et cum labore vano Deũ fingit de eodem luto: ille qui paulo antè de terra factus fuerat, & post puũllum *reducit se' vnde acceptus est: repetitus animæ debitum quam habebat. ¶9 Sed cura est illi, non quia laboraturus est, nec quoniam breuis illi vita est, sed concertatur *aurificibus & argentariis: sed & æratios imitatur, & gloriam præfert, quoniam res superuacuas fingit. ¶10 Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes illius, & luto vilior vita eius: ¶11 Quoniam ignorauit qui se finxit, & qui inspirauit illi animam quæ operatur, & qui insufflauit ei spiritum vitalem. ¶12 Sed & æstimauerunt lusum esse vitam nostram, & conuersationem, vitæ compositam ad lucrum, & oportere vndecunque etiam ex malo acquirere. ¶13 Hic enim scit se super omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vasa, & sculptilia fingit. ¶14 Omnes enim insipientes, & infœlices supra modum animæ superbi sunt, inimici populi tui, & imperãtes illi: ¶15 Quoniã omnia idôla nationũ deos æstimauerũt, ‖quibus neq; oculorũ visus

est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuū ad tractandū, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. ¶16 Homo enim fecit illos: & qui spiritū mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similē homo poterit Deū fingere. ¶17 Quum enim ūt mortalis, mortuū fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his quos colit: quia ipse quidem vixit, quum esset mortalis, illi autē nūquam. ¶18 Sed & animalia miserrima colunt: insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. ¶19 Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem Dei laudem, & benedictionem eius.

## CAP. XVI.

Pœna idololatrarū. 20 Iudicia Dei. De missione mānæ. 26 Nō ih solo pane viuit homo.

PRopter hæc & his similia passi sunt digne tormenta, & per multitudinem bestiarum exterminari sunt. ¶1 Pro quibus tormētis bene dispositi populum tuū, quibus dediti concupiscentiam delectamenti sui nouum saporē, escam parans eis ortygometram: ¶2 Vt illi qui dem concupiscentes escam propter ea quæ illis ostēsa & missa sunt, etiam à necessaria concupiscentia auerterentur: hi autem in breui inopes facti, nouam gustauerunt escam. ¶4 Oportebat enim illis sine excusatione quidem superuenire interitū exercētibus tyrānidem: his autē tantūm ostendere quemadmodū inimici eorū exterminabantur. ¶5 Etenim quum illis superuēnit fœua bestiarum ira, morsibus peruersorum colubrorum exterminabantur. ¶6 Sed nō in perpetuū ira tua permansit, sed ad correptionē in breui turbati sunt, signum habentes salutis ad commorationem mandati legis tuæ. ¶7 Qui enim cōuersus est, non per hoc quod videbat sanabatur, sed per te omnium saluatorem. ¶8 In hoc autem ostendisti inimicis suis quia tu es qui liberas ab omni malo. ¶9 Illos enim locustarum, & muscarum occiderunt morsus, & non est inuenta sanitas animæ illorum: quia digni erāt ab hufsmodi exterminari. ¶10 Filios autem tuos, nec draconū nec venenatorū vicerunt dentes. misericordia enim tua aduenies sanabat illos. ¶11 In memoria enim sermonum tuorū exterminabantur, & velociter sanabantur, ne in altā incidentes obliuionē nōpossent tuo vti adiutorio. ¶12 Etenim neq; herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat ōnia. ¶13 Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis & reducis. ¶14 Homo autem occidit quidem per malitiam animam suam, & quum exierit spiritus, non reuertetur, nec reuocabit animam quæ recepta est. ¶15 Sed tuam manum effugere impossibile est. ¶16 Negantes enim te nosse impii, per fortitudinem brachii tui flagellati sunt: nouis aquis, & grandinibus, & pluuiis persecutionem passi, & per ignē cōsumati. ¶17 Quod enim mirabile erat: in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. vindex est enim orbis iustorū. ¶18 Quodā enim tempore mansuetabatur ignis, ne combureretur quæ ad impios missa erant animalia: sed vt ipsi videntes, scirent quoniam Dei iudicio patiuntur persecutionem. ¶19 Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescebat vndique, vt iniquam terræ nationem exterminaret. ¶20 Pro quibus Angelorum esca nutristi populum tuum, & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore om ne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem. ¶21 Substantiam enim tua am & dulcedinem tuam quam tu filios habes ostendebas: & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur. ¶22 Nix autem, & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant: vt scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardēs in grandine & pluuia coruscans. ¶23 Hoc autem iterum, vt nutrirentur iusti, ignis etiam suæ virtutis oblitus est. ¶24 Creatura enim tibi factori deseruiens, exardescit in tormentū aduersus iniustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt. ¶25 Propter hoc & tunc omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant ad voluntatem eorum qui à te desiderati sunt: ¶26 Vt scirent filii tui, quos dilexisti Domine, quoniam non nutrimentum fructus pascūt homines, sed sermo tu hos qui in te crediderit, cōseruat. ¶27 Quod enim ab igne nō poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactū tabescebat: ¶28 Vt notum omnibus esset quoniam oportet præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad orientem lucis te adorare. ¶29 Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superfluacua.

## CAP. XVII.

De magnitudine iudiciorum Dei: qui pœnis mirabilibus impios affligebat.

MAgna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerūt. ¶1 Dū enim perfusum habent iniqui, posse dominari nationi sanctæ: ¶2 vinculis tenebrarum, & longæ noctis cōpedi, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. ¶3 Et dum putant se latere in obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamento disperſi sunt pauentes horrēdē, & cū admiratione nimia perturbati. ¶4 Neque enim quæ cōtinebat illos speluncæ sine timore custodiebat: quoniā sonitus descēdēs perturbabat illos, & personæ tristes illis apparētes, pauoré illis præstabāt. ¶5 Et ignis quidē nulla vis poterat illis lumen præbere, nec syderū lympidæ flāmæ illuminare poterāt illā nocte horrendā. ¶6 Apparebat autē illis subitane ignis, timore plen: & timore percussi illius quæ nō videbatur, faciei, æstimabāt de teriora esse quæ nō videbātur. ¶7 Et magicæ artis appositi erāt derisus, & sapiētiæ gloria correptio cū contumelia. ¶8 Illi enim qui promittebant timores, & perturbationes expellere se ab anima languente, bi cum derisu pleni timore languebant. ¶9 Nam etsi nihil illos ex monstris perturbabat: transitu animaliū, & serpentium sibilatione commoti, tremebundi periebant, & aerem, quem nulla ratione quis ef fugere posset, negantes se videre, ¶10 frequenter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia. ¶11 Quum sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis. semper enim præsumit fœua perturbata con-

*iniquæ Exod.16.c. *Pſal.77.c.25. *Iohan.6d.33. *Subſtantia enim tua, dulcedinem *oſtendebat: Exod.9.c.23. *excandeſcit *in D *ortum *ſpes A Exod.10. f.21. Exod.7.d.11. & 8.b.7. *gloriæ E *condemnat

scientia. ¶11 Nihil enim est timor, nisi præsumptionis adiutorium, proditio cogitationis auxiliorum. ¶13 Et dum abintus minor est expectatio, maiorem computat scientiam eius causæ de qua tormentum præstat. ¶14 Illi autem qui in potentem venere noctem, & ab infimis & ab altissimis inferis superuenientem eundem somnum dormientes, ¶15 aliquando monstrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione. subitaneus enim illis, & insperatus timor superuenerat.

¶16 Deinde si quisquam ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus.

¶17 Et enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborū operarius præoccupatus esset: ineffugibilem sustinebat necessitatem. ¶18 Vna enim catena tenebrarū omnes erant colligati. Siue spiritus sibilans, aut inter spissos arborū ramos aulum sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, ¶19 Aut sonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium cursus insuisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis mōtibus echo: deficientes faciebant illos præ timore. ¶20 Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & nou impeditis operibus continebatur. ¶21 Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarū, quæ superueniturа illis erat. Ipsi ergo sibi erāt graviores tenebris.

## CAP. XVIII.

De luce Israelitarum eos præcedente. Af. flictio impiorū Aegyptiorum. 10 Interitus populi Israelitici. pro quo Aaron deprecatus est.

A Sanctis autem tuis maxima erat lux. & horum quidem vocem audiebat, sed figuram non videbant: & quia non & ipsi eadem perpessi erant, magnificabant eos: ¶2 Et qui antè læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant, rogantes ut esset differentia, donum petebant. ¶3 Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerat ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitii præstitisti. ¶4 Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui inclusos custodiebant sanctos filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari. ¶5 Quum cogitarēt iustorum occidere infantes: & vno exposito filio, sed liberato, in traductionem illorum, multitudinē filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti in aqua valida. ¶6 Illa enim nox antè cognita est à patribus nostris: vt verè scientes quibus iuramentis crediderint, animæ quiores essent. ¶7 Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorū, iniustorum autē exterminatio. ¶8 Sicut enim læsisti aduersarios nostros: sic & nos prouocans magnificasti. ¶9 Absconsè enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitiæ legem in concordiam dispositerunt: similiter & bona & mala receperunt iustos, patri omnium decantantes laudes. ¶10 Resonabat autem inconuenies inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorū infantiū. ¶11 Simili autem pœna seruus cum domino afflictus est, & populatis homo regi simjlia passus. ¶12 Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebāt innumerables. Nec enim ad sepellendū viui sufficiebant: quoniā vno momēto quæ erat præclarior natio illorū, exterminata est. ¶13 De omnibus enim non credentes propter beneficia, tunc quā primā fuit exterminiū primogenitorū, spoponderunt populū Dei se esse. ¶14 Quum enim quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medii iter haberet, ¶15 Omnipotens sermo tuus de mine exiliens de cælo a regalibus sedibus, durus debellator in mediā exterminii, terrā pro filiuit, ¶16 Gladius acutus insimulatū imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte, & vsque ad cælum attingebat stans in terra. ¶17 Tunc continuò visus somniorū malorum turbauerūt illos, & timores superuenerunt insperati. ¶18 Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quā moriebatur causam demonstrabat mortis. ¶19 Visiones enim quæ illos turbauerūt, hæc præmonebant, ne insciā quare mala patiebantur, perirent. ¶20 Tetigit autē tāc & iustos tētatio mortis, & cōmotio in eremo facta est multitudinis: sed nō diu permansit ira tua. ¶21 Properās enim homo sine querela deprecari pro populis, proferēs sexnitutis suæ scutum orationē, & per incensum deprecationē allegans, restitit iræ, & finē imposuit necessitati, ostendēs quoniam tuus est famulus. ¶22 Vicit autē turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentiæ, sed verbo illum qui se vexabat subiecit, iuramenta parētum, & testamentum cōmemoras. ¶23 Quum enim iā acernatim cecidissent super alterutrū mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illā quæ ad viuos ducebat viā. ¶24 In veste enim podēris, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in qua tuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificētia tua in diademate capitis illius scripta erat. ¶25 His autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit: erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

## CAP. XIX.

De interitu Aegyptiorum, & Hebræorum liberatione.

Impils autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorū: ¶2 Quoniā quum ipsi reuersi essent, & permisissent vt se educerēt, & quum magna solicitudine præmisissent illos, consequebantur illos pœnitentiæ actus. ¶3 Adhuc enim inter manus habentes luctū, & deplorantes ad monumēta mortuorum, aliam sibi assumpserūt cogitationem insciētiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebātur. ¶4 Ducebat enim illos ad hūc finem digna necessitas: & horum quæ acciderant commemorationem amittebant, vt quæ deerant tormētis, repleret punitio: ¶5 Et populus quidem tuus mirabiliter trāsiret, illi autē nouam mortem inuenirent. ¶6 Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deseruiens tuis præceptis. vt pueri tui custodirētur illæsi. ¶7 Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ antè erat, terra arida apparuit, & in Mari rubro via sine impedimento, & campus germinās de profundo mimio: ¶8 Per quem omnis natio trāsiuit quæ tegebatur tua manu, vidētes tua mirabilia & mōstra. ¶9 Tāquam enim equi depauerūt escam, & tanquam agni exultauerūt magnificātes te



Ignorātiam: alii confectā: alii verò potentiam. Impotentem vete

Basilienſe exēplar legit te Deum

Exod.13.d.21. psal.77.b.14, & 104.d.39.

Exod.1.c.16, & 2.a.3.

& Exod.14.f.24, & 15.17.

B

Concordia patrum iam

Exod.11.d.37, & 12.29.

Domine, qui liberasti illos. ¶ 10 Memores enim erant adhuc eorũ quæ in iucolatu illorũ facta fuerant, quemadmodum pro natione animaliũ produxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinẽ ranarum. ¶ 11 Nouissime autẽ viderunt nouam creaturã auium, quum adducti cõcupiscentia postulauerunt escas epulationis. ¶ 12 In allocutione enim desiderij ascẽdit illis de mari ortigometra, & vexationes peccatoribus superuenerũt non sine illis quæ antè facta erant argumẽtis per vim fluminum. Iuste enim patiebãtur secundum suas nequitias. ¶ 13 Etenim detestabiliorem inhospitalitatem iustituerũt, alii quidẽ ignotos non recipiebant aduenas, alii autẽ bonos hospites in seruitutẽ redigebant. ¶ 14 Et non soldm hæc, sed & alius quidem respectus illorum erat iniquonem inuiti recipiebant extraneos. ¶ 15 Qui autem cum lætitia receperũt hos, qui eisdem vsi erãt institutis, sæuissimis afflixerunt doloribus. ¶ 16 Perculsi sunt autem cæcitate: sicut illi in foribus iusti quũ subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisq; trãsitum ostii sui quærebat. ¶ 17 In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt: vnde æstimari ex ipso visu certò potest. ¶ 18 Agrestia enim in aquatica conuertebantur: & quæcunque erant natantia, in terram transibant. ¶ 19 Ignis in aqua valebat supra suam virtutem. & aqua extinguẽtis naturæ obliuiscebatur. ¶ 20 Flãmæ econtrario, corruptibilũ animalium non vexauerũt carnes coambulãtium, nec dissoluebãt illã quæ facilè dissoluebatur, sicut glacies bonã escam. In omnibus enim magnificasti populum tuũ Domine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & in omni loco assistens eis.

# Ecclesiasticus siue Sapientia Iesu filii Sirach.

## PROLOGVS.

VItorum nobis & magnorũ per Legẽ & Prophetas aliósque qui secuti sunt illos, sapiẽtia demõstrata est: in quibus oportet laudare Israelẽ doctrinæ & sapiẽtiæ causa: quia non soldm ipsos loquẽtes necesse est esse peritos, sed etiã extraneos posse & discẽtes & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus, postquã se amplius dedit ad diligẽtiam lectionis Legis, & Prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à patrẽtibus nostris traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horũ quæ ad doctrinam & sapiẽtiam pertinent: vt desiderantes discere, & illorum periti fieri, magis quæque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venite vos cum beneuolentia, & attentiori studio lectionem facere: & veniam habere in illis in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, & deducere in verborum cõpositione. Nam deficiunt & verba Hebraica quando fuerint translata ad alteram linguã. Non autem solum hæc, sed & ipsa Lex, & Prophetæ, cæteráque aliorum librorum nõ parũa habent differẽtiam quando inter se dicuntur. Nam in octauo & tricesimo anno tẽporibus Ptolemæi Euergetis regis, postquã peruenit in Aegyptũ: & quũ multũ temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos non partuæ, neque cõtemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & necessarium putaui & ipse aliquã addere diligẽtiam & laborẽ interpretãdi librum istum: & multa vigilia attuli doctrinã in spatio tẽporis ad illa quæ ad finẽ ducunt, librum istum dare, & illis qui volũt animũ intendere, & discere quẽadmodũ oportet instituere mores qui secundum legẽ Domini propofuerint vitam agere.

# Ecclesiasticus.

## CAP. I.

Sapientia à Deo procedit. 4 Commendatio sapiẽtiæ. 11 Timor siue religio Domini. 26 Exhortatio ad patientiam in studio religionis. 31 In quo consistat studium sapientiæ. Quomodo adeunda sapientia.

OMNIS sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. ¶ 2 Arenam maris, & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerauit? altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? ¶ 3 Sapientiam Dei præcedentẽ omnia, quis inuestigauit? ¶ 4 Prior omnũ creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. ¶ 5 Fons sapientiæ verbũ Dei in excelsis, & ingressus illius mãdata æterna. ¶ 6 Radix sapiẽtiæ, cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? ¶ 7 Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicatione ingressus illius quis intellexit? ¶ 8 Vnus est Altissimus creator omnium, omnipotẽs, & rex potens, & metuẽdus nimis, sedens super thronũ illius, & dominans Deus. ¶ 9 Ipse creauit illam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est. ¶ 10 Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datũ suum, & præbuit illam diligẽtibus se. ¶ 11 Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. ¶ 12 Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiã & gaudium in longitudinem dierũ. ¶ 13 Timẽti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. ¶ 14. 15 Dilectio Dei, honorabilis sapiẽtia. Quibus autẽ apparuerit in visu, diligũt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum. ¶ 16 Initium sapientiæ timor Domini, & cũ fidelibus in vulua concreatus est, & cũ electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur. ¶ 17 Timor Domini, sciẽtiæ religiositas. ¶ 18 Religiositas custodiet, & iustificabit cor, iucunditatẽ atq; gaudiũ dabit. ¶ 19 Timẽti Dominũ bene erit, & in diebus consolationis illius benedicetur. ¶ 20 Plenitudo sapientiæ est, timere Deũ, & plenitudo à fructibus illius. ¶ 21 Omnẽ domũ illius implebit à generationib, & receptacula à thesauris

A

3. Reg. 3. b. 9, & 4. d. 29. Iob 28. d. 23. Iacob. 1. a. 2.

B

Rom. 11. d. 34.

&

C

Prou. 1. a. 7, & 9. c. 10. psal. 110. d. 10.

consummationis

illius. ¶22 Corona sapientiæ, timor Domini, replés pacem, & salutis fructum: ¶23 Et vidit, & dinumeravit eam. Utraque autem sunt dona Dei. ¶24 Scientiam, & intellectum prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se, exaltat. ¶25 Radix sapientiæ est, timere Dominum: rami illius longæui. ¶26 In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia.

¶27 Timor Domini expellit peccatū. ¶28 Nā qui sine timore est, non poterit iustificari. iracūdia enim animositatis illius, subuersio illi est. ¶29 Vsque in tempus sustinebit patiens, & postea redditio iucunditatis. ¶30 Bonus sensus vsquein tēpus abscondet verba illius, & labia multorum enarrabūt sensum illius. ¶31 In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ:

¶32 Execratio autem peccatori, cultura Dei. ¶33 Fili, concupiscens sapientiam, conserua in iustitiā, & Deus præbebit illam tibi. ¶34 Sapietia enim & disciplina timor Domini: ¶35 Et quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius. ¶36 Contumax non ūs, & incredibilis timori Dei: & ne accesseris ad illū duplici corde. ¶37 Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & nō scādalizeris in labiis tuis. ¶38 Attende in illis: ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationē, ¶39 Et reuelet Deus abscōsa tua, & in medio synagogæ elidat te, ¶40 Quoniā accessisti maligne ad Dominū, & cor tuū plenū est dolo & fallacia.

CAP. II.

Seruis Dei expectanda afflictio. 6 Fides & spes in Deum habenda.

¶1 Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animā tuā ad tentationem. ¶2 Deprime cor tuum, & sustine: & inclina aurem tuā, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tēpore obductionis. ¶3 Sustine sustentationes Dei: cōiungere Deo, & sustine, vt crescat i nouissimo vita tua. ¶4 Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: ¶5 Quoniam in igne probatur aurum & argētum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. ¶6 Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viā tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce. ¶7 Metuentes Dominum, sustinete misericordiam eius, & nō deflectatis ab illo, ne cadatis. ¶8 Qui timetis Dominum, credite illi: & non euacuabitur merces vestra. ¶9 Qui timetis Dominum, sperate in illum: & in obiectationem veniet vobis misericordia. ¶10 Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. ¶11 Respicit filii nationes hominū: & scitote quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. ¶12 Quis enim permansit in mādatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? ¶13 Quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata, & protector est omnibus exquirentibus se in veritate. ¶14 Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus maleracientibus, & peccatori terrā ingredienti duabus viis. ¶15 Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideo non protegentur ab eo. ¶16 Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerūt vias rectas, & dlu erterunt in vias prauas. ¶17 Et quid facient quum inspicere cœperit Dominus? ¶18 Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conseruabunt verbum illius. ¶19 Qui timent Dominum, inquirēt quæ beneplacita sunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsius. ¶20 Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. ¶21 Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius. ¶22 Dicentes, Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominū. ¶23 Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

CAP. III.

De parentibus honorandis. 19 Mansuetudo. Humilitas. 22 Arcana Dei non inquirenda curiosius. 27 Cor prauum. 31 Cor sapiens. 33 Eleemosyna.

¶1 Filii sapientiæ, ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. ¶2 Iudicium patris audite filii, & sic facite vt salui sitis.

¶3 Deus enim honorauit patrē in filiis: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios.

¶4 Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit se ab illis, & in oratione diesum exaudietur. ¶5 Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suum. ¶6 Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. ¶7 Qui honorat patrē suū, vita vitæ lōgiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. ¶8 Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerunt. ¶9 In opere & sermone, & omni patientia honora patrē tuum, ¶10 Vt superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat. ¶11 Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autē matris eradicat fundamēta. ¶12 Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio. ¶13 Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filii pater sine honore. ¶14 Fili suscipe senectam patris tui: & non contristes eum in vita illius: ¶15 Et si defecerit sensu, veniam da, & ne speras eū in virtute tua. eleemosyna enim patris non erit in obliuione. ¶16 Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi. ¶17 Et in die tribulationis cōmemorabitur tui: & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. ¶18 Quām maiæ famæ est qui derelinquit patrē: & est maledictus à Deo qui exasperat matrem. ¶19 Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominū gloriā diligēris. ¶20 Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & corā Deo inuenies gratiam, ¶21 Quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. ¶22 Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus: illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. ¶23 Non est enim tibi necessarium ea quæ absconditа sunt, videre oculis tuis. ¶24 In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operib eius nō eris curiosus. ¶25 Plurima enim super sensum hominū ostēsa sunt tibi. ¶26 Multos enim supplantauit suspicio



Mat.4.2.1. A
1.tim.3.c.12.
2.Pet.4.c.12.

Sapient.3.a.6
prou.17.2.3.

Psal.37.c.15.
esaiæ 26.b.15.

3.Reg.18.d.21.

illorũ, & in vanitate detinuit sensus illorum.
¶ 27 Cor durum habebit male in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit. ¶ 28 Cor ingredientis duas vias, non habebit successus: & praui cordius in illis scandalizabitur. ¶ 29 Cor nequam graua bitur in doloribus, & peccator adijcietur ad peccandum. ¶ 30 Synagógæ superborum non erit sanitas: frutex enim peccati eradicatur in illis, & non intelligetur.
¶ 31 Cor sapientis intelligitur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiã. ¶ 32 Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ succesus habebit. ¶ 33 Ignẽ ardentẽ extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: ¶ 34 Et Deus prospector est eius qui reddit gratiam: meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum. CAP. IIII

Non auertendus oculus à paupere. 9 Iudex sit misericors erga pupillos. 18 Tentatio sequitur studiosos sapientiæ. 23 Tẽpus. 24 Veritas. 26 Mendacium. 29 Sapientia. 30 Veritas. 31 Peccatum. 32 Potens. 33 Iustitia. 34 Lingua. 35 Sæuitia fugienda. 36 Anarchia.

FIli, eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. ¶ 2 Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperem in inopia sua. ¶ 3 Cor inopis ne affligeris, & nõ protrahas datum angustianti. ¶ 4 Rogationem contribulati ne abicias: & non auertas faciem tuam ab egeno. ¶ 5 Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere. ¶ 6 Maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. exaudiet autem eum qui fecit illum. ¶ 7 Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuũ. ¶ 8 Declina pauperi ſne tristitia autem tuam, & redde debitum tuum, & respondeillipacifice in mãsuetudine. ¶ 9 Libera eum qui iniuriam patitur, de manu superbi: & non acidè feras in anima tua.
¶ 10 In iudicãdo esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorũ: ¶ 11 Et eris tu velut filius Altissimi obediẽs, & miserebitur tui magis quàm mater. ¶ 12 Sapientia filiis suis vitã inspirat, & suscipit inquirentes se, & præbit in via iustitiæ. ¶ 13 Et qui illam diligit, diligit vitã: & qui vigilauerint ad illã, complectetur placor ẽ eius. ¶ 14 Qui tenuerint illã, vitã hæreditabunt: & quò introibit, benedicet Deus. ¶ 15 Qui seruiũt ei, obsequentes erãt Deo: & eos qui diligũt illã, diligit Deus. ¶ 16 Qui audit illã, iudicabit gentes: & qui intuetur illã, permanebit cõfidens. ¶ 17 Si crediderit ei, hæreditabit illã, & erunt in conſirmatione creaturæ illorum: ¶ 18 Quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum. ¶ 19 Timorem & metũ, & probationem inducet super illũ, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius. ¶ 20 Et firmabit illum, & iter adducet directũ ad illum, & lætificabit illum, ¶ 21 Et denudabit abscondsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiã & intellectum iustitiæ. ¶ 22 Si autem oberrauerit, derelinquet eum, & tradet eũ in manus ruinæ sui. ¶ 23 Fili, cõserua tẽpus, & deuita à malo. ¶ 24 Pro anima tua ne confundaris dicere verũ. ¶ 25 Est enim confusio adducens peccatum, & est cõfusio adducens gloriam & gratiam. ¶ 26 Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam mendacium. ¶ 27 Ne retineraris proximum tuum in casu suo. ¶ 28 Nec retineas verbum in tempore salutis: non absc ̃odas sapientiam tuam in decõre suo. ¶ 29 In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentũ in operibus iustitiæ. ¶ 30 Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mẽdacio ineruditionis tuæ confundere. ¶ 31 Non confundaris confiteri peccata tua, & ne subiicias te omni homini pro peccato. ¶ 32 Noli resistere cõtra faciem potentis. nec coneris contra ictũ fluui. ¶ 33 Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsque ad mortem certa pro iustitia, & Deꝰ expugnabit pro te inimicos tuos. ¶ 34 Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, & remissus in operibus tuis. ¶ 35 Noli esse ſicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimens subiectos tibi. ¶ 36 Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. CAP. V

Diuitiis non fidendum. 2 Superbia. 4 Cõtemptus Dei. 5 Remissio peccati. 10 Diuitiæ. 11 Inconstantia. 11 Lingua. 12 Domini. 13 Sermo. 15 Lingua. 15 furro.

NOli attendere ad possessiones iniquas, & ne dixeris, Est mihi sufficiens vita. mihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis. ¶ 2 Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui: ¶ 3 Et ne dixeris, Quomodo potuit aut quis me subiicit propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.
4 Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. ¶ 5 De propitiato peccatorum noli esse sine metu, neque adijcias peccatum super peccatũ. ¶ 6 Et ne dicas, Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur.
¶ 7 Misericordia enim, & ira ab illo cito proximãt, & in peccatores respicit ira illi. ¶ 8 Nõ tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. ¶ 9 Subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. ¶ 10 Noli anxius esse in diuitiis iniustis. non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ.
¶ 11 Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. hic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. ¶ 12 Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & profequatur te verbũ pacis & iustitiæ.
¶ 13 Esto mansuetus ad audiẽdum verbũ Dei, vt intelligas: & cum sapientia proferes responsum verum. ¶ 14 Si est tibi intellectus, responde proximo: sinautem sit manus tua super os tuũ, ne capiaris in verbo indisciplinato, & cõfundaris. ¶ 15 Honor & gloria in sermone sensati: lingua verò imprudentis subuersio est ipsius. ¶ 16 Nõ appellẽris susurro in vita tua, & lingua tua ne capiaris, & cõfundaris. ¶ 17 Super furẽ enim est cõfusio & pœnitẽtia. & detestatio pessima super bilinguẽ: susurratori autem odium, & inimicitia & cõtumelia. ¶ 18 Iustũ iuxta pusillum, & magnum similiter.

CAP. VI.

Bilinguis. 2 Superbia. 5 Verbum dulce.
7 De amicitia vera. 12 Doctrinam amplectendam suadet.

A 1 NOli fieri pro amico inimicus proximo: improperiū enim, & cōtumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator insidias & bilinguis. ¶ 2 ‖ Nō te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per stultitiā, ¶ 3 Et folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo: ¶ 4 Anima enim nequam disperdet qui se habet, & in gaudiū inimicis dat illum, & deducet in sortem impiorum. ¶ 5 ‖ Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. ¶ 6 Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. ¶ 7 ‖ Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. ¶ 8 Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. ¶ 9 Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus qui odium & rixam & cōuitia denudabit. ¶ 10 ‖ Est autē amicus socius mēsæ, & nō permanebit in die necessitatis. ¶ 11 Amicus si permāserit nxus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. ¶ 12 Si humiliaverit se contra te, & à facie tua absconderit se, vnanimem habebis amicitiā bonam. ¶ 13 Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. ¶ 14 Amicus fidelis, protectio fortis: qui autē inuenit illū, inuenit thesaurum. ¶ 15 Amico fideli nulla est cōparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti cōtra bonitatē fidei illius. ¶ 16 Amicus fidelis, medicamentū vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, inueniunt illum. ¶ 17 Qui timet Deum, æquē habebit amicitiam bonam: quoniā secundum illū erit amicus illius. ¶ 18 Fili, à iuuentute tua excipe doctrinā, & vsque ad canos inuenies sapietiā. ¶ 19 Quasi is qui arat, & qui seminat, accede ad eā, & sustine bonos fructus illius. ¶ 20 ‖ In opere enim C ipsius exiguam laborabis, & citò edes de generationibus illius. ¶ 21 Quām aspera est nimiū sapiētia in doctis hominibus, & nō permanebit in illa exors. ¶ 22 Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proicere illā. ¶ 23 Sapiētia enim doctrinæ secundū nomen est eius, & non est multis manifesta. quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectū Dei. ¶ 24 Audi fili, & accipe cōsilii intellectus, & ne abiicias consilium meū. ¶ 25 Iniice pedem tuū in cōpedes illius, & in torques illius collum tuū. ¶ 26 ‖ Subiice humerū tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius. ¶ 27 In omni animo tuo accede ad illā, & in omni virtute tua conserua vias eius. ¶ 28 Inuestiga illā, & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam. ¶ 29 In nouissimis enim inuenies requiē in ea, & cōuertetur tibi in oblectationem. ¶ 30 Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolā gloriæ. ¶ 31 Decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutis. ¶ 32 Stolā gloriæ indues eam, & coronā gratulationis impones tibi. ¶ 33 Fili, si attenderis mihi, disces eā: & si accōmodaueris animum tuum, excipies doctrinā: & si dilexeris audire, sapiens eris. ¶ 35 In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorū ex corde coniungere, ‖ vt omnem narrationē Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiāt a te. ¶ 36 Et si videris sensatum, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus. ¶ 37 ‖ Cogitatū tuum habe in præceptis Dei, & in mādatis illius maximè assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

CAP. VII.

Peccata diligenter esse fugienda. 22 De familia & re domestica.

NOli facere mala, & non te apprehēdent. A
¶ 1 Discede ab iniquo, & declinent mala abs te. ¶ 2 Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum. ¶ 4 Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris. ¶ 5 ‖ Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & pones regem noli velle videri sapiens. ¶ 6 Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrūpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua.
¶ 7 Nō pecces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum. ¶ 8 Neque alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. ¶ 9 Noli esse pusillanimis in animo tuo. ¶ 10 Exorare, & facere elemosynā ne despicias. ¶ 11 Ne dicas, in multitudine munerū meorū respiciet Deus, & offerenti me Deo altissimo, munera mea suscipiet. ¶ 12 Nō irrideas hominē in amaritudine animæ: est enim qui humiliat & exaltat, circūspector Dei. ¶ 13 Noli amare mēdacium aduersus fratrē tuū, neque in amicū simūliter facias. ¶ 14 Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona. ¶ 15 Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum, & nō iteres verbum in oratione tua. ¶ 16 Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo. ¶ 17 Non te reputes in multitudine indisciplinatorū. ¶ 18 Memēto iræ, quoniam non tardabit. ¶ 19 Humilia valde spiritū tuum: quoniam vindicta carnis impii, ignis & vermis. ¶ 20 Noli præuaricari in amicum pecuniā differentem, neque fratrem charissimum auro spreueris. ¶ 21 Noli discedere à muliere sensata & bona, quam sortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius super aurum. ¶ 22 ‖ Non lædas seruum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam suam. ¶ 23 Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illū libertate, neque inopē derelinquas illū. ¶ 24 ‖ Pecora tibi sint? attēde illis: & si sūt vtilia, perseuerēt apud te. ¶ 25 Filii tibi sint? audi illos, & curua illos à pueritia illorū. ¶ 26 Filiæ tibi sūt? serua corpus illarū, & non ostendas hilarē faciem tuā ad illas. ¶ 27 Trade filiā, & grande opus feceris, & homini sensato da illā. ¶ 28 Mulier si est tibi secundū animam tuā, non proiciatur illā: & odibili non credas te in toto corde tuo. ¶ 29 ‖ Honora patrē tuū, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. ¶ 30 ‖ Memēto quoniā nisi per illos natus nō fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi. ¶ 31 In tota anima tua time Dominū, & sacerdotes illius sanctifica. ¶ 32 In omni virtute tua dilige eū qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas. ¶ 33 Honora Deum

1 Prou.12.c.16. Philip.2.a.5. 2 comedet, p. det, relinquēris
3 Eccli.10.b.13. 4 gratiosa
5 Deut.13.b.6. & 33.b. Eccli.7.a.5. Matt.10.d.35.
6 Eccli.7.a.5.
7 Inuenient
8 Eccli.6.d.36.
9 Matt.11.d.29.
10 salutaris 11 superponēs

ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachiis. ¶ 34 Da illis partē, sicut mandatum est tibi, primitiarū & purgationis: & de negligentia tua purga te cū paucis. ¶ 35 Datum brachiorū tuorū & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & multa sanctorum: ¶ 36 Et pauperi porrige manū tuā, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. ¶ 37 Gratia datus in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. ¶ 38 ‖ Non defis plorantibus in consolatione, & cum lugentib⁹ ambula. ¶ 39 Nō te pigeat visitare infirmū: ex his enim in dilectione firmaberis. ¶ 40 In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

¶ CAP. VIII.

Non litigandum cum fortiori, diuite, linguato. 5 Indocto. 7 Senectus. 8 Inimicus. 11 Seniores audiendi. 13 Peccatores. 14 Contumeliosus. 15 Fœnerari. 17 Iudex. 18 Audax. 19 Iracundus. 21 Consilium.

NOn litiges cum homine potente, ne forte incidas in manus illius. ¶ 2 ‖ Non contendas cum viro loquace, ne forte contra te constituat litem tibi. ¶ 3 ‖ Multos enim perdit aurum & argentum, & vsque ad cor regū extendit, & conuertit. ¶ 4 Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius lingua. ¶ 5 Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur. ¶ 6 Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei. ¶ memento quoniam omnes in corruptione sumus. ¶ 7 ‖ Ne spernas hominē in sua senectute: etenim ex nobis senescunt.

¶ 8 Noli de mortuo inimico tuo gaudere: scies quoniam omnes morimur, & in gaudium volumus venire. ¶ 9 ‖ Ne despicias narrationem prudentum sapientum, & in prouerbiis eorum conuersare. ¶ 10 Ab ipsis enim disces sapientiam, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. ¶ 11 Non te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis. ¶ 12 Quoniam ab ipsis disces intellectū, & in tempore necessitatis dabis responsum. ¶ 13 Non incēdas carbones peccatorū erguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorum. ¶ 14 Ne contra faciem stes cōtumelioſi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. ¶ 15 ‖ Noli fœnerari homini fortiori te: quòd si fœnerauerit, quasi perditum habe. ¶ 16 Non spondeas super virtutē tuam: quòd si spoponderis, quasi restituens cogita. ¶ 17 Non iudices contra iudicē: quoniam secundū quod iustum est, iudicat. ¶ 18 ‖ Cū audace non eas in via, ne forte grauet mala sua in te: ipse enim secūdū voluntatē suā vadit, & simul cū stultitia illius peries. ¶ 19 ‖ Cum iracundo non facias rixā, & cum audace non eas in desertū: quoniā quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te. ¶ 20 Cum fatuis consilium non habeas. non enim poterunt diligere nisi quæ eis placēt. ¶ 21 Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet. ¶ 22 Non omni homini cor tuum manifestes: ne forte inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi.

¶ CAP. IX.

Vxor. 3 Meretrix fugienda. 14 Amicus. 22 Iustus. 24 Sermo.

NOn zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. ¶ 2 Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. ¶ 3 Ne respicias mulierem multiuolam: ne forte incidas in laqueos illius. ¶ 4 Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illi⁹. ¶ 5 ‖ Virginē ne cōspicias, ne forte scādalizeris in decore illius. ¶ 6 ‖ Ne des fornicariis animam tuam in vllo: ne perdas te, & hæreditatem tuam. ¶ 7 Noli circunspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. ¶ 8 ‖ Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circunspicias speciem alienam. ¶ 9 ‖ Propter speciē mulieris multi perierūt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. ¶ 10 Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereūtibus cōculcabitur. ¶ 11 Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt. colloquium enim illius quasi igni exardescit. ¶ 12 Cū aliena mulitere ne sedeas omnino, nec accumbas cum ea super cubitum: ¶ 13 Et non alterceris cū illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illā, & sanguine tuo labaris in perditionem. ¶ 14 Ne derelinquas amicū antiquū: nouus enim non erit similis illi. ¶ 15 Vinum nouū, amicus nouus: veterascet, & cū suauitate bibes illud. ¶ 16 ‖ Nō zeles gloriam, & opes peccatoris: nō enim scis quæ futura sit illius subuersio. ¶ 17 Non placeat tibi iniuria iniustorum, scies quoniam vsque ad inferos non placebit impius. ¶ 18 Lōgè abesto ab homine potestatē habente occidendi, & nō suspicaberis timoré mortis. ¶ 19 Et si accesseris ad illum, noli aliquid cōmittere, ne fortè auferat vitam tuam. ¶ 20 Communionem mortis scito: quoniam in medio laqueorum ingrederis, & super dolentium arma ambulabis. ¶ 21 Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo, & cum sapientibus & prudentibus tracta. ¶ 22 Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio. ¶ 23 Et in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altissimi. ¶ 24 In manu artificū opera laudabuntur, & principes populi in sapiētia sermonis sui, in sensu verò sensorū vet bū. ¶ 25 Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit.

¶ CAP. X.

De rectoribus. 9 Auaritus. 14 Superbia. 23 Timor Dei.

IVdex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. ¶ 2 ‖ Secundum iudicē populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. ¶ 3 ‖ Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. ¶ 4 In manu Dei potestas terræ: & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilē rectorem suscitabit in tēpore super illā. ¶ 5 In manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. ¶ 6 Omnis iniuriæ proximi ne memineris, ‖ & nihil agat in operibus iniuriæ. ¶ 7 Odibilis coram Deo est & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium. ¶ 8 ‖ Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & cōtumelias, & diuersos dolos. ¶ 9 Auaro autē

Ecclesiastes.

Prou. 19. b. 18.

3. Reg. 11. a. 12.

in tempus

Leuit. 19. c. 17.

Ierem. 17. a. 6.

Daniel. 4. c. 14.

D nihil est scelestū. Quid superbit terra & cinis? ¶ 10 Nihil est iniquius, quàm amare pecuniā: hic enim & animam suam venalē habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua. ¶ 11 Omnis potentatus breuis vita: languor prolixior grauat medicum. ¶ 12 Breuem languorē præcidit medicus: & hūcut' & rex hodie est, & cras morietur. ¶ 13 Quū enim morietur homo, hæreditabit serpētes & bestias, & vermes. ¶ 14 Initiū superbiæ hominis, a postatare à Deo: ¶ 15 Quo niā ab eo qui fecit illum, recessit cor eius, quoniam initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illā, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. ¶ 16 Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsque in finē. ¶ 17 Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. ¶ 18 Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. ¶ 19 Terras gentium euertit Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamentum. ¶ 20 Arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriā eorū à terra. ¶ 21 Memoriā superborum perdidit Deus, & reliquit memoriā humilium sensu. ¶ 22 Nō est creata hominibus superbia: neq; iracūdia nationi mulierū. ¶ 23 Semen hominū honorabitur hoc quod timet Deū: semē autē hoc exhonorabitur quod præterit mādata Domini. ¶ 24 In medio fratrū rector illorū in honore: & qui timēt Dominū, erunt in oculis illius. ¶ 25 Gloria diuitum, honoratorum, & pauperū, timor Dei est: ¶ 26 Nō despiceris hominē iustū pauperē, & nō magnificare virum peccatorē diuitē. ¶ 27 Magnus est iudex, & potens est in honore: & nō est maior illo qui timet Deū. ¶ 28 ‖ Seruo sensato liberi seruiēt: ‖ & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & insensis nō honorabitur. ¶ 29 Noli extolliere te in faciēdo opere tuo, & noli cūctari in tempore angustiæ. ¶ 30 ‖ Melior est qui operatur, & abūdat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. ¶ 31 Fili, in mansuetudine serua animā tuā, & da illi honorē secundum meritum suū. ¶ 32 Peccantem in animam suam quis iustificabit: & quis honorificabit exhonorantem animā suam? ¶ 33 Pauper gloriatur per disciplinam & timorem suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam. ¶ 34 Qui autē gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? & qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

Prouer. 17. a. 2.
1. Reg. 11. c. 13.
Prouer. 12. b. 9

## CAP. XI.

Humilitas. 1 Non iudicandum secundum faciem. 7 De iudicio temerario. 10 Dues delicto non caret. 14 Omnia à Deo. 21 Non omnes inducendi in domum.

A SApientia humiliari exaltabit caput illius, & in medio magnatorum cōsedere illum faciet. ¶ 2 Non laudes virum in specie sua, neque spernas hominem in visu suo. ¶ 3 Breuis in volatilibus est apis, & initium dulcoris habet fructus illius. ¶ 4 ‖ In vestitu ne glorieris vnquā, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altissimi sollus, & gloriosa, & abscōsa, & inusitata opera illius. ¶ 5 Multi tyranni sederunt in throno, & inusitabilis portauit diadema. ¶ 6 ‖ Multi potentes oppressi sunt valide, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. ¶ 7 ‖ Priusquā interroges, ne vituperes quenquam: & quum interrogaueris, corripe iuste. ¶ 8 ‖ Priusquam audias, ne respōdeas verbū: & in medio seniorū ne adiicias loqui. ¶ 9 De ea re, quæ te nō molestat, ne cerceris: & in iudicio peccantiū ne consūstas. ¶ 10 ‖ Fili, ne in multis sint actus tui: & si dines fueris, non eris immunis à delicto. ¶ Si enim secutus fueris, non apprehēdes: & non effugies, si præcucurreris. ¶ 11 ‖ Est homo laborans, & festinās, & dolens impius, & tanta magis non abundabit. ¶ 12 ‖ Est homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate. ¶ 13 Et oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, & exaltauit caput eius: & mirati sunt in illo multi, & honoruerūt Deū. ¶ 14 ‖ Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, à Deo sunt. ¶ 15 Sapientia & disciplina, & scientia legis apud Deum. Dilectio, & viæ bonorum apud ipsum. ¶ 16 Error & tenebræ peccatoribus concreta sunt: qui autem exultant in malis, consenescunt in malo. ¶ 17 Datio Dei permanet iustis, & profectus illius successus habebit in æternum. ¶ 18 Est qui locupletatur parcè agēdo, & hæc est pars mercedis illius. ¶ 19 In eo quòd dicit, ‖ inueni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis solus. ¶ 20 Et nescit quòd tempus prætereat, & mors appropinquet, & relinquat ōnia aliis, & moriatur. ¶ 21 Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorū tuorū vetustasce. ¶ 22 Ne manseris in operibus peccatorum: confide autem in Deo, & mane in loco tuo. ¶ 23 Facile est enim in oculis Dei subitō honestare pauperem. ¶ 24 Benedictio Dei in mercede iusti festinat, & in horone veloci processus illius fructificat. ¶ 25 Ne dicas, Quid est mihi opus, & quæ erūt mihi ex hoc bona? ¶ 26 Ne dicas, Sufficiens mihi sum: & quid ex hoc pessimabor? ¶ 27 ‖ In die bonorum ne immemor sis malorum, & in die malorum ne immemor sis bonorum: ¶ 28 Quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundum vias suas. ¶ 29 Malitia horæ obliuiōnē facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius. ¶ 30 Ante mortem ne laudes hominem quenquam: quoniam in filiis suis agnoscitur vir. ¶ 31 Non omnem hominem inducas in domum tuam, multæ enim sunt insidiæ dolosi. ¶ 32 Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & sicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum: sic & cor superborum, & sicut 'prospector' videns casum proximi sui. ¶ 33 Bona enim in mala conuertens insidiatur, & in electis imponet maculam. ¶ 34 A scintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloso auget ur sanguis: homo verò peccator sanguini insidiatur. ¶ 35 Attende tibi à pessimo, fabricat enim mala: ne forte inducat super te subsannationem in perpetuum. ¶ 36 Admitte ad te a lienigenam, & subuertet te in turbine, & abalienabit te a 'vlis' proprijs.

Gene. 41. c. 40
Dan. 6. a. 3.
Act. 12. d. 21.
1. Reg. 15. f. 28.
Hester 6. c. 10.
& 7. d. 10.

## CAP. XII.

Quibus benefaciendū. 10 Inimici vitandi.

A SI bene feceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. ¶ 2 Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam: & si non ab ipso, certè à Domino. ¶ 3 Nō est enī ei bene qui

assiduus est in malis, & eleemosynas non dati: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. ¶4 ‖ Da misericeor di, & ne suscipias peccatorem: & impiis, & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictæ. ¶5 Da bono, & non receperis peccatorem. ¶6 Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dare, ne in ipsis potentior te sit. ¶7 Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcunque feceris illi: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam. ¶8 Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus. ¶9 In bonis viri, inimici illius: in tristitia, & in malitia illius, amicus agnitus est. ¶10 Non credas inimico tuo in æternum. sicut enim æramentum, æruginat nequitia illius. ¶11 Et si humiliatus vadat curuus, adhuc animū tuum, & custodi te ab illo. ¶12 Nō statuas illū pones te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne conuersus stet in loco tuo: ne forte conuertsus in locum tuum, inquirat cathedrā tuam, & in nouissimo cognoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris. ¶13 Quis miserebitur incantatori a serpente percusso, & omnibus qui appropiant bestiis? ¶14 & qui comitatur cū viro iniquo, & obuolut* est in peccatis eius. ¶15 Vna hora tecum permanebit: si autem declinauerit, non supportabit. ¶16 ‖ In labis suis indulcat insimicus, & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam. ¶17 In oculis suis lachrymatur inimicus: & si inuenerit tempus, non satiabitur sanguine: ¶18 Et si incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem. ¶19 In oculis suis lachrymatur inimicus, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. ¶20 Caput suum mouebit, & plaudet manu, & multa susurrās commutabit vultum suum.

## CAP. XIII.

Superborū consortia vitanda. 11 Omni vita tua dilige Deū. 16 Pares cū paribus coniungantur. 22 Diuites à pauperibus vitentur.

QVi tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiā. ¶1 Pōdus super se tollet, qui honestiori se cōmunicat: & ditiori te ne socius fueris. ¶2 Quid cōmunicabit cacabus ad ollā? quando enim se colliserint, cōfringetur. ¶3 Diues iniustè egit, & fremet: pauper autem læsus tacebit. ¶4 Si largitus fueris, affluimet te: & si nō habueris, derelinquet te. ¶5 Si habes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipse non dolebit super te. ¶6 Si necessarius illi fueris, supplantabit te, & subridens spem dabit, narrans tibi omnia bona, & dicet, Quid opus est tibi? ¶7 Et cōfundet te in cibis suis, donec te exinaniat bis, & ter: & in nouissimo deridebit te: & postea videns derelinquet te, & caput suum mouebit ad te. ¶8 Humiliare Deo, & expecta manus eius. ¶9 Attende, ne seductus in stultitiam humilieris. ¶10 Noli esse humilis in sapientia tua, ne humiliatus in stultitiā seducaris. ¶11 Aduocatus à potentiore discede: ex hoc enim magis te aduocabit. ¶12 Ne improbus ūs ne impiuguaris: & ne longè ūs ab eo, ne eas in obliuionem. ¶13 Ne retineas ex æquo loqui cū illo: nec credas multis verbis illi*. ex multa enim loquela tētabit te, & subridēs interrogabit te de abscōditis tuis. ¶14 Immitis animus illius conteret: bit verba tua: & non parcet de malitia, & de vinculis. ¶15 Caue tibi, & attēde diligenter auditui tuo: quoniā cum subuertione tua ambulas. ¶16 Audiens verō verba illa, quasi in sōnis vide: & vigilabis. ¶17 Omni vita tua dilige Deum, & inuoca illū in salute tua. ¶18 Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum ubi. ¶19 Omnis caro ad similē sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. ¶20 Si cōmunicabit lupus agno aliquādo: sic peccator iusto. ¶21 Quæ communicatio sancto homini ad canemhaut quæ pars bonæ diuiti ad pauperē? ¶22 Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua diuitis, sunt pauperes. ¶23 Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio diuitis pauper. ¶24 Diues cōmot* cōfirmatur ab amicis suis: humilis autē quū ceciderit, *expelletur & à notis. ¶25 Diuiti decepto multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerūt illū. ¶26 Humilis deceptus est, insuper & arguitur: locutus est sensatè, & nō est datus et locus. ¶27 Diues locut* est, & omnes tacuerūt, & verbū illius vsque ad nubes perducēt. ¶28 Pauper locutus est, & dicūt, Quis est hic? & si offenderit, subuertēt illū. ¶29 Bona est substātia, cui non est peccatū in conscientia, & nequissima paupertas in ore impii. ¶30 Cor hominis immutat faciē illius, siue in bona, siue in mala. ¶31 Vestigiū cordis boni, & faciē bonam difficilè inuenies, & cū labore.

## CAP. XIIII.

Os. 2 Cupidus & sibi inuidens. 13 Pauperibus & sibi beneficiēdum in vita. 18 Omnis caro fœnum. 22 Beatus qui cum sapientia moratur.

BEatus‖ vir qui nō est lapsus vero ex ore suo, & non est stimulatus in tristitia delicti. ¶1 Fœlix qui non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua. ¶2 ‖ Viro cupido & tenaci, sine ratione est substantia, & homini liuido ad quid aurum? ¶3 Qui accreuat ex animo suo iniustè, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur. ¶4 Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? & non iucundabitur in bonis suis. ¶5 Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc redditio est malitiæ illi*: ¶6 Et si bene fecerit, ignorāter, & non volens facit, & in nouissimo manifestat malitiam suam. ¶7 Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suā. ¶8 ‖ Insatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non satiabitur, donec consumat arefaciēs animam suam. ¶10 Oculus malus ad mala: & non satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suam. ¶11 Fili, si habes, bene fac tecum, & Deo dignas oblationes offer. ¶12 Memor esto quoniam mors non tardat, & testamentū inferorū quia demōstratū est tibi: testamentū enim huius mundi morte morietur. ¶13 ‖ Ante mortem benefac amico tuo, & secūdum vires tuas exporrigēs da pauperi. ¶14 Nō defraudēris à die bono, & particula* bonæ dieī non te prætereat. ¶15 Nōne aliis relinquesdolores & labores tuos in diuisione sortis? ¶16 Da & accipe, & iustifica animam tuam. ¶17 Ante obitum tuum operare iustitiam: quoniam nō est apud inferos inuenire cibū. ¶18 ‖ Omnis caro sicut fœnū veterescet, & sicut folium frus-

A 1.19.c.16,& 2 b.11. Iacob.3.a.2. Ierem.17.b.

B Prou.27.e.10

C *expellitur

D *boni doni

E 3.4.a.2.10 tob.4.b.7.o luc.14.c.12.

dificans in arbore viridi. ¶19 Alia generantur, & alia deficiuntur: sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur. ¶20 Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo. ¶21 Et omne opus electum iustificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. ¶22 ‖ Beatus vir qui in sapiētia morabitur: & in iustitia sua meditabitur: & in sensu cogitabit circunspectione Dei. ¶23 Qui excogitat vias illius in corde suo, & in absconditis suis intelligens, vadens post illam quasi inuestigator, & in viis illius consistens: ¶24 Qui respicit per fenestras illius, & in ianuis illius audiens: ¶25 Qui requiescit iuxta domum illius, & in parietibus illius figés palum statuet casulā suam ad manus illius, & requiescent in casula illius bona per xuum: ¶26 Statuet filios suos sub tegmine illius, & sub ramis eius morabitur: ¶27 Protegetur sub tegmine filii illius à feruore, & in gloria eius requiescet.

CAP. XV.

Timentem Deum quæ bona sequantur.
Peccatores relicit Deus. 12 Deus non est author iniquitatis. 20 Timentes Deum.

QVi timet Deum, faciet bona: & qui continens est iustitiæ, apprehendet illam, ¶2 Et obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate susciplet illum. ¶3 ‖ Cibabit illum pane vitæ, & intellectus, & aqua sapiētiæ salutaris potabit illū, & firmabitur in illo, & non flectetur: ¶4 Et continebit illum, & non confundetur: & exaltabit illū apud proximos suos, ¶5 Et in medio ecclesiæ aperiet os eius, & adimplebit illū spiritu sapientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet illum. ¶6 Iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nomine æterno hæreditabit illum. ¶7 Homines stulti non apprehēdent illam, & homines sensati obuiabūt illi. homines stulti non videbunt eam: longe enim abest à superbia & dolo. ¶8 Viri mendaces non erunt illius memores: & viri veraces inuenientur in illa, & succesſum habebunt vsque ad inspectionem Dei. ¶9 Non est speciosa laus in ore peccatoris, quia non est à Domino missus. ¶10 Quoniam à Deo profecta est sapientia. sapientiæ enim Dei astabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi. ¶11 Non dixeris, per Deum abest. quæ enim odit, ne feceris. ¶12 Non dicas, Ille me implanauit: nō enim necessarii sunt ei homines impii. ¶13 Omne execramentū erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus eum. ¶14 ‖ Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui. ¶15 Adiecit mandata & præcepta sua. ¶16 ‖ Si voluerit mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ^seruare.^ ¶17 Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. ¶18 ‖ Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi: ¶19 Quoniam multa sapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes sine intermissione. ¶20 ‖ Oculi Domini ad timentes eum, & ipse agnoscit omnem operam hominis. ¶21 Neminī mādauit impiè agere, & neminī dedit spatium peccandi. ¶22 Non enim concupiscit multitudinem filiorum insidelium & inutilium.

CAP. XVI.

Filii impii. 7 Vitio Dominī. 15 A Deo nemo absconditur. 20 Opera Dei. 28 Fides in Deum.

NE iucunderis in filiis impiis, si multiplicentur: nec oblectēris super ipsos, si non est timor Dei in illis. ¶2 Non credas vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorum. ¶3 Melior est enim vnus timens Deum, quām mille filii impii. ¶4 Et vtile est mori sine filiis, quām relinquere filios impios. ¶5 Ab vno sensato inhabitabitur patria, & à trib^ impiis deseretur. ¶6 Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horū audiuit auris mea. ¶7 ‖ In synagōga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardescet Ira. ¶8 ‖ Non exorauerunt pro peccath suis antiqui gigantes, qui destructi sunt confidentes fuæ virtuti: ¶9 ‖ Et nō pepercit peregrinationi illorum, ^sed percussit eos,^ & exeratus est eos præ superbia verbi illorum. ¶10 Non misertus est illis gentem totam perdens, & extollentem se in peccatis suis. ¶11 ‖ Et sicut sexcenta millia peditum qui congregati sunt in duritia cordis sui: & si vnus fuisset cervicatus, mirum si fuisset immunis. ¶12 ‖ Misericordia enim & ira est cum illo. Potens exoratio, & effundens iram secūdum misericordiam suam: sic ^correctio^ illius hominem secundum opera sua iudicat. ¶13 Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit sufferentia misericordiam facientis. ¶14 Omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum, & secūdum intellectum peregrinationis ipsius. ¶15 Non dicas, A Deo absconder, & ex summo quis ^operis^ mei memorabitur? ¶16 In populo magno non agnoscar: quæ est enim anima mea in tam immēsa creatura? ¶17 ‖ Ecce cælum, & cæli cælorum, abyssus, & vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspectu illius commouebuntur, ¶18 Montes simul, & colles, & fundamenta terræ: & quum conspexerit illa Deus, tremore concutientur. ¶19 Et in omnibus his insensatū est cor: & omne cor intelligitur ab illo: & vias illius quis intelliget, & procellā quam nec oculus videbit hominis? ¶20 Nā plurima illius opera sunt in absconsis: sed opera iustitiæ eius quis enūtiabit? aut quis sustinebit? ¶21 Lōgè enim est testamētū à quibusdā, & interrogatio ^hominū^ in cōsummatione est. ¶22 Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans cogitat stulta. ¶23 Audi me fili, & disce disciplinā sensus, & in verbis meis attende in corde tuo, & dicā in æquitate disciplinam, & scrutabor enarrare sapientiā? ¶24 Et in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate spiritus virtutes quas posuit Deus in opera sua ab initio, & in veritate enuntio scientiam eius. ¶25 ^In initio Dei opera eius ab initio, & ab institutione ^hominum^ ipsorum distinxit partes illorum, & initia eorū in gentibus suis. ¶26 Ornauit in æternum opera illorum, nec efuerierunt, nec laborauerunt, & non destiterunt ab operibus suis. ¶27 Vnusquisque proximū sibi non angustiabit vsque in æternum. ¶28 Non sis incredibilis verbo illius. ¶29 Post hæc Deus in terram respexit, & impleuit illā bonis suis. ¶30 Anima autem omnis vitalis denuntiabit ante faciem ipsius, & in ipsa iterum reuertio illorum.

Illud: A

Matth.4.a.4. Ioh.4.b.10.

Psal.k.2.d. D

Genes.1.d.27.

Matt.19.c.17.

Facere. D

Ierem.32.c.8.

Psal.33.c.16.

Illud: A

Psal.k.2.d. D

Genes.1.d.27.

Matt.19.c.17.

Facere. D

Ierem.32.c.8.

Psal.33.c.16.

CAP. XVII.

Deus creator omnium dedit legem homini in agnitionem peccati, vt eo cognito pœnitentiam ageret ante mortem.

DEus ‖creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum. ¶2 Et iterum conuertit illum in ipsam, & secundum se vestiuit illum virtute. ¶3 Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit illi potestatē eorum quæ sunt super terram. ¶4 Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium. ¶5 ‖Creauit ex ipso adiutorium simile sibi: consilium & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplina intellectus replenit illos. ¶6 Creauit illis scientiam spiritus, sensu implenit cor illorum, & mala & bona ostendit illis. ¶7 Posuit oculum ᵛipsorum super corda illorum ostendere illis magnalia operum suorum, ¶8 Vt nomen sanctificationis collaudent: & gloriari in mirabilib' illius, & magnalia enarrent operum eius. ¶9 Addidit illis disciplinā, & legem vitæ hæreditauit illos. ¶10 Testamentum æternum cōstituit cum illis, & iustitiam & iudicia sua ostendit illis. ¶11 Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis, Attendite ab omni iniquo. ¶12 ‖Et mandauit illis vnicuique de proximo suo. ¶13 Viæ illorum coram illo sunt semper, non sunt abscōsæ ab oculis ipsius. ¶14 ‖In vnamquamque gentem præposuit rectorem: ¶15 ‖Et pars Dei Israel facta est manifesta. ¶16 Et omnia opera illorum velut sol in cōspectu Dei: & oculi eius sine intermissione inspicientes in vias eorū. ¶17 Non sunt abscōsa testamenta ᵛpropter iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorū in cōspectu Dei. ¶18 ‖Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit: ¶19 ‖Et postea resurget, & retribuet illis retributionem, vnicuique in caput ipsorum, & conuertet in ᵛinferiores partes terræ. ¶20 ‖Pœnitentibus autem dedit viam iustitiæ, & ᵛconfirmauit deficientes iustitiæ, & destinauit illis sortem veritatis. ¶21 ‖Conuertere ad Dominum, & relinque peccata tua: ¶22 Precare ante faciem Domini, & minue offendicula. ¶23 ᵛReuertere ad Dominum, & auertere ab iniustitia tua, & nimis odito execrationem: ¶24 Et cognosce iustitias & iudicia Dei, & sta in sorte propositionis, & orationis Altissimi Dei. ¶25 In partes vade seculi sancti, ‖cum viuis & dantibus confessionem Deo. ¶26 Nō demoreris in errore ᵛimpiorum, ante morte confitere. ¶27 Amortuo quasi nihil, perit confessio, ¶28 Confiteberis viuens, viuus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in misericordiis illius. ¶29 Quam magna misericordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se! ¶30 Nec enim omnia possunt esse in hominibus, quoniam non est ᵛimmortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerūt. ¶31 Quid lucidi' ᵛsolet & hic deficiet. aut quid nequius quam quod excogitauit caro & sanguis? & hoc arguetur. ¶32 Virtutem altitudinis cæli ipse conspicit: & omnes homines terra & cinis.

CAP. XVIII.

Virtus, potentia & misericordia Dei in homines. 8 Vitæ humanæ breuitas. 15 Cōtra Deū non murmurandum. 19 In omnibus prouidendum. 22 Semper orandum.

QVi viuit in æternum, ‖creauit omnia simul. Deus ſol' iustificabitur, & manet inuictus rex in æternū. ¶2 Quis sufficit enarrare opera illius? ¶3 Quis enim inuestigabit magnalia eius? ¶4 virtutem autē magnitudinis eius quis enuntiabit? aut quis adiiciet enarrare misericordiam eius? ¶5 Non est minuere, neque adiicere, nec est inuenire magnalia Dei. ¶6 Quum consummauerit homo, tunc incipiet: & quū quieuerit, operabitur. ¶7 Quid est homo, & quæ est gratia illius? & quid est bonum, aut quid nequam illius? ¶8 ‖Numerus dierum hominū, vt multum centū anni: quasi guttæ aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in diem æui. ¶9 Propter hoc patiens est Deus in illis, & ᵛeffundit super eos misericordiam suam. ¶10 Vidit præsumptionē cordis eorum quoniam mala est, & cognouit subuersionē illorum quonīā nequa est. ¶11 Ideo adimpleuit propitiationē suam in illis, & ostēdit eis viā æquitatis. ¶12 Miseratio hominis circa proximum suum: misericordia autem Dei super omnē carnem. ¶13 Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suū. ¶14 ᵛMiseretur excipiens doctrinam vsuentiantiæ, & qui festinat in iudiciis eius. ¶15 Fili, in bonis non des querelam, & in omni dato nō des tristitiā verbi mali. ¶16 Nōne ardorem refrigerabit rosīle & verbum melius, quām datum. ¶17 Nōnne ecce verbum super datum bonum? ᵛsed vtrunque cum homine iustificato. ¶18 Stulē acriter improperabit, & datus indisciplinati tabescere facit oculos.

¶19 Ante iudicii para iustitiā tibi, & antequā loquaris disce. ¶20 Ante languorē adhibe medicinam, & ante iudicii interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem.

¶21 Ante languorē humilia te, & in tēpore infirmitatis ostende conuersationē tuā. ¶22 Nō impediaris orare semper, & de veteris visq; ad mortem iustificari: quonīā merces Dei manet in æternum. ¶23 Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. ¶24 ‖Memento iræ in die cōsummationis, & tempus retributionis in ᵛconuersatione faciēs. ¶25 ‖Memento paupertatis in tempore abundātiæ, & ᵛnecessitatem pauperatis in die diuitiarum. ¶26 A mane vsque ad vesperam ᵛimmutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei. ¶27 Homo sapiens in omnibus ᵛmetuit, & in diebus delictorum attendet ab inertia. ¶28 Omnis astutus agnoscit sapientiam, & inuenienti eam dabit cōfessionem. ¶29 Sensati in verbis & ipſi sapienter egerunt, & intellexerunt veritatem & iustitiam, & ᵛimploraueruⁿt prouerbia & iudicia. ¶30 ‖Post concupiscētias tuas non eas, & à voluptate tua auertere. ¶31 Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. ¶32 Ne obleckeris i turbis nec immodicis: affidua enim est commissio illorum. ¶33 Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & non est tibi nihil in ᵛseculo: eris enim inuidus vitæ tuæ,

A Gen.1.27, 28, 20. 25.

B

C

D

A Gen.1.2.

B ᵛeffudit

ᵛMiseretur excipientis

ᵛ& vtraque

C

1.Cor.11.f.38.

Luc.18.a.1.

ᵛconuersione faciei.

3.7.b.18. 7.11.c.17.

ᵛnecessitatum

B ᵛmutatus ᵛmetuet,

ᵛinstillauerūt

Rom.6.2.6, & 13.d.14.

ᵛfacculo:

CAP. XIX.

Vinum & Venus egenos faciunt. 4 Lèuitas in credendo. 8 Secreta non effutienda. 11 Corripiendi amici. 18 Timor Dei. 26 Visus.

OPerarius ebriosus non locupletabitur: & qui spernit modica, paulatim decidet.

¶2 ‖Vinum & ‖mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguêt sensatos: ¶3 Et qui se iungit fornicariis, erit nequã. putredo & vermes hæreditabit illum, & extolletur in exemplũ malus, & tolletur de numero anima eius. ¶4 ‖Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur: & qui delinquit in animam suam, insuper habebitur. ¶5 Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatem, extinguit malitiam. ¶6 Qui peccat in animam suam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. ¶7 Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis. ¶8 Amico & inimico noli nascere sensum tuum: & si est tibi delictum, noli denudare.

¶9 Audiet enim te, & custodiet te, & quasi defendens peccatũ odiet te, & sic aderit tibi semper. ¶10 ‖Audisti verbum aduersus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quonsiam nõ te dirumpet. ¶11 A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. ¶12 Sagitta infixa femori canis, sic verbũ in corde stulti. ¶13 ‖Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat, Non feci: aut si fecerit, ne iterũ addat facere. ¶14 Corripe proximũ, ne forte non dixerit: & si dixerit, ne forte iteret. ¶15 Corripe amicum: sæpe enim fit cõmissio. ¶16 Et non omni verbo credas. est qui labitur lingua suã, sed non ex animo. ¶17 ‖Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? corripe proximũ antequam commineris. ¶18 Et da locum timori Altissimi: quia omnis sapientia timor Dei, & in illa timere Deũ, & in omni sapientia dispositio legis. ¶19 Et non est sapientia nequitiæ di sciplina: & non est cogitatus peccatorum prudentia. ¶20 Est nequitia, & ‖ipsa execratio: & est inũpiens, qui minuitur sapietia. ¶21 Melior est homo qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore Dei, quam qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi. ¶22 Est solertia certa, & ipsa iniqua: & est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. ¶23 ‖Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. ¶24 Et est iustus qui se nimium submittit: & multa humilitate: & est iustus qui inclinat faciem suam, & tingit se non videre quod ignoratum est: ¶25 Et si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tẽpus malefaciendi, malefaciet. ¶26 Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. ¶27 Amictus corporis, & ‖risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo.

CAP. XX.

Correptio & confessio. 5 Tacere. 10 Dona. 16 Fœnus. 17 Fatu. 26 Mẽdax. 30 Cultura terræ.

ESt correptio mendax in ira contumeliosi: & est indicium quod non probatur esse bonum: & est tacens, & ipse est prudẽs. ¶2 Quam bonum est arguere, quàm fraseit & cõfiteri in oratione non prohibere. ¶3 ‖Concupiscẽtia spadonis deuirginauit iuuenculam: sic qui facit per vim iudiciũ iniquum. ¶4 Quam bonum est correptum manifestare pœnitentiam? sic enim effugies voluntariũ peccatum. ¶5 Est tacens, qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est ad loquendum. ¶6 Est autem tacẽs, & non habens sensum loquelæ: & est tacens, sciens tempus apti tẽporis. ¶7 ‖Homo sapiens tacebit vsque ad tẽpus: lasciuus autem, & imprudens non seruabit tempus. ¶8 Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam: & qui potestatem sibi sumit iniuste, odietur. ¶9 Est processus in malis viro indisciplinato, & est inuentio in detrimentum. ¶10 Est datum quod non est vtile: & est datum, cuius retributio duplex. ¶11 Est propter gloriã minoratio: & est qui ab humilitate leuabit caput. ¶12 Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplum. ¶13 ‖Sapiens in verbis seipsum amabilẽ facit: gratiæ autẽ fatuorũ effundentur. ¶14 Datus insipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius septemplices sunt. ¶15 ‖Exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius infiãmatio est. ¶16 Hodie fœneratur quis, & cras expetit: & odibilis est homo huiusmodi. ¶17 Fatuo non erit amicus, & non erit gratia in bonis illius. ¶18 Qui enim edunt panẽ illius: falsæ linguæ sunt. Quoties, & quanti irridebunt eum? ¶19 Neque enim quod habedum erat, directo sensu distribuit: similiter & quod non erat habendum. ¶20 Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in paumẽto cadens: sic casus malorum festinanter venient. ¶21 Homo acharis, quasi fabula vana, & in ore indisciplinatorũ assidua erit. ¶22 Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. ¶23 Est qui vetatur peccare præ inopia, & ‖ requie sua stimulabitur. ¶24 Est qui perdet animã suam præ confusione, & ab imprudẽti persona perdet eam: personæ autem acceptione perdet se. ¶25 Est qui præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. ¶26 ‖Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. ¶27 Potior fur quàm assiduitas viri medacis, perditionem autem ambo hæreditabũt. ¶28 Mores hominũ mendacium sine honore: & confusio illorum, cum ipsis sine intermissione. ¶29 Sapiẽs in verbis producit seipsum, & homo prudens placebit magnatis. ¶30 ‖Qui operatur terram suam, inaltabit acerwum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur: qui verò placet magnatis, effugiet iniquitatem. ¶31 ‖Exenia & dona excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. ¶32 Sapientia abscondita & thesaurus inuisus: quæ vtilitas in vtrisque? ¶33 Melior est qui celat insipientiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam.

CAP. XXI.

Peccatoris cõuersio ad Deũ. 5 Iustitiæ. 6 Oratio. 7 Dies correptionẽ. 9 Ædificãs domũ. 10 Peccatores. 15 Stultitia & sapiẽtia. 31 Sufurro.

FIli, peccasti? nõ adiicias iterũ: ‖sed & de priscis deprecare vt tibi dimittãtur. ¶2 Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te. ¶3 Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominũ. ¶4 Quasi rõphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illi nõ est sanitas. ¶5 Obiurgatio, & iniuriæ annullabunt substantiã: & domus quæ nimis locuples

est, annullabitur superbia: sic subsitia superbi eradicabitur. ¶6 ‖ Deprecatio pauperis ex ore ꝑsque ad aures eius perueniet, & iudicium festinato adueniet illi. ¶7 Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui timet Deum, conuertetur ad cor suum. ¶8 Notus à longe potens lingua ᵉaudaci: & ꝑsentus scit labi se ab ipso. ¶9 Qui ædificat domum suam impendiis alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. ¶10 ‖ Stupa collecta synagoga peccantium, & cōsummatio illorū flamma ignis. ¶11 Via peccantium ᵉcomplantata lapidibus, & ᵉin finem illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. ¶12 Qui ᵉcustodierit iustitiam, continebit ꝑsensum eius. ¶13 Cōsummatio timoris Dei sapientia & ꝑsensus. ¶14 Nō erudietur, qui non est sapiens in bono. ¶15 Est autem insipientia quæ abundat in malo: & nō est ꝑsensus vbi ᵉest amaritudo. ¶16 Scientia sapientis tanquam inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitæ permanet. ¶17 ‖ Cor fatui quasi vas confractum, & omnem sapiētiam nō tenebit. ¶18 Verbum sapiens quodcunque audierit scius laudabit, & ᵉadiciet: audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proiiciet illud post dorsum suum. ¶19 Narratio fatui quasi farcina in via, nam in labiis ꝑsenti inuenietur gratia. ¶20 Os prudētis quæritur in ecclesia, & verba illius cogitabunt in cordibus suis. ¶21 Tanquam domus exterminata, sic fatuo sapientia: & scientia insensati inenarrabilia verba. ¶22 Compedes in pedibus, stulto doctrina, & quasi vincula manuū super manum dextrā. ¶23 ‖ Fatuus in risu exaltat vocem suam: vir autem sapiens vix tacitè ridebit. ¶24 Ornamentum aureū prudenti doctrina, & quasi brachiale in brachio dextro.

¶25 Pes fatui facilis in domum proximi: & homo peritus confundetur à persona potentis.

¶26 Stultus à fenestra rēspiciet in domum: vir autem eruditus foris stabit. ¶27 Stultitia hominis auscultare per ostium: & prudens grauabitur contumelia. ¶28 Labia imprudentum stulta narrabunt: verba autem prudentium statēra ponderabuntur. ¶29 In ore fatuorum cor illorū: & in corde sapiētium os illorū. ¶30 Dum maledicit impius diabolum: maledicit ipse animam suā. ¶31 ‖ Stusurro coinquinabit animā suā, & in omnibus odietur: & qui permanserit, odiosus erit: tacitus & ꝑsentus honorabitur.

CAP. XXII.

Piger. 1 Filii & filiæ imprudentes. 7 Docere fatuum. 10 Mortui. 14 Stulti vitandi. 21 Consultiator. 26 Amicus. 33 Lingua.

A IN lapide luteo lapidatus est piger, & omnes loquentur super aspernationem illius. ¶2 De ſtercore boum lapidatus est piger: & omnis qui tetigerit eū, excutiet manus. ¶3 Confusio patris est de filio indisciplinato: filia autem ᵉfatua in deminoratione fiet. ¶4 Filia prudens hæreditas viro suo: nam quæ confundit, ᵉcontumelia est genitoris. ¶5 Patrem & virum confundit audax, & ab impiis non honorabitur: ab vtrisque autem inhonorabitur. ¶6 Musica in luctu importuna narratio: flagella & doctrina in omni tempore sapientia. ¶7 Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. ¶8 Qui narrat verbum nō ᵉaudienti, quasi qui excitat dormientem de graui somno. ¶9 Cum dormiente loquitur, qui anarrat stulto sapientiam: & in fine narrationis dicit, Quis est hic? ¶10 ‖ Supra mortuum plora, defecit enim lux eius: & supra fatuum plora, deficit enim ᵉsensus eius. ¶11 Modicum plora supra mortuum, quoniam requieuit. ¶12 Nequissimi enim nequissima vita, super mortem fatui. ¶13 ‖ Luctus mortui septem dies: fatui autem, & impii omnes dies vitæ illorum. ¶14 Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris. ¶15 ‖ Serua te ab illo, vt non molestiam habeas, & non coinquinaberis peccato illius.

¶16 Deflecte ab illo, & inuenies requiem, & nō accedlaberis in stultitia illius. ¶17 Super plumbum quid grauabitur? & quod illi aliud nomē, quām fatuus? ¶18 ‖ Arenam & salem, & massam ferri facilius est ferre, quàm hominem imprudentem, & fatuum, & impium. ¶19 Sicut loramentum ligneum colligatum fundamento ædificii non dissoluetur: sic & cor confirmatum in cogitatione consilii. ¶20 Cogitatus sensati in omni tempore vel metu non deprauabitur. ¶21 Sicut ornatus arenosus in pariete limpido, & sicut ᵉpalea in excelsis, & cæmenta sine impensa posita contra faciem venti non permanebūt: ¶22 Sic & cor timidum in cogitatione stulti cōtra impetum timoris non resisteret. ¶23 Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore nō metuet: sic & qui in præceptis, Dei permanet semper. ¶24 Pungens oculum, deducit lachrymas: & qui pūgit cor, prouocat sensum. ¶25 Mittens lapidem in volatilia, deiicit illa: sic & qui conuitiatur amico, dissoluit amicitiam. ¶26 Ad amicum etsi produxeris gladium, non desperes: est enim regressus ad amicum. ¶27 Si aperueris os triste, non timeas, est enim concordatio: excepto conuitio, & improperio & superbia & mysterii reuelatione, & plaga dolosa. In his omnibus effugiet amicus. ¶28 Fidem possides cum ᵉamico in pauertate illius, vt & in bonis illi⁹ læteris. ¶29 In tēpore tribulationis illius permane illi fidelis, vt & in hæreditate illius cohæres ūs. ¶30 Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ. ¶31 Amicū salutare non confundatis, & facie illius non me abscōdam: & si mala mihi euenerint per illū, sustinebo. ¶32 Omnis qui audiet, cauebit se ab eo. ¶33 Quis dabit ori meo custodiā, & super labia mea ſignaculum certum, vt non cadam ᵉin ipsis, & lingua mea perdat me?

CAP. XXIII.

Oratio ad Deum. 7 Doctrina. 8 Peccator. 9 Iuramentum. 15 Loquela. 20 Improperia. 24 Fornicarius. 25 Adulter & adultera.

D Omine pater & dominator vitæ meæ ne derelinquas me in ᵉcogitatu, & ᵉcōsilio eorū: nec ſinas me cadere in illa exprobratione. ¶2 Quis ſuperponit in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam ſapientiæ, vt ᵉignorationibus eorū non parcant mihi, & non apparent delicta eorum. ¶3 Et ne adinereſcant ignorantiæ meæ, & multiplicētur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in cōſpectu aduerſariorum ᵉmeorum, & gaudeat inimicus meus? ¶4 Domine pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum. ¶5 Et tollētiam oculorum meorum ne dederis

Prou. 17. a

Gene. 50. b

Prou. 27. a

1. Cor. 14. c.
Hebr. 4. c. 12.

Pſal. 140.

mihi,& omne desiderium ~ prauum ~ auerte à me. ¶6 Auser à me ventris concupiscentias,& con
cubitus concupiscentiæ ne apprehendant me,
& anim~ ~ rreuerẽti & infrunitæ ne tradas me. ¶7 Doctrinam oris audite filli: & qui custodie
rit illam,nõ peribit labilis, nec scandalizabitur
*apprehende- in operibus nequissimis. ¶8 In vanitate sua ~ ap
tur prehendit~ peccator, & superbus & ~ maledi
*maledic~ B ctus ~ scandalizabitur in illis. ¶9 ‖Iurationi nõ
Exod.20.b.7. assuescat os tuum: multi enim casus in illa.
matth.c.e.33. ¶10 Nominatio verò Dei non sit assidua in o
Ier.27.b.15. re tuo, & nominibus sanctorum nõ admisceari
s: quoniam non eris immunis ab eis. ¶11 Sicut
enim seruus interrogatus assiduè,à liuore non
minuitur: sic omnis iurans,& nominans,in to
tò à peccato non purgabitur. ¶12 Vir multum
iurans, implebitur iniquitate, & non discedet
à domo illius plaga. ¶13 Et si fruſtrauerit ~ fra
trem,~ delictum illius super ipsum erit: & si dis
simulauerit, delinquit dupliciter: ¶14 Et si in
vacuum iurauerit, non iustificabitur. replebi
*pessima tur enim retributione ~ domus illius. ¶15 Est &
alia loquela contraria morti, non inueniatur
in hæreditate Iacob. ¶16 Etenim à misericor
dibus omnia hæc auferentur,& in delictis non
*volutabunt. ~volutabuntur.~ ¶17 ‖ ~Indisciplinosæ~ loque
Ephes.c.a.4. læ non assuescat os tuum: est enim in illa ver
*Indisciplina bum peccati. ¶18 Memẽto patris & matris tuæ,
tæ in medio enim magnatorum conuersatus: ¶19 Ne
forte obliuiscatur te Deus in conspectu illo
rũ,& assiduitate tua infatuatus ,impreriorum
patiaris,& maluisses non nasci,& diem natiui
tatis tuæ maledicas. ¶20 ‖Homo assuetus in ver
3.Reg.16.b.7. bis improperij, in omnibus diebus suis non e
C rudietur. ¶21 Duo genera abundant in pecca
tis,& tertiũ adducit iram & perditionẽ: ¶22 Ani
ma calida quasi ignis ardens non extinguetur,donec aliquid glutiat: ¶23 Et homo nequã
in ore carnis suæ non desinet donec incendat
ignẽ: ¶24 Homini fornicario omnis panis dul
*cessabit cis,non~ fatigabitur~ transgrediens vsque ad fi
Esa.19.c.15. nem. ¶25 ‖Omnis homo qui transgreditur le
ctum suum, contemnens in animam suam, &
dicens,Quis me videt? ¶26 Tenebræ circũdant
me,& parietes cooperiunt me,& nemo circun
spicit me: quem vereor? delictorum meorum
non memorabitur Altissimus. ¶27 Et non ~ in
*intelligit, tellexit,~ quoniam omnia videt oculus illius:
quoniam expellit à se timorem Dei huiusmo
di hominis timor, & oculi hominum timentes
illum: ¶28 Et non cognouit quoniam oculi Do
mini multo plus lucidiores sunt super solem,
circunspiciẽtes omnes vias hominum, & pro
fundum abyssi, & hominum corda intuentes
in absconditas partes. ¶29 Domino enim Deo
D antequam crearentur, omnia sunt agnita : sic
& post perfectum respicit omnia. ¶30 Hic in
platẽis ciuitatis vindicabitur, & quasi pullus
equinus fugabitur:& vbi non sperault, apprehẽdetur. ¶31 Et erit dedecus omnibus,eo quòd
*Deuit.20.b.10 non intellexerit timorẽ Domini. ¶32 ‖Sic & mu
sicut.22.c.22. lier omnis relinquens virum suum,& statuens
Exod.20.c.14. hæreditatem ex alieno matrimonio. ¶33 ‖Pri
mò enim in lege Altissimi incredibilis fuit : &
*In virum su- secundò ~virum suum dereliquit:~ tertiò in a
um deliquit: dulterio fornicata est,& ex alio viro filios sta
tuit sibi. ¶34 Hæc in ecclesiam adducetur,& in
filios eius respicietur. ¶35 Non tradent filii e
ius radices,& rami eius non dabunt fructum.
¶36 ~Derelinquet~ in maledictum memoriam
eius,& dedecus illius non delebitur. ¶37 Et a
gnoscent qui derelicti sunt,quoniam nihil me
lius est,quàm timor Dei:& nihil dulci~,quàm
respicere in mandatis Domini. ¶38 Gloria ma
gna est sequi Dominum : longitudo enim die
rum assumetur ab eo.

CAP. XXIIII.

Laus sapientiæ.

SApientia laudabit animam suam,& in Deo A
honorabitur ,& in medio populi sui glo
riabitur, ¶2 Et in ecclesiis Altissimi aperiet os
suum,& in cõspectu virtutis illius gloriabitur,
¶3 Et in medio populi sui exaltabitur , & in
plenitudine sanctæ admirabitur, ¶4 Et in mul
titudine electorum habebit laudem,& inter be
nedictos benedicetur,¶5 Dicẽs,Ego ex ore Al
tissimi prodiui, primogenita ante omnẽ crea
turam. ¶6 Ego feci in cælis vt oriretur lumen
indeficiẽs,& sicut nebula texi omnem ~ carnẽ.~ ¶7 Ego in altissimis habitaui,& thronus meus in columna nubis. ¶8 Gyrum cæli circuiui sola,& profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui,& i omni terra steti. ¶9 Et in omni populo, ¶10 Et in omni gente primatum habui: ¶11 Et omnium excellentium & humiliũ corda virtute calcaui, & in his omnibus requiem quæsiui, & in hæreditate Domini morabor. ¶12 Tunc præcepit, & dixit mihi creator omnium:& qui creauit me,requieuit in tabernaculo meo, ¶13 Et dixit mihi,In Iacob inhabita,& in Israel hæreditate,& in electis meis mitte radices. ¶14 ‖ Ab initio ~& ante seculã creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam:& ‖in habitatione sanctæ coram ipso ministraui. ¶15 Et sic in Sion firmata sum, ‖& in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. ¶16 Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius,& in plenitudine sanctorum detentio mea. ¶17 Quasi cedrus exaltata sum in Libano: & quasi cypressus in monte Sion: ¶18 Quasi palma exaltata sum in Cades,& quasi plantatio rosæ in Iericho. ¶19 Quasi oliua speciosa in cãpis, & quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in platẽis. ¶20 Sicut cinnamomum, & balsamũ aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa,dedi suauitatem odoris: ¶21 Et quasi storax & galbanus,& vngula,& gutta, & quasi Libanus non incisus, vaporaui habitationem meam , & quasi balsamum non mistum odor meus. ¶22 Ego quasi,terebinthus extẽdi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ. ¶23 Ego quasi ‖vitis fructificaui suauitatẽ odoris:& flores mei fructus honoris & honestatis. ¶24 Ego mater pulchræ dilectionis,& timoris, & agnitionis,& sanctæ spei. ¶25 In me gratia omnis ~viæ~ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. ¶26 Transite ad me omnes qui concupiscitis me,& à generationibus meis implemini. ¶27 Spiritus enim me~ super me~ dulcis,& hæreditas mea super me~ & fauum. ¶28 Memoria mea in generationes seculorũ: ¶29 ‖Qui edunt me,adhuc esurient:& qui bibunt me, adhuc sitient. ¶30 Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt. ¶31 Qui elucidant me,vitam æternã habebũt. ¶32 Hæc

omnia liber vitæ, & testamentum Altissimi, & agnitio veritatis. ¶37 Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hæreditatem domui Iacob, & Israel promissiones. ¶38 Posuit Dauid puero suo excitare regē ex ipso fortissimum, & in throno honoris sedentem in sempiternū. ¶39 Qui imples quasi Phison sapientiam, & sicut Tigris in diēb' nouoꝝ. ¶40 Qui adimplet quasi Euphrates sensum: qui multiplicat quasi Iordanis in tēpore messis. ¶41 Qui mittit disciplinam sicut lucem, & assistēs quasi Gehon in die vindemiæ. ¶42 Qui perfecit primus scire ipsam, & infirmior non inuestigabit eam. ¶43 A mari enim *abundabit' cogitatio eius, & consilium illius in abyssō magna. ¶44 Ego sapientia effudi flumina. ¶45 Ego quasi trames aquæ immēsæ de fluuio, ego quasi fluuius *Dorix,' & sicut aquæductus exiui de paradiso. ¶46 Dixi, Rigabo hortum *plantationum, & inebriabo *partus' mei fructum. ¶47 Et ecce factus est mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquauit ad mare. ¶48 Quoniā doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam vsque ad longinquum. ¶49 Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormiētes, & illuminabo *omnes' sperantes in Domino. ¶50 A dhuc doctrinam quasi prophetiā, effundā, & relinquam illam quærentibus sapientiam, & non deſinā in progenies illiorū vsque in æuum sanctū. ¶51 Videte quoniā non soli mihi laboraui, sed omnibus exquirentibus veritatē. CAP. XXV.

Concordia, Amor proximi, Vir & mulier bene consentientes. 4 Pauper superbus, Diues mēdax, Senex fatuus. 11 Mulier fensata. 21 Nequitia mulieris.

IN tribus placitū est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. ¶1 Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes. ¶3 Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum. ¶4 Pauperem superbum: & Diuitem mendacem: & Senem fatuum & insensatū. ¶5 Quæ in iuuētute tua non cōgregasti, *quomodo in senectute tua inueniesꝰ ¶6 Quām speciosum cauitiei iudicium, & prefbyteris cognoscere consilium! ¶7 Quām speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus, & cōsilium! ¶8 Corona senum multa peritia: & gloria illorum timor Dei. ¶9 Nouē insuspicabilia cordis magnificaui, & decimum dicam in lingua hominibus. ¶10 Homo qui iucundatur in filiis, viuens: & videns subuersionem inimicorū suorum. ¶11 Beatus qui habitat cum muliere sensata, & qui lingua sua nō est lapsus, & qui nō seruiuit indigni sē. ¶12 Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiā auri audienti. ¶13 Quām magnus qui inuenit sapientiam & scientiam: sed non est super timentem Dominum. ¶14 Timor Dei super omnia se superposuit. ¶15 Beatus homo, cui donatum est habere timorē Dei: qui tenet illum, cui assimilabitur? ¶16 Timor Dei initiū dilectionis eius: fidei autem initiū agglutinādum est ei. ¶17 Omnis plaga cristitia cordis est: & omnis malitia nequitia mulieris. ¶18 Et omnem plagam, & non plagam videbit cordis: ¶19 Et omnem nequitiam, & non nequitiam mulieris: ¶20 Et omnem obductum, & nō obductū odientium: ¶21 Et omnem vindictam, & non vindictā inimicorum. ¶22 Nō est caput nequius super caput colubri: ¶23 Et non est ira super iram mulieris. ¶Commorari leoni & draconi placebit, quām habitare cum muliere nequam. ¶24 Nequitia mulieris immutat faciem eius: & obcæcabit vultum suum tanquā vrsus: & quasi saccum ostendet in medio proximorum*. ¶25 In- *eius gemuit vir eius, & audiens suspirauit modicū. ¶26 Breuis omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorū cadat super illā. ¶27 Si- D cut ascensus arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata homini quieto. ¶28 Ne respicias in mulieris speciē, & non concupiscas mulierem in specie. ¶29 Mulieris ira, & irreuerentia, & confusio magna. ¶30 Mulier si primatū habeat, contraria est viro suo. ¶31 Cor humile, & facies tristis, & plaga mortis, mulier nequā. ¶32 Manus debiles, & genua dissoluta, mulier quæ nō beatificat virum suum. ¶33 A muliere Gen.3.8.6. initium factum est peccati, & per illam omnes morimur. ¶34 Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum: nec mulieri nequam veniam prodeundi. ¶35 Si non ambulauerit ad manū tuam, confundet te in conspectu inimicorum. ¶36 A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abstratur. CAP. XXVI.

Vxor bona. 6 Delatura ciuitatis. Calūnia. Zelotypia. 9 Mulieris nequā incōmoda. 13 Assentiādæ filiæ. 18 Mulieris bonæ cōmoda. 26 Bellator. Sensatus. Ministus. Negotiator. Caupo.

MVlieris bonæ beatus vir: numer' enim annorū illorū duplex. ¶2 Mulier fortis delectat virū suū, & annos vitæ illius in pace impleblit. ¶3 Pars bona mulier bona, in parte bona timētiū Deū, dabitur viro pro factis bonis: ¶4 Diuitis autē, & pauperis cor bonū, in omni tempore vultus illorū hilaris. ¶5 A tribus timuit cor meū, & in quarto factes mea metuit, ¶6 Delaturam ciuitatis: & collectionem populi: ¶7 Et calumniam mendacem: super mortem omnia grauia: ¶8 Dolor cordis & luctus, mulier zelotypa. ¶9 In mulierē zelotypæ flagellum linguæ, omnibus communicans. ¶10 Sicut boum iugum quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. ¶11 Mulier ebriosa, ira magna: & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. ¶12 Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. ¶13 Si in filia non auertente se, firma custodiam: ne inuenta occasione *abutatur' se: ¶14 Ab omni ir- *vtatur reuerentia *oculum eius' caue, & ne mireris si te neglexerit. ¶15 Sicut viator sitiens ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum sedebit, & contra omnem sagittam aperiet pharetrā, donec deficiat. ¶16 Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. ¶17 Di- G sciplina illius datum Dei est. ¶18 Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. ¶19 Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. ¶20 Omnis autem pōderatio non est digna cōtinentis animæ. ¶21 Sicut sol oriēs mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. ¶22 Lucerna splendens super cādelabrum sanctū, & species

faciel super æratem stabilem. ¶12 Colũnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. ¶14 Fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ. ¶15 In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit. ¶16 Vir bellator deficiès per inopiam: & vir sensatus contemptus. ¶17 Et qui transgreditur à iustitia ad peccatum, Deus parauit eum ad romphæam. ¶18 Duæ species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt, Difficile exnitur negotians: à *negligentia: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

CAP. XXVII.

Inopia. 6 Tentatio. 8 Sermo. 9 Iustitiæ. 17 Arcana amici.

A PRopter inopiam multi deliquerunt: & qui quærit locupletari, auertit oculum suum.

2 Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: sic & inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatis. ¶3 Conteretur cum delinquente delictum. ¶4 Si nõ in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. ¶5 Sicut in percussura cribri remanebit *pulvis: sic aporia hominis in cogitatu illius. ¶6 Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. ¶7 Sicut iustificatio de ligno ostendit fructũ illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis. ¶8 Ante sermonem non laudes virum: hæc enim tentatio est hominum. ¶9 Si sequaris iustitiam, apprehendes illam: & indues quasi podẽrem honoris, & inhabitabis cum ea: & proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum. ¶10 Volatilia ad sibi similia conuenient: & veritas ad eos qui operantur illam, reuertetur. ¶11 Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates. ¶12 Homo *sensatus in sapientia manet sicut sol: insensatus, sicut luna mutatur. ¶13 In medio insensatorum serua verbum temporis: in medio autem cogitantium assiduus esto. ¶14 Narratio peccantium odiosa, & risus illorũ in delictis peccati. ¶15 Loquela multum iurans, horripilationem capiti statuet: & irreuerentia ipsius, obturatio aurium. ¶16 Effusio sanguinis in rixa superborum: & maledictio illorũ auditus gravis. ¶17 Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & nõ inueniet amicum ad animum suum. ¶18 Dilige proximum, & coniungere fide cum illo. ¶19 Quòd si denudaueris absconsa illius, non *persequeris' post eum. ¶20 Sicut enim homo qui perdit amicum suum: sic & qui perdit amicitiam proximi sui. ¶21 Et sicut qui dimittit auẽ de manu sua: sic quĩ' dereliquisti proximum tuum, & non eum capies. ¶22 Non illum sequaris, quoniam longe abest: effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniã vulnerata est anima eius. ¶23 Vltra eum non poteris colligare, & maledicti est cõcordatio. ¶24 Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infœlicis. ¶25 Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiicit: ¶26 In conspectu oculorum suorum condulcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur. Nouissime autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. ¶27 Multa odiui, & non coæquauit ei, & Dominus odiet illum. ¶28 Qui in altum mittit lapidẽ, super caput eius cadet: & plaga dolosa dolosi diuidet vulnera. ¶29 Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo suo, offedet in eo: & qui laqueum alii ponit, peribit in illo. ¶30 Facienti nequissimum cõsilium, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde adueniat illi. ¶31 Illusio & irrepreriens superborum, & vindicta sicut leo insidiabitur illi. ¶32 Laqueo peribunt qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumet illos antequam moriantur. ¶33 Ira & furor vterque execrabilia sunt, & vir peccator continuens erit illorum.

CAP. XXVIII.

Vindicta & immisericordia. 8 Iracundia & lis. 15 Susurro. 19 Lingua tertia.

QVi vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata illius seruans seruabit. ¶2 Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecãti tibi solnetur. ¶3 Homo homini reseruat iram, & à Deo quærit medelam? ¶4 In hominem similem sibi non habet misericordiam: & de peccatis suis deprecatur? ¶5 Ipse dum caro sit, reseruat ira: & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? ¶6 Memento nouissimorum, & desine inimicari. ¶7 Tabitudo enim, & mors imminent in mandatis eius. ¶8 Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo. ¶9 Memorare testamentũ Altissimi, & despice ignorantiam proximi. ¶10 Abstine te à lite, & minues peccata. ¶11 Homo enim iracundus incẽdit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittit' inimicitiam. ¶12 Secundũ enim ligna syluæ, sic ignis exardescit: & secundum virtutem hominis, sic iracundia illius erit, & secũdum substantiã suam exaltabit iram suam. ¶13 Certamen festinatum incendit ignem: & lis festinans effundit sanguinem: & lingua testificãs adducit mortẽ. ¶14 Si sufflaueris, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur. vtraque ex ore prosiciscũtur. ¶15 Susurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habẽtes. ¶16 Lingua tertia multos commouit, & dispertiit illos de gente in gentem: ¶17 Ciuitates munratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit. ¶18 Virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit. ¶19 Lingua tertia mulieres viratas elecit, & priuauit illas laboribus suis. ¶20 Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicũ in quo requiescat. ¶21 Plagelli plaga luorem facit: plaga autem linguæ comminuet ossa. ¶22 Multi ceciderunt in ore gladii, sed non sic quasi qui luterierunt per linguam suam: ¶23 Beatus qui tectus est à lingua nequam, qui in iracundiam illius non transiuit, & qui non attraxit iugum illius, & in vinculis eius non est ligatus: ¶24 Iugum enim illius, iugum ferreum est: & vinculum illius, vinculum æreum est. ¶25 Mors illius, mors nequissima: & vtilis potius infer', quàm illa. ¶26 Perseuerantia illius non permanebit: sed obtinebit vias iniustorum, in flamma sua non comburet iustos. ¶27 Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & nõ extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pard' lædet illos. ¶28 Sepi aures tuas spinis, & linguã nequã noli audire, & ori tuo facito

ossia, & feras ursibus tuis. ¶19 Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito statēram, & frænos ori tuo rectos: ¶20 Et attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.

CAP. XXIX.

Misericordia. 4 Mutuum reddendū. 12 Pauperi benefaciendum. 16 Eleemosyna. 21 Fideiussor. 26 Peccator. 29 Paupertas. 31 Hospes & peregrinus.

QVi facit misericordiam, fœneratur proximo suo. & qui præsulet manu, mandata seruat. ¶2 Fœnerare proximo tuo in tempore necessitatis illius, & iterū redde proximo in tempore suo. ¶3 Confirma verbum, & fideliter age cum illo: & in omni tempore inuenies quod tibi necessariū est. ¶4 Multi quasi inuentionem æstimauerunt fœnus, & præstiterunt molestiam iis qui se adiuuerunt. ¶5 Donec accipiāt, oscultantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam. ¶6 Et in tempore redditionis postulabit tēpus, & loquetur verba *tædii' & murmurationum, & tempus causabitur. ¶7 Si autē potuerit reddere, *aduersabitur, soluēdi' vix reddet dimidiū, & computabit illud quasi inuētionem: ¶8 Sin autem, fraudabit illum pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis, ¶9 Et conuitia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. ¶10 Multi nō causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. ¶11 Veruntamen super humilem animo fortior esto, & pro eleemosyna nō trahas illum. ¶12 Propter' mandata' assume pauperem & propter inopiam eius ne dimittas eū vacuum. ¶13 Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abscondas illam sub lapide in perditionem. ¶14 Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, & proderunt tibi magis, quàm aurum. ¶15 ‖Conclude eleemosynam in *ūnu' pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. ¶16 ‖Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam conseruabit: ¶17 Et postea resurget, & retribuet illis retributionem vnicuique in caput illorum. ¶18 Super scutum potentis, & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit. ¶19 Vir bonus fidem facit *proximo suo: & qui perdiderit confusionem, derelinquet sibi. ¶20 Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animā suam. ¶21 Repromissorem fugit peccator & immundus. ¶22 Bona repromissoris sibi adscribit peccator: & ingratus sensu, *derelinquit' liberantem se. ¶23 Vir repromittit de proximo suo: & quum perdiderit verecundiam, derelinquetur ab eo. ¶24 Repromissio nequissima multos perdidit *diligentes,' & commouit illos quasi fluctus maris. ¶25 Viros potentes gyrās migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis. ¶26 Peccator trāsgrediēs mandatum Domini, incidet in promissionem nequam: & qui conatur multa agere, incidet in iudicium. ¶27 Recupera proximum secundum virtutem tuā, & attende tibi ne incidas. ¶28 ‖Initium vitæ hominis, aqua & panis, & vestimentum, & domus protegens turpitudinem. ¶29 Melior est victus pauperis sub tegmine asserum, quàm epulæ splendidæ in peregrē sine domicilio. ¶30 *Laūmū pro magno' placeat tibi, & impropersum peregrinationis non audies. ¶31 Vita nequam hospitandi de domo in domum: & vbi hospitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os. ¶32 Hospitabitur, & paseet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet, ¶33 Transi hospes, & orna mēsam: & quæ in manu habes, ciba cæteros, ¶34 Exi à facie honoris amicorum meorū: necessitudine domus meæ, hospitio mihi factus est frater. ¶35 Grauia hæc homini habēti sensum, Correptio domus, & impropersum fœneratoris.

CAP. XXX.

Filii castigandi & erudiēdi. 14 Sanitas corporis & forutudo. 17 Vita amara. 18 Bona abscondita. 19 Sacrificiū idolo. 22 Tristitia. 23 Iucunditas. 26 Iracundia.

QVi diligit filium suū, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo, & non palpet proximorū ostia. ¶2 Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur. ¶3 ‖Qui docet filium suum, in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo. ¶4 Mortuus est pater eius, & quasi nō est mortuus, similem enim reliquit sibi post se. ¶5 In vita suavidit, & lætatus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec cōfusus est corā inimicis. ¶6 Reliquit enim defensorē domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. ¶7 Pro animabus filiorum colligabit vulnera sua, & super omnem vocem turbabuntur viscera eius. ¶8 Equus indomitus *euadet' durus, & *euadit filius remissus euadet præceps. ¶9 Lacta filiū, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contrista bit te. ¶10 Non corrideas illi: ne doleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui. ¶11 Nō des illi potestatem in iuuētute, & ne despicias cogitatus illius. ¶12 ‖Curua cervicem eius in iuuētute, & tunde latera eius dum infans est: ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. ¶13 Doce filiū tuum, & operare in illo, ne in turpitudinē illius offendas. ¶14 Melior est pauper sanus & fortis viribus, quàm dives imbecillis & flagellatus malitia. ¶15 Salus animæ in sanctitate iustitiæ, & melior est omni auro & argento: & corpus validū, quàm census immensus. ¶16 Non est census super censum salutis corporis: & non est oblectamētum super cordis gaudium. ¶17 Melior est mors, quàm vita amara: & requies æterna, quàm languor perseuerans. ¶18 Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularū circumpositæ sepulchro. ¶19 ‖Quid, dderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabitur. ¶20 Sic qui effugatur à Domino, & portans mercedes iniquitatis. ¶21 Videns oculis & ‖ingemiscens, sicut spado cōplectens virginem, & suspirans. ¶22 ‖Tristitiam non des animæ tuæ, & nō affligas temetipsum in consilio tuo. ¶23 Iucunditas cordis, hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis: & exultatio viri, est longæuitas. ¶24 Miserere animæ tuæ placens Deo, & contine, & congrega cor tuū in sanctitate eius, & tristitiā lōge expelle à te. ¶25 Multos enim occidit tristitia, & non est vtilitas in illa, ¶26 Zelus & iracundia minuūt dies, & an-

*Super minimum & maximum

A

Pron.13.d.14. & 23.b.13.

Deut.6.b.7.

B

5.7.c.25.

C

Dan.14.b.

5.20.a.21.

D

Pron.12.c.21. & 15.b.13. & 17.d.22.

te tempus senectā adducet cogitatus. ¶17 Splēdidū cor, bonum in epulis est: epulæ enim illius diligenter fiunt. CAP. XXXI.

1 Dies sine macula.11 Mensa. 14 Oculus nequam. 17 Conuiuium. 25 Vomitus.27 Velox in operibus.28 Panis splendidus, 30 Vinum & ebrietas.

A Vigilia honestatis tabefaciet carnes,& cogitatus illius aufert somnū. ¶2 Cogitatus præsciētiæ auertit sensū , & infirmitas grauis sobriā facit animā. ¶3 Laborauit diues in cōgregatione substātiæ, & in requie fua repletur bonis suis. ¶4 Laborauit pauper in diminutione victus,& in fine inops fit. ¶5 Qui aurum diligit, nō iustificabitur: & qui insequitur cōsumptionē,*replebitur ex ea.* ¶6 ‖ Multi dati sūt in auri *casus, & facta est in specie ipsius perditio illorum.* ¶7 *Lignum offensionis est aurum sacrificantium.væ illis qui sectātur illud,& o-*
Luc.6.d.24. *mnis imprudēs deperiet in illo.* ¶8 ‖ Beatus diues,qui inuētus est sine macula:& qui post aurum non abiit,nec sperauit in pecunia & thesauris. ¶9 Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. ¶10 *Quis proba-*
*Quis tus est in illo, & perfectus inuentus est, & erit illi gloria æternæ?qui potuit transgredi,& nō est transgressus:& facere mala,& non fecit.*
¶11deo stabilita sunt bona illius in Domino, & eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. ¶12 Supra mensam magnam sedisti:nou apertas super illam faucem tuā prior. ¶13 Nō dicas, ‘ſi multa sunt quæ super illam sunt. ¶14 Memēto quoniā malus est oculus ne quam.15 Nequius oculo quid creatum est?ideo ab omni facie sua lachrymabitur, quum viderit. ¶16 Ne extendas manum tuam prior, & in uidia contaminatus erubescas. ¶17 Ne compri
*maris in cōuiuio ‘vini’.18 ‖ Intellige quæ sūt p*
*ximi tui ex teipso.* ¶19 Vtere quasi homo frugi his quæ tibi apponūtur:& nō quū māducas multū,odio habearis. ¶20 Cessa prior,causa di
Matth.7.a.2. sciplinæ:& noli nimius esse,ne fortè offendas. c.12. ¶21 Si in medio multorum sedisti,prior illis
C ne extēdas manū tuā:nec prior poscas bibere.
¶22 ‖ Quàm sufficiēs est homini erudito vinum exiguū, & in dormiēdo nō laborabis ab illo ,& nō senties doloré. ¶23 Vigilia & cholera,& tor
J.37.d.31. tura viro infrunito : ¶24 Somnus sanitatis in *homine parco.dormiet vſq; in mane, & anima illius cū ipso delectabitur.* ¶25 Si coactus fueris in edendo multū,surge è medio,& vome:& *refrigerabit te,& nō adduces eorpori tuo infirmitatem.* ¶26 *Audi me fili, & ne spernas me:&* in nouissimo inuenies verba mea. ¶27 In omnibus operibus tuis esto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi. ¶28 ‖ *Splēdidum in pa*
Pro.22.b.9. nibus benedicent labia multorum: & testimonium veritatis illius fidele. ¶29 In nequissimo pane murmurabit ciuitas & testimonium ne-
D quitiæ illius verum est . ¶30 Diligentes in vino noli prouocare : ‖ multos enim exterminauit vinum.
Iudith 13.a.2. ¶31 Ignis probat ferrum durum:*sic* vinum corda superborum arguet in ebrietate potatū. ¶32 ‖ Atqua vita hominibus, vinum in sobrietate:si bibas illud moderatè, *eris sobri*ᵉ.
Pſal.103.b.15. prou.31.a.4. ¶33 Quæ vita est*ᵍ* quæ minuitur vino? ¶34 Quid
*ᵍ quæ minuitur vinum* defraudat vitam? Mors. ¶35 Vinum in iucunditate creatū est, & non in ebrietatē,ab initio.

¶36 Exultatio animæ & corporis vinum moderatè potatum. ¶37 Sanitas est animæ & corpori sobrius potus. ¶38 Vinum multum potatum,irritationem,& iram, & ruinas multas facit. ¶39 Amaritudo animæ vinum multum potatū. ¶40 Ebrietatis animositas, imprudentis offensio.minorans virtutem,& faciens vulnera. ¶41 ‖ *In conuiuio vini nō arguas proximū:* & non despicias eum in iucunditate illius: ¶42 Verba improperii non dicas illi,& nō premas illum in repetēdo. CAP. XXXII.

Potestas non se extollat. 4 Quādo & cui loquendum.7 Musica.9 Audire & tacere.12 Timor Domini.

REctorem te posuerūt? noli extolli:esto in illis quasi vnus ex ipsis. ¶2 ‖ Curā illorū habe,& ūe considera, & omni cura tua explicita recūbe: ¶3 Vt lætēris propter illos,*ᵉ* vt*ᵉ* ornamētum gratiæ accipias coronā , & dignationem cōsequaris corrogationis. ¶4 Loquere*ᵉ* maior natu:decet enim te. ¶5 Primum verbum diligenti scientiā,& non impedias musicā. ¶6 Vbi auditus non est, non effundas sermonem, ‖& importunè noli extolli in sapiētia tua. ¶7 Gemma carbunculi in ornamento auri, & cōparatio musicorum in conuiuio vini . ¶8 Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi : sic numerus musicorum in iucundo & moderato *vino.* ¶9 Audi tacēs,& pro reuerentia accedet *tibi bona gratia.* ¶10 Adolescēs loquere in tua *causa vix ‘quum necesse fuerit’.* ¶11 Si bis interrogatus fueris,habeat caput responsum tuum. ¶12 In multis esto quasi inscius, & audi tacēs simul & quærēs. ¶13 ‖ In medio magnatorū ‘lo qui’nō præsumas:& vbi sunt senes,non multū loquaris. ¶14 Ante*ᵉ* grandiorem*ᵉ* præibit coruscatio:& ante verecūdiā præibit gratia,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia. ¶15 Et hora surgēdi non tetrices:præcurre autem prior in domum tuam.& illic auocare, & illic lude. ¶16 Et age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo superbo . ¶17 Et super his omnibus benedicito Dominum qui fecit te , & inebriantem te ab omnibu. bonis suis. ¶18 Qui timet Dominum,excipiet doctrinam eius:& qui vigilauerint ad illum, inuenient benedictionē ‘illius’. ¶19 Qui quærit legem.*replebitur* ab ea: & qui inīdiosē agit, *scandalizabitur* ab ea. ¶20 Qui timent Dominum , inuenient iudicium iustum,& iustitias quasi lumen accendēt. ¶21 Peccator homo *vitabit correptionē*,& secundum voluntatem suam inueniet comparationem. ¶22 *Vir consilii non disperdet intelligentiam, alienus & superbus non pertimescet timorem.* ¶23 Etiam postquam fecit cum eo fœdus *consilio, & suis infectationibus arguetur.* ¶24 *Fili , sine consilio nihil facias, & post factum non pœnitebis .* ¶25 In via ruinæ non eas ,& nō offendes in lapides:nec credas te viæ laboriosæ,ne ponas animæ tuæ scādalū. ¶26 Et à filiis tuis caue, & à domesticis: tuis attende.
¶27 In omni opere tuo *crede ex* fide animæ tuæ.hoc est eni cōseruatio mādatorū. ¶28 Qui *credit Deo,attendit mādatis:* & qui confidit in illo,non minorabitur. CAP. XXXIII.

Timor Dei.5 Fatuus.6 Amicus subsannator.7 Dies, tempora, & anni. 13 Omnium creator Deus, & omnia in manu eius.15 Iust'. 16

cator. ¶Sperãs in Dei benedictione. 21 Filius. Mulier. Amicus. 25 Seruus.

Mmenti Dominum non occurrent mala, sed in tentatione Deus illum conseruabit, & liberabit à malis. ¶2 Sapiens non odit mandata & iustitias, & non illidetur quasi in procella nauis. ¶3 Homo sensatus credit legi Dei, & lex illi fidelis. ¶4 Qui interrogationem manifestat, parabit verbũ, & sic deprecatus exaudietur, & conseruabit disciplinam, & tunc respõdebit. ¶5 ‖ Præcordia fatui quasi rota carri: & quasi axis versatilis cogitatus illius. ¶6 Equ⁹ emissarius, sic & amicus subsannator, sub omni supraspedente hinnit. ¶7 Quare dies diem superat, & iterum lux lucem, & annus annum à sole? ¶8 A Domini scientia separati sunt facto sole, & præceptũ custodiẽte, ῾per Dei sapientiam diuiduntur᾽. ¶9 Et immutauit tempora, & dies festos ipsorum, & in illis dies festos celebrauerunt ad horam. ¶10 Ex ipsis exaltauit & magnificauit Deus, & ex ipsis posuit in numerum dierum, ‖ & omnes homines de solo, & ex terra vnde creatus est Adam. ¶11 In multitudi ne disciplinæ⁹ Domini᾽ separauit eos, & immutauit vias eorum. ¶12 Ex ipsis benedixit, & exaltauit: & ex ipsis sãctificauit, & ad se applicauit: & ex ipsis maledixit, & humiliauit, & conuertit illos à separatione ipsorum. ¶13 ‖ Quasi lutũ figuli in manu ipsius, plasmare illud & disponere. ¶14 Omnes viæ eius secũdum dispositionem eius: sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secũdum iudicium suũ. ¶15 ‖ Cõtra malum bonum est, & cõtra mortem vita: sic & contra virum iustum peccator: & sic intuere in omnia opera Altissimi, duo contra duo, & vnũ contra vnum. ¶16 Et ego nouissimus euigilaui, & quasi qui colligit acinos post vindemiatores. ¶17 In benedictione Dei, & ipse speraui: & quasi qui vindemiat, replenit torcular. ¶18 ‖ Respicite quoniam non mihi soli laboraui, sed omnibus exquirẽtibus disciplinam. ¶19 Audite me magnati, & omnes populi, & rectores ecclesiæ auribus percipite. ¶20 Filio & mulieri, fratri & amico non des potestatẽ super te in vita tua: & nõ dederis alii possessionẽ tuam: ne forte pœniteat te, & deprecẽris pro illis. ¶21 Dum adhuc superes & aspiras, nõ immutabit te omnis caro. ¶22 Melius est enim vt filii tui te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum. ¶23 In omnibus operibus tuis præcelleus esto. ¶24 Ne dederis maculã in gloriam tuam. In die consummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui distribue hæreditatẽ tuam. ¶25 Cõparia, & virga, & onus asiuo: panis, & disciplina, & opus seruo. ¶26 Operatur in disciplina, & quærit requiescere: laxa manus illi, & quærit libertatẽ. ¶27 Iugum & lorum curuãt collum durum, & seruum inclinant operationes assiduæ. ¶28 Seruo maleuolo tortura & cõpedes, mitte illum in operationem, ne vacet. ¶29 Multam enim malitiam docuit otiositas. ¶30 In opera constitue eum: sic enim condecet illum. Quòd si non obaudierit, curua illum compedibus, & non ampliũces super omnem carnẽ. Verum sine iudicio nihil facias graue. ¶31 ‖ Si est tibi seruus ῾fidelis,᾽ sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem sic eum tracta: quoniam in sanguine animæ cõparasti illum. ¶32 Si læseris eum iniustè, in fugam conuertetur. ¶33 Et si extollens discesserit: quem quæras, & in qua via quæras illũ, nescis. CAP. XXXIIII.

Somnia vana, & expertus & tentatus. 14 Timor Dei. 21 Dona & oblationes piorum & impiorũ. 24 Defraudẽs pauperem & mercenariũ. 30 Vir iejunãs & humilians se, & fẽper peccãs.

VAna spes, & mẽdacium viro insensato, & somnia extollũt imprudẽtes. ¶2 Quasi qui apprehẽdit vmbrã, & persequitur ventũ: sic & qui attẽdit ad visa mendacia. ¶3 Hoc secundũ hoc visio somniorũ. Ante faciẽ hominis similitudo ᾽alterius᾽ hominis. ¶4 Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verũ dicetur? ¶5 Diuinatio erroris & auguria, mẽdacia & sõnia malefacientiũ, vanitas est. ¶6 Et sicut parturientis, cor tuũ phãtasias patitur: nisi ab Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuũ. ¶7 Multos enim errare fecerunt somnia, & exciderunt sperãtes in illis. ¶8 Sine mẽdacio cõsummabitur verbũ legis, & sapientia in ore fidelis cõplanabitur. ¶9 Qui nõ est tentatus, quid scit? vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectũ. ¶10 Qui nõ est expertus, pauca recognoscit: qui autẽ in multis factus est, multiplicat malitiã. ¶11 Qui tentatus non est, qualia scit? qui implanat᾽ est, abũdabit nequitia᾽. ¶12 Multa vidi enarrando, & plurimas verbor⁹ confusiones. ¶13 Aliquoties vsque ad mortem periclitatus sum horũ causa, & liberatus sum gratia Dei. ¶14 Spiritus timentiũ Deũ quæritur, & in respectu illius benedicetur. ¶15 Spes enim illorũ in saluantẽ illos, & oculi Dei in diligẽtes se. ¶16 Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniã ipse est spes eius. ¶17 Timentis Dominũ beata est anima eius. ¶18 Ad quẽ respicit, & quis est fortitudo eius? ¶19 Oculi Domini super timẽtes eum, protector potentiæ, firmamentũ virtutis, tegimẽ ardoris, & umbraculũ meridiani, ¶20 Deprecatio offẽtionis, & adiutorium casus, exaltans animã, & illuminãs oculos, dãs sanitatẽ, & vitã & benedictionem. ¶21 ‖ Immolãtis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ ‖ subsannationes iniustorũ. ¶22 Dominus solus sustinẽtibus se in via veritatis & iustitiæ. ¶23 ‖ Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorũ: nec in multitudine sacrificiorũ eorũ propitiabitur peccatis. ¶24 Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. ¶25 Panis egentium, vita pauperum est: qui de fraudat illum, homo sanguinis est. ¶26 Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. ¶27 Qui effundit sanguinem, ‖ & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt. ¶28 Vn⁹ ædificans, & vnus destruens: quid prodest illis, nisi labor? ¶29 Vnus orans, & vnus maledicẽs: cuius vocẽ exaudiet Deus? ¶30 ‖ Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tãgit eum, quid profícit lauatio illi? ¶31 ‖ Sic homo qui ieiunat in peccatis suis: & iterũ eadẽ faciẽs, quid profícit humiliando se? orationẽ illius quis exaudiet? CAP. XXXV.

1 Sacrificium verũ. Oblationes & decimæ. 16 Pauper. Pupillus, Vidua. 20 Orationes instorum audit Deus, & liberat eos.

A

B

C

Prou. 11. d. 17.

Prou. 15. b. 8.

D

Deu. 14. c. 14. & 15. 7. c. 22.

Num. 19. b. 11.

2. Pet. 2. d. 20.

A
1.Reg.15.c.22. Qui conservat legem, multiplicat oratio-
Jere.7.a.23. nem. ¶ 2 ‖Sacrificium salutare est atten-
dere mandatis, & discedere ab omni
iniquitate: ¶ 3 ~Et propitiationem litare sacri-
ficiis super iniustitias. ‘& deprecatio pro pec-
Philip.4.d.18. catis, recedere ab iniustitia. ¶ 4 Retribuet gra-
tiam, qui offert similaginem: & qui facit mise-
ricordiã, offert sacrificium. ¶ 5 Beneplacitũest
Exod.23.b.15. Domino recedere ab iniquitate: & deprecatio
& 34.c.23. pro peccatis recedere ab iniustitia. ¶ 6 ‖Non
deut.16.d.16. apparebis ante conspectum Domini vacuus.
Genes.4.a.4. ¶ 7 Hæc enim omnia propter mandatum
Dei fiũt. ¶ 8 ‖Oblatio iusti impinguat altare,
B & odor suauitatis est in conspectu Altissimi.
¶ 9 Sacrificium iusti acceptum est, & memoriã
eius non obliuiscetur Dominus. ¶ 10 Bono ani
mo gloriam redde Deo: & non minuas primi-
tias manuum tuarum. ¶ 11 ‖In omni dato hila
1.Co.9.b.7. rem fac vultum tuum, & in exultatione sancti
Tob.4.a.6. fica decimas tuas. ¶ 12 ‖Da Altissimo secundũ
datum eius, & in bono oculo adinuentionem
facito manuum tuarum: ¶ 13 Quoniam Domi
nus retribuens est, & septies tantũm reddet ti-
Leuit.22.c.21. bi. ¶ 14 ‖Noli offerre munera praua: non enim
deut.15.d.19. Deut.10.d.17. suscipiet illa. ¶ 15 Et noli inspicere sacrificium
2.par.19.c.7. iniustum: quoniam Dominus iudex est, ‖&
Iob 34.b.19. C non est apud illum gloria personæ. ¶ 16 Non
sapien.6.b.8. accipiet Dominus personam in pauperem, &
rom.2.b.11. deprecationem læsi exaudiet. ¶ 17 Non despi-
gal.2.b.6. ciet preces pupilli: nec viduam, si effundat lo-
ephe.6.b.9. quelam gemitus. ¶ 18 Nonne lachrymæ viduæ
colos.3.d.16. ad maxillam descendunt, & exclamatio eius
act.10.c.34. super deducentem eas? ¶ 19 A maxilla enim
1.pet.4.c.17. ascendunt vsque ad cælum, & Dominus exau-
ditor delectabitur in illis. ¶ 20 Qui adorat
Deum in oblectatione, suscipietur: & deprecatio illi⁹ vsque ad nubes propinquabit. ¶ 21 ‖ O
ratio humiliantis se, nubes penetrabit: & do-
nec propinquet, non cõsolabitur: ‘& non dis-
D cedet, donec Altissimus aspiciat. ¶ 22 Et Domi
nus non elongabit, sed iudicabit iustos, & fa-
ciet iudiciũ: & fortissimus non habebit in illis
patientiam,” vt contribulet dorsum ipsorum:
¶ 23 Et genibus reddet vindictam, donec tol-
lat plenitudinem superborũ: & sceptra iniquo
rum contribulet, ¶ 24 Donec reddat hominibus secundũ actus suos: & secundũ opera Adæ,
& secundum præsumptionem illius, ¶ 25 Donec iudicet iudicium plebis suæ, & oblectabit
iustos misericordia sua. ¶ 26 Speciosa misericordia Dei in tẽpore tribulationis, quasi nubes
pluuiæ in tẽpore siccitatis. CAP. XXXVI.

Oratio ad Deum, vt promissiones suas impleat, & cognoscatur esse Deus. 10 Cibus. Mendacia. 21 Cor prauum. 24 Species mulieris. 26 Mulier bona.

A Miserere nostri Deus omnium, & respice
nos, & ostende nobis lucem miserationũ
tuarum, ¶ 2 Et immitte timorem tuum super
gentes quæ non exquisierunt te: vt cognoscant quia non est Deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua. ¶ 3 Alleua manũ tuam ‖super gentes alienas, vt videãt potentiã tuam. ¶ 4 Sicut
Jere.10.d.25. eni in cõspectu eorũ sanctificatus es in nobis,
sic in conspectu nostro magnificaberis in eis:
¶ 5 Vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus
quoniã nõ est Deus præter te Domine. ¶ 6 Innoua signa, & immuta mirabilia. ¶ 7 Glorifica
manũ, & brachium dextrum. ¶ 8 Excita furorem, & effunde iram. ¶ 9 Extolle aduersarium,
& afflige inimicum. ¶ 10 Festina tempus, & me
mẽto finis, vt enarrẽt mirabilia tua. ¶ 11 In ira
flammæ deuoretur qui saluatur: & qui perimant plebem tuam, inueniant perditionem.
¶ 12 Contere caput principum, & inimicorum dicẽtium, Non est alius præter nos. ¶ 13 Congrega omnes tribus Iacob: & cognoscant quia
non est Deus, nisi tu, vt enarrent magnalia tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio. ¶ 14 Miserere plebi tuæ, super quam inuocatũ est nomẽ tuũ: & Israel, quẽ coæquasti primogenito
tuo. ¶ 15 Miserere ciuitati sanctificationis tuæ
Ierusalem, ciuitati requiei tuæ. ¶ 16 Reple Sion
inenarrabilibus “virtutib”⁹ tuis, & gloria tua po-
pulũ tuum. ¶ 17 Da testimoniũ quia ab initio
creaturæ tuæ sunt, & suscita prædictiones, quas
locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores.
¶ 18 Da mercedem iustis etinentibus te, vt prophe
tæ tui fideles inueniãtur: & exaudi orationes
seruorũ tuorum. ¶ 19 ‖Secũdum benedictionẽ
Aarõ da populo tuo, & dirige nos in viam iu-
stitiæ: ‘vt sciãt omnes qui habitãt terrã, quia
tu es Deus cõspector seculorũ. ¶ 20 Omnẽ escã
manducabit venter, & est cibus cibo melior.
¶ 21 Sauces contingunt ciburn ferre, & cor in-
fensatum verba mendacia. ¶ 22 Cor prauũ da-
bit tristitiam, & homo peritus reũsitet illi.
¶ 23 Omnem masculum excipiet mulier: & est
filia melior filia. ¶ 24 Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnẽ cõcupiscentiam hominis superducit desiderium. ¶ 25 Si est
lingua curationis, est & mitigationis & miseri
cordiæ: non est vir Illius secundum filios homi-
num. ¶ 26 Qui possidet mulierem bonam,
inchoat possessionẽ: adiutorium secundũ illũ
est, & columna vt requies. ¶ 27 Vbi non est sepes, diripietur possessio: & vbi non est mulier,
ingemiscit egens. ¶ 28 Cui credit, qui non habet nidum: & deflectens vbicunque obscurauerit, quasi succinctus latro exillens de ciuitate
in ciuitatem? CAP. XXXVII.

Amicus verus. 7 Consilium. 11 Colloquia. 15 Cum sanctis cõuersandũ. 20 Veribũ verax & nequam. 22 Peritus. 23 Sophista. 25 Sapiens. 30 Anima. 31. Epulatio & crapula.

OMnis amicus dicet, Et ego amicitiam co-
pulaui. sed est amicus solo nomine amicus. Nõne tristitia inest vsque ad mortem?
¶ 2 Sodalis autem, & amicus ad inimicitiam cõuertẽtur. ¶ 3 O præsumptio nequissima, vnde creata es coopertire aridam malitia, & do-
lositate illius. ¶ 4 ‖Sodalis amico” cõiucũdabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduersarius erit. ¶ 5 Sodalis amico
cõdolet causa vẽtris, & cõtra hostem accipiet scutum. ¶ 6 Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & nõ immemor fis illius in operibus
tuis. ¶ 7 Noli cõsiliari cum socero tuo, & à
zelantibus te abscõde cõsilium. ¶ 8 ‖Omnis
consiliatio precedit cõsiliũ, sed est cõsiliarius
in semetipso. ¶ 9 A consiliario serua animam
tuam. prius scito quæ sit illius necessitas: (& ipse enim animo suo cogitabit) ¶ 10 Ne fortè su
dẽ in terrã, & dicat tibi, Bona est via tua. & stet
cõtrario videre quid tibi eueniat. ¶ 11 Cũ vi-
ro irreligioso tracta de sanctitate. & cũ iniusto

de iustitia, & cum mulíere de his quæ æmula tur: cum timido de bello, cum negotiatore de traiectione, cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratiis agendis, ¶ 13 Cum impio de pietate, cum inhoneſto de honeſtate, cum operario agrario de omni opere. ¶ 14 Cũ operario annuali de conſummatione anni. cũ ſerno pigro de multa operatione. non attendas his in omni conſilio. ¶ 15 Sed cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcunque cognoueris obſeruãtem timorem Dei, ¶ 16 Cuius anima eſt ſecundum animam tuam, quicunque titubauerit in tenebris, non condolebit tibi. ¶ 17 Et cor boni conſilii ſtatue tecum: non eſt enim tibi aliud pluris illo. ¶ 18 Anima viri ſancti enuntiat ali quando vera, quàm ſeptem circunſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculãdum. ¶ 19 Et in his omnibus deprecare Altiſſimum, vt dirigat in veritate viam tuam. ¶ 20 Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnẽ actum conſiliũm ſtabile. ¶ 21 Verbum nequam immutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malũ, vita & mors: & dominatrix illorum eſt aſſidua lingua. ¶ 22 Vir peritus multos eruditi, & animæ ſuæ ſuauis eſt. ¶ 23 Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt: in omni re defraudabitur. ¶ 24 Non eſt enim ill data à Domino gratia: omni enim ſapientia de fraudatus eſt. ¶ 25 Eſt ſapiens, animæ ſuæ ſapiens: & fructus ſenſus illius laudabilis. ¶ 26 Vir ſapiens plebem ſuam erudit, & fructus ſenſus illius fideles ſunt. ¶ 27 Vir ſapiens implebitur benedictionibus, & videntes illũ laudabunt. ¶ 28 Vita viri in numero dierum: dies autem Iſrael innumerabiles ſunt. ¶ 29 Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. ¶ 30 Fili, in vita tua tenta animam tuam: & ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatẽ. ¶ 31 Non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet. ¶ 32 Noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. ¶ 33 In multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſque ad choleram. ¶ 34 Propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinẽs eſt, adiiciet vitã. CAP. XXXVIII.

Medicinæ commendatio. 9 In infirmitate orandum. 16 Luctus pro mortuis. 19 Triſtitia. 24 Mortuus. 25 Sapientia. 26 Artifices ex quibus conſtat ciuitas.

1 Honora medicum propter neceſſitatem. Etenim illum creauit Altiſſimus. 2 A Deo eſt enim omnis medela, & à rege accipiet domi nationẽ. 3 Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur. 4 Altiſſimus creauit de terra medicinã, & vir prudẽs non abhorrebit illã. 5 Nõne à ligno indulcata eſt aqua amara. 6 Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus ſcientiam Altiſſimus, honorari in mirabilibus ſuis. 7 In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis, & non conſummabuntur opera eius. 8 Pax enim Dei ſuper faciem terræ. 9 Fili, in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te. 10 Auerte à delicto & dirige manus, & ab omni delicto mũda cor tuum. ¶ 11 Da ſuauitatem & memoriam ſimlaginis, & impingua oblationem, & da locum medico. ¶ 12 Etenim illum Dominus creauit: & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria. ¶ 13 Eſt enim tempus quando in manus illorum incurras: ¶ 14 Ipſi verò Dominũ deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum & ſanitatem, propter cõſeruationẽ illorũ. ¶ 15 Qui delinquit in conſpectu eius qui facit eum, incidet in manus medici. ¶ 16 Fili in mortuum produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam illius. ¶ 17 Propter delatura autẽ amarè fer luctum illius vno die, & conſolare propter triſtitiam. ¶ 18 Et fac luctũ ſecundũ meritũ eius vno die, vel duob propter detractionẽ. ¶ 19 A triſtitia enim feſtinat mors, & cooperit virtutem, & triſtitia cordis flectit ceruicem. ¶ 20 In abductione permanet triſtitia: & ſubſtantia inopis ſecundum cor eius. ¶ 21 Ne deſeras in triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te: & memento nouiſſimorũ. ¶ 22 Noli obliuiſci, neque enim eſt conuerſio, & huic nihil proderis, & teipſum peſſimabis. ¶ 23 Memor eſto iudicii mei: ſic enim erit & tuũ. mihi heri, & tibi hodie. ¶ 24 Ite requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & conſolare illum in exitu ſpiritus ſui. ¶ 25 Sapientiam ſcribe in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, ſapientiam percipiet: quia ſapientia replebitur. ¶ 26 Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, ſtimulo boues agitat, & conuerſatur in operibus eorum, & enarratio eius in filiis taurorum. ¶ 27 Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos, & vigilia eius in ſagina vacca rum. ¶ 28 Sic omnis faber & architectus qui noctem tanquam diem tranſigit, qui ſculpit ſignaculo ſculptilia, & aſſiduitas eius variat picturam: cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ, & vigilia ſua perficiet opus: ¶ 29 Sic faber ferrarius ſedens luxta incudem, & conſiderans opus ferri, vapor ignis vtet carnes eius, & in calore fornacis concertatur. ¶ 30 Vox mallei innouat aurem eius, & contra ſimilitudinẽ vaſis oculus eius. ¶ 31 Cor ſuum dabit in conſummationem operum, & vigilia ſua ornabit imperfectionem. ¶ 32 Sic figulus ſedens ad opus ſuũ, cõuertẽs pedibus ſuis rotã, qui in ſollicitudine poſitus eſt ſemper propter opus ſuũ, & innumera eſt omnis operatio eius. ¶ 33 In brachio ſuo formabit lutum, & ante pedes ſuos curuabit virtutẽ ſuã. ¶ 34 Cor ſuum dabit vt conſummet linitionem, & vigilia ſua mundabit fornacem. ¶ 35 Omnes hi in manibus ſuis ſperauerunt, & vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt. ¶ 36 Sine his omnibus non ædificatur ciuitas, ¶ 37 Et non inhabitabũt, nec inambulabunt, & in eccleſiam non tranſilient. ¶ 38 Super ſeſſum iudicis non ſedebunt, & teſtamentum iudicii non intelligent, neque palàm facient diſciplinam & iudicium, & in parabolis non inuenientur. ¶ 39 Sed creaturam æui cõſirmabunt, & deprecatio illorũ in operatione artis, accõmodãtes animã ſuam, & conquirẽtes in lege Altiſſimi. CAP. XXXIX.

Sapiens. 11 Opera Dei. 30 Bona bonis proſunt, malis autem etiam bona ſunt mala. 33 Spiritus ad vindictam creati;

SApientiam omnium antiquorum exquiret sapiens, & in prophetis vacabit. ¶2 Narrationem virorum nominatorum conseruabit, & in versutias parabolarum simul incrolbit. ¶3 Occulta prouerbiorum exquiret, & in absconditis parabolarum conuersabitur. ¶4 In medio magnatorum ministrabit, & in cõspectu præsidis apparebit, ¶5 ‖Et in terram alienigenarũ gẽtium pertransiet, bona enim, & mala in omnibus tẽtabit. ¶6 Cor suum tradet ad vigilãdum diluculo ad Dominũ qui fecit illũ, & in cõspectu Altissimi deprecabitur. ¶7 Aperiet os suũ in oratione, & pro delictis suis deprecabitur. ¶8 Si enim Dominus magnus voluerit, spiritu intelligentiæ replebit illum:

¶9 Et ipse tanquam imbres mittet eloquia sapientiæ suæ, & in oratione confitebitur Domino. ¶10 Et ipse diriget cõsilium eius & disciplinam, & in absconditis suis cõsiliabitur. ¶11 Ipse palàm faciet disciplinam doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. ¶12 Collaudabũt multi sapientiam eius, & vsque in seculum non delebitur. ¶13 Non recedet memoria eius, & nomẽ eius requiretur à generatione in generationẽ. ¶14 ‖Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enũtiabit ecclesia. ¶15 Si permanserit nomen `eius,' derelinquet plus quàm mille: & si requieuerit, proderit illi. ¶16 Adhuc cõsiliabor, vt enarrem: vt furore enim repletus sum. ¶17 In voce dicit. Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plãtata super riuos aquarũ fructificate. ¶18 Quasi Libanus odorẽ suauitatis habete. ¶19 Florete flores quasi lilium, & date odorẽ, & frondete in gratiam, & collaudate cãticum, & benedicite Dominũ in operibus suis. ¶20 Date nomini eius magnificentiam, & cõfitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorũ, & citharis, & sic dicetis in confessione, ¶21 ‖Opera Domini vniuersa bona valde. ¶22 In verbo enim`eius stetit aqua, sicut congeries: & in sermone oris illius, sicut exceptoria aquarum:

¶23 Quoniam in præcepto ipsius placor ſit, & non est minoratio in salute ipsius. ¶24 Opera omnis carnis corã illo, & nõ est quicquã absconditũ ab oculis eius. ¶25 A seculo vsque in seculũ respicit, & nihil est mirabile in cõspectu eius. ¶26 Non est dicere, Quid est hoc, aut quid est istud? ẽnia enim in tẽpore suo quærẽtur. ¶27 Benedictio illius quasi fluuius inũdabit: ¶28 Et ‖quo modo cataclysmus aridã inebriauit, sic ira ipsius gentes quæ non exquisierunt eũ, hæreditabit. ¶29 ‖Quo modo cõuertit aquas `in siccitatẽ,' & siccata est terra, & viæ illius vsilis illorum directæ sunt: sic peccatoribꝰ offensiones in ira eius. ¶30 Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala.

¶31 ‖Initiũ necessariæ rei vitæ hominũ, aqua, ignis, & `ferrũ,' sal, `lac,' & panis similagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleũ, & vestimentum.

¶32 Hæc omnia sanctis in bona: sic & impijs & peccatoribus in mala conuertentur. ¶33 Sũt spiritus qui ad vindictã creati sunt, & in furore suo cõfirmauerunt tormenta sua: ¶34 Et in tempore cõsummationis effundent virtutem: & furorem eius qui fecit illos, confundent.

¶35 ‖Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictã creata sunt. ¶36 Bestiarũ dẽtes, & scorpii, & serpẽtes, & romphæa vindicans in exterminium impios. ¶37 In mãdatis eius epulabuntur, & super terram in `necessitate' præparabuntur, & in tẽporibus suis nõ præteriẽt verbum. ¶38 Propterea ab initio confirmatus sum, & cõsiliatus sum, & cogitaui, & `scripta dimisi.' ¶39 ‖Omnia operai Domini bona, & omne opus hora sua subministrauit. ¶40 Non est dicere, Hoc illo nequius est: omnia enim in tempore suo comprobabuntur. ¶41 Et nũc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini.

## CAP. XL.

Vitæ humanæ miseria. 11 Omnia præterẽunt. 12 Fides firma permanet. 18 Sufficientia. 19 Filii. 23 Conjugium. 24 Fratres. 25 Consilium. 26 Timor Dei.

OCcupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugũ graue super filios Adam à die exitus de vẽtre matris eorum, vsq; in diẽ sepulturæ in matrem omniũ. ¶2 Cogitationes eorum, & timores cordis, `adinuẽtiones' expectationis, & dies finitionis: ¶3 `Residẽtes' super sedem gloriosam, vsq; ad humiliatũ `in terram & cinerẽ:' ¶4 ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vsq; ad eum qui operitur lino crudo, furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perseuerãs, & contentio, ¶5 Et in tempore refectionis in cubili somnus `noctis' immutat scientiam eius. ¶6 Modicum `autẽ' tanquam nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die respectus, ¶7 Cõturbatus est in visu cordis sui, tãquam qui euaserit in die belli, in tẽpore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullum timorem. ¶8 Cum omni carne, ab homine vsq; ad pecus, & super peccatores septuplũ: ad hæc mors, sanguis, cõtentio, & rõphæa, oppressiones, fames, & cõtritio, & flagella: ¶10 Super iniquos creata sunt hæc omnia, ‖ & propter illos factus est cataclysmus. ¶11 ‖Omnia `enim' quæ de terra sunt, in terram conuertentur, ‖ & omnes aquæ in mare conuertentur. ¶12 Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in seculum stabit. ¶13 Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. ¶14 In aperiendo manus suas, lætabitur: sic præuaricatores in consummatione tabescent. ¶15 Nepotes impiorum nõ multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ sonant. ¶16 Super omnẽ aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnum euelletur. ¶17 Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet. ¶18 ‖Vita sibi sufficientis operarii conduleabitur, & in ea inuenies thesaurũ. ¶19 Filii, ædificatio ciuitatis confirmabit nomen: & super hanc mulier immaculata cõputabitur. ¶20 Vinum & musica lætificant cor, & super vtraq; dilectio sapientiæ. ¶21 `Tibiæ' & psalterium suauem faciunt melodiam, & super vtraque lingua suauis. ¶22 Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hoc viridesationes. ¶23 Amicus & sodalis in tempore cõuenientes, & super vtroque mulier cum viro. ¶24 Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos misericordia liberabit. ¶25 Aurum & argẽtum `est constitutio pedis' & super vtrumque cõsilium beneplacitum.

Gene.1.d.31. marc.7.d.37. Gen.1.b.9.2

Gene.7.d.21.

Exod.14.c.21.

Psal.29.d.28.

1.Tim.4.a.4.

Psal.44.b.24.

Psal.49.b.9.

¶16 Facultates & virtutes exaltant cor : & super hæc timor Domini. ¶17 Nō est in timore Domini minoratio, & non est in eo inquirere adiutorium. ¶18 Timor Domini sicut paradisus benedictionis, & super omnem gloriā operuerunt illum. ¶19 Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas. melius est enim mori, quàm indigere. ¶20 Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victus. alit enim animam suam cibis alienis. ¶21 Vir autem disciplinatus, & eruditus custodiet se. ¶22 In ore imprudentis conculcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

CAP. XLI.

Mors dura impijs, non timenda. 8 Impijs. 15 Nomen bonum. 17 Disciplina. 18 Stultitia. Sapientia. 21 Fornicatio. Mendacium. 22 Delictū, iniquitas, iniustitia, furtū. 26 Proximus. 27 Mulier aliena & ancilla. 28 Improperia.

O Mors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantiis suis: ¶2 Viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum? ¶3 O mors bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, ¶4 Defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili qui perdit sapientiam? ¶5 Noli metuere iudicium mortis: memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuētura sunt tibi: hoc iudiciū à Domino omni carni. ¶6 Et qui superuenient tibi in beneplacito Altissimi, siue decem, siue centum, siue mille anni. ¶7 Non est enim in inferno accusatio vitæ. ¶8 Filii abominationū fiūt filii peccatorum, & qui cōuersantur secus domos impiorum. ¶9 Filiorum peccatorū perlet hæreditas, & cum semine illorū assiduitas opprobrii. ¶10 De patre impio queruntur filii, quoniā propter illū fūt in opprobrio. ¶11 Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legem Domini altissimi. ¶12 Et si nati fuerītis, in maledictione nascemini: si mortui fuerītis, in maledictione erit pars vestra. ¶13 Omnia quæ de terra sunt, in terram cōuertentur: sic impij à maledicto in perditionem. ¶14 Luctus hominum in corpore ipsorū, nomen autem impiorum delebitur. ¶15 Curā habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni. ¶16 Bonæ vitæ numerus dierum: bonum autem nomen permanebit in æuum. ¶17 Disciplinā in pace cōseruate filii. sapientia enim absc̄dita, & thesaurus inuisus quæ vtilitas in vtrisque? ¶18 Melior est homo qui abscondit stultitiam suā, quàm homo qui absc̄ondit sapientiam suam. ¶19 Verūtamē reuerimini in his quæ procedūt de ore meo. ¶20 Non est enim bonum omnē irreuerentiā obseruare: & non omnia omnibus bene placent in fide. ¶21 Erubescite à patre & à matre de fornicatione: & à præsidēte & à potente de mēdacio: ¶22 A principe & à iudice de delicto: à synagōga & plebe de iniquitate: ¶23 A socio & amico de iniustitia: & de loco in quo habitas. ¶24 De furto, de veritate Dei, & testamento: de discubitu in panibus: & ab obfuscatione dati & accepti: ¶25 A salutantibus de silentio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab aduersione vultus cognati. ¶26 Ne auertas faciē tuam à proximo tuo, & ab auferēdo partem, & non restituendo. ¶27 Ne respicias mulierē alieni xiri, & ne scruteris ancillam eius, neque steteris ad lectum eius. ¶28 Cave ab amicis de sermonibus improperii: & quum dederis, ne improperes. ¶29 Non duplices sermonem auditus de reuelatione sermouis: absc̄ondisi, & eris verē sine confusione, & inuenies gratiā in conspectu omnis hominū.

CAP. XLII.

Absc̄ondita non reuelanda. 2 Lex Dei docenda. 3 Data & accepta scribenda. 11 Filia. Mulier. 13 Deus omnia nouit, etiam absc̄onditacordis.

Me pro his omnibus cōsundaris, & ne accipias personam, vt delinquas: ¶2 De lege Altissimi, & testaméto, & de iudicio iustificare impium, ¶3 Et de verbo sociorum & viatorum, & de datione hæreditatis amicorū, ¶4 De æqualitate stateræ & pōderum, de acquisitione multorum & paucorum, ¶5 De corruptione emptionis & negotiatorū, & de multa disciplina filiorum, & seruo pessimo latus sanguinare, ¶6 Super mulierem nequam bonum est signum. ¶7 Vbi manus multæ sunt, claude: & quodcūq; trades, numera & appēde: datum vero & acceptum omne describe. ¶8 De disciplina insensati & fatui, & de senioribus qui iudicātur ab adolescētibus: & eris eruditus in omnibus, & probabilis in cōspectu omnium virorum. ¶9 Filia patris absc̄ondita est: vigilia & sollicitudo eius aufert somnū, ne forte in adolescētia sua adultera efficiatur, & cū viro cōmorata odibilis fiat: ¶10 Nequādo polluatur in virginitate sua, & in paternis suis grauida inueniatur: ne forte cū viro cōmorata trāsgre diatur, aut certè sterilis efficiatur. ¶11 Super filiam luxuriosam confirma custodiā: nequādo faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate, & obiectione plebis, & cōfundat te in multitudine populi. ¶12 Omni homini noli intendere in specie : & in medio mulierū noli commorari. ¶13 De vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. ¶14 Melior est enim iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium. ¶15 Memor ero igitur operū Domini, & quæ vidi annuntiabo, in sermonibus Domini opera eius. ¶16 Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius. ¶17 Nōne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmauit Dominus omnipotēs stabiliri in gloria suæ? ¶18 Abyssum, & cor hominum inuestigauit: & in astutia eorum excogitauit. ¶19 Cognouit enim Dominus omnem scientiam, & inspexit in signum æui, annuntians quæ præterierunt & quæ superuentura sunt, reuelans vestigia occultorū. ¶20 Non præterit illum omnis cogitatus, & non absc̄ondit se ab eo vllus sermo. ¶21 Magnalia sapientiæ suæ decorauit qui est ante seculum vsque in seculum, ¶22 Neque adiectum est neque minuetur, & non eget alicuius consilio. ¶23 Quàm desiderabilia omnia opera eius, & tanquam scintilla quæ est considerare? ¶24 Omnia hæc viuunt, & manent in seculum, & in omni necessitate omnia obaudiunt ei, ¶25 Omnia duplicia vnum contra vnum, & non fecit quicquam deesse. ¶26 Vnius cuiusque confirmauit bona. Et quis satiabitus videns gloriam eius?

§.20.b.15o

§.19.a.7.

Leuit.19.c.3.
deut.11.c.17,
& 26.d.10.
prou.24.c.12.
iacob.1.a.21.

§ corruptione

§.26.b.13.

Gen.3.a.6.

§.15.d.21.

Iob 41.a.4.
isaiæ 29.c.15.

§ minuetur.

CAP. XLIII.

Mirabilia & virtutes Dei.

A Altitudinis firmamentū pulchritudo eius est, species cæli in visione gloriæ. ¶2 Sol in aspectu annuntians in exitu. vas admirabile opus excelsū. ¶3 In meridiano 'exuret' terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? ¶4 Tripliciter sol exurens montes, radios igneos exufflans & refulgēs, radiis suis obcæcat oculos. ¶5 Magnus Dominus qui fecit illū, & in sermonibus eius festinauit iter. ¶6 Et luna in omnibus in tempore suo, ostēsio temporis, & ūguum æui. ¶7 ¶ Luna signum diei festi, luminare quod minuitur in consummatione. ¶8 Mensis secundū nomen eius est crescens mirabiliter in consummatione. ¶9 Vas castrorum in excelsis, in firmamento cæli resplendent 'gloriose.' ¶10 Species cæli gloria stellarū mundum illuminās in excelsis Dominus. ¶11 In verbis sancti stabunt ad iudicium, & non 'deficiēt' in vigiliis suis. ¶12 Vide arcū, & benedic eum ‖ qui fecit illum: valde speciosus est in splēdore suo. ¶13 Gyrauit cælum in circuitu gloriæ suæ, ‖ manus Excelsi aperuerūt illū. ¶14 Imperio suo accelerauit niuē, & accelerat coruscationes emittere iudicii sui. ¶15 Propterea aperti sunt thesauri, & euolauerūt nebulæ sicut aues. ¶16 In magnitudine sua posuit nubes, & confracti sunt lapides grandinis. ¶17 In conspectu eius commouebuntur montes, & in voluntate eius aspirauit Notus. ¶18 Vox tonitrui eius verberauit terram, tempestas Aquilonis, & cōgregatio spiritus: ¶19 Et sicut auis deponēs ad sedēdum, aspergit niuē, & sicut locusta demergēs descēsus eī. ¶20 Vul chritudinē candoris eius admirabitur oculus, & super imbrē eius expauescit cor. ¶21 Gelu sicut salem effundet super terrā: & dum gelauerit, fiet tanquam 'cacumina' tribuli. ¶22 Frigidus vētus Aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua, super omnem cōgregationem aquarum requiescet, & sicut lorica induet se aquis. ¶23 Et deuorabit mōtes: & exuret desertum, & extinguet viride sicut ignem. ¶24 Medicina omniū in festinatione nebulæ: & ros obulās ab ardore veniēti humilem efficiet eū. ¶25 In sermone eius sistuit vētus, & cogitatione sua placauit abyssum, & plantauit illū Dominus I E S V S. ¶26 Qui nauigāt mare, enarrāt pericula eius: & audiētes auribus nostris admirabimur. ¶27 Illic præclara opera, & mirabilia: varia bestiarū genera, & omnium pecorū, & creaturabeluarum. ¶28 Propter ipsum confirmatus est itineris finis, & in sermone eius compositā sunt omnia. ¶29 Multa dicemus, & deficiemus in verbis, cōsummatio autē sermonum ipse est in omnib'. ¶30 Gloriātes ad quid valebimus? ipse enim Omnipotēs super omnia opera sua. ¶31 Terribilis Dominus, & magnus vehemēter, & mirabilis potētia ipsius. ¶32 Glorificātes Dominū quātūcunq; potuerītis, superexaltabit adhuc, & admirabilis magnificētia eius. ¶33 Benedicentes Dominū, exaltate illum quantum potestis, maior enim est omni laude. ¶34 Exaltantes eum replemini virtute. ¶ Ne laboretis: nō enim comprehēdetis. ¶35 Quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eū sicut est ab initio? ¶36 Multa abscondita sunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius. ¶37 Omnia autem Dominus fecit, & piè agentibus dedit sapientiam.

CAP. XLIIII.

Laus virorū sanctorum. 16 Henoch. 17 Noe. 20 Abraham. 24 Isaac. 25 Iacob.

LAudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatione sua. ¶2 Multam gloriam fecit Dominus magnificentia sua à seculo. ¶3 Dominantes in 'potestatibus suis homines magni virtute, & prudentia sua prædicti nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarum, ¶4 Et ‖ imperantes in præsenti populo, & virtute prudentiæ populis sanctissima verba. ¶5 In 'pueritia' sua requirentes modos musicos, & narrantes carmina 'scripturarum.' ¶6 Homines diuites in virtute pulchritudinis studiū habentes: pacificantes in domibus suis. ¶7 Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriā adepti sunt, & in diebus suis habētur in laudibus. ¶8 Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomē narrandi laudes eorum. ¶9 Et sunt quorum nō est memoria: ‖ perierūt quasi qui non fuerint, & nati sunt quasi nō nati, & filii ipsorū cū ipsis. ¶10 Sed illi viri misericordiæ sunt, quorū pietates nō 'defecerūt: ¶11 Cum semine eorum permanēt bona, ¶12 Hæreditas sancta nepotes eorū, & in testamentis stetit semē eorum: ¶13 Et filii eorū propter illos usq; in æternum manēt: semen eorum, & gloria eorum nō derelinquetur. ¶14 Corpora ipsorū in pace sepulta sunt, & nomē eorum viuit in generationem & generationē. ¶15 ‖ Sapiētiam ipsorū narrēt populi, & laudē eorum nūtiet ecclesia. ¶16 ‖ Henoch placuit Deo, & translatus est in paradisum, vt det gētibus 'sapientiā.' ¶17 ‖ Noe inuētus est perfectus, iustus, & in tempore translationis factus est recōciliatio. ¶18 Ideo dimissum est reliquum terræ, quum factum est diluuium. ¶19 ‖ Testamēta seculi posita sunt apud illū, ne deleri possit diluuio omnis caro. ¶20 ‖ Abrahā magnus pater multitudinis gentium, & nō est inuentus similis illi in gloria, qui conseruauit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo. ¶21 ‖ In carne eius stare fecit testamentum, & in tentatione inuentus est fidelis. ¶22 ‖ Ideo iureiurando dedit illi gloriā in gēte sua, crescere illum quasi terræ cumulum, ¶23 Et vt stellas exaltare semē eius, & hæreditare illos à mari vsque ad mare, & à fluminе vsq; ad terminos terræ. ¶24 Et ‖ Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrē eius. ¶25 Benedictionem omniū gentium dedit illi Dominus, & testamentū suum confirmauit super caput Iacob. ¶26 ‖ Agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatem, & diuisit illi partem in tribubus duodecim. ¶27 Et conseruauit illi homines misericordiæ inuenientes gratiam in oculis omnis carnis.

CAP. XLV.

De laudibus Moysi, Aaronis & Phinees.

DIlectus Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. ¶2 Similē illum fecit in gloria sanctorum, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placauit. ¶3 ‖ Glorificauit illum in conspectu regum, & iussit illi corā populo suo, & ostendit illi gloriam suam. ¶4 ‖ In fide

& lenitate ipſius ſanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne. ¶5 Audiuit eum, & vocem ipſius, & induxit illū in nubem. ¶6 ‖Et dedit illi cor ad præcepta, & legē vitæ & diſciplinæ docere Iacob teſtamentum ſuum, & Iudicia ſua Iſrael. ¶7 Excelſum ‖ fecit Aaron fratrem ᵃſuum, & ſimilem ibi de tribu Leui. ¶8 Statuit ei teſtamentum æternum, & dedit illi ſacerdotium gentis, & beatificauit illū in gloria: ¶9 Et circuncinxit eum zona ᵇiuſtitiæ, & induit eum ſtolā gloriæ, & coronauit eū in vaſis virtutis. ¶10 ‖Circūpedes & femoralia, & humerale poſuit ei, & cinxit illū tintinnabulis aureis plurimis in gyro. ¶11 Dare ſonitū in ceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in templo in memoriam filiis gentis ſuæ. ¶12 ᵃStolā ſanctam ᵇauro & hyacintho, & purpura, opus textile, viri ſapientis iudicio & veritate præditi. ¶13 Torto cocco opus artificis, gemmis pretioſis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarii ſculptis in memoriam ſecundum numerum tribuū Iſrael. ¶14 ᵃCorona aurea ᵇſuper mitrā eius expreſſa ſigno ſanctitatis: & gloria honoris, & opus virtutis, ᶜdeſiderio oculorū ornata. ¶15 Sic pulchra ante ipſum non fuerūt talia vſque ad originem. ¶16 Non eſt indutus illa alienigena aliquis, ſed tantum filii ipſius ſoli, & nepotes eius per omne tempus. ¶17 Sacrificia ipſius ᵃconſummata ſunt igne quotidie. ¶18 ‖Compleuit Moyſes manus eius, & vnxit illum oleo ſancto. ¶19 Factum eſt illi in teſtamentum æternum, & ſemini eius ſicut dies cæli fūgi ſacerdotio, & habere laudē, & gloriſicare populū ſuū in nomine ſuo. ¶20 Ipſum elegit ab omni viuēte, offerre ſacrificiū Deo, incenſum, & bonum odorem in memoriā ᵃpla cere ᵇpro populo ſuo: ¶21 ‖Et ‖ dedit illis in præceptis ſuis poteſtatem, in teſtamētis iudiciorum docere Iacob teſtimonia, & in lege ſua lucem dare Iſrael. ¶22 ‖Quia contra illum ſteterunt alieni, & propter inuidiam circundederūt illū homines in deſerto qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia. ¶23 Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & cōſumpti ſunt in impetu iracūdiæ. ¶24 Fecit illis monſtra, & conſumpſit illos in flāma ignis. ¶25 ‖Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugū terræ ᵃdimiſit illi. ¶26 Panem ᵃipſi, & in primis parauit in ſatietatem. nam & ſacrificia Domini edent, quæ dedit illi, & ſemini eius. ¶27 ‖Cæterūm ᵃinter gentes non hæreditabit, & pars nō eſt illi in gēte. ipſe eſt enim pars eius, & hæreditas. ¶28 ‖Phinees filius ᵃEleazari tertius in gloria eſt. imitādo eum in timore Domini: ¶29 Et ſtare in reuerētia gētis. in bonitate & alacritate animæ ſuæ placuit Deo Iſrael. ¶30 Ideo ſtatuit illi teſtamētum pacis, principē ſanctorū & gentis ſuæ, vt ſit illi & ſemini eius ſacerdotii dignitas in æternum. ¶31 Et teſtamentum Dauid ᵃregi filio Ieſſæ de tribu Iuda, hæreditas ipſi & ſemini eius, vt daret ſapientiam in cor noſtrum iudicare gentem ſuam in iuſtitia: ne abolerentur bona ipſorum, & gloriam ipſorū in gentē eorū æternā fecit. CAP. XLVI.

Laus Ioſue, Caleb & Samuelis.

FOrtis in bello Ieſus Naue ‖ ſucceſſor Moyſi in prophetis, qui fuit magnus ſecundū nomen ſuum. ¶2 Maximus in ſalutem electorum Dei, expugnare inſurgentes hoſtes, vt conſequeretur hæreditatē Iſrael. ¶3 ‖Quam gloriā adeptus eſt ᵃextollendo manus ſuas, & iactando cōtra ciuitates romphæas? ¶4 Quis ante illum ſic reſtitit? Nā hoſtes ipſe Dominus ᵃpercuſſit? ¶5 ‖ Aut nō in iracundia eius impeditus eſt ſol. & vna dies facta eſt quaſi duæ? ¶6 Inuocauit Altiſſimum potentem in oppugnādo inimicos vndique, & audiuit illum magnus & ſanctus Deus in ſaxis grandinis virtutis valde fortis. ¶7 Impetum fecit contra gētem hoſtilem, & in deſcenſu perdidit contrarios, ¶8 vt cognoſcant gentes potentiam eius, quia contra Deum pugnare nō eſt facile: & ſecutus eſt à tergo potentes. ¶9 ‖Et in diebus Moyſi miſericordiam fecit Ipſe & Caleb filius Iephone, ſtare cōtra hoſtem, & prohibere gētem à peccatis, & perſtringere murmur malitiæ. ¶10 ‖Et ipſi duo conſtituti, à periculo liberati ſunt à numero ſexcentorum milliū pediū induc ere illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac & mel. ¶11 ‖Et dedit Dominus ipſi Caleb fortitudinem, & vſque in ſenectutem permāſit illi virtus, vt aſcēderet in excelſum terræ locum, & ſemē ipſius obtinuit hæreditatē: ¶12 ᵃEt viderāt omnes filii Iſrael quia bonum eſt obſequi ſancto Deo. ¶13 Et iudices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor, qui non auerſi ſunt à Domino, ¶14 Vt ſit memoria illorum in benedictione, & oſſa eorum pullulent de loco ſuo, ¶15 Et nomen eorū permaneat in æternum, ᵃ permanente ad filios illorum ſanctorum vitorum gloria. ¶16 Dilectus à Domino Deo ſuo Samuel propheta Domini, ‖renouauit imperiū, & vnxit principes in gēte ſua. ¶17 In lege Domini congregationem iudicauit, & vidit ᵃDeum Iacob, & in fide ſua probatus eſt propheta. ¶18 Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit Deum lucis. ¶19 Et inuocauit Dominū omnipotentem in oppugnando hoſtes circunſtantes vndique, in oblatione viri inuioləti. ¶20 ‖ Et intonuit de cælo Dominus, & in ſonitu magno auditā fecit vocem ſuā, ¶21 ‖ Et cōtriuit principes Tyriorū, & omnes duces Philiſthiim. ¶22 Et ante tempus finis vitæ ſuæ & ſeculi, teſtimonium præbuit in conſpectu Domini, & chriſti, pecunias & vſque ad calceamenta ab omni carne nō accepit, & nō accuſauit illū homo. ¶23 ‖Et poſt hoc dormiuit, & notum feci regi, & oſtēdit illi finem vitæ ſuæ, & exaltauit vocē eius de terra in prophetia delere impietatē gētis.

CAP. XLVII.

POſt hæc ‖ ſurrexit Nathā propheta in diebus Dauid. ¶2 Et quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic Dauid à filiis Iſrael. ¶3 ‖Cum leonibus luſit quaſi cum agnis: & in vrſis ſimiliter fecit, ſicut ᵃ in agnis oulum in iuuentute ſua. ¶4 ‖ Nunquid non occidit gigantem, & abſtulit opprobrium de gente? ¶5 In tollēdo manum in ſaxo fūdæ deiecit exaltrationē Goliæ. ¶6 Vbi inuocauit Dominū omnipotentem, & dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gētis ſuæ. ¶7 Sic in decē millibus gloriſicauit eū, & laudauit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi coronam gloriæ. ¶8 Cōtriuit enim inimicos

Ioſ. 8.

ᵃperdnxit.

Ioſue 10. c. 12.

B

Num. 14. 2.
1. mac. 2. f. 56.
Num. 26. g. 65.
deut. 1. f. 35.

Ioſue 14. c. 11.

ᵃVt viderent
C

1. Reg. 2. c. 12.

ᵃpermanens

1. Reg. 10. a. 1. & 16. c. 13.
ᵇDominus

D

1. Reg. 7. c. 11.

1. Reg. 11. a. 3.

1. Reg. 15. a. 2, & 28. a. 3, & c. 15.

2 Reg. 3. a. 2.

1. Reg. 17. d. 34.

ᵃcum

1. Re. 17. g. 45.

1. Reg. 18. b. 7.

2. Reg. 5. b. 7.

vndique, & extirpauit Philisthiim contrarios
vsque in hodiernum diē: cōtriuit cornu ipso-
B rum vsque in æternū. ¶9 In omni opere dedit
confessionem Sancto, & Excelso in verbo glo-
riæ. 10 De omni corde suo laudauit Dominum,
Psal.16.2.4. & dilexit Deū qui fecit illum, & dedit illi con-
tra inimicos potentiam: ¶11 Et stare fecit can-
tores contra altare, & in sono eorum dulces fe-
cit modos. ¶12 Et dedit in celebrationibus de-
cus, & ornauit tempora vsque ad cōsummatio
nem vitæ, vt laudarent nomen sanctum Do-
mini, & amplificarent mane Dei sanctitatem.
3.Reg.11.d.13. ¶13 ‖Christus purgauit peccata ipsius, & exal-
tauit in æternū cornu eius: & dedit illi testa-
mentum "regum ," & sedem gloriæ in Israel.
¶14 Post ipsum surrexit filius sensatus, & pro-
pter illū delecit omnē potētiam inimicorum.
1.Reg.4.c.21. ¶15 ‖ Salomon imperauit in diebus pacis, cui
subiecit Deus omnes hostes, vt cōderet domū
in nomine suo, & pararet sanctitatem in sem-
piternum, quēmadmodum eruditus est in iu-
1.Reg.4.d.29. uentute sua. ¶16 ‖Et impletus est quasi flumen
C sapientiæ, & terram retexit anima sua. ¶17 Et
repleuit in comparationibus ænigmata: ad in-
sulas longē diuulgatum est nomen suū, & di-
lectus es in pace tua. ¶18 In cantilenis & pro-
uerbiis, & comparationibus, & interpretationi-
bus miratæ sunt terræ, ¶19 Et in nomine Do-
1.Reg.10.d.17 mini Dei tui est cognomē, Deus Israel. ¶20 ‖Col-
legisti quasi aurichalchū aurū, & vt plumbū
1.Reg.11.a.11. cōplesti argētū, ¶21 ‖Et inclinasti femora tua
mulieribus. Potestatē habuisti in corpore tuo.
¶22 Dedisti maculam in gloria tua, & propha
nasti semen tuum inducere iracundiam ad li-
beros tuos, & in cæteris stultitiā tuam, ¶23 Vt
1.Reg.12.d.17. faceres imperiū bipartitū, ‖& ex Ephraim im-
1.Reg.7.c. perare imperium durum. ¶24 ‖Deus autē non
D derelinquet misericordiā suā, & nō corrūpet,
nec delebit opera sua, neque perdet à stirpe
nepotes electi sui: & semē eius qui diligit Do-
minum, non corrumpet. ¶25 Dedit autem re-
liquum Iacob, & Dauid de ipsa stirpe. ¶26 Et
sanè habuit Salomon cum patribus suis. ¶27 Et
dereliquit post se de semine suo gentis stultī-
1.Reg.12.c.10. tiam, ¶28 Et imminutū à prudentia Roboam,
1.Reg.11.d.28. qui auertit gentem consilio suo, ¶29 Et Iero-
boam filium Nabat, ‖qui peccare fecit Israel,
& dedit viam peccandi Ephraim, & plurima
redundauerunt peccata ipsorum. ¶30 Valde
"enim" auerterunt illos à terra sua. ¶31 Et quæ-
sisti omnes nequitias, vsque dum peruenirent
ad illos defensio, & ab omnibus peccatis libe-
rauit eos. CAP. XLVIII.

Laudes Eliæ, Elisæi, Ezechiæ & Isaiæ.

A ET surrexit ‖Elias propheta, quasi ignis, &
verbū ipsius quasi "facula" ardebat. ¶2 Qui
induxit in illos famem, & imitantes illum in-
uidia sua, pauci facti sunt, non enim poterant
sustinere præcepta Domini. ¶3 verbo Domi-
2.Reg.18.f.32. ni continuit cælum, & delecti à se ignem ter-
2.Reg.1.b.10. ræ. ¶4 Sic amplificatus est Elias in mirabilibus
suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi?
2.Reg.17.d.21 ¶5 ‖ Qui suscitasti mortuū ab inferis, de sorte
mortis, in verbo Domini Dei. ¶6 Qui delecisti
reges ad perniciē, & cōtegisti facilē potētiam
ipsorū, & gloriosos "delicto" suo. ¶7 ‖Qui audis
in Sina iudiciū, & in Horeb iudicia defensionis.
¶8 ‖Qui vnxisti reges ad pœnitētiā, & prophe-
cis successores post te. ¶9 ‖ Qui receptus es in B
turbine ignis ℩ curru equorū igneorū. ¶10 Qui 4.Reg
Inscriptus es in "iudiciis" temporum lenire ira- Malac
cundiam Domini, conciliare cor patris ad fi- "in di
lium, & restituere tribus Iacob. ¶11 Beati sunt
qui te viderunt, & in amicitia tua decorati
sunt. ¶12 Nam nos vita viuimus tantum: post
mortem autem non erit tale nomen nostrum.
¶13 ‖ Elias qui in turbine tectus est, & in Eli- 4.Re
sæo completus est spiritus eius: in diebus suis & 2.
non pertimuit principem, & potentia nemo
vicit illum. ¶14 ‖ Nec superauit illum ver- 4.Re
bum aliquod, & mortuum prophetauit cor-
pus eius. ¶15 ‖ In vita sua fecit monstra, & in 4.Re
morte mirabilia operatus est. ¶16 In omnibus C
istis non pœnituit populus, & non recesserunt
à peccatis suis ‖ vsquedum electi sunt de terra 4.Re
sua, & dispersi sunt in omnem terram. ¶17 Et
relicta est gens perpauca, & princeps in domo
Dauid. ¶18 Quidam ipsorū fecerunt quod pla
ceret Deo: alii autem multa cōmiserunt pecca
ta. ¶19 ‖Ezechias munuit ciuitatē suam, & in- 4.R
duxit in mediū ipsius aquam, & fodit ferro ru
pem, & ædificauit ad aquam puteū. ¶20 ‖In die 4.R
bus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rabsa
cen, & sustulit manum suam cōtra illos, & ex-
tulit manum suam in Sion, & superbus factus
est potentia sua. ¶21 Tunc mota sunt corda,
& manus ipsorum: & doluerunt quasi partu-
rientes mulieres. ¶22 Et inuocauerūt Dominū D
misericordem, & expandētes manus suas, extu
lerunt ad cælum: & sanctus Dominus Deus au
diuit cito vocem ipsorum. ¶23 Non est com-
memoratus peccatorum illorum, neque dedit
illos inimicis suis, sed purgauit eos in manu E-
saiæ sancti prophetæ. ¶24 ‖Delecit castra Assy 4.R
riorum, & contriuit illos Angelus Domini. tob
¶25 Nam fecit Ezechias quod placuit Deo, & esa
fortiter iuit in via Dauid patris sui, quam mā 1.m
dauit illi Esaias propheta magnus, & fidelis in 4.R
conspectu Dei. ¶26 ‖In diebus ipsius retrō re- esa
diit sol, & addidit regi vitam. ¶27 Spiritu ma- 1.m
gno vidit vltima, & consolatus est lugentes "Si
on, vsque in sempiternum. ¶28 Ostendit futura
& abscondita antequam euenirent.

CAP. XLIX.

De Iosia, Ezechia, & Dauide, Ieremia,
Ezechiele, Zorobabele, Iesu, Nehemia, Henoch,
Iosepho.

MEmoria Iosiæ in compositione odoris fa A
cta opus pigmentarii. ¶1 In omni ore qua 4.
si mel indulcabitur eius memoria, & vt musi & 2
ca in conuiuio vini. ¶2 Ipse est directus diuini 1.5
tus in pœnitentia gētis, & tulit abominationes
impietatis. ¶3 ‖Et gubernauit ad Dominum cor 4.
ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit
pietatem. ¶4 Præter Dauid, & Ezechiam, & Io
siam, omnes peccatum commiserunt. ¶5 Nam
reliquerunt legem Altissimi, reges Iuda, & con B
tempserunt timorem Dei. ¶6 Dederunt enim
regnum suum aliis, & gloriam suam alienige-
næ genti. ¶7 ‖Incenderunt electam sanctitatis ci 4.
uitatem, & desertas fecerunt vias ipsius in
manu Ieremiæ. ¶8 ‖Nam malè tractauerunt il- Ie
lum, ‖qui à ventre matris consecratus est pro-
pheta, euertere & eruere, & perdere, & iterum Ez
ædificare, & renouare. ¶10 ‖ Ezechiel qui vidit
cōspectū gloriæ, quā ostēdit illi in curru Che

rubim. ¶ 11 Nam cõmemoratus est inimicorũ in imbre, benefacere illis qui ostenderunt rectas vias. ¶ 12 Et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo. nam corroborauerunt Iacob, & redemerũt se in fide virtutis. ¶ 13 Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signum in dextera manu Israel. ¶ 14 Et Iesu filium Iosedech qui in diebus suis ædificauerũt domũ, & exaltauerunt templũ sacrũ Domino, paratũ in gloriã sempiternã. ¶ 15 Et Nehemias in memoria multi tẽporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras. ¶ 16 Nemo natus est in terra qualis Henoch. nam & ipse receptus est à terra. ¶ 17 Et Ioseph qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gẽtis, rector fratrum, stabilimentum populi: ¶ 18 Et ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. ¶ 19 Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam.

CAP. L.

De Simone filio Oniæ. 19 Quis author libri huius fuerit.

SImon Oniæ filius, sacerdos magnus, qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum. ¶ 2 Et pli etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio & excelsi parietes templi. ¶ 3 In diebus ipsius remanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. ¶ 4 Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione. ¶ 5 Qui præualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis & ingressũ domus & atrii amplificauit. ¶ 6 Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. ¶ 7 Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei. ¶ 8 Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. ¶ 9 Quasi ignis effulgẽs, & thus ardens in igne. ¶ 10 Quasi vas auri solidum, ornatũ omni lapide pretioso. ¶ 11 Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in consummatione virtutis. ¶ 12 In ascẽsu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum. ¶ 13 In accipiẽdo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram. ¶ 14 Circa illum corona fratrum: & quasi plãtatio cedri in mõte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria sua. ¶ 15 Oblatio autẽ Domini in manibus ipsorũ, coram omni synagoga Israel, & consummationem fungẽs in ara, amplificare oblationẽ excelsi regis. ¶ 16 Porrexit manũ suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ. ¶ 17 Effudit in fundamẽto altaris odorem diuinum excelso principi. ¶ 18 Tũc exclamauerũt filii Aaron, in tubis productilibus sonuerũt, & auditam fecerũt vocem magnã in memoriam corã Deo. ¶ 19 Tũc omnis populus simul properauerunt, & ceciderunt in facie super terrã adorare Dominum Deum suũ, & dare preces omnipotenti Deo excelso. ¶ 20 Et amplificauerunt psallẽtes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus. ¶ 21 Et rogauit populus Dominum excelsum in prece, vsque dum perfectus est honor Domini, & munus suum perfecerunt. ¶ 22 Tũc descendẽs, manus suas extulit in omnem cõgregationem filiorum Israel dare gloriam Deo à labiis suis, & in nomine ipsius gloriari. ¶ 23 Et iterauit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei. ¶ 24 Et plus orauit Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit nobiscũ secũdum suam misericordiã. ¶ 25 Det nobis iucũditatem cordis, & fieri pacẽ in diebus nostris in Israel per dies sempiternos. ¶ 26 Credere Israel nobiscum esse Dei misericordiã, vt liberet nos in diebus suis. ¶ 27 Duas gẽtes odit anima mea: tertia autẽ non est gens, quã oderim: ¶ 28 Qui sedent in monte Seir, & Philisthiim. & stultus populus qui habitat in Sichimis. ¶ 29 Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapiẽtiã de corde suo. ¶ 30 Beatus qui in istis versatur bonis: qui ponit illa in corde suo, sapiẽs erit sẽper. ¶ 31 Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit. quia lux Dei, vestigium eius est.

CAP. LI.

¶ Oratio Iesu filii Sirach.

COnfitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorẽ meũ. ¶ 2 Cõfitebor nomini tuo: quoniã adiutor & protector factus es mihi, ¶ 3 Et liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operãtiũ mẽdaciũ, & in conspectu astantiũ factus es mihi adiutor. ¶ 4 Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad escam, ¶ 5 De manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum quæ circundederunt me: ¶ 6 A pressura flammæ, quæ circundedit me, & in medio ignis non sum æstuatus. ¶ 7 De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacii, à rege iniquo, & à lingua iniusta. ¶ 8 Laudabit vsque ad mortem anima mea Dominum. ¶ 9 Et vita mea appropinquãs erat in inferno deorsum. ¶ 10 Circundederunt me vndique, & non erat qui adiuuaret: respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat: ¶ 11 Memoratus sũ misericordiæ tuæ Domine, & cooperationis tuæ quæ à seculo sũt: ¶ 12 Quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gẽtiũ. ¶ 13 Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum. ¶ 14 Inuocaui Dominum patrẽ Domini mei, vt nõ derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum fine adiutorio. ¶ 15 Laudabo nomẽ tuũ assiduè, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. ¶ 16 Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tẽpore iniquo. ¶ 17 Propterea confitebor, & laudem dicã tibi, & benedicã nomini Domini. ¶ 18 Quũ adhuc iuuior sum, prius quam oberrarem, quæsiui sapientiã palã in oratione mea. ¶ 19 Ante tẽplum postulabã pro illa, & vsque in nouissimis inquiram eã, & florebit tãquam præcox vua. ¶ 20 Lætatũ est cor meum in ea, ambulauit pes me ter rectũ, à iuuẽtute mea inuestigabã eã. ¶ 21 Inclinaui modicè aurem meã, & excepi illam, ¶ 22 Multã inueni in meipso sapientiã, &

multum profecti in ea. Dauti mihi sapientiam, dabo gloriã. ¶14 Cõsiliatus sũ enim ve facerem illam: zelatus sum bonum, & non confundar. ¶15 Colluctata est anima mea in illa, & in facie do eã cõformatus sũ. ¶16 Manus meas extẽdi in altũ, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit. ¶17 Animã meã direxi ad illam, & in agnitione inueni eam. ¶18 Possedi cũ ipsa cor ab initio: propter hoc non derelinquar. ¶19 Vẽter meus conturbatus est quærẽdo illam: propterea bonã possidebo possessionẽ. ¶20 Dedit enim mihi Dominus lingua mercedem meam, & in ipsa laudabo eũ. ¶21 Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domũ disciplinæ. ¶22 Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his animæ vestræ sitiũt vehementer. ¶23 Aperui os meũ, & locutus sũ. ¶ Comparate vobis sine argento sapientiam, ¶24 & collum vestrũ subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinã. ¶25 Proximo est enim inuenire eã. ¶26 Videte oculis vestris quia modicum laborauit, & inueni mihi multã requiẽ. ¶26 Assumite disciplinã, in multo numero argẽti, & copiosũ aurũ possidete in ea. ¶27 Lætetur anima vestra in misericordia eius, & non confudemini in laude ipsius. ¶28 Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedẽ vestram in tempore suo.

# Prophetia Esaiæ.

## CAP. I.

Quo tẽpore prophetauit Esaias. 2 Ingratitudo Iudæorũ. 5 Omni genere afflictionum percussi Iudæi, non sunt reuersi ad Deum. 8 Pauci Apostoli & ii qui per illos crediderunt, reliqui 10 A ceremoniis & sacrificiis Iudaicis cur Deus abhorreret. 16 Verus Dei cultꝰ. 18 Pœnitẽtibus remissio, non pœnitentibus exitium. 21 Deplorat peccata Ierusalẽ. 24 Ingemiscit sententiam laturus in impios: prædicitque cõseruatis pijs, Ierusalem in pristinum statum restituendam.

A Visio Esaiæ filii Amos, quam vidit super Iudã & Ierusalẽ in diebus Oziæ, Ioathã, Achaz, & Ezechiæ regũ Iuda. ¶2 Audite cæli, & auribus percipe terra, quoniã Dominus locutus est, filios enutrivi, & exaltaui: ipsi autem spreuerũt me. ¶3 Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus nõ intellexit. ¶4 Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filiis sceleratis: dereliquerunt Dominũ, blasphemauerũt sanctũ Israel, abalienati sunt retrorsũ. ¶5 Super quo percutiã vos vltrò, addẽtes præuaricationẽ? omne caput ægrotãdũ, & omne cor mœrẽs. ¶6 A planta pedis vsque ad verticẽ nõ est in eo sanitas, vulnus, & liuor, & plaga tumẽs: non est circunligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. ¶7 Terra vestra deserta: ciuitates vestræ succẽsæ igni: regionẽ vestrã coram vobis alieni deuorant: & desolabitur sicut in vastitate hostili. ¶8 Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. ¶9 ¶ Nisi Dominus exercituum reliquisset nobis semẽ, quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gomorrha similes essemus. Gen. 19.

¶10 ¶ Audite verbũ Domini principes Sodomorũ, percipite auribus legẽ Dei vestri populꝰ Gomorrhæ. ¶11 Quo mihi multitudinẽ victimarũ vestrarũ, dicit Dominus? plenus sum holocaustis arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. ¶12 Quum veniretis ante cõspectum meũ, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ãbularetis in atriis meis? ¶13 Ne offeratis vltrà sacrificium frustra: incẽsum abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbathum, & festiuitates alias non feram, iniqui sũt cœtus vestri. ¶14 Calendas vestras, & solennitates vestras odiit anima mea, facta sũt mihi molesta, laboraui sustinens. ¶15 Et quũ extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & quũ multipliceueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. ¶16 Lauamini, mũdi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruerse. ¶17 Discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduã. ¶18 Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana, alba erũt. ¶19 Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. ¶20 Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam pronocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est. ¶21 Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicii? iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. ¶22 Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuum mistum est aqua. ¶23 Principes tui infideles, socii furum. omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicãt: & causa viduæ nõ ingreditur ad illos. ¶24 Propter hoc, ait Dominus Deus exercituum fortis Israel, Heu ego consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. ¶25 Et cõuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum. ¶26 Et restituam iudices tuos vt fuerunt prius, & cõsiliarios tuos sicut antiquitus. post hæc vocaberis Ciuitas iusti, vrbs fidelis. ¶27 Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia: ¶28 Et conteret scelestos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominum, consumentur. ¶29 Confundentur enim ab idõlis quibus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis quos elegeratis, ¶30 Quum fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus absque aqua. ¶31 Et erit fortitudo vestra vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtrunque simul, & non erit qui extinguat.

## CAP. II.

Mons ecclesiæ prima in Ierusalem. 1 Gentium ingressus in Ierusalẽ. 3 Ex Sion doctrina Euãgelij proditura. Doctor Christus. 6 Abiectio Iudæorum. 11 Iudicium Dei in impios. 12 Quos ab inani fiducia dehortatur.

Verbum quod vidit Esaias filius Amos super Iudam & Ierusalem. ¶2 Et erit in nouissimis diebus, præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles & fluent ad eum omnes gentes. ¶3 Et

Jer. 2.a.

Jer. 3.b.

Esa. 55.a.1.

Jer. 6.c.20.

Jer. 7.a.

Esa. 5.b.5.

Rom. 9.f.29.

ibunt populi multi, & dicent, Venite, *ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimᵐ in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalē. ¶4 Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & cōflabūt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium. ¶5 Domus Iacob venite, & ambulemus in lumineᵐ Dei nostri. ¶6 Proiecisti enim populum tuū domum Iacob: quia repleti sunt vt Olim, & augures habuerunt vt Philisthiim, & pueris alienis adhæserunt. ¶7 *Repleta est terra*argento & auro: & nō est finis thesaurorum eius: & repleta est terra eius equis: & innumerabiles quadrigæ eius. ¶8 Et repleta est terra eius idōlis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. ¶9 Et incurvauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. ¶10 Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. ¶11 Oculi *sublimis hominis humiliati sunt, & incurvabitur altitudo virorum: exaltabitur autē Dominus solus in die illa. ¶12 Quia dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogātem, & humiliabitur. ¶13 Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan. ¶14 Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos. ¶15 Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum. ¶16 Et super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrū est. ¶17 Et incurvabitur omnis sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum: & eleuabitur Dominus solus in die illa: ¶18 Et idōla penitus conterētur. ¶19 Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis ei', quum surrexerit percutere terram. ¶20 In die illa proiiciet homo idōla argenti sui, & ūmulachra auri sui, quæ fecerat sibi vt adoraret, talpas & vespertiliones. ¶21 Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, quū surrexerit percutere terrā. ¶22 Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse.

CAP. III.

Calamitatē instare prædicit, gloriantibus de præsenti rerum statu. 12 Stuporem populi reprehendit quōd iudicium Dei non sentiret. 16 Alia comminatio aduersus mulierum ambitionem & superbiam.

ECce enim dominator * Dominus' exercituum auferet à Ierusalem & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ: ¶2 Et fortem, & virum bellatorē, iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem: ¶3 Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapiētem de architectis, & prudentē eloquii mystici. ¶4 Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. ¶5 Et *corruet populus, vir ad virum, & vnusquisque ad proximū suum: tumultuabitur puer cōtra senem, & ignobilis contra nobilem. ¶6 Apprehēdet enim vir fratrem suum domesticum patris sui, & dicet° Vestimentū tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. ¶7 Respondebitq;' in die illa, dicens. Non sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimētum: nolite constituere me principem populi. ¶8 Ruit enim Ierusalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum, & adinuentiones eorum cōtra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. ¶9 Agnitio vultus eorum *respondebit' eis: & peccatū suū quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Væ animæ eorum: quoniam reddita sunt eis mala. ¶10 Dicite iusto quoniā bene, quoniam fructum adinuētionum suarum comedet. ¶11 Væ impio in malū: retributio enim manuum eius fiet ei. ¶12 Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ sunt eis. Populе meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorū dissipant. ¶13 Stat ad iudicandū Dominus, & stat ad iudicandos populos. ¶14 Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: vos enim depasti estis vineā meā, & rapina pauperis in domo vestra. ¶15 Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis? dicit Dominus Deus exercituum. ¶16 Et dixit Dominus Deus, Pro eo quōd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extēto collo, & nutibus oculorum, ibant & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis compto gradu incedebant: ¶17 Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinē earū nudabit. ¶18 In die illa auferet Dominus ornamentū calceamētorum, & lunulas. ¶19 Et torques, & monilia, & armillas, ¶20 Et mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, ¶21 Et annulos, & gemmas in fronte pendētes, ¶22 Et mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, ¶23 Et specula, & ūndones, & vittas, & theristra. ¶24 Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispāti crine calui tium, & pro fascia pectorali ciliciū. ¶25 Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. ¶26 Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

CAP. IIII.

Deserbitur quanta futura sit illa solitudo & vastitas quam denuntiauerat Iudæis.

ET apprehendent septem mulieres virum unum in die illa, dicētes, Panem nostrū comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomē tuū super nos, aufer opprobrium nostrum. ¶2 In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio iis qui saluati fuerint de Israel. ¶3 Et erit, omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalē: ¶4 Si abluerit Dominus *sordem' filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicii & spiritu ardoris. ¶5 Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum & splēdorem ignis flammantis in nocte. Super omnem enim gloriam protectio. ¶6 Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatē & absconsionem à turbine & à pluuia.

CAP. V.

Hoc cantico Esaias populi Iudaici statum miserum palàm & velut in tabula describere voluit, vt cæditatem eius magis conspicuam faceret.7 Ingratitudinem exprobrat. 1 Auaritiam reprehendit. 11 Ebrietatem. 24 Ostendit quàm grauis & horrenda vltio populo immineat.

A
Ierem.1.d.21.
matt.21.d.33.
[a] eam

CAntabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ: ¶ vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. ¶ 2 Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plãtauit [a] vineã electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. ¶ 3 Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam. ¶ 4 Quid est quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci eã? an quòd expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas? ¶ 5 Et
B
[a] enim
nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ, auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriam eius, & erit in conculcationem. ¶ 6 Et ponam eam desertam: nõ putabitur, & non fodietur: & ascédent [a] super eã vepres & spinæ: & nubibus mãdabo ne pluant super eam imbrem. ¶ 7 Vinea [a] autem' Domini exercituum, domus Israel est: & vir Iuda, germen eius delectabile: & expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. ¶ 8 Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci, numquid habitabitis vos soli in me-
C
[a] hæc Dominus exercituum
dio terræ? ¶ 9 In auribus meis sunt [a] hæc, dicit Dominus exercituum,' Nisi domus multæ desertæ fuerint grãdes & pulchræ, & absque habitatore. ¶ 10 Decem enim iugera vineæ facient lagunculam vnam, & triginta modii semẽtis facient modios tres. ¶ 11 Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectãdam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. ¶ 12 Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in cõuiuijs vestris: & opus Domini nõ respicitis, nec opera manuum eius considerastis. ¶ 13 Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius
D
siti exaruit. ¶ 14 Propterea dilatauit infernus animã suam, & aperuit os suũ absque vllo termino: & descẽdent fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosiq; eius ad eũ. ¶ 15 Et incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimiũ deprimẽtur. ¶ 16 Et exaltabitur Dominus exercituũ in iudicio, & Deus sãctus sanctificabitur in iustitia. ¶ 17 Et pascẽtur agni iuxta ordinem suũ, & deserta in hubertate versa
E
aduenæ comedent. ¶ 18 Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustri peccatum. ¶ 19 Qui dicitis, Festinet, & citò veniat opus eius, vt videamus: & appropiet, & veniat cõsilium sancti Israel, & sciemus illud. ¶ 20 Væ qui dicitis malũ bonũ, & bonũ malum: ponẽtes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, &
Prouer.3.2.7.
rom.11.d.16.
dulce in amarum. ¶ 21 ¶ Væ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. 22 Væ qui potentes estis ad bibendũ vinum, & viri fortes ad misc endam ebrietatem. ¶ 23 Qui iustificatis impium pro muneribus, &
F
iustitiam iusti aufertis ab eo. ¶ 24 Propter hoc sicut deuorat stipulã lingua ignis, & calor flãmæ exurit: sic radix eorũ quasi faullia erit, & germen eorum vt puluis ascẽdet. Abiecerũt enim legem Domini exercituũ, & eloquia sãcti Israel blasphemauerunt. ¶ 25 Ideò iratus est furor Domini in populũ suum, & extẽdit manũ suam super eum, & percussit eum: & cõturbatæ sunt mõtes, & facta sunt morticina eorũ quasi stercus in medio platearum. in his omnibus non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta. ¶ 26 Et eleuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eam de finibus terræ: & ecce festinus velociter veniet. ¶ 27 Non
G
est deficiens, neque laborans in eo: non dormitabit, neque dormiet, neque soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamẽti eius. ¶ 28 Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorum eius vt silex, & rotæ eius quasi impetus tempestatis. ¶ 29 Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonum: & frẽdet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eruat. ¶ 30 Et sonabit super eum in die illa sicut sonitus maris: aspiciemus in terrã, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.

CAP. VI.

Visio qua describit Esaias mittentis se authoritatem. 9 Esaias mittitur ad perferendum nuntium de excæcandis Iudæis. 13 Prophetat de restauratione Ecclesiæ, & reliquis saluandis.

IN anno quo mortu' est rex Ozias, vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum: & plena erat domus a maiestate eius: & ea quæ sub ipso erant replebant templum. ¶ 2 Seraphim stabant super illud: sex alæ vni, & sex alæ alteri, duabus velabant faciem eius, & duabus velabãt pedes eius, & duabus volabant. ¶ 3 Et clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus sanctus sanctus Dominus Deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. ¶ 4 Et commota sunt superliminaria cardinum a voce clamantis, & domus repleta est fumo. ¶ 5 Et dixi, Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego sũ, & in medio populi polluta labia habẽtis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis. ¶ 6 Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meũ, & dixit, ¶ 7 Ecce [a] tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. ¶ 8 Et audiui vocem Domini dicentis, Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me. ¶ 9 Et dixit, Vade, & dices populo huic, ¶ Audite audiẽtes, & nolite intelligere: & videte vitionem, & nolite cognoscere. ¶ 10 Excæca cor populi huius, & aures el' aggraua, & oculos eius claude: ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. ¶ 11 Et dixi, Vsquequo Domine? Et dixit, Donec desolentur ciuitates absque habitatore, & domus sine homine: & terra relinquatur deserta. ¶ 12 Et longè faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ. ¶ 13 Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur, & erit in offensionem sicut te-

rebinthus, & sicut quercus quæ expãdit ramos suos: semẽ sanctum erit id, quod steterit in ea.

CAP. VII.

Ierusalem obsidetur ab Rasin & Phacee. 9 Promittit Deus se liberaturum Achaz cum populo suo à timore duorum illorum regum, finem regni Damasci & Israel prædicẽs. 10 Admonetur credere in promissũ à Deo auxiliũ, & huius promissionis signum quærere. 14 Promittitur Christus. 18 Regni Iudæ destructio ab AEgyptiis & Assyriis.

ET factũ est ¶ in diebus Achaz filii Ioathã, filii Oziæ regis Iuda, ascẽdit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel, in Ierusalem, ad præliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam. ¶ 2 Et nuntiauerunt domui Dauid, dicentes, Requieuit Syria super Ephraim, & commotum est cor eius, & cor populi eius: sicut mouẽtur ligna syluarum à facie venti. ¶ 3 Et dixit Dominus ad Esaiam, Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Iasub filius tuus, ad extremum aquæductus piscinæ superioris in via Agri-fullonis. ¶ 4 Et dices ad eum, Vide vt sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris Rasin & regis Syriæ, & filii Romeliæ: ¶ 5 Eo quòd consilium inierint contra te Syria in malum, Ephraim, & filius Romeliæ, dicẽtes, ¶ 6 Ascendamus ad Iudam, & suscitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filium Tabeel. ¶ 7 Hæc dicit Dominus Deus, Non stabit, & nõ erit istud: ¶ 8 Sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus: ¶ 9 Et caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si nõ crediderit is, nõ permanebitis. ¶ 10 Et addecit Dominus loqui ad Achaz, dicẽs, ¶ 11 Pete tibi signũ à Domino Deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum suprà. ¶ 12 Et dixit Achaz, Nõ petã, & nõ tẽtabo Dominum. ¶ 13 Et dixit, Audite ergo domus Dauid, Nũquid parũ vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo? ¶ 14 Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce, virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanu-el. ¶ 15 Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. ¶ 16 Quia antequã sciat puer reprobare malũ, & eligere bonũ, derelinquetur terra quã tu detestaris à facie duorum regum suorũ. ¶ 17 Adducet Dominus super te, & super populũ tuũ, & super domum patris tui dies qui non venerunt à diebus separationis Ephraim à Iuda cũ rege Assyriorum. ¶ 18 Et erit in die illa: sibilabit Dominus muscæ quæ est in extremo fluminũ AEgypti, & api quæ est in terra Assur: ¶ 19 Et venient, & requiescent omnes in torrentibus vallium, & in cauernis petrarum, & in omnibus fruteris, & in vniuersis foraminibus. ¶ 20 In die illa radet Dominus in nouacula conducta (in his qui trans flumen sunt, in rege Assyriorum) caput & pilos pedum, & barbam vniuersam. ¶ 21 Et erit in die illa: nutriet homo vaccam boum, & duas oues, ¶ 22 Et præ hubertate lactis comedet butyrum. butyrum enim & mel manducabit omnis homo qui relictus fuerit in medio terræ. ¶ 23 Et erit in die illa: omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in spinas & in vepres erunt. ¶ 24 Cum sagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim, & spinæ erunt in vniuersa terra. ¶ 25 Et omnes mõtes qui in sarculo sarrientur, non veniet illuc terror spinarum & veprium, & erit in pascua bouis, & in conculcationem pecoris.

CAP. VIII.

Confirmatio est superioris prophetiæ de propinqua vastatione regni Israel & Syriæ. 5 Regni Iudæ destructio ab Assyriis. 9 Ob victoriam insolenter exultantibus Assyriis intetitum prædicit. 14 Iudæorum ruina ob incredulitatem. 20 Pœna negligentium verbũ Dei.

ET dixit Dominus ad me, Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stylo hominis, Velociter spolia detrahe, citò prædare. ¶ 2 Et adhibui mihi testes fideles Uriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ: ¶ 3 Et accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Domin ad me, Voca nomẽ eius, Accelera-spolia-detrahere. Festina-prædari. ¶ 4 Quia antè quàm sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. ¶ 5 Et addecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens, ¶ 6 Pro eo quòd abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio, & assumpsit magis Rasin, & filium Romeliæ: ¶ 7 Propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, & omnem gloriam eius: & ascendet super omnes riuos eius, & fluet super vniuersas ripas eius, ¶ 8 Et ibit per Iudam, inundãs, & transiens vsque ad collum veniet. Et erit extensio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanu-el. ¶ 9 Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuersæ procul terræ: cõfortamini & vincimini, accigite vos & vincimini. ¶ 10 Inite cõsilium, & dissipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiscum Deus. ¶ 11 Hæc enim ait Dominus ad me (sicut in manu fortî, erudiuit me, ne irem in via populi huius dicens, ¶ 12 Non dicatis, Cõiuratio. omnia enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est: & timorem eius ne timeatis, neque paueatis. ¶ 13 Dominum exercituum ipsum sanctificate: ipse pauor vester, & ipse terror vester.) ¶ 14 Et erit vobis in sanctificationem, & in lapidem autem offensionis, & in petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum & in ruinam habitãtibus Ierusalem. ¶ 15 Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. ¶ 16 Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. ¶ 17 Et expectabo Dominum qui abscõdit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eum. ¶ 18 Ecce, ego & pueri mei quos dedit mihi Dominus in signum, & in portentum Israel à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion. ¶ 19 Et quũ dixerint ad vos, Quærite à pythonibus, & à diuinis qui stridենt in incãtationibus suis: Nunquid non populus à Deo suo requiret visionem pro viuis à mortuis? ¶ 20 Ad legem magis, & ad testimonium. Quòd ũ nõ dixerint iuxta verbum hoc, nõ erit eis matutina lux. ¶ 21 Et trãsibit per eã, & corruet, & esuriet: & quũ esurierit, ira-

Luc. 2. e. 34. rom. 9. g. 33. 1. pet. 2. b. 7. c.

Hebr. 2. d. 13.

requirit

fectur,& maledicet regi suo, & Deo suo,& suscipiet sursum.¶21 Et ad terram inruebitur: & ecce tribulatio & tenebræ &' diffolutio,& angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua.

CAP. IX.

Gentes suscipiunt Euangelium.6 Christus, & eius regnum. 7 Pax. 8 Euersionē decem tribuum Israel vaticinatur Esaias, ob superbiam eorum in Deum.

A PRIMO tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephthali,& nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilææ Gentium. ¶ 1 Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione vmbræ mortis,lux orta est eis. ¶3 Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiam. lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda,quādo diuidunt spolia. ¶ 4 Iugum enim oneris eius,& virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti,‖ sicut in die Madian. ¶ 5 Quia omnis violenta prædatio cum tumultu,& vestimentum mistum sanguine, erit in combustionem & cibus ignis. ¶ 6 PARVVLVS enim B NATVS est nobis, & filius‖ datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius Admirabilis, cōsiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. ¶ 7 Multiplicabitur eius imperiū, & pacis nō erit finis:super soliū Dauid,& super regnū eius sedebit: vt cōfirmet illud,& corrobo ret in iudicio & iustitia āmodo & vsq; in sempiternum.zelus Domini exercituū faciet hoc. ¶8 Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel. ¶9 Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam,in superbia & magnitudine cordis dicentes,¶10 Lateres ceciderūt, sed quadris lapidibus ædificabim': sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus. ¶ 11 Et eleuabit Dominus hostes Rasin super eum , & inimicos eius in tumultum vertet:¶ 12 Syriam C ab Oriente,& Philisthiim ab Occidente:& deuorabunt Israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius , sed adhuc manus eius extēta:¶13 Et populus nō est reuersus ad percutientem se, & Dominum exercituum nō inquisierūt. ¶ 14 Et disperdet Dominus ab Israel caput &caudam, incuruantē &' deprauatem' die vna. ¶15 Longæuus & honorabilis, ipse est caput:& propheta docens mendacium,ipse est cauda. ¶16 Et erunt, qui beatificant populum istum seducentes,& qui beatificātur, præcipitati. ¶ 17 Propter hoc super adolescētulis eius D nō lætabitur Dominus:& pupillorū eius,& viduarum nō miserebitur:quia omnis hypocrita est & nequā,& vniuersum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est auersus furor eius , sed adhuc manus eius extenta. ¶ 18 Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit:& succēdetur in densitate saltus,& conuoluetur in' superbia fumi. ¶ 19 In ira Domini exercituum contabura est terra, & erit populus quasi esca ignis : vir fratri suo nō parcet. ¶20 Et declinabit ad dexterā,& esuriet: & comedet ad sinistrā, & nō satiabitur: vnusquisque carnē brachii sui vorabit. ¶21 Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, &' simul ipsi contra Iudam. In omnibus his nō est auersus furor eius , sed adhuc manus eius extenta.

CAP. X.

Regum cōditores iniquos alloquitur.5 Deus Iudæos interfecturus, ministerio Assyriorum vtitur. 12 Assyriis quibus fuerat vsus vt instrumentis, reddit afflictionem, ne glorientur alliquid ex se feciſſe . 24 Consolatur Deus Iudam, quòd breuis futura sit eius afflictio,perfecutorēsque eius puniēdi.25 Varii rumores de aduētu Sennacherib in Ierusalem. Interitus Sennacherib.

VAE qui condunt leges iniquas: & scribentes, iniustitiam scripserunt. ¶ 2 Vt opprimerēt in iudicio pauperes, & vim facerēt causæ humilium populi mei: vt essent viduæ præda eorum, & pupillos deriperent. ¶ 3 Quid facietis in die visitationis, & calamitatis delōge venientis?ad cuius cōfugietis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam vestram, ¶ 4 Ne incuruemini sub vinculo,& cum interfectis cadatis? Super omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta . ¶ 5 Væ Assur, virga furoris mei & baculus ipse est, in manu *eius'indignatio mea. ¶ 6 Ad gentem fallacem C mittam eum , & contra populum furoris mei mādabo illi, vt auferat spolia,& diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. ¶ 7 Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit: sed ad conterendum erit cor eius , & ad internecionem gentiū non paucarum. ¶ 8 Dicet enim, Nunquid non principes mei simul reges sunt? ¶ 9 Nunquid non vt Charcamis, sic Calano:& vt Arphad,sic Emath?nunquid non vt Damascus,sic Samaria? ¶ 10 Quomodo inuēnit manus mea regna idōli,sic & simulachra eorum de Ierusalem & de Samaria. ¶ 11 Nunquid non E sicut feci Samariæ & idōlis eius,sic faciam Ierusalem & simulachris eius? ¶ 12 Et erit: quum impleuerit Dominus cūcta opera sua in mōte Sion & in Ierusalem,visitabo super fructū magnifici cordis regis‖ Assur, & super gloriam altitudinis oculorū eius. ¶ 13 Dixit enim,‖ In fortitudine manus meæ feci , & in sapientia mea intellexi:& abstuli terminos populorū,& principes eorum deprædatus sum,& detraxi quasi potens in sublimi residentes . ¶ 14 Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudinem populorum : & sicut colliguntur ova quæ derelicta sunt,sic vniuersam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret pennam,& aperiret os, & gannīret. ¶ 15 Nunquid gloriabitur securis cōtra eum qui secat in ea?aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur ? quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus qui vtique lignū est. ¶16 Propter hoc mittet Dominator Dominus exercituū in pinguibus eius tenuitatem:& subtus gloriam eius succensa,ardebit quasi combustio ignis. ¶17 Et erit lumen Israel *in igne,' & Sanctus eius' in flamma:' & succendetur, & deuorabitur spina eius,& vepres in die vna. ¶ 18 Et gloria saltus eius, & carmeli eius ab anima vsque ad carnē consumetur,& erit terrore profugus. ¶19 Et re liquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur,& puer scribet eos. ¶ 20 Et erit in die illa : non adiicient residuum Israel , & hi qui

fugerint de domo Iacob, inniti super eo qui percutit eos: sed innitetur super Dominū sanctum Israel, in veritate. ¶21 Reliquiæ convertentur, reliquiæ, inquam, Iacob ad Deū fortē. ¶22 Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ convertentur ex eo, cōsumatio abbreuiata inūdabit iustitiā. ¶23 Cōsummationem enim, & abbreuiationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ. ¶24 Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus exercituum, Noli timere populus meus habitator Sion, ab Assur: in virga enim percutiet te, & baculum suum leuabit super te in via Aegypti. ¶25 Adhuc enim paululum modicūmque, & consummabitur indignatio mea, & furor meus super eorū opera. ¶26 Et suscitabit super eum Dominus exercituū flagellum, iuxta plagam Madian in Petra Oreb, & virgam suam super mare, & leuabit eam in via Aegypti. ¶27 Et erit in die illa: auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum a facie olei. ¶28 Veniet in Aiath, transibit in Magron, apud Machmas cōmēdabit vasa sua. ¶29 Transierunt cursum, Gaba sedes nostra: & obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit. ¶30 Ululi voce tua filia Gallim, attende Laisa, paupercula Anathoth. ¶31 Migrauit Medemena: habitatores Gabim confortamini. ¶32 Adhuc dies est, vt in Nobe stetur: agitabit manum suam super mōtem filiæ Sion, & collem Ierusalem. ¶33 Ecce dominator Dominus exercituum confringet ligunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliabuntur. ¶34 Et subuertentur condensa saltus eius ferro: & Libanus cum excelsis cadet.

## CAP. XI.

Christus nasciturus ex radice Iesse. 6 Opera & fructus Euangelii. 10 Vocatio Gentium. 11 Vera reductio Iudæ & Israelis, à captiuitate ad Euangelium. 14 Apostoli adducentes omnes ad Euangelium.

ET egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet. ¶2 Et requiescet super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. ¶3 Et replebit eum spiritus timoris Domini: non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet. ¶4 Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ: & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. ¶5 Et erit iustitia cingulum lumborum eius: & fides cinctorium renū eius. ¶6 Habitabit lupus cū agno: & pardus cū hœdo accubabit: vitul, & leo, & ouis simul morabūtur, & puer paruul minabit eos. ¶7 Vitul & ursus pascētur: simul requiescēt catuli eorum: & leo quasi bos comedet paleas. ¶8 Et delectabitur infās ad hubere super foramina aspidis: & in cauerna reguli qui ablactatus fuerit, manū suā mittet. ¶9 Nō nocebūt, & nō occidēt in vniuerso mōte sancto meo: quia repleta est terra sciētia Domini, sicut aquæ maris operiētis. ¶10 In die illa radix Iesse, qui stat in signū populorū, ipsū Gētes deprecabūtur, & erit sepulchrū eius gloriosū. ¶11 Et erit in die illa: adiiciet Dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, & ab Aegypto, & à Phethros, & ab Æthiopia, & ab Aelam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. ¶12 Et leuabit signum in Nationes, & congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à quatuor plagis terræ. ¶13 Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Iuda peribunt. Ephraim non æmulabitur Iudam, & Iudas non pugnabit contra Ephraim. ¶14 Et volabunt in humeros Philisthiim per mare, simul prædabuntur filios Orientis: Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filii Ammon obedientes erunt. ¶15 Et desolabit Dominus linguam maris Aegypti, & leuabit manū suam super flumen in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septem riuis, ita vt transeant per eum calceati. ¶16 Et erit via refiduo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis: sicut fuit Israeli in die illa qua ascendit de Terra Aegypti,

## CAP. XII.

Exod. 14. g. 15.

Christianorum gratiarum actio pro Dei misericordia per Christum eis facta.

ET dices in die illa, Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me. ¶2 Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agā, & nō timebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. ¶3 Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. ¶4 Et dicetis in die illa, Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelsū est nomen eius. ¶5 Cantate Domino, quoniam magnificè fecit: annuntiate hoc in vniuersa terra. ¶6 Exulta, & lauda habitatio Sīō: quia magnus in medio tui sanctus Israel.

Exod. 15. a. 2. psal. 117. b. 14 Oseæ

## CAP. XIII.

Babylon destruenda prædicitur.

¶1 Onus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos.

2 Super montem caliginosum leuate signū, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces. ¶3 Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea, exultātes in gloria mea. ¶4 Vox multitudinis in mōtibus, quasi populorū frequentium, vox sonitus regū gentiū congregatarum: Dominus exercituum præcepit militiæ belli. ¶5 Venientibus de terra procul, à summitate cæli: Dominus, & vasa furoris eius, vt disperdat omnē terram. ¶6 Vlulate, quia prope est dies Domini: quia vastitas à Domino veniet. ¶7 Propter hoc omnes manus dissoluētur, & omne cor hominis cōtabescet. ¶8 Et conterentur. Tortiones & dolores tenebūt eos, quasi parturiēs dolebunt: vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum. ¶9 Ecce dies Domini veniet crudelis, & indignationis plenus, & iræ furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. ¶10 Quoniam stellæ cæli, & splendor earum non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. ¶11 Et visitabo super orbis malū, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam insidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. ¶12 Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo.

& præcipit

quasi

venit,

Ezech. 32. b. 7 ioel 2. c. 11. mat. 24. c. 29. mar. 13. c. 24. luc 21. c. 25.

¶13 Super hoc, cælum turbabo: & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius. ¶14 Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis: & non erit qui congreget: vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. ¶15 Omnis qui inuentus fuerit, occidetur: & omnis qui superuenerit, cadet in gladio. ¶16 Infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & uxores eorum violabuntur. ¶17 Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurū velint: ¶18 Sed sagittis paruulos 'interficiant, 'lactentibus vteri non misereantur, '& super filios non 'parcat oculus eorum. ¶19 Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum, ‖ sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrhā. ¶20 Nō habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. ¶21 Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus. Et habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi: ¶22 Et respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis: propè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur.

Psal.136.b.9.

'interficiant.
'lactentibus vteri
misereantur,
'parcet

Gene.19.e.25.
Ierc.50.f.40.

CAP. XIIII.

Reuersio Iudæorum ex captiuitate, & Babyloniorum afflictio. ¶ Nabuchodonosor ab Israele irridetur. ¶11 Mors regis Babylonis. ¶28 Excidium Philisthæorum sue Palæstinaorum ab Ezechia factum.

MIserebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humū suam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. ¶2 Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos domus Israel super terram Domini in seruos & ancillas: & erunt capientes eos qui se ceperant, & subiicient exactores suos. ¶3 Et erit in die illa: quū requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concussione tua, & à seruitute dura qua antè seruisti, ¶4 sumes parabolam istam contra regē Babylonis, & dices, Quomodo cessauit exactor, quieuit tributū? ¶5 Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium, ¶6 Cædentem populos in indignatione plaga insanabili, subiicientem in furore gentes, & persequētem crudeliter. ¶7 Cōquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit. ¶8 Abietes quoque lætatæ sunt super te, & cedri Libani. Ex quo dormisti, nō ascendit qui succidat nos. ¶9 Infernus subter 'te conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigantes: omnes principes terræ surrexerūt de solijs suis, omnes principes nationū. ¶10 Vniuersi respondebunt, & dicent tibi, Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. ¶11 Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. ¶12 Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? ¶13 Qui dicebas in corde tuo, In cælū conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, 'sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. ¶14 Ascendam super altitudinē nubium, similis ero Altissimo. ¶15 Veruntamen ad infernum detraheris in profundū laci. ¶16 Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient, Nunquid iste est vir qui conturbauit terram, qui concussit regna: ¶17 Qui posuit orbē desertum, & vrbes eius destruxit, vinctis eius non aperuit carcerem? ¶18 Omnes reges Gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua, ¶19 Tu autē proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descendunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum. ¶20 Nō habebis consortium neque cum eis in sepultura: tu enim terram 'disperdidisti, tu populum 'occidisti: non vocabitur in æternum semen pessimorum. ¶21 Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorū: non consurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum. ¶22 Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituū: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem: dicit Dominus. ¶23 Et ponam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituū. ¶24 Iurauit Dominus exercituum dicens, ‖ non vt putaui, ita erit: & quomodo mente tractaui, sic eueniet, ¶25 Vt conteram Assyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur. ¶26 Hoc consilium quod cogitaui super omnem terram, & hæc est manus extenta super vniuersas gentes. ¶27 Dominus 'exercituū decreuit: & quis poterit inūrmare? & manus eius extenta: & quis auertet eam? ¶28 ‖ In anno quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud, ¶29 Ne læteris Philisthæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem. ¶30 Et pascētur primogeniti pauperum, & pauperes iudicialiter requiescent: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam. ¶31 Vlula porta, clama ciuitas: prostrata est Philisthæa omnis: ab Aquilone enim fumus venit, & non est qui 'effugiat agmen eius. ¶32 Et quid respondebitur nuntijs gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in 'ipso 'sperabunt pauperes populi eius.

Dominus

'interficiet.
'occidisti

CAP. XV.

Moabitarum ruina prædicitur.

ONus Moab. quia nocte vastata est Ar-Moab, conticuit: quia nocte vastatus est Murus Moab, conticuit. ¶2 Ascendit domus & Dibon ad excelsa in planctum: super Nabo, & super Medaba, Moab vlulabit: ‖ in cunctis capitibus eius calualitiū, 'omnis barba radetur. ¶3 In triuiis eius accincti sūt sacco: super tecta eius, & in plateis eius omnis 'vlulatus, 'descēdet in fletum. ¶4 Clamabit Hesebon & Eleale, vsque Iasa audita est vox eorum. super hoc expediti Moab vlulabūt, anima eius vlulabit tibi. ¶5 Cor meum ad Moab clamabit, vectes eius vsque ad Segor vitulam 'consternantem. 'per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorē contritionis leuabunt. ¶6 Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit. ¶7 Secundum magnitudinē operis & visitatio eorum: ad tor-

& D

tentem salicum ducent eos. ¶2 Quoniam circulbit clamor terminum Moab: vsque ad Gallim vlulatus eius, & vsque ad Puteū Elim clamor eius. ¶9 Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponā enim super Dibon additamenta: his qui fugerint de Moab leonē, & reliquiis terræ.

CAP. XVI.

Moab à Deo punitus ob perfidiam, immisericordiam & arrogantiam suam.

¶1 Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petra-deserti ad montē filiæ Sion.) ¶2 Et erit: sicut auis fugiens, & pulli de nido suolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. ¶3 Ini consilium, coge cōsilium: pone quasi noctem vmbrā tuam in Meridie: abscōde fugientes, & vagos ne prodas. ¶4 Habitabūt apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris: finitus est enim puluis, consummatus est miser, defecit qui conculcabat terram. ¶5 Et præparabitur in misericordia solium, & sedebit super eum in veritate in tabernaculo, Dauid iudicās & quærēs iudicium, & velociter reddens quod iustum est. ¶6 Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde: superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius, plusquā fortitudo eius. ¶7 Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus vlulabit: his qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas. ¶8 Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt, & vineam Sábama domini Gentium excidernut, flagella eius: vsque ad Iazer peruenerunt, errauerūt in deserto, propagines eius relictæ sunt, transierunt mare. ¶9 Super hoc plorabo in fletu Iazer, vineā Sábama: inebriabo te lachrymа mea Hesebō, & Eleale: quoniam super vindemiam tuam, & super messem tuam vox calcantium irruit. ¶10 Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo, & in vineis nō exultabit neque iubilabit: vinum in torcularī non calcabit qui calcare consueuerat: vocem calcantium abstuli. ¶11 Super hoc ventet meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. ¶12 Et erit: quum apparuerit quod laborauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua vt obsecret, & non valebit. ¶13 Hoc verbum quod locutus est Dominus ad Moab extunc. ¶14 Et nunc locutus est dicens, In tribus annis quasi anni mercenarii auferetur gloria Moab super omni populo multo, & reliquetur in eo sicut racemus paruus & modicus, nequaquam multus.

CAP. XVII.

Vastitas Damasceni ab Assyriis. 4 Contra decē tribus Damasceni confœderatas prophetat. 12 Ruina Assyriorum.

Onus Damasci. Ecce Damascus desinet esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidū in ruina. ¶1 Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erūt, & requiescēt ibi, & nō erit qui exterreat. ¶2 Et cessabit adiutorium ab Ephraim, & regnum à Damasco: & reliquiæ Syriæ, sicut gloria filiorū Israel erunt, dicit Dominus exercituum. ¶4 Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pingues carnes eius emarcescēt. ¶5 Et erit sicut congregans in messe, quod testiterit, & brachium eius spicas leget: & erit sicut quærēs spicas in valle Raphaim. ¶6 Et relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarū vel trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor aut quinque in cacuminibus eius fructus eius, dicit Dominus Deus Israel. ¶7 In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi eius ad Sanctum Israel respicient: ¶8 Et non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius: & quæ operati sunt digiti eius nō respiciet, respicient, lucos & delubra. ¶9 In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ sicut atratra, & fegetes quæ derelictæ sunt à facie filiorum Israel, & eris deserta. ¶10 Quia oblita es Dei saluatoris tui, & fortis adiutoris tui nō es recordata: propterea plantabis plantationem infidelem, & germen alienū seminabis. ¶11 In die plantationis tuæ labrusca, & mane semen tuum florebit: ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit grauiter. ¶12 Væ multitudo populorum multorū, vt multitudo maris sonantis: & tumultus turbarum, sicut sonitus aquarum multarum. ¶13 Sonabunt populi sicut sonitus aquarum inundantium, & increpabit eū, & fugiet procul: & rapietur sicut puluis montium à facie venti, & sicut turbo coram tempestate. ¶14 In tempore vesperæ, & ecce turbatio: in matutino, & non subsistet. hæc est pars eorum qui vastauerunt nos, & sors diripientiū nos.

CAP. XVIII.

Vicinæ AEthiopiæ & AEgypto regioni cuidam, vastitatem prædicit.

Væ terræ cymbalo alarum quæ est trans flumina AEthiopiæ, ¶2 Quæ mittit in mare legatos, & in vasis papyri super aquas. Ite angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam: ad populum terribilem, post quē non est alius: ad gentem expectantem, & cōculcatam, cuius diripuerūt flumina terram eius: ad montem nominis Domini excercituum, montem Sion. ¶3 Omnes habitatores orbis qui mo ramini in terra, quum eleuatum fuerit signum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis. ¶4 Quia hæc dicit Dominus ad me, Vadam quiescam, & cōsyderabo in loco meo sicut Meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis. ¶5 Ante messem enim totus efflorescit, & immatura pfectio germinabit, & præcidentur ramusculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint, abscindētur, & excutientur. ¶6 Et relinquentur simul auibus montium, & bestiis terræ: & æstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestiæ terræ super illum hyemabunt. ¶7 In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulso & dilaceratoa populo terribili, post quem non fuit alius à gente expectante, expectante & cōculcata, cuius diripuerūt flumina terram eius, ad locum nominis Domini exercituum, montem Sion.

CAP. XIX.

AEgyptiorū vastatio ab Assyriis. 11 Consilium humanum contra Dominū nihil potest. 13 In sapientes AEgyptios. 14 Spiritus mendaces. 18 AEgyptii conuersi ad Christum.

Onus AEgypti. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur AEgyptum, & cōmouebuntur simulachra AEgypti à facie eius, & cor AEgypti tabescet in medio eius. ¶2 Et cōcurrere faciam AEgyptios aduersus AEgyptios: & pugnabit vir contra fratrem suum, & vir contra amicum suum, ciuitas ad-

uersus ciultatem,regnũ aduersus regnũ. ¶3 Et dirumpetur spiritus AEgypti in visceribus eius, & consilium eius præcipitabo: & interrogabunt ſimulachra ſua,& diuinos ſuos, & pythones,& ariolos. ¶4 Et tradam AEgyptum in manu dominorum crudelium,& rex fortis dominabitur eorum,ait Dominus*exercituum.

*Deus

¶5 Et arefcet aqua de mari,& fluuius defolabitur atque ſiccabitur. ¶6 Et deficient flumina: *attenuabuntur, & ſiccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus marceſcet, ¶7 Nudabitur alueus riui à fonte ſuo:& omnis ſementis irrigua ſiccabitur,arefcet,& non erit. ¶8 Et mœrebunt piſcatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete ſuper faciem aquarum emarceſcent. ¶9 Confundentur qui operabitur linum,plectentes & texentes ſubtilia. ¶10 Et erunt irrigua eius flaccẽtia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces. ¶11 Stulti principes Taneos,ſapientes conſiliarii Pharaonis dederũt cõſilium inſipiens. quomodo*dicetis Pharaoni, Filius ſapientium ego,filius regũ antiquorum? ¶12 Vbi nũc ſunt ſapientes tui? annuntient tibi, & iudicent quid cogitauerit Dominus exercituum ſuper AEgyptum. ¶13 Stulti facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos,deceperunt AEgyptum,angulum populorum eius. ¶14 Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis:& errare fecerunt AEgyptum in omni opere ſuo,ſicut errat ebrius & vomens. ¶15 Et non erit AEgypto opus quod faciat caput & caudã incuruantem & refrænantem. ¶16 In die illa erit AEgyptus quaſi mulieres,& ſtupebunt, & timebunt a facie commotionis manus Domini exercitũ,quã ipſe mouebit ſuper eam. ¶17 Et erit terra Iuda AEgypto in *feſtiuitatem: omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie conſilii Domini exercituum,quod ipſe cogitauit ſuper eam. ¶18 In die illa erunt quinque ciuitates in terra AEgypti,loquẽtes lingua Chanaan, & iurantes per Dominum exercituum: Ciuitas ſolis vocabitur vna. ¶19 In die illa erit altare Domini in medio terræ AEgypti,& titulus Domini iuxta terminum eius: ¶20 Et erit in ſignum & in teſtimonium Domino exercituũ in terra AEgypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulandis, & mittet eis ſaluatorem & propugnatorem qui liberet eos. ¶21 Et cognoſcetur Dominus ab AEgypto,& cognoſcent AEgyptii Dominum in die illa,& colent eum in hoſtiis & in muneribus: & vota vouebunt Domino,& ſoluent. ¶22 Et percutiet Dominus AEgyptum plaga,& ſanabit eam.& reuertentur ad Dominum, & placabitur eis,& ſanabit eos. ¶23 In die illa erit via de AEgypto in Aſſyrios, & intrabit Aſſyrius AEgyptũ, & AEgyptius in Aſſyrios, & ſeruient AEgyptii Aſſur. ¶24 In die illa erit Iſrael tertius AEgyptio & Aſſyrio:benedictio in medio terræ, ¶25 Cui benedixit Dominus exercituum, dicens, Benedictus populus meus AEgypti,& opus manuũ mearum' Aſſyrio,'hæreditas autẽ mea Iſrael.

*dicitis

*panorem:

*Aſſyrius,

CAP. XX.

AEgyptiorum & AEthiopũ captiuitas prædicitur:& eſt veluti auctarium 12 & 19 capitis.

A IN anno quo ingreſſus eſt Thartan in Azõtum, quũ miſiſſet eum Sargon rex Aſſyriorum, & pugnaſſet contra Azõtum, & cepiſſet eam: ¶2 In tempore illo locutus eſt Dominus in manu Iſaiæ filii Amos,dicens, Vade, & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit ſic vadẽs nudus, & diſcalceatus. ¶3 Et dixit Dominus,Sicut ambulauit ſeruus meus Iſaias nudus,& diſcalceatus,trium annorum ſignum & portentum erit ſuper AEgyptum & ſuper AEthiopiam: ¶4 Sic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem AEgypti,& tranſmigrationem AEthiopiæ,iuuenem & ſenem, 'nudam & diſcalceatam' diſcoopertis natibus*ignominiam AEgypti. ¶5 Et timebunt, & confundentur ab AEthiopia ſpe ſua, & ab AEgypto gloria ſua. ¶6 Et dicet habitator inſulæ huius in die illa, 'Bæccine' erat ſpes noſtra,ad quos confugimus in auxilium,vt liberaret nos à facie regis Aſſyriorum! & quomodo effugere poterimus nos?

*& B

CAP. XXI.

Deſtruẽda Babylõ prædicitur. 11 Idumææ ruina. 13 Arabum ruina.

ONus deſerti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt,de deſerto venit,de terra horribili. ¶2 Viſio dura nuntiata eſt mihi: qui incredulus eſt,infideliter agit : & qui depopulator eſt,vaſtat. Aſcende AElam, obſide Mede: omnem gemitum eius ceſſare feci. ¶3 Propterea repleti ſunt lũbi mei dolore, anguſtia poſſedit me ſicut anguſtia parturientis:corrui quũ auditrem,conturbatus ſum quum videre. ¶4 Emarcuit cor meum, tenebræ ſtupefecerũt me: Babylon dilecta mea, poſita eſt mihi in miraculum. ¶5 Pone menſam, contemplare in ſpecula:comedentes & bibentes ſurgite principes, arripite clypeum. ¶6 Hæc enim dixit mihi Dominus, Vade, & pone ſpeculatorẽ: & quodcunque viderit,annũtiet. ¶7 Et vidit currum duorum equitum,aſcenſorem aſini, & aſcenſorem cameli : & contemplatus eſt diligenter multo intuitu. ¶8 Et clamauit 'vt'leo, Super ſpeculã Domini ego ſum,ſtans fugiter per diem:& ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus. ¶9 Ecce,iſte venit aſcenſor vir bigæ equitum,& reſpondit, & dixit, Cecidit,cecidit Babylon,& omnia ſculptibilia deorũ eius contrita ſunt in terram. ¶10 Tritura mea,& 'filia aræ meæ, quæ audiui à Domino exercituum Deo Iſrael,annuntiaui vobis. ¶11 Onus Dumæ. Ad me clamat ex Seir, Cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte? ¶12 Dixit cuſtos, Venit mane & nox:ſi quæritis,quærite:cõuertimini, '& venite. ¶13 Onus in Arabia. In ſaltu ad veſperam dormietis,in ſemitis Dedanim. ¶14 Occurrentes ſitienti ferte aquã, qui habitatis terram Auſtri:eum panibus occurrite fugienti. ¶15 A facie enim gladiorum fugerunt, a facie gladii imminentis,à facie arcus extenti,à facie grauis prælii: ¶16 Quoniã hæc dicit Dominus ad me, Adhuc in vno anno, quaſi in anno mercenarii,& auferetur omnis gloria Cedar. ¶17 Et reliquæ numeri ſagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur: Dominus enim Deus Iſrael locutus eſt.

*Deus

CAP. XXII.

Obſidio vrbis Ieruſalem à Sennacherib. 16 Sobna præfectus domus Ezechiæ,reiicitur à Deo.20 Eliacim à Deo vocatur,ſubſtituitur in locum Sobnæ. 23 Paxilli ſine Sobnæ interitus.

ONus vallis visionis. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti & tu omnis in tecta? ¶ 2 Clamoris plena, vrbs frequens, ciuitas exultans: interfecti tui, non interfecti gladio: nec mortui tui 'mortui'in bello. ¶ 3 Cuncti principes tui fugerunt simul, durè que ligati sunt: omnes qui inuenti sunt, vincti sunt pariter, procul fugerūt. ¶ 4 Propterea dixi, Recedite a me, amarè flebo: nolite incumbere vt consoleminī me super vastitate filiæ populi mei. ¶ 5 Dies enim interfectionis & cōculcationis, & fletuum Domino Deo exercituū in valle visionis, scrutans murum, & magnificus super montem. ¶ 6 Et A'lam sumpsit pharetram, currum hominis equitis, & parietem 'nudabit' clypeus. ¶ 7 Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, & equites ponēt sedes suas in porta. ¶ 8 Et reuelabitur operimētum Iudæ, & 'videbitis' in die illa armamentarium domus saltus. ¶ 9 Et scissuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ sunt: & congregastis aquas piscinæ inferioris. ¶ 10 Et domos Iesusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum. ¶ 11 Et lacum fecistis inter duos muros, '& aquam piscinæ veteris: & nō suspexistis ad eum qui fecerat eam, & operatorem eius dēlonge nō vidistis. ¶ 12 Et 'vocabit' Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad plāctum, ad calui tium, & ad cingulū sacci: ¶ 13 Et ecce, gaudium & lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum, Comedamus & bibam', eras enim morlemur. ¶ 14 Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituum, Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini: dicit Domin' Deus exercituum. ¶ 15 Hæc dicit Dominus Deus exercituum, vade, ingredere ad eū qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum. ¶ 16 Quid tu hic? aut quasi quis hic? quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi. ¶ 17 Ecce, Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, & quasi amictum sic subleuabit te. ¶ 18 Coronans coronabit te tribulatione, quasi pilam mittet te in terram latam & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit curr' gloriæ tuæ, ignominia domus domini tui. ¶ 19 Et expellam te de statione tua: & de ministerio tuo deponam te. ¶ 20 Et erit in die illa: vocabo seruum meum Eliacim filium Helciæ, ¶ 21 Et induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatē tuā dabo in manu eius: & erit quasi pater habitantibus Ierusalem, & domui Iuda. ¶ 22 Et dabo clauem domus Dauid super humerū eius: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat. ¶ 23 Et figam illum paxillū in loco fideli, & erit in solium gloriæ domui patris sui. ¶ 24 Et suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorū diuersa genera, omne vas paruulum à vasis createrarum vsque ad omne vas muficorum. ¶ 25 In die illa, dicit Dominus exercituum, auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia Dominus locutus est. CAP. XXIII.

Tyri excidium. 17 Post 70 annos Tyri restauratio promittitur.

ONus Tyri. Vlulate naues maris, quia vastata est domus vnde venire consueuerant: de terra Cethim reuelatū est eis. ¶ 2 Tacete qui habitatis in insula: negotiatio Sidōnis transfretantes mare, repleuerunt te. ¶ 3 In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius: & facta est negotiatio Gentium. ¶ 4 Erubescе Sidon, ait enim mare, fortitudo maris, dicens, Non parturiui, & non peperi, & non enutriui iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgines. ¶ 5 Quū auditum fuerit in Aegypto, dolebūt quum audierint de Tyro. ¶ 6 Transite maria, vlulate qui habitatis in insula. ¶ 7 Nunquid non vestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? ducent eam pedes sui longè ad peregrinandum. ¶ 8 Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, institores eius inclyti terræ? ¶ 9 Dominus exercituum cogitauit hoc, vt detraheret superbiā omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ. ¶ 10 Transi terram tuam quasi flumen, filia maris non est cingulum vltrà tibi. ¶ 11 Manum suam extendit super mare, conturbauit regna: Dominus mandauit aduersus Chanaan, vt conteret fortes eius. ¶ 12 Et dixit, Non adiicies vltrà vt glorieris, calumniam sustinens virgo filia Sidōnis: in Cethim consurgens transfreta, ibi quoque non erit requies tibi. ¶ 13 Ecce, terra Chaldæorum talis populus nō fuit. Assur fundauit eam: in captiuitatem traduxerunt robustos eius: suffoderūt domos eius, posuerūt eam in ruinam. ¶ 14 Vlulate naues maris, quia deuastata est fortitudo vestra. ¶ 15 Et erit in die illa: in obliuione eris ō Tyre septuaginta annis, sicut dies regis vnius: post septuaginta autem annos erit Tyro quasi cātici meretricis. ¶ 16 Sume tibi' citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: benè cane, frequenta cantici, vt memoria tui sit. ¶ 17 Et erit post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrū, & reducet eā ad merces suas: & turpum fornicabitur cum vniuersis regnis terræ super faciem terræ. ¶ 18 Et erunt negotiationes eius, & 'merces eius sanctificatæ Domino. non condētur, neque reponentur: quia his qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt māducent in saturitatem, & vestiantur vsque ad vestustatem.

CAP. XXIIII.

Iuersio terræ sanctæ prædicitur ob Christum non receptum.

ECce, Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem eius, & dispergit habitatores eius. ¶ 2 Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic dominus eius: & sicut ancilla, sic domina eius: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. ¶ 3 Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc. ¶ 4 Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, & infirmata est altitudo populi terræ. ¶ 5 Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutauerunt ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. ¶ 6 Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores eius. ideòque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. ¶ 7 Luxit vidēmia, infirmata est vitis, ingemue-

runt omnes qui lætabantur corde. ¶3 Cessauit gaudium tympanorum, quieuit fonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ. ¶9 Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentib' illã. ¶10 Attrita est ciuitas vanitatis, claua est omnis domus nullo introeunte. ¶11 Clamor erit super vino in platèis: deserta est omnis lætitia, trãslatũ est gaudium terræ. ¶12 Relicta est in vrbe solitudo, & calamitas opprimet portas. ¶13 Quia hæc erũt in medio terræ, in medio populorũ, quo modo si paucæ oliuæ quæ remãserunt, excutiãtur ex olea, & racemi cũ fuerit finita vindemia. ¶14 Hi leuabunt vocẽ suã, atque laudabunt: quũ glorificatus fuerit Domin⁹, hinnietbit de mari. ¶15 Propter hoc in doctrinis glorificate Dominũ: in insulis maris nomẽ Domini Dei Israel. ¶16 A finibus terræ laudes audiuimus, gloriã iusti. Et dixi, Secretũ meũ mihi, secretũ meũ mihi, væ mihi: prævaricantes prævaricati sunt, & prævaricatione transgressorũ prævaricati sunt. ¶17 Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terræ. ¶18 Et erit: qui fugerit a facie formidinis, cadet in foueã: & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & cõcutientur fundamenta terræ. ¶19 Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, cõmotione cõmouebitur terra: ¶20 Agitatione agitabitur terra sicut ebrius, & auferetur quasi tabernaculum vnius noctis: & grauabit eã iniquitas sua, & corruet, & non adiiciet vt resurgat. ¶21 Et erit: in die illa visitabit Dominus super militiam cæli in excelso: & super reges terræ qui sunt super terrã. ¶22 Et congregabuntur in congregatione vnius fasciis in lacũ, & claudentur ibi in carcere: & post multos dies visitabuntur. ¶23 Et erubescet luna, & confundetur sol, quũ regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Ierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.

Ierc. 48. g. 44. a facie

## CAP. XXV.

Gratiis actis vastationem synagogæ & populi Iudaici describit propheta. ¶1 Fideles impiis Iudæis mulctatis, quãuis inuoluti tintmul tis malis, seruabuntur per Christum.

DOmine Deus meus es tu, & exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles amen. ¶2 Quia posuisti ciuitatem in tumultũ, vrbem fortem in ruinã, domum alienorum: vt non sit ciuitas, & in sempiternum non ædificetur. ¶3 Super hoc laudabit te populus fortis, ciuitas gentium robustarum timebit te. ¶4 Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes a turbine, umbraculum ab æstu. spiritus enim robustorum quasi turbo impellens parietem. ¶5 Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis: & quasi calore sub nube torrente propagitum fortium marcescere facies. ¶6 Et faciet Dominus exercituũ omnibus populis in monte hoc, conuiuiũ pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuiũ pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ. ¶7 Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quã orditus est super omnes nationes. ¶8 Præcipitabit mortem in sempiternum: & auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia Dominus locutus est. ¶9 Et dicet in die illa, Ecce Deus noster iste, expectabimus eum, & saluabit nos: iste Dominus, sustinuimus eum, & exultabimus, & lætabimur in salutari eius. ¶10 Quia requiescet manus Domini in monte isto: & triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ in plaustro. ¶11 Et extendet manus suas sub eo, sicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam eius cum afflictione manuum eius. ¶12 Et munimenta sublimium murorum tuorum cõcident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram vsque ad puluerem.

tumulum,

Apoc. 7. d. 17. a. 4.

## CAP. XXVI.

Ecclesia Christi describitur. 10 Impiorum exedtas, flagella non videntium. 12 Pax fidelibus. 16 Tribulationibus compellit Deus ire ad se. 19 Consolatio in afflictionibus & exhortatio ad patientiam.

IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda, vbs fortitudinis nostræ Siõ' salua tot, ponetur in ea murus & antemurale. ¶2 Aperite portas, & ingrediatur gẽs iusta, custodiens veritatẽ. ¶3 Vet' error abiit: seruabis pacẽ: pacem, quia in te speraauimus. ¶4 Sperastis in Domino in seculis æternis, in Domino Deo fortis in perpetuũ. ¶5 Quia incuruabit habitãtes in excelso, ciuitatẽ sublimẽ humiliabit: humiliabit eam vsq; ad terram, detrahet eam vsque ad puluerẽ. ¶6 Conculcabit eam pes, pes paupe ris, gressus egenorũ. ¶7 Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad ambulandũ. ¶8 Et in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuim⁹ te: nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ. ¶9 Anima mea desiderauit te in nocte: sed & spiritu meo in præcordiis meis de mane vigilabo ad te: quum feceris iudicia tua in terra, iustitiam discent habitatores orbis. ¶10 Misereamur impio, & non discet iustitiã facere, in terra sanctorum iniqua gessit: & non videbit gloriã Domini. ¶11 Domine, exaltetur manus tua, vt' nõ videant: videant, & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. ¶12 Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis. ¶13 Domine Deus noster possederunt nos domini absque te, tantũ in te recordemur nominis tui. ¶14 Mortientes non viuant, gigantes non resurgant: propterea visitasti & contriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum. ¶15 Indulsisti genti Domine, indulsisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ. ¶16 Domine, in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis. ¶17 Sicut quæ concepit, quum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus a facie tua Domine. ¶18 Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis: iustitiam non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ. ¶19 Viuẽt mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis, ros tuus & terram gigantũ detrahes in ruinã. ¶20 Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscõdere modicũ ad momentũ, donec pertrãseat indignatio. ¶21 Ec

ee enim Domin⁹ egredietur de loco suo, vt visi
set iniquitatem habitatoris terræ contra eum:
& reuelabit terra sanguinem suum, & non ope
riet vltrà interfectos suos.

CAP. XXVII.

¶ Hîc propheta in genere loquitur de iudi
cio Dei, atque ita vniuersum regnum Sathanæ
comprehendit.

IN die illa visitabit Dominus in gladio suo
duro, & grandi & forti, super leuiathan ser
pentem vectem, & super leuiathan serpentem
tortuosum, & occidet cetum qui in mari est.
¶ 2 In die illa vinea meri cătabit ei, ¶ 3 Ego Do
minus qui seruo eam, repentè propinabo ei: ne
forte vlitetur contra eam, nocte & die seruo
eam. ¶ 4 Indignatio non est mihi: quis dabit me
spinam, & veprem in prælio: gradiar super e-
am, succendam eam pariter? ¶ 5 An potius⁹ te-
nebo⁹ fortitudinem meam, faciet pacem mihi,
pacem faciet mihi? ¶ 6 Qui ingredientur impe
tu ad Iacob, florebit & germinabit Israel, & im
plebunt faciem orbis semine. ¶ 7 Nunquid iux
ta plagam percutientis se percussit eum? aut si
cut occidit interfectos eius, sic occisⁱ⁹ est? ¶ 8 In
mensura contra mensuram quum abiecta fue-
rit, iudicabis⁹ eã: ⁹meditatus⁹ est in spiritu suo
duro per diem æstus. ¶ 9 Idcirco super hoc di-
mittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis
fructus vt auferatur peccatum eius, quum po-
suerit omnes lapides altaris sicut lapides cine
ris allisos, non stabũt luci & delubra. ¶ 10 Ciui
tas enim munita desolata erit, speciosa relique
tur, & dimittetur quasi desertum: ibi pascetur
vitulus, & ibi accubabit, & consumet summita
tes eius. ¶ 11 In siccitate⁹ messis illius cõteretur:⁹
mulieres venientes, & docentes⁹ eam:⁹ non est e-
nim populus sapiens, propterea non miserebi
tur eius qui fecit eum: & qui formauit eum, nõ
parcet ei. ¶ 12 Et erit⁹ in die illa percutiet Domi
nus ab alueo fluminis vsque ad torrentem AE
gypti, & vos congregabimini vnus & vnus fi-
lii Israel. ¶ 13 Et erit⁹ in die illa clangetur in tu-
ba magna, & venient qui perditi fuerant de ter
ra Assyriorum, & qui electi erant de terra AE-
gypti, & adorabunt Dominum in monte sãcto
in Ierusalem.

CAP. XXVIII.

OStendit iram Domini Israeli primum,
deinde Iudæis impendere.

VÆ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, & flo
ri decidenti, gloriæ exultationis eius, qui
erant in vertice vallis pinguissimæ, errantes à
vino. ¶ 2 Ecce validus & fortis Dominus, sicut
impetus grandinis turbo confringens, sicut im
petus aquarum multarum inundantium. & e-
missarium super terram spatiosam. ¶ 3 Pedib⁹
conculcabitur corona superbiæ ebriorũ⁹ Ephrã
im. ¶ 4 Et erit flos decidens gloriæ exultatio-
nis eius, qui est super verticem vallis pinguis,
quasi temporaneum ante maturitatem Autũ-
ni: quod quum aspexerit videns, statim vt ma-
nu tenuerit, deuorabit illud. ¶ 5 In die illa erit
Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum
exultationis reliduo populi sui: ¶ 6 Et spiritus
iudicii sedenti super iudicium, & fortitudo re-
uertentibus de bello ad portam. ¶ 7 Verũm hi
quoque præ vino nescierunt, & præ ebrietate
errauerunt. sacerdos & propheta nescierũt præ
ebrietate, absorpti sunt à vino, errauerunt in
ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt
iudicium. ¶ 8 Omnes enim mensæ repletæ sũt
vomitu sordiũmque, ita vt non esset vltrà lo
cus. ¶ 9 Quem docebit scientiam? & quem intel
ligere faciet auditũ? ablactatos à lacte, auulsos
ab uberibus? ¶ 10 Quia Mãda remanda, mãda
remãda, expecta reexpecta, expecta reexpecta,
modicũ ibi, modicum ibi. ¶ 11 In loquela enim
labii, & lingua altera loquetur ad populum
istum: ¶ 12 Cui dixit, Hæc est requies mea, refi-
cite lassum, & hoc est mearum refrigerium: & no
luerunt audire. ¶ 13 Et erit eis verbum Domini,
Manda remanda, manda remanda, expecta re-
expecta, expecta reexpecta, modicum ibi, modi
cum ibi: vt vadant, & cadant retrorsum, & cõ-
terantur, & illaqueentur, & capiantur. ¶ 14 Pro
pter hoc audite verbũ Domini viri illusores,
qui dominamini super populum meum qui
est in Ierusalem. ¶ 15 Dixistis enim, Percussi-
mus fœdus cum morte, & cum inferno feci-
mus pactum. Flagellum inundans quum tran
sierit, non veniet super nos: quia posuimus mẽ
dacium spem nostram, & mendacio protecti
sumus. ¶ 16 Idcirco hæc dicit Dominus De-
us, ¶ Ecce, ego mittam in fundamentis Sion la-
pidem probatum, angularem, pretiosum, in
fundamento fundatum. ¶ qui crediderit, nõ fe-
stinet. ¶ 17 Et ponam in pondere iudicium, &
iustitiam in mensura: & subuertet grando spẽ
mendacii: & protectionem, aquæ inundabunt.
¶ 18 Et delebitur fœdus vestrum cum morte,
& pactum vestrum cum inferno non stabit:
flagellum inundans quum transierit, eritis ei
in conculcationem. ¶ 19 Quandocunque per-
transierit, tollet vos: quoniam mane diluculo
pertransibit in die & in nocte, & tantummodo
fama vexatio intellectum dabit auditui. ¶ 20 Co
angustatum est enim stratum, ita vt alter dẽ-
dat, & palliumbreue vtrumque operire non po
test. ¶ 21 Sicut enim in Monte diuisionum sta-
bit Dominus: ⁹sic in ¶ valle quæ est in Gabaon
ita fœtur: vt faciat opus suum, alienum ⁹est⁹ o-
pus eius: vt operetur op⁹ suũ peregrinũ⁹ est⁹ o-
pus eius ab eo. ¶ 22 Et nunc nolite illudere, ne
forte constringantur vincula vestra. consum-
matione enim & abbreuiationem audiui à Do
mino Deo exercituum super vniuersam ter-
ram. ¶ 23 Auribus percipite, & audite vocem
meam, attendite, & audite eloquium meum,
¶ 24 Nunquid tota die arabit arans vt serat,
proscindet & sarriet humum suam? ¶ 25 Nõne
quũ adæquauerit faciem eius, seret gith, &
cyminum sparget, & ponet triticum per ordi-
nem, & hordeum, & milium, & viciam in fini-
bus suis? ¶ 26 Et erudiet illũ in iudicio, Deus su
us docebit illum. ¶ 27 Non enim in serris tritu
rabitur gith, nec rota plaustri super cyminum
circuibit: sed in virga excutietur gith, & cymi-
num in baculo. ¶ 28 Panis autẽ comminuetur:
verũm non in perpetuum triturans triturabit
illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec vn
gulis suis comminuet eum. ¶ 29 Et hoc à Domi
no Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret
consilium, & magnificaret iustitiam.

CAP. XXIX.

DEstructio Ierusalem. 9 Excæcatio Iudæo
rum ne quid intelligeret eorum quæ prædice
bant prophetæ. 13 Iudæi reiecti, doctrinas ho-

1.Cor.14.d.

Psal.117.c.1.
mat.21.d.42.
act.4.b.11.
1.pet.2.a.6.
rom.10.b.11.

2.Reg.5.c.10.
1.par.14.c.11.
¶ sicut
Iosue 10.c.11.

minũ mãdato Dei præferẽtes. 17 Regnũ huãge
lis à Iudæis superbis ad gẽtes cæcas cõuersum.

A VAE Ariel, Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid. additus est annus ad annum, solen nitates cuoluũt sunt. ¶ 2 Et circunuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel. ¶ 3 Et circũdabo quasi sphæram in cir cuitu tuo, & iaciam cõtra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam. ¶ 4 Humi liaberis, de terra loquẽris, & de humo audietur eloquium tuum: & erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit. ¶ 5 Et erit sicut puluis tenuis multitudo
B ventilantium te: & sicut faucilla pertrahens multitudo eorum qui contra te prælauerunt: ¶ 6 Et ruptæ repentè confestim à Domino exercituum visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempestatis, & flamma ignis deuorantis. ¶ 7 Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentiũ, quæ dimicauerunt contra Ariel, & omnes qui militauerunt, & obsederunt,
C & prælauerũt aduersus eam. ¶ 8 Et sicut somniat esuriẽs & comedit, quum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omniũ gentium quæ dimicauerunt contra montem Sion. ¶ 9 Obstupescite, & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non ab ebrietate: ¶ 10 Quoniam miscuit vobis Dominus spiritũ soporis: claudet oculos vestros: prophetas & principes vestros qui vidẽt visiones, operiet. ¶ 11 Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati: quæ quũ dederint scienti literas, dicent, Lege istũ: & respõdebit, Non possum, signatus est enim. ¶ 12 Et dabitur liber nescienti literas, dicentúrque ei, Lege: & respondebit, Nescio literas. ¶ 13 Et dixit Dominus,
Matt. 15. a. 1. marc. 7. a. 6. Eo quòd appropinquat populus iste ore suo, & labiis suis glorificat me, cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctriuis: ¶ 14 Ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo
1. Corin. 1. c. 19 grandi & stupendo: Iperibit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudẽtium eius, abscondetur. ¶ 15 Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, Quis videt nos, & quis nouit nos? ¶ 16 Peruersa est hæc
Abdiæ 1. c. 2. vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet. & dicat opus factori suo, Non fecisti me. & figmentum dicat fictori suo, Non intelli
Eccli 23. c. 25. gis. ¶ 17 Nõne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in charmel, & charmel in saltum reputabitur? ¶ 18 Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. ¶ 19 Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in Sancto Israel exultabunt: ¶ 20 Quoniam defecit qui prævalebat. cõsumatus est illusor, & succiũ sunt omnes qui vigilabãt super iniquitate, ¶ 21 Qui peccare faciebãt homines in verbo, & arguẽte in porta supplãtabãt, & declinauerũt fruſtra à iusto. ¶ 22 Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domũ Iacob, qui redemit Abrahã, Nõ modò cõfundetur Iacob, nec modò vultus eius erubescet: ¶ 23 Sed quum viderit filios suos, opera manũ mearũ in medio sui sanctificãtes nomẽ meum, & sanctificabunt Sanctũ Iacob, & Deum Israel prædicabunt, ¶ 24 Et sciẽt errãtes spiritu intellectum, & murmuratores discent legem.

CAP. XXX.

In Iudæos qui spretis Dei cõsiliis, suæ prudentiæ innitebantur, in creaturis spem habentes contra Sennacherib. 6 Iudæi auxilium petentes ab Ægyptiis, pereunt à bestiis in itinere. 10 Prophetas Iudæi prohibent verbum Dei annuntiare. 27 Affyriorũ exitium prædicitur.

VAE filii desertores, dicit Dominus, vt facerẽtis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum. ¶ 2 Qui ambulatis vt descendatis in Ægyptum, & os meum nõ interrogastis, sperãtes auxilio in fortitudine Pharaonis, & habẽtes fiduciã in vmbra Ægypti. ¶ 3 Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia in vmbra Ægypti in igno
*Ier. 2. *Ier. 37. miniã. ¶ 4 Nam erant in Tani principes tui, & nuntii tui vsque ad Hanes peruenerunt. ¶ 5 Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse nõ potuit: nõ fuerunt in auxilium, & in aliquã vtilitatẽ, sed in cõfusionẽ, & in opprobrium. ¶ 6 Onus iumẽtorũ Austri. In terra tribulationis & angustiæ, leæna & leo ex eis, vipera & regulus volãs portãtes super humeros iumẽtorum diuitias suas, & super gibbum camelorum thesauros suos ad populũ qui eis prodesse non poterit. ¶ 7 Ægyptus enim fruſtra & vanè auxiliabitur: ideo clamaui super hoc, Superbia tãtũ est, quiesce. ¶ 8 Nũc ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligẽter exara illud, & erit in die nouissimo in testimonium vsque in æternum. ¶ 9 Populus enim adiracũdiã prouocãs est, & filii mẽdaces, filii nolẽtes audire legem Dei. ¶ 10 Qui dicũt videntibus, Nolite videre: & aspicientibus, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placẽtia, videte nobis errores. ¶ 11 Auferte à me viã, declinate à me semitã, cesset à facie nostra Sanctus Israel. ¶ 12 Propterea hæc dicit Dominus noster Sanctus Israel, Pro eo quòd reprobastis verbum hoc, & speraſtis in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo: ¶ 13 Propterea erit vobis iniquitas hæc sicut intertuptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniã subitò, dum non speratur, veniet cõtritio eius. ¶ 14 Et cõminuetur, sicut conteritur lagena figuli cõtritione perualidã: & non inuenietur de fragmentis eius testa, in qua portetur ignis culus de incẽdio, aut hauriatur parũ aquæ de fouea. ¶ 15 Quia hæc dicit Dominus Deus *Israel, Si reuertamini & quiescatis, salui eritis: in silẽtio, & in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis. ¶ 16 Et dixistis, Nequaquam, sed ad equos fugiemus. ideo fugietis. & super veloces ascendemus. ideo velociores erunt, qui persequuntur vos. ¶ 17 Mille homines à facie terroris vnius, & à facie terroris quinque, fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice mõtis, & quasi signũ super collẽ. ¶ 18 Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicii Dominus: beati omnes qui expectãt eum. ¶ 19 Populus enim Sion habitabit in

Ierusalem: plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui: ad vocem clamoris tui statim vt audierit, respondebit tibi. ¶10 Et dabit vobis Dominus panem ˜artum, ˜& aquam breuem: & non faciet auolare à te vltrà doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. ¶ 11 Et aures tuæ audient verbum post tergum monẽtis, Hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexterã, neque ad sinistram. ¶12 Et contaminabis lami nas sculptilium argenti tui, & vestimentũ conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ: Egredere, dices ei. ¶13 Et dabitur pluuia semini tuo, vbicunque seminaueris in terra, & panis frugum terræ erit huberti mus & pinguis. pascetur in possessione tua in die illo agnus spatiosè: ¶14 Et tauri tui, & pulli asinorum qui operantur terram, commistum migma comedent sicut in area ventilatum est. ¶15 Et erunt super omnem montem excelsum, & super omnem collem eleuatum riui currentium aquarum in die interfectionis multorum quum ciderint turres. ¶16 Et erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septẽplicitèr, sicut lux septem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & per cussuram plagæ eius sanauerit. ¶17 Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furore eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans. ¶18 Spiritus eius velut torrens inundans vsque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, & frænum erroris quod erat in maxillis populorum. ¶19 Canti cum erit vobis sicut ˜vox ˜sanctificatæ solennitatis, & lætitia cordis sicut qui pergit cum tibia, vt intret in montem Domini ad fortem Israel. ¶20 Et auditam faciet Dominus gloriã vocis suæ, & terrorem brachii sui ostendet in comminatione furoris, & flãma ignis deuorãtis: allidet in turbine & in lapide grandinis. ¶21 A voce enim Domini pauebit Assur virga percussus. ¶22 Et erit transitus virgæ fundatus, quam requiescere faciet Dominus super eum in tympanis & citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos. ¶23 Præparata est enim ab heri Thopheth, à rege præparata, profunda & dilatata. Nutrimenta eius, ignis & ligna multa: flatus Domini sicut torrens sulphuris succendens eam. ❧ P. XXXI.

Inuehitur in Iudæos qui specie in Deũ vlsum reliˆa, confugiunt ad humanũ auxiliũ. 6 Exhortatio ad fiduciam in Deum. 8 Potentia Dei cadit hostis, non nostris viribus.

VAE qui descenditis in AEgyptum ad auxilium, in equis sperantes, & habentes fiduciam super quadrigis, quia multæ sunt: & super equitibus, quia præualidi nimis: & nõ sunt cõfisi super sanctum Israel, & Dominum non requisierunt. ¶1 Ipse autem sapiens adduxit malum, & verba sua non abstulit: & consurget contra domum pessimorum, & contra auxiliũ operãtium iniquitatem. ¶2 AEgyptus, homo, & non Deus: & equi eorum, caro, & non spiritus: & Dominus inclinabit manum suam, & corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simũlque omnes consumentur. ¶4 Quia hæc dicit Dominus ad me, Quomodo si rugiat leo, & catulus leonis super prædã suam, quam occurrerit ei multitudo pastorum, à voce eorum nõ formidabit, & à multitudine eorum nõ pauebit: sic descendet Dominus exercituum vt prælietur super montem Sion, & super collem eius. ¶5 Sicut aues volantes, sic proteget Dominus exercituum Ierusalem, protegens & liberans, transiens & saluans. ¶6 Conuertimini sicut in profundum recesserati˜s filii Israel. ¶7 In die enim illa abiiciet vir idola argenti sui, & idola auri sui, quæ fecerunt vobis manus vestræ in peccatum. ¶8 Et cadet Assur in gladio viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet nõ à facie gladii, & iuuenes eius vectigales erũt: ¶9 Et fortitudo eius à terrore transibit, & pauebunt fugientes principes eius dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Ierusalem. ❧ P. XXXII.

Significat Dominum sic habiturum rationem Ecclesiæ suæ, vt eam in integrũ restituat. Cuius in staurandæ optima ratio est, quam recta institutitur politia.

ECce, in iustitia regnabit rex, & principes in iudicio præerũt. ¶1 Et erit vir sicut qui abscõditur à vẽto, & celat se à tẽpestate, sicut riui aquarum in sũti, & vmbra petræ prominẽtis in terra deserta. ¶3 Non caligabunt oculi videntium, & aures audiẽtium diligẽter auscultabũt. ¶4 Et cor stultorũ intelliget scientiam & lingua balborum velociter loquetur & planè. ¶5 Non vocabitur vltrà is qui inũpiès est, princeps: neque fraudulẽtus appellabitur maior. ¶6 Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurientis, & potum sitiẽti auferat. ¶7 Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes ˜concinnabit ad perdẽdos mites in sermone mẽdacij, quum loquetur pauper iudicio. ¶8 Princeps verò, ea quæ digna sunt principe cogitabit, & ipse super duces stabit. ¶9 Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam, filiæ confidentes percipite auribus eloquia meũ. ¶10 Post dies ˜enim & ˜annos vos conturbabimini confidẽtes: consummata est enim vindemia, collectio vltrà non veniet. ¶11 Obstupescite opulentæ, conturbamini confidentes: exuite vos, & ˜confundemini, ˜accingite lumbos vestros. ¶12 Super hubera plangite, super regione deuiderabili, super vinea fertili. ¶13 Super humum populi mei ˜spinæ & vepres ascendent: quanto magis super omnes domos gaudii ciuitatis exultãtis? ¶14 Domus enim demissa est, multitudo vrbis relicta est, tenebræ & palpatio factæ sunt super spelũcas vsque in æternum, gaudium onagrorum, pascua greguũ. ¶15 Donec effundatur super nos Spiritus de excelso: & erit desertum in charmel, & charmel in saltum reputabitur. ¶16 Et habitabit in solitudine iudicium, & iustitia in charmel sedebit. ¶17 Et erit opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas vsque in sempiternũ. ¶18 Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in taberna culis fiduciæ, & in requie opulẽta. ¶19 Grãdo autẽ in descẽsione saltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. ¶20 Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedẽ bouis & asini.

a
b
c
d
e
f
g
h
i
k
l
m
n
o
p
q
r
s
t
u
x
y
z
aa
bb
cc
dd
ee
ff
gg
hh
ii
kk
ll
mm
nn
oo
pp
qq
rr
ss
tt
uu
xx
yy
zz
aaa
bbb
ccc
ddd
eee
fff
ggg
hhh
iii
kkk
lll
mmm
nnn
ooo
ppp
qqq
rrr
sss
ttt
uuu
xxx
yyy
zzz
aaaa
bbbb
cccc
dddd
eeee
ffff
gggg
hhhh
iiii
kkkk
llll
mmmm
nnnn
oooo
pppp
qqqq
rrrr
ssss
tttt
uuuu
xxxx
yyyy
zzzz

˜concinnauit

˜annum

C
˜cõfundimini

˜spina

D

˜7.19.f.27.

## CAP. XXXIII.

Prophetat aduersus Chaldæos & Sennacherib. 3 Assyrii vastandi. 13 Suam potẽtiam omnibus notam esse vult Deus. 20 Ierusalem protexit Deus, ne à Sennacherib vastaretur.

VAE qui prædaberis, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nõne & ipse spernẽris? quum cõsummaueris deprædationem, deprædaberis: quum fatigarius desieris contẽnere, cõtemnẽris. ¶2 Domine, miserere nostri: te enim ᵃexpectamus. ᵇesto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tẽpore tribulationis. ¶3 A voce Angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. ¶4 Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut quum fossæ plenæ fuerint de eo. ¶5 Magnificatᵉ est Dominus, quoniã habitauit in excelso: impleuit Siõ iudicio & iustitia. ¶6 Et erit fides in temporibus ᵈsuis: diuitiæ salutis sapiẽtia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius. ¶7 Ecce, videtes clamabunt foris, angeli pacis amarè flebunt. ¶8 Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. ¶9 Luxit, & elanguit terra: cõfusus est Libanus, & obsurduit: & factus est Saron sicut desertũ: & cõcussa est Basan, & Carmelus. ¶10 Nunc consurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc ᵉsublimabor. ¶11 Concipietis ardorem, ᵇ& parietis stipulam: spiritus vester vt ignis vorabit vos. ¶12 Et erũt populi quasi de incendio cinis: spinæ cõgregatæ igni comburentur. ¶13 Audite qui longè estis, quæ fecerim, & cognoscite vicini fortitudinẽ meã. ¶14 Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas: Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? ¶15 Qui ambulat in iustitiis & loquitur ᵍveritatẽ, qui proiicit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obthurat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum: ¶16 Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aquæ eius fideles sũt. ¶17 Regem in decõre suo videbunt oculi eius, cernẽt terram dẽlongè. ¶18 Cor tuum meditabitur timorem: ʰvbi est literatus? ⁱvbi legis verba ponderans? ᵏvbi doctor paruulorum? ¶19 Populum imprudentem non videbis, populũ alti sermonis: ita vt nõ possis intelligere disertitudinem linguæ eius, in quo nulla est sapiẽtia. ¶20 Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ: oculi tui videbunt Ierusalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquã transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternũ, & omnes funiculi eius non rumpentur: ¶21 Quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluuiorum riui latissimi, & patentes: non trանsibit per eum nauis remigum, neque trieris magna trãsgredietur eũ. ¶22 Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse saluabit nos. ¶23 Laxati sunt funiculi tui, sed non prænalebunt: sic erit malus tuus, vt dilatare sinum non queas. Tunc diuidẽtur spolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam. ¶24 Nec dicet vicinus, ˡlangui. populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

## CAP. XXXIIII.

Describit vltionem quam sumet de impiis qui populum Dei lacessierunt.

ACcedite Gentes, & audite, & populi attẽdite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen eius. ¶2 Quia indignatio Domini super omnes Gẽtes, & furor super vniuersam ᵐmultitudᵉ eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionem. ¶3 Interfecti eorum proiicientur, & de cadaueribus eorum ascẽdet fœtor: tabescent montes à sanguine eorũ. ¶4 Et tabescet omnis militia cælorum, & complicabuntur sicut liber cæli: & omnis militia eorũ defluet sicut defluit follum de vinea & de ficu. ¶5 Quoniam inebriatus est in cælo gladius meus: ecce super Idumæam descendet, & super populum interfectionis meæ ad iudiciũ. ¶6 Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum & hircorum, ᵇ& de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Idom. ¶7 Et descendent vnicornes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium: ¶8 Quia dies vltionis Domini, annus retributionum iudicii Sion. ¶9 Et conuertentur torrentes eius in picem, & humᵒ eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem. ¶10 Nocte & die non extinguetur, in ᵖsempiternũ ascendet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur, in secula seculorum non erit transiens per eam. ¶11 Et possidebunt illam onocrotalus, & ericius, & ibis, & coruus habitabunt in ea: & extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum & perpendiculum in desolationem. ¶12 Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum. ¶13 Et orientur in domibus eius spinæ & vrticæ, & paliurus in munitionib' eius: & erit cubile draconum, & pascua struthionũ. ¶14 Et occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. ¶15 Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circunfodit, & fouit in vmbra eius: illuc cõgregati sunt milui, alter ad alterum. ¶16 Requite diligenter in libro Domini, & legite: ʳnum ex eis non defuit, alter alterum non quæsiuit, quia quod ex ore meo procedit, ˢille mãdauit, & Spiritus eius ipse cõgregauit ea. ¶17 Et ipse misit eis sortẽ, & manus eius diuisit eam illis in mẽsuram: ᵗvsque in æternum possidebunt eam, in generatione & generationem habitabũt in ea.

## CAP. XXXV.

Lætitia & consolatio promittitur credentibus in Christum. 6 Signa aduentus Christi. 8 Christus via ad Patrem.

LAtabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. ¶2 Germinans germinabit, & exultabit lætabũda & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi videbũt gloriam Domini, & decõrem Dei nostri. ¶3 Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. ¶4 ᵘDicite, ᵛPusillanimes confortamini, ᵇ& nolite timere. ecce Deus vester vltionem adducet retribu-

tionis: Deus ipse venlet, & saluabit nos.
¶5 Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt. ¶6 Tũc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. ¶7 Et quæ erat arida, erit in stagnũ: & sitiens, in fontes aquarum. In cubilibus in quibus prius dracones habitabant, orietur virror calami & iunci. ¶8 Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam. ¶9 Non erit ibi leo, & mala bestia nõ ascendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint. ¶10 Et redempti à Domino, conuertentur, & venient in Sion cum laude: & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

CAP. XXXVI.

Sennacherib minatur Ezechiæ, probrisq; afficit Deum viuentem. 19 Blasphemia Sennacherib.

ET factum est: in quartodecimo anno regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorũ super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. ¶2 Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Ierusalem, ad regem Ezechiã in manu graui, & stetit in aquæductu piscinæ superioris in via Agri-fullonis. ¶3 Et egressus est ad eũ Eliacim filius Helciæ, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis. ¶4 Et dixit ad eos Rabsaces, Dicite Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum, Quæ est ista fiducia qua confidis? ¶5 Aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti à me? ¶6 Ecce confidis super baculum arundineum contractum istum, super Aegyptũ: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: sic Pharao rex Aegypti omnibus qui cõfidũt in eo. ¶7 Quòd si responderis mihi, in Domino Deo nostro confidimus: nonne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudæ & Ierusalem, Coram altari isto adorabitis? ¶8 Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascẽsores eorum. ¶9 Et quomodo sustinebis faciem Iudicis vnius loci ex seruis domini mei minoribus? Quòd si confidis in Aegypto, in quadrigis, & in equitibus: ¶10 Et nunc nunquid sine Domino ascendi ad terrã istam vt disperderem eam? Dominus dixit ad me, Ascende super terram istam, & disperde eam. ¶11 Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabsacẽ, Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim: ne loquaris ad nos Iudaicè in auribus populi qui est super murum. ¶12 Et dixit ad eos Rabsaces, Nunquid ad dominum tuum & ad te, misit me dominus meus, vt loquerer omnia verba ista: & non potius ad viros qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum vobiscum? ¶13 Et stetit Rabsaces, & clamauit voce magna Iudaicè, & dixit, Audite verba regis magni, regis Assyriorum, ¶14 Hæc dixit rex, Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos. ¶15 Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Domino, dicens, Eruens liberabit nos Dominus, non dabitur ciuitas ista in manu regis Assyriorum. ¶16 Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnusquisque vineam suam, & vnusquisque ficum suam: & bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ, ¶17 Donec veniam & tollam vos ad terrã quæ est vt terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum. ¶18 Nec conturbet vos Ezechias, dicens, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dii Gentium vnusquisque terrã suã de manu regis Assyriorũ? ¶19 Vbi est deus Emath & Arphad? vbi est deus Sepharuaim? nunquid liberauerũt Samariam de manu mea? ¶20 Quis est ex omnibus diis terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, vt eruat Dominus Ierusalẽ de manu mea? ¶21 Et siluerunt, & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim eis rex, dicẽs, Ne respondeatis ei. ¶22 Et ingressus est Eliacim filius Helciæ qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentariis, ad Ezechiã scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

CAP. XXXVII.

Mittit nuntios Ezechias ad Esaiam ob Sennacherib. 5 Promittit Deus victoriam Ezechiæ. 10 Blasphemia Sennacherib. 16 Oratio Ezechiæ. 21 Esaias consolatur Ezechiam, victoriam prænuntians. 36 Angelus Domini occidit exercitum Sennacherib. 38 Occiditur Sennacherib. Asarhaddon regnat pro eo.

ET factum est: quum audisset rex Ezechias, scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domum Domini. ¶2 Et misit Eliacim qui erat super domum, & Sobnã scribam, & seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Esaiam filium Amos prophetam, ¶3 Et dixerunt ad eum, Hæc dicit rex Ezechias, Dies tribulationis, & correptionis, & blasphemiæ dies hæc: quia venerunt filii vsque ad partum, & virtus non est parienti. ¶4 Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus ad blasphemandum Dominum Deum viuentem, & exprobrandum sermonibus quos audiuit Dominus Deus tuus: leua ergo orationem pro reliquiis quæ repertæ sunt. ¶5 Et venerunt serui regis Ezechiæ ad Esaiam, ¶6 Et dixit ad eos Esaias, Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit Dominus, Ne timeas à facie verborum quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. ¶7 Ecce, ego dabo ei spiritũ: & audiet nũtium, & reuertetur ad terrã suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua. ¶8 Reuersus est autem Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum præliãtem aduersus Lobnã. Audierat enim quia profectus esset de Lachis, ¶9 Et audiuit de Tharaca, rege Aethiopiæ, dicentes, Egressus est vt pugnet contra te. Quod quum audisset, misit nuntios ad Ezechiam dicens, ¶10 Hæc dicetis Ezechiæ regi Iudæ, loquentes, Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens, Non dabitur Ierusalem in manu regis Assyriorum. ¶11 Ecce, tu audisti omnia quæ fecerũt reges Assyriorum omnibus terris quas subuerterunt, & tu poteris liberari?

¶11 Nunquid eruerunt eos dii Gentium, quos subuerterunt patres mei Gozam & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thalassar? ¶12 Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex urbis Sepharuaim, Ana & Ava? ¶14 Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorū, & legit eos, & ascendit in domum Domini, & expādit eos coram Domino. ¶15 Et orauit Ezechias ad Dominum, dicens, ¶16 Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super Cherubim: tu es Deus solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cælum & terram. ¶17 Inclina Domine aurem tuā, & audi: aperi oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemandum Deum viuentem. ¶18 Verè enim Domine desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones earum. ¶19 Et dederūt deos earum igni: non enim erant dii, sed opera manuum hominum, lignum & lapis, & cōminuerunt eos. ¶20 Et nunc Domine Deus noster salua nos de manu eius: vt cognoscāt omnia regna terræ quia tu es Dominus solus. ¶21 Et misit Esaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum, ¶22 Hoc est verbum quod locutus est Dominus super eum, Despexit te, & subsannauit te, virgo filia Sion: post te caput mouit, filia Ierusalem. ¶23 Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & leuasti altitudinem oculorum tuorum? Ad Sanctum Israel. ¶24 In manu seruorum tuorum exprobrasti Domino: & dixisti, In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, iuga Libani: & succidam excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis eius, saltū Carmeli eius. ¶25 Ego fodi, & bibi aquam, & exsiccaui vestigio pedis mei omnes riuos aggerum. ¶26 Nunquid non audisti quæ olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plasmaui illud: & nūc adduxi, & factum est in eradicationem collium compugnantium, & ciuitatum munitarum. ¶27 Habitatores earum breuiata manu cōtremuerunt, & confusi sunt: facti sunt sicut fœnum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorum quæ exarsit antequā maturesceret. ¶28 Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum ego cognoui, & insaniā tuā contra me. ¶29 Quum furores aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frænum in labiis tuis, & reducam te in via per quam venisti. ¶30 Tibi autem hoc erit signum. Comede hoc anno quæ sponte nascūtur, & in anno secundo pomis vescere: in anno autem tertio seminate & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum. ¶31 Et mittet id quod saluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquū est, radicem deorsum, & faciet fructū sursum: ¶32 Quia de Ierusalem exibunt reliquiæ, & saluatio de monte Sion: zelus Domini exercituū faciet istud. ¶33 Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyriorum, Non intrabit ciuitatem hanc, & nō iaciet ibi sagittam: & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius aggerē. ¶34 In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatē hanc non ingredietur, dicit Dominus. ¶35 Et protegam ciuitatem istā, vt saluem eam propter me, & propter Dauid seruū meum. ¶36 Egressus est autem Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. & surrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. ¶37 Et egressus est, & abiit: & reuersus est Sēnacherib rex Assyriorum, & habitauit in Niniue. ¶38 Et factum est, quum adoraret in templo Nesrochdeum suum, Adramēlech. & Sarasar filii eius percusserāt eum gladio, fugerūntque in terrā Ararat, & regnauit Asarhaddō filius ejus pro eo.

4. Reg. 19. tob. 1. eccli. 2. Mac. 2. mac.

## CAP. XXXVIII.

Ægrotat Ezechias. 2 Orat Dominum & flet. 4 Accipit signum sanitatis in horoscopo. Canticum Ezechiæ.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: & introiuit ad eum Esaias filius Amos propheta, & dixit ei, Hæc dicit Dominus, Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non vines. ¶2 Et cōuertit Ezechias faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, ¶3 Et dixit, Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. & fleuit Ezechias fletu magno. ¶4 Et factum est verbum Domini ad Esaiam, dicens, ¶5 Vade, & dic Ezechiæ, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationē tuam, & vidi lachrymas tuas, ecce, ego adiciam super dies tuos quindecim annos, ¶6 Et de manu regis Assyriorum eruam te & ciuitatem istam, & protegam eam. ¶7 Hoc autem tibi erit signum a Domino quia faciet Dominus verbum hoc quod locutus est, ¶8 Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. ¶9 Scriptura Ezechiæ regis Iuda quum ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua. ¶10 Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi: quæsiui reliquū annorum meorū. ¶11 Dixi, Non videbo Dominum Deum in terra viuentium, non aspiciam hominem vltrā & habitatorem quietis. ¶12 Generatio mea ablata est, & conuoluta est à me quasi tabernaculū pastorum: præcisa est velut a texēte, vita mea: dū adhuc orditur, succidit me: de mane vsque ad vesperam finies me. ¶13 Sperabam vsque ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea: de mane vsque ad vesperam finies me. ¶14 Sicut pullus hirundinis, sic clamabo, meditabor vt columba: attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum: Domine vim patior, respondē pro me. ¶15 Quid dicam, aut quid respondebit mihi, quum ipse fecerim? recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. ¶16 Domine sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me. ¶17 Ecce, in pace, amaritudo mea amarissima: tu autem eruisti animam meam vt non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. ¶18 Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum, veritatē tuam.

4. Reg. 20. 2. par. 32. isa. 38.

¶19 Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatē tuam. ¶20 Domine saluum me fac, & psalmos nostros cātabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini. ¶21 Et iussit Esaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur. ¶ 22 Et dixit Ezechias, Quod erit signum quia ascendam in domum Domini?

C A P. XXXIX.

Ezechias recipit munera à rege Merodach 3 Increpatur ab Esaia ob ostētatos thesauros.

IN tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotasset, & conualuisset. ¶ 2 Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas suppellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris eius. Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. ¶3 Introiuit autem Esaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei, Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? & dixit Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me de Babylone. ¶4 Et dixit Esaias, Quid viderunt in domo tua? & dixit Ezechias, Omnia quæ in domo mea sunt, viderunt: non fuit res quam nō ostenderim eis in thesauris meis. ¶5 Et dixit Esaias ad Ezechiam, Audi verbum Domini exercituum: ¶ 6 Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui vsque ad diē hanc, in Babylonem: non relinquetur quicquam, dicit Dominus. ¶ 7 Et de filiis tuis qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. ¶8 Et dixit Ezechias ad Esaiam, Bonum verbum Domini quod locutus est. Et dixit, Fiat tantūm pax & veritas in diebus meis.

C A P. XL.

Lætitia & remissio peccatorum per Christum. 3 Iohannes Baptista annuntiat Christum. 6 Hominis fragilitas. 9 Verbum Dei. Christi aduentus. 11 Pastor, Christus. 12 Dei potentia & benignitas. Gentium imbecillitas. 18 In Idololatras. 27 Increpat eos qui dicūt se Deo non esse curæ.

CONsolamini consolamini populē meus, dicit Deus vester: ¶ 2 Loquimini ad cor Ierusalē, & aduocate eam: quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius: susceperit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. ¶3 ‖ Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. ¶ 4 Omnis vallis exaltabitur, & omnis mōs & colles humiliabitur, & erunt prauа in directa, & aspera in vias planas. ¶5 Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutum est. ¶6 ‖ Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. ¶7 Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini suffluauit in eo. Verè fœnū est populus: ¶8 Exsiccatum est fœnum, & cecidit flos: ‖ verbum autem Domini nostri manet in æternum. ¶9 Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Ierusalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ, Ecce Deus vester: ¶10 Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eus dominabitur: ecce, merces eius cum eo, & opus illius coram illo. ¶11 Sicut pastor, gregē suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. ¶12 Quis mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit? quis appēdit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes, & colles in statēra? ¶13 Quis adiuuit Spiritum Domini? aut quis cōsiliarius eius fuit, & ostēdit illi? ¶14 Cum quo iniit cōsiliū, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & eruditiuit eum? scientia, & viam pruдentiæ ostendit illi? ¶15 Ecce, gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum statēræ reputatæ sunt: ecce, insulæ quasi puluis exiguus. ¶16 Et Libanus non sufficiet ad succendendū, & animalia eius non sufficient ad holocaustū. ¶17 Omnes gentes quasi non sunt, sic sunt coram eo, & quasi nihilū & inane reputatæ sunt ei. ¶18 ‖ Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? ¶19 Nunquid sculptile conflabit faber? aut artifex auro figurabit illud, & lāminis argenteis argentarius? ¶20 Forte lignum & imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuat simulachrum quod non moueatur. ¶21 Nunquid nō scietis? nunquid non audistis? nunquid non annuntiatum est vobis ab initio? nunquid nō intellexistis fundamenta terræ? ¶22 Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt quasi locusta: qui extendit velut nihilum cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. ¶23 Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, iudices terræ velut inane fecit: ¶24 Equidem neque plātatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum: repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos. ¶ 25 Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit Sanctus? ¶26 Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc: qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis, & roboris, virtutisque eius neque vnum reliquum fuit. ¶27 Quare dicis Iacob, & loqueris, Israel, absconditа est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meum transiuit? ¶28 Nunquid nescis, aut nō audisti, Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ, & non deficiet, neque laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius? ¶ 29 Qui dat lasso virtutem: & his qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. ¶30 Deficient pueri, & laborabūt, & iuuenes in infirmitate cadēt. ¶31 Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut Aquilæ, curtēt & non laborabunt, ambulabūt & nō deficiēt.

C A P. XLI.

Disceptat Deus cum populis & gentibus de potentia & misericordia sua, tanquam coram iudicibus causam agens. 6 Conspiratio omnium ad fabricandum idolum. 8 Consolantur pii, vt constanter ferant aduersa: prædicitúrque Deum illis in omnibus affuturū.

quæ

Ioh.3.10.b. ezec.34.f.23 & 37.f.24.

Rom.11.d. 1.cor.2.d.16 sapiēt.9.f.13

scientiam.

Act.17.f.29.

confl auit aurifex

fcidis

plantatos, neque satos, neque radicato in terra trunco

tranſibit

11 Idolorũ virtus in annuntiandis futuris, irridetur à Deo. 15 Deus solus qui futura prænũtiat. 16 Christi aduentum prædicit, dæmonibus maximè terribilem. Omnes sunt peccatores, & Christo iustificatore egent.

A 1 Accedant ad me insulæ, & Gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. ¶2 Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se? dabit in conspectu eius Gentes, & reges obtinebunt: dabit quasi pulverem gladio eius, * sicut stipulam vento rapiam arcui eius. ¶3 Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. ¶4 Quis hæc operatus est & fecit, vocans generationes ab exordio? ego Dominus, primus & nouissimus ego sum. ¶5 Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terræ obtupuerunt, appropinquauerunt, & accesserunt. ¶6 Vnusquisque proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet, Confortare. ¶7 Confortauit faber æratius percutiens malleo eum qui cudebat tunc temporis, dicens glutino. Bonum est: & cõfortauit eum clauis, vt non moueretur. ¶8 Et tu Israel seruus meus, Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei, ¶9 in quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi, seruus meus es tu, elegi te, & nõ abieci te, ¶10 Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepi te dextera iusti mei. ¶11 Ecce cõfundentur & erubescent omnes qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. ¶12 Quæres eos, & non inuenies: viros rebelles tuos, & erunt quasi non sint: & veluti consumptio hominis bellantis aduersum te. ¶13 Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicẽsque tibi, Ne timeas, ego adiuui te. ¶14 Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redẽptor tuus sanctus Israel. ¶15 Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens tostas ferrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quasi pulueres pones. ¶16 Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo dispergetos: & tu exultabis in Domino, in Sancto Israel lætaberis. ¶17 Egeni & pauperes quærunt aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos. ¶18 Aperiam in * supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuia in riuos aquarũ. ¶19 Dabo in solitudine cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul: ¶20 Vt videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud. ¶21 Propẽ facite iudicium vestrum, dicit Dominus: afferte, si quid forte habetis, dixit rex Iacob. ¶22 Accedant, & nuntient nobis quæcunque uentura sunt: priora quæ fuerunt nuntiate: & ponemus cor nostrũ, & sciemus nouissima eorum, & quæ uentura sunt indicate nobis. ¶23 Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia dii estis vos. bene quoque aut male, si potestis, facite: & loquamur, & videamus simul. ¶24 Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod nõ est: abominatio est qui elegit vos. ¶25 Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab ortu solis: vocabit nomẽ meum, & adducet magistratus quasi lutum, & velut plaste conculcans humum. ¶26 Quis annuntiauit ab exordio, vt sciemus: & a principio, vt dicamus, Iustus es? non est neque annuntians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros. ¶27 Primus ad Sion dicet, Ecce adsum, & Ierusalem euangelistam dabo, ¶28 Et vidi, & non erat neque ex istis quisquam qui iniret consilium, & interrogatus respondereret verbum. ¶29 Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum, ventus & inane simulachra eorum.

CAP. XLII.

Christus Patri placet. 2 Lenitas Christi. 6 Christus, ædus nostrum. 8 Gloria & laus Deo. 10 Orientales Christo credẽtes. 14 Fidelibus in afflictione etiãsi nullum appareat auxilium, tamen iuuantur. 18 Increpantur inere duli Iudæi, qui auditi a nde diti pti sũt à Deo.

A Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi Spiritum meum super eum, iudicium Gẽtibus proferet. ¶2 Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris. ¶3 Calamum quassatum non conteret, & linũ fumigans non extinguet: in veritate educet iudicium. ¶4 Non erit tristis, neque turbulẽtus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insulæ expectabunt. ¶5 Hæc dicit Dominus Deus creans cælos, & extendẽs eos: firmãs terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo qui est super eam, & spiritum calcantibus eam. ¶6 Ego Dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuam, & seruaui te. B Dedi te in fœdus Populi, in luce Gentium: ¶7 Vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. ¶8 Ego Dominus, hoc est nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. ¶9 Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoque ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam. ¶10 Cantate Domino canticum nouum, laus eius ab extremis terræ, qui descenditis in mare, & plenitudo eius: insulæ, & habitatores earum. ¶11 Sublleuetur desertum & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ de vertice mõtium clamabunt: ¶12 Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt. ¶13 Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir præliator suscitabit zelum: vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos cõfortabitur. ¶14 Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul. ¶15 Desertos faciam montes, & colles: & omne gramen eorũ exiccabo: & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. ¶16 Et * educam cæcos in via quam nescient: & in semitis quas ignoraverunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & prava in recta. hæc verba feci eis, & non dereliqui eos. ¶17 Conuersi sunt retrorsum: confundantur confusione, qui confidunt

Ff 4

*&

44.2.6, & 48.b.12. apoc.1.d.17, & 22.c.13.

mouebitur.

*homines bellantes

*supremis

*

in sculptili, qui dicit conflatili, Vos dii nostri. ¶18 Surdi audite, & cæci intuemini ad videndū. ¶19 Quis cæcus, nisi seruus meus? & surd', nisi ad quē nuntios meos misi? quis cæcus, nisi qui vænundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini? ¶20 Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies? ¶21 Et Dominus voluit vt sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret. ¶22 Ipse autem populus direptus, & vestatus: laqueis iuuenū omnes, & in domibus catcerū absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat: in direptionē, nec est qui dicat, Redde. ¶23 Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat, & auscultet futura? ¶24 Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastatibus? nonne Dominus ipse, cui peccauimus? & noluerunt in vijs eius ambulare, & non audierunt legem eius. ¶25 Et effudit super eum indignatione furoris sui, & fortē bellum: & combussit eum in circuitu, & non cognouit: & succendit eum, & non intellexit.

CAP. XLIII.

Promittit Christus se liberatorem affuturū Ecclesiæ suæ quam redemit. 5 Gentiū vocatio in Dei gloriā. 9 Testimonio omniū populoū probat Deus se Deū verū, & idola vana, ideōque sibi soli tidendum. 14 Commemorata reductione Iudæorum ex captiuitate Babylonica, redit ad libertatem per Christū nobis partam, gentes in vnā Ecclesiam suam congregātem. 22 Cultus externus fide destitutus, relictur. 25 Christus factus homo per quem remittuntur nobis peccata. Nulla in nobis iustitia.

ET nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel: noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo: meus es tu. ¶2 Quū trānieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: quum ambulaueris in igne, non comburēris, & flamma non ardebit in te: ¶3 Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel saluator tuus, dedi propitiationem tuā Aegyptum, & Aethiopiam & Saba pro te. ¶4 Ex quo honorabilis fact' es in oculis meis, & gloriosus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua. ¶5 Noli timere, quia ego tecum sum: ab Oriente adducā semen tuum, & ab Occidente congregabo te. ¶6 Dicam Aquiloni, Da: & Austro, Noli prohibere, affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ. ¶7 Et omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creaui eum, formaui eum, & feci eum. ¶8 Educ foras populum cæcum, & oculos habentem: surdū, & aures ei sunt. ¶9 Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus: quis in vobis annuntiet istud, & quæ prima sunt, audire vos faciet? dent testes eorum, & iustificētur, & audiant, & dicant, Verē. ¶10 Vos testes mei, dicit Dominus, & seruus meus quem elegi: vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. ante me non est formatus deus, & post me non erit. ¶11 Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me saluator. ¶12 Ego annuntiaui, & saluaui: auditum feci, & nō fuit in vobis alienus. vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus. ¶13 Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud? ¶14 Hæc dicit Dominus redemptor vester, sanctus Israel, Propter vos emisi in Babylonem, & detraxi vectes vniuersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriantes. ¶15 Ego Dominus sanctus vester, creans Israel rex vester. ¶16 Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrētibus semitam. ¶17 Qui eduxit quadrigam & equum, agmen & robustum, simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linū, & extincti sunt. ¶18 Ne memineritis priorum, & antiqua ne intuearmini. ¶19 Ecce ego facio noua, & nunc orientur, vtique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in inuio flumina. ¶20 Et glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darem potum populo meo, electo meo. ¶21 Populum istum formaui mihi, laudē meā narrabit. ¶22 Non me inuocasti Iacob, nec laborasti in me Israel: ¶23 Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, & victimis tuis non glorificasti me: nō te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure. ¶24 Non emisti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriasti me. Veruntamē seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborem in iniquitatibus tuis. ¶25 Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. ¶26 Reduc me in memoriam, & iudicemur simul: narra siquid habes vt iustificeris. ¶27 Pater tuus primus peccauit, & interpretes tui præuaricati sunt in me. ¶28 Et contaminauit principes sanctos, & dedi ad internecionem Iacob, & Israel in blasphemiam.

CAP. XLIIII.

Dimissis peccatis, abundantia donorum spiritualium promittitur. 6 Deus prædicat suam potentiam. 9 Idolōrum nulla potentia. 21 Populo Dei dimissa peccata. 23 Gratiarum actio. 24 Potēriam suam Deus inculcat, & sua beneficia commemorat.

ET nunc audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi, ¶2 Hæc dicit Dominus faciēs & formans te, ab vtero auxiliator tuus: noli timere seruе meus Iacob, & rectissime quem elegi. ¶3 Effundam enim aquas super sitiētem, & fluenta super aridam: effundam Spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. ¶4 Et germinabūt inter herbas quasi salices iuxta prætereuntes aquas. ¶5 Iste dicet, Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribet manu sua, Domino: & in nomine Israel assimilabitur. ¶6 Hæc dicit Dominus rex Israel, & redemptor eius Dominus exercituum, Ego primus, & ego nouissimus, & absque me non est Deus. ¶7 Quis similis mei? vocet & annuntiet: & ordinem exponat mihi, ex quo constituī populum antiquum: ventura & quæ futura sunt annuntient eis. ¶8 Nolite timere, neque conturbemini: ex tunc audire te feci, & annuntiaui: vos estis testes mei. nūquid est Deus absque me, & formator quem ego non nouerim? ¶9 Plastæ idōli omnes nihil sunt, & amātissima eorum non proderunt eis. ipsi sunt testes eorum, quia non vident neque intelligūt, vt confundantur. ¶10 Quis formauit deum, & sculptile conflauit ad nihil vtile? ¶11 Ecce,

A Ierem. 30. b. 10. & 46. g. 27.

Ioel 2. g. 28. Act. 2. c. 21. Iohan. 7. f. 38

B

C

1. Cor. 5. d. 17. Apoc. 21. b. 5.

omnes participes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus: conueniant enim omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul. ¶12 Faber ferrarius lima operatus est: in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: esuriet & deficiet, non bibet aquam, & lassescet. ¶13 Artifex ligurius extēdit normam, formauit illud in runcina: fecit illud in angularibus, & in circino cornauit illud: & fecit imaginem viri quasi speciosum homini habitanti in domo. ¶14 Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum quæ steterat inter ligna saltus: plantauit pinum, quā pluuia nutriuit. ¶15 Et facta est hominibus in focum: sumpsit ex eis, & calefactus est: & succēdit, & coxit panes: de reliquo autē operatus est deum, & adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante illud. ¶16 Medium eius cō buſſit igni, & de medio eius carnes ^coxit &' comedit: coxit pulmentum, & saturatus est, & calefactus est, & dixit, Vah, calefactus sum, vidi focum. ¶17 Reliquū autem eius deum fecit & sculptile sibi: curuatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat, dicens, Libera me: quia deus meus es tu. ¶18 Nescierunt, neque intellexerūt: obliti enim sunt, ne videāt oculi eorum, & ne intelligant corde suo. ¶19 Non recogitant in mēte sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, vt dicant, Medietatem eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de relliquo eius idōlum faciam, ante truncum ligni procidam. ¶20 Pars eius cinis est: cor insipiens ^adorabit illud, & non liberabit animam suam, neque dicet, Forte mendacium est in dextera mea. ¶21 Memento horum Iacob & Israel, quoniam seruus meus es tu: formaui te, seruus meus es tu Israel, non obliuiscaris mei. ¶22 Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulā peccata tua: reuertere ad me, quoniā redemi te. ¶23 Laudate cæli, quoniam ^misericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ: resonate montes laudationem, saltus & omne lignum eius: quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel gloriabitur. ¶24 Hæc dicit Dominus redēptor tuus, & formator tuus ex vtero, Ego sum Dominus faciēs omnia, extendens cælos solus, stabiliens terram, & nullus mecum. ¶25 Irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem vertens. Cōuertens sapientes retrorsum: & scientiam eorū stultam faciens. ¶26 Suscitās verbum serui sui, & consilium nuntiorum suorum complens. Qui dico Ierusalem, Habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, Ædificabimini, & deserta eius suscitabo. ¶27 Qui dico profundo, Desolare, & flumina tua arefaciam. ¶28 Qui dico Cyro, Pastor meus es: & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Ierusalem, Ædificaberis: & templo, Fundaberis.

Sapiēt. 13. c. 11. Ier. 10. a. 3.

*& adorauit

CAP. XLV.

De restituendis Iudæis per Cyrum, prophetat Esaias. 8 Iudæorum suspiria in captiuitate optantiū remissionem peccatorum. 9 Impii offensi in factis Dei quòd populus Dei affligatur. 13 Cyro à Deo misso vt reducer et captiuos Iudæos, promittitur imperiū eriā in alias gētes. 15 Iudæi reducēdi è captiuitate. 20 Insultatio in Babylonios. 22 Fidem requirit Deus in suas promissiones, promittentes salutem.

HÆc dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciā ante faciem eius Gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo lanuas, & portæ nō claudentur. ¶2 Ego ante te ibo: & gloriosos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. ¶3 Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorū: vt scias quia ego Dominus qui voco nomen tuum Deus Israel. ¶4 Propter seruum meum Iacob, & Israel electum meum, & vocaui te ^nomine tuo: assimilaui te, & nō cognouisti me. ¶5 Ego Dominus, & nō est ^alius: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognouisti me: ¶6 Vt sciant hi qui ab Ortu solis, & qui ab Occidente quoniā absque me non est. Ego Dominus, & non est alter: ¶7 Formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc. ¶8 Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul. Ego Dominus creaui eum. ¶9 Væ qui contradicit ^victori suo, testa de samiis terræ. Numquid dicet lutum figulo suo, Quid facis, & opus tuum absque manibus est? ¶10 Væ qui dicit patri, Quid generasti? & mulieri, Quid parturisti? ¶11 Hæc dicit Dominus sanctus Israel plastes eius, & futura interrogate me: super filios meos, & super opus manuum mearum ^mandastis mihi. ¶12 Ego feci terram: & hominem super eam creaui: ego, ^& manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorū mandaui. ¶13 Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, non in pretio, neq; in muneribus, dicit Dominus Deus exercituū. ¶14 Hæc dicit Dominus, Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopiæ, & Sabæim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt. Post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur: Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. ¶15 Verè tu es Deus absconditus, Deus Israel saluator. ¶16 Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum. ¶17 Israel saluatus est in Domino salute æternā: nō confundemini, & non erubescetis vsque in seculum seculi. ¶18 Quia hæc dicit Dominus, (creans cælos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes eius: non in vanum creauit eam: vt habitaretur formauit eam. ego Dominus, & non est alius.) ¶19 Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebroso: non dixi semini Iacob, Frustra quærite me. ego Dominus loquens iustitiam, annuntians recta. ¶20 Congregamini, & venite, & accedite simul qui saluati estis ex Gentibus: nescierunt qui leuant lignum sculpturæ suæ, & rogant deum non saluantem. ¶21 Annuntiate, & venite, & consiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio, extunc prædixit illud? nunquid non ego Dominus, & non est vltra Deus absque me? Deus iustus & saluans non est præter me. ¶22 Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius. ¶23 In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non euertetur: quia mihi curuabitur omne genu,

& intabit omnis lingua, ¶24 Ego in Domino. Dicet, Mea iust iustidiæ & imperium: ad eum venient, & confundêtur omnes qui repugnãt ei. ¶25 In Domino iustificabitur & laudabitur omne semen Israel.

CAP. XLVI.

Idola Babyloniorum destructa. 3 Deus ad sui cognitionem filios Israel vocat, vt ei omnia accepta ferant, non idolis: promittens per Cyrum liberationẽ. 12 Infideles promissæ saluti non credentes.

¶Conflatus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorum bestiis & iumentis, onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem. ¶2 Contabuerunt, & cõtrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit. ¶3 Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. ¶4 Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo. ¶5 Cui assimilastis me, & adæquastis & comparastis me, & fecistis similem? ¶6 Qui contertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis: conducentes artificem, vt faciat deum: & procidunt & adorant. ¶7 ‖ Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo, & stabit, ac de loco suo non mouebitur. sed & quum clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non saluabit eos. ¶8 Mementote istud, & *confundamini: recolite præuaricatores ad cor. ¶9 Recordamini prioris seculi, quoniam ego sum Deus, & non est vltrà Deus, nec est similis mei: ¶10 Annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt, dicens, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet: ¶11 Vocans ab Oriente auem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ. & locutus sum, & adducam illud: creaui, & faciam illud. ¶12 Audite me duro corde, qui lõgè estis à iustitia: ¶13 Propè feci iustitiã meã, non elongabitur: & salus mea nõ morabitur. Dabo in Sion salutem, & *in Israel gloriam meam.

CAP. XLVII.

Regni Babylonii destructio.

DEscende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia vltrà non vocaberis mollis & tenera. ¶2 Tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina. ¶3 ‖ Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum: vltionem capiam, & non resistet mihi homo. ¶4 Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, Sanctus Israel. ¶5 Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltrà domina regnorum. ¶6 Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordias: super senem aggrauasti iugum tuum valde. ¶7 Et dixisti, In sempiternum ero domina. non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es nouissimi tui. ¶8 Et nunc audi hæc delicata, & habitans confidenter, quæ dicis in corde tuo, Ego sum, & non est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. ¶9 ‖ Venient tibi duo hæc subitò in die vna, sterilitas, & viduitas. vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorũ, & propter duritiam incãtatorum tuorum vehementem. ¶10 Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti, Non est qui videat me. Sapiẽtia tua & scientia tua hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo, Ego sum, & præter me non est altera. ¶11 Veniet super te malũ, & nescies ortum eius: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repentè miseria quam nescies. ¶12 Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorũ in quibus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. ¶13 Defecisti in multitudine consiliorum tuorum: stent, & saluent te augures cæli, qui contemplabantur sydera, & supputabant mẽses, vt ex eis annũtiarent vẽtura tibi. ¶14 Ecce, facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos: non liberabunt animam suam de manu flammæ: non sunt prunæ quibus calefiant, nec focus, vt sedeant ad eum. ¶15 Sic facta sunt tibi in quibuscũque laborauerasnegotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt, non est qui saluet te.

CAP. XLVIII.

In Iudæos hypocritas, nomine quidem in Deo gloriantes, factis autem Deum negantes. 4 Iudæorum gens obstinata. 9 Expectat nos Deus ad pœnitentiam, vt glorificetur ob seruatum populum. 16 Isaiæ verba consolantis populum in captiuitate.

AUdite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini non in veritate neq; in iustitia. ¶2 De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deũ Israel constabiliti sunt: Dominus exercituum nomen eius. ¶3 Priora ex tunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repentè operatus sum, & venerunt. ¶4 Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus cervix tua, & frons tua ærea. ¶5 Prædixi tibi extunc: antequam venirent indicaui tibi, ne fortè diceres, Mõla mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista. ¶6 Quæ audisti, vide omnia: vos autem num annuntiastis? Audita feci tibi noua extunc, & conseruata sunt quæ nescis: ¶7 Nunc creata sunt, & non extunc: & ante diem, & non audisti ea, ne fortè dicas, Ecce ego cognoui ea. ¶8 Neque audisti, neque cognouisti, neque extunc aperta est auris tua. scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te. ¶9 Propter nomen meum longè faciam furorem meum: & laude mea infrænabo te, ne intereas. ¶10 Ecce, excoxi te, sed non quasi argentũ, elegi te in camino paupertatis. ¶11 Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer, & gloriã meam alteri nõ dabo. ¶12 Audi me Iacob, & Israel quem ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissimus. ¶13 Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mẽsa est cælos: ego vocabo eos, & stabunt simul. ¶14 Congregamini omnes vos, & audite: quis de eis annuntiauit hæc? Dominus dilexit eũ, faciet voluntatem suam in Babylone, & brachiũ suũ in Chaldæis. ¶15 Ego ego locutus sũ,

C

D

E

A

B

F

v. 42. b. 8. & 41. b. 4. & 44. a. 6.

& vocaui eũ: adduxi eũ, & directa est via eius.
¶16 Accedite ad me, & audite hoc: non à principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequã fieret, ibi eram, & nũc Dominus Deus misit me, & Spiritus eius. ¶17 Hæc dicit Dominus Deus redẽptor tuus Sanctus Israel, Ego Dominus Deus tuus docẽs te vtilia, gubernans te in via qua ambulas. ¶18 Vtinã attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris. ¶19 Et fuisset quasi arena semen tuum, & stirps vteri tui vt lapilli eius: non interiisset, & nõ fuisset attrita nomen eius à facie mea. ¶20 Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis. in voce exultationis annuntiate: auditum facite hoc, & efferte illud vsque ad extremũ terræ. Dicite, Redemit Dominus seruũ suum Iacob. ¶21 Non sitierunt in deserto, quum educeret eos: aquam de petra produxit eis, & scidit petrã, & fluxerũt aquæ. ¶22 Non est pax impiis, dicit Dominus.

Exod.17.b.6.

Num.20.b.11.

CAP. XLIX.

Postquam differuit de futura populi redemptione, descendit ad Christũ, cuius auspiciis populus è Babylone, quemadmodum & olim ex Ægypto eductus est. Ipsúmq; loquẽtem introducit: nec tãtum Iudæos compellat, sed transmarinos populos.

A Vdite insulæ, & attendite populi dẽlonge: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. ¶2 Et posuit os meum quasi gladium acutũ: in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. ¶3 Et dixit mihi, Seruus meus es tu Israel, quia in tẽ gloriabor. ¶4 Et ego dixi, In vacuum laboraui, sine causa, & vanè fortitudinem meam cõsumpsi: ergo iudicium meũ cum Domino, & opus meũ cũ Deo meo. ¶5 Et nunc hæc dicit Dominus, formãs me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad eũ, & Israel ad eum cõgregabitur: & glorificatus sũ in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea. ¶6 Et dixit, Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel conuertendas. Dedi te in lucem Gẽtium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. ¶7 Hæc dicit Dominus redẽptor Israel, Sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gẽtem, ad seruum dominorum: Reges videbũt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, & Sanctum Israel qui elegit te. ¶8 Hæc dicit Dominus, In tempore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruaui te, & dedi te in fœdus Populi, vt susciteres terram, & possideres hæreditates dissipatas: ¶9 vt diceres his qui vincti sunt, exite: & his qui in tenebris, Reuelamini. Super vias pascẽtur, & in omnibus planis pascua eorum. ¶10 Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarũ potabit eos. ¶11 Et ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. ¶12 Ecce isti dẽlonge venient, & ecce illi ab Aquilone & Mari, & isti de terra Australi. ¶13 Laudate cæli, & exulta terra, iubilate mõtes laudem: quia cõsolatus est Dominus populũ suũ, & pauperum suorũ miserebitur. ¶14 Et dixit Sion, Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. ¶15 Nũquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt nõ miseretur filio vteri sui? etsi illa oblita fuerit, ego tamẽ nõ obliuiscar tui. ¶16 Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis sẽper. ¶17 Venerũt structores tui: destruentes te, & dissipãtes à te exibũt. ¶18 Leua in circuitu oculos tuos & vide, omnes isti cõgregati sunt, venerũt tibi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnib' his, velut ornamẽto vestiẽris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. ¶19 Quia deserta tua, & solitudines tuæ, & terra ruinæ tuæ nũc angusta erũt præ habitatoribus, & lõgè fugabuntur qui absorbebant te. ¶20 Adhuc dicẽt in auribus tuis filii sterilitatis tuæ, Angustus est mihi locus, fac spatiũ mihi vt habitẽ. ¶21 Et dices in corde tuo, Quis genuit mihi istos? ego sterilis, & nõ paries, transmigrata & captiua: & istos quis enutriuit? ego destituta & desolata: & isti vbi hic erant? ¶22 Hæc dicit Dominus Deus, Ecce, leuabo ad Gentes manũ meã, & ad populos exaltabo signũ meũ. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabuntur. ¶23 Et erũt reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terra demisso adorabũt te, & pulueré pedũ tuorũ lingẽt. Et scies quia ego Dominus, super quo nõ confundẽtur qui expectãt eũ. ¶24 Nũquid tolletur à forti præda? aut quod captũ fuerit à robusto, saluũ esse poterit? ¶25 Quia hæc dicit Dominus, Quid & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robusto, saluabitur. Vos verò qui iudicauerũt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. ¶26 Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur: & scíet omnis caro quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis, Iacob.

Isa.42.b.6.

Isa.11.g.47.

CAP. L.

Iudæi reiecti à Deo, quòd Christum non recepissent. 2 Potẽtia Dei nõ minuitur. 4 Christus docet. 5 Christi obedẽtia. 6 Christus cõputus & alapis cæsus. 8 Christus innocẽs, victor. 10 Inimicis Christi pœnitentibus, venia promittitur.

Hæc dicit Dominus, Quis est hic liber repudii matris vestræ, quo dimisi eam? aut qui est creditor meus, cui vendidi vos? ecce enim in iniquitatibus vestris vẽditi estis, & in sceleribus vestris dimissa matre vestra. ¶2 Quia veni, & nõ erat vir: vocaui, & non erat qui audiret. Nunquid abbreuiata & parualacta est manus mea, vt nõ possim redimere? aut nõ est in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea desertũ facio mare, ponoq; flumina in siccum: computrescent pisces eius sine aqua, & morientur in siti. ¶3 Induo cælos tenebris, & saccum ponam operimẽtum eorũ. ¶4 Dominus dedit mihi linguã eruditam, vt sciam sustẽtare eum qui lassus est, verbo: erigit mane, mane erigit mihi aurẽ, vt audiã quasi magistrum. ¶5 Dominus Deus aperuit mihi aurẽ, ego autem nõ contradico, retrorsum non abii. ¶6 Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuẽtibus in me. ¶7 Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam vt petram durissimam, & scio quoniam non cõfundar. ¶8 Iuxtà est qui

Apoc.7.d.16.

ff iii.

Iustificat me, quis contradicet mihi? stemus simul: quis est aduersarius meus? accedat ad me. ¶ 9 Ecce Dominus Deus, auxiliator meus: quis est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.
¶ 10 Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem serui sui, qui ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suū. ¶ 11 Ecce vos omnes accedētes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

CAP. LI.

Iudæos hortatur Propheta, ne desperent ob suam paucitatem. Et eos reducit in memoriam originis sux, vt intelligant se, tametsi exigux reliquiæ essent, augeri à Deo ac multiplicari posse.

AVdite me qui sequimini quod iustum est, & quæritis Dominum: attendite ad petrā vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis. ¶ 2 Attendite ad Abraham patrē vestrū, & ad Sarā quæ peperit vos: quia vnū vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. ¶ 3 Cōsolabitur ergo Dominus Sīō, & cōsolabitur ōnes ruinas eius: & ponet desertū eius quasi deliciας, & solitudinē ei quasi hortū Domini: gaudiū & lætitia inuenietur in ea, gratiarū actio, & vox laudis. ¶ 4 Attendite ad me populе meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet, & iudicii meū in lucē Populorū requiescet. ¶ 5 Prope est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabūt: me insulæ expectabūt, & brachium meum sustinebunt. ¶ 6 Leuate in cælū oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cæli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibūt: salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. ¶ 7 Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. ¶ 8 sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea: salus autē mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum. ¶ 9 Consurge consurge, induere fortitudinem brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? ¶ 10 Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis: qui posuisti profundum maris vlam, vt transirent liberati? ¶ 11 Et nunc qui redempti sunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus. ¶ 12 Ego ego ipse consolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita aresecet? ¶ 13 Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cælos, & fundauit terram: & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum: vbi nunc est furor tribulātis? ¶ 14 Citō veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vsque ad internecionē, nec deficiet panis eius. ¶ 15 Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius, Dominus exercituum nomen meum. ¶ 16 Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cælos, & fundes terram: & dicas ad Sion, Populus meus es tu. ¶ 17 Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius: vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. ¶ 18 Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit: & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. ¶ 19 Duo sunt quæ occurrerunt tibi: quis contristābitur super te vastitas & contritio, & fames & gladius, quis consolabitur te? ¶ 20 Filii tui projecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut bestia illaqueata: pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui. ¶ 21 Idcirco audi hoc paupercula & ebria non à vino. ¶ 22 Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnauit pro populo suo, Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, non adiicies vt bibas illum vltrà. ¶ 23 Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ, incurua vt trānseamus: & posuisti vt terram corpus tuū, & quasi viam transeuntibus.

CAP. LII.

Finem tribulationis prænuntiat à falsis doctoribus & prophetis, sicut olim à captiuitate Babylonica. 7 De prædicatoribus missis ad euangelizandū. 9 Laus ob remissionē per Christum. 11 De Christi passione & glorificatione.

CONsurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimenti gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas Sancti: quia non adiiciet vltrà vt pertranseat per te incircumcisus & immundus. ¶ 2 Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem: solue vincula colli tui captiua filia Sion. ¶ 3 Quia hæc dicit Dominus, Gratis vænundati estis, & sine argento redimemini. ¶ 4 Quia hæc dicit Dominus Deus, In Aegyptum descēdit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur absque vlla causa calumniatus est eum. ¶ 5 Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus: quoniam ablatus est populus meus gratis? Dominatores eius iniquè agunt, dicit Dominus, & iugiter tota die nomē meum blasphematur. ¶ 6 Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. ¶ 7 Quam pulchri super montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem: annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, Regnabit Deus tuus. ¶ 8 Vox speculatorum tuorum leuauerūt vocem, simul laudabūt: quia oculo ad oculum videbunt quum conuerterit Dominus Sion. ¶ 9 Gaudete, & laudate simul deserta Ierusalē: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Ierusalem. ¶ 10 Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium Gentium: & videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. ¶ 11 Recedite, recedite, exite inde, & polluti nolite tangere: exite de medio eius, mundamini qui fertis vasa Domini. ¶ 12 Quoniam nō in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & cō

Ezech.49.2.3.2.
F
2.47.b.9.
G
oryx illaqueatus
Gene.46.2.4.
H
Regnauit
C
Psal.97.2.2.
1.Cor.6.d.17.
D

gregabit vos Deus Israel. ¶13 Ecce, intelliget ser-
uus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis
erit valde. ¶14 Sicut obstupuerūt super te mul-
ti: sic inglorius erit inter viros aspectus eius,
& forma eius inter filios hominum. ¶15 Iste a-
sperget Gentes multas, super ipsum contine-
bunt reges os suum: quia quibus non est nar-
ratum de eo, viderunt: & qui non audierunt,
contemplati sunt.

Rom.15.e.21.

CAP. LIII.

Quòd nō omnes obediāt Euāgelio. 3 Affli-
ctio Christi pro peccatorū nostrorum satisfa-
ctione. 6 Omnes peccatores: omnib⁹ Christo o-
pus. Christi innocētia. Iustitia nostra Christ⁹.

Quis credidit auditui nostro? & brachium
Domini cui reuelatum est? ¶2 Et ascen-
det sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitient: non est species ei,
neque decor: & vidimus eum, & nō erat aspe-
ctus, & desiderauimus eum. ¶3 Despectum, & no-
uissimum virorum, virum dolorum & scien-
tem infirmitatem: & quasi absconditus vultus
eius & despectus, vnde nec reputauimus eum.
¶4 Verè languores nostros ipse tulit, & dolo-
res nostros ipse portauit: & nos putauimus eū
quasi leprosum, & percussum à Deo & humi-
liatum. ¶5 Ipse autem vulneratus est propter
iniquitates nostras, attritus est propter scelera
nostra: disciplina pacis nostræ super eum, &
liuore eius sanati sumus. ¶6 Omnes nos quasi
oues errauimus, vnusquisque in viā suā decli-
nauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem o-
mnium nostrū. ¶7 Oblatus est quia ipse vo-
luit, & nō aperuit os suū: sicut ouis ad occisio-
nē ducetur, & quasi agnus coram tondente se, ob-
mutescet, & nō aperiet os suum. ¶8 De angu-
stia & de iudicio sublatus est: generationē eius
quis enarrabit? quia abscissus est de terra viuē-
tium: propter scelus populi mei percussi eū.
¶9 Et dabit impios pro sepultura, & diuitem
pro morte sua: eo quòd iniquitatē nō fecerit,
neq; dolus fuerit in ore eius. ¶10 Et Dominus
voluit conterere eū in infirmitate: si posuerit
pro peccato animā suā, videbit semē longæuū,
& voluntas Domini in manu eius dirigetur.
¶11 Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit
& saturabitur: in scientia suā iustificauit ipse
iustus⁹ seruus meus⁹ multos, & iniquitates eo-
rum ipse portabit. ¶12 Ideo dispertiā ei pluri-
mos, & fortiū diuidet spolia, pro eo quòd tra-
didit in mortem animam suam, & cum scelera
tis reputatus est: & ipse peccata multorum tu-
lit, & pro transgressoribus rogauit.

Iohā.12.f.38. rom.10.c.16. ⁴ascendit

Marc.9.b.12.

Matth.8.c.17. 1.pet.2.d.24.

2.Cor.15.a.3.

Iohā.10.c.17.

Matt.26.f.63. act.8.f.32.

1.Pet.2.d.22. 1.Iohā.3.a.5.

⁵Iustificabit ⁶seruus meus

CAP. LIIII.

Plates ex gētibus Christo credentes quàm
ex Iudæis. 4 Promissionē suam de regno Chri-
sti cōfirmat Deus, ne quid timeamus. 11 Cōsola-
tio, qua magnificētia, securitas, & fœlicitas re-
gni Christi docetur. 13 Christiani à Deo docti.

Lauda sterilis quæ non paris: decanta lau-
dem, & hinni quæ non pariebas: quoniam
multi filii desertæ magis quàm eius quæ ha-
bebat virum, dicit Dominus. ¶2 Dilata locum
tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum
extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos,
& clauos tuos confolida. ¶3 Ad dexteā enim,
& ad læuam penetrabis: & semen tuū Gentes
hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.

Luc.22.d.29. galat.4.d.27. ⁷Lætare ⁸habet

¶4 Noli timere, quia non confundēris, neque
erubescas: non enim te pudebit, quia confusio-
nis adolescentiæ tuæ obliuiscēris, & opprobrii
viduitatis tuæ nō recordaberis amplius. ¶5 Quia
dominabitur tui qui fecit te, Dominus exerci-
tuum nomen eius: & redemptor tuus Sanctus
Israel, Deus omnis terræ vocabitur. ¶6 Quia vi-
mulierem derelictā, & mœrentem spiritu vo-
cauit te Dominus, & vxorem ab adolescentiā
abiectam, dixit Deus tuus. ¶7 Ad punctum in
modico dereliqui te, & in miserationibus ma-
gnis congregabo te. ¶8 In momento indigna-
tionis abscondi faciem meam parumper à te,
& in misericordia sempiterna misertus sū tui:
dixit redēptor tuus Dominus. ¶9 Sicut in die-
bus Noe istud mihi est, cui iurauī ne induceret
aquas vltrà supra terram: sic iurauī vt non i-
rascar tibi, & non increpem te. ¶10 Montes e-
nim commouebuntur, & colles contremiscēt:
misericordia autē mea non recedet à te, & fœ-
dus pacis meæ nō mouebitur: dixit miserator
tuus Dominus. ¶11 Paupercula tempestate con-
tusa, absque vlla consolatione, ecce ego ster-
nam per ordinem lapides tuos, & fundabo te
in sapphiris, ¶12 & ponā iaspidem propugna-
cula tua: & portas tuas in lapides sculptos, &
omnes terminos tuos in lapides deūderabiles:
¶13 Vniuersos filios tuos doctos à Domino: &
multitudinē pacis filiis tuis. ¶14 Et in iustitia
fundaberis: recede procul à calūnia, quia non
timebis: & à pauore, quia nō appropinquabit
tibi. ¶15 Ecce accola veniet, qui nō erat mecū,
aduena quondā tuus adiūgetur tibi. ¶16 Ecce
ego creaui fabrum flatūantē in igne prunas, &
proferentē vas in opus suum, & ego creaui in-
terfectorem ad disperdendum. ¶17 Omne vas
quod fictum est contra te, non dirigetur: & o-
mnem linguā resistentē tibi in iudicio, iudica-
bis. Hæc est hæreditas seruorū Domini, & iu-
stitia eorum apud me, dicit Dominus.

CAP. LV.

Exhortatur ad audiendum verbum Domi-
ni. 6 Pœnitentia. 7 Misericordia. 10 Verbū Dei
prædicatum fructificans. 12 Lætitia.

Omnes sitientes venite ad aquas: & qui nom
habetis argentum, properate, emite &
comedite: venite, emite absque argento, & absq;
vlla commutatione vinum & lac. ¶2 Quare
appenditis argentum non in panibus, & la-
borem vestrum non in saturitate? Audite au-
dientes me, & comedite bonum, & delectabi-
tur in crassitudine anima vestra. ¶3 Inclinate
aurem vestram, & venite ad me: audite, & vi-
uet anima vestra, & feriam vobiscum pactum
sempiternum misericordias Dauid fidelis.
¶4 Ecce testem populis dedi eum, ducem ac
præceptorem Gentibus. ¶5 Ecce, gentem quam
nesciebas, vocabis: & gentes quæ te non cogno-
uerunt, ad te current propter Dominum De-
um tuum, & Sanctum Israel: quia glorificauit
te. ¶6 Quærite Dominū dum inueniri potest,
inuocate eum dum propè est. ¶7 Derelinquat
impius viam suam, & vir iniquus cogitationes
suas, & reuertatur ad Dominum, & miserebitur
eius, & ad Deum nostrum, quoniam multus est
ad ignoscendum. ¶8 Non enim cogitationes
meæ, cogitationes vestræ: neq; viæ vestræ, viæ
meæ, dicit Dominus. ¶9 Quia sicut exaltantur

exsti à terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. ¶10 Et quomodo descendit imber, & nix de cælo, & illuc vltrà non reuertitur, sed inebriat terram, & infundit eã, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panẽ comedenti: ¶11 Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum, sed faciet quæcunque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud. ¶12 Quia in lætitia egredieminí, & in pace deducemini: montes & colles cantabũt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. ¶13 Pro' salimuncula ascendit' abies, & pro vrtica crescet myrtus: & erit Dominus nomẽ suum in signum æternum, quod non auferetur.

CAP. LVI.

Adhortatur ad iudiciũ & iustitiam & sabbathi fmũ. 3 Consolatur Prophetã proselytos, qui in numerũ Iudæorũ recepti, desperabant se saluatũ iri, quia nõ de semine Abrahæ erãt. 10 Inuehitur in episcoporum impietatem.

HÆc dicit Dominus, Custodite iudicium, & facite iustitiã: quia iuxtà est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. ¶2 Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet istud: custodiens sabbathum ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum. ¶3 Et non dicat filius aduenæ, Qui adhæret Domino, dicens, Separatione dividet me Dominus à populo suo. & non dicat Eunuchus, Ecce ego lignum aridum. ¶4 Quia hæc dicit Dominus eunuchis, Qui custodierint sabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: ¶5 dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. ¶6 Et filios aduenæ qui adhærent Domino vt colant eum, & diligant nomen eius, vt sint ei in seruos: omnem custodientem sabbathum ne polluat illud, & tenentem fœdus meum: ¶7 Adducam eos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorũ, & victimæ eorum placebunt mihi super altari meo, quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. ¶8 Ait Domin' Deus qui congregat dispersos Israel, Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. ¶9 Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus. ¶10 Speculatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes & amantes somnia. ¶11 Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam: omnes in viam suam declinauerũt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. ¶12 Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras, & multo amplius.

CAP. LVII.

Iustorum finis incognitus. 2 Pax eorum & requies. 3 Impii vocantur ad iudicium, quibus multa scelera obiiciuntur. 13 Spe animabus in Domino. viæ æternæ hæreditas promittitur.

17 Quare mali percussi.

IVstus perit, & non est qui recogitet in corde suo: & viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat: à facie enim malitiæ collectus est iustus. ¶2 Veniat pax requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua. ¶3 Vos autẽ accedite huc filii auguratricis, semẽ adulteri, & fornicariæ. ¶4 Super quẽ lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguã? nũquid nõ vos filii scelesti, semẽ mẽdax? ¶5 Qui cõsolamini in diis subter omne lignũ frondosum immolãtes parulos in torrentibus subter eminentes petras? ¶6 In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua: & ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificiũ, nũquid super his non indignabor? ¶7 Super mõtem excelsũ & sublimẽ posuisti cubile tuũ, & illuc ascendisti, vt immolares hostias. ¶8 Et post ostiũ, & retro postem posuisti memoriale tuũ: quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterũ: dilatasti cubile tuũ, & pepigisti cũ eis fœdus: dilexisti stratum eorum manu aperta. ¶9 Et o nasti te regio vngẽto, & multiplicasti pigmẽta tua: misisti legatos tuos procul & humiliasti eos vsque ad inferos. ¶10 In multitudine viæ tuæ laborasti: non dixisti, Quiescã. vitã manus tuæ inuenisti, propterea nõ rogasti. ¶11 Pro quo solicita timuisti, quia mẽtus es, & mei nõ es recordata, neq; cogitasti in corde tuo? quia ego tacẽs, & quasi nõ vidẽs, & mei oblita es. ¶12 Ego annuntiabo iustitiã tuã, & opera tua nõ proderunt tibi. ¶13 Qui clamaueris, liberẽt te cõgregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura. Qui autẽ fiduciã habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montẽ sanctũ meum. ¶14 Et dicam, Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei. ¶15 Quia hæc dicit Excelsus, & sublimis habitans æternitatem: & sanctum nomen eius in excelso & in sancto habitãs, & cũ contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritum humiliũ, & viuificet cor contritorum. ¶16 Non enim in sempiternũ litigabo, neque vsque ad finẽ irascar: quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciã. ¶17 Propter iniquitatẽ auaritiæ eius iratus fui, & percussi eũ: abscõdi' à te faciem meã, & indignatus fui: & abiit vagus in via cordis sui. ¶18 Vias eius vidi, & sanaui eũ, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus eius. ¶19 Creaui fructũ labiorũ pacem, pacẽ ei qui longè est & qui propè, dixit Dominus, & sanaui eum. ¶20 Impii autẽ quasi mare feruẽs, quod quiescere non potest, & reddũdat fluctus eius in conculcatione & lutũ. ¶21 Non est pax' impiis, dicit Dominus meus.'

CAP. LVIII.

Instigat prædicatores vt liberè hypocrisim humanorum operum redarguant. 3 Murmurant hypocritæ. 4 Ieiunii implorum, & Ieiunium Dei. 13 Sabbathum Dei.

CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. ¶2 Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ, & appropinquare Deo volunt. ¶3 Quare ieiunauimus, & non aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, in die ieiunii vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis.

Ier. 61. d. 30.

Ier. 48. d. 11. Dicit Deus meus impiis.

¶4 Ecce,ad lites & cõtentiones ieiunatis,& percutitis pugno impiè.nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. ¶5 ‖Nunquid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animâ suâ? nunquid contorquere quasi circulum caput suum,& saccum & cinerem sternere?nunquid istud vocauit ieiunium, & diem acceptabilem Domino? ¶6 Nõne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui confracti sunt liberos,& omne onus dirumpe. ¶7 ‖Frange esurienti panem tuum, & egenos vagòsque induc in domũ tuam.' quum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. ¶8 Tunc erumpet quasi mane lumen tuũ, & sanitas tua citius orietur,& anteibit faciem tuam iustitia tua,& gloria Domini colliget te. ¶9 Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum,si abstuleris de medio tui catenam,& desieris extendere digitum,& loqui quod nõ prodest. ¶10 Quum effuderis esurienti animam tuam, & animã afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. ¶11 Et requiem tibi dabit Dominus Deus tuus semper, & implebit splẽdoribus animam tuam, & ossa tua liberabit:& eris quasi hortus irriguus,& sicut fons aquarum,cuius non deficient aquæ. ¶12 Et ædificabuntur in te desesta seculorum: fundamẽta generationis & generationis suscitabis:& vocaberis A Ædificator sepium, auertẽs semitas in quietem. ¶13 Si auerteris à sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo,& vocaueris sabbathum delicatũ, & sanctum Domini gloriosum. & glorificaueris eum dum non faciis vias tuas, & non inuenietur voluntas tua vt loquaris sermonem: ¶14 Tũc delectaberis super Domino,& sustollam te super altitudines terræ,& cibabo te hæreditate Iacob patris tui. os enim Domini locutum est.

CAP. LIX.

Nostra culpa sit vt neq; saluet nos Dominus, neque exaudiat. 3 Iniquitates nostræ recẽsentur. 4 Peccata causa sunt excæcationis nostræ. 14 Mundo impietatibus abundante, memor misericordiæ suæ Deus,parcit.21 Verbum Dei in ore ecclesiæ.

ECce, ‖ non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat,neq; aggrauata est auris eius vt non exaudiat: ¶2 Sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum,& peccata vestra abscõderunt faciem eius à vobis ne exaudiret. ¶3 ‖ Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mẽdacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. ¶4 Non est qui inuocet iustitiã neque est qui iudicet verè: sed confidunt in nihili, & loquuntur vanitates: ‖conceperunt laborem,& pepererunt iniquitatem. ¶5 Ova aspidum ruperunt, & telas aranex texuerunt:qui comederit de ouis eorum, morietur:& quod confotum est,erumpet in regulũ. ¶6 Telæ eorum non erunt in vestimẽtum, neque operientur operibus suis: opera eorũ opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. ¶7 ‖Pedes eorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem innocẽtem: cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas & contritio in vijs eorum. ¶8 Viam pacis nescierunt,& non est iudicium in gressibus eorum.semitæ eorum incuruatæ sunt eis: omnis qui calcat in eis,ignorat pacẽ. ¶9 Propter hoc elongatum est iudicium à ‖vobis,' & non apprehẽdet vos iustitia: expectauimus lucem, & ecce tenebræ:splendorem,& in tenebris ambulauimus. ¶10 Palpauimus sicut cæci, parietem,& quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in ‖caligosis quasi mortui. ¶11 Rugiemus quasi vrsi omnes,& quasi columbæ meditãtes gememus.expectauimus iudicium,& non est:salutem, & elongata est à nobis. ¶12 Multiplicatæ sũt enim iniquitates nostræ coram te,& peccata nostra responderunt nobis:quia scelera nostra nobiscũ,& iniquitates nostras cognouimus. ¶13 Peccare & mentiri contra Dominum: & auerti suum ne à nostro post tergum Dei nostri, vt loqueremur calumniam & transgressionem: cõcepimus, & locuti sumus de corde verba mendacii. ¶14 Et conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit: quia corruit in platẽa veritas,& æquitas nõ potuit ingredi. ¶15 Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo,prædæ patuit: & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius,quia non est iudicium. ¶16 Et vidit Deus quia non est vir: & aporiatus est,quia nõ est qui occurrat:& saluauit sibi brachium suũ, & iustitia eius ipsa confirmauit eum. ¶17 ‖Indutus est iustitia vt lorica,& galea salutis in capite eius:indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. ¶18 Sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis,& vicissitudinem inimicis suis:insulis vicem reddet. ¶19 Et timebunt qui ab Occidente,nomen Domini:& qui ab Ortu solis, gloriam eius: quum venerit quasi fluuius violentus,quem spiritus Domini cogit. ¶20 Et‖venerit Sion redemptor,& eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob,dicit Dominus. ¶21 Hoc fœdus meum cum eis,dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui,dicit Dominus, ámodo & vsque in sempiternum.

CAP. LX.

Sermo ad Ecclesiam quæ per prædicationẽ Euangelii in toto orbe cõgregatur,& omnibus bonis abũdare incipit. 15 Do et comparatione malorum quæ passa est Ecclesia, quanta bona sit habitura annũtiato Euangelio. 19 Sol Luna.

SVrge,illuminare Ierusalem:quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. ¶2 Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te autem orietur Dominus,& gloria eius in te videbitur. ¶3 Et ambulabunt Gentes in lumine tuo,& reges in splendore ortus tui. ¶4 Leua in circuitu oculos tuos,& vide:omnes isti congregati sunt,venerũt tibi: filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. ¶5 Tũc videbis,& affluES,& mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. ¶6 Inundatio camelorũ operiet te, dromedarii Madiã & Ephа: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, &

vocabis

Ezech.18.b.16 Matt.25.c.36.

Iob 15.d.35. Psal.7.d.15.

Prouer.1.b.16. Rom.3.c.15.

Num.11.c.23. Ioan.5.a.10.

laudem Domino annũtiantes. ¶7 Omne pecus
B Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth mi
nistrabunt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo.
¶8 Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? ¶9 Me enim Insulæ
*expectabant,' & naues Maris in principio, vt
adducam filios tuos de longe: argentum eorũ,
& aurum eorum cum eis nomini Domini Dei
tui, & Sancto Israel, quia glorificauit te. ¶10 Et
ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, &
reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione
14 mea misertus sum tui. ¶11 Et aperientur portæ
tuæ iugiter: die ac nocte non claudẽtur, vt afferatur ad te fortitudo Gẽtium, & reges earum
adducãtur. ¶12 Gens enim & regnum quod nõ
seruierit tibi, peribit: & Gentes solitudine vasta
buntur. ¶13 Gloria Libani ad te veniet, abies &
buxus & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorũ glorificabo. ¶14 Et venient ad te curui filii eorum
qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pe
dum tuorum omnes qui detrahebant tibi, &
vocabunt te Ciuitatem Domini, Sion Sancti Israel. ¶15 Pro eo quòd fuisti derelicta & odio
habita, & non erat qui per te trãsiret, ponam
te in superbiam seculorum, gaudium in generationem & generationẽ. ¶16 Et suges lac Gentium, & mamilla regũ lactaberis: & scies quia
ego Dominus saluãs te, & redemptor tuus fortis Iacob. ¶17 Pro ære afferam aurum, & pro
ferro afferam argentum: & pro ligno æs, &
pro lapidibus ferrum: & ponam visitationem
tuam pacẽ, & præpositos tuos iustitiã. ¶18 Nõ
audietur vltrà iniquitas in terra tua, vastitas
& contritio in terminis tuis, & occupauit salus
muros tuos, & portas tuas laudatio. ¶19 Non
erit tibi amplius sol ad lucendum per diẽ, nec
splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in
gloriam tuam. ¶20 Nõ occidet vltrà sol tuus,
& luna tua non minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur
dies luctus tui. ¶21 Populus autem tuus omnes
iusti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad
glorificandum. ¶22 Minimus erit in mille, &
paruulus in gentem fortissimam: ego Dominus
in tempore eius subitò faciam istud.

## CAP. LXI.

Christus siue vnctus missus ad prædicationem Euangelii. 5 Ministri verbi etiam ex gentibus. 6 Sacerdotes, doctores. 7 Profectus populi, gaudium ministrorum verbi. 16 Exultatio Ecclesiæ in spe promissionum Dei lætantis.

Spiritus Domini super me, eo quòd vnxe-
rit*me: ad annuntiandum mansuetis misit
me, vt mederer contritis corde, & prædicarem
captiuis indulgentiam, & clausis apertionem:
¶2 Vt prædicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: vt consolarer
omnes lugẽtes: ¶3 Vt ponerem *fortitudinem'
lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis
pro spiritu mœroris: & vocabũtur in ea fortes
iustitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.
¶4 Et ædificabunt deserta à seculo, & ruinas
antiquas erigent, & instaurabunt ciuitates deser-
tas, dissipatas in generationem & generationem. ¶5 Et stabunt alieni, & pascẽt pecora vestra: & filii peregrinorum, agricolæ & vinitores vestri erunt. ¶6 Vos autem sacerdotes Domini vocabimini: Ministri Dei nostri, dicetur
vobis: fortitudinem Gentium comedetis, & in
gloria* eorum superbietis. ¶7 Pro confusione C *earum
vestra duplici & rubore laudabunt partem eorum: propter hoc in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis. ¶8 Quia ego
Dominus diligens iudicium, *& odio habens
rapinam in holocausto: & dabo opus eorũ *holocausto
in veritate, & fœdus perpetuũ feriam eis. ¶9 Et
scietur in Gentibus semen eorũ, & germen eorum in medio populorũ: omnes qui viderint
eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui D
benedixit Dominus. ¶10 Gaudens gaudebo in
Domino, & exultabit anima mea in Deo meo:
quia induit me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ circundedit me, quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam
monilibus suis. ¶11 Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat: sic Dominus Deus germinabit iustitiam, &
laudem coram vniuersis Gentibus.

## CAP. LXII.

Propheta nõ cessat propter impios à prædicando Christo venturo. 2 Ecclesiæ nomen nouum, in qua Dei voluntas sit. 5 Ecclesia dilecta à Deo. 6 Episcopi & ministri vigilantes in verbo. 8 Fructus verbi quod docẽt ministri Christi aduentus.

Propter Sion non tacebo, & propter Ieru-
salem nõ quiescã, donec egrediatur vt splendor Iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur. ¶2 Et vidębunt Gentes Iustum tuum, A
& cuncti reges inclytum tuum: & vocabitur ti
bi nomẽ nouum, quod os Domini *nominabit. *nominabit
¶3 Et eris corona gloriæ in manu Domini, &
diadema regni in manu Dei tui. ¶4 Non vocaberis vltrà Derelicta: & terra tua non vocabitur amplius Desolata: sed vocaberis Voluntas B
mea in ea: & terra tua *inhabitabitur: quia cõ- *inhabitata
placuit Domino in te: & terra tua inhabitabitur. ¶5 Habitabit enim iuuenis cum virgine, &
habitabunt in te filii tui. Et gaudebit sponsus
super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus.
¶6 Super muros tuos, Ierusalem, constitui custodes: tota die & tota nocte in perpetuum nõ
tacebunt: Qui reminiscimini Domini, nõ tacea C
tis, ¶7 & ne detis silentium ei, donec stabiliat,
& donec ponat Ierusalem laudem in terra.
¶8 Iurauit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ, Si dedero triticum tuum vltrà cibum inimicis tuis: & si biberint filii alieni vinum tuum in quo laborasti. ¶9 Quia qui congregabunt illud, comedent, & laudabunt
Dominum: & qui comportauit illud, bibent in
atriis sãctis meis. ¶10 Trãsite, trãsite per por D 5.57.d.14
tas, præparate viam populo, planũ facite iter,
& eligite lapides, & eleuate signũ ad Populos.
¶11 Ecce Dominus auditum fecit in extremis
terræ, Idcirco filiæ Sion, Ecce Saluator tuus ve Matth.21.a.5.
nit, ecce merces eius cum eo, & opus eius cora Zach.9.b.9.
illo. ¶12 Et vocabunt eos Populus sanctus, redẽpti à Domino. Tu autem vocaberis, Quæsita
ciuitas, & non derelicta.

CAP. LXIII.

Propheta introducit Deum rubicundis vestibus, ab Idumæorum strage redeuntem, quasi madefactis eorũ sanguine, idque vt omnes intelligant ipsum victorem suorum ac vindicẽ esse.

A Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestib' de Bosra, iste formosus in stola sua, gradiẽs in multitudine fortitudinis suæ? ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluãdum. ¶2 ‖Quare ergo rubrum est indumẽtum vestrum, & vestimenta tua sicut calcantiũ in torculari? ¶3 Torcular calcaui solus, & de Gẽtibus nõ est vir mecum: calcaui eos in furore meo, & cõculcaui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorũ super vestimẽta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. ¶4 Dies enim vltionis in corde meo, annus redẽptionis meæ venit. ¶5 Circũspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. ¶6 Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum. ¶7 Miserationũ Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israel, quæ largitus est eis secũdũ indulgẽtiam suam, & secundum multitudinẽ misericordiarum suarum. ¶8 Et dixit, Verũtamen populus meus est filii non negãtes: & factus est eis saluator. ¶9 In omni tribulatione eorum nõ est tribulatus, & Angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua, & in indulgẽtia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi. ¶10 Ipſi autẽ ad iracundiam prouocauerũt, & afflixerũt Spiritum' sancti' eius: & cõuersus est eis in inimicũ, & ipſe debellauit eos. ¶11 Et recordatus est dierum seculi Moysi & Populi sui: vbi est qui ‖eduxit eos de Mari cũ pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius Spiritũ sancti sui? ¶12 Qui eduxit' ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ: qui scidit aquas ante eos, vt faceret' sibi nomen sempiternum. ¶13 Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingẽtem. ¶14 Quasi animal in campo descendens, Spiritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti populum tuũ, vt faceres tibi nomen gloriæ. ¶15 ‖Attẽde de cælo, & vide de habitaculo sancto tuo & ‖solio gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & miserationum tuarum super me cõtinuerunt se. ¶16 Tu enim pater noster, & Abraham nescluit nos, & Israel ignorauit nos: tu Domine pater noster, redẽptor noster, à seculo nomen tuum. ¶17 Quare errare nos fecisti Domine de vijs tuis: induraſti cor nostrum, ne timeremus te? conuertere propter seruos tuos, tribus hæreditatis tuæ. ¶18 Quasi nihilum possederũt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationẽ tuam. ¶19 Facti sumus quasi in principio, quũ non dominareris nostri, neq; inuocaretur nomen tuum super nos. CAP. LXIIII.

In luctu Iudæorum perseuerat propheta, quo profundissimis desideriis suum deplorat exilium. 5 Omnes peccatores. 8 Orat Deũ propheta, vt populum suum non abiiciat.

VTinam dirumperes cælos, & descẽderes: à facie tua mõtes defluerẽt, ¶2 sicut exustio ignis tabefacerent, aquæ arderẽt igni, vt notum fierent nomẽ tuum inimicis tuis: à facie tua gẽtes turbarentur. ¶3 Quũ feceris mirabilia, non sustinebimus: descendisti, & à facie tua mõtes defluxerunt. ¶4 ‖A seculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti expectantibus te. ¶5 Occurristi lætãti, & faciendi iustitiam: in vijs tuis recordabuntur tui: ecce, tu iratus es, & peccauimus: in ipſis fuimus semper, & saluabimur. ¶6 Et facti sumus vt immundi' omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ: & cecidimus quasi folij vniuersi, & iniquitates nostræ quasi vẽtus abstulerũt nos. ¶7 Non est qui inuocet nomen tuum: qui consurgat, & teneat te: abscõdisti faciem tuã à nobis, & allisisti nos in manu iniquitatis nostræ. ¶8 Et nunc Domine, pater noster es tu, nos verò lutũ: & fictor noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. ¶9 Ne irascaris Domine satis, & ne vltrà memineris iniquitatis nostræ: ecce, respice, populus tuus omnes nos. ¶10 Ciuitas sancti tui facta est deserta, Sion deserta facta est, Ierusalẽ desolata est. ¶11 Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exustionem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. ¶12 Nunquid super his cõtinebis te Domine, tacebis & affliges nos vehementer?

CAP. LXV.

Gentium vocatio. 2 Gentes quales. 6 Idololatræ puniendi. 8 Et Iudæis reliquiæ saluatæ, & vehementer multiplicatæ. 11 Iudeibus pœnas minatur. 13 Fidelium gaudia, & impiorum supplicia. 14 Incitatio ad orationem. 15 Regnum Christi pacatissimum.

QVæsierũt me qui antè nõ interrogabãt, inuenerunt qui non quæsierũt me. dixi, Ecce ego, ecce ego, ad gentẽ quæ ‖nesciebat me, & quæ non inuocabat nomen meum. ¶2 Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via nõ bona post cogitationes suas. ¶3 Populus qui ad iracundiam prouocat me ante faciem meã semper: qui immolant in hortis, & sacrificant super lateres: ¶4 qui habitant in sepulchris, & in delubris idolorum dormiũt: qui comedũt carnem suillam, & ius prophanũ in vasis eorum. ¶5 Qui dicunt, Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in furore meo, ignis ardẽs tota die. ¶6 Ecce scriptum est coram me non tacebo, sed reddam & retribuã in ‖sinu' eorum ¶7 iniquitates vestras, & iniquitates patrum vestrorũ simul, dicit Dominus, qui sacrificauerunt super mõtes, & super colles exprobrauerunt mihi, & remedi at opus eorum primum in sinum eorum. ¶8 Hæc dicit Dominus, Quomodo si inueniatur granũ in botro, & dicatur, Ne dissipes illud, quoniam benedictio est: sic faciã propter seruos meos, vt nõ disperdam totũ. ¶9 Et educam de Iacob semẽ, & de Iuda possidentẽ mõtes meos: & hæreditabunt eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi. ¶10 Et erũt Campestria in caulas gregũ, & vallis Achor in cubile armentorũ populo meo qui requisierunt me.

¶11 Et vos qui dereliquistis Dominũ, qui oblitus estis montem sanctum meum, qui ponitis Fortunæ mensam, & libatis super eam, ¶12 Numerabo vos in gladio, & omnes in cæde corruetis: ‖pro eo quòd vocaui, & non respõdistis: `mihi: locutus sum, & nõ audistis, & faciebatis malum in oculis meis: & quæ nolui, elegistis.

¶13 Propter hoc hæc dicit Dominus Deus, &c. ecce, serui mei comedẽt, & vos esurietis: ecce, serui mei bibẽt, & vos sitietis: `ecce, serui mei lætabuntur. & vos confundeminì: ¶14 Ecce, serui mei laudabunt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ cõtritione spiritus vlulabitis. ¶15 Et dimittetis nomen vestrum in iuramentum electis meis: & interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio. ¶16 In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in' Domino' amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amẽ: quia oblitioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis nostris. ¶17 Ecce enim ‖ego creo cælos nouos, & terram nouã: & non erunt in memoria priora, & non ascẽdent super cor. ¶18 Sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Ierusalẽ exultationẽ, & populũ eius gaudium. ¶19 Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & nõ audietur in' eo' vltrà vox fletus & vox clamoris. ¶20 Non erit ibi amplius infans dierum, & senex qui nõ impleat dies suos: quoniã puer cẽtum annorum morietur, & peccator cẽtum annorum maledictus erit. ¶21 Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedẽt fructus earum. ¶22 Nõ ædificabunt, & alius habitabit: non plantabũt, & alius comedet: secũdũ enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum' inueterabunt. ¶23 Electi mei nõ' laborabũt frustra, neque generabunt in cõturbatione: quia semẽ benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum eis. ¶24 Et `atque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam. ¶25 ‖Lupus & agnus pascentur simul, & leo & bos comedẽt paleas, & serpenti puluis panis eius: non nocebunt neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

CAP. LXVI.

Propheta inuehitur in Iudæos, qui inani sacrificiorum & templi fiducia elati, secure deliciabantur, tibi que in peccatis suis placebant. ¶Exprobrátque ipsis quòd idolum loco Dei fabricare niterentur, dum templo ipsum includere vellent.

HÆc dicit Dominus, ‖Cælũ sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus' requietionis' meæ? ¶2 Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus. ad quẽ autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritũ spiritu, & tremẽtem sermones meos? ¶3 Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinẽ suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in vijs suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est. ¶4 Vnde & ego eligam illusiones eorũ. & quæ timebãt, adducam eis: quia ‖vocaui, & non erat qui responderet: locutus sum, & non audierunt: fecerũntque malũ in oculis meis, & quæ nolui elegerunt. ¶5 Audite verbũ Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odientes vos, & ablicientes propter nomen meũ: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur. ¶6 Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddẽtis retributionem inimicis suis. ¶7 Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eius, peperit masculum. ¶8 Quis audiuit vnquã talẽ? & quis vidit huic simile? ‖nunquid parturiet terra in die vnã? aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos? ¶9 Nũquid ego, qui alios pãrere facio, ipse nõ pariam, dicit Dominus? ‖ego qui generationẽ cæteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? ¶10 Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis super eam, ¶11 vt sugatis, & repleamini ab hubere consolationis eius: vt mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria eius. ¶12 Quia hæc dicit Domin', Ecce ego declinabo super eam quasi fluuiũ pacis, & quasi torrentẽ inundantem gloriã Gentium, quam sugetis: ad hubera portabimini, & super genua blandientur vobis. ¶13 Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego cõsolabor vos, & in Ierusalem consolabimini. ¶14 Videbitis, & gaudebit cor vestrũ, & ossa vestra quasi herba germinabũt, & cognoscetur man' Domini seruis eius, & indignabitur inimicis suis. ¶15 Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo 'quadrigæ' eius: reddere in indignatione furorẽ suum, & increpationẽ suam in flamma ignis: ¶16 Quia in igne Domin' dijudicabit, & in gladio suo ad omnẽ carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino. ¶17 Qui sanctificabãtur, & mundos se putabãt in hortis post 'ianuam' intrinsecus, qui comedebant carnẽ suillam, & abominationẽ & murem: simul consumentur, dicit Dominus. ¶18 Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum: venio vt congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient, & videbunt gloriã meam. ¶19 Et ponã in eis signũ, & mittam ex eis qui saluati fuerint, ad Gentes in mare, in Aphricam, & Lydiam tenentes sagittam: in Italiam & Græcia, ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriã meam Gentibus, ¶20 Et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lectichs, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctũ meum Ierusalem, dicit Dominus, quo modo si inferant filij Israel munus in vase mundo in domum Domini. ¶21 ‖Et assumã ex eis in sacerdotes, & Leuitas, dicit Dominus: ¶22 Quia sicut cæli noui & terra noua, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus' Deus: sic stabit semẽ vestrum, & nomen vestrum: ¶23 Et erit mensis ex mẽse, & sabbathũ ex sabbatho: veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit Dominus. ¶24 Et egredientur, & videbũt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me: ‖vermis eorũ non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erũt vsque ad satietatem visionis omni carni.

Prouer. 1. c. 24. Ierem. 7. c. 13. 7. 65. b. 12.

Apoc. 11. a. 15.

Marc. 9. g. 44.

# Prophetia Ieremiæ.

## CAP. I.

Ieremiæ genus, & quo tempore prophetauit. 6 Ieremias propheta Gentiũ, causatur impe ritiã. Doctus à Deo, animosus efficitur. 11 Ostẽ dit Deus Ieremiæ imminentem Iudæis destructionem à Babyloniis. 17 Iubetur Ieremias verba Dei sine timore nuntiare Iudæis.

VERBA IEREMIAE prophetæ filii Helciæ, de sacerdotibus qui fuerũt in Anathoth, in Terra Beniamin. ¶ 2 Quod factũ est verbum Domini ad eum in diebus Iosiæ filii Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. ¶ 3 Et factum est in diebus Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedeciæ filii Iosiæ regis Iuda, vsque ad transmigrationem Ierusalem, in mense quinto. ¶ 4 Et factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶ 5 Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequã exires de vulua, sanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te. ¶ 6 Et dixi, A, a, a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sũ. ¶ 7 Et dixit Dominꝰ ad me, Noli dicere, Quia puer sũ: quoniã ad omnia quæ mittã te, ibis: & vniuersa quæcunque mandauero tibi, loquẽris. ¶ 8 Ne timeas à facie eorũ: quia tecum ego sum vt eruam te, dicit Dominus. ¶ 9 Et misit Dominus manũ suam, & tetigit os meum: & dixit ad me, Ecce, dedi verba mea in ore tuo: ¶ 10 Ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna: vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. ¶ 11 Et factum est verbum Domini ad me, dicẽs, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Virgam vigilantem ego video. ¶ 12 Et dixit Dominus ad me, Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo vt faciam illud. ¶ 13 Et factum est verbum Domini secundò ad me dicens, Quid tu vides? Et dixi, Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. ¶ 14 Et dixit Dominus ad me, Ab Aquilone pandetur omne malum super omnes habitatores Terræ. ¶ 15 Quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem, & super omnes muros eius in circuitu, & super vniuersas vrbes Iuda. ¶ 16 Et loquar iudicia mea cum eis super omnem malitiam eorum qui dereliquerunt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerunt opus manuum suarum. ¶ 17 Tu ergo accinge lumbos tuos, & surge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorũ: nec enim timere te faciam vultum eorum. ¶ 18 Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram, regibus Iuda, principibus eius & sacerdotibus, & omni populo Terræ. ¶ 19 Et bellabunt aduersũ te, & non præualebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, vt liberem te.

## CAP. II.

Commemorat beneficia sua erga Iudæos. 5 In sacerdotes & prophetas Dei contemptores, 9 Iudæorum malitiam arguit aliarum gentium compassatione. 13 Destructi Iudæi ob derelictum Deum, & fornicationem eorum cum idolis. 22 Iudæos peccatum suum non cognoscentes conuincit Deus peccatores esse hypocrisi, & fornicatores.

ET factum est verbũ Domini ad me, dicens, ¶ 2 Vade, & clama in auribus Ierusalem, dicens, Hæc dicit Dominus, Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur. ¶ 3 Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum, delinquunt: mala venient super eos, dicit Dominus. ¶ 4 Audite verbũ Domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Israel: ¶ 5 Hæc dicit Dominus, Quid inuenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt? ¶ 6 Et non dixerũt, vbi est Dominus qui ascendere nos fecit de Terra Ægypti: qui traduxit nos per desertũ, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram sitis & imaginem mortis, per terram in qua nõ ambulauit vir, neque habitauit homo? ¶ 7 Et induxi vos in terram carmeli, vt comederetis fructum eius & "bona" illius: & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. ¶ 8 Sacerdotes non dixerunt, vbi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me: & prophetæ prophetauerunt in Baal, & idolã secuti sunt. ¶ 9 Propterea adhuc iudicio contendam vobiscum, ait Dominus: & cum filijs vestris disceptabo. ¶ 10 Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer: & videte si factum est huiusce modi, ¶ 11 Si mutauit gens deos "suos", & certe ipsi non sunt dii. populus verò meus mutauit gloriam suam in idolum. ¶ 12 Obstupefacite cæli super hoc, & portæ eius desolamini vehementer, dicit Dominus. ¶ 13 Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. ¶ 14 Nunquid seruus est Israel, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam? ¶ 15 Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram eius in solitudinem: ciuitates eius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis. ¶ 16 Filii quoque Memphæos & Taphnes constuprauerũt te vsque ad verticẽ. ¶ 17 Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominũ Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam? ¶ 18 Et nũc quid tibi vis in via Ægypti, vt bibas aquã turbidã? & quid tibi cum via Assyriorũ, vt bibas aquã fluminis? ¶ 19 Arguet te malitia tua, & auersio tua increpabit te. Scito, & vide quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te: dicit Dominus Deus exercituum. ¶ 20 A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea: & dixisti, Non seruiam. Cũ omni enim colle sublimi & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. ¶ 21 Ego autẽ plantaui te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conuersa es "in pranum vinea aliena? ¶ 22 Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua coram

me,dicit Dominus Deus. ¶13 Quomodo dicis, Non sũ polluta,post Baalim nõ ambulaui? Vide vias tuas in cõualle,scito quid feceris: cursor leuis explicãs vias suas. ¶14 Onager assuet' in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui,nullus auertet eam:omnes qui quærunt eam non deficient: in mensibus eius inuenient eam. ¶15 Prohibe pedem tuum à nuditate,& guttur tuum à siti. & dixisti, Desperaui,nequaquam faciam: adamaui quippe alienos, & post eos ambulabo. ¶16 Quo modo confunditur fur quando deprehenditur,sic cõfusi sunt domus Israel,ipsi & reges eorum,principes & sacerdotes,& prophetæ eorum, ¶17 Dicentes ligno,Pater meus es tu:& lapidi,Tu me genuisti.verterunt ad me tergum, & non faciem:& in tempore afflictionis suæ dicẽt,Surge, & libera nos. ¶18 Vbi sunt dii tui quos fecisti tibi?surgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ:secundum numerum quippe ciuitatũ tuarum erant dii tui Iuda. ¶19 Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquistis me, dicit Dominus. ¶20 Frustra percussi filios vestros, disciplinam non receperunt: deuorauit gladius vester prophetas vestros, quasi leo vastatur ¶21 Generatio vestra.Videte verbum Domini, Numquid solitudo factus sum Israeli,aut terra serotina? quare ergo dixit populus meus, Recessimus, non veniemus vltra ad te? ¶22 Numquid obliuiscetur virgo ornamenti sui,aut sponsa fasciæ pectoralis suæ?populus verò meus oblitus es mei diebus innumeris.

¶23 Quid niteris bonã ostẽdere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas, ¶24 Et in alis tuis inuentus est sanguis animarum pauperum & innocentum:non in fossis inueni eos, sed in omnibus quæ suprà memorani. ¶25 Et dixisti, Obsque peccato,& innocens ego sum:& propterea auertatur furor tuus à me. Ecce,ego iudicio cõtendam tecum,eo quòd dixeris,Non peccaui. ¶26 Quam vilis facta es nimis, iteram vias tuas? & ab Ægypto confunderis, sicut confusa es ab Assur. ¶27 Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum:quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum. CAP. III.

Deus misericors populum suum à se reiectum ob fornicationem cũ idõlis, reuocat ad pœnitentiã. 6 Decẽ tribus Israel à Deo reiectæ ob fornicationẽ cum idolis,quas tamen imitatus est Iuda. 11 Adhortatur Israelẽ ad pœnitentiam,promittens ei pastores qui verã Dei scientiam habeant,

VVlgo dicitur,Si dimiserit vir vxorem suã, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: numquid reuertetur ad eam vltrà? numquid non polluta,&contaminata erit mulier illa?tu autem fornicata es cum amatoribus multis:tamen reuertere ad me, dicit Dominus. ¶2 Leua oculos tuos in directũ, & vide vbi non prostrata sis tu in viis sedebas,expectans eos quasi latro in deserto:& polluisti terram in fornicationibus tuis,& in malitijs tuis. ¶3 Quã ob rem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum,& serotinus imber non fuit:frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. ¶4 Ergo saltem amodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es. ¶5 Numquid irascẽris in perpetuum,aut perseuerabis in finem? Ecce,locuta es,& fecisti mala,& potuisti. ¶6 Et dixit Dominus ad me in diebus Iosiæ regis, Numquid vidisti quæ fecerit auersatrix Israel? abiit sibimet super omnem montẽ excelsum & sub omni ligno frondoso,& fornicata est ibi. ¶7 Et dixi cum fecisset hæc omnia,Ad me reuertere: & nõ est reuersa.& vidit præuaricatrix soror eius Iuda, ¶8 Quia pro eo quòd mœchata esset aduersatrix Israel, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudii: & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa, ¶9 Et facilitate fornicationis suæ contaminauit terram,& mœchata est cum lapide & ligno. ¶10 Et in omnibus his nõ est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo,sed in mendacio,ait Dominus. ¶11 Et dixit Dominus ad me, Iustificauit animam suam auersatrix Israel, comparatione præuaricatricis Iudæ. ¶12 Vade, & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices, Reuertere auersatrix Israel,ait Dominus: & non auertam faciem meam à vobis:quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum. ¶13 Veruntamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum præuaricata es:& dispertisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso,& vocem meam nõ audisti, ait Dominus. ¶14 Conuertimini filii reuertentes, dicit Dominus:quia ego vir vester: & assumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione,& introducam vos in Sion. ¶15 Et dabo vobis pastores iuxta cor meum,& pascent vos scientia & doctrina. ¶16 Quãmque multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus:non dicent vltrà, Arca testamẽti Domini:neque ascendet supercor,neque recor dabuntur illius, nec visitabitur,nec fiet vltrà. ¶17 In tempore illa vocabunt Ierusalem Solium Domini: & congregabuntur ad eam omnes Gentes in nomine Domini in Ierusalem, & non ambulabunt post prauitatem cordis sui pessimi. ¶18 In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israel,& venient simul de terra Aquilonis ad terram quam dedi patribus vestris. ¶19 Ego autem dixi, Quomodo ponã te in filios,& tribuam tibi terrã desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum Gentium? & dixi, Patrem vocabis me,& post me ingredi nõ cessabis. ¶20 Sed quo modo si contemnat mulier amatorem suum,sic contempsit me domus Israel,dicit Dominus. ¶21 Vox in vijs audita est,ploratus & vlulatus filiorum Israel:quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui. ¶22 Conuertimini filii reuertentes, & sanabo auersiones vestras. Ecce,nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster. ¶23 Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israel. ¶24 Confusio comẽdit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum & armenta eorum, filios eorum & filias eorũ. ¶25 Dormiemus in cõfusione nostra,& operiet nos ignominia nostra: quoniã Domino Deo nostro peccauimus nos,& patres nostri ab adolescẽtia nostra vsq; ad diẽ hãc: & non audiuimus vocem Domini Dei nostri.

d 1.d.10.

CAP. IIII.

Vera pœnitentia siue conuersio ad Deum. 4 Hortatur ad circuncisionẽ præputii cordis. 5 Iudæ vastatio prædicitur propter malitiam cordis. 19 Compatitur propheta populo, prædicens eius vastationem.

SI reuertèris Israel ad me, ait Dominus, ad me conuertere: si abstuleris offendicula tua a facie mea, non commoueberis. ¶ 2 Et iurabis viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicent eum Gentes, ipsúmque laudabunt. ¶ 3 Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & habitatori Ierusalem, Innouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: ¶ 4 Circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalem: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum.

¶ 5 Annuntiate in Iuda, & in Ierusalẽ auditum facite: loquimini, & canite tuba in terra: clama te fortiter, & dicite, Congregamini, & ingredia mur ciuitates munitas, ¶ 6 Leuate signum in Sion. Confortamini, & nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. ¶ 7 Ascendit leo de cubili suo, & prædo Gentium se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem: ciuitates tuæ vastabuntur, remanẽtes absque habitatore. ¶ 8 Super hoc accingite vos cilicijs, & plangite, & vlulate: quia non est auersa ira furoris Domini a vobis. ¶ 9 Et erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor regis, & cor principũ: & obstupescẽt sacerdotes, & prophetæ cõsternabuntur. ¶ 10 Et dixi, Heu heu heu Domine Deus, ergòne decepisti populum istum & Ierusalẽ, dicens, Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius vsque ad animã? ¶ 11 In tẽpore illo dicetur populo huic & Ierusalẽ, Vētus vrēs in viis quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei, non ad vētilandum, &ad purgandum. ¶ 12 Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nunc ego sed loquar iudicia mea cum eis. ¶ 13 Ecce, quasi nubes ascendet, & quasi tẽpestas currus eius: velociores aquilis equi illius: væ nobis: quoniã vastati sumus. ¶ 14 Laua a malitia cor tuũ Ierusalẽ, vt salua fias: vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? ¶ 15 Vox enim annuntiantis a Dan, & notũ facientis Idolum de mõte Ephraim. ¶ 16 Dicite Gẽtibus, Ecce auditũ est in Ierusalem custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam. ¶ 17 Quasi custodes agrorũ facti sunt super eã in gyro: quia me ad iracũdiã prouocauit, dicit Dominus. ¶ 18 Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. ¶ 19 Ventre meũ, vẽtre meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælii. ¶ 20 Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repentè vastata sunt tabernacula mea, subitò pelles meæ. ¶ 21 Vsquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinæ? ¶ 22 Quia stultus populus meus me non cognouit: filii insipiẽtes sunt, & vecordes: sapiẽtes sunt vt faciãt mala, bene autẽ facere nescierunt. ¶ 23 Aspexi terrã, & ecce vacua erat, & nihili: & cælos, & non erat lux in eis. ¶ 24 Vidi montes, & ecce mouebãtur: & omnes colles cõturbati sũt. ¶ 25 Intuitus sum, & non erat homo: & omne volatile cæli recessit. ¶ 26 Aspexi, & ecce charmelus desertus: & omnes vrbes eius destructæ sunt a facie Domini, & a facie iræ furoris eius. ¶ 27 Hæc enim dicit Dominus, Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationẽ non faciam. ¶ 28 Lugebit terra, & mœrebunt cæli desuper: eo quòd locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo. ¶ 29 A pœna voce equitis, & mittentis sagittam fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascẽderũt rupes: vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & nõ habitat in eis homo. ¶ 30 Tu autẽ vastata quid facies? quũ vestieris te coccino, quum ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos: frustra componẽris, contẽpserunt te amatores tui, animam tuam quærunt. ¶ 31 Vocem enim quasi parturientis audiui, angustias vt puerperæ, vox filiæ Sion inter morientes, expandentis manus suas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

CAP. V.

In Iudæa nullus iustus & fidelis inuẽtus tã in populo quàm in magistratu, propter quem debuerit Dominus parcere ciuitati. 6 Quare Iudæa vastata sit ab Assyriis. 14 Describit ferocitatem Chaldæorum, à quibus passuri sunt meritò Iudæi. 19 Iudæos quare afficerit Deus.

CIrcuite vias Ierusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in platẽis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentẽ fidẽ: & propitius ero ei. ¶ 2 Quòd si etiã viuit Domin, dixerint: & hoc falsò iurabũt. ¶ 3 Domine, oculi tui respiciũt fidem: percussisti eos, & non doluerunt: attriuisti eos, & renuerũt accipere disciplinã: indurauerunt facies suas supra petram, & noluerunt reuerti. ¶ 4 Ego autẽ dixi, Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini, & iudicium Dei sui. ¶ 5 Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerunt viam Domini, iudicium Dei sui. & ecce, magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. ¶ 6 Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum: omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur, quia multæ sunt præuaricationes eorũ, cõfortatæ sunt auersiones eorũ. ¶ 7 Super quo propitius tibi esse potero? filii tui dereliquerunt me, & iurant in his qui nõ sunt dii: saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabãtur. ¶ 8 Equi amatores in fœminas, & emissarii facti sunt: vnusquisque ad vxorẽ proximi sui hinniebat. ¶ 9 Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciscetur anima mea? ¶ 10 Ascẽdite muros eius, & dissipate, consummationẽ autem nolite facere: auferte propagines eius, quia non sunt Domini. ¶ 11 Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus. ¶ 12 Negauerũt Dominũ, & dixerũt, Non est ipse: neque veniet super nos malũ, gladiũ & famẽ non videbimus. ¶ 13 Prophetæ fuerunt in ventũ locuti, & responsum non fuit in eis: hæc ergo quæ dicit illis. ¶ 14 Hæc dicit Dominus Deus exercituũ, Quia locuti estis verbũ istud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignẽ, & populus istũ

A
B
C
D
E
F
G

in ligna, & vombit eos. ¶ 15 Ecce ego adducã
super vos gẽtem de longinquo domus Israel,
ait Dominus: gentem robustam, gentem anti-
quam, gẽtem cuius ignorabis linguam, nec in-
telliges quid loquatur. ¶ 16 Pharetra eius qua-
si sepulchrum patens, vniuerũ fortes. ¶ 17 Et
comedet segetes tuas, & panem tuum: deuora-
bit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem
tuum, & armenta tua: & comedet vineam tuã
& ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas,
in quibus tu habes fiduciam, gladio. ¶ 18 Ve-
runtamen in diebus illis, ait Dominus, non fa-
ciam vos in consummationem. ¶ 19 ‖ Quòd si
dixeritis, Quare fecit nobis Dominus Deus no
ster hæc omnia? dices ad eos, Sicut dereliqui-
stis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra:
sic seruietis dijs alienis in terra non vestra.
¶ 20 Annuntiate hæc domui Iacob, & auditũ
facite in Iuda, dicentes, ¶ ‖ Audi popule stul-
te, qui non habes cor: qui habentes oculos non
videtis: & aures, & non auditis. ¶ 21 Me ergo
non timebitis, ait Dominus: & a facie mea non
dolebitis? Qui posui arenã terminũ mari, præ-
ceptum sempiternum quod non præteribit: &
commouebuntur, & non potuerunt: & intume
scẽt fluctus eius, & non trãsibũt illud: ¶ 23 Po
pulo autẽ huic factum est cor ineredulum &
exasperãs, recesserunt & abierunt. ¶ 24 Et non
dixerunt in corde suo, Metuamus Dominum
Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam tempo
raneam & serotinam in tempore suo: plenitu-
dine annuæ messis custodientẽ nobis. ¶ 25 Ini-
quitates vestræ declinauerunt hæc: & pecca-
ta vestra prohibuerũt bonũ à vobis: ¶ 26 Quia
inuenti sunt in populo meo impij, insidiantes
quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad
capiendos viros. ¶ 27 Sicut decipula plena aui
bus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magni-
ficati sunt & ditati. ¶ 28 Incrassati sunt & im-
pinguati: & præterierunt sermones meos pessi
me. ‖ Causam viduæ nõ iudicauerunt, causam
pupilli non direxerunt, & iudicium pauperũ
non iudicauerunt. ¶ 29 Nũquid super his non
visitabo, dicit Dominus? aut super gentem hu-
iusce modi nõ vlciscetur anima mea? ¶ 30 Stu
por & mirabilia facta sunt in terra: ¶ 31 Pro-
phetæ prophetabant mendacium, & sacerdo-
tes applaudebãt manibus suis: & populus meus
dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius?

## CAP. VI.

Ironica prophetæ adhortatio ad Iudæos
vt exercitui Chaldæorum occurrant. 6 Pecca-
ta propter quæ Ierusalem affligitur. 10 Incir-
cuncisæ aures. 13 Auaritia. Dolus. 16 Cura Dei
erga populum. 17 Populi contẽptus in Deum.
20 Sacrificia Iudæorũ reiicit Dominus. 22 Rur-
sum Babyloniorum aduentus prænuntiatur.

CONfortamini filii Beniamin in medio Ieru
salem, & in Thecua clangite buccina, &
super Bethacarẽ leuate vexillum: quia malum
visum est ab Aquilone, & contritio magna.
¶ 2 Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion.
¶ 3 Ad eam venient pastores, & greges eorum:
fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnus
quisque eos qui sub manu suã sunt. ¶ 4 Sanctifi-
cate super eam bellum, consurgite, & ascen-
damus in meridie: væ nobis, quia declinauit
dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi:
¶ 5 Surgite, & ascẽdamus in nocte, & dissipemus
domos eius. ¶ 6 Quia hæc dicit Dominus exer
cituum, Cædite lignũ eius, & fundite circa Ie-
rusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis,
omnis calumnia in medio eius. ¶ 7 Sicut frigi-
dam facit cisterna aquam suam, sic frigidã fe-
cit malitiam suam: iniquitas, & vastitas audie-
tur in ea, coram me semper infirmitas & pla-
ga. ¶ 8 Erudire Ierusalem, ne forte recedat ani
ma mea à te, ne forte ponam te desertam ter-
ram inhabitabilẽ. ¶ 9 Hæc dicit Dominus exer
cituum, Vsque ad racemum colligent quasi in
vinea reliquias Israel: conuerte manum tuam,
quasi vindemiator ad cartallum. ¶ 10 Cui lo-
quar? & quẽ contestabor, vt audiat? ecce, incir-
cuncisæ aures eorum, & audire non possunt:
ecce verbum Domini factum est eis in oppro-
brium, & non suscipient illud. ¶ 11 Idcirco fu-
rore Domini plenus sum, & laboraui sustĩ-
nens: effunde super paruulum foris, & super
consilium iuuenum simul: vir enim cum
muliere capietur, senex cum pleno dierum.
¶ 12 Et trãsibunt domus eorũ ad alteros, agri
& vxores pariter: quia extendam manum me-
am super habitantes terram, dicit Dominus.
¶ 13 ‖ A minore quippe vsque ad maiorem o-
mnes auaritiæ student: & a propheta vsque ad
sacerdotem cuncti faciunt dolum. ¶ 14 Et cura
bant contritionem filiæ populi mei cum igno-
minia, dicentes, Pax, pax: & non erat pax.
¶ 15 Confusi sunt, quia abominationem fece-
runt: quin potius cõfusione non sunt confusi,
& erubescere nescierunt. quam ob rem cadent
inter ruentes: in tempore visitationis suæ cor-
ruent, dicit Dominus. ¶ 16 Hæc dicit Dominus,
State super vias, & videte, & interrogate de se-
mitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in
ea: ‖ & inuenietis refrigerĩ animabus vestris.
Et dixerunt, Non ambulabimus. ¶ 17 Et consti
tui super vos speculatores, & dixi, Audite vo
cẽ tubæ. Et dixerunt, Non audiemus. ¶ 18 Ideo
audite Gentes, & cognoscite cõgregatio, quan
ta ego faciam eis. ¶ 19 Audi terra, ecce ego ad-
ducam mala super populum istum, fructum
cogitationum eius: quia verba mea non audie-
runt, & legem meam proiecerunt. ¶ 20 ‖ Vt
quid mihi thus de Saba affertis, & calamum
suaue olentem de terra longinqua? holocau-
stomata vestra nõ sunt accepta, & victimæ ve-
stræ non placuerunt mihi. ¶ 21 Propterea hæc
dicit Dominus, Ecce ego dabo in populum
istum ruinas, & ruent in eis patres & filii si-
mul, vicinus & proximus peribunt. ¶ 22 Hæc
dicit Dominus, Ecce populus venit de terra
Aquilonis, & gens magna consurget à fini-
bus terræ. ¶ 23 Sagittam & scutum arripiet:
crudelis est, & non miserebitur. vox eius quasi
mare sonabit: & super equos ascendent, præ-
parati quasi vir ad prælium, aduersum te fi-
lia Sion. ¶ 24 Audiuimus famam eius, dissolu-
tæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit
nos, dolores vt parturiẽtem. ¶ 25 Nolite exire
ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gla-
dius inimici pauor in circuitu. ¶ 26 Filia popu
li mei accingere cilicio, & conspergere cineri
luctũ vnigeniti fac tibi planctũ amarum, quia
repente veniet vastator super vos. ¶ 27 ‖ Pro-
batorem dedi te in populo meo robustum: &

B

C

a fortis

Isa. 56. d. 3.

Ier. 8. d. 10. a

D

Mat. 11. d. 29.

E

a cognosce
a adduco

Isa. 1. c. 11.
amos 5. f. 21.

F

a &

G

a nos.

Ier. 5. d. 18.

*viam *declinantes *rę

scles,& probabis *vias eorum. ¶ 22 Omnes isti principes *declinantium, *ambulantes fraudulenter, *æs & ferrum: vniuersi corrupti sunt. ¶ 29 Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum,frustra conflauit conflator:malitiæ enim eorũ non sunt consumptæ. ¶ 30 Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

CAP. VII.

Iubetur Ieremias annunciare populo verbum Domini confidẽti in externo tẽpli cultu nihil iuuante. 11 Silo. 13 Mala euẽtura Iudæis ob cõtẽptũ prophetarũ. 16 Prohibet Dominus orare pro populo. 21 Sacrificia à Iudæis non requirit potissimum Dominus, sed vt obediant verbo eius. 26 Prophetæ. 29 Inuitat populum ad planctum ob peccata sua & imminentia mala. 32 Thopheth.

4 VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens, ¶ 2 Sta in porta domus Domini,& prædica ibi verbũ istud,& dic, Audite verbum Domini omnis Iuda,qui ingredimini per portas has vt adoretis Dominum.

¶ 3 Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. ¶ 4 Nolite cõfidere in verbis mendacii,dicẽtes, Templum Domini, templum Domini, templum Domini est. ¶ 5 Quoniã si benedixeritis vias vestras & studia vestra:si feceritis iudicii inter virũ & proximũ eius, ¶ 6 Aduenæ & pupillo & viduæ nõ feceritis calumniam,nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis: ¶ 7 Habitabo vobiscũ in loco isto,in terra quã dedi patribus vestris à sæculo & vsque in sæculum. ¶ 8 Ecce,vos confiditis vobis in sermonibus mendacii,qui non proderunt vobis: ¶ 9 Furari,occidere, adulterari,iurare mendaciter,libare Baalim, & ire post deos alienos quos ignoratis. ¶ 10 Et venistis , & stetistis coram me in domo hac,in qua inuocatum est nomen meũ, & dixistis, Liberati sumus,eo quòd fecerimus omnes abominationes istas. ¶ 11 *Ergo spelũca latronum facta est domus ista,in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris? ego ego sum: ego vidi, dicit Dominus. ¶ 12 Ite ad locũ meum in Silo,vbi habitauit nomen meũ à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israel. ¶ 13 Et nunc quia feci istis omnia opera hæc,dicit Dominus:& locutus sum ad vos mane consurgens, & loquẽs, & non audistis : & vocaui vos , & non respondistis: ¶ 14 Faciam domui huic in qua inuocatum est nomen meum , & in qua vos habetis fiduciã: & loco quẽ dedi vobis,& patribus vestris, sicut feci Silo: ¶ 15 Et proiciã vos à facie mea , sicut proieci omnes fratres vestros vniuersum semẽ Ephraim. ¶ 16 Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudẽ & orationẽ, & nõ obsistas mihi:quia nõ exaudiam te. ¶ 17 Nõne vides quid isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Ierusalẽ? ¶ 18 Filii colligunt ligna,& patres succendunt ignẽ, & mulieres conspergunt adipem , vt faciant placentas reginæ cæli , & libent diis alienis, & me ad iracundiam prouocent. ¶ 19 Nunquid me ad iracundiam prouocant,dicit Dominus? nõne semetipsos in confusionem vultus sui? ¶ 20 Ideo hæc dicit Dominus Deus, Ecce furor meus,& indignatio mea cõflatur super locum istum,super viros,& super iumenta , & super lignum regionis,& super fruges terræ, & succendetur , & non extinguetur. ¶ 21 Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel , holocaustomata vestra addite victimis vestris,& comedite carnes: ¶ 22 Quia non fui locutus cum patribus vestris,& non præcepi eis in die qua eduxi eos de Terra-Aegypti,de verbo holocaustomatum & victimarum. ¶ 23 Sed hoc verbũ præcepi eis , dicens, Audite vocem meam , & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus : & ambulate in omni via quam mandaui vobis. ¶ 24 Et non audierunt , nec inclinauerunt aurem suam:sed abierunt in voluptatibus'& in prauitate cordis sui mali: factique sunt retrorsum & non in antè, ¶ 25 A die qua egressi sunt patres eorum de Terra-Aegypti, vsque ad diẽ hanc. Et misi ad eos omnes seruos meos prophetas per diem, consurgens diluculo, & mittens. ¶ 26 Et non audierunt me,nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam : & peius operati sunt, quàm patres eorum. ¶ 27 Et loquêris ad eos omnia verba hæc, & non audient te : & vocabis eos , & non respondebunt tibi. ¶ 28 Et dices ad eos , Hæc est gens quæ non audiuit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: periit fides , & ablata est de ore eorum. ¶ 29 Tonde capillum tuum & proice, & sume in directum planctum:quia proiecit Dominus , & reliquit generationem furoris sui. ¶ 30 Quia fecerunt filii Iuda malũ in oculis meis, dicit Dominus. Posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatum est nomen meum,vt polluerent eam: ¶ 31 Et ædificauerũt excelsa Thopheth, quæ est in valle filii Ennom: vt incenderent filios suos, & filias suas igni : quæ non præcepi nec cogitaui in corde meo. ¶ 32 Ideo ecce dies venient , dicit Dominus,& nõ dicetur amplius, Thopheth, & vallis filii Ennom: sed vallis interfectionis: & sepelietur in Thopheth,eo quòd nõ sit locus. ¶ 33 Et erit morticinum populi huius in cibos volucribus cæli & bestiis terræ,& non erit qui abigat. ¶ 34 Et quiescere faciam de vrbibus Iuda & de plateis Ierusalem vocem gaudii & vocẽ lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ: in desolatione enim erit terra.

CAP. VIII.

Iudaici populi destructio. 5 Inuitat eum Dominus ad resipiscentiam,peccata eius enumerans. 8 Doctrinam prophetarum & sacerdotũ mendacẽ arguit, & eorum auaritiã. 10 Auaritia. 13 Tempus visitationis prædicitur. 21 In afflictione Ierusalẽ videtur afflictus Dominus.

IN illo tempore, ait Dominus, eiicient ossa regis Iuda , & ossa principum eius, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa eorũ qui habitauerũt Ierusalem, de sepulchris suis: ¶ 2 Et expandent ea ad solem , & lunam, & omnem militiam cæli quæ dilexerunt , & quibus seruierunt , & post quæ ambulauerunt, & quæ quæsierunt & adorauerunt: non colligentur, & non sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ erunt. ¶ 3 Et eligent magis mortem quàm vitam omnes qui reliqui fuerint de cognatione hac pessima in vniuersis locis



7.26.d.11.
bene ditexerunt
Nunquid Matt.21.b.13. mar.11.c.17. luc.19.g.46.
Proue.1.c.23. Isa.65.b.12.
3.Reg.4.c.23.
Ier.24.b.12.
Ier.44.e.29.

quæ derelicta sunt,ad quæ electi eos,dicit Dominus exercituum. ¶4 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Nunquid qui cadit, non resurget? & qui auersus est,non reuertetur? ¶5 Quare ergo auersus est populus iste in Ierusalem auersione contentiosa? Apprehenderunt mendacium,& noluerunt reuerti. ¶6 Attẽdi,& auscultaui:nemo quod bonum est loquitur,nullus est qui agat pœnitentiã super peccato suo, dicens, Quid fecit? Omnes conuersi sunt ad cursum suum,quasi equus impetu vadens ad prælium. ¶7 Miluus in cælo cognouit tẽpus suum: turtur,& hirundo,& ciconia custodierũt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini. ¶8 Quomodo dicitis, Sapientes nos sumus , & lex Domini nobiscum est? verè mendacium operatus est stylus mẽdax scribarum. ¶9 Confusi sunt sapiẽtes,perterriti & capti sunt:verbum enim Domini proiecerunt,& sapientia nulla est in eis. ¶10 Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus:quia à minimo vsque ad maximum omnes auaritiã sequũtur:à propheta vsque ad sacerdotẽ cuncti faciunt mendacium. ¶11 Et sanabant'cõtritiones'filiæ populi mei ad ignominiam , dicentes Pax, pax: quum non esset pax. ¶12 Cõfusi sunt,quia abominationẽ fecerunt:quinimo confusiõne non sunt confusi,& erubescere nescierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tempore visitationis suæ corruent,dicit Dominus. ¶13 Congregans cõgregabo eos,ait Dominus:non est vua in vitibus,& non sunt ficus in ficulnea,folium defluxit : & dedi eis quæ prætergressa sunt. ¶14 Quare sedemus?cõuenite,& ingrediamur ciuitatem munitam,& fileamus ibi:quia Dominus Deus noster silere nos fecit,& potũ dedit nobis aquã fellis: peccauimus enim Domino. ¶15 ‖Expectauimus pacem,& nõ erat bonum: tẽpus medelæ,& ecce formido. ¶16 A Dan auditus est fremitus equorum eius,à voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra.& venerunt,& deuorauerunt terram, & plenitudinem eius:vrbem & habitatores eius. ¶17 Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos,quibus non est incantatio:& mordebũt vos,ait Dominus. ¶18 Dolor meus super dolorem,in me cor meum mœrens. ¶19 Ecce,vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua, Nunquid Dominus non est in Sion : aut rex eius non est in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis? ¶20 Transiit messis,finita est æstas:& nos saluati non sumus. ¶21 Super contritione filiæ populi mei contritus sum & cõtristatus,stupor obtinuit me. ¶22 Nunquid resina non est in Galaad?aut medicus non est ibi?quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?

## CAP. IX.

Planctus prophetæ super populi malitia. 22 Quare Ierusalẽ sit destructa. 17 Inuitat eos Dominus ad planctum. 24 In Dei cognitione solum gloriandum. 26 Incircuncisio cordis.

QVis dabit capiti meo aquã,& oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? ¶1 Quis dabit me in solitudine diuersoriũ viatorum:& derelinquam populum meum,& recedã ab eis?quia omnes adulteri sunt,'&' cœtus præuaricatorum. ¶2 Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii & non veritatis : confortati sunt in terra,quia de malo ad malũ egressi sunt,& me non cognouerunt, dicit Dominus. ¶4 Vnusquisque se à proximo suo custodiat,& in omni fratre suo nõ habeat fiduciam:quia omnis frater supplantans supplantabit,& omnis amicus fraudulenter incedet. ¶5 Et vir fratrem suum deridebit,& veritatem non loquẽtur:docuerunt enim linguam suam loqui mendacium:vt iniquè agerent laborauerunt. ¶6 Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me,dicit Dominus. ¶7 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego conflabo,& probabo eos : quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei? ¶8 Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. ‖more suo pacem cum amico suo loquitur,& occultè ponit ei insidias. ¶9 Nunquid super his non visitabo,dicit Dominus? aut in gente'huiusmodi non vlciscetur anima mea? ¶10 Super montes assumam fletum ac lamentum,& super speciosa deserti planctum: quoniam incensa sunt , eo quòd non sit vir pertransiens:& non audierunt vocem possidentis: à volucre cæli vsque ad pecora transmigrauerunt & recesserunt. ¶11 Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ,& cubilia draconum:& ciuitates Iudæ dabo in desolationem , eo quòd non sit habitator. ¶12 Quis est vir sapiens qui intelligat hoc,& ad quem verbum oris Domini fiat vt annuntiet istud,quare perierit terra, & exusta sit quasi desertum,eo quòd non sit qui pertranseat? ¶13 Et dixit Dominus,Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, & non audierunt vocem meam,& non ambulauerunt in ea: ¶14 Et abierunt post prauitatem cordis sui,& post Baalim,quod didicerunt à patribus suis : ¶15 Idcirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce ego cibabo populum istum absynthio,& potum dabo eis aquam fellis. ¶16 Et dispergam eos in gẽtibus,quas non nouerunt ipsi & patres eorum:& mittam post eos gladium,donec cõsumãtur. ¶17 Hæc dicit Dominus exercituum,Contemplamini,& vocate lamẽtatrices,vt veniant:& ad eas quæ sapiẽtes sunt,mittite,& properẽt: ¶18 Festinẽt, & assumant super nos lamentum : deducant oculi nostri lachrymas , & palpebræ nostræ defluãt aquis: ¶19 Quia vox lamẽtationis audita est de Sion,Quomodo vastati sumus & confusi vehementer ,quia dereliquimus terram, quoniam 'deserta'sunt tabernacula nostra. ¶20 Audite ergo mulieres verbum Domini:& ‖assumant aures vestræ sermonem oris eius:& docete filias vestras lamẽtũ:& vnaquæque proximã suã planctũ: ¶21 Quia ascẽdit mors per fenestras'vestras,'ingressa est domos'vestras,' disperdere parvulos de foris , iuuenes de platẽis. ¶22 Loquere, Hæc dicit Dominus, Et cadet morticinũ hominis quasi stercus super faciẽ regionis,& quasi fœnũ post tergũ metẽtis, & nõ est qui colligat. ¶23 Hæc dicit Dominus, ‖Nõ glorietur sapiẽs in sapiẽtia sua,&nõ glorietur fortis in fortitudine sua,&nõ glorietur diues in diuitiis suis: ¶24 Sed in hoc glorietur qui gloriatur , scire & nosse me quia ego sum Dominus qui facio misericordiam & iudicium

Psal.27.a.5.

in gentem

delecta

assumat au-ris vestra

nostras,

1.Cor.1.d.31.

2.cor.10.d.17.

& iustitiam in terra. hæc enim placent mihi, ait Dominus. ¶25 Ecce dies venient, dicit Dominus: & visitabo super omnem qui circuncisum habet præputiũ, ¶26 super Aegyptũ, & super Iudã, & super Edõ, & super filios Ammõ: & super Moab, & super omnes qui attõsi sunt in comã, habitantes in deserto: quia omnes gẽtes habent præputiũ, omnis autem domus Israel incircũcisi sunt corde. CAP. X.

Non esse metuẽdas syderũ cõstellationes. 4 De idolorũ imbecillitate & Dei potẽtia. 19 Te rusalẽ culpæ suæ tribuit quod patitur. 21 Pastores. 22 Grex. 23 Dei est, hominis viã dirigere.

AUdite verbum quod locutus est Dominus super vos domus Israel. ¶2 Hæc dicit Dominus, Iuxta vias Gentium nolite discere: & à signis cæli nolite metuere, quæ timẽt Gentes: Saplẽ.13.b.11. ¶3 Quia leges populorum vanæ sunt: quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia. ¶4 Argento & auro decorauit illud: clauis & malleis compegit, vt nõ dissoluatur. ¶5 In similitudinem palmæ fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere non valẽt. nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene. ¶6 ‖ Non est similis tui Domine: magnus es tu, & magnũ nomen tuum in fortitudine. ¶7 Quis non timebit te ô rex Gentium? tuum est enim decus: inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui. ¶8 Pariter insipientes & fatui probabũtur: doctrina Apoc.15.b.4. vanitati eorũ lignũ est. ¶9 Argentũ inuolutum de Tharsis affertur, & aurũ de Ophir: opus artificis, & manus æraril: hyacinthus & purpura indumẽtum eorũ. opus artificũ vniuersa hæc. ¶10 Dominus autẽ Deus verus est: ipse Deus viuens, & rex sempiternus. ab indignatione eius cõmouebitur terra: & non sustinebunt Gentes cõminationem eius. ¶11 Sic ergo dicetis eis, Dii qui cælos & terram non fecerunt, pereant de terra & de his quæ sub cælo sũt. ¶12 ‖ Qui facit terrã in fortitudine sua, præparat orbẽ in sapiẽtia sua, & prudẽtia sua extẽdit cælos. ¶13 Ad vocem suã dat multitudinem aquarum in cælo, & eleuat nebulas ab extremitatib' terræ: ‖ fulgura in pluuiã facit, & educit ventũ de thesauris suis. ¶14 Stultus factus est omnis homo à scientia sua, confusus est artifex omnis in sculptili: quoniã falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis. ¶15 Vana sunt, & opus risu dignũ: in tempore visitationis suæ peribũt. ¶16 Non est his similis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipse est: & Israel virga hæreditatis eius: Domi nus exercituũ nomẽ illi. ¶17 Cõgrega de terra cõfusionem tuam, quæ habitas in obsidione: ¶18 Quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego longè proiiciam habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos, ita vt nõ' inueniãtur. ¶19 Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autẽ dixi, Manè hæc infirmitas mea est, & portabo illã. ¶20 Tabernaculũ meum vastatũ est, omnes funiculi mei diruti sunt: filii mei exierunt à me, & non subsistunt: non est qui extendat vltrà tentorium meum, & erigat pelles mea. ¶21 Quia stultè egerunt pastores, & Dominum nõ quæsierunt: propterea nõ intellexerunt, & omnis grex eorum dispersus est, ¶22 Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda solitudinem, & ' habitacula' draconum. ¶23 Scio Domine quia nõ est hominis via eius: nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. ¶24 ‖ Corripe me Domine, veruntamẽ in iudicio: & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. ¶25 ‖ Effunde indignationẽ tuam super gentes quæ nõ cognouerunt te, & super prouincias quæ nomẽ tuum nõ inuocauerũt: quia comederunt Iacob, & deuouerũt eum, & consumpserunt illum, & decus eius dissipauerunt. CAP. XI.

Maledictio eorum qui non obediunt verbo pacti diuini. 6 Iubet Dominus pactum suum sæpius populo inculcari. 9 Populus Iuda patrum vestigia sequutus, deos adorat. 11 Dominus se non exauditurum Iudæos dicit, Ieremiã etiam prohibens pro eis orare. 15 De cõspiratione Iudæorum in Christum. 21 Excidium Iudæorum ob Christũ traditũ in manus Gẽtiũ.

VErbum quod factum est à Domino ad Ieremiam, dicens, ¶2 Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ierusalẽ, ¶3 & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Maledictus vir qui nõ audierit verba pacti huius, ¶4 Quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de Terra Aegypti, de fornace ferrea, dicens, Audite vocem meam, & facite omnia quæ ' præcepi' vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum: ¶5 Vt suscitem iuramentũ quod iurauí patribus vestris, daturum me eis terram fluẽtem lacte & melle, sicut est dies hæc. & respondi, & dixi, Amen Domine. ¶6 & dixit Dominus ad me, Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens, Audite verba pacti huius, & facite illa: ¶7 Quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de Terra Aegypti vsque ad diem hanc: mane consurgens cõtestatus sum, & dixi, Audite vocem meã: ¶8 & non audierunt, nec inclinauerunt aurẽ suam, sed abierunt vnusquisque in praui tate cordis sui mali: & induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt. ¶9 & dixit Dominus ad me, Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ierusalem. ¶10 Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. & hi ergo abierunt post deos alienos, vt seruirent eis: irritum fecerunt domus Israel & domus Iuda pactum meum quod pepigi cum patribus eorum. ¶11 Quam ob re hæc dicit Dominus, Ecce ego inducam super eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos. ¶12 Et ibũt ciuitates Iuda, & habitatores Ierusalem, & clamabunt ad ' eos' quibus libant, & non saluabunt eos in tempore afflictionis eorum. ¶13 ‖ Secundum numerum enim ciuitatum tuarum erant dii tui Iuda: & secundum numerum viarum ' tuarum' Ierusalem posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim. ¶14 ‖ Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne assumas pro eis laudem, & orationem: quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum. ¶15 Quid est quòd dile-

ceit ctus meus in domo mea fecit scelera multa? nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es? ¶ 16 Oliuam huberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocauit Dominus nomẽ tuum: ad vocem loquelæ grandis exarsit ignis in ea, & cõbusta sunt fruteta eius. ¶17 Et Dominus exercituũ qui plantauit te, locutus est super te malum pro malis domus Israel & domus Iuda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libãtes Baalim. ¶ 18 Tu autem Domine demonstrasti mihi, & cognoui: tu ostendisti mihi studia eorum. ¶19 Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui quia cogitauerunt super me cõsilia, dicẽtes, Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomẽ eius non memoretur amplius. ¶ 20 Tu autem Domine sabbaoth, qui iudicas iustè, & probas renes & corda, videam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. ¶21 Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animã tuam, & dicunt, Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris. ¶ 22 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego visitabo super eos: iuuenes morientur in gladio, filii eorum & filiæ eorum morientur in fame. ¶23 Et reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

CAP. XII.

Propheta impiorum prosperitatem admiratur: ametũ Deum iustum fateatur. 2 Terra Iudæorũ vastata etiã ab amicis. 7 Relinquuntur à Domino. 10 Inuehitur in pastores populi seductores. 14 Vicinis gentibus Iudæam infestantibus minatur Dominus interitum.

A Iustus quidem tu es Domine, si disputem tecum: veruntamẽ iusta loquar ad te, Quare via impiorum prosperatur: bene est omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt? ¶2 Plãtasti eos, & radicem miserunt: proficiunt, & faciunt fructum: propè es tu ori eorum, & longè à renibus eorum. ¶ 3 Et tu Domine nosti me, vidisti me, & probasti cor meum tecum: cõgrega eos quasi gregem ad victimam, & sanctifica eos in die occisionis. ¶4 Vsquequo lugebit terra, & herba omnis regionis siccabitur propter malitiam habitantium in ea? consumptum est animal, & volucre: quoniam dixerunt, Non videbit nouissima nostra. ¶ 5 Si cum peditibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? quum autẽ in terra pacis securã fueris, quid facies in superbia Iordanis? ¶6 Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiã ipsi pugnauerunt aduersum te, & clamauerunt post te plena voce: ne credas eis, quum locuti fuerint tibi bona. ¶7 Reliqui domũ meã, dimisi hæreditatem meam: dedi dilectam animam meã in manum inimicorum eius. ¶8 Facta est mihi hæreditas mea quasi leo in sylua: dedit contra me vocẽ, ideo odiui eam. ¶9 Nunquid auis discolor hæreditas mea mihi? nunquid auis cincta per totum? venite congregamini omnes bestiæ terræ, properate ad deuorandum. ¶10 Pastores multi demolirũt vineam meam, conculcauerunt partẽ meam: dederunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis. ¶11 Posuerũt eam in dissipationem, luxitque super me, desolatione desolata est omnis terra: quia nullus est qui recogitet corde. ¶12 Super omnes vias deserti venerũt vastatores: terræ, quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vsque ad extremũ eius: non est pax vniuersæ carni. ¶13 Seminauerũt triticum, & spinas messuerunt: hæreditatem acceperunt, & non eis proderit: confundemini à fructibus vestris propter iram furoris Domini. ¶ 14 Hæc dicit Dominus aduersum omnes vicinos meos pessimos, qui tagunt hæreditatẽ, quam distribui populo meo Israel: Ecce, ego euellã eos de terra sua, & domum Iuda euellã de medio eorum. ¶ 15 Et quum euulsero eos, conuertar, & miserebor eorum: & reducam eos, virum ad hæreditatem suam, & virum in terram suam. ¶16 Et erit: si eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo viuit Dominus, sicut docuerũt populum meum iurare in Baal: ædificabuntur in medio populi mei. ¶ 17 Quòd si non audierint, euellam gẽtem illam euulsione & perditione, ait Dominus.

CAP. XIII.

Interitus Iudæorum præfiguratur, & eorum dispersio. 11 Quare assumptus Israel in populum Dei, & quare reiectus. 15 Prouocat ad pœnitentiam. 22 Causa prædictorum malorum. 23 Consuetudo mali indelebilis.

Hæc dicit Dominus ad me, Vade, & possidẽ tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquã non inferes illud. ¶2 Et possedi lumbare iuxta verbum Domini, & posui circa lumbos meos. ¶ 3 Et factus est sermo Domini ad me secundò, dicẽs, ¶4 Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphratẽ, & absconde ibi illud in foramine petræ. ¶5 Et abii, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dominus. ¶ 6 Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me, Surge, & vade ad Euphratẽ: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi vt absconderes illud ibi. ¶7 Et abii ad Euphratẽ, & fodi, & tuli lumbare de loco vbi absconderam illud: & ecce, computruerat lumbare, ita vt nulli vsui aptũ esset. ¶ 8 Et factum est verbum Domini ad me, dicẽs, ¶9 Hæc dicit Dominus, Sic putrefcere faciã superbiã Iudæ, & superbiam Ierusalem multam. ¶10 Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulãt in prauitate cordis sui: abiẽrũnt que post deos alienos, vt seruiant eis, & adorarẽt eos: & erũt sicut lumbare istud, quod nulli vsui aptum est. ¶ 11 Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinaui mihi omnem domum Israel, & omnem domum Iuda, dicit Dominus: vt essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt. ¶ 12 Dices ergo ad eos sermonem istum, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Omnis laguncula implebitur vino. Et dicẽt ad te, Nunquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino? ¶13 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges qui sedent de stirpe David super thronum eius, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Ierusalem, ebrietate: ¶14 Et dispergam eos virum à fratre suo,

& patres,& filios pariter,ait Dominus:nõ parcam,& non cõsidabo: neque misereor vt non disperdam eos. ¶15 Audite, & auribus percipite, Nolite eleuari, quia Dominus locutus est. ¶16 Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat,& antequã offendãt pedes vestri ad montes' caligosos: 'expectabitis lucem,& ponet eã in vmbrã mortis,& in caliginem. ¶17 Quòd si hoc non audieritis,in abscondito plorabit anima mea à facie superbiæ:‖plorans plorabit,& deducet oculus meus lachrymã,quia capt' est grex Domini. ¶18 Dic regi & dominatrici, Humiliamini, sedete in terra:'quoniã"descẽdet de capite vestro corona gloriæ vestræ. ¶19 Ciuitates Austri clausæ sunt, & nõ est qui aperiat: trãslata est omnis Iuda trãsmigratione perfecta. ¶20 Leuate oculos vestros, & videte qui venitis ab Aquilone: vbi,est grex qui datus est tibi,pecus inclytum tuũ? ¶21 Quid dices, quũ visitauerit te? tu enim docuisti eos aduersũ te,& erudisti in caput tuum.nũquid nõ dolores'apprehẽdẽrũt te,quasi mulierẽ parturientẽ? ¶22 Quòd si dixeris in corde tuo, Quare venerunt mihi hæc? Propter multitudinẽ iniquitatis tuæ reuelata sunt verecũdiora tua,pollutæ sunt plãtæ tuæ. ¶23 Si mutare potest Aethiops pellẽ suã,aut pardus varietates suas:& vos poteritis benefacere,quũ didiceritis malũ. ¶24 Et disseminābo eos quasi stipulam quæ vento raptatur in deserto. ¶25 Hæc sors tua pãrsque mensuræ tuæ à me, dicit Dominus: quia oblita es mei, & confisa es in mendacio. ¶26 Vnde & ego nudaui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua. ¶27 Adulteria tua,& hinnitus tuus, scelus fornicationis tuæ : super colles in agro vidi abominationes tuas . Væ tibi Ierusalem,nõ mũdaberis post me:vsquequo adhuc?

CAP. XLIII.

De siccitate futura in Iudæa. 7 Oratio populi petentis misericordiã à Domino. 10 Non exauditur populus infidelis.11 Oratio Heliæ. 14 Falsi prophetæ seducentes populũ. 19 Rursũ orat populus,peccata sua agnoscens:& Deũ cõmemoratione pacti sui ad parcẽdũ inuitãs.

QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam de sermonibus siccitatis. ¶2 Luxit Iudæa,& portæ eius corruerũt,& obscuratæ sunt in terra,& clamor Ierusalẽ ascẽdit. ¶3 Maiores miserunt minores suos ad aquam: venerunt ad hauriendum, non inuenerunt aquã,reportauerunt vasa sua vacua:confusi sunt & afflicti , & operuerunt capita sua. ¶4 Propter terræ vastitatem, quia non vẽnit pluuia in terram, confusi sunt agricolæ , operuerunt capita sua. ¶5 Nã & cerua in agro peperit,& reliquit:quia non erat herba. ¶6 Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba . ¶7 Si iniquitates nostræ responderint nobis,Domine fac propter nomen tuum, quoniã multæ sunt auersiones nostræ, tibi peccauimus. ¶8 Expectatio Israel, saluator 'noster' in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra,& quasi viator declinans ad manendũ? ¶9 Quare futurus es vt vir vagus, '&' fortis qui nou potest saluare? tu autem in nobis es Domine,& nomen tuum inuocatum est super nos,ne derelinquas nos. ¶10 Hæc dicit Dominus populo huic,quã dilexit mouere pedes suos , & non quieuit , & Domino non placuit : Nunc recordabitur iniquitatum eorum , & vlũtabit peccata eorum. ¶11 Et dixit Dominus ad me, ‖Noli orare pro populo isto in bonum . ¶12 Quum ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocaustomata & victimas , non suscipiam ea : quoniam gladio & fame & peste consumam eos. ¶13 ‖Et dixi, &, a,a, Domine Deus, Prophetæ dicunt eis, Non videbitis gladium,& fames non erit in vobis,sed pacem vera dabit vobis in loco isto. ¶14 Et dixit Dominus ad me, Falsò propheræ vaticinantur in nomine meo:non misi eos,& non præcepi eis, neque locutus sum ad eos : visionem mendacem,& diuinationem'fraudulentam,' & seductionem cordis sui prophetant vobis . ¶15 Idcirco hæc dicit Domin' de prophetis qui prophetant in nomine meo , quos ego non misi, dicentes , Gladius & fames non erit in Terra hac : in gladio & fame consumentur prophetæ illi. ¶16 Et populi quibus prophetant,erunt projecti in viis Ierusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos , ipsi & vxores eorum,filii & filiæ eorum.& effundam super eos malum suũ. ¶17 Et dices ad eos verbum istud, ‖Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & non taceant : quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. ¶18 Si egressus fuero ad agros:ecce,occisi gladio.& si introiero in ciuitatẽ: ecce,attenuati fame. Prophetæ'quoque' & sacerdos abierunt in terrã quam ignorabant. ¶19 Nunquid proiiciens abiecisti Iudam?aut,Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos,ita vt nulla sit sanitas? ‖expectauimus pacẽ,& non est bonum:& tempus curationis,& ecce turbatio. ¶20 Cognouimus Domine impietates nostras, 'iniquitates' patrũ nostrorũ,quia peccauimus tibi. ¶21 Ne des nos in opprobriũ propter nomẽ tuum,neque facias nobis contumeliã foli gloriæ tuæ: recordare,ne irritũ facias fœdus tuũ nobiscũ. ¶22 Nunquid sunt in sculptilibus Gẽtiũ qui pluant ? aut cæli possunt dare imbres' nisi tu voluerisʼ nõne tu es Dominus Deus noster, quẽ expectauimus?tu enim fecisti omnia hæc.

CAP. XV.

Ostendit Deus quantopere sibi displiceat idololatria , & animus à pœnitentia alienus. 6 Causa tãtorũ malorũ . 10 Promittitur ei auxilium.13 Rursus annuntiat Iudæorum vastationem.15 Iterum veluti conquerendo,petit liberari à sua afflictione . 19 Respondens Dominus prophetæ,ostendit fructum laboris.

ET dixit Dominus ad me,‖'steterint' Moyses & Samuel corã me,non est anima mea ad populum istum: eiice illos à facie mea , & egrediantur. ¶2 Quòd si dixerint ad te,Quò egrediemur? dices ad eos, Hæc dicit Dominus, ‖Qui ad mortem,ad mortem:& qui ad gladiũ, ad gladium:& qui ad famem,ad famem:& qui ad captiuitatẽ,ad captiuitatem. ¶3 Et visitabo super eos quatuor species,dicit Dominus, Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cæli & bestias terræ ad deuoran-

dum & diſſipandum: ¶4 Et dabo eos in ferue-
2.22. rem vniuerſis regnis terræ, propter Manaſ-
ſem filium Ezechiæ regis Iuda, ſuper omnibus
quæ fecit in Ieruſalem. ¶5 Quis enim miſere-
bitur tui Ieruſalē aut quis contriſtabitur pro
te aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?
¶6 Tu reliquiſti me, dicit Dominus: retrorſū
abiiſti: & extendam manum meam ſuper te, & in-
terficiā te: laborani rogās. ¶7 Et diſpergam
eos ventilabro in portis terræ: interfeci & diſ-
perdidi populū meum, & tamē à viis ſuis non
ſunt reuerſi. ¶8 Multiplicatæ ſūt mihi viduæ
eius ſuper arenam maris: induxi eis ſuper ma-
trem adoleſcētis vaſtatorem meridie: miſi ſu-
9. per ciuitates repentè terrorem. ¶9 Infirmata
eſt quæ peperit ſeptē, defecit anima eius: oc-
cidit ei ſol, quum adhuc eſſet dies: cōfuſa eſt,
& erubuit: & reſiduos eius in gladium dabo in
conſpectu inimicorum eorum, ait Dominus.
¶10 Væ mihi mater mea: quare genuiſti me vi
C rum rixæ, virum diſcordiæ in vniuerſa terrā?
non fœneraui, nec fœnerauit mihi quiſquam:
omnes maledicūt mihi. ¶11 Dicit Dominus, Si
vel non reliquiæ tuæ in bonum, ſi non occurrit
tibi in tempore afflictionis, & in tempore tri-
bulationis aduerſus inimicum. ¶12 Nunquid
fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs?
¶13 Diuitias tuas & theſauros tuos in dire-
ptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis,
& in omnibus terminis tuis. ¶14 Et adducam
12. inimicos tuos de terra quam neſcis: quia ignis
19. ſuccenſus eſt in furore meo, & ſuper vos ar-
debit. ¶15 Tu ſcis Domine, recordare mei, & vi
ſita me, & tuere me ab his qui perſequuntur
me: noli in patientia tua ſuſcipere me: ſcito
quoniā ſuſtinui propter te opprobriū. ¶16 In-
uenti ſunt ſermones tui, & comedi eos, & fa-
ctum eſt mihi verbum tuum in gaudium & in
lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum eſt
D nomen tuum ſuper me Domine Deus exerci-
tuum. ¶17 Non ſedi in concilio ludentium, &
gloriatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedē-
bam, quoniam comminatione repleſti me.
¶18 Quare factus eſt dolor meus perpetuus, &
plaga mea deſperabilis renuit curari? facta eſt
mihi quaſi mendacium aquarum infidelium.
¶19 Propter hoc hæc dicit Dominus, Si con-
uertēris, conuertam te, & ante faciem meam
ſtabis: & ſi ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi
os meū eris. conuertentur ipſi ad te, & tu non
cōuertēris ad eos. ¶20 Et dabo te populo huic
in murum æreum, fortem: & bellabunt aduer-
ſum te, & non præualebunt: quia ego tecum
ſum vt ſaluem te, & eruam te, dicit Dominus.
¶21 Et liberabo te de manu peſſimorum, & te-
dimam te de manu fortium. CAP. XVI.

Iudæorum calamitatem prædicit. 10 Idolorum cultum & legis Dei contemptum, tantæ calamitatis cauſam eſſe oſtendit. 13 Captiuitatem Babylonicam prædicit, & populi liberationem ab ea. 19 Vocatio Gentium.

ET factum eſt verbum Domini ad me, di-
cens, ¶2 Non accipies vxorem, & non e-
runt tibi filii & filiæ in loco iſto. ¶3 Quia hæc
dicit Dominus ſuper filios & filias, qui gene-
rantur in loco iſto: & ſuper matres eorū quæ
genuerunt eos: & ſuper patres eorum, de quo-
rum ſtirpe ſunt nati in terra hac: ¶4 Mortī-
bus ægrotationum morientur: non plangē-
tur, & non ſepelientur, in ſterquilinium ſuper
faciem terræ erunt: & gladio & fame conſu-
mentur: & erit cadauer eorum in eſcam vola-
tilibus cæli, & beſtiis terræ. ¶5 Hæc enim dicit
Dominus, Ne ingrediaris domum conuiuii,
neque vadas ad plangendum, neque conſole-
ris eos: quia abſtuli pacem meam à populo i-
ſto, dicit Dominus, miſericordiam & miſera-
tiones. ¶6 Et morientur grādes, & parui in terra
iſta: non ſepelientur, neque plangentur, & nō
ſe incident, neque caluitium fiet pro eis. ¶7 Et B
non frangent inter eos lugenti panem ad cō-
ſolandum ſuper mortuo: & non dabunt eis
potum calicis ad conſolandum ſuper patre
ſuo & matre. ¶8 Et domum conuiuii non in-
grediaris, vt ſedeas cum eis, & comedas, & bi-
bas. ¶9 Quia hæc dicit Dominus exercituum
Deus Iſrael, Ecce ego auferam de loco iſto in
oculis veſtris, & in diebus veſtris vocem gau-
dii & vocem lætitiæ, vocem ſponſi & vocem
ſponſæ. ¶10 Et quum annuntiaueris populo 1.5.c.19.
huic omnia verba hæc, & dixerint tibi, Qua-
re locutus eſt Dominus ſuper nos omne ma-
lū grande iſtud? quæ iniquitas noſtra? & quod
peccatum noſtrum quod peccauimus Domi-
no Deo noſtro? ¶11 Dices ad eos, Quia dere-
liquerunt me patres veſtri, ait Dominus: & abie
runt poſt deos alienos, & ſeruierunt eis, & a-
dorauerunt eos: & me dereliquerunt, & legem C
meam non cuſtodierunt. ¶12 Sed & vos peius 7.7.c.26.
operati eſtis, quàm patres veſtri. ecce enim
ambulat vnuſquiſque poſt prauitatem cordis
ſui mali, vt me non audiat. ¶13 Et eiciam vos 7.23.b.8.
de terra hac, in terram quam ignoratis vos, &
patres veſtri: & ſeruietis ibi diis alienis die ac
nocte, qui nō dabunt vobis requiem. ¶14 Pro-
pterea ecce dies venient, dicit Dominus, & veniunt,
non dicetur vltrà, Viuit Dominus qui eduxit
filios Iſrael de terra Ægypti: ¶15 Sed, Viuit
Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aquilonis, & de vniuerſis terris ad quas eiecit
eos: & reducam eos in terram ſuam, quam de-
di patribus eorum. ¶16 Ecce, ego mittam pi-
ſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabūtur
eos: & poſt hæc mittam eis multos venatores,
& venabuntur eos de omni monte, & de omni
colle, & de cauernis petrarum. ¶17 Quia oculi D
mei ſuper omnes vias eorum: non ſunt abſcō-
ditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquī-
tas eorum ab oculis meis. ¶18 Et reddam pri-
mùm duplices iniquitates & peccata eorum:
quia contaminauerunt terram meam in mor-
ticinis idolorum ſuorum, & abominationibus
ſuis impleuerunt hæreditatem meam. ¶19 Do-
mine fortitudo mea, & robur meum, & refu-
gium meū in die tribulationis: ad te Gētes ve-
nient ab extremis terræ, & dicent, Verè men-
dacium poſſederunt patres noſtri, vanitatem
quæ eis non profuit. ¶20 Nunquid faciet ſi-
bi homo deos, & ipſi non ſunt dii? ¶21 Idcir-
co ecce ego oſtendam eis per vicem hanc, o-
ſtendam eis manum meam, & virtutem meā:
& ſcient quia nomen mihi Dominus.

CAP. XVII.

Iudæorū pertinacitas. 5 Maledicti cōfidētes in homine. 7 Benedicti quorū Domin⁹ fiducia. 9 Cor hominis prauū. 10 De⁹ ſcrutator cordiū.

succendistis

.42.2.6.

sal.1.2.3.

omnium

.Reg.16.b.7.
sal.7.c.10.
poc.1.f.32.

29 Orat Ieremias auxilium â Deo. Derelinquere Deum. Aquæ viuæ.14 A Domino vera salus petenda.19 Sanctificationé sabbathi præcipit.

PRæcatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. ¶2 Quum recordati fuerint filii eorum ararum suarum, & lucorũ suorum, lignorũmque frondentium in montibus excelsis, ¶3 Sacrificantes in agro: fortitudinem tuam & omnes thesauros tuos in direptionem dabo, excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. ¶4 Et relinquêris sola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem succendistis in furore meo, vsque in æternum ardebit. ¶5 Hæc dicit Dominus, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & a Domino recedit cor eius. ¶6 Erit enim quasi myricæ in deserto, & non videbit quum venerit bonum: sed habitabit in siccitate in deserto in terra salsuginis & inhabitabili. ¶7 Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. ¶8 Et erit quasi lignum quod trãsplãtatur super aquas, quod ad humorem mittit radices suas: & non timebit quum venerit æstus. Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit solicitum, nec aliquãdo desinet facere fructum. ¶9 Prauum est cor hominis & inscrutabile: quis cognoscet illud? ¶10 Ego Dominus scrutans cor, & probans renes: qui do vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum. ¶11 Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. ¶12 Solium gloriæ altitudinis à principio, locus sanctificationis nostræ. ¶13 Expectatio Israel Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra describentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum. ¶14 Sana me Domine, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero: quoniã laus mea tu es. ¶15 Ecce ipsi dicunt ad me, Vbi est verbum Domini? veniat. ¶16 Et ego non sum turbatus, te pastorem sequens: & diem hominis non desideraui, tu scis. Quod egressum est de labiis meis, rectum in conspectu tuo fuit. ¶17 Non sis tu mihi formidini, spes mea tu in die afflictionis. ¶18 Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego: induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. ¶19 Hæc dicit Dominus ad me, Vade, & sta in porta filiorum populi mei per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur, & in cunctis portis Ierusalem: ¶20 Et dices ad eos, Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis Iudæa, cunctique habitatores Ierusalẽ qui ingredimini per portas istas. ¶21 Hæc dicit Dominus, Custodite animas vestras, & nolite portare pondera in die sabbathi: nec inferatis per portas Ierusalem. ¶22 Et nolite efferre onera de domibus vestris in die sabbathi, & omne opus non facietis: sanctificate diem sabbathi, sicut præcepi patribus vestris. ¶23 Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed indurauerunt ceruicem suam ne audirent me, & ne acciperent disciplinam. ¶24 Et erit: si audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die sabbathi: & si sanctificaueritis diem sabbathi, ne faciatis in eo omne opus: ¶25 Ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes, sedentes super solium Dauid, & ascendentes in curribus & equis, ipsi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ierusalẽ: & habitabitur ciuitas hæc in sempiternum. ¶26 Et venient de ciuitatibus Iuda, & in circuitu Ierusalem, & de terra Beniamin, & de campestribus, & de montuosis, & ab Austro, portantes holocaustum, & victimam, & sacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Dominl. ¶27 Si autẽ non audieritis me, vt sanctificetis diem sabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ierusalẽ in die sabbathi: succendam ignem in portis eius, & deuorabit domos Ierusalẽ, & nõ extinguetur.

## CAP. XVIII.

Exemplo figuli ostẽdit Deus in manu sua esse contemptores verbi sui posse perdere, eosdem autẽ respiscentes ædificare. 8 Coniuratis misericordia promittitur. Iudæis obstinatis parat Dominus exitium. 11 Conspiratio Iudæorũ in Ieremiã. 19 Eiusdẽ oratio cõtra aduersarios, quib' mala nõ tã imprecatur quàm prædicit.

VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens, ¶2 Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. ¶3 Et descendi in domum figuli, & ecce, ipse faciebat opus super rotã. ¶4 Et dissipatum est vas quod ipse faciebat è luto, manibus suis: conuersúsque, fecit illud, vas alterum, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. ¶5 Et factũ est verbum Domini ad me, dicens, ¶6 Nunquid sicut figulus iste, non potero vobis facere, domus Israel, ait Dominus? ecce, sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea, domus Israel. ¶7 Repente loquar aduersum gentem & aduersus regnum, vt eradicem & destruam & disperdã illud. ¶8 Si pœnitẽtiam egerit gens illa à malo suo quod locutus sum aduersus eã: agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui vt facerem ei. ¶9 Et subitò loquar de gente & de regno, vt ædificem & plãtem illud. ¶10 Si fecerit malum in oculis meis, vt nõ audiat vocem meam: pœnitentiam agam super bono quod locutus sum vt faceré ei. ¶11 Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusalẽ, dicens, Hæc dicit Dominus, Ecce, ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem: reuertatur vnusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. ¶12 Qui dixerunt, Desperauimus: post cogitationes enim nostras ibimus, & vnusquisque prauitatem cordis sui mali faciemus. ¶13 Ideo hæc dicit Dominus, Interrogate Gentes, Quis audiuit talia horribilia quæ fecit nimis virgo Israel? ¶14 Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli possũt aquæ erumpẽtes frigidæ, & defluẽtes? ¶15 Quia oblitus est mei populus meus, frustra libabtes, & impingẽtes in viis suis, & in semitis seculi, vt ambularẽt per eas in itinere nõ trito ¶16 Vt fieret terra eorũ in desolationẽ, & in sibilũ sempiternũ: omnis qui præterierit per eã, obstupescet, & mouebit ca-

pte suū. ¶17 Sicut ventus vrens dispergā eos
13. coꝝ inimico: dorsum, & non faciem ostendam
eis in die perditionis eorum. ¶18 Et dixerunt,
Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: nō enim peribit lex à sacerdote, neque
consilium à sapiente, neque sermo à propheta;
venite, & percutiamus eū lingua, & non attēdamus ad vniuersos sermones eius. ¶19 Attēde
Domine ad me, & audi vocem aduersariorum
meorū. ¶20 Nunquid redditur pro bono malū, quia foderūt foueā animæ meæ? Recordare
quòd steterim in cōspectu tuo vt loquerer pro
eis bonum, & auerterem indignationem tuam
ab eis. ¶21 Propterea da filios eorū in famem,
& deduc eos in manus gladii: fiant vxores eorum absque liberis, & viduæ: & viri earū interficiantur morte: iuuenes eorū cōfodiantur gladio in prælio. ¶22 Audiatur clamor de domibus eorū: adduces enim super eos latronem repentè: quia foderūt foueam, vt caperent me, & laqueos abscōderunt pedibus meis. ¶23 Tu autem Domine scis omne cōsilium eorum aduersùm me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur: fiant corruentes in cōspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

CAP. XIX.

Prædicit Ierosolymitanam excidium ob cōtemptum verbi Dei: cuius rei symbolum est dissipatio lagenæ fictilis, quæ semel fracta, instaurari non potest.

HAEc dicit Dominus, Vade, & accipe lagūculam figuli testeam à senioribus populi,
& à senioribus sacerdotum: ¶2 Et egredere ad
vallem filiorum Ennom, quæ est iuxta introitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ
ego loquor ad te. ¶3 Et dices, Audite verbū
Domini reges Iuda, & habitatores Ierusalem:
hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel,
Ecce, ego inducam afflictionem super locum
istum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniant
aures eius. ¶4 Eo quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum: & libauerunt in
eo diis alienis, quos nescierunt ipsi, & patres
eorum, & reges Iuda: & repleuerunt locum istum sanguine innocentum. ¶5 Et ædificauerunt excelsa Baalim ad comburēdos filios suos igni in holocaustum Baalim: quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderant in cor
meum. ¶6 Propterea ecce dies venient, dicit
Dominus: & non vocabitur amplius locus iste, Topheth, & Vallis filii Ennom, sed Vallis
occisionis. ¶7 Et dissipabo consilium Iuda &
Ierusalem in loco isto: & subuertam eos gladio in cōspectu inimicorum suorum, & in manu quærentium animas eorum: & dabo cadauera eorum escam volatilibus cæli, & bestiis
terræ. ¶8 Et ponam ciuitatem hanc in stupo-
rem, & in sibilum: omnis qui præterierit per eam, obstupescet, & sibilabit super vniuersa
plaga eius. ¶9 Et cibabo eos carnibus filiorum
suorum, & carnibus filiarū suarū: & vnusquisque carnem amici sui comedet in obsidione &
in angustia in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorū. ¶10 Et con-
teres lagunculam in oculis virorum qui ibunt
tecum: ¶11 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum, Sic conteram populū istum,
& ciuitatē istā, sicut cōteritur vas figuli quod
nō potest vltrà instaurari: & in Topheth sepelient, eo quòd nō sit alius locus ad sepeliendum. ¶12 Sic faciam loco huic, ait Dominus,
& habitatoribus eius: & ponā ciuitatē istā sicut Topheth. ¶13 Et erunt domus Ierusalē &
domus regū Iuda sicut locus Topheth, immundæ: omnes domus, in quarum domatibus sacrificauerunt omni militiæ cæli, & libauerunt
libamina diis alienis. ¶14 Venit autē Ieremias
de Topheth, quo miserat eū Dominus ad prophetandum: & stetit in atrio domus Domini,
& dixit ad omnē populum. ¶15 Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Ecce, ego inducam super ciuitatem hanc, & super omnes vrbes eius vniuersa mala quæ locutus sum adversum eam: quoniam indurauerunt cervicem
suam, vt non audirent sermones meos.

CAP. XX.

Ieremias ob verbum Dei percutitur, & in carcere conijcitur. 3 Prædicit exilium Babylonicum. 7 Cōqueritur se esse in derisum ob verbū Dei. 9 Nolēs cogitur prædicare verbū Dei. 11 Fiducia Prophetæ in Deum. 13 Gratiarū actio ob liberationem suam: post quam rursum à tentatione impetitur.

ET audiuit Phassur filius Emmer sacerdos, & qui constitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiam prophetātem hæc sermones istos.
¶2 Et percussit Phassur Ieremiam prophetā, & misit eū in nervū, quod erat in porta Beniamin superiori, in domo Domini. ¶3 Quúmque illuxisset in crastinū, eduxit Phassur Ieremiam de nervo, & dixit ad eū Ieremias, Nō Phassur vocauit Dominus nomē tuū, sed Pauorē vndique:
¶4 Quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego dabo te
in pauorē, te & omnes amicos tuos: & corruēt
gladio inimicorū suorū, & oculi tui videbunt.
& omnem Iudam dabo in manū regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet
eos gladio. ¶5 Et dabo vniuersam substātiā ciuitatis huius, & omnē laborem eius, omnēque
pretiū, & cunctos thesauros regū Iuda dabo in
manu inimicorū eorū: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonē. ¶6 Tu autē Phassur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in
captiuitatē, & in Babylonē venies, & ibi mo-
rieris: ibique sepelieris tu, & omnes amici tui
quibus prophetasti mendacium. ¶7 Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti,
& inualuisti: factus sū in derisum tota die, omnes subsannabat me. ¶8 Quia iā olim loquor, vociferans iniquitatē, & vastitatē clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobriū, & in derisū tota die. ¶9 Et dixi, Nō recordabor eius, neque loquar vltrà in nomine illius. & factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, clausúsque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinēs. ¶10 Audiui enim cōtumelias multorū, & terrorē in circuitu, Persequimini, & persequamur eū: ab omnibus viris qui erāt pacifici mei, & custodiētes latus meū: si quo modo decipiatur, & prævaleamus aduersus eū, & cōsequamur vltionē ex eo. ¶11 Dominus autem
mecum est quasi bellator fortis: idcirco qui
persequuntur me, cadent, & infirmi erunt: con-
fundentur vehementer: quia non intellexerunt opprobriū sempiternum quod nunquā

subsannaret

tanquam

Ier. 21. g. 40.

delebitur. ¶ 12 Et tu Domine exercituum ‖ probator iusti, qui vides renes & cor: videā quæso vltionē tuā ex eis: tibi enim reuelaui causā meam. ¶ 13 Cantate Domino, laudate Dominū: quia liberauit animam pauperis de manu malorum. ¶ 14 ‖ Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta. ¶ 15 Maledictus vir qui annuntiauit patri meo, dicens, Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio lætificauit eum. ¶ 16 Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem mane, & vlulatum in tempore meridiano: ¶ 17 ‖ Qui nō me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius cōceptus æternus. ¶ 18 Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

## CAP. XXI.

*Vaticinatur Sedeciam capiendum, & vrbem exurendam.*

A Verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, dicens, ¶ 2 Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur aduersum nos: si forte faciat Dominus nobiscum secundum omnia mirabilia sua, & recedat à nobis. ¶ 3 Et dixit Ieremias ad eos, Sic dicetis Sedeciæ, ¶ 4 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ecce, ego conuertam vasa belli quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regem Babylonis & Chaldæos, qui obsident vos in circuitu murorum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius. ¶ 5 Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. ¶ 6 Et percutiam habitatores ciuitatis huius: homines & bestiæ pestilentia magna morientur. ¶ 7 Et post hoc, ait Dominus, dabo Sedeciam regem Iuda, & seruos eius, & populum eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste, & gladio, & fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorum, & in manu quærentium animam eorum: & percutiet eos in ore gladii, & non ‖ flectetur, neque parcet, nec miserebitur. ¶ 8 Et ad populum hūc dices, Hæc dicit Dominus, Ecce, ego do coram vobis viam vitæ, & viā mortis. ¶ 9 Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peste: qui autē egreſſ' fuerit, & trā fugerit ad Chaldæos, qui obsidēt vos, viuet, & erit ei anima sua quasi spolium. ¶ 10 Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Dominus: in manu regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. ¶ 11 Et domui regis Iuda, Audite verbum Domini, ¶ 12 Domus David, hæc dicit Dominus, ‖ Iudicate mane iudicium, & eruite vi oppressum de manu calūniantis: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum. ¶ 13 Ecce, ego ad te habitatricem vallis solidæ atque cāpestris, ait Dominus: qui dicitis, Quis percutiet nos? & quis ingredietur domos nostras? ¶ 14 Et visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus: & succendam ignem in saltu eius: & deuorabit omnia in circuitu eius.

## CAP. XXII.

*Regem Iuda adhortatur ad iudicium & iustitiam. 5 Quare sit Ierusalem in captiuitatem ducta. 10 Mors Sellum filii Iosue prædicitur. 13 Prophetat contra Ioacim. 24 Captiuitatem Iechoniæ, qui & Ioacim, prædicit.*

HAEc dicit Dominus: Descende in domum A regis Iuda, & loquēris ibi verbū hoc, ¶ 2 Et dices, Audi verbum Domini rex Iuda, qui sedes super solium David: tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas. ¶ 3 Hæc dicit Dominus, ‖ Facite iudicium & iustitiam: & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduam nolite cōtristare, neque opprimatis iniquè: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. ¶ 4 Si enim facientes feceritis verbum istud: ingredientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & serui, & populus eorum. ¶ 5 Quòd si nō audieritis verba hæc: in memetipso iurauī, dicit Dominus, quia in solitudinē erit domus hæc. ¶ 6 Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iuda, Galaad, tu mihi caput Libani: si non posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles. ¶ 7 Et sanctificabo super te interficientē virū & arma eius: & succident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignē. ¶ 8 Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatē hāc: & dicet vnusquisque proximo suo, ‖ Quare fecit Dominus D sic ciuitati huic grandi? ¶ 9 Et respondebunt, 7. Eo quòd dereliquerint pactū Domini Dei sui, C & adorauerint deos alienos, & seruierint eis. ¶ 10 Nolite flere mortuū, neque lugeatis super eum fletu: plāgite eū qui egreditur, quia non reuertetur vltrà, nec videbit terram natiuitatis suæ. ¶ 11 Quia hæc dicit Dominus ad Sellū filium Iosiæ regis Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto, Non reuertetur huc amplius: ¶ 12 Sed in loco ad quē transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit amplius. ¶ 13 Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicum suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei. ¶ 14 Qui dicit, ‖ Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula spatiosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitq; sinopide. ¶ 15 Nūquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam tunc quum bene erat ei? ¶ 16 Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum. nunquid non ideo quia cognouit me, dicit Dominus? ¶ 17 Tui verò oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad curſum mali operis. ¶ 18 Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filium Iosiæ regē Iuda, Non plangent eum, Væ frater & væ soror: nō conclamabunt ei, Væ domine, & væ inclyte. ¶ 19 Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem. ¶ 20 Ascēde Libanum, & clama: & in Basan da vocē tuā, & clama ad trāseuntes, quia cōtriti sunt omnes amatores tui. ¶ 21 Locutus sū ad te in abūdātia

D Quia

C mouebitur

D

tua: dixisti, Non audiam. hæc est via tua ab adolescentia tua: quia non audisti vocé meam. ¶ 22 Omnes pastores tuos pascet vétus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tũc cõfundêris, & erubescès ab õni malitia tua. ¶ 23 Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo cõgemuisti quũ venierint tibi dolores, quasi dolores parturiẽtis? ¶ 24 Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulus in manu dextera mea, inde euellã eum. ¶ 25 Et dabo te in manu quærẽtiũ animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. ¶ 26 Et mittam te & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibique moriemini: ¶ 27 Et in terram ad quam ipsi leuant animam suam, vt reuertantur illuc, & non reuertẽtur. ¶ 28 Nũquid vas fictile atque contritũ vir iste Iechonias? nũquid vas absque omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semẽ eius, & proiecti in terram quam ignorauerunt? ¶ 29 Terra, terra, terra, audi sermonẽ Domini. ¶ 30 Hæc dicit Dominus, Scribe virum istum sterilẽ, virum qui in diebus suis non prosperabitur. nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltrà in Iuda.

CAP. XXIII.

Increpatur in malos pastores gregem Domini lacerãtes. 5 Christi veri pastoris aduẽtus prædicitur. 9 Cõtra vitã pseudoprophetarum. Propheta prædicante verbum Dei, conuertit Deus corda audientium. 25 In prophetas sub nomine Domini mendacia prophetantes. 32 Miracula pseudoprophetarũ. 33 Ironicæ populi & pseudoprophetarum interrogationi de onere Domini respondet & graultatem visionis ad eos pertinere.

VÆ pastoribus qui disperdunt & dilacerant gregẽ pascuæ meæ, dicit Dominus. ¶ 2 Ideo hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populum meum, Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorũ, ait Dominus. ¶ 3 Et ego cõgregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & cõuertã eos ad rura sua, & crescẽt & multiplicabũtur. ¶ 4 Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: non formidabũt vltrà, & non pauebũt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus. ¶ 5 Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo Dauid germẽ iustũ: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiã in terra. ¶ 6 In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit cõfidenter: & hoc est nomẽ quod vocabunt eũ, Dominus iustus noster. ¶ 7 Propter hoc ecce dies veniũt, dicit Dominus: & non dicent vltrà, viuit Dominus qui eduxit filios Israel de terra Ægypti: ¶ 8 Sed, Viuit Dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra Aquilonis, & de cũctis terris ad quas eieci eos illuc: & habitabũt in terra sua. ¶ 9 Ad prophetas, Cõtritũ est cor meũ in medio mei, concussa sunt omnia ossa mea: factus sũ quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino, à facie Domini & à facie verborũ sanctorum eius. ¶ 10 Quia adulteriis repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cursus eorũ malus, & fortitudo eorũ dissimilis. ¶ 11 Propheta namque & sacerdos polluti sũt: & in domo mea inueni malũ eorũ, ait Dominus. ¶ 12 Idcirco via eorũ erit quasi lubricũ in tenebrosis: im pellentur enim, & corruẽt in ea: afferã enim super eos mala, annum visitationis eorũ, ait Dominus. ¶ 13 Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatẽ: & prophetabãt in Baal, & decipiebãt populũ meũ Israel. ¶ 14 Et in prophetis Ierusalẽ vidi similitudinem adulterantiũ, & iter mẽdaciũ: & confortauerunt manus pessimorũ, vt nõ cõuertatur vnusquisque à malitia sua: facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha. ¶ 15 Propterea hæc dicit Dominus exercituũ ad prophetas, Ecce, ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle: à prophetis enim Ierusalẽ egressa est pollutio super omnẽ terram. ¶ 16 Hæc dicit Dominus exercituũ, Nolite audire verba prophetarũ, qui prophetãtvobis, & decipiũt vos: visionẽ cordis sui loquuntur, non de ore Domini. ¶ 17 Dicunt his qui blasphemant me, Locutus est Dominus, Pax erit vobis. & omni qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt, Non veniet super vos malum. ¶ 18 Quis enim affuit in cõsilio Domini, & vidit & audiuit sermonẽ eius? quis considerauit verbum illius, & audiuit? ¶ 19 Ecce, turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tẽpestas erumpens: super caput impiorum veniet. ¶ 20 Non reuertetur furor Domini vsque dum faciat & vsque dũ cõpleat cogitationẽ cordis sui. in nouissimis diebus intelligetis consilium eius. ¶ 21 Non mittebã prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. ¶ 22 Si stetissent in consilio meo, & nota fecissẽt verba mea populo meo: auertissem vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. ¶ 23 Putã sne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus dẽlõge? ¶ 24 Si occultabitur vir in absconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? nunquid non cælum & terrã ego implebo, dicit Dominus? ¶ 25 Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetãtes in nomine meo mendacium, atque dicẽtes, Somniaui, somniaui. ¶ 26 Vsquequo istud est in corde prophetarũ vaticinantiũ mẽdaciũ, & prophetantiũ seductiones cordis sui? ¶ 27 Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum, quæ narrat vnusquisque ad proximũ suũ: sicut obliti sunt patres eorũ nominis mei propter Baal. ¶ 28 Propheta qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. quid palea ad triticum, dicit Dominus? ¶ 29 Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus: & quasi malleus conterens petram? ¶ 30 Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo. ¶ 31 Ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui assumunt linguas suas, & aiunt, dicit Dominus. ¶ 32 Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait Dominus: qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis: quum ego non misissem eos, nec mandassem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus. ¶ 33 Si igitur interrogauerit te populus iste

C cerdos polluti sũt: & in domo mea inueni malũ eorũ, ait Dominus. ¶ 12 Idcirco via eorũ erit quasi lubricũ in tenebrosis: im pellentur enim, & corruẽt in ea: afferã enim super eos mala, annum visitationis eorũ, ait Dominus. ¶ 13 Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatẽ: & prophetabãt in Baal, & decipiebãt populũ meũ Israel. ¶ 14 Et in prophetis Ierusalẽ vidi similitudinem adulterantiũ, & iter mẽdaciũ: & confortauerunt manus pessimorũ, vt nõ cõuertatur vnusquisque à malitia sua: facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quasi Gomorrha. ¶ 15 Propterea hæc dicit Dominus exercituũ ad prophetas, Ecce, ego cibabo eos absynthio, & potabo eos felle: à prophetis enim Ierusalẽ egressa est pollutio super omnẽ terram. ¶ 16 Hæc dicit Dominus exercituũ, Nolite audire verba prophetarũ, qui prophetãtvobis, & decipiũt vos: visionẽ cordis sui loquuntur, non de ore Domini. ¶ 17 Dicunt his qui blasphemant me, Locutus est Dominus, Pax erit vobis. & omni qui ambulat in prauitate cordis sui, dixerunt, Non veniet super vos malum. ¶ 18 Quis enim affuit in cõsilio Domini, & vidit & audiuit sermonẽ eius? quis considerauit verbum illius, & audiuit? ¶ 19 Ecce, turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tẽpestas erumpens: super caput impiorum veniet. ¶ 20 Non reuertetur furor Domini vsque dum faciat & vsque dũ cõpleat cogitationẽ cordis sui. in nouissimis diebus intelligetis consilium eius. ¶ 21 Non mittebã prophetas, & ipsi currebant: non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant. ¶ 22 Si stetissent in consilio meo, & nota fecissẽt verba mea populo meo: auertissem vtique eos à via sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. ¶ 23 Putã sne Deus è vicino ego sum, dicit Dominus, & non Deus dẽlõge? ¶ 24 Si occultabitur vir in absconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? nunquid non cælum & terrã ego implebo, dicit Dominus? ¶ 25 Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetãtes in nomine meo mendacium, atque dicẽtes, Somniaui, somniaui. ¶ 26 Vsquequo istud est in corde prophetarũ vaticinantiũ mẽdaciũ, & prophetantiũ seductiones cordis sui? ¶ 27 Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum, quæ narrat vnusquisque ad proximũ suũ: sicut obliti sunt patres eorũ nominis mei propter Baal. ¶ 28 Propheta qui habet somnium, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum verè. quid palea ad triticum, dicit Dominus? ¶ 29 Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus: & quasi malleus conterens petram? ¶ 30 Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo. ¶ 31 Ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui assumunt linguas suas, & aiunt, dicit Dominus. ¶ 32 Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium, ait Dominus: qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis: quum ego non misissem eos, nec mandassem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus. ¶ 33 Si igitur interrogauerit te populus iste

adulterium

Ier. 9. c. 15.

Ier. 14. c. 12.

Ier. 27. c. 21. & 29. b. 8.

impleo

vel propheta, aut sacerdos, dicens, Quod est onus Domini? dices ad eos, Vt quid vobis onus? proiiciam quippe vos, dicit Dominus.
¶ 34 Et propheta & sacerdos & populus qui dicit, Onus Domini: visitabo super virum illum, & super domū eius. ¶ 35 Hæc dicetis vnusquisque ad proximum & ad fratrē suum. Quid respondit Dominus? & quid locutus est Dominus? ¶ 36 Et onus Domini vltrà non memorabitur: quia onus erit vnicuique sermo suus: & peruertistis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei nostri. ¶ 37 Hæc dices ad Prophetam, Quid respondit tibi Dominus? & quid locutus est Dominus? ¶ 38 Si autē onus Domini dixeritis: propter hoc hæc dicit Dominꝰ, Quia dixistis sermonem istum, Onus Domini: & misi ad vos, dicens, Nolite dicere, Onus Dominꝰ ¶ 39 Propterea ecce ego tollam vos portās, & derelinquam vos, & eiuitatem quam dedi vobis, & patribus vestris à facie mea. ¶ 40 Et dabo vos in opprobriū sempiternum, & in ignominiam æternam, quæ nunquā obliuione delebitur.

CAP. XXIIII.

Visio duorum calathorum ficis plenorum. 4 Prima visio significat parte populi à captiuitate reducendam. 8 Altera, Sedeciam & reliquos populi perdendos.

OStendit mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, positi ante templum Domini: postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Ioacim regem Iuda, & principes eius, & fabrum, & inclusoream de Ierusalem, & adduxit eos in Babylonem.
¶ 2 Calathus vnus, ficus bonas habebat nimis: vt solent ficus esse primi temporis. & calathus vnus, ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quòd essent malæ.) ¶ 3 Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Ieremia? & dixi, Ficus: ficus bonas, bonas valde: & malas, malas valde, quæ comedi nō possunt, eo quòd sint malæ. ¶ 4 Et factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶ 5 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Sicut ficus hæ bonæ: sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto in terram Chaldæorum, in bonum. ¶ 6 Et ponam oculos meos super eos ad placandum: & reducam eos in terram hāc: & ædificabo eos, & nō destruam: & plantabo eos, & non euellā. ¶ 7 Et dabo eis cor, vt sciant me quia ego sum Dominus: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde suo. ¶ 8 Et sicut ficus pessimæ, quæ comedi non possunt, eo quòd sint malæ: hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Ierusalem, qui remanserunt in vrbe hac, & qui habitant in Terra Ægypti. ¶ 9 Et dabo eos in vexationem afflictionēmque omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolam, & in prouerbium, & in maledictionem in vniuersis locis ad quæ eiecī eos. ¶ 10 Et mittam in eis gladium, & famē, & pestē: donec consumantur de terra, quā dedi eis & patribus eorū.

CAP. XXV.

Captiuitatem 70 annorum prædicit Ieremias ob verbi Dei contemptum. 11 Ostendit post 70 annos Babylonios destruendos. 14 Omnium gētium destructio prædicitur. 34 Iuuitat pastores gentium ad planctum.

Verbum quod factum est ad Ieremiam de omni populo Iudæ in anno quarto Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis.) ¶ 2 Et locutus est Ieremias propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuersos habitatores Ierusalem, dicens, ¶ 3 A tertiodecimo anno Iosiæ filii Amon regis Iuda vsque ad diem hāc (iste tertius & vicesimus annus) factum est verbum Domini ad me, & locutus sum ad vos de nocte consurgens & loquens: & non audistis. ¶ 4 Et misit Dominus ad vos omnes seruos suos prophetas, consurgens diluculo, mittēs (sed) nō audistis, neque inclinastis aures vestras vt audiretis, ¶ 5 Quum diceret, Reuertimini vnusquisque à via sua mala, & à pessimis cogitationibus vestris: & habitabitis in terra quā dedit Dominus vobis & patribus vestris, à seculo & vsque in seculum. ¶ 6 Et nolite ire post deos alienos, vt seruiatis eis, adoretisque eos: neq; me ad iracundiam prouocetis in operibus manuū vestrarum, & non affligam vos. ¶ 7 Et non audistis me, dicit Dominus: vt me ad iracundiam prouocaretis in operibus manuum vestrarum, in malum vestrum. ¶ 8 Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Pro eo quòd non audistis verba mea, ¶ 9 Ecce ego mittam, & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & adducam eos super terram istam, & super habitatores eius, & super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt: & interficiam eos, & ponam eos in stuporem, & in sibilum, & in solitudines sempiternas. ¶ 10 Perdamque ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ, vocem molæ, & lumen lucernæ. ¶ 11 Et erit vniuersa terra hæc in solitudinem & in stuporē: & seruient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis. ¶ 12 Quúmq; impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, & super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & super terram Chaldæorum: & ponam illam in solitudines sempiternas. ¶ 13 Et adducam super terram illam omnia verba mea quæ locutus sum cōtra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quæcunque prophetauit Ieremias aduersum omnes gentes: ¶ 14 Quia seruierunt eis, quum essent gentes multæ & reges magni: & reddam eis secundum opera eorum, & secundum facta manuum suarum. ¶ 15 Quia sic dicit Dominus exercituum Deus Israel, Sume calicem vini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus ad quas ego mittam te. ¶ 16 Et bibent, & turbabuntur, & insanient à facie gladii quem ego mittam inter eos. ¶ 17 Et accepi calicem de manu Domini, & propinaui cunctis gentibus ad quas misit me Dominus: ¶ 18 Ierusalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus eius & principibus eius: vt darem eos in solitudinem, & in stuporem, & in sibilum, & in maledictionē, sicut est dies ista. ¶ 19 Pharaoni regi Ægypti, & seruis eius, & principibus eius, & omni populo eius, ¶ 20 Et vniuersis generaliter: cūctis regibus terræ Ausitidis, & cūctis regibꝰ terræ Philisthiim, & Ascalonis, & Gazæ, & Accaron, & reliquiis Azoti, ¶ 21 Et Idumææ, & Moab, & filiis Ammō:

T. 20. C. 44.

T. 31. f. 33.

T. 29. d. 17.

¶11 Et cunctis regibus Tyri, & vniuersis regibus Sidonis:& regibus terræ insularū qui sunt trans mare. ¶13 Et Dedā,& Thema, & Buz,& vniuersis qui attonsi sunt in comam. ¶14 Et cunctis regibus Arabiæ,& cunctis regibus Occidentis qui habitant in deserto,¶15 Et cūctis regibus Zābri,& cunctis regibus Elam,& cunctis regibus Medorum: ¶16 Cunctis quoq; regibus Aquilonis dēprope & dēlonge, vnicuique cōtra fratrē suum:& omnibus regnis terræ,quæ super faciē eius sunt:& rex Sesach bibet post eos. ¶17 Et dices ad eos,Hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel, Bibite,& inebriamini,&vomite:& cadite, neq; surgatis à facie gladii quē ego mittā inter vos. ¶18 Quūmque noluerint accipere calicē de manu tua vt bibant,dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum, Bibēte,bibeti: ¶19 Quia ecce,in ciuitate in qua inuocatū est nomē meum,ego incipio affligere,& vos quasi innocētes,& immunes eritis:nō eritis immunes.gladiū enim ego voco super omnes habitatores terræ,dicit Dominus exercituū. ¶20 Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos, Dominus de excelso rugiet,& de habitaculo sancto suo dabit vocē suam: rugiens rugiet super decōrē suum:celeusma quasi calcantium, concinetur aduersus omnes habitatores terræ. ¶21 Peruenit sonitus vsque ad extremā terræ:quia iudicium Domino cum gentibus:iudicatur ipse cū omni carne , impios tradidi gladio,dicit Dominus. ¶22 Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce afflictio egredietur de gente in gētem: & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ. ¶23 Et erunt interfecti Domini in die illa à summo terræ vsq; ad summū eius:nō plangentur, & nō colligentur, neq; sepelientur: in sterquilinū super faciē terræ iacebūt. ¶24 Vlulate pastores,& clamate:& aspergite vos cinere optimates gregis:quia cōpleti sunt dies vestri,vt interficiamini: & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa. ¶25 Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis. ¶26 Vox clamoris pastorū, & vlulatus optimatū gregis : quia vastauit Dominus pascua eorū. ¶27 Et conticuerunt atria pacis à facie iræ furoris Domini, ¶28 Dereliquit quasi leo vmbraculū suum, Facta est terra eorū in desolationē à facie iræ columbæ,& à facie iræ furoris Domini.

CAP. XXVI.

Ieremias inuitat populum ad resipiscentiā. 7 Cōprehēsus à sacerdotibus & prophetis,adducitur in iudicio. 12 Accusatus corā principibus respondit se verba Dei tantūm nuntiasse. 16 Principes & populus absoluūt Ieremiam, inuitis sacerdotibus & prophetis exemplo Ezechiæ qui Michæam eadem prædicantem absoluerat. 20 Vrias propheta ab Ioacim occisus contra Dei voluntatem.

IN principio regni Ioacim filii Iosiæ regis Iuda,factū est verbū istud à Domino,dicēs, ¶2 Hæc dicit Dominꝰ,) Sta in atrio domus Domini,& loquēris ad omnes ciuitates Iuda , de quibus venīunt , vt adorēt in domo Domini, vniuersos sermones quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos:noli subtrahere verbū. ¶3 (Si forte audiāt & cōuertantur vnusquisque à via sua mala:& pœniteat me malī quod cogito facere eis propter malitiā studiorū eorū.) ¶4 Et dices ad eos,Hæc dicit Dominus, Si nō audieritis me vt ambuletis in lege mea quā dedi vobis, ¶5 Vt audiatis sermones seruorū meorum prophetarū,quos ego mittā ad vos de nocte cōsurgēs,& dirigens,& nō audiētis: ¶6 Dabo domum istā sicut Silo, & vrbē hāc dabo in maledictionē cunctis gētibus terræ. ¶7 Et audierunt sacerdotes & prophetæ, & omnis populus Ieremiā loquentē verba hæc in domo Domini. ¶8 Quūmq; cōplesset Ieremias loquēs omnia quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuersum populū, apprehēderunt eū sacerdotes, & prophetæ,& omnis populus,dicēs, Morte morieris. ¶9 Quare prophetasti in nomine Domini, dicens, Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs ista desolabitur, eo quōd non sit habitator? & congregatus est omnis populus aduersus Ieremiā in domo Domini. ¶10 Et audierunt principes Iuda verba hæc:& ascenderunt de domo regis in domū Domini, & sederunt in introitu portæ domus Domini nouæ. ¶11 Et locuti sunt sacerdotes, & prophetæ ad principes,& ad omnē populū dicētes,Iudiciū mortis est viro huic: quia prophetauit aduersus ciuitatē istā , sicut auditis auribus vestris. ¶12 Et ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuersum populum, dicens, Dominus misit me vt prophetarē ad domū istā,& ad ciuitatē hāc omnia verba quæ audistis. ¶13 Nūc ergo bonas facite vias vestras,& studia vestra, & audite vocē Domini Dei vestri:& pœnitebit Dominum mali quod locutus est aduersum vos. ¶14 Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum & rectū est in oculis vestris. ¶15 Veruntamen scitote & cognoscite quōd si occideritis me, sanguinem innocentē tradetis cōtra vos,ipsos,& cōtra ciuitatem istā,& habitatores eius.In veritate enim misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. ¶16 Et dixerunt principes , & omnis populus ad sacerdotes & ad prophetas, Nō est viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos. ¶17 Surrexerūt ergo viri de senioribus terræ : & dixerūt ad omnē cœtum populi loquētes, ¶18 Michæas de Morasthi fuit prophēta in diebus Ezechiæ regis Iuda, & ait ad omnem populū Iudæ, dicēs, Hæc dicit Dominus exercituū.Sion quasi ager arabitur:& Ierusalē in acerui lapidū erit:& mōs domus Domini in excelsa syluarū. ¶19 Nūquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda , & omnis Iudæa? nunquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciē Domini: & pœnituit Dominū mali, quod locutus fuerat aduersum eos? Itaque nos facimus mala magna contra animas nostras. ¶20 Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Cariath-larim : & prophetauit aduersus ciuitatē istam,& aduersus terrā hanc iuxta omnia verba Ieremiæ. ¶21 Et audiuit rex Ioacim, & omnes potentes, & principes eius verba hæc: & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit,fugitque,& ingressus est AEgyptum. ¶22 Et misit rex Ioacim viros in AEgyptum, Elnathā filium Achobor viros cum eo in AEgyptum. ¶23 Et eduxerunt Vriam de AEgypto:

2.Reg.4.c.14.

Mich.1.2.1. Ier.3.d.12.

Ier.7.2.3.

& adduxerunt eum ad regem Ioacim, & percussit eum gladio: & proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobilis. ¶24 Igitur manus Ahicam filii Saphan fuit cum Ieremia, vt nō traderetur in manus populi, & interficerét eū.

CAP. XXVII.

Iussu Domini Ieremias regi Iuda & vicinis regibus mittit vincula, quibus monentur subiicí Nabuchodonosor. ✦ Admonet populum & reges ne pseudoprophetis credant.

IN principio regni Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiā a Domino, dicens, ¶2 Hæc dicit Dominus ad me, Fac tibi vincula & catenas: & pones eas in collo tuo. ¶3 Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammō, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis: in manu nunciorum qui venerunt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda. ¶4 Et præcipies eis vt ad dominos suos loquantur, Hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel, Hæc dicetis ad dominos vestros, ¶5 Ego feci terram, & homines, & iumēta, quæ sunt super faciē terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. ¶6 Et nūc itaq; ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. ¶7 Et seruient ei omnes gentes, & filio eius, & filio filii eius: donec veniat tempus terræ eius & ipsius: & seruient ei gentes multæ & reges magni. ¶8 Gens autem & regnum quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicunque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis: in gladio & in fame & in peste visitabo super gentem illam, ait Dominus: donec consumam eos in manu eius.

¶9 Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos qui dicūt vobis, Non seruietis regi Babylonis. ¶10 Quia mendacium prophetāt vobis: vt lōge vos faciant de terra vestra, & eiiciant vos, & pereatis. ¶11 Porrō gens quæ subiecerit ceruicē suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei: dimittā eam in terra sua, dicit Dominus: & colet eam, & habitabit in ea. ¶12 Et ad Sedeciā regē Iuda locutus sum secundum omnia verba hæc, dicēs, Subiicite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei & populo eius, & viuetis. ¶13 Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dominus ad gentem quæ seruire noluerit regi Babylonis? ¶14 Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, Non seruietis regi Babylonis: quia mendaciū ipsi loquuntur vobis. ¶15 Quia nō misi eos, ait Domin̄: & ipsi prophetāt in nomine meo mendaciter: vt eiiciāt vos, & pereatis tam vos, quām prophetæ qui vaticinātur vobis. ¶16 Et ad sacerdotes, & ad populū istū locutus sum, dicens, Hæc dicit Dominus, Nolite audire verba prophetarum vestrorū, qui prophetant vobis, dicentes, Ecce, vasa * Domini reuertētur de Babylone nūc cito, mēdaciū enim prophetāt vobis. ¶17 Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis. quare datur hæc ciuitas in solitudinem? ¶18 Et si prophetæ sunt, & est verbū Domini in eis: occurrāt Domino exercituū, vt nō veniāt vasa quæ derelicta fuerāt in domo Domini, & in domo regis Iuda, & in Ierusalē, in Babylonē. ¶19 Quia hæc dicit Dominus exercituū ad colūnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasorum, quæ remāserunt in ciuitate hac. ¶20 Quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, quū transferret Iechoniā filiū Ioacim regē Iuda & Ierusalē in Babylonē, & omnes optimates Iuda de Ierusalē. ¶21 Quia hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel ad vasa quæ derelicta sunt in domo Domini, & in domo regis Iuda & Ierusalem: ¶22 In Babylonē transferētur, & ibi erūt vsque ad diem visitationis suæ, dicit Dominus: & afferri faciam ea, & restituī in locū istū.

CAP. XXVIII.

Hananiæ prophetæ falsa prophetia. 7 Ostēdit Ieremias falsam Hananiæ prophetiā exēplo aliorum prophetarum. 11 Inspiratus à domino Ieremias increpat Hananiam, mortem ei prænuntians.

ET factum est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon in domo Domini coram sacerdotibus & omni populo, dicens, ¶2 Hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel, Contriui iugū regis Babylonis. ¶3 Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istū omnia vasa domus Domini quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonem. ¶4 Et Iechoniam filium Ioacim regem Iuda, & omnē transmigrationē Iudæ, qui ingressi sunt in Babylonē, ego conuertam ad locum istum, ait Dominus. conteret enim iugū regis Babylonis. ¶5 Et dixit Ieremias propheta ad prophetam Hananiam in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi qui stabat in domo Domini: ¶6 Et ait Ieremias propheta, Amen, sic faciat Dominus: suscitet Dominus verba tua quæ prophetasti, vt referātur vasa in domū Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locū istū. ¶7 Verūtamē audi verbū hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi. ¶8 Prophetæ qui fuerūt ante me & ante te ab initio, & prophetauerūt super terras multas, & super regna magna, de prælio & de afflictione, & de fame. ¶9 Propheta qui vaticinatus est pacem: quū venerit verbū eius, tūc scietur propheta quem misit Dominus in veritate. ¶10 Et tulit Hananias propheta catenā de collo Ieremiæ prophetæ, & cōfregit eam. ¶11 Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens, Hæc dicit Dominus, Sic cōfringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierū de collo omniū gentium. ¶12 Et abiit Ieremias propheta in viā suam. ✦ Factum est verbum Domini ad Ieremiā postquam cōfregit Hananias propheta catenā de collo Ieremiæ prophetæ, dicens, ¶13 Vade, & dices Hananiæ, Hæc dicit Dominus, Catenas ligneas contriuisti: & facies pro eis catenas ferreas. ¶14 Quia hæc dicit Dominus exercituū Deus Israel, Iugum ferreum posui super collum cūctarum gentium istarum, vt seruiāt Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruient ei: insuper & bestias terræ dedi ei. ¶15 Et dixit Ieremias propheta ad Hananiā prophetam, Audi Hanania: nō misit te

* domus

¶ 14. c. 23. & 33. d. 4. ¶ 29. b. 8.

Dominus, & tu considere feciſti populũ iſtum in mendacio. ¶16 Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce, ego mittã te à facie terræ: hoc anno moriẽris. Auerſum enim Dominum locutus es. ¶17 Et mortuus eſt Hananias propheta in anno illo, menſe ſeptimo.

CAP. XXIX.

Epiſtola Ieremiæ miſſa ad captiuos in Babylonẽ. 10 Prophetæ reductionẽ à captiuitate poſt 70 annos. 16 Prædicit regis & populi qui remanſerant in Ieruſalẽ, exitium. 20 Minatur duobus pſeudoprophetis ſeducentibus populum. 24 Semeiæ Nehelamitæ mors prædicitur.

A ET hæc ſũt verba libri quæ miſit Ieremias de Ieruſalẽ ad reliquias ſenioꝝ tranſmigrationis, & ad ſacerdotes, & ad prophetas, & ad omnẽ populum quẽ traduxerat Nabuchodonoſor de Ieruſalẽ i Babylonẽ: ¶2 Poſtquam egreſſus eſt Iechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes Iuda & Ieruſalẽ, & faber, & incluſor de Ieruſalem: ¶3 In manu Elaſa filii Saphan, & Gamariæ filii Helciæ, quos miſit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonoſor regẽ Babylonis in Babylonẽ, dicens, ¶4 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, omni tranſmigrationi quã tranſtuli de Ieruſalẽ in Babylonẽ, ¶5 Ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructum eorum.

B ¶6 Accipite vxores, & generate filios & filias: & date filiis veſtris vxores, & filias veſtras date viris, & pariãt filios & filias: & multiplicabimini ibi, & nolite eſſe pauci numero. ¶7 Et quærite pacẽ ciuitatis ad quam tranſmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis. ¶8 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Nõ vos ſeducãt prophetæ veſtri qui ſunt in medio veſtrum, & diuini veſtri: & ne attẽdatis ad ſomnia veſtra quæ vos ſomniatis: ¶9 Quia falſõ ipſi prophetant vobis in nomine meo: & nõ miſi eos, dicit Dominus. ¶10 Quia hæc dicit Dominus, Quum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni viſitabo vos: & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, vt reducam vos ad locum iſtũ. ¶11 Ego enim ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus, cogitationes pacis & non afflictionis, vt det vobis finẽ & patientiã. ¶12 Et invocabitis me, & vtuetis: & orabitis me, & ego exaudiã vos. ¶13 Quæretis me, & inuenietis: quũ quæſieritis me in toto corde veſtro. ¶14 Inueniar à vobis, ait Dominus: & reducã captiuitatẽ veſtrã: & congregabo vos de vniuerſis gẽtibus, & de cunctis locis ad quæ expulit vos, dicit Dominus: & reuerti vos facia de loco ad quem tranſmigrare vos feci. ¶15 Quia dixiſtis, Suſcitabit nobis Dominus prophetas in Babylone, ¶16 Quia hæc dicit Dominus ad regẽ qui ſedet ſuper ſolium Dauid, & ad omnẽ populũ habitatorẽ vrbis huius, & ad fratres veſtros, qui nõ ſunt egreſſi vobiſcum in tranſmigrationẽ. ¶17 Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce, mittam in eos gladium, & famem, & peſtẽ: & ponam eos quaſi ficus malas quæ comedi nõ poſſunt, eo quòd peſſimæ ſint. ¶18 Et perſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilentia: & dabo eos in vexationẽ vniuerſis regnis terræ, in maledictionem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobriũ cunctis gẽtibus ad quas ego eiecì eos: ¶19 Eo quòd nõ audierint verba mea, dicit Dominus: quæ miſi ad eos per ſeruos meos prophetas de nocte cõſurgens & mittẽs: & nõ audiſtis, dicit Dominus. ¶20 Vos ergo audite verbum Domini omnis tranſmigratio, quam emiſi de Ieruſalem in Babylone. ¶21 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael ad Achab filium Colĩæ, & ad Sedeciam filium Maaſiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter, Ecce, Ego tradam eos in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis: & percutiet eos in oculis veſtris. ¶22 Et aſſumetur ex eis maledictio omni tranſmigrationi Iudæ quæ eſt in Babylone, dicentium, Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab quos frixit rex Babylonis in igne, ¶23 Pro eo quòd fecerint ſtultitiam in Iſrael, & mœchati ſunt in vxores amicorum ſuorum, & locuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter quod non mandaui eis, ego ſum iudex & teſtis, dicit Dominꝰ. ¶24 Et ad Semeiã Nehelamiten dices, ¶25 Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, Pro eo quòd miſiſti in nomine meo libros ad omne populum qui eſt in Ieruſalẽ, & ad Sophoniã filium Maaſiæ ſacerdotem, & ad vniuerſos ſacerdotes, dicens, ¶26 Dominus dedit te ſacerdotẽ pro Ioiade ſacerdote: vt ſis dux in domo Domini ſuper omnẽ virum arreptitiũ & prophetantem, vt mittas eum in neruum & in carcerem. ¶27 Et nunc quare non increpaſti Ieremiam Anathothiten, qui prophetat vobis? ¶28 Quia ſuper hoc miſit in Babylonẽ ad nos, dicens, Longum eſt: ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorum. ¶29 Legit ergo Sophonias ſacerdos libruꝫ iſtũ in auribus Ieremiæ prophetæ. ¶30 Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiã, dicẽs, ¶31 Mitte ad omnẽ tranſmigrationẽ, dicens, Hæc dicit Dominus ad Semeiam Nehelamitẽ, Pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non miſi eum: & fecit vos confidere in mendacio. ¶32 Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce, ego viſitabo ſuper Semeiã Nehelamitẽ, & ſuper ſemen eius: non erit ei vir ſedẽs in medio populi huius, & nõ videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait Dominus: quia prædicationẽ locutus eſt aduerſus Dominum.

CAP. XXX.

Reductio populi à Babylone. 11 Caſtigatione ſua oſtendit Deus populum peccatorem. 16 Deſtructio inimicorum Iſraelis. 17 Reducendum Iſraelem à captiuitate, prædicit.

HOc verbum quod factum eſt ad Ieremiã à Domino, dicens, ¶2 Hæc dicit Dominus Deꝰ Iſrael, dicẽs, Scribe tibi omnia verba quæ locutus ſum ad te, in libro. ¶3 Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus: & conuertam conuerſionem populi mei Iſrael & Iuda, ait Dominus: & conuertam eos ad terram quam dedi patribus eorum, & poſſidebunt eam. ¶4 Et hæc verba quæ locutus eſt Dominus ad Iſrael & ad Iudam. ¶5 Quoniam hæc dicit Dominus, Vocem terroris audiuimus: formido, & non eſt pax. ¶6 Interrogate, & videte ſi gignat maſculus: quare ergo vidi omnis viri manum ſuper lumbum ſuum quaſi parturientis, & conuerſæ ſunt vniuerſæ facies in auruginẽ? ¶7 Væ, quia magna dies illa, nec eſt ſimilis

Ioel 1. c. 2.
Amos 5. c. 8.
Soph. 1. d. 2.

B eius: tépúſq; tribulationis eſt Iacob, & ex ipſa ſaluabitur. ¶ 8 Et erit in die illa, ait Dominus exercituũ: conteră iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpam: & non dominabũtur ei amplius alieni: ¶ 9 Sed ſeruiẽt Domino Deo ſuo, & Dauid regi ſuo qué ſuſcitabo eis. ¶ 10 Tu ergo non timeas ſerue meus Iacob, ait Dominus, neq; paueas Iſrael: quia ecce ego ſaluabo te de terra longinqua, & ſemen tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iacob, & quieſcet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet: ¶ 11 Quoniam tecum ego ſum, ait Dominus, vt ſaluem te. faciam enim conſummationem in cunctis gentibus in quibus diſperſi te: te autem non faciam in conſummationem: ſed caſtigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. ¶ 12 Quia hæc dicit Dominus, Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua. ¶ 13 Nõ eſt qui iudicet iudiciũ tuum ad alligandam curationem tuam: vtilitas non eſt tibi. ¶ 14 Omnes amatores tui obliti ſunt tui, tẽque nõ quæ rent. plaga enim inimici percuſſi te caſtigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta ſunt peccata tua. ¶ 15 Quid clamas ſuper contritione tua? inſanabilis eſt dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua, feci hæc tibi. ¶ 16 Propterea omnes qui comedunt te deuorabuntur: & vniuerſi hoſtes tui in captiuitatem ducentur: & ꝓmones qui te vaſtant, vaſtabuntur, cunctoſque prædatores tuos dabo in prædam.

¶ 17 Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis ſanabo te, dicit Dominus. Quia electam vocauerunt te, Sion hæc eſt quæ nõ habebat requirentem. ¶ 18 Hæc dicit Dominus, Ecce, ego conuertam cõuerſionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miſerebor, & ædificabitur ciuitas in excelſo ſuo, & templum iuxta ordinem ſuum fundabitur. ¶ 19 Et egredietur de eis laus, vóxque ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur: & glorificabo eos, & non attenuabuntur. ¶ 20 Et erunt filii eius ſicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit: & viitabo aduerſum omnes qui tribulant eum. ¶ 21 Et erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me. quis enim iſte eſt, qui applicet cor ſuum, vt appropinquet mihi, ait Dominus?

¶ 22 Et eritis mihi in populum & ego ero vobis in Deum. ¶ 23 Ecce, turbo Domini furor egrediens, procella ruens: in capite impiorum cõquieſcet. ¶ 24 Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat, & compleat cogitationem cordis ſui. in nouiſſimo dierum intelligetis ea.

## CAP. XXXI.

Populum Iſraelem ſuæ felicitati reſtituendum dicit. 18 Conuerti à peccatis eſt Dei donũ. 22 Natiuitas Chriſti prædicitur. 30 Omnes in peccato ſuo morientur. 31 Teſtamentum nouum. 34 Docti à Deo Chriſtiani. Remiſſio peccatorum. 37 Promittit Deus ſe ablecturum Iudæos. 38 Reædificatio Ieruſalem.

A IN tempore illo, dicit Dominus, Ero Deus vniuerſis cognationibus Iſrael, & ipſi erunt mihi in populum. ¶ 2 Hæc dicit Dominus, Inuenit gratiam in deſerto populus qui remanſerat gladio: vadet ad requiẽ ſuam Iſrael. ¶ 3 Longè Dominꝰ apparuit mihi, & in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miſerãs. ¶ 4 Rurſum ædificabo te, & ædificaberis virgo Iſrael: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egrediẽris in choro ludentium. ¶ 5 Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabunt plantantes, & donec tempus veniat, non vindemiabunt: ¶ 6 Quia erit dies in qua clamabunt custodes in mõte Samariæ in monte Ephraim, Surgite, & aſcendamus in Sion, ad Dominum Deum noſtrum. ¶ 7 Quia hæc dicit Dominus, Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput Gentium: perſonate, & canite, & dicite, Saluã Domine populum tuum reliquias Iſrael. ¶ 8 Ecce, ego adducam eos de terra Aquilonis, & cõgregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus & claudus, & prægnans & pariens ſimul, cœtus magnus reuertentium huc. ¶ 9 In fletu venient: & in ꝓcibus reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea: quia factus ſum Iſraeli pater, & Ephraim primogenitus meus eſt. ¶ 10 Audite verbum Domini Gentes, & annuntiate in Inſulis quæ procul ſunt, & dicite, Qui diſperſit Iſrael, congregabit eum: & cuſtodiet eum ſicut paſtor gregem ſuum. ¶ 11 Redimet enim Dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris. ¶ 12 Et venient, & laudabunt in monte Sion: & confluent ad bona Domini ſuper frumento, & vino & oleo, & fœtu pecorum & armentorum: eritque anima eorum quaſi hortus irriguus, & vltrà non eſurient. ¶ 13 Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & ſenes ſimul: & cõuertam luctum eorum in gaudium, & conſolabor eos, & lætificabo à dolore ſuo. ¶ 14 Et inebriabo animam ſacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus. ¶ 15 Hæc dicit Dominus, Vox in excelſo audita eſt lamẽtationis, luctus & fletus Rachel plorantis filios ſuos: & nolẽtis cõſolari ſuper eis, quia non ſũt. ¶ 16 Hæc dicit Dominus, Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia eſt merces operi tuo, ait Dominus, & reuertẽtur de terra inimici. ¶ 17 Et eſt ſpes nouiſſimis tuis, ait Dominus, & reuertẽtur filii tui ad terminos ſuos. ¶ 18 Audiẽs audiui Ephraim tranſmigrantem, Caſtigaſti me & Domine, & eruditus ſum, quaſi iuuenculus indomitus. cõuerte me, & cõuertar: quia tu Dominus Deus meus. ¶ 19 Poſtquã enim cõuerſus ſum me, egi pœnitẽtiam: & poſtquã oſtẽdiſti mihi, percuſſi femur meum. Confuſus ſum & erubui, quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ. ¶ 20 Si filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus: quia ex quo locutus ſum de eo, adhuc recordabor eius. Ideirco conturbata ſũt viſcera mea ſuper eum: miſerans miſerebor eius, ait Dominus. ¶ 21 Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulaſti: reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. ¶ 22 Vſquequo delicita diſſoluẽtris filia vaga? quia creauit Dominus nouũ ſuper terram: FOEMINA CIRCVNDABIT VIRVM. ¶ 23 Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, Adhuc dicẽt verbũ iſtud in terra Iuda, & in vrbib eius, quũ cõuertero captiuitatẽ eorũ, Benedicat tibi Dominꝰ pulchritudo iuſtitiæ, mõs ſãctꝰ. ¶ 24 Et habitabũt in eo Iudas, & omnes ciuitates ei ſimul:

B ad alligan
um: curatio
um vtilitas
C
D

agricolæ & minantes greges. ¶15 Quia inebriauit animam lassam, & omnem animam esurientem saturauit. ¶16 Ideo quasi de somno suscitatus sum: & vidi, & somnus meus dulcis mihi.
¶17 Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & seminabo domum Israel & domũ Iuda semine hominum, & semine iumentorum. ¶18 Et sicut vigilaui supereos, vt euellerẽ, & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem: sic vigilabo super eos vt ædificem & plantem, ait Dominus. ¶19 In diebus illis non dicent vltrà, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerũt: ¶20 Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur: omnis homo qui comederit vuam acerbam, obstupescent dentes eĩ.
¶21 Ecce, dies venient, dicit Dominus: & feriã domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum,
¶22 Non secundum pactum quod pepigi cum patribus vestris in die qua apprehendi manũ eorum vt educerem eos de Terra Ægypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. ¶23 Sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eã: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. ¶24 Et non docebit vltrà vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, Cognosce Dominũ. omnes enim cognoscẽt me à minimo eorum vsque ad maximũ, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorũ, & peccati eorũ nõ memorabor ampliùs. ¶25 Hæc dicit Dominꝰ qui dat solẽ in lumine diei, ordinem lunæ & stellarũ in lumine noctis: qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi.
¶26 Si defecerint leges istæ coram me, dicit Dominus: tunc & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. ¶27 Hæc dicit Dominus, Si mensurari potuerint cæli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: & ego abiiciam vniuersum semen Israel propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus. ¶28 Ecce, dies venient, dicit Dominus: & ædificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel, vsque ad portam anguli. ¶29 Et exibit vltrà normam mensuræ in conspectu eius super collem Gareb: & circuibit Goatha, ¶30 Et omnem vallem cadauerum, & cineres, & vniuersam regionem montis, vsque ad torrentem Cedron, & vsque ad angulum portæ equorum Orientalis, sanctũ Domini: non euelletur, & non destruetur vltrà in perpetuum. CAP. XXXII.

Conlicitur Ieremias in carcerem, quòd ciuitatem capiendam à rege Babylonis prophetasset. 6 Per agrum emptum à Ieremia iussu Domini, significatur populum reuerturũ in possessionem terræ suæ. 28 Populus Dei. 40 Deo donum, timor sui, vt vitentur peccata.

Verbum quod factũ est ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor. ¶2 Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda. ¶3 Clauserat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens, Quare vaticinaris, dicens, Hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo ciuitatem istam in manu regis Babylonis, & capiet eam? ¶4 Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum: sed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt. ¶5 Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec visitem eum, ait Dominus. Si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis. ¶6 Et dixit Ieremias, Factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶7 Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens, Eme tibi agrum meum qui est in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate vt emas. ¶8 Et venit ad me Hanameel filius patrui mei secũdum verbum Domini ad vestibulum carceris, & ait ad me, Posside agrum meum qui est in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es vt possideas. Intellexi autem quòd verbum Domini esset. ¶9 Et emi agrũ ab Hanameel filio patrui mei qui est in Anathoth: & appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos. ¶10 Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes: & appendi argentum in statera. ¶11 Et accepi librũ possessionis signatũ, & stipulationes, & rata, & ligna fornisecus. ¶12 Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filii Maasiæ in oculis Hanameel patruelis mei, & in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis, in oculis omnium Iudæorum qui sedebãt in atrio carceris. ¶13 Et præcepi Baruch coram eis, dicens, ¶14 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hũc qui apertus est: & pones illos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. ¶15 Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Israel, Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra ista.
¶16 Et oraui ad Dominum postquã tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens,
¶17 Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu fecisti cælum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum. ¶18 Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinũ filiorum eorum post eos fortissime, magne, & potens, Dominꝰ exercituũ nomẽ tibi. ¶19 Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam: vt reddas vnicuique secundum vias suas, & secundum fructum adinuentionum eius. ¶20 Qui posuisti signa & portenta in Terra Ægypti vsque ad diem hanc, & in Israel, & in hominibus: & fecisti tibi nomen sicut est dies hæc. ¶21 Et eduxisti populum tuum Israel de Terra Ægypti, in signis, & in portentis, & in manu robusta, & in brachio extento, & in terrore magno. ¶22 Et dedisti eis terram hanc, quam iurasti patribus eorum vt dares eis, terram fluentem lacte & melle. ¶23 Et ingressi sunt, & possederunt eam: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerunt: & euenerũt eis omnia mala hæc. ¶24 Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatẽ, vt capiatur: & vrbs data est in manus Chaldæorũ, & in manus regis Babylonis qui prælianturaduersus eam à facie gladii, & famis, & pestilentiæ: & quæcunque locutus es, acciderunt, vt tuipse cernis. ¶25 Et tu dicis mihi Do-

mine Deus, me agrum argento, & adhibe testes: quum vrbs data sit in manus Chaldæorũ? ¶26 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens, ¶27 Ecce, ego Dominus Deus vniuersæ carnis: nunquid mihi difficile erit omne verbum? ¶28 Propterea hæc dicit Dominus, Ecce, ego trada ciuitatem istã in manus Chaldæorũ, & in manus regis Babylonis, & capient eam. ¶29 Et venient Chaldæi præliantes aduersum vrbem hanc, & succendent eam igni, & cõburent eam, & domos, in quarum domatibus sacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me. ¶30 Erant enim filii Israel & filii Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua: filii Israel qui vsque nunc exacerbant me in opere manuum suarum, dicit Dominus. ¶31 Quia in furore, & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, a die qua ædificauerunt eam, vsque ad diem istam, qua auferetur de cõspectu meo. ¶32 Propter malitiam filiorum Israel & filiorũ Iuda, quam fecerunt, ad irascendum me prouocantes, ipsũ, & reges eorum, & principes eorum, & sacerdotes eorum, & prophetæ eorum, viri Iuda & habitatores Ierusalem. ¶33 Et verterunt ad me terga & non facies: quum docerem eos & erudirem diluculo, & nollent audire vt acciperent disciplinam. ¶34 Et posuerunt idola sua in domo, in qua inuocatum est nomen meum, vt pollucrent eam. ¶35 Et ædificauerũt excelsa Baal, quæ sunt in valle filii Ennom: vt initiarẽt filios suos & filias suas Moloch: quod non mandaui eis, nec ascendit in cor meum, vt facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam. ¶36 Et nunc propter ista, hæc dicit Dominus Deus Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quòd tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste. ¶37 Ecce, ego congregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locũ istum, & habitare eos faciam confidenter. ¶38 Et erunt mihi in populũ, & ego ero eis in Deũ. ¶39 Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeant me vniuersis diebus: & bene sit eis, & filiis eorũ post eos. ¶40 Et feriã eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me. ¶41 Et lætabor super eis, quum bene eis fecero: & plantabo eos in terra ista in veritate in toto corde meo & in tota anima mea. ¶42 Quia hæc dicit Dominus, Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande: sic adducam super eos omne bonum quod ego loquor ad eos. ¶43 Et possidebuntur agri in terra ista: de qua vos dicitis quòd deserta sit, eo quòd non remanserit homo & iumentum, & data sit in manus Chaldæorũ. ¶44 Agri ementur pecunia, & scribentur in libro, & imprimetur signũ, & testis adhibebitur: in terra Beniamin, & in circuitu Ierusalem, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus montanis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt: quia conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

docerem eos
diluculo, & e-
ruditem,
4. Reg. 21. 2. 4.
Leuit. 18. 21.

## CAP. XXXIII.

Monetur propheta orare pro populi libe
ratione quã promittit Dominus. 8 Remittit De
us peccata, & beneficit populo ad gloriã suã.
14 De Christo nascituro. 19 De regno Christi in
ecclesia nunquam finituro.

ET factum est verbum Domini ad Ieremiã secũdò, quũ adhuc clausus esset in atrio carceris, dicens, ¶2 Hæc dicit Dominus qui facturus est: *& formaturus illud, & paraturus, Dominus nomẽ eius. ¶3 Clama ad me, & exaudiam te: & annũtiabo tibi grandia, & firma quæ nescis. ¶4 Quia hæc dicit Dominus Deus Israel ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda quæ destructæ sunt, & ad munitiones, & ad gladium ¶5 Venientium vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, *quas' percussi in furore meo & in indignatione mea, abscondens faciẽ meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. ¶6 Ecce, ego obducam *eis' cicatricem & sanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis. ¶7 Et conuertam conuersionem Iuda, & conuersionem *Ierusalem: *& ædificabo eos sicut à principio. ¶8 Et emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quibus deliquerunt mihi, & spreuerunt me. ¶9 Et erit mihi in nomẽ, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cunctis gẽtibus terræ quæ *audierunt' omnia bona quæ ego facturus sum eis: & pauebunt, & tarbabuntur in vniuersis *locis,' & in omni pace quam ego faciam eis. ¶10 Hæc dicit Dominus, Adhuc auditur in loco isto (quem vos dicitis esse desertũ, eo quòd non sit homo, nec iumẽtum) in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem (quæ desolatæ sunt absque homine & absque habitatore & absque pecore) ¶11 Vox gaudii & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, vox dicentium, Cõfitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum misericordia eius: & portãtium vota in domum Domini. Reducam enim cõuersionem terræ sicut à principio, dicit Dominus. ¶12 Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc erit in loco isto deserto absque homine, & absque iumento, & in cunctis ciuitatibus eius, habitaculum pastorum accubantiũ *gregum.' ¶13 In ciuitatibus mõtuosis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt: & in terra Beniamin, & in circuitu Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda adhuc trãsibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus. ¶14 Ecce dies venient, dicit Dominus: & suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad domum Israel, & ad domũ Iuda. ¶15 In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ: & faciet iudicium & iustitiam in terra. ¶16 In diebus illis saluabitur Iuda, & *Israel' habitabit confidenter: & *hoc est' nomen quod vocabunt eum, *Dominus iustus noster. ¶17 Quia hæc dicit Dominus, Non interibit de Dauid vir qui sedeat super thronum domus Israel. ¶18 Et de sacerdotib' & de Leuitis nõ interibit vir à facie mea, qui offerat holocaustomata, & incendat sacrificiũ, & cædat victimas omnibus diebus. ¶19 Et factum est verbum Domini ad Ieremiã dicẽs, ¶20 Hæc dicit Dominus, Si irritũ potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt nõ sit dies & nox in tempore suo: ¶21 Et pactũ meum

hh. i.

irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & sacerdotes ministri mei. ¶22 Sicuti enumerari nō possunt stellæ cæli, & metiri ‘arenæ’ maris: sic multiplicabo semen Dauid ser ui mei, & Leuitas ministros meos. ¶23 Et factū est verbū Domini ad Ieremiā, dicens. ¶24 Nun quid non vidisti quid populus hic locutus sit, dicens, Duæ cognationes, quas elegerat Domi nus, abiecta sunt: & populum meum despexerunt, eo quōd non sit vltrā gens coram eis.

¶25 Hæc dicit Dominus, Si pactū meum inter diem & noctem, & leges cæli & terræ non po sui: ¶26 Equidem & semen Iacob, & Dauid ser ui mei proficiam, vt non assūmam de semine eius principes seminis Abraham, Isaac, & Ia cob. Reducam enim conuersionem eorum, & miserebor eis.

## C A P. XXXIIII.

Minatur ciuitatem tradendā in manus re gis Babylonis. 3 Sedecias tradēdus regi Babel. 4 Cremabantur corpora. 8 Increpat eos qui fra tres libertate donatos retrahunt in seruitutē.

Verbum quod factum est ad Ieremiam à Do mino (quando Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuersique regna terræ quæ erant sub potestate manus e ius, & omnes populi bellabant contra Ierusa lem, & cōtra omnes vrbes eius,) dicens, ¶2 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vade, & loquere ad Sedeciam regem Iuda: & dices ad eum, Hæc di cit Dominus, Ecce ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & succēdet eā igni. ¶3 Et tu non effugies de manu eius: sed cōprehensione capiēris, & in manu eius tradēris: & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonē introibis. ¶4 Attamen audi verbum Domini Sedecia rex Iuda, Hæc dicit Dominus ad te, Non morieris in gladio, ¶5 Sed in pace morieris, & secundum combustiones patrū tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te: & Væ domine, plangent te: quia verbum hoc ego locutus sum, dicit Dominus. ¶6 Et locutus est Ieremias propheta ad Sedeciam regem Iu da vniuersa verba hæc in Ierusalem. ¶7 Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ierusalem, & contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant contra Lachis, & cōtra Azēca: hæ enim supererant de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ. ¶8 Verbum quod factum est ad Ieremi am à Domino, postquam percussit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Ierusalem, præ dicans ¶9 Vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam, Hebræū & Hebræam liberos: & nequaquam dominarētur eis, id est in Iudæo & fratre suo. ¶10 Audie runt ergo omnes principes, & vniuersus popu lus, qui inierant pactum, vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillā suā liberos, & vltra non dominarentur eis. au dierunt igitur, & dimiserunt. ¶11 Et conuersi sunt deinceps: & retraxerūt seruos suos & an cillas suas, quos dimiserūt liberos, & subiugauerunt in famulos & famulas. ¶12 Et factum est verbum ad Ieremiam à Domino, dicens, ¶13 Hæc dicit Domin Deus Israel, Ego percussi fœdus cum patribus vestris in die qua eduxi eos de Terra Aegypti, de domo seruitu, dicens, ¶14 Quū completi fuerint septē anni, di mittat vnusquisque fratrem suū Hebræum, qui venditus est ei, & seruiet tibi sex annis: & dimit tes eum à te liberum. & non audierunt patres vestri me, nec inclinauerunt aurē suam. ¶15 Et conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectū est in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnusquisque ad amicum suum: & inistis pactū in conspectu meo, in domo in qua inuocatum est nomen meum super eam. ¶16 Et reuersi estis, & commaculastis nomen meum: & reduxi stis vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam quos dimiseratis vt essent libe ri & suæ potestatis: & subiugastis eos vt sint vo bis serui & ancillæ. ¶17 Propterea hæc dicit Dominus, Vos non audistis me, vt prædicare tis libertatem vnusquisque fratri suo, & vnus quisque amico suo: ecce ego prædico libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ. ¶18 Et dabo viros qui præuaricā tur fœdus meum, & non obseruauerunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones eius, ¶19 Principes Iuda & principes Ierusalem, eunuchi & sacerdotes, & omnis populus terræ, qui transierunt inter diuisiones vituli: ¶20 Et dabo eos in manus inimicorum suorum, & in manus quærē tium animam eorum: & erit morticinum eorū in escā volatilibus cæli & bestiis terræ. ¶21 Et Sedeciam regem Iuda & principes eius dabo in manus inimicorū suorum, & in manus quæ rentium animas eorum, & in manus exercitū regis Babylonis, qui receſſerunt à vobis. ¶22 Ec ce, ego præcipio, dicit Dominus: & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduer sus eam: & capient eam, & incendent igni: & ci uitates Iuda dabo in solitudinem, eo quōd nō sit habitator.

## C A P. XXXV.

Proposita Iudæis Rechabitarum obedientia, eorum superbiam confundit.

Verbum quod factū est ad Ieremiam à Do mino in diebus Ioacim filii Iosiæ regis Iu da, dicens, ¶2 Vade ad domum Rechabitarum: & loquere eis, & introduces eos in domum Do mini in vnam exedram thesaurorum, & dabis eis bibere vinum. ¶3 Et assumpsi Iezoniam filium Ieremiæ filii Habsaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuersam domum Recha bitarum. ¶4 Et introduxi eos in domum Domi ni, ad gazophylacium filiorum Hanan filii Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principum, super thesaurum Maa siæ filii Sellum, qui erat custos vestibuli. ¶5 Et posui coram filiis domus Rechabitarū scyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos, Bibite vi num. ¶6 Qui responderunt, Non bibemus vi num: quia Ionadab filius Rechab, pater noster præcepit nobis, dicens, Non bibetis vinum vos & filii vestri vsque in sempiternum. ¶7 Et do mum non ædificabitis, & sementem non sere tis, & vineas nō plantabitis, nec habebitis: sed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus ve stris, vt viuatis diebus multis super faciē terræ in qua vos peregrinamini. ¶8 Obediuimus er go voci Ionadab filii Rechab patris nostri, in omnib quæ præcepit nobis: ita vt nō bibere mus vinū cunctis diebus nostris nos & mulieres nostræ, filii & filiæ nostræ: ¶9 Et non ædificā

remus domos ad habitandum: & vineam & agrum & sementem non habuimus, ¶10 Sed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fuimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noster. ¶11 Quum autem ascendisset Nabuchodonosor rex Babylonis ad terrā nostram, diximus, Venite, & ingrediamur Ierusalē à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & manemus in Ierusalem. ¶12 Et factū est verbum Domini ad Ieremiā, dicēs, ¶13 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Vade, & dic viris Iuda & habitatoribus Ierusalem, Nunquid non recipietis disciplinā, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? ¶14 Præualuerunt sermones Ionadab filii Rechab, quos præcepit filiis suis vt non biberent vinum: & non biberunt vsque ad diem hanc, quia obedierūt præcepto patris sui: ego autem locutus sum ad vos, de mane consurgens & loquens, & non obedistis mihi. ¶15 Misique ad vos omnes seruos meos prophetas, consurgēs diluculo, mittēnsque, & dicens, Conuertimini vnusquisque à via sua pessima, & bona facite studia vestra: & nolite sequi deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus vestris: & non inclinastis aurē vestram, neque audistis me. ¶16 Firmauerunt igitur filii Ionadab filii Rechab præceptum patris sui quod præceperat eis: populus autē iste non obediuit mihi. ¶17 Idcirco hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Ecce, ego adducam super Iudam & super omnes habitatores Ierusalem vniuersam afflictionē quā locutus sum aduersum illos: eo quòd locutus sum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, & non respōderunt mihi. ¶18 Domui autē Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Pro eo quòd obedistis præcepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mādata eius, & fecistis vniuersa quæ præcepit vobis: ¶19 Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Non deficiet vir de stirpe Ionadab filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.

Cap. XXXVI.

Scribit Baruch dictāte Ieremia volumē ma ledictionū aduersus Iudā & Israel. 5 Mittitur cū volumine ad populū. 9 Legit Baruch volumen coram omni populo. 14 Accersitus ad principes, verba eadē legit corā eis. 16 Nūtiāt principes regi verba volumi is. 21 Audi accepto volumine & paucis in eo lectis, illud in ignem proiicit. 27 Iussu Domini aliud volumē scribitur.

ET factum est in anno quarto Ioacim filii Iosiæ regis Iuda: factum est verbum hoc ad Ieremiam à Domino, dicens, ¶2 Tolle volumen libri, & scribes in eo omnia verba quæ locutus sum tibi aduersum Israel & Iudam, & aduersum omnes gētes: à die qua locutus sum ad te ex diebus Iosiæ vsque ad diē hanc: ¶3 Si forte audiente domo Iuda vniuersa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnusquisque à via sua pessima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorū. ¶4 Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ: & scripsit Baruch ex ore Ieremiæ omnes sermones Domini, quos locutus est ad eum, in volumine libri. ¶5 Et præcepit Ieremias Baruch, dicens, Ego clausus sum, nec valeo ingredi domum Domini. ¶6 Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo scripsisti ex ore meo verba Domini, audiente populo in domo Domini in die ieiunii: insuper & audiente vniuerso Iuda, qui veniunt de ciuitatibus suis, leges eis: ¶7 Si fortè cadat oratio eorū in conspectu Domini, & reuertatur vnusquisque à via sua pessima: quoniā magnus furor & indignatio est, quam locutus est Dominus aduersus populum hunc. ¶8 Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia quæ præceperat ei Ieremias propheta, legens ex volumine sermones Domini in domo Domini. ¶9 Factū est autem in anno quinto Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, in mense nono: prædicauerunt ieiunium in conspectu Domini omni populo in Ierusalem, & vniuersæ multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ierusalē. ¶10 Legitque Baruch ex volumine sermones Ieremiæ in domo Domini in gazophylacio Gamariæ filii Saphan scribæ, in vestibulo superiori, in introitu portæ nouæ domus Domini, audiēte omni populo. ¶11 Quúmque audisset Michæas filius Gamariæ filii Saphā omnes sermones Domini ex libro: ¶12 Descēdit in domum regis ad gazophylacium scribæ: & ecce, ibi omnes principes sedebant, Elisama scriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuersi principes. ¶13 Et nuntiauit eis Michæas omnia verba quæ audierat, legentem Baruch ex volumine in auribus populi. ¶14 Miserunt itaque omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filii Selemiæ filii Chusi, dicentes, Volumen ex quo legisti audiente populo, sume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu sua, & venit ad eos. ¶15 Et dixerunt ad eum, Sede, & lege hæc in auribus nostris. Et legit Baruch in auribus eorū. ¶16 Igitur quū audissent omnia verba, obstupuerunt vnusquisque ad proximū suū, & dixerunt ad Baruch, Nuntiare debemus regi omnes sermones istos. ¶17 Et interrogauerunt eum, dicētes, Indica nobis quomodo scripsisti omnes sermones istos ex ore eius. ¶18 Dixit autē eis Baruch, Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos: & ego scribebam in volumine, atramento. ¶19 Et dixerunt principes ad Baruch, Vade & abscōdere tu & Ieremias, & nemo sciat vbi fitis. ¶20 Et ingressi sunt ad regē in atriū: (porrò volumē cōmendauerunt in gazophylacio Elisamæ scribæ:) & nuntiauerunt audiente regе omnes sermones. ¶21 Misitque rex Iudi, vt sumeret volumē: qui tollēs illud de gazophylacio Elisamæ scribæ, legit audiente rege, & vniuersis principibus qui stabant circa regem. ¶22 Rex autē sedebat in domo hyemali in mēse nono: & posita erat arula corā eo plena prunis. ¶23 Quúmq; legisset Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scalpello scribæ: & proiecit in ignē qui erat super arulā: donec cōsumeretur omne volumē igni qui erat in arula. ¶24 Et non timuerūt, neque sciderūt vestimenta sua rex, & omnes serui eius qui audierunt verba hæc. ¶25 Veruntamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi ne combureret librum: & non audiuit eos. ¶26 Et præcepit rex Ieremiæ filio

Amēlech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt comprehenderent Baruch scribam, & Ieremiam prophetam: absc̄ōdit autem eos Dominus. ¶ 27 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam (postquā combusserat rex volumē, & sermones quos scripserat Baruch ex ore Ieremiæ,) dicens, ¶ 28 Rursum tolle volumē aliud: & scribe in eo omnes sermones priores, qui erant in primo volumine, quod combussit Ioacim rex Iuda. ¶ 29 Et ad Ioacim regem Iuda dices, Hæc dicit Dominus, Tu combussisti volumen istud, dicens, Quare scripsisti in eo annuntiās, Festinus veniet rex Babylonis, & vastabit terram hanc: & cessare faciet ex illa hominem & iumētum? ¶ 30 Propterea hæc dicit Dominus de Ioacim regem Iuda, Non erit ex eo qui sedeat super solium Dauid: & cadauer eius proiicietur ad æstum per diē, & ad gelu per nocte. ¶ 31 Et visitabo contra eum, & cōtra semē eius, & contra seruos eius iniquitates suas, & adducā super eos & super habitatores Ierusalem, & super viros Iuda omne malū quod locutus sum ad eos: & non audierunt. ¶ 32 Ieremias autem tulit volumē aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ scribæ: qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes sermones libri, quē cōbusserat Ioacim rex Iuda igni: & insuper additi sunt sermones multō plures, quàm antea fuerant.

CAP. XXXVII.

Succedit Sedecias Iechoniæ. 3 Mittit ad Ieremiam vt pro se oret. 5 Prædicit Deus vltis excidium. 10 Proficiscens Ieremias in terram Beniamin, comprehenditur. 14 Cæsus in carcerem mittitur. 16 Liberatur à rege Sedecia.

ET regnauit rex Sedecias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioacim: quem constituit regē Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Iuda. ¶ 2 Et non obediuit ipse, & serui eius, & populus terræ verbis Domini quæ locutus est in manu Ieremiæ prophetæ. ¶ 3 Et misit rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniā filium Maasiæ sacerdotem ad Ieremiā prophetam, dicens, Ora pro nobis Dominum Deū nostrum. ¶ 4 (Ieremias autē liberè ambulabat in medio populi: non enim miserāt eum in custodiā carceris.) ¶ Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Aegypto: & audiētes Chaldæi qui ob fidebant Ierusalem, huiuscemodi nuntium, recesserunt ab Ierusalem.) ¶ 6 Et factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam, dicēs, ¶ 7 Hæc dicit Dominus Deus Israel, Sic dicetis regi Iuda, qui misit vos ad me interrogandū: Ecce exercit⁹ Pharaonis, qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suam in Aegyptū: ¶ 8 Et redīet Chaldæi, & bellabūt contra ciuitatem hanc: & capient eam, & succendent eam igni. ¶ 9 Hæc dicit Dominus, Nolite decipere animas vestras, dicentes, Euntes abibunt, & recedēt à nobis Chaldæi: quia non abibunt. ¶ 10 Sed & si percusseritis omnē exercitū Chaldæorū qui prælīatur aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: singuli de tētorio suo consurgēt, & incēdēt ciuitatem hāc igni. ¶ 11 Ergo quū recessisset exercit⁹ Chaldæorū ab Ierusalē propter exercitum Pharaonis, ¶ 12 Egressus est Ieremias de Ierusalem vt iret in terrā Bēiamin, & diuideret ibi possessionē in conspectu ciuium. ¶ 13 Quūmque perueniſſet ad portā Beniamin, erat ibi custos portæ per vices, nomine Ierias, filius Selemiæ filii Hananiæ: & apprehendit Ieremiam prophetā, dicens, Ad Chaldæos profugis. ¶ 14 Et respondit Ieremias, Falsum est, non fugio ad Chaldæos. Et non audiuit eum: sed cōprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes. ¶ 15 Quam ob rem irati principes contra Ieremiā, cæsum eum miserunt in carcerē qui erat in domo Ionathan scribæ: ipse enim præpositus erat super carcerem. ¶ 16 Itaque ingressus est Ieremias in domum laci & in ergastulum: & sedit ibi Ieremias diebus multis. ¶ 17 Mittens autem Sedecias rex tulit eum: & interrogauit eum in domo sua absc̄ōdītē, & dixit, Numquid est sermo à Domino? Et dixit Ieremias, Est. Et ait, In manus regis Babylonis trāderis. ¶ 18 Et dixit Ieremias ad regem Sedeciā, Quid peccaui tibi & seruis tuis & populo tuo, quia misisti me in domū carcerīs? ¶ 19 Vbi sunt prophetæ vestri qui prophetabant vobis, & dicebant, Non veniet rex Babylonis super vos, & super terram hanc? ¶ 20 Nunc ergo audi obsecro, domine mi rex, valeat deprecatio mea in conspectu tuo: & ne me remittas in domum Ionathā scribæ, ne moriar ibi. ¶ 21 Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias in vestibulo carceris: & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ciuitate: & mansit Ieremias in vestibulo carcerīs.

CAP. XXXVIII.

Principum suasu demittitur Ieremias in lacum. 7 Abdemelech eunuchi rogatu iubet rex Ieremiā educi è lacu. 14 Ostendit Ieremias qua ratione posse euadere mortem rex qui ipsum consulebat.

AVdiuit autem Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phassur filius Melchiæ, sermones quos Ieremias loquebatur ad omnem populum, dicens, ¶ 2 Hæc dicit Dominus, Quicunque mānserit in ciuitate hac, morietur gladio & fame & peste: qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius sospes & viuēs. ¶ 3 Hæc dicit Dominus, Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eam. ¶ 4 Et dixerunt principes regi, Rogamus vt occidatur homo iste: deindustria enim dissoluit manus virorum bellantiū, qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquens ad eos vniuersa verba hæc. Siquidem homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum. ¶ 5 Et dixit rex Sedecias, Ecce ipse in manibus vestris est: nec enim fas est vobis quicquam negare. ¶ 6 Tulerunt ergo Ieremiā, & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filii Amelech qui erat in vestibulo carceris: & submiserunt Ieremiam in funibus in lacum in quo non erat aqua, sed lutum, defecitque Ieremias in cœnum. ¶ 7 Audiuit autem Abdemelech Aethiops vir eunuchus qui erat in domo regis, quòd misissent Ieremiam in lacum: porrò rex sedebat in porta Beniamin. ¶ 8 Et egressus est Abdemelech de domo re-

Ier. 21. 8. 9

A

B

*iuxta

*regem.

*funibus, & lacu non

gis, & locutus est ad regem, dicens, ¶9 Domine mi rex malè fecerunt viri isti omnia quæcunque perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi fame. non sunt enim panes vltrà in ciuitate. ¶10 Præcepit itaque rex Abde-mèlech Æthiopi, dicens, Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetā de lacu, antequā moriatur. ¶11 Assumptis ergo Abde-mèlech secum viris, ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario: & tulit inde veteres pānos, & antiqua vestimēta quæ cōputruerant: & submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos. ¶12 Dixitque Abde-mèlech Æthiops ad Ieremiam prophetam, Pone veteres pannos, & hæc sciſſa & putrida sub cubito manuum tuarū, & super funes. Fecit ergo Ieremias sic. ¶13 Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu: mānsit autem Ieremias in vestibulo carceris. ¶14 Et misit rex Sedecias, & tulit ad se Ieremiam prophetā ad ostium tertium quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Ieremiā, Interrogo ego te sermonē, ne abscondas à me aliquid. ¶15 Dixit autē Ieremias ad Sedeciam, Si annūtiauero tibi, nūquid non interficies me? & si consilium dedero tibi, non me audies. ¶16 Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clàm, dicens, Viuit Dominus qui fecit nobis animam hāc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorū istorum qui quærūt animā tuam. ¶17 Et dixit Ieremias ad Sedeciam, Hæc dicit Dominus exercituū, Deus Israel, Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc nō succendetur igni: & saluus eris tu, & domus tua. ¶18 Si autē non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorū, & succendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum. ¶19 Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam, Solicitus sum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne forte tradar in manus eorum, & illudant mihi. ¶20 Respōdit autem Ieremias, & dixit ad eum, Non te tradent. audi quæso vocē Domini, quā ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. ¶21 Quòd si noluerīs egredi: iste est sermo quem ostendit mihi Dominus. ¶22 Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Babylonis: & ipsæ dicent, Seduxerunt te, & præualuerunt aduersum te viri pacifici tui, demerseruntque in cœno, & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te. ¶23 Et omnes vxores tuæ, & filii tui educētur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, sed in manu regis Babylonis capieris: & ciuitatem hāc comburet igni. ¶24 Dixit ergo Sedecias ad Ieremiā, Nullus sciat verba hæc, & nō morieris. ¶25 Si autem audierint principes quia locutus sum tecum: & venerint ad te, & dixerint tibi, Indica nobis quid locutus es cum rege, ne celes nos, & nō te interficiemus: & quid locutus est tecum rex: ¶26 Dices ad eos, Prostraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi morerer. ¶27 Venerūt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum: & locutus est eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex, & cessauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditū. ¶28 Mānit verò Ieremias in vestibulo carceris, vsque ad diem quo capta est Ierusalem: & factū est vt caperetur Ierusalem.

## CAP. XXXIX.

Nabuchodonosor obsidet Ierusalem. 4 Fugit Sedecias. 5 Comprehenditur à Chaldæis. 6 Occiduntur filii eius. 7 Exoculatur. 11 Ieremias protegitur. 15 Abde-mèlech ob fiduciam in Deum liberatur. 18 captiuitate.

ANno nono Sedeciæ regis Iuda, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebant eam. ¶2 Vndecimo autem anno Sedeciæ, mense quarto, quinta mensis aperta est ciuitas. ¶3 Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media: Neregel, Serèser, Semegar-nabu, Sar-sachi, Rab-sares, Neregel, Serèser, Reb-mag, & omnes reliqui principes regis Babylonis. ¶4 Quūmq; vidisset eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis, & per portā quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad viam deserti. ¶5 Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorum: & comprehenderunt Sedeciam in campo solitudinis Ierichōtinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regē Babylonis in Reblātha, quæ est in Terra-Emath: & locutus est ad eum iudicia. ¶6 Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblātha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occidit rex Babylonis. ¶7 Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonem. ¶8 Domum quoque regis, & domum vulgi succenderunt Chaldæi igni: & murum Ierusalem subuerterunt. ¶9 Et reliquias populi, qui remanserant in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi qui remanserant, transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem. ¶10 Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardā magister militum in Terra-Iuda: & dedit eis vineas & cisternas in die illa. ¶11 Præceperat autem Nabuchodonosor rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardan magistro militum, dicēs, ¶12 Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: sed vt voluerit, sic facias ei. ¶13 Misit ergo Nabuzardā princeps militiæ, & Nabuseabaz & Rabsares, & Neregel, & Serèser, & Reb-mag, & omnes optimates regis Babylonis, ¶14 Miserūt & tulerunt Ieremiam de vestibulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicā filii Saphan, vt intraret in domū, & habitaret in populo. ¶15 Ad Ieremiam autem factus fuerat sermo Domini, quum clausus esset in vestibulo carceris, dicens, ¶16 Vade, & dic Abde-mèlech Æthiopi, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce, ego inducam sermones meos super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum: & erūt in conspectu tuo in die illa. ¶17 Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & nō tradēris in manus virorum quos tu formidas: ¶18 Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

CAP. XL.

Datur Ieremiæ facultas proficiscendi quo velit. 6 Habitat Ieremias cum populo relicto in Ierusalem, cui præerat Godolias. 13 Iohanā prædicit Godoliæ duci mortem suam.

SErmo qui factus est ad Ieremiam à Domino, postquam dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium qui migrabant de Ierusalem & Iuda, & ducebantur in Babylonem. ¶ 2 Tollens ergo princeps militiæ Ieremiam, dixit ad eum, Dominus Deus tuus locutus est malū hoc super locum istū, ¶ 3 Et adduxit: & fecit Dominus sicut locutus est: quia peccastis Domino, & non audistis vocem eius, & factus est vobis sermo hic. ¶ 4 Nūc ergo ecce solui te hodie de catenis quæ sunt in manibus tuis: si placet tibi vt venias mecū in Babylonem, veni: & ponam oculos meos super te. si autem displicet tibi venire mecum in Babylonem, relide: ecce omnis terra in conspectu tuo est: quod elegeris, & quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge. ¶ 5 Et mecum noli venire: sed habita apud Godoliam filium Ahicam filii Saphā, quem præposuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ: habita ergo cum eo in medio populi: vel quocunque placuerit tibi vt vadas, vade. Dedit quoque ei magister militiæ cibaria, & munuscula, & dimisit eum. ¶ 6 Venit autem Ieremias ad Godoliam filiū Ahicam in Maspha: & habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra.

¶ 7 Quūmque audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones, ipsi & socii eorum, quòd præfecisset rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ: & quòd cōmendasset ei viros, & mulieres, & paruulos, & de pauperibus terræ qui non fuerant trāslati in Babylonem: ¶ 8 venerunt ad Godoliam in Maspha: & Ismahel filius Nathaniæ, & Iohanan & Ionathan, & Sareas filius Thanehumeth, & filii Ophi qui erant de Netophathi, & Iezonias filius Machathi, ipsi & viri eorum. ¶ 9 Et iurauit eis Godolias filius Ahicam filii Saphan, & comitibus eorū, dicens, Nolite timere seruire Chaldæis: habitate in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. ¶ 10 Ecce ego habito in Maspha, vt respondeam præcepto Chaldæorum qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam, & messem & oleum, & condite in vasis vestris: & manete in vrbibus vestris quas tenetis. ¶ 11 Sed & omnes Iudæi qui erant in Moab, & in filiis Ammō, & in Idumæa, & in vniuersis regionibus audito quòd dedisset rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filii Saphan: ¶ 12 Reuersi sunt inquam omnes Iudæi de vniuersis locis ad quæ profugerant: & venerunt in terram Iuda ad Godoliam in Maspha: & collegerunt vinum, & messem multam nimis. ¶ 13 Iohanan autem filius Caree, & omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Maspha. ¶ 14 Et dixerunt ei, Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon misit Ismahel filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam. ¶ 15 Iohanan autem filius Caree dixit ad Godoliam seorsum in Maspha, loquēs, Ibo, & percutiam Ismahel filium Nathaniæ nullo sciente: ne interficiat animam tuam, & dissipentur omnes Iudæi qui congregati sunt ad te, & peribunt reliquiæ Iuda. ¶ 16 Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Caree, Noli facere verbū hoc: falsum enim tu loqueris de Ismahel.

CAP. XLI.

Ismahel dolo occidit Godoliam & alios cōplures. Iohanan persequitur Ismahelem.

ET factum est in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ, filii Elisama de semine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maspha: & comederunt ibi panes simul in Maspha. ¶ 2 Surrexit autem Ismahel filius Nathaniæ, & decem viri qui cum eo erāt, & percusserūt Godoliam filium Ahicam filii Saphā gladio, & interfecerūt eum, quem præfecerat rex Babylonis terræ. ¶ 3 Omnes quoque Iudæos qui erant cum Godolia in Maspha, & Chaldæos qui reperti sunt ibi, & viros belliatores percussit Ismahel. ¶ 4 Secundo autē die postquam occiderat Godoliam nullo adhuc sciente, ¶ 5 Venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri: rasi barba, & scissis vestibus, & squalētes: & munera & thus habebant in manu, vt offerrent in domo Domini. ¶ 6 Egressus ergo Ismahel filius Nathaniæ in occursum eorū de Maspha, incedēs & plorans ibat: quum autem occurrisset eis, dixit ad eos, Venite ad Godoliam filium Ahicam. ¶ 7 Qui quum venissent ad medium ciuitatis, interfecit eos Ismahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipse & viri qui erant cum eo. ¶ 8 Decem autē viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel, Noli occidere nos: quia habemus thesauros in agro frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et cessauit: & non interfecit eos cum fratribus suis. ¶ 9 Lacus autem in quem proiecerat Ismahel omnia cadauera virorum quos percussit propter Godoliam, ipse est quem fecit rex Asa, propter Baasa regem Israel: ipsum repleuit Ismahel filius Nathaniæ occisis. ¶ 10 Et captiuas duxit Ismahel omnes reliquias populi, qui erāt in Maspha: filias regis, & vniuersum populum qui remāserat in Maspha: quos commendauerat Nabuzardan princeps militiæ, Godoliæ filio Ahicam. Et cepit eos Ismahel filius Nathaniæ: & abiit, vt transiret ad filios Ammon. ¶ 11 Audiuit autem Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Ismahel filius Nathaniæ. ¶ 12 Et assumptis vniuersis viris, profecti sunt vt belliarēt aduersum Ismahelem filium Nathaniæ: & inuenerunt eum ad aquas multas quæ sunt in Gabaon. ¶ 13 Quūmque vidisset omnis populus qui erat cum Ismahel, Iohanan filium Caree, & vniuersos principes bellatorum qui erant cum eo, lætati sunt. ¶ 14 Et reuersus est omnis populus, quem ceperat Ismahel, in Maspha: reuersusq; abiit ad Iohanan filium Caree. ¶ 15 Ismahel autem

filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Iohanan, & abiit ad filios Ammon. ¶16 Tulit ergo Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, vniuersas reliquias vulgi, quas reduxerant ab Ismahel filio Nathaniæ de Masphath, postquam percussit Godoliam filium Ahicam: fortes viros ad prælium, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos reduxerat de Gabaon. ¶17 Et ablerunt, & sederunt peregrinantes in Chamaan, quæ est iuxta Beth-lehem: vt pergerent, & introirent Aegyptum ¶18 A facie Chaldæorum, timebant enim eos, quia percusserat Ismahel filius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam, quem præposuerat rex Babylonis in Terra Iuda.

CAP. XLII.

Consulunt principes Ieremiam quid facere debeant. 7 Monet reliquias populi ne proficiscantur in Aegyptum.

A ET accesserunt omnes principes bellatorũ, & Iohanan filius Caree, & Iezonias filius Oziæ, & reliquum vulgus, à paruo vsque ad magnum: ¶2 Dixerúntque ad Ieremiam prophetam, Cadat oratio nostra in conspectu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro vniuersis reliquiis istis, quia derelicti sumus pauci de pluribus, sicut oculi tui nos intuentur: ¶3 Et annuntiet nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus, & verbum quod faciamus. ¶4 Dixit autem ad eos Ieremias propheta, Audiui: ecce ego oro ad Dominum Deum vestrum secundum verba vestra. Omne verbum quodcunque responderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quicquam. ¶5 Et illi dixerunt ad Ieremiam, Sit Dominus inter nos testis veritatis & fidei, si non iuxta omne verbũ in quo miserit te Dominus Deus tuus ad nos, sic faciemus: ¶6 Siue bonum est, siue malum, voci Domini Dei nostri ad quem mittimus te, obediemus: vt bene sit nobis quum audierimus vocem Domini Dei nostri. ¶7 Quum autem completi essent decem dies, factum est verbum Domini ad Ieremiã. ¶8 Vocauitque Iohanan filium Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, & vniuersum populum à minimo vsque ad magnum. ¶9 Et dixit ad eos, Hæc dicit Dominus Deus Israel, ad quem misistis me, vt proferrem preces vestras in cõspectu eius, ¶10 Si quiescentes manseritis in terra hac, ædificabo vos, & non destruã: plantabo, & non euellãm: enim placatus sũ super malo quod feci vobis. ¶11 Nolite timere à facie regis Babylonis, quẽ vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus: quia vobiscum sum ego, vt saluos vos faciam, & eruam de manu eius. ¶12 Et dabo vobis misericordias, & miserebor vestri, & habitare vos faciam in terra vestra. ¶13 Si autem dixeritis vos, Non habitabimus in terra ista: nec audiemus vocem Domini Dei nostri, ¶14 Dicentes, Nequaquam, sed ad Terrã Aegypti pergemus: vbi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & fame non sustinebimus: & ibi habitabimus. ¶15 Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiæ Iuda, Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Deus Israel, Si posueritis faciem vestram vt ingrediamini Aegyptum, & intraueritis vt ibi habitetis: ¶16 Gladius quem vos formidatis, ibi comprehendet vos in Terra Aegypti: & fames pro qua estis solliciti, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini. ¶17 Omnésque viri, qui posuerunt faciem suam vt ingrediãtur Aegyptum, vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peste: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego afferam super eos. ¶18 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, quum ingressi fueritis Aegyptum: & eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium: & nequaquam vltrà videbitis locum istum. ¶19 Verbum Domini super vos reliquiæ Iuda, Nolite intrare Aegyptum: sciẽtes scietis quia obtestatus sum vos hodie. ¶20 Quia decepistis animas vestras. vos enim misistis me ad Dominum Deum nostrum, dicentes, Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum: & iuxta omnia quæcũque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus. ¶21 Et annuntiaui vobis hodie, & non audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis pro quibus misit me ad vos. ¶22 Nunc ergo scientes scietis quia gladio & fame & peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare vt habitaretis ibi.

CAP. XLIII.

Reclamante Ieremia, Iohanan abducit reliquias populi in Aegyptum. 8 Ieremias prædicit vastitatem Aegypti.

¶1 FActum est autem, quum complesset Ieremias loquens ad populum vniuersos sermones Domini Dei eorũ, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorũ ad illos, omnia verba hæc: ¶2 Dixit Azarias filius Oziæ, & Iohanan filius Caree, & omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam, Mendacium tu loqueris: non misit te Dominus Deus noster, dicens, Ne ingrediamini Aegyptũ, vt habitetis illic: ¶3 Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorũ, & interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem. ¶4 Et non audiuit Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, & vniuersus populus, vocem Domini vt manerent in Terra Iuda: ¶5 Sed tollens Iohanã filius Caree, & vniuersi principes bellatorum vniuersos reliquiarum Iuda, qui reuersi fuerant de cunctis gentibus ad quas fuerant antè dispersi, vt habitarẽt in Terra Iuda: ¶6 Viros & mulieres, & paruulos, & filias regis: & omnẽ animã, quã reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam, filii Saphan: & Ieremiam prophetam, & Baruch filium Neriæ: ¶7 Et ingressi sunt in Terram Aegypti, quia non obedierunt voci Domini: & venerũt vsque ad Taphnis. ¶8 Et factus est sermo Domini ad Ieremiam in Taphnis, dicẽs, ¶9 Sume tibi lapides grandes in manu tua, & abscondes eos in crypta, quæ est sub muro latericio in porta domũ Pharaonis in Taphnis: cernentibus viris Iu-

deos. ¶10 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce ego mittam, & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & ponam thronum eius super lapides istos quos abscondi, & statuet solium suum super eos. ¶11 Veniensque percutiet Terram-Ægypti: quos in mortem, in mortem: & quos in captiuitatem, in captiuitatem: & quos in gladium, in gladium. ¶12 Et succedet ignem in delubris deorum Ægypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur Terra-Ægypti, sicut amicitur pastor palliosuo: & egredietur inde in pace. ¶13 Et conteret statuas domus Solis quæ sunt in Terra-Ægypti: & delubra deorum Ægypti comburet ignī.

CAP. XLIIII.

Arguit populum idololatriæ. 11 Minatur eis exitium. 15 Comminationem Domini vilipendentes, castigantur. 20 Rursum pœnam ei proponit.

VErbum quod factum est ad Ieremiam, & ad omnes Iudæos qui habitabant in Terra-Ægypti, habitātes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in terra Phathures, dicens, ¶2 Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Ierusalē, & super omnes vrbes Iudæ: & ecce desertæ sunt hodie, & non est in eis habitator: ¶3 Propter malitiam quam fecerunt, vt me ad iracundiā prouocarent, & irēt, & sacrificarent, & colerent deos alienos quos nesciebant & illi & vos & patres vestri. ¶4 Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas de nocte consurgens, mittēnsque, & dicēs, Nolite facere verbum abominationis huiusce modi quam odiui. ¶5 Et non audierūt, nec inclinauerunt aurem suam vt conuerterentur à malis suis, & non sacrificarent dīs alienis. ¶6 Et conflata est indignatio mea & furor meus: & succensa est in ciuitatibus Iuda, & in platēis Ierusalem: & versæ sunt in solitudinem & vastitatem secundum diem hanc. ¶7 Et nūc hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Quare vos facitis malum grande hoc contra animas vestras: vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquam reliduum: ¶8 Prouocantes me in operibus manuum vestrarum, sacrificando dīs alienis in Terra-Ægypti, in quam ingressi estis vt habitetis ibi: & disperea tis, & sitis in maledictionem & in opprobriū cūctis gentibus terræ? ¶9 Nunquid obliti estis mala patrum vestrorum, & mala regum Iuda, & mala vxorū eius, & mala vestra, & mala vxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Iuda, & in regionibus Ierusalem? ¶10 Non sunt mundati vsque ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulauerūt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis & coram patribus vestris. ¶11 Ideo hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce ego ponam faciem meam in vobis in malum: & disperdam omnem Iudam. ¶12 Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas vt ingrederentur Terram-Ægypti, & habitarent ibi: & consumentur omnes in Terra-Ægypti: & cadent in gladio, & in fame: & consumentur à minimo vsque ad maximum, in gladio & in fame morientur: & erunt in iuramēdum, & in miraculum, & in maledictionem, & in opprobrium. ¶13 Et visitabo *habitatores Terræ-Ægypti, sicut visitaui *Ierusalem: in gladio, & in fame, & peste. ¶14 Et non erit qui effugiat, & sit reliquus de reliquiis Iudæorum qui vadunt vt peregrinentur in Terram-Ægypti: & reuertātur in terram Iuda ad quā ipsi eleuant animas suas, vt reuertantur & habitent ibi. non reuertentur nisi qui fugerint. ¶15 Respondērunt autem Ieremiæ omnes viri scientes quòd sacrificarent vxores eorum dīs alienis: & vniuersæ mulieres quarum stabat multitudo grandis: & omnis populus habitātium in Terra-Ægypti in Phathures, dicētes, ¶16 Sermonem quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te: ¶17 Sed facientes faciemus omne verbum quod egreditur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos & patres nostri, reges nostri & principes nostri in vrbibus Iuda, & in platēis Ierusalem: & saturati fuimus panibus, & bene nobis erat, malūmque non vidimus. ¶18 Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, & libare ei libamina, indigemus' omnibus, & gladio & fame consumpti sumus. ¶19 Quòd si nos sacrificamus reginæ cæli, & libamus ei libamina: nūquid sine viris nostris faciemus ei placentas ad colendum ea, & libamina ad libādum? ¶20 Et dixit Ieremias ad omnē populū, aduersum viros, & aduersum mulieres, & aduersum vniuersam plebem, qui respōderant ei verbum, dicens, ¶21 Nunquid non sacrificium quod sacrificastis in ciuitatib Iuda & in platēis Ierusalem vos & patres vestri, reges vestri & principes vestri & populus terræ, horum recordatus est Dominus, & ascendit super cor eius? ¶22 Et non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam studiorū vestrorum, & propter abominationes quas fecistis: & facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, eo quòd non sit habitator, sicut est dies hæc. ¶23 Propterea quòd sacrificauerītis idōlis, & peccauerītis Domino: & non audieritis vocē Domini, & in lege & in præceptis & in testimonīs eius non ambulaueritis: idcirco euenerūt vobis mala hæc, sicut est dies hæc. ¶24 Dixit autem Ieremias ad omnem populum & ad vniuersas mulieres, Audite verbum Domini omnis Iuda, qui estis in Terra-Ægypti, ¶25 Hæc inquit Dominus exercituū Deus Israel, dicēs, Vos, & vxores vestræ locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicētes, Faciamus vota nostra quæ vouimus, vt sacrificemus reginæ cæli, & libemus ei libamina. implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea. ¶26 Ideo audite verbū Domini omnis Iuda, qui habitatis in Terra-Ægypti, Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequaquam vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, (dicentis, Viuit Dominus Deus,) in omni Terra-Ægypti. ¶27 Ecce

*super
*supra

indiguimus

*faciemus
*libandum et
libamina

ego vigilabo super eos in malum, & non in bonũ: & consumẽtur omnes viri Iuda, qui sunt in Terra Aegypti, gladio & fame, donec penitus consumantur. ¶ 28 Et qui fugerint gladium, reuertentur de Terra Aegypti in terram Iuda, viri pauci: & scient omnes reliquiæ Iuda ingredientium Terram Aegypti, vt habitẽt ibi, cuius sermo compleatur, meus, an illorũ. ¶ 29 Et hoc vobis signũ, ait Dominus, quòd visitẽ ego super vos in loco isto: vt sciatis quia verè cõplebuntur sermones mei contra vos in malum: ¶ 30 Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regẽ Aegypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam regẽ Iuda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.

C. 44. XLV.

*Arguitur Baruch pusillanimitatis, tamen salus ei promittitur.*

Verbum quod locutus est Ieremias prophe ta ad Baruch filiũ Neriæ, quum scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filii Iosiæ regis Iuda, dicens, ¶ 2 Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch, ¶ 3 Dixisti, Væ misero mihi, quoniã addidit Domin' doloré dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiẽ non inueni. ¶ 4 Hæc dicit Dominus, sic dices ad eum, Ecce, quos ædificaui, ego destruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuersam terram hanc. ¶ 5 Et tu quæris tibi grandia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuã in salutem in omnibus locis ad quæcunque pertexeris.

C. 45. XLVI.

*Prædicit cladem Aegypti. Promittitur Israeli liberatio.*

Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetã contra Gẽtes ¶ 2 Ad Aegyptũ aduersum exercitũ Pharaonis Nechao regis Aegypti, qui erat iuxta fluuium Euphratẽn in Charcamis, quem percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filii Iosiæ regis Iuda. ¶ 3 Præparate scutũ & clypeũ, & procedite ad bellũ. ¶ 4 Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. ¶ 5 Quid igitur? vidi ipsos pauidos & terga vertentes, fortes eorum cæsos: fugerũt cõciti, nec respexerũt: terror vndique, ait Dominus. ¶ 6 Non fugiet' velox, nec saluari se putet fortis: ad Aquilonẽ iuxta flumẽ Euphratẽn victi sunt, & ruerunt. ¶ 7 Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & velut fluuiorũ, intumescunt gurgites eius? ¶ 8 Aegyptus, fluminis instar ascẽdit, & velut flumina mouebuntur fluctus eius: & dicet, Ascendens operiam terrã: perdam ciuitatem, & habitatores eius. ¶ 9 Ascẽdite equos, & exultate in curribus, & procedant fortes, Aethiopia & Libyes tenentes scutũ, & Lydii arripientes, & iacientes sagittas. ¶ 10 Dies autẽ ille Domini Dei exercituũ dies vltionis, vt sumat vindictã de inimicis suis: deuorabit gladius, & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphratẽn. ¶ 11 Ascẽde in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. ¶ 12 Audierunt Gentes ignominiã tuam, & vlulatus tuus repleuit terrã: quia fortis impegit in fortem, * ambo pariter concidẽrunt. ¶ 13 Verbum quod locutus est Dominus ad Ieremiam prophetam, super eo quòd venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus Terram Aegypti: ¶ 14 Annuntiate Aegypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & Taphnis: dicite, sta, & præpara te: quia deuorabit gladius ea quæ per circuitum tuum sunt. ¶ 15 Quare computruit fortis tuus? non stetit: quoniam Dominus subuertit eum. ¶ 16 Multiplicauit ruentes, ceciditque vir ad proximum suum: & dicent, Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, à facie gladii columbæ. ¶ 17 Vocate nomen Pharaonis regis Aegypti tumultum, adduxit tempus. ¶ 18 Viuo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomẽ eius) quoniã sicut Thabor in mõtib', & sicut Carmelus in mari, veniet. ¶ 19 Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti: quia Memphis in solitudine' erit, & deseretur, & inhabitabilis erit. ¶ 20 vitula elegãs atq; formosa Aegypt': stimulator ab Aquilone veniet ei. ¶ 21 Mercenarii quoque eius qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerũt simul, nec stare potuerũt: quia dies interfectionis eorum venit super eos, & tempus visitationis eorum. ¶ 22 Vox eius quasi æris sonabit: quoniam cum exercitu properabunt, & cum securib' veniẽt ei, quasi cædẽtes ligna. ¶ 23 Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, & non est eis numerus. ¶ 24 Confusa est filia Aegypti, & tradita in manus populi Aquilonis. ¶ 25 Dixit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce, ego visitabo super tumultum Alexandriæ, & super Pharaonem, & super Aegyptum, & super deos eius, & super reges eius: & super Pharaonem, & super omnes qui confidunt in eo. ¶ 26 Et dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manus seruorũ eius: & post hæc habitabitur sicut diebus prisci nis, ait Domin'. ¶ 27 Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel: quia ecce ego saluũ te faciam de longinquo, & semen tuũ de terra captiuitatis eius: & reuertetur Iacob, & requiescet, & prosperabitur, & non erit qui exterreat eum. ¶ 28 Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecum ego sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te: te verò non consumã, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

C. 46. XLVII.

*Sermo Domini contra Palæsthinos.*

Quod factũ est verbũ Domini ad Ieremiã prophetam contra Palæsthinos, antequã percuteret Pharao Gazã, ¶ 2 Hæc dicit Dominus, Ecce aquæ ascendent ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans: & operient terram & plenitudinem eius, vrbem & habitatorẽ eius: clamabũt homines, & vlulabũt omnes habitatores terræ ¶ 3 strepitu põ-

pæ armorũ,& bellatorum eius,à commotione quadrigarũ eius, & multitudine rotarũ illius. Non respexerũt patres filios manibus dissolutis, ¶ 4 Pro aduẽtu diei in quo vastabũtur ônes Philisthiim, & dissipabitur Tyrus & Sidon cũ omnibus reliquis auxiliis suis. ❧populatus est enim Dominus Palæsthinos, reliquias insulæ Cappadociæ. ¶ 5 Venit calualitũ super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquiæ vallis earum. usquequo concidẽris? ¶ 6 O mucro Domini, vsquequo non quiesces? ingredere in vaginã tuã: refrigerare, & sile. ¶ 7 Quomodo quiescet quum Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersum maritimas eius regiones, ibique condixerit illi?

CAP. XLVIII.

Sermo Domini contra Moabitas.

AD Moab. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel. Væ super Nabo, quoniam vastata est & confusa: capta est Cariathaim: confusa est fortis, & tremuit. ¶ 2 Non est vltrà exultatio in Moab contra Hesebon: cogitauerunt malum, venite, & disperdamus eam de gente. ergo silens cõticesces, sequetúrque te gladius. ¶ 3 Vox clamoris de Oronaim: vastitas, & contritio magna. ¶ 4 Contrita est Moab: annuntiate clamorem paruulis eius. ¶ 5 Per ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu: quoniam in descensu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierũt. ¶ 6 ‖ Fugite, saluate animas vestras: & eritis quasi myrice in deserto. ¶ 7 Pro eo enim quòd habuisti fiduciã in munitionib' tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capiẽris: & ibit Chamos in translmigrationem, sacerdotes eius, & principes eius simul. ¶ 8 Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles, & dissipabuntur cãpestria, quoniã dixit Dominus, ¶ 9 Date florẽ Moab, quia florẽs egredietur: & ciuitates eius desertæ erũt & inhabitabiles. ¶ 10 Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. ¶ 11 Vertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas, & in trãsmigrationẽ nõ abiit: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. ¶ 12 Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittã ei ordinatores & stratores lagunculorum, & sternent eum: & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collidẽt. ¶ 13 Et confundetur Moab à Chamos, ‖ sicut confusa est domus Israel à Beth-el, in qua habebat fiduciam. ¶ 14 Quomodo dicitis, ‖ Fortes sumus, & viri robusti ad prælianduṁ? ¶ 15 Vastata est Moab, & ciuitates illius succiderunt: & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem: ait rex, Dominus exercituum nomen eius. ¶ 16 Propè est interitus Moab, vt veniat: & malum eius velociter accurret nimis. ¶ 17 Consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius, & vniuersi qui scitis nomen eius: dicite, Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus? ¶ 18 Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon: quoniã vastator Moab, ascendet' ad te, dissipabit munitiones tuas.

¶ 19 In via sta, & prospice habitatio Aroer: interroga fugientem: & ei qui euasit, dic, Quid accidit? ¶ 20 Confusus est Moab, quoniam victus est: vlulate, & clamate, annuntiate in Arnon quoniam vastata est Moab. ¶ 21 Et iudicium venit ad terram campestrem: super Helõ, & super Iasa, & super Mephaath, ¶ 22 Et super Dibon, & super Nabo, & super domum Deblathaim, ¶ 23 Et super Cariathaim, & super Beth-gamul, & super Beth-maon, ¶ 24 Et super Carioth, & super Bosra: & super omnes ciuitates terræ Moab, quæ longè & propè sunt. ¶ 25 Abscissum est cornu Moab: & brachium eius contritum est, ait Dominus. ¶ 26 Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus est: & allidet manum Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse. ¶ 27 Fuit enim in derisum tibi Israel: quasi inter fures reperisses eũ. propter verba ergo tua quæ aduersum illum locutus es, captiuus ducẽris. ¶ 28 Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab: & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. ¶ 29 Audiuimus superbiam Moab (superbus est valde) sublimitatem eius & arrogantiam, & superbiam, & altitudinem cordis eius. ¶ 30 Ego scio, ait Dominus, iactãtiam eius: & quòd non sit iuxta eã virtus eius, nec iuxta quod poterat, conata sit facere. ¶ 31 Ideo super Moab eiulabo, & ad Moab vniuersã clamabo, & ad viros muri Fictilis lamentantes. ¶ 32 De planctu lazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare, vsque ad mare lazer peruenerunt: super messem tuam & vindemiam tuã prædo irruit. ¶ 33 ‖ Ablata est lætitia & exultatio de Carmelo & de terra Moab: & vinum de torcularibus sustuli: nequaquam calcator vuæ solitũ celeusma cãtabit. ¶ 34 De clamore Hesebon vsque Eleale & Iasa, dederũt vocem suam: à Segor vsque ad Oronaim vitulam' conflernãtem: aquæ verò Nemrim pessimæ erunt. ¶ 35 Et auferam de Moab, ait Dominus, offerentem in excelsis, & sacrificantẽ dijs eius. ¶ 36 Propterea cor meum ad Moab quasi tibia æris' resonabit: & cor meũ ad viros muri Fictilis dabit sonitum tibiarum: quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierũt. ¶ 37 ‖ Omne enim caput caluitium, & omnis barba rasa erit: in cunctis manibus colligatio, & super omne dorsum cilicium. ¶ 38 & Rs super omnia tecta Moab, & in platẽis eius omnis planctus: quoniam contriuì Moab sicut vas inutile, ait Dominus. ¶ 39 Quomodo victa est, & vlulauerunt? quomodo deiecit cerulcem Moab, & confusus est? & erit que Moab in derisũ, & in exemplum omnibus in circuitu suo. ¶ 40 Hæc dicit Dominus, Ecce quasi Aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab. ¶ 41 Capta est Carioth, & munitiones comprehensæ sunt: & erit cor fortiũ Moab in die illa, sicut cor mulieris parturientis. ¶ 42 Et cessabit Moab esse populus: quoniã contra Dominũ gloriatus est. ¶ 43 Pauor & fouea & laqueus super te ô habitator Moab, dicit Dominus. ¶ 44 ‖ Qui fugerit à facie pauoris, cadet in foueam: & qui conscenderit de fouea, capietur laqueo. adducã enim super Moab annum visitationis eorum, ait Dominus. ¶ 45 In vmbra Hesebon steterunt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de Hesebon, & flamma de medio Sion: & deuorauit partem Moab, & verticem filiorum tumultus. ¶ 46 Væ tibi Moab, periisti populo Chamos:

Esa.16.e.10.

Esa.15.2.3. ezech.7.e.18.

Esa.24.e.18.

quia comprehensi sunt filii tui, & filiæ tuæ in captiuitatem. ¶ 47 Et conuertam captiuitatem Moab in nouissimis diebus, ait Dominus. Huc usque iudicia Moab. CAP. XLIX.

Sermo Domini cõtra Ammonitas. 7 Cõtra Idumæam. 13 Contra Damascum. 28 Contra Cedar. 34 Contra Aelam.

A De filios Ammõ. Hæc dicit Dominus, Nũquid non filii sunt Israelt aut hæres non est ei? Cur igitur hæreditate possedit Melchõ, Gad: & populꝰ eius in vrbibus eius habitauit? ¶ 2 Ideo ecce dies venient, dicit Dominus: & auditum faciã super Rabbath filiorum Ammon fremitũ prælii, & erit in tumulum dissipata, filiæque eius igne succendentur, & possidebit Israel possessores suos, ait Dominus. ¶ 3 Vlula Hesebon, quoniã vastata est Hai. clamate filiæ Rabbath, accingite vos cilicijs: plagite, & circuite per sepes: quoniã Melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes eius, & principes eius simul. ¶ 4 Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua filia delicata: quæ confidebas in thesauris tuis, & dicebas, Quis veniet ad me? ¶ 5 Ecce ego inducam super te terrorem, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo: & dispergemini singuli à conspectu veitro, nec erit qui congreget fugientes. ¶ 6 Et post hæc reuertar fa ciam fugientes & captiuos filiorum Ammon, ait Dominus. ¶ 7 Ad Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum, Nunquid non vltra est sapientia in Theman? Perijt consilium à filijs: inutilis facta est sapientia eorum. ¶ 8 Fugite, & terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedan: quoniam perditionem Esau adduxi super eum, tempus visitationis eius. ¶ 9 Si vindemiatores ~eius, venissent super te, non reliquissent racemum: si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret tibi. ¶ 10 Ego verò discoperui Esau, reuelaui abscondita eius, & celari nõ poterit: vastatus est semen eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit. ¶ 11 Relinque pupillos tuos, ~& ego faciam eos viuere: & viduæ tuæ in me sperabũt. ¶ 12 Quia hæc dicit Dominus, Ecce, quibus non erat iudicium vt biberẽt calicem, bibentes, bibent: & tu quasi innocens relinquêris? non eris innocens, sed bibens bibes. ¶ 13 Quia per memetipsum iurau, dicit Dominus, quòd in solitudinẽ, & in opprobrium, & in desertum, & in maledictionẽ erit Bosra: & omnes ciuitates eius erunt in solitudines sẽpiternas. ¶ 14 ‖ Auditum audiui à Domino, & legatus ad Gentes missus ~sum, ~congregamini, & venite contra eã, & consurgamus in prælium. ¶ 15 Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus, contemptibilem inter homines. ¶ 16 Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinẽ collis, quã exaltaueris quasi B Aquila nidum tuum, inde detrahã te, dicit Dominus. ¶ 17 Et erit Idumæa deserta: omnis qui transibit per eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas eius. ¶ 18 ‖ Sicut subuersa est Sodoma & Gomorrha, & vicinæ eius, (ait Dominus) non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. ¶ 19 Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinẽ robustũ: quia subitò currere faciã eum ad illam: & quis erit electus quem præponã ei? quis enim similis mei? & quis sustinebit me? ‖ & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? ¶ 20 Propterea audite cõsilium Domini quod iniit de Edõ: & cogitationes eius quas cogitauit de habitatorib⁹ Theman, Si nõ deiecerint eos paruuli gregis, nisi dissipauerint cũ eis habitaculũ eorũ. ¶ 21 A voce ruinæ eorũ cõmota est terra: clamor in Mari-rubro auditꝰ est vocis eius. ¶ 22 Ecce quasi Aquila ascendet & aiolabit: & expãdet alas suas super Bosram: & erit cor fortiũ Idumææ in die illa, quasi cor mulieris parturientis. ¶ 23 Ad Damascum. Confusa est Emath & Arphad: quia auditum pessimum audierunt, turbati sunt in mari: præ solicitudine quiescere non potuit. ¶ 24 Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam: angustia & dolores tenuerunt eam quasi parturientẽ. ¶ 25 Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem, vtbẽ lætitiæ? ¶ 26 Ideo cadent iuuenes eius in platẽis eius: & omnes viri prælii cõticescẽt in die illa, ait Dominus exercituũ. ¶ 27 Et succendam ignem in muro Damasci, & deuorabit mœnia Ben-adad. ¶ 28 Ad Cedar, & ad regna Asor, quæ percussit Nabuchonosor rex Babylonis, hæc dicit Dominus, Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate filios Oriẽtis. ¶ 29 Tabernacula eorum, & greges eorum capient: pelles eorum, & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent tibi: & vocabunt super eos formidinem in circuitu ~eius. ¶ 30 Fugite, abite vehementer, in voraginibus sedete qui habitatis Asor, ait Dominus: iniit enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, & cogitauit aduersũ vos cogitationes. ¶ 31 Consurgite, & ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus, non ostia, nec vectes eis: soli habitant. ¶ 32 Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam, & dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam: & ex omni cõsinio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus. ¶ 33 Et erit Asor in habitaculum draconum, deserta vsque in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis. ¶ 34 Quod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam aduersus Aelam, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, dicens, ¶ 35 Hæc dicit Dominus exercituũ, Ecce ego confringam arcum Aelam, & summã fortitudinem eorum. ¶ 36 Et inducam super Aelam quatuor ventos à quatuor plagis cæli: & ventilabo eos in omnes ventos istos: & non erit gens ad quam non peruenĩat profugi Aelam. ¶ 37 Et pauere faciam Aelam coram inimicis suis & in conspectu quærentium animã eorum: & adducã super eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus: & mittã post eos gladiũ, donec consumã eos. ¶ 38 Et ponã solium meum in Aelam: & perdã inde reges & principes, ait Dominus. ¶ 39 In nouissimis autem diebus reuertar faciam captiuos Aelam, dicit Dominus. CAP. L.

Prædicit destructionem Babylonis & captiui Israelis liberationem.

Verbum quod locutus est Dominus de Babylone, & de terra Chaldæorũ in manu Ieremiæ prophetæ. ¶ 2 Annuntiate in Genti-

venient
tumulum
Abd. 1. a. 1. est
Gene. 19. c. 25.

bus,& auditum facite,leuate signum:prædicate, & nolite celare:dicite, Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach,confusa sunt simulacra eius, confusa sunt omnia' sculptilia eorum,' superata sunt idola eorum. ¶ 3 Quoniam' ascendet' contra eam gens ab Aquilone,quæ ponet terram eius in solitudinem:& non erit qui habitet in ea,ab homine vsque ad pecus, & moti sunt, & abierunt. ¶ 4 In diebus illis, & in tempore illo,ait Dominus, venient filii Israel, ipsi & filii Iuda simul ambulates & flentes properabũt,& Dominum Deum suũ quærẽt. ¶5 In Sion interrogabunt viam,huc facies eorum:venient, & apponentur ad Dominum fœdere sempiterno quod nulla oblione delebitur. ¶ 6 Grex perditus factus est populus meus:pastores eorum seduxerunt eos, fecerũtque vagari in montibus: de monte in collẽ transierunt,obliti sunt cubilis sui. ¶7 Omnes qui inuenerunt,comederunt eos:& hostes eorum dixerunt, Non peccamus: pro eo quòd peccauerunt Domino decori iustitiæ,& expectationi patrum eorum' ã' Domino. ¶8 Recedite de medio Babyloni,'& de terra Chaldæorum egredimini: & estote quasi hœdi aut' greges.' ¶ 9 Quoniam ecce ego' suscitabo,' & adducam in Babylonem congregationem gentium magnarum de terra Aquilonis : & præparabuntur aduersus eam , & inde capietur : sagitta eius quasi viri fortis interfectoris,non reuertetur vacua. ¶ 10 Et erit Chaldæa in prædam : omnes vastantes eam repleburtur,ait Dominus. ¶ 11 Quoniam exultatis, & magna loquimini,dirlpientes hæreditatem meam: quoniam effusi estis sicut' vituli' super herbam , & mugistis sicut tauri. ¶ 12 Confusa est mater vestra nimis , & adæquata puluerl, quæ genuit vos : ecce nouissima erit in Gentibus, & deserta,inula,& arens. ¶13 Ab ira Domini non habitabitur,sed redigetur tota in solitudinem:omnis qui trãsibit per Babylonem, stupebit, & sibilabit super vniuersis plagis eius. ¶14 Præparamini cõtra Babylonẽ per circuitum omnes qui intenditis arcum , debellate eã, non parcatis iaculis : quia Domino peccauit. ¶15 Clamate aduersus eam,vbique dedit manũ, ceciderunt fundamẽta eius:destructi sunt muri eius, quoniam vltio Domini est . vltionem accipite de ea:sicut fecit,facite ei. ¶ 16 Disperdite fatorem de Babylone,& tenentem falcem in tẽpore messis:à facie gladii columbæ vnusquisque ad populum suum conuertetur,& ũnguli ad terram suam fugient. ¶17 Grex dispersus Israel,leones eiecerunt eum:primus comedit eum rex Assur:iste nouissimus exossauit eũ, Nabuchodonosor rex Babylonis. ¶18 Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, ecce, ego visitabo regem Babylonis, & terram eius: sicut visitaui regem Assur: ¶ 19 Et reducam Israel ad habitaculum suum: & pascetur 'Carmelus' & Basan, & in mõte Ephraim & Galaad saturabitur anima eius. ¶ 20 In diebus illis & in tempore illo,ait Dominus, quæretur iniquitas Israel,& nõ erit:& peccatũ Iuda,& non inuenietur:quoniã propitius ero eis quos reliquero. ¶21 Super terrã dominantium ascẽde,& super habitatores eius visita,dissipa, & interfice quæ post eos sunt,ait Dominus: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. ¶22 Vox belli in terra,& contritio magna. ¶ 23 Quomodo cõfractus est,& cõtritus malleus vniuersæ terræ ? quomodo versa est in desertũ Babylon in Gẽtibus? ¶24 Illaqueaui te,& capta es Babylõ, & nesciebas:inuẽta es,& apprehẽsa: quoniam Dominũ prouocasti. ¶25 Aperuit Dominꝰ the saurum suũ, & protulit vasa iræ suæ: quoniã opus est Domino Deo exercituũ in terra Chaldæorum. ¶ 26 Venite ad eã ab extremis' terræ' finibus, aperite vt exeant qui conculcent eam: tollite de via lapides, & redigite in aceruos,& interficite eam : nec sit quicquam reliquum. ¶27 Dissipate vniuersos fortes eius, descẽdant in occitionem : væ eis, quia venit dies eorum, tempus visitationis eorũ. ¶28 Vox fugientium & eorum qui euaserunt de terra Babylonis:vt annuntient in Sion vltionem Domini Dei nostri,vltionem templi eius. ¶ 29 Annuntiate in Babylonem plurimis omnibus qui tendunt arcum:cõsistite aduersus eam per gyrum,& nullus euadat : reddite ei secundum opus suum: iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia contra Dominum erecta est,aduersus Sanctum Israel. ¶ 30 Idcireo cadent iuuenes eius in platẽis eius: & omnes viri bellatores eius conticescẽt in die illa,ait Dominus. ¶ 31 Ecce ego ad te superbe , dicit Dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus,tẽpus visitationis tuæ. ¶32 Et cadet superbus,& corruet,& non erit qui suscitet eã: & succendã ignẽ in vrbibus eius,& deuorabit omnia in circuitu eius. ¶ 33 Hæc dicit Dominus exercituum, Calumniã sustinẽt filii Israel & filii Iuda simul : omnes qui ceperunt eos,tenẽt,nolunt dimittere eos. ¶34 Redẽptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen eius, iudicio defendet causam eorum, vt exterreat terram, & commoueat habitatores Babylonis. ¶35 Gladius ad Chaldæos,ait Dominus: & ad habitatores Babylonis , & ad principes, & ad sapientes eius. ¶ 36 Gladius ad diuinos eius,qui stulti erũt: gladius ad fortes illius, qui timebũt. ¶ 37 Gladius ad equos eius,& ad currus eius,& ad omne vulgus quod est in medio eius,& erũt quasi mulieres:gladius ad thesauros eius,qui diripientur. ¶ 38 Siccitas super aquas eius erit,& arescẽt: quia terra sculptilium est,& in portẽtis gloriãtur. ¶39 Propterea habitbũt dracones cũ fatuis ficarlis:& habitabũt in ea struthiones:& nõ inhabitabitur vltrà vsque in sẽpiternũ,nec extruetur vsque ad generationem & generationẽ. ¶40 Sicut subuertit Dominus Sodomã & Gomorrhã, & vicinas eius,ait Dominus:non habitabit ibi vir,& non incolet eam filius hominis. ¶ 41 Ecce populus veniet' ab Aquilone: & gens magna, & reges magni' cõsurgẽt à finibus terræ. ¶ 42 Arcum & scutum apprehẽdent : crudeles sunt & immisericordes: vox eorũ quasi mare sonabit,& super equos ascendent:sicut vir paratus ad prælium contra te filia Babylon. ¶43 Audiuit rex Babylonis famã eorũ,& dissolutæ sunt manus eius:angustia apprehendit eũ,dolor quasi parturientem. ¶ 44 Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchritudinem robustam: quia subitò currere faciam eum ad illam : & quis erit electus quem præponam ei ? quis est enim similis mei & quis sustinebit me ? & quis est iste pastor qui resistat vultui meo?

Gene.19.c.25. esa.13.d.19. Deus

venit

venit multi

Iob 41.a.25

¶45 Propterea audite cõsilium Domini quod mente concepit aduersum Babylonem: & cogitationes eius quas cogitauit super Terram Chaldæorũ. Nisi detraxerint eos paruuli gregum, nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum. ¶46 A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter gentes auditus est.

CAP. LI.

Quomodo Babylon euertenda. Librum suum Ieremias dat Saraiæ.

HAEc dicit Dominus, Ecce, ego suscitabo super Babylonem & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt cõtra me, quasi ventum pestilentem. ¶2 Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam, & demolientur terram eius: quoniam venerũt super eam vndique in die afflictionis eius. ¶3 Non tendat qui tendit arcum suum: & non ascẽdat loricatus. nolite parcere iuuenibus eius, interfici te omnem militiam eius. ¶4 Et cadent interfecti in Terra Chaldæorum, & vulnerati in regionibus eius. ¶5 Quoniam non fuit vidnatus Israel & Iuda à Domino Deo suo, Domino exercituum: terra autem eorum repleta est delicto à Sancto Israel. ¶6 Fugite de medio Babylonis, & vt saluet vnusquisque animam suã. nolite tacere super iniquitatem eius: quoniam tẽpus vltionis eius est à Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei. ¶7 Calix aureus Babylõ in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt omnes Gentes, & ideo commotæ sunt. ¶8 Subitò cecidit Babylon, & contrita est: vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si forte sanetur. ¶9 Curauimus Babylonem, & nõ est sanata: derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam: quoniam peruenit vsque ad cælos iudicii eius, & eleuatum est vsque ad nubes. ¶10 Protulit Dominus iustitias nostras: venite & narremus in Sion opus Domini Dei nostri. ¶11 Acuite sagittas, & implete pharetras: suscitauit Dominus spiritum regum Medorum, & õtra Babylonem mens eius est vt perdat eam, quoniam vltio Domini est, vltio templi sui. ¶12 Super muros Babylonis leuate signum, augete custodiam: leuate custodes, præparate insidias: quia cogitauit Dominus, & fecit quæcũque locutus est contra habitatores Babylonis. ¶13 Quæ habitas super aquas multas, locuples in thesauris: venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ. ¶14 Iurauit Dominus exercituum per animam suam, Quoniam replebo te hominibus quasi brucho, & super te celeusma cantabitur. ¶15 Qui fecit terram in fortitudine sua, & præparauit orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cælos. ¶16 Dante eo vocẽ multiplicantur aquæ in cælo: qui leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit: & producit ventos de thesauris suis. ¶17 Stultus factus est omnis homo à scientia: confusus est omnis conflator in sculptili: quia mendax est conflatio eius, nec est spiritus in eis. ¶18 Vana sunt opera, & risu digna, in tempore visitationis suæ peribunt. ¶19 Non sicut hæc, pars Iacob: quia qui fecit omnia ipse est, & Israel sceptrum hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen eius. ¶20 Collidis tu mihi vasa belli, & ego colliciam in te Gentes, & disperdam in te regna: ¶21 Et collidam in te equum, & equitem eius: & collidam in te currum, & ascensorem eius: ¶22 Et collidam in te virum & mulierem, & collidam in te senem & puerũ, & collidam in te iuuenem & virginem: ¶23 Et collidam in te pastorem & gregem eius, & collidã in te agricolam & iugales eius, & collidam in te duces & magistratus. ¶24 Et reddam Babylonì, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum suum quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait Dominus. ¶25 Ecce, ego ad te mons pestifer, ait Dominus, qui corrũpis vniuersam terram: & extẽdam manum meam super te, & euoluam te de petris, & dabo te in montẽ cõbustionis. ¶26 Et non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, sed perditus in æternũ eris, ait Dominus. ¶27 Leuate signum in terra: clangite buccina in nationibus, sanctificate super eam Gentes: annuntiate contra illam regibus Ararat, Menni & Ascenez: numerate contra eam Taphsar, adducite equum quasi bruchum aculeatum. ¶28 Sanctificate contra eam Gentes, reges Mediæ, duces eius, & vniuersos magistratus eius. cũctamque terram potestatis eius. ¶29 Et commouebitur terra, & conturbabitur: quia cogitauit contra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat terrã Babylonis desertã & inhabitabilem. ¶30 Cessauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerũt in præsidiis: denoratum est robur eorum, & facti sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, contriti sunt vectes eius. ¶31 Cursores obuiam current veniet: & nuntius obuius nuntiauit vt annuntiet regi Babylonis quia capta est ciuitas eius à summo vsque ad summum: ¶32 Et vada præoccupata sunt, & paludes incensæ sunt igni, & viri bellatores conturbati sunt. ¶33 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius: adhuc modicum, & veniet tempus messionis eius. ¶34 Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis: sedidit me quasi vas inane: absorbuit me quasi draco, replenit ventrem suum tenericudine mea, & eiecit me. ¶35 Iniquitas aduersus me, & caro mea super Babylonem, dicit habitatio Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit Ierusalem. ¶36 Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuam: & desertum faciam mare eius, & siccabo venam eius. ¶37 Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum: stupor, & sibilus, eo quòd non sit habitator. ¶38 Simul vt leones rugient, excutient comas veluti catuli leonum. ¶39 In calore eorum ponam potus eorum: & inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternũ, & non consurgant: dicit Dominus. ¶40 Deducam eos quasi agnos ad victimam, quasi arietes cum hœdis. ¶41 Quomodo capta est Sesach, & comprehensa est inclyta vniuersæ terræ! quomodo facta est in stuporem Babylon inter Gentes! ¶42 Ascendit super Babylonem mare: multitudine fluctuum eius operta est.

¶43 Factæ sunt ciuitates eius in stuporem: terra inhabitabilis & deserta, terra in qua nullus habitet, nec transeat per eam filius hominis. ¶44 Et vlciscabo super Bel in Babylone, & eli-

ciam quod absorbuerat de ore eius: & non cō-
fluent ad eum vltrà Gentes, siquidem & murus
Babylonis corruet. ¶ 45 Egredimini de medio
eius populus meus: vt saluet vnusquisque ani-
mam suam ab ira furoris Domini. ¶ 46 Et ne
forte mollescat cor vestrum, & timeatis audi-
tū qui audietur in terra: & veniet in anno au-
ditio, & post hunc annum auditio: & iniquitas
in terra, & dominator super dominatorem.
¶ 47 Propterea ecce dies veniūt, & visitabo su-
per sculptilia Babylōnis: & omnis terra eius
confundetur, & vniuersi interfecti eius cadent
in medio eius. ¶ 48 Et laudabunt super Babylo-
nē cæli & terra, & omnia quæ in eis sunt: quia
ab Aquilone veniēt ei prædones, ait Domin⁹.
¶ 49 Et quo modo fecit Babylon vt caderēt oc-
cisi in Israel: sic de Babylone cadent occisi in
vniuersa terra. ¶ 50 Qui fugistis gladiū, venite,
nolite stare: recordamini procul Domini, & Ie-
rusalem ascendat super cor vestrum. ¶ 51 Con-
fusi sumus quoniam audiuimus opprobrium:
operuit ignominia facies nostras: quia vene-
runt alieni super sanctificationem domus Do
mini. ¶ 52 Propterea ecce dies veniunt, ait Do-
minus: & visitabo super sculptilia Babylonis,
& in omni terra eius mugiet vulneratus. ¶ 53 Si
ascenderit Babylon in cælum, & firmauerit in
excelso robur suum: à me venient vastatores
eius, ait Dominus. ¶ 54 Vox clamoris de Baby-
lone, & contritio magna de terra Chaldæorū:
¶ 55 Quoniam vastauit Dominus Babylonem,
& perdidit ex ea vocem magnam, & sonabunt
fluctus eorum quasi aquæ multæ: dedit sonitū
vox eorum: ¶ 56 Quia venit super eā, id est su-
per Babylonem prædo, & apprehensi sunt for
tes eius, & emarcuit arcus eorum, quia fortis
vltor Dominus reddens retribuet. ¶ 57 Et ine-
briabo principes eius, & sapientes eius, & du-
ces eius, & magistratus eius, & fortes eius: &
dormient somnum sempiternum, & nō experg-
iscentur, ait Rex, Dominus exercituū nomen
eius. ¶ 58 Hæc dicit Dominus exercituū, Murus
Babylonis ille altissimus suffossione suffodie-
tur, & portæ eius excelsæ igne comburentur,
& labores populorum ad nihilum, & Gentiū
in ignem erūt & dispetibunt. ¶ 59 Verbū quod
præcepit Ieremias propheta, Saraiæ filio Ne-
riæ filii Maasiæ, quum pergeret cum Sedecia
rege in Babylonem, in anno quarto regni e-
ius, Saraias autem erat princeps prophetiæ.
¶ 60 Et scripsit Ieremias omne malum quod
venturum erat super Babylonem, in libro v-
no, omnia verba hæc quæ scripta sunt con-
tra Babylonem. ¶ 61 Et dixit Ieremias ad Sara-
iam, Quum veneris in Babylonem, & videris,
& legeris omnia verba hæc, ¶ 62 Dices, Domi-
ne, tu locutus es cōtra locum istum vt disper-
deres eum: ne sit qui in eo habiter ab homine
vsque ad pecus, & vt sit perpetua solitudo.
¶ 63 Quúmque compleueris legere librū istū,
ligabis ad eum lapidem, & proiicies illum in
medium Euphratē. ¶ 64 Et dices, Sic submerge-
tur Babylon, & non consurget à facie afflictī-
onis quam ego adduco super eam, & dissolue-
tur. Hucusque verba Ieremiæ.

## CAP. LII.

Repetit captionem Sedeciæ. 4 Ierusalē capitur à Chaldæis. 9 Occisis filiis Sedeciæ coram eo, ipse excæcatur. 11 Incenditur ciuitas. 17 Templū spoliatur. 24 Qui in Ierusalem reliqui, trās-feruntur in Babylonem. 31 Rex Ioachin captiuus è carcere educitur, constituuntúrque ei cō-baria regia.

FIlius viginti & vnius anni erat Sedecias quū regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem: & nomen matris eius Amital filia Ieremiæ de Lobna. ¶ 2 Et fecit malū in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim: ¶ 3 Quoniam furor Domini erat in Ierusalē & in Iuda, vsquequo proiceret eos à facie sua: & recessit Sedecias à rege Babylonis. ¶ 4 Factum est autē in anno nono regni eius, in mēse decimo, decima die mensūs, vēnit Nabucho donosor rex Babylonis, ipse, & omnis exercitus eius aduersus Ierusalem, & obsederunt eā, & ædificauerūt contra eam munitiones in circuitu. ¶ 5 Et fuit ciuitas obsessa, vsque ad vndecimū annū regis Sedeciæ. ¶ 6 Mēse autē quarto, nona die mensūs, obtinuit fames ciuitatē: & non erant alimenta populo terræ. ¶ 7 Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerūt, exieruntque de ciuitate nocte per viā portæ, quæ est inter duos muros, & ducit ad hortū regis (Chaldæis obsidentibus vrbē in gyro) & abierunt per viam quæ ducit in eremū. ¶ 8 Persecutus est autem Chaldæorum exercitus regem: & apprehenderūt Sedeciam in deserto, quod est iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo. ¶ 9 Quúmque cōprehēdissent regem, adduxerunt eum ad regē Babylonis in Reblātha, quæ est in Terra Emath: & locutus est ad eū iudicia. ¶ 10 Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: sed & omnes principes Iuda occidit in Reblātha. ¶ 11 Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eū compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonē: & posuit eum in domo carceris vsque ad diem mortis eius. ¶ 12 In mēse autem quinto, decima mēsis, ipse est annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis: vēnit Nabuzardā princeps militiæ, qui stabat corā rege Babylonis in Ierusalē. ¶ 13 Et incendit domum Domini, & domū regis, & omnes domos Ierusalē, & omnem domum magnā igne combussit. ¶ 14 Et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit cūctus exercitus Chaldæorū qui erat cum magistro militiæ. ¶ 15 De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo quod remanserat in ciuitate, & de perfugis qui trāsfugerant ad regem Babylonis, & cæterosde multitudine, transtulit Nabuzardan princeps militiæ. ¶ 16 De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ * vinitores & agricolas. ¶ 17 Columnas quoque æreas, quæ erant in domo Domini, & bases, & mare æneum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi: & tulerunt omne æs eorum in Babylonem. ¶ 18 Et lebetes, & creagras, & psalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vasa ærea quæ in ministerio fuerant, tulerunt. ¶ 19 Et hydrias, & thymiamateria, & vrceos, & pelues, & candelabra, & mortaria, & cyathos: quorquot aurea, aurea: & quotquot argentea, argentea: tulit magister militiæ. ¶ 20 Columnas duas, & mare vnum, & vitulos duodecim æreos, qui erant sub basibus quas fecerat rex

A 4. Reg. 24. d. 17. 2. par. 36. b. 11.

B 4. reg. 25. a. 4.

C Ier. 39. a. 2.

D 4. reg. 25. a. 8.

* in

Salomon in domo Domini: non erat pondus
B æris omnium horum vasorum. ¶ 21 De colum-
nis autem, decem & octo cubiti altitudinis e-
rant in columna vna: & funiculus duodecim
cubitorum circubat eam: porrò grossitudo e-
ius, quatuor digitorũ: & intrinsecus caua erat.
¶ 22 Et capitella super vtranque ærea: altitudo
capitelli vnius, quinque cubitorum: & retiacu-
la, & malogranata supra coronã in circuitu,
omnia ærea. ¶ 23 *Et fuerunt malogranata no-
similiter co nginta sex dependentia: & omnia malogra-
nãx secũdæ nata centum, retiaculis circundabãtur. ¶ 24 Et
k malogra- tulit magister militiæ Saralam sacerdoté secundum: &
nata. tres custodes vestibuli. ¶ 25 Et de ciuitate tulit
eunuchum vnum, qui erat præpositus super
viros bellatores: & septem viros de his qui vi-
debant faciem regis, qui inuenti sunt in ciui-
tate: & scribam principem militum, qui pro-
F babat tyrones: & sexaginta viros de populo
terræ, qui inuenti sunt in medio ciuitatis.
¶ 26 Tulit autẽ eos Nabuzardan magister mi-
litiæ, & duxit eos ad regem Babylonis in Re-
blátha. ¶ 27 Et percussit eos rex Babylonis: &
interfecit eos in Reblátha in Terra Emath: &
trãslatus est Iuda de terra sua. ¶ 28 Iste est po
pulus quẽ transtulit Nabuchodonosor, in ann
septimo: Iudæos tria millia & viginti tres.
¶ 29 In anno octauodecimo Nabuchodonosor
de Ierusalem animas octingẽtas trigintaduas.
¶ 30 In anno viceſimotertio Nabuchodonosor
transtulit Nabuzardan magister militiæ ani-
mas Iudæorum septingẽtas quadragintaquin-
que, omnes ergo animæ, quatuor millia sexcẽ
G tæ. ¶ 31 Et factum est in triceſimoseptimo an-
no transmigrationis Ioacim regis Iuda, duode
cimo mẽſe, viceſimaquinta mensis, eleuauit E-
uil-merodach rex Babylonis ipso anno regni
sui, caput Ioachin regis Iudæ: & eduxit eum de
domo carceris. ¶ 32 Et locutus est cum eo bo-
na, & posuit thronum eius super thronos regũ
qui erant post se in Babylone. ¶ 33 Et muta-
uit vestimenta carceris eius, & comedebat pa-
nẽ coram eo semper cunctis diebus vitæ suæ.
¶ 34 Et cibaria ei' cibaria perpetua dabãtur ei
a rege Babylonis statuta p singulos dies, vſq;
ad diem mortis suæ cunctis diebus vitæ eius.

# Lamẽtationes Ieremiæ.

Hæc verba a- ET FACTVM est, postquam in captiui-
pud LXX le tatem redactus est Israel, & Ierusalem de-
gũtur, nõ au- serta est, sedit Ieremias propheta flens, &
tem apud He planxit lamentatione hac super Ierusa-
bræos. lem, & amaro animo suspirans, & eiu-
lans dixit,

CAP. I.

ALEPH QVOMODO sedet sola ciui-
tas plena populo: facta est qua
si vidua domina Gentiũ: prin-
ceps prouinciarũ facta est sub
tributo. ¶ 2 Plorans ploranit
in nocte, & lachry-
mæ eius in maxillis eius: non est qui conſole-
tur eam ex omnibus charis eius: omnes amici
eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.

Ezec. 23. c. 17.

¶ 3 Migrauit Iuda propter afflictionem, &
multitudinem seruitutis: habitauit inter Gen-
tes, nec inuenit requiem: omnes persecutores
eius apprehenderunt eam inter angustias.
¶ 4 Viæ Sion lugent, eo quòd non sint qui
veniant ad solennitatem: omnes portæ eius
destructæ, sacerdotes eius gementes: virgines
eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.
¶ 5 Facti sunt hostes eius in capite, inimici
eius locupletati sunt: quia Dominus locutus
est super eam propter multitudinem iniquita-
tum eius: parnuli eius ducti sunt in captiuita-
tem ante faciem tribulantis. ¶ 6 Et egressus
est à filia Sion õni, decor eius facti sunt prin-
cipes eius velut arietes non inuenientes pascuat
& abierunt absque fortitudine ante faciẽ sub-
sequentis. ¶ 7 Recordata est Ierusalem dierũ
afflictionis suæ & præuaricationis: omniũ de-
siderabilium suorum quæ habuerat à diebus
antiquis quum caderet populus eius in manu
hostili, & non esset auxiliator: viderunt eam
hostes, & deriserunt sabbatha eius. ¶ 8 Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabãt eam, spreuerunt illam, quia viderunt ignominiam e-
ius: ipsa autem gemens, & conuersa est retror-
sum. ¶ 9 Sordes eius in pedibus eius, nec re-
cordata est finis sui: deposita est vehementer,
non habens consolatorem: vide Domine afflic-
tionem meam, quoniam erectus est inimi-
cus. ¶ 10 Manum suam misit hostis ad om-
nia desiderabilia eius: quia vidit Gentes in-
gressas sanctuarium suum, de quibus præce-
peras ne intrarent in Ecclesiam tuam. ¶ 11 Om-
nis populus eius gemens, & quærens panẽ:
dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refoci-
llandam animã. Vide Domine, & conside-
ra, quoniam facta sum vilis. ¶ 12 O vos o-
mnes qui transitis per viã, attendite, & videte
si est dolor sicut dolor meus: quoniam vindemi-
iauit me, vt locutus est Dominus in die iræ
furoris sui. ¶ 13 De excelso misit ignem in
ossibus meis, & eruditi me: expandit rete pedi
bus meis, conuertit me retrorsum: posuit me
desolatam, tota die mærore confectã. ¶ 14 Vigi-
lauit iugum iniquitatum mearum: in manu
eius cõuolutæ sunt, & impositæ collo meo: in-
firmata est virtus mea: dedit me Dominus in ma
num de qua non potero surgere. ¶ 15 Abstu-
lit omnes magnificos meos Dominus de medio
mei: vocauit aduersum me tempus, vt conteret
electos meos: torcular calcauit Dominus
virgini filiæ Iuda. ¶ 16 Ideirco ego plorãs,
& oculus meus deducens aquas: quia longè fa
ctus est à me consolator conuertens animam
meam: facti sunt filii mei perditi, quoniam in-
ualuit inimicus. ¶ 17 Expandit Sion ma-
nus suas, non est qui consoletur eam: man-
dauit Dominus aduersum Iacob, in circuitu e-
ius hostes eius: facta est Ierusalem quasi pol-
luta menstruis inter eos. ¶ 18 Iustus est Do-
minus, quia os eius ad iracundiam prouocaui.
audite obsecro vniuersi populi, & videte do-
lorem meum: virgines meæ & iuuenes mei a-
bierunt in captiuitatem. ¶ 19 Vocaui ami-
cos meos, & ipsi deceperunt me: sacerdotes
mei, & senes mei in vrbe consumpti sunt:
quia quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent

animas suas. ¶ 20 ℟ Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus: subuer sum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum: foris interficit gladius & domi mors similis est. ¶ 21 ℣ Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.
¶ 22 ℟ Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

## CAP. II.

QVomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: proiecit de cælo in terram inclytam Israel: & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui? ¶ 2 ℟ Præcipitauit Dominus nec pepercit, omnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & deiecit in terram, pollut regnum, & principes eius. ¶ 3 ℟ Confregit in ira furoris omne cornu Israel: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignē flammæ deuorantis in gyro. ¶ 4 ℟ Tetēdit arcum suum quasi inimicus, firmauit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationē suā. ¶ 5 ℟ Factus est Dominus velut inimicus: præcipitauit Israel, præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam. ¶ 6 ℟ Et dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum: obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem & sabbathum: & in opprobrium & in indignationem furoris sui regem & sacerdotem. ¶ 7 ℟ Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manu inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die festi solenni. ¶ 8 ℟ Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum suū, & non auertit manum suam à perditione: luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est.
¶ 9 ℣ Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & contriuit vectes eius, regem eius & principes eius in gentibus, non est Lex, & prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino.
¶ 10 ℟ Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: conspersērūt cinere capita sua, accincti sunt ciliciis, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem. ¶ 11 ℟ Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in terra iecur meum super cōtritione filiæ populi mei, quū deficeret parvulus & lactens in plateis oppidi. ¶ 12 ℟ Matribus suis dixerunt, Vbi est triticum & vinū quum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis: quum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. ¶ 13 ℟ Cui comparabo te? vel cui assimilabo te filia Ierusalem? cui exæquabo te, & consolabor te virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tibi? ¶ 14 ℟ Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam prouocarent: viderunt autem tibi assumptiones falsas & electiones. ¶ 15 ℟ Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerūt & mouerunt caput suū super filiam Ierusalē. Hæccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudiū vniuersæ terræ? ¶ 16 ℟ Aperuerūt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt & fremuerunt dentibus suis, & dixerunt, Deuorabimus: en ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. ¶ 17 ℣ Fecit Dominus quæ cogitauit, complenit sermonem suum quem præceperat à diebus antiquis: destruxit, & nō pepercit, & lætificauit super te inimicum, & exaltauit cornu hostium tuorum. ¶ 18 ℣ Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filiæ Sion, Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. ¶ 19 ℟ Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini, leua ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum. ¶ 20 ℟ Vide Domine, & cōsidera quem vindemiaueris ita. ergōne comedēt mulieres fructum suum, parvulos ad mensuram palmæ? occiditur in sanctuario Domini sacerdos & Propheta?
¶ 21 ℣ Iacuerunt in terra foris puer & senex: virgines meæ & iuuenes mei ciderūt in gladio: interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es. ¶ 22 ℟ Vocasti quasi ad diem solennem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret & relinqueretur: quos educaui & enutrini, inimicus meus consumpsit eos.

## CAP. III.

EGo vir videns paupertatem meā in virga indignationis eius. ¶ 2 ℟ Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.
¶ 3 ℟ Tantūm in me vertit, & conuertit manum suam tota die. ¶ 4 ℟ Vetustam fecit pellem meam & carnem meam, cōtriuit ossa mea.
¶ 5 ℟ Ædificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore. ¶ 6 ℟ In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. ¶ 7 ℟ Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar: aggrauauit compedem meum. ¶ 8 ℟ Sed & quū clamarem & rogarem, excluſit orationem meam. ¶ 9 ℟ Concluſit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit. ¶ 10 ℟ Vrsus insidians factus est mihi: leo in abscondito.
¶ 11 ℟ Semitas meas subuertit, & confregit me, posuit me desolatam. ¶ 12 ℟ Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.
¶ 13 ℟ Misit in renib meis filias pharetræ suæ.
¶ 14 ℟ Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die. ¶ 15 ℟ Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. ¶ 16 ℟ Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere. ¶ 17 ℟ Et repulsa est anima mea: oblitus sum bonorum. ¶ 18 ℟ Et dixi, Perilit finis meus, & spes mea à Domino.
¶ 19 ℟ Recordare paupertatis & trāsgressionis meæ: absynthii & fellis. ¶ 20 ℟ Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. ¶ 21 ℟ Hæc recolēs in corde meo, & in Deo sperabo. ¶ 22 ℟ Misericordiæ Domini quia non sumus consumpti: quia nō defecerūt miserationes ei. ¶ 23 ℟ Nouæ diluculo, multa est fides tua. ¶ 24 ℟ Pars

caput suum

Deuorauimus:

Leui. 26. b. 16. deut. 28. b. 15.

Ierem. 14. c. 17. & 31. f. 16.

occidetur

abduxit

abscondit

à pace

hoc

ideo

Nouæ

mea Domin⁹, dixit anima mea: propterea expectabo eum. ¶25 Bonus est Dominus sperantibus in eũ, animæ quærenti illũ. ¶26 Bonum est præstolari cũ silentio salutare Dei. D ¶27 Bonũ est viro quum portauerit iugũ ab adolescentia sua. ¶28 Sedebit solitarius, & tacebit: quia leuauit se super se. ¶29 Ponet in puluere os suũ, si forte sit spes. ¶30 Dabit percutienti se maxillã, saturabitur opprobriis. ¶31 Quia non repellet in sempiternũ Domin⁹. ¶32 Quia si abiecit, & miserebitur secũdum multitudinem misericordiarũ suarum. ¶33 Non enim humiliauit ex corde suo, & abiecit filios hominum. ¶34 Vt contereret sub pedibus suis omnes vinctos terræ, ¶35 Vt declinaret iudicium viri in cõspectu E vultus Altissimi. ¶36 Vt peruerteret hominem in iudicio suo, Dominus ignorauit. ¶37 Quis est iste qui dixit vt fieret, Domino non iubente? ¶38 Ex ore Altissimi nõ egredientur nec mala nec bonæ. ¶39 Quid murmurauit homo viuẽs, vir p peccatis suis? ¶40 Scrutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad Dominũ: ¶41 Leuem⁹ cor da nostra, cũ manibus ad Dominũ in cælos. ¶42 Nos iniquè egimus, & ad iracũdiã prouocauim⁹: idcirco tu inexorabilis es. ¶43 Operuisti in furore, & p̃cussisti⁹: occidisti, nec pepercisti. ¶44 Oppositi nubem tibi, ne transeat oratio. ¶45 Eradicationẽ & ablectionem posuisti me in medio populorum. ¶46 Aperuerũt sup nos os suũ omnes inimici. ¶47 Formido & laqueus facta est nobis, vaticinatio & cõtritio. ¶48 Diuisiones aquarũ deduxit oculus me⁹ in cõtritione filiæ populi mei. ¶49 Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quòd non esset requies, ¶50 Donec respiceret & videret Deus de cælis. ¶51 Oculus me⁹ deprædatus est animã meã in cũctis filiab⁹ vrbis meæ. ¶52 Venatione ceperũt me quasi auem inimici mei gratis: ¶53 Lapsa est in lacum vita mea, & posuerũt lapidem super me. ¶54 Inundauerunt aquæ super caput meum: dixi, Perii. ¶55 Inuocaui nomen tuũ Domine de lacis nouissimis. ¶56 Vocẽ meã audisti: ne auertas aurem tuã à singultu meo & clamoribus. ¶57 Appropinquasti in die quãdo inuocaui te: dixi, Ne timeas. ¶58 Iudicasti Domine causam animæ meæ, redẽptor vitæ meæ. ¶59 Vidisti Domine iniquitatẽ illorum aduersum me: iudica iudicium meũ. ¶60 Vidisti omnẽ furorẽ, vniuersas cogitationes eorũ aduersum me. ¶61 Audisti opprobriũ eorum Domine, omnes cogitationes aduersum me: ¶62 Labia insurgentiũ mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die. ¶63 Sessionem eorum, & resurrectionem eorũ vide, ego sum psalmus eorum. ¶64 Reddes eis vicem Domine, iuxta opera manuũ suarum. ¶65 Dabis eis scutum cordis laboré tuum. ¶66 Persequẽris in furore tuo, & cõteres eos sub cælis Domine. CAP. IIII.

A QVomodo obscuratũ est aurum, mutatus est color optim⁹, dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearũ? ¶2 Filii Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, op⁹ manuũ figuli? ¶3 Sed & lamiæ nudauerũt mammã, lactauerũt catulos suos: filia populi mei crudelis, quasi struthio i deserto. ¶4 Adhæsit lingua lactẽtis ad palatũ eius in siti: parauli petierunt panẽ, & nõ erat qui frãgeret eis. ¶5 Qui vescebãtur voluptuosè, interierũt in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora. ¶6 Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorũ: quæ subuersa est in momẽto, & nõ ceperũt in ea manus. ¶7 Cãdidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicũdiores ebore ãtiquo, sapphiro pulchriores. ¶8 Denigrata est super carbones facies eorũ, & nõ sunt cogniti in platẽis: adhæsit cutis eorũ ossibus eorũ: aruit, & facta est quasi lignũ. ¶9 Melius fuit occisis gladio, quàm interfectis fame: quoniã isti extabuerũt cõsumpti à sterilitate terræ. ¶10 Manus mulierũ misericordiũ coxerũt filios suos: factí sunt cibus earũ in contritione filiæ populi mei. ¶11 Cõpleuit Dominus furorem suũ, effudit irã indignationis suæ: & succẽdit ignẽ in Sion, & deuorauit fundamẽta eius. ¶12 Nõ credideruẽt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ieru salem: ¶13 Propter peccata prophetarum C eius, & iniquitates sacerdotũ eius, qui effuderũt in medio eius sanguinẽ iustorũ. ¶14 Errauerunt cæci in platẽis, polluti sunt sanguine: quũmque non possent intrare, tenuerũt lacinias suas. ¶15 Recedite polluti, clamauerũt eis, recedite, abite, nolite tãgere: iurgati quippe sunt & commoti: dixerunt inter Gentes, nõ addet vltrà vt habitet in eis. ¶16 Faties Domini diuisit eos, nõ addet vt respiciat eos: facies sacerdotũ nõ erubuerũt, neque senum miserti sunt. ¶17 Quum adhuc subsisteremus, defecerunt oculi nostri ad auxiliũ nostrũ vanũ, quũ respiceremus attẽti ad Gẽtem quæ saluare nos nõ poterat. ¶18 Lubricauerũt vestigia nostra in itinere platearũ nostrarũ: appropiquauit finis noster, cõpleti sunt dies nostri, qa venit finis noster. ¶19 Velociores fuerũt p̃secutores nostri aquilis cæli: super mõtes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis. ¶20 Spiritꝰ oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui dixim⁹, In vmbra tua viuemus in Gẽtibus. ¶21 Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atq; nudaberis. ¶22 Cõpleta est iniquitas tua filia Sion, non addet vltrà vt trãsmigret te: visitabit iniquitatem tuam filia Edom, discooperiet peccata tua.

ORATIO IRÆMIÆ. CAP. V.

REcordare Domine quid acciderit nobis: intuere & respice opprobrium nostrum. ¶2 Hæreditas nostra versa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos. ¶3 Pupilli facti sumus absq; patre: matres nostræ quasi viduæ. ¶4 Aquã nostrã pecunia bibimus: ligna nostra pretio cõparauimus. ¶5 Cernicib⁹ nostris minabamur, lassis nõ dabatur requies. ¶6 Aegypto dedimus manum, & Assyriis: vt saturemur pane. ¶7 Patres nostri peccauerũt, & nõ

sunt: & nos inIquitates eorum portauimus.
¶12 Serui dominati sunt nostri: nõ fuit qui redimeret de manu eorũ. ¶13 In animab' nostris afferebamus panẽ nobis, à facie gladii in deserto. ¶14 Pellis nostra, quasi clibanus, exusta est à facie tẽpestatum famis. ¶15 Mulieres in Sion humiliauerũt, & virgines in ciuitatibus Iuda. ¶16 Principes manu suspẽsi sunt: facies senũ nõ erubuerũt. ¶17 Adolescẽtibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt.
¶18 Senes defecerũt de portis: iuuenes de choro psallentiũ. ¶19 Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctũ chorus noster. ¶20 Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, qa peccauimus. ¶21 Propterea mœstum factum est in dolore cor nostrũ, ideo cõtenebrati sunt oculi nostri, ¶22 Propter montem Sion quia disperiit: vulpes ambulauerunt in eo. ¶23 Tu autem Domine in æternũ permanebis, sollicitudo tua in generatione & generationẽ. ¶24 Quare in perpetuum obliuiscẽris nostri? derelinques nos in longitudine dierum? ¶25 Cõuerte nos Domine ad te, & cõuertemur: innoua dies nostros, sicut à principio. ¶26 Sed proiciens reprobasti nos, iratus es cõtra nos vehementer.

# Prophetia Baruch.

CAP. I.

Baruch tempore quo deuastata est Ierusalem scripsit librum, quem legit coram rege Iechonia & vniuerso populo. 7 Mittunt Iudæi librum cum pecunia in Ierusalem ad reliquos fratres, vt pro ipsis orent.

A ET HAEC verba libri quæ scripsit Baruch filij Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedeciæ, filij Sedei, filij Helciæ in Babylonia, ¶2 In anno quinto, in septimo die mensis, in tẽpore quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderũt eam igni. ¶3 Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & ad aures vniuersi populi venientis ad librũ: ¶4 Et ad aures potentium filiorũ regũ, & ad aures presbyterorũ, & ad aures populi, à minimo vsque ad maximum eorum omnium habitantiũ in Babylonia, ad flumẽ Sodi. ¶5 Qui audiẽtes plorabãt, & ieiunabãt, & orabant in cõspectu Domini.
B ¶6 Et collegerunt pecuniã, secundũ quod potuit vnusquisque manus: ¶7 Et miserunt in Ierusalem ad Ioacim filiũ Helciæ filij Salom sacerdotem, & ad reliquos sacerdotes, & ad omnem populum qui inuẽti sunt cum eo in Ierusalem, ¶8 Quum acciperent vasa templi Domini quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda decima die mẽsis Siban, vasa argentea quæ fecit Sedecias filius Iosiæ rex Iuda, ¶9 Postea quàm cepisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniã, & principes,
po & cunctos potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & duxit eos vinctos in Babylonem. ¶10 Et dixerũt, Ecce, misim' ad vos pecunias, de quibus emite holocaustomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri: ¶11 Et orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorũ sicut dies cæli super terram: ¶12 Et vt det Dominus vir C tutẽ nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniam' gratiam in conspectu eorũ. ¶13 Et pro nobis supplicate ad Dominũ Deum nostrũ: quia peccauimus Domino Deo nostro, & nõ est auersus furor eius à nobis vsque in hunc diẽ. ¶14 Et legite librum istum, quẽ misimus ad vos recitari in tẽplo Domini, in die solenni & in die opportuno: ¶15 Et dicetis, Domino Deo nostro iustitia: nobis autẽ cõfusio faciei nostræ, sicut est dies hæc, omni Iuda & habitantibus in Ierusalẽ, ¶16 Regib' nostris, & principibus nostris, & sacerdotibus nostris, & prophetis nostris, & patribus nostris. ¶17 Peccauimus Daniel.9.a.f. ante Dominũ Deum nostrum, & nõ credidimus, diffidẽtes in eum: ¶18 Et nõ fuimus subiectibiles illi, & non audiuimus vocẽ Domini Deo nostri, vt ambularemus in mandatis eius quæ dedit nobis. ¶19 A die qua eduxit patres nostros de terra AEgypti, vsque ad diẽ hanc eramus incredibiles ad Dominum Deum nostrũ: & dissipati recessimus, ne audiremus vocem ipsius. ¶20 Et adhæserũt nobis multa mala, & maledictiones, quæ cõstituit Dominus Deut.28.b.15. Moysi seruo suo: qui eduxit patres nostros de Terra AEgypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, sicut hodierna die. ¶21 Et non audiuimus vocem Domini Dei nostri secũdum omnia verba prophetarũ quos misit ad nos, & ad iudices nostros: ¶22 Et abiuimus vnusquisq; in sensum cordis nostri maligni, operati diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei nostri.

CAP. II.

Propter peccata iustè se pati fatentur Iudæi. 11 Et à Dei à se auersi orant Iudæi. 18 Anima esurIens & peccatrix dat gloriam Deo. 22 Principibus malis obtemperandum. 31 Liberatio à captiuitate Iudæis prædicitur.

PRopter quod statuit Dominus Deus noA ster verbũ suũ quod locutus est ad nos, & ad iudices nostros qui iudicauerunt in Ierusalem, & ad reges nostros, & ad principes nostros, & ad omnẽ Israel & Iuda: ¶2 Vt adduceret Dominus super nos mala magna quæ non sunt facta sub cælo quẽadmodum facta sunt in Ierusalem, secundũ quæ scripta sunt Deut.28.f.59 in lege Moysi, ¶3 Vt manducaret homo carnes filii sui, & carnes filiæ suæ. ¶4 Et dedit eos sub manu regũ omnũ qui sunt in circuitu nostro in improperium & in desolationẽ, & in omnibus populis in quibus nos dispersit Dominus. ¶5 Et facti sumus subtus, & non supra: quia peccauimus Domino Deo nostro, B non obaudiẽdo voci ipsius. ¶6 Domino Deo 3.Reg.8.54 nostro iustitia: nobis autẽ & patribus nostris confusio faciei, sicut est dies hæc. ¶7 Quia locutus est Dominus super nos omnia mala hæc quæ venerunt super nos: ¶8 Et nõ fumus deprecati faciem Domini Dei nostri, vt reuerteretur vnusquisque nostrum à vijs nostris pessimis. ¶9 Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea super nos: quia iustus est Dominus in omnibus operibus suis quæ mandauit nobis: ¶10 Et nõ audiuimus vocem ipsius, vt ite-

mus in præceptis Domini quæ dedit ante faciem nostram. ¶11 ‖ Et nunc Domine Deus Israel, qui eduxisti populũ tuum de Terra Aegypti in manu valida, & in signis, & in prodigiis, & in virtute tua magna, & in brachio excelso, & fecisti tibi nomen sicut est dies iste:
¶12 Peccauimus, impiè egimus, iniquè gessimus Domine Deus noster, in omnibus iustitiis tuis. ¶13 Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti sumus pauci inter Gẽtes, vbi dispersisti nos. ¶14 Exaudi Domine preces nostras, & orationes nostras, & educ nos propter te: & da nobis inuenire gratiam ante faciem eorum qui nos abduxerunt: ¶15 Vt sciat omnis terra quia tu es Domin' Deus noster, & quia nomen tuum inuocatũ est super Israel, & super genus ipsius. ¶16 ‖ Respice Domine de domo sancta tua in nos, & inclina aurem tuã, & exaudi nos. ¶17 ‖ Aperi oculos tuos, & vide: quia nõ mortui qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem & iustificationem Domino: ¶18 Sed anima quæ tristis est super * magnitudinem mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriã & iustitiam Domine. ¶19 Quia non secundũ iustitias patrum nostrorũ nos fundimus ‖ preces, & petimus' misericordiam ante conspectum tuum Domine Deus noster: ¶20 Sed quia misisti iram tuam, & furorem tuũ super nos, sicut locutus es in manu puerorũ tuorũ prophetarum, ¶21 Dicens, ‖ Sic dicit Dominus, Inclinate humerum vestrũ, & ceruicem vestrã, & opera facite regi Babylonis: & sedebitis in terra quam dedi patribus vestris. ¶22 ‖ Quòd si non ‖ feceritis, nec audieritis vocẽ Domini Dei vestri operari regi Babyloniæ: defectionẽ vestram faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Ierusalem. ¶23 Et auferam à vobis vocem iucunditatis & vocem gaudii, & vocem sponsi & vocẽ sponsæ, & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam. ¶24 Et nõ audierunt vocem tuam, vt operarentur regi Babylonis: & statuisti verba tua quæ locutus es in manibus puerorũ tuorũ prophetarũ, vt trãsferrẽtur ossa regum nostrorum, & ossa patrũ nostrorum de loco suo, ¶25 Et ecce proiecta sunt in calore solis, & in gelu noctis: & mortui sunt in doloribus pessimis, in fame & in gladio, & in emissione. ¶26 Et posuisti tẽplũ, in quo inuocatum est nomẽ tuum in ipso, sicut hæc dies, propter iniquitatem domus Israel & domus Iuda. ¶27 Et fecisti in nobis Domine Deus noster secundũ omnẽ bonitatem tuam, & secũdum omnem misericordiã tuam illam magnam: ¶28 ‖ Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi in die qua præcepisti ei scribere legem tuã coram filiis Israel, ¶29 Dicens, Si non audieritis vocem meam, multitudo hæc magna conuertetur in minimã inter Gẽtes, quò ego eos dispergam: ¶30 Quia scio quòd me non audiet populus. populus est enim dura ceruice: & cõuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ: ¶31 Et sciẽt quia ego sum Dominus Deus eorum: & dabo eis cor, & intelligentiã: & aures, & audient. ¶32 Et laudabunt me in terra captiuitatis suæ, & memores erunt nominis mei. ¶33 Et auertent se à dorso suo duro, & à malignitatib' suis: quia reminiscentur viam patrum suorũ quia peccauerunt in me. ¶34 Et reuocabo illos in terram quam iuraui patribus eorum Abraham, Isaac & Iacob, & dominabuntur eius: & multiplicabo eos, & non minorabuntur. ¶35 Et statuam illis testamentum alterum sempiternum, vt sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non mouebo amplius populum meũ filios Israel à terra quam dedi illis.

CAP. III.

Pergit populus in oratione iam incœpta pro sua liberatione. ¶ Cõmendat populo prudentiam: ostendens ob neglectum eius, tanta mala illi obtigisse. ¶ Christi incarnatio.

ET nunc Domine omnipotẽs, Deus Israel, anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te: ¶2 Audi Domine & miserere, quia Deus es misericors, & miserere nostri: qa peccauimus ante te. ¶3 Quia tu sedes in sempiternum, & nos peribimus in æuum? ¶4 Domine omnipotens, Deus Israel audi nunc orationẽ mortuorum Israel, & filiorum ipsorum, qui peccauerunt ante te, & nõ audierunt vocem Domini Dei sui, & agglutinata sunt nobis mala. ¶5 Noli meminisse iniquitatum patrum nostrorum, sed memẽto manus tuæ & nominis tui in tempore isto: ¶6 Quia tu es Dominus Deus noster, & laudabimus te Domine, ¶7 Quia propter hoc dedisti timorẽ tuum in cordibus nostris, & vt inuocemus nomẽ tuũ, & laudemus te in captiuitate nostra, quia cõuertimur ab iniquitate patrum nostrorũ qui peccauerunt ante te. ¶8 Et ecce nos in captiuitate nostra sumus hodie, qua nos dispersisti in improperiũ, & in maledictum, & in peccatum, secundum omnes iniquitates patrum nostrorum qui discesserũt à te Domine Deus noster. ¶9 Audi Israel mandata vitæ: auribus percipe, vt sciatis prudentiam. ¶10 Quid est Israel quòd in terra inimicorum es? ¶11 Inueteraſti in terra aliena, coinquinat' es cũ mortuis: deputatus es cũ descendentibus in infernum. ¶12 Dereliquisti fontẽ sapiẽtiæ. ¶13 Nã si in via Dei ambulasses, habitasses vtique in pace super terrã. ¶14 Disce vbi sit prudẽtia, vbi sit virtus, vbi sit intellectus: vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ & victus, vbi sit lumen oculorũ, & pax. ¶15 Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in thesauros eius? ¶16 Vbi sunt principes Gentiũ, & qui dominãtur super bestias quæ sunt super terrã? ¶17 Qui in auibus cæli ludunt, qui argentũ thesaurizãt & aurũ in quo cõfidunt homines, & non est finis acquisitionis eorũ? ¶18 Qui argentum fabricant & solliciti sunt, nec est inuentio operũ illorum? ¶19 Exterminati sunt, & ad inferos descenderũt, & alii loco eorum exurrexerũt. ¶20 Iuuenes viderunt lumen, & habitauerũt super terrã: viam autem disciplinæ ignorare nunt, ¶21 Neque intellexerũt semitas eius, neque filii eorum susceperũt eam, à facie ipsorum longè facta est: ¶22 Nõ est audita in terra Chanaan, neq; visa est in Theman. ¶23 Filli quoque Agar qui exquirũt prudẽtia quæ de terra est, negotiatores ‖ terræ, & Theman, & fabulatores, & exquisitores intelligentiæ: viam autẽ sapiẽtiæ nescierũt, neque comme-

11.31.

Dan.9.d.15.
Deut.26.b.15.
Esa.63.d.15.
Psal.113.d.17.
* magnitudinem
Iere.29.b.
Leuit.26.b.14
Deut.28.b.15.

morati sunt semitas eius. ¶14 O Israel quàm magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius! ¶15 Magnus est, & non habet finem: excelsus & immensus. ¶16 Ibi fuerunt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt, statura magna, scientes bellum. ¶17 Nō hos elegit Dominus, neque viam disciplinæ inuenerunt: propterea perierunt. ¶18 Et quoniā nō habuerūt sapientiam, interierūt propter suam inūpientiam. ¶19 Quis ascēdit in cælū, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus?

D ¶20 Quis transfretauit mare, & inuenit illā, & attulit illā super aurum electū? ¶21 Nō est qui possit scire vias eius, neque qui exquirat semitas eius: ¶22 Sed qui scit vniuersa, nouit eā, & adinuenit eā prudentia sua: qui præparauit terrā in æterno tēpore, & repleuit eam bipedibus & quadrupedibus: ¶23 Qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore. ¶24 Stellæ autē dederūt lumē in custodiis suis, & lætatæ sunt: ¶25 Vocatæ sūt, & dixerūt, Adsumus. & luxerūt el cū iucunditate, qui fecit illas. ¶26 Hic est Deus noster, & nō æstimabitur alius aduersus eū. ¶27 Hic adinuenit omnē viā disciplinæ, & tradidit illā Iacob pueto suo, & Israel dilecto suo. ¶28 Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. CAP. IIII.

Legem tenentium, merces: & spernentiū, pœna. 4 Consolatio populi captiui. 9 Querimonia Ierusalem, & sub eius typo Ecclesiæ. 20 Eiusdem cōsolatio ob futurā ciuium suorū liberationem, quibus & salutis spem addit.

A Hic liber mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum: omnes qui tenent eam, peruenient ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem. ¶2 Conuertere Iacob, & apprehende eā. ambula per viam ad splendorē eius contra lumen eius. ¶3 Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam gēti alienæ. ¶4 Beati sumus Israel: quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis. ¶5 Animæquior esto populus Dei, memorabilis Israel: ¶6 Vænundati estis Gentibus, non in perditionem: sed propter quod in ira Dei ad iracundiam prouocastis Dominum, traditi estis aduersariis. ¶7 Exacerbastis enim eum qui fecit vos, Deum æternū, immolantes dæmonis & non Deo. ¶8 Obliti enim estis eū qui nutriuit vos, & cōtristastis nutricē vestrā Ierusalē. ¶9 Vidit enim iracundiā à Deo venientem vobis, & dixit, Audite confines Sion, adduxit enim mihi Deus luctum magnum: ¶10 Vidi enim captiuitatem populi mei, filiorum meorum & filiarum, quam superduxit illis Æternus. ¶11 Nutriui enim illos cum iucunditate: dimisi autem illos cum fletu & luctu. ¶12 Nemo gaudeāt super me viduam & desolatam: à multis derelictā sum propter peccata filiorum meorum, quia declinauerunt à lege Dei.

C ¶13 Iustitias autem ipsius nesciuerunt, nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei, neque per semitas veritatis eius cum iustitia ingressi sunt. ¶14 Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum & filiarū meārum, quā superduxit illis Æternus. ¶15 Adduxit enim super illos gentē de longinquo, gentem improbā, & alterius linguæ: ¶16 Qui non sunt reuerīti senem, neque puerorū miserti sunt: & adduxerunt dilectos viduæ, & à filiis vnicam desolauerunt. ¶17 Ego autem quid possum adiuuare vos? ¶18 Qui enim adduxit super vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum vestrorum. ¶19 Ambulate D filii, ambulate: ego enim derelicta sum sola. ¶20 Exui me stola pacis, indui autem me sacco obsecrationis, & clamabo ad Altissimū in diebus meis. ¶21 Animæquiores estote filii, clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum. ¶22 Ego enim sperani in æternum salutem vestram: & venit mihi gaudium à Sācto super misericordia quæ veniet vobis ab æterno salutari nostro. ¶23 Emisi enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio & iucunditate in sempiternum. ¶24 Sicut enim vi E derunt vicinæ Sion captiuitatem vestram à Deo, sic videbunt & in celeritate salutem vestram à Deo, quæ superueniet vobis cum ho superuenit nore magno, & splendore æterno. ¶25 Filii patienter sustinete iram, quæ superuenit vobis: persecutus est enim te inimicus tuus, sed citò videbitis perditionē ipsius: & super cervices ipsius ascendes. ¶26 Delicati mei ambulauerūt vias asperas: ducti sunt enim vt grex dirept' ab inimicis. ¶27 Animæquiores estote filii, & proclamate ad Dominum: erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos. ¶28 Sicut F enim fuit sensus vester vt erraretis à Deo: decies tantūm iterum cōuertentes requiretis eum. ¶29 Qui enim induxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra. ¶30 Animæquior esto Ierusalem: exhortatur enim te qui te nominauit. ¶31 Nocentes peribunt, qui te vexauerunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, puenientur. ¶32 Ciuitates quibus seruierunt filii tui, punientur, & quæ accepit filios tuos. ¶33 Sicut enim gauisa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo: sic contristabitur in sua G desolatione. ¶34 Et amputabitur exultatio multitudinis eius, & gaudimonīū eius erit in luctū. ¶35 Ignis enim superueniet ei ab æterno in lōgitūrnis diebus, & habitabitur à dæmonīs in multitudine tēporis. ¶36 ‖Circum- ‖.s.b.6. splice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem. ¶37 Ecce enim veniunt filii tui quos dimisisti dispersos: ve- *tibi niunt collecti *ab Oriente vsque ad Occidentem, in verbo sancti gaudentes in honorem Dei. CAP. V.

Inuitatur Ierusalem ad lætitiam ob reditum sui populi, & sub illius typo Ecclesia.

EXue te Ierusalem stola luctus & vexatio- A nis tuæ: & indue te decōre & honore, quæ à Deo tibi est sempiterna gloria. ¶2 Circumdato te diploide à Deo iustitiæ, & impone mitram capiti tuo honoris æterni. ¶3 Dē ostenim ostendet splendorem suum in te, qui sub cælo est. ¶4 Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in sempiternum, Pax iustitiæ & honor pietatis. ¶5 Exurge Ierusalem, & sta B in excelso: & circumspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente sole vsque ad Occidentem, in verbo sancti gaudētes Dei memoria. ¶6 ‖Exierunt enim abs te pedibus ‖.4.g.16.

C ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honorem sicut filios regni. ¶7 Constituit enim Deus humiliare omnem montem excelsum, & rupes perennes, & convalles replere in æqualitatem terræ: vt ambulet Israel diligenter in honorem Dei. ¶8 Obumbraverunt autem & syluæ, & omne D lignũ suauitatis Israel mandato Dei. ¶9 Adducet enim Deus Israel cum iucunditate in lumine maiestatis suæ cum misericordia & iustitia quæ est ex ipso.

CAP. VI.

EXEMPLVM epistolæ quam misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam à rege Babyloniorum, vt annuntiaret illis secundum quod præceptum est illi à Deo.

A P Ropter peccata quæ peccastis ante Deum, abducemini in Babyloniam captiui ap.23.14. à Nabuchodonosor rege Babyloniorum. ¶2 Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis & temporibus longis vsque ad generationes septem: post hoc autem educam vos inde cum pace. ¶3 ‖ Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos, & lapideos & ligneos in humeris portari, Ps.44.b.10. ostentantes metum Gentibus. ¶4 Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis. ¶5 Visa itaque turba de retrõ & ab antè adorantes, dicite in cordibus vestris, Te oportet adorari Dominc. ¶6 Angelus autem meus vobiscum est: ipse autem exquiram animas lingua vestras. ¶7 Nam ligna ipsorum polita à fabro, ipsa etiam inaurata & inargentata falsa sunt: & non possunt loqui. ¶8 Et sicut virgini amanti ornamenta: ita accepto auro fabricati sunt. ¶9 Coronas certè aureas habẽt super capita sua dii illorum: vnde subtrahũt sacerdotes ab eis aurum & argentum, & erogant illud in semetipsis. ¶10 Dant autem & exipso prostitutis, & meretrices ornant: & iterum quum receperint illud à meretricibus, ornant deos suos. ¶11 Hi autem non liberantur ab ærugine & tinea. ¶12 Opertis autem illis veste purpurea, extergunt faciem ipsorum propter puluerẽ domus, qui est plurimus inter eos. ¶13 Sceptrum autem habet vt homo, sicut iudex regionis qui in se peccantem nõ interficit. ¶14 Habet etiam in manu gladium & securim: se autem de bello, & à latronibus non liberat. Vnde vobis notum sit quia non sunt dii. ¶15 Non ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur: tales sunt & dii illorum. ¶16 Constituti sunt dii in domo, oculi eorũ pleni sunt puluere à pedibus introeũtiũ. ¶17 Et sicut alicui qui regem offendit, circunseptæ sunt ianuæ, aut sicut ad sepulchrum adducti mortuum: ita tutantur sacerdotes ostia clausuris & seris, ne à latronibus expolientur. ¶18 Lucernas accendunt illis, & quidem multas: ex quibus nullam videre possunt: sunt autem sicut trabes in domo. ¶19 Corda verò eorũ dicunt elingere serpẽtes qui de terra sunt, dum comedunt eos & vestimentum ipsorum, & non sentiunt. ¶20 Nigræ sunt facies eorũ à fumo qui in domo sit. ¶21 Supra corpus eorum, & supra caput eorum volãt noctuæ, & hirundines, & aues etiam, similiter & cattæ. ¶22 Vnde sciatis quia non sunt dii. Ne ergo timueritis eos. ¶23 Aurũ etiam quod habẽt, C ad speciẽ est: nisi aliquis exterserit æruginẽ, non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, sentiebant. ¶24 ‖ Ex omni pretio empta Isa.40 sunt, in quibus spiritus nõ inest ipsis. ¶25 Sine pedibus in humeris portantur, ostentãtes ignobilitatem suam hominibus. Confundantur etiam qui colunt ea. ¶26 Propterea si ceciderint in terram, à semetipsis non consurgunt: neque siquis quum statuerit rectũ, per semetipsum stabit, sed sicut mortuis humeri illis apponentur. ¶27 Hostias illorum vendunt sacerdotes ipsorum, & abutuntur: similiter & mulieres eorum decerpẽtes, neque infirmo, neque mẽdicanti aliquid impertiunt. ¶28 De sacrificiis eorum fœtæ & menstruatæ contingunt. Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timeatis eos. ¶29 Vnde enim vocantur dii? Quia mulieres apponunt diis argẽteis, & aureis, & ligneis. ¶30 Et in domibus eorũ sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam, quorum capita nuda sunt. ¶31 Rugiunt autem clamantes cõtra deos suos, sicut in cœna mortui. ¶32 Ve D stimenta eorum auferunt sacerdotes, & vestiunt vxores suas & filios suos. ¶33 Neque siquid mali patiuntur ab aliquo, neque siquid boni, poterunt retribuere: neque regem constituere possunt, neque auferre. ¶34 Similiter neque dare diuitias possunt, neque malum rettibuere. Siquis illis votum vouerit, & non reddiderit: neque hoc requirunt. ¶35 Hominẽ à morte non liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt. ¶36 Hominem cæcũ, ad visum non restituunt: de necessitate hominẽ non liberabunt. ¶37 Viduæ non miserebuntur, neque orphanis benefacient. ¶38 Lapidibus de monte similes sunt dii illorum, ligneí & lapidei, & aurei & argentei. Qui autem colunt ea, cõfundentur. ¶39 Quomodo ergo æstimandum est, aut dicendum illos esse deos? ¶40 Adhuc enim ipsis Chaldæis non honoratoribus ea: qui quum audierint mutum nõ posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulãtes ab eo loqui: ¶41 Quasi possint sentire qui nõ habent motum, & ipsi quum intellexerint, relinquent ea: sensum enim non habẽt ipsi dii illorum. ¶42 Mulieres autem circundatæ funibus, in viis sedent, succendentes ossa oliuarum. ¶43 Quum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormierit cum eo, E proximæ suæ exprobrat quòd ea non sit digna habita sicut ipsa, neque funis eius dirupti sit. ¶44 Omnia autẽ quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandum aut dicendũ est illos esse deos? ¶45 A fabris autẽ & ab aurificibus facta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes. ¶46 Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt, non sunt multi tẽporis. Nunquid ergo possunt ea quæ fabricata sunt ab ipsis, esse dii? ¶47 Relinquerunt autẽ falsa & opprobriũ posteæ futuris. ¶48 Nã quum superuenerit illis prælium, & malaco

gitant sacerdotes post se, vbi se abscondant cum illis. ¶49 Quomodo ergo sentiri debeat quoniam dii sunt, qui nec de bello se liberãt, neque de malis se eripiunt? ¶50 Nam quum sint lignea, & inaurata, & inargentata, scietur postea quia falsa sunt, ab vniuersis Gentibus & regibus, quæ manifesta sunt quia nõ sunt dii, sed opera manuum hominũ, & nullum Dei opus cum illis. ¶51 Vnde ergo notũ est quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, & nullũ Dei opus in ipsis est. ¶52 Regem regioni non suscitant, neque pluuiam hominibus dabunt. ¶53 Iudicium quoque nõ discernent, neque regiones liberabunt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut cornicularum inter medium cæli & terræ. ¶54 Etenim quum inciderit ignis in domum deorum ligneorũ, & argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient, & liberabuntur: ipsũ verò sicut trabes in medio comburentur. ¶55 Regi autem & bello non resistent. Quomodo ergo æstimandum est, aut recipiẽdum quia dii sunt? ¶56 Non à furibus, neque à latronibus se liberabunt dii lignei, & lapidei, & inaurati, & inargẽtati, quibus inquiri fortiores sunt. ¶57 Aurum, & argentum, & vestimentũ quo operti sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxilium ferent. ¶58 Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam, aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui possider illud: vel ostium in domo, quod custodit quæ in pace sunt: quàm falsũ dii. ¶59 Sol quidem & luna, ac sydera, quum sint splendida & emissa ad vtilitates, obaudiunt. ¶60 Similiter & fulgur quum apparuerit, perspicuum est: idipsum autem & spiritus in omni regione spirat. ¶61 Et nubes quibus quum imperatum fuerit à Deo perambulare in vniuersum orbem, perficiunt quod imperatum est eis. ¶62 Ignis etiam missus dẽsuper vt consumat montes & syluas, facit quod præceptum est ei. Hæc autem, neque speciebus, neque virtutibus vni eorum similia sunt. ¶63 Vnde neque existimandum est, neque dicendum illos esse deos, quando non possunt neque iudiciũ iudicare, neque quicquam facere hominibus. ¶64 Scientes itaque quia non sunt dii, ne ergo timueritis eos. ¶65 Neque enim regibus maledicent, neque benedicent. ¶66 Signa etiã in cælo Gentibus non ostendunt, neque vt sol lucebunt, neque illuminabunt vt luna. ¶67 Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi. ¶68 Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dii: propter quod ne timeatis eos. ¶69 Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dii illorum lignei, & argentei, & inaurati. ¶70 Eodem modo & in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris similes sunt dii illorum ligneis, & inaurati, & inargentati. ¶71 A purpura quoque & marmore, quæ supra illos teneant, scietis itaque quia non sunt dii. Spũ etiam postremo comedunt, & erũt opprobrium in regione. ¶72 Melior est homo iustus qui non habet simulachra: nam erit longè ab opprobrijs.

# Prophetia Ezechielis.

CAP. I.

Quo tempore prophetauerit Ezechiel, & quo loco. 3 Ezechielis genus & officium. 4 Visio quatuor animalium. 15 Visio rotarũ.

ET FACTVM est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis: quũ essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cæli, & vidi visiones Dei. ¶2 In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin, ¶3 Factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, *secus fluměn Chobar: & facta est super eum ibi manus Domini. ¶4 Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio *ignis quasi species electri, id est de medio ignis: ¶5 Et *in medio *earum *similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis in *eis. ¶6 Et quatuor facies vni: & quatuor pennæ vni. ¶7 Et pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis. ¶8 Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per quatuor partes habebant. ¶9 Iunctæque erãt pennæ eorũ alterius ad alterũ. nõ reuertebãtur quũ incederent: sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. ¶10 Similitudo autem vultus eorum, facies hominis: & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilæ *desuper ipsorum quatuor. ¶11 Et facies eorum, & pennæ eorum extentæ dẽsuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum: ¶12 Et vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebãtur: nec reuertebantur quum ambularent. ¶13 Et similitudo animalium, & aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Hæc erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. ¶14 Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris corusantis. ¶15 Quũmque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quatuor facies. ¶16 Et aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera, quasi sit rota in medio rotæ. ¶17 Per quatuor partes earum eunt es ibant: & non reuertebantur quum ambularent. ¶18 Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: & totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor. ¶19 Quũmque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & quum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. ¶20 Quocunque ibat Spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum, Spiritus enim vitæ erat

*iuxta fluuiũ

*eius

*ex

*eius

*quasi

in rotis. ¶ 11 Cum euntibus ibant, & cum
stantibus stabant: & cum eleuatis à terra,
pariter eleuabantur & rotæ, sequentes ea:
F quia Spiritus vitæ erat in rotis. ¶ 12 Et finalis
tudo super capita animalium, firmamenti,
quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti
super capita eorum desuper. ¶ 13 Sub firma-
mento autem pennæ eorum rectæ alterius
ad alterum: vnumquodque duabus alis vela
bat corpus suum, & alterum similiter vela-
batur. ¶ 14 Et audiebam sonum alarum quasi
sonum aquarum multarū, quasi sonū subli-
mis Dei quum ambularent: quasi sonus erat
multitudinis vt sonus castrorum. quūmque
starent, demittebantur pēnæ eorum. ¶ 15 Nā
quum fieret vox super firmamentum quod
erat super caput eorum, stabant, & submitte-
G bant alas suas. ¶ 16 Et super firmamentum
quod erat imminens capiti eorum, quasi a-
spectus lapidis sapphiri similitudo throni:
& super similitudinē throni, similitudo qua-
si aspectū hominis desuper. ¶ 17 Et vidi quā-
si speciem electri, velut aspectū ignis intrin-
secus eius per circuitum: à lumbis eius & dē-
super, & à lumbis eius vsque deorsum, vidi
quasi speciem ignis splendentis in circuitu.
¶ 18 Velut aspectū arcus quum fuerit in nu-
be in die pluuiæ, hic erat aspectus splendo-
ris per gyrum. CAP. II.

Mittitur Propheta ad Israelitas: & osten
ditur visus visionis.

A HAEc visio similitudinis gloriæ Domini.
& vidi, & cecidi in faciem meam, & au-
diui vocem loquentis. Et dixit ad me, Fili ho-
minis sta super pedes tuos, & loquar tecum.
¶ 2 Et ingressus est in me Spiritus postquam
locutus est mihi, & statuit me supra pedes
meos: & audiui loquentem ad me, ¶ 3 Et dicē-
tem, Fili hominis mitto ego te ad filios Isra-
B el, ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à
me: *patres eorum præuaricati sunt pactum
meum vsque ad diem hanc. ¶ 4 Et filii dura
facie & indomabili corde sunt, ad quos ego
mitto te: & dices ad eos, Hæc dicit Dominus
Deus, ¶ 5 Si fortè vel ipsi audiant, & si fortè
quiescant, quoniam domus exasperans est:
C & scient quia Propheta fuerit in medio eo-
rum. ¶ 6 Tu ergo fili hominis ne timeas e-
os, neque sermones eorum metuas: quoniam
incredulī & subuersores sunt tecum, & cum
scorpionibus habitas. verba eorum ne time-
as, & vultus eorum ne formides: quia domus
exasperans est. ¶ 7 Loquēris ergo verba mea
ad eos, si fortè audiant, & quiescant: quoniā
D irritatores sunt. ¶ 8 Tu autem fili hominis au
di quæcunque loquor ad te: & noli esse exa-
sperans sicut domus exasperatrix est: aperi
os tuum, & comede quæcunque ego do tibi.
¶ 9 Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua
erat inuolutus liber: ¶ 10 Et expandit illū co-
rā me, qui erat scriptus intus & foris: & scrip-
tæ erant in eo lamentationes, & carmen, &
væ. CAP. III.

Propheta pastus verbo Dei, & constan-
tia Spiritus accepta, ad Israel in transmigra
tionem mittitur. ¶ Pœna pastoris non annū
tiātis populo sua peccata. ¶ Ab visu Domini in
campū egressus Ezechiel, videt gloriam Dei.

ET dixit ad me, Fili hominis quodcunque A
inueneris comede: comede volumen is-
tud, & vadens loquere ad filios Israel. ¶ 2 Et
aperui os meū, & cibauit me volumine illo,
¶ 3 Et dixit ad me, Fili hominis venter tuus
comedet, & viscera tua complebuntur volu-
mine isto quod ego do tibi. Et comedi illud:
& factū est in ore meo sicut mel dulce. ¶ 4 Et
dixit ad me, Fili hominis, vade ad domum
Israel, & loquēris verba mea ad eos. ¶ 5 Non
enim ad populum profundi sermonis, & ig-
notæ linguæ tu mitteris, sed domum Israel:
¶ 6 Neque ad populos multos profundi ser- B
monis & ignotæ linguæ, quorū nō possis au-
dire sermones: & si ad illos mitteretis, ipsi au
dirēt te. ¶ 7 Domus autē Israel nolūt audire
te: quia nolunt audire me. omnis quippe do-
mus Israel attrita fronte est, & duro corde.
¶ 8 Ecce, dedi faciē tuā valētiorē faciebus eo-
rū, & frontem tuā durioré frontibus eorum.
¶ 9 Vt adamantem & vt silicem dedi faciem
tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie e-
orum: quia domus exasperans est. ¶ 10 Et di- C
xit ad me, Fili hominis omnes sermones me-
os quos ego loquor ad te, assume in corde
tuo, & auribus tuis audi: ¶ 11 Et vade, ingre-
dere ad transmigrationem ad filios populi
mei, & loquēris ad eos, & dices eis, Hæc di- ad eos
cit Dominus Deus: si fortè audiant & quie-
scant. ¶ 12 Et assumpsit me Spiritus, & audiui
post me vocem commotionis magnæ, Bene-
dicta gloria Domini de loco suo, ¶ 13 Et vo-
cem alarum animalium percutientium alte-
ram ad alteram, & vocem rotarum sequenti-
um animalia, & vocem cōmotionis magnæ,
¶ 14 Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit
me: & abij amarus in indignatione spiritus D
mei: manus enim Domini erat mecum, cōfor-
tans me. ¶ 15 Et veni ad transmigrationem ad
Aceruum nouarum frugum, ad eos qui habi-
tabant iuxta flumen Chobar: & sedi vbi illi
sedebant: & mansi ibi septem diebus mœrēs
in medio eorum. ¶ 16 Quum autem pertran-
issent septem dies, factum est verbum Domi
ni ad me, dicens, ¶ 17 Fili hominis speculato Ier. 33.
rem dedi te domui Israel: & audies de ore
meo verbum, & annuntiabis eis ex me. ¶ 18 Si
dicente me ad impium, Morte morieris: non
annuntiaueris ei, neque locutus fueris vt a-
uertatur à via sua impia, & viuat: ipse impi- E
us in iniquitate sua morietur, sanguinem au
tem eius de manu tua requiram. ¶ 19 Si au-
tem tu annuntiaueris impio, & ille non fue-
rit conuersus ab impietate sua, & à via sua
impia: ipse quidem in impietate sua morie- in iniq
tur, tu autem animam tuam liberasti. ¶ 20 Sed
& si conuersus iustus à iustitia sua fuerit, &
fecerit iniquitatem: ponam offendiculum co
ram eo, ipse morietur: quia non annuntiasti
ei, in peccato suo morietur, & non erunt in
memoria iustitiæ eius quas fecit: sangui-
nem verò eius de manu tua requiram.
¶ 21 Si autem tu annuntiaueris iusto vt non F
peccet iustus, & ille non peccauerit: viuens
viuet, quia annuntiasti ei, & tu animam tu-
am liberasti. ¶ 22 Et facta est super me ma-
nus Domini, & dixit ad me, Surgens egre-
dere in campum, & ibi loquar tecum.

¶13 Et surgens egressus sum in cāpū:& ecce ibi gloria Domini stabat,quasi gloria,quam vidi iuxta fluuium Chobar : & cecidi in faciem meā. ¶14 Et ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos:& locutus est mihi, & dixit ad me , Ingredere,& includere in medio domus tuæ . ¶15 Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula,& ligabūt te in eis:& non egredieris in medio eorū. ¶16 Et linguam tuam adhærere *faciam* palato tuo, & *eris* mutus,nec quasi vir obiurgās:quia domus exasperans est. ¶17 Quum autē locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Qui audit,audiat: & qui quiescit,quiescat:quia domus exasperans est. CAP. IIII.

Vrbis Ierusalē obsidio significatur.4 Diuturnitas captiuitatis Israel & Iuda. 9 Prædicitur fames futura in captiuitate.

Et tu fili hominis sume tibi laterem,& pones eum coram te,& describes in eo ciuitatem Ierusalem . ¶2 Et ordinabis aduersus eam obsidionem,& ædificabis munitiones,& comportabis aggerem , & dabis contra eam castra,& pones arietes in gyro. ¶3 Et tu sume tibi sartaginem ferream , & pones eam in murum ferreum inter te & inter ciuitatem:& obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem , & circundabis eam : signum est domui Israel. ¶4 Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo numero dierum quibus dormies super illud , & assumes iniquitates eorum. ¶5 Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum , numero dierum trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domus Israel. ¶6 Et quum compleueris hæc, dormies super latus tuum dexterum secundo : & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. diem pro anno,diē, iuquam,pro anno dedi tibi.¶7 Et ad obsidionem Ierusalem conuertes faciem tuam , & brachium tuum erit extentum:& prophetabis aduersus eam. ¶8 Ecce, circundedi te vinculis: & non te conuertes à latere tuo in latus aliud , donec compleas dies obsidionis tuæ. ¶9 Et tu sume tibi frumentum,& hordeum,& fabam,& lentem,& milium,& viciam:& mittes ea in vas vnum,& facies tibi panes numero dierum quibus dormies super latus tuum : trecentis & nonaginta diebus comedes illud. ¶10 Cibus autem tuus quo vescēris,erit in pondere viginti stateres in die: à tempore vsque ad tempus comedes illud.

¶11 Et aquam in mensura bibes,sextam partem hin : à tempore vsque ad tempus bibes illud. ¶12 Et quasi subcinericium hordeaceum comedes illud : & stercore quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorū. ¶13 Hæc dixit Dominus, Sic comedent filii Israel panem suum pollutum inter Gentes ad quas eiiciam eos. ¶14 Et dixi, A, a, a, Domine Deus , ecce anima mea non est polluta, & morticinum & laceratum à bestiis nō comedi ab infantia mea vsque nunc , & non est ingressa in os meum omnis caro immunda. ¶15 Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis:& facies panem tuum in eo. ¶16 Et dixit ad me, Fili hominis, ecce conteram baculum panis in Ierusalem : & comedent panem suum in pondere,& in solicitudine:& aquam in mensura, & in angustia bibent : ¶17 Vt deficientibus pane & aqua,corruat vnusquisque ad fratrē suum,& contabescat:in iniquitatibus suis.

CAP. V.

Aenigma pilorum, quo significatur vastatio populi . 5 Causa iræ Dei in populum suum. 12 Aenigma pilorū edisserit Dominꝰ.

Et tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos: & assumes eum,& duces per caput tuum , & per barbam tuam: & assumes tibi statēram ponderis , & dividēs eos.¶2 Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionē dierum obsidionis:& assumes tertiam partem,& concides gladio in circuitu eius: tertiam verò aliam disperges in ventum , & gladium nudabis post eos.¶3 Et sumes inde paruum numerum:& ligabis eos in summitate pallii tui. ¶4 Et ex eis rursum tolles , & proicies eos in medio ignis , & combures eos igni : & exiet egredietur ignis in omnem domum Israel. ¶5 Hæc dicit Dominus Deus , Hæc est Ierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras. ¶6 Et contempsit iudicia mea , vt plus esset impia quàm Gentes: & præcepta mea vltrà quàm terræ quæ in circuitu eius sunt . iudicia enim mea proiecerunt , & in præceptis meis non ambulauerunt. ¶7 Idcirco hæc dicit Dominus Deus , Quia separastis Gentes quæ in circuitu vestro sunt,& in præceptis meis non ambulastis,& iudicia mea non fecistis,& iuxta iudicia Gentium quæ in circuitu vestro sunt, non estis operati : ¶8 Ideo hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te,& ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium: ¶9 Et faciam in te quod non feci, & quibus similia vltrà non faciam , propter omnes abominationes tuas . ¶10 Ideo patres comedent filios in medio tui,& filii comedent patres suos:& faciam in te iudicia,& ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum. ¶11 Idcirco viuo ego , dicit Dominus Deus, Nisi pro eo quòd sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis,& in cunctis abominationibus tuis: ego quoque confringam, & non parcet oculus meus , & non miserebor .¶12 Tertia pars tui peste morietur , & fame consumetur in medio tui:& tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo : tertiam verò partem tuam in omnem vētum dispergam,& gladium euaginabo post eos . ¶13 Et complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor:& scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo,cum impleuero omnem indignationem meam in eis. ¶14 Et dabo te in desertum & in opprobrium Gentibus quæ in circuitu tuo sunt,in cōspectu omnis prætereuntis. ¶15 Et eris opprobrium & blasphemia,exemplum & stupor in Gentibus quæ in circuitu tuo sunt , quum fecero in te iudicia in furore & in indignatione,& in increpationibus iræ, quæ ego Dominus locutus sum:

Ier.d.17, & 19.d.13.
ego
cōtabescant
nudabo
eo

¶16 Quando misero sagittas famis pessimas
*quæ erunt mortiferæ,& quas mittam vt disperdam vos: & famē congregabo super vos,
& conteram in vobis baculum panis. ¶17 Et
immittam in vos famem & bestias pessimas
vsque ad internecionē:& pestilentia & san-
guis transibunt per te , & gladium inducam
super te.ego Dominus locutus sum.

CAP. VI.

Propter peccatum idololatriæ populum
percutiendum prædicit. 8 Pœnitentiam re-
liquiarum populi prophetat, & liberationē.
11 Obstinatorum interitus prædicitur.

ET factus est sermo Domini ad me,dicēs,
¶2 Fili hominis,pone faciē tuā ad mon-
tes Israel:& prophetabis ad eos, ¶3 Et dices,
Montes Israel audite verbū Domini Dei: hæc
dicit Dominus Deus montibus & collibus,
ruinibus & vallibus,&ecce,ego inducam super
vos gladium,& disperdam excelsa vestra.
¶4 Et demolior aras vestras , & confringen-
tur simulachra vestra : & deliciam interfe-
ctos vestros ante idōla vestra. ¶5 Et dabo ca-
dauera filiorum Israel ante faciem simula-
chrorum vestrorū : & dispergam ossa vestra
circum aras vestras , ¶6 In omnibus habita-
tionibus vestris. Vrbes desertæ erunt , & ex-
celsa demolientur & dissipabuntur: & inter-
ibunt aræ vestræ, & confringentur: & cessa-
bunt idōla vestra,& conterentur delubra ve
stra,& delebuntur opera vestra. ¶7 Et cadet
interfectus in medio vestri : & scietis quia e-
go sum Dominus. ¶8 Et relinquam in vobis
eos qui fugerint gladium in gentibus, quum
dispersi fero vos in terris. ¶9 Et recordabūtur
mei liberati vestri in gentibus ad quas capti-
ui ducti sunt:quia contriui cor eorum forni-
cans & recedens à me , & oculos eorum for-
nicantes post idōla sua: & displicebunt ibi-
met super malis , quæ fecerant in vniuersis
abominationibus*illis. ¶10 Et sciēt quia ego
Dominus non fruſtrā locutus sum vt facerē
eis malū hoc. ¶11 Hæc dicit Dominus Deus,
Percute*manum tuam,'& allide pedē tuum,
& dic Heu , ad omnes abominationes malo-
rum domus Israel:*quia' gladio,fame,& pe-
ste ruituri sunt. ¶12 Qui longē est,peste mo-
rietur : qui autem propē, gladio corruet: &
qui relictus fuerit & obsessus , fame morie-
tur:& cōplebo indignationem meam in eis.
¶13 Et scietis quia ego Dominus , quum fue-
rint interfecti vestri in medio idolōrum ve-
strorum in circuitu ararum vestrarum, in o-
mni colle excelso,& in cunctis summitatibus
mōtium, & subtus omne lignū nemorosum,
& subtus vniuersam quercum frondosam,lo
cum vbi accenderūt thura redolētia vniuer-
sis idōlis suis. ¶14 Et extendam manum meā
super eos:& faciam terram *eorum'desolatā
& destitutā à deserto Deblātha in omnibus
habitationibus eorum:& scient quia ego Do
minus.

CAP. VII.

Finis totius terræ Israel repente venturus
10 Excidii eius causa. 14 Omni præsidio de-
stituetur populus , vt non possit aduersariis
resistere. ¶21 Iubetur prophetа summam im-
minentium malorum annuntiare.

ET factus est sermo Domini ad me,dicēs, A
¶2 Et tu fili hominis hæc dicit Dominus
Deus, terræ Israel finis venit. venit finis su-
per quatuor plagas terræ. ¶3 Nunc finis su-
per te,& immittam furorē meum in te:& iu-
dicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te
omnes abominationes tuas. ¶4 Et non par-
cet oculus meus super te , & non misereb or:
sed vias tuas ponam super te , & abomina-
tiones tuæ in medio tui erunt: & scietis quia
ego Dominus. ¶5 Hæc dicit Dominus Deus,
Afflictio vna, afflictio ecce venit: ¶6 Finis ve-
nit,venit finis, euigilauit aduersum te : ecce B
venit. ¶7 Venit*contractio'super te,qui habi
tas in terra: venit tempus, propē est dies oc-
cisionis, & non gloriæ montiū. ¶8 Nunc de
propinquo effundā iram meā super te,& cō-
plebo furorē meū in te:& iudicabo te*secun-
dum' vias tuas,& imponā tibi omnia scelera
tua. ¶9 Et nō parcet oculus meus, nec misere-
bor:sed vias tuas imponā tibi,& abomina-
tiones tuæ in medio tui erunt : & scietis quia C
ego sum Dominus percutiens. ¶10 Ecce dies,
ecce venit:egressa est*contractio,'floruit vir-
ga,germinauit superbia. ¶11 Iniquitas surre-
xit in virga impietatis:non ex eis, & non ex
populo,neq; ex sonitu eorum:& non erit re-
quies in eis. ¶12 Venit tēpus,appropinquauit
dies:qui emit,non lætetur:& qui vendit,non
lugeat:quia ira super omnē populum eius. D
¶13 Quia qui vēdit,ad id quod vēdidit nō re-
uertetur: & adhuc in viuētibus vita eorū. vi-
sio enim ad omnē multitudinē eius nō regre
dietur: & vir in iniquitate vitæ suæ nō con-
fortabitur. ¶14 Canite tuba,præparētur om-
nes, & non est qui vadat ad prælium:ira enim
mea super*vniuersum populum'eius. ¶15 Gla *or
dius foris:& pestis & fames intrinsecus : qui titi
in agro est,gladio morietur: & qui in ciuita-
te, pestilentia & fame deuorabuntur. ¶16 Et
saluabuntur qui fugerint ex eis : & erunt in
montibus qu asi columbæ cōuallium omnes
trepidi, vnusquisq; iuiniquitate sua. ¶17 O-
mnes manus dissoluētur,& omnia genua flu
ent aquis. ¶18 Et accingent se ciliciis,& ope-
riet eos formido : & in omni facie confusio,
& in vniuersis capitibus eorum caluitium.
¶19 Argētum eorum foras proiicietur,& au-
rum eorum in sterquilinium erit. Argētum
eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. animam suam
non saturabunt , & ventres eorum non im-
plebūtur: quia scandalum iniquitatis eorum
factum est. ¶20 Et ornamentum monilium
suorum in superbiam posuerunt,& imagines
abominationum suarum & simulachrorum
fecerunt ex eo : propter hoc dedi eis illud in
immunditiam: ¶21 Et dabo illud in manus a-
lienorum ad diripiendum,& impiis terræ in
prædam,& cōtaminabunt illud. ¶22 Et auer
tam faciem meam ab eis , & violabunt arca-
num meum: & introibunt in illud emissarii,
& contaminabūt illud. ¶23 Fac conclusionē:
quoniam terra plena est iudicio sanguinum,
& ciuitas plena iniquitate. ¶24 Et adducam
pessimos de Gentibus, & possidebunt domos
eorum:& quiescere faciam superbiam poten
tium,& possidebūt sanctuaria eorū. ¶25 An-

*in eos,
4.d.16.
14.d.12.
36.a.1.
*suis.
*manu tua,
*qui

gustia superueniente requirent pacem, & nō erit. ¶16 Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum: & quærent visionem de prophetа, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. ¶17 Rex lugebit, & principes induētur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundū viam eorū faciam eis, & secundum iudicia eorum iudicabo eos: & scient quia ego Dominus.

CAP. VIII.

Apparitio similitudinis Dei. 3 Ezechiel in spiritu adductus est in Ierusalem. 4 Ostēdit Dominus prophetæ abominationes idololatriæ domus Israel, & maximè sacerdotum. 11 Iezonias. 12 Vox infidelium.

ET factum est in anno sexto, in sexto mēse, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me, & cecidit ibi super me manus Domini Dei. ¶2 Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborū eius & deorsum, ignis: & à lumbis eius & sursum, quasi aspectus splendoris, & *visio electri. ¶3 Et emissa similitudo manus apprehēdit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me spiritus inter terram & cælum: & adduxit me in Ierusalē in visione Dei, iuxta ostium interius quod respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idōlum zeli ad prouocandam æmulationē. ¶4 Et ecce ibi gloria Dei Israel secundum visionem quam videram in campo. ¶5 Et dixit ad me, Fili hominis, leua oculos tuos ad viā Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone portæ altaris idōlum zeli in ipso introitu. ¶6 Et dixit ad me, Fili hominis, putásne vides tu quid isti faciunt, abominationes magnas, quas domus Israel facit hic, vt procul recedā à sanctuario meo? & adhuc cōuersus videbis abominationes maiores. ¶7 Et introduxit me ad ostium atrii: & vidi, & ecce foramen vnum in pariete. ¶8 Et dixit ad me, Fili hominis fode parietem. Et quum fodissem parietem, apparuit ostium vnū. ¶9 Et dixit ad me, Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. ¶10 Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalū abominatio, & vniuersa idōla domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. ¶11 Et septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantiū ante picturas: & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure cōsurgebat. ¶12 Et dixit ad me, Certè vides fili hominis quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisq; in absconditis cubilis sui: dicunt enim, Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terrā. ¶13 Et dixit ad me, Adhuc conuersus videbis abominationes maiores quas isti faciūt. ¶14 Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonē: & ecce ibi mulieres sedebant plāgentes Adonidem. ¶15 Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis: adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. ¶16 Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in ostio templi Domini inter vestibulū & altare, quasi viginti quinque viri dorsa habentes cōtra templum Domini, & facies ad Orientem: & adorabant ad ortum solis. ¶17 Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis: nunquid leue est hoc domui Iudæ, vt faceret abominationes istas quas fecerunt hic: quia replētes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me? & ecce applicant ramum ad nares suas. ¶18 Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor: & quum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

CAP. IX.

Destructio vrbis, & ciuium cædes. 4 Seruandi signantur. 5 Occiduntur non signati. 8 Querimonia prophetæ ob eædem populi: cuius causam reddit ei Dominus.

ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens, Appropinquauerunt visitationes vrbis, & vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. ¶2 Et ecce sex viri venièbat de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem: & vnusquisque vas interitus in manu *eius: vir quoque vnus in medio eorū vestitus erat lineis, & atramētarium scriptoris ad renes eius: & ingressi sunt, & steterunt iuxta altare æreum. ¶3 Et gloria *Domini Israel assumpta est de Cherub, quæ erat super eum ad limen domus: & vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramētarium scriptoris habebat in lumbis suis. ¶4 Et dixit Dominus ad eum, Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem: & signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. ¶5 Et illis dixit audiente me, Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: nō parcat oculus vester, neque misereamini. ¶6 Senem, adolescentulum & virginē, *parvulum & mulieres interficite vsque ad interneciones: omnem autem super quam videritis Thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. ¶7 Et dixit ad eos, Contaminate domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate. ¶8 Et cæde completa remansi ego: ruique super faciē meam, & clamans aio, Heu, heu, heu Domine Deus, ergone disperdes omnes reliquias Israel, effundēs furorem tuum super Ierusalē? ¶9 Et dixit ad me, Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione: dixerunt enim, Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. ¶10 Igitur & meus non parcet oculus, neque miserebor: viam eorum super caput eorum reddā. ¶11 Et ecce, vir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens, Feci sicut præcepisti mihi.

CAP. X.

De viro è medio rotarū & Cherubim prunas accipiente in signum exustionis vrbis Ierusalem. 8 Repetitio visionis rotarū. 14 Animalium. 18 Cherubim.

CAP. XI.

Qui populum Ierusalem seducebant. 4 Contra hos vaticinatur, prædicens eorum dispersionem. 13 Mors Pheltiæ, ob quam reliqui populi timet exitium. 15 Futurum captiuorum reductionem audit à Domino. 19 Cordis innouatio à Deo, vt in præceptis eius ambulemus. 21 Propriis consiliis inuentibus minatur. 22 Recedit gloria Dei de Ierusalem, & propheta in spiritu reuertitur in Chaldæam.

ET eleuauit me Spiritus, & introduxit me ad portam domus Domini Orientalem quæ respicit ad solis ortum: & ecce, in introitu portæ viginti quinque viri: & vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Phelti am filium Banaiæ, principes populi. ¶2 Dixitque ad me, Fili hominis, hi sunt viri qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista, ¶3 Dicentes, Nonne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes. ¶4 Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. ¶5 Et irruit in me Spiritus Domini, & dixit ad me, Loquere: Hæc dicit Dominus, Hæc locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego noui. ¶6 Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis. ¶7 Propterea hæc dicit Dominus*, Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est lebes: & educã vos de medio eius. ¶8 Gladium metuistis, & gladium inducam super vos, ait Dominus Deus. ¶9 Et eiiciam vos de medio eius, dabôque vos in manum hostiũ, & faciam in vobis iudicia. ¶10 Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego Dominus. ¶11 Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes: in finibus Israel iudicabo vos. ¶12 Et scietis quia ego Dominus: quia in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia Gẽtium, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati. ¶13 Et factũ est, quum prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mortuus est: & cecidi in faciem meam clamans voce magna, & dixi, Heu, heu, heu Domine Deus: consummationem tu facis reliquiarum Israel? ¶14 Et factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶15 Fili hominis, fratres tui, fratres tui, viri propinqui tui, & omnis domus Israel, & vniuersi quibus dixerunt habitatores Ierusalem, Longe recedite à Domino: nobis data est terra in possessionẽ. ¶16 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia longe feci eos in Gentibus, & quia dispersi eos in terris: eo ris in sanctificationẽ modicam in terris ad quas venerũt. ¶17 Propterea loquere, Hæc dicit Dominus Deus, Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis: dabôque vobis humum Israel. ¶18 Et ingredientur illuc, & auferent omnes offensiones, cunctasque abominationes eius de illa. ¶19 Et dabo eis cor vnum, & Spiritũ nouum tribuam in visceribus eorũ, & auferam cor lapideum de carne eorũ: & dabo eis cor carneũ: ¶20 vt in præceptis meis ambulẽt, & iudicia mea custodiãt, faciãtq; ea: &

ET vidi, & ecce in firmamento quod erat super caput Cherubim, quasi lapis sapphirus, & quasi species similitudinis soliì, apparuit super eum. ¶2 Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait, Ingredere in medio rotarum quæ sunt subtus Cherubim: & imple manum tuam prunis ignis quæ sunt inter Cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressúsque est in conspectu meo. ¶3 (Cherubim autem stabãt à dextris domus quũ ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius. ¶4 Et eleuata est gloria Domini desuper Cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore gloriæ Domini. ¶5 Et sonitus alarum Cherubim audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis.)

¶6 Quũmque præcepisset viro qui indutus erat lineis, dicens, Sume ignem de medio rotarum quæ sunt inter Cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam. ¶7 Et extendit Cherub manum de medio Cherubim, ad ignem qui erat inter Cherubim: & sumpsit, & dedit in manus eius qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est. ¶8 Et apparuit in Cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum. ¶9 Et vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim: rota vna iuxta Cherub vnũ, & rota alia iuxta Cherub vnum: species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi. ¶10 Et aspectus earum similitudo vna quatuor: quasi si fit rota in medio rotæ.

¶11 Quũmque ambularent, in quatuor partes gradiebantur: & non reuertebantur ambulantes: sed ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebantur & cæteræ, nec conuertebantur. ¶12 Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum. ¶13 Et rotas istas vocauit volubiles, audiente me. ¶14 Quatuor autem facies habebat vnum: facies vna, facies Cherub: & facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ. ¶15 Et eleuata sunt Cherubim: ipsum est animal quod vidèrã iuxta fluuiũ Chobar. ¶16 Quũm que ambularent Cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea: & quum eleuarent Cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, non reuertebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant. ¶17 Stãtibus illis, stabant: & cum eleuatis eleuabantur. Spirit' enim vitæ erat in eis. ¶18 Et egressa est gloria Domini à limine templi: & stetit super Cherubim. ¶19 Et eleuantia Cherubim alas suas, exaltata sunt à terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoque subsecutæ sunt: & stetit in introitu portæ domus Domini Orientalis, & gloria Dei Israel erat super eos. ¶20 Ipsum est animal quod vidi subter Deum Israel iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia Cherubim essent. ¶21 Quatuor, per quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni: & similitudo manus hominis sub alis eorum. ¶22 Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

int mihi in populum,& ego sim eis in Deū. ¶11 Quorum autem cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus. ¶12 Et eleuauerunt Cherubim alas suas,& rotæ cum eis:& gloria Dei Israel erat super ea. ¶13 Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis,stetitque super montē qui est ad Orientem vrbis. ¶14 Et spiritus leuauit me:adduxitque me in Chaldæam ad transmigrationem, in visionem, in spiritu Dei: & sublata est à me visio quam videram. ¶15 Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba Domini quæ ostenderat mihi.

Cap. XII.

Parabola vasorū transmigrationis. 2 Expositio parabolæ qua Sedeciæ regis captiuitas significatur. 17 Alia parabola qua angustia famis & sitis significatur. 21 Prædictorum malorum acceleratio prædicitur.

ET factus est sermo Domini ad me,dicēs, ¶2 Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas:qui oculos habent ad videdum,& non vident:& aures ad audiēdum, & non audiūt:quia domus exasperās est. ¶3 Tu ergo fili hominis fac tibi vasa trāsmigrationis,& transmigrabis per diem corā eis:transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si forte aspiciant: quia domus exasperās est. ¶4 Et efferes foras vasa tua quasi vasa transmigrātis per diem in conspectu eorum: tu autem egredieris vespere corā eis,sicut egreditur migrās. ¶5 Ante oculos eorum perfode tibi parietē:& egredieris per eum. ¶6 In conspectu eorum in humeris portaberis,in caligine efferēris: faciem tuam velabis,& nō videbis terram:quia portentum dedi te domui Israel. ¶7 Feci ergo sicut præceperat mihi Dominus: vasa mea protuli quasi vasa transmigrantis per diem: & vespere perfodi mihi parietem manu: & in caligine egressus sum,& in humeris portatus in conspectu eorum. ¶8 Et factus est sermo Domini mane ad me,dicens, ¶9 Fili hominis nunquid non dixerunt ad te domus Israel domus exasperās,Quid tu facis? ¶10 Dic ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, super ducem onus istud, qui est in Ierusalem: & super omnem domum Israel, quæ est in medio eorum. ¶11 Dic,Ego portentum vestrum: quomodo feci,sic fiet illis:in transmigrationem, & in captiuitatem ibunt. ¶12 Et dux qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient, vt educant eum:facies eius operietur, vt non videat oculo terram. ¶13 Et extendam rete meum super eum,& capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonē in terrā Chaldæorum: & ipsam non videbit, ibique morietur. ¶14 Et omnes qui circa eum sunt, præsidium eius,& agmina eius dispergam in omnem ventum: & gladium euaginabo post eos. ¶15 Et scient quia ego Dominus,quando dispersero illos in Gentibus, & disseminauero eos in terris. ¶16 Et relinquam ex eis viros paucos à gladio,& fame, & pestilentia: vt enarrent omnia scelera eorum in Gentibus ad quas ingredientur: & scient quia ego Dominus. ¶17 Et factus est sermo Domini ad me, dicens, ¶18 Fili hominis,panem tuum in cōturbatione comedes:sed & aquam tuam in festinatione & mœrore bibe. ¶19 Et dices ad populum terræ, Hæc dicit Dominus Deus ad eos qui habitant in Ierusalē in terra Israel, Panem suum in solitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent: vt desoletur terra à multitudine sua,propter iniquitates omnium qui habitant in ea. ¶20 Et ciuitates quæ nunc habitantur,desolatæ erūt, terrāq; deserta: & scietis quia ego Dominus. ¶21 Et factus est sermo Domini ad me,dicēs, ¶22 Fili hominis,quod est prouerbium istud vobis in terra Israel? dicentium, Prolongum differentur dies,& peribit omnis visio. ¶23 Ideo dic ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Quiescere faciam prouerbium istud, neque vulgō dicetur vltrā in Israel: & loquere ad eos quōd appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis. ¶24 Non enim erit vltrā omnis visio cassa, neque diuinatio ambigua in medio filiorum Israel. ¶25 Quia ego Dominus loquar: & quodcunque loquutus fuero verbum,& fiet,non prolongabitur amplius: sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum,& faciam illud, dicit Dominus Deus. ¶26 Et factus est sermo Domini ad me,dicens, ¶27 Fili hominis, ecce domus Israel dicentium, Visio quam hic videt,in dies multos: & in tempora longa iste prophetat. ¶28 Propterea dic ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Non prolongabitur vltrā omnis sermo meus: verbum quod locutus fuero, complebitur,dicit Dominus Deus.

Cap. XIII.

Vrbis Ierusalē obsidio significatur. 4 Diuturnitas captiuitatis Israel & Iuda. 9 Prædicitur fames futura in captiuitate.

ET factus est sermo Domini ad me,dicēs, ¶2 Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant: & dices prophetantibus de corde suo, Audite verbum Domini, ¶3 Hæc dicit Dominus Deus,Væ prophetis insipientibus: qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident. ¶4 Quasi vulpes in deserto, prophetæ tui Israel erant. ¶5 Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel: vt staretis in prælio in die Domini. ¶6 Vident vana, & diuinant mendacium, dicentes, Ait Dominus: quū Dominus non miserit eos: & perseuerauerunt confirmare sermonem. ¶7 Nunquid non visionem cassam vidistis,& diuinationē mendacem locuti estis? & dixistis, Ait Dominus:quum ego nō sim locutus. ¶8 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia locuti estis vana, & vidistis mendacium: ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus: ¶9 Et erit manus mea super prophetas qui vident vana,& diuinant mendacium:in cōcilio populi mei nō erunt,& in scriptura domus Israel non scribentur,nec in terram Israel ingredientur: & scietis quia ego Dominus Deus: ¶10 Ec quōd deceperint populum meum, dicentes, Pax, pax.' & nō est pax:& ipse ædificabat parietem.illi autē liniebāt eum luto absq; paleis. ¶11 Dic ad eos qui liniūt absq; temperatura, quōd casurus sit: erit enim imber inundans,

& dabo lapides prægrandes desuper irruentes, & ventum procellæ dissipantem. ¶ 12 Siquidem ecce cecidit paries: nunquid non dicetur vobis, Vbi est litura quã linistis? ¶ 13 Propterea hæc dicit Dominus Deus: Et erũpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundãs in furore meo erit: & lapides grãdes in ira in cõsũptionẽ. ¶ 14 Et destruam parietẽ quem linistis absque temperamento: & adæquabo eum terræ, & revelabitur fundamentum eius: & cadet, & consumetur in medio eius: & scietis quia ego sum
C Dominus. ¶ 15 Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eũ absque temperamento: dicámque vobis, Non est paries, & non sunt qui liniunt eum. ¶ 16 Prophetæ Israel qui prophetant ad Ierusalem, & vident ei visionem pacis: & nõ est pax, ait Dominus Deus. ¶ 17 Et tu fili hominis pone faciem tuã contra filias populi tui, quæ prophetãt de corde suo: & vaticinare super eas. ¶ 18 Et dic, Hæc dicit Dominus Deus, Væ quæ consuunt puluinos sub omni cubito manus: & faciunt cernicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas: & quum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum. ¶ 19 Et violabant me ad populum meũ, propter pugillum hordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarẽt animas quæ non viuunt, men-
D tientes populo meo credẽti mẽdaciis. ¶ 20 Propter hoc hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad pulvillos vestros quibus vos capitis animas volãtes: & dirumpam eos de brachiis vestris: & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum. ¶ 21 Et dirumpam cervicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt vltrà in manibus vestris ad prædãdum: & scietis quia ego Dominus. ¶ 22 Pro eo quòd mœrere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui: & confortastis manus impii, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret: ¶ 23 Propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra: & scietis quia ego Dominus.

CAP. XIIII.

Propter peccata Dominus populo verbũ suum denegat. 4 Contemptores verbi sui decipit interdum Dominus per pseudoprophetas. 12 Iusti non liberabũt impios à malis immissis, sed ipsi iusti tantùm in sua iustitia saluabuntur. 21 Consolatio eorum qui in Babylonem transmigrauerant.

A ET venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt corã me. ¶ 2 Et factus est sermo Domini ad me, dicens, ¶ 3 Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam: nunquid interrogatus respondebo eis? ¶ 4 Propter hoc loquere eis, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scãdalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus respondebo
B ei in multitudine immunditiarũ suarũ: ¶ 5 Vt capiatur domus Israel in corde suo quo receſſerunt à me in cunctis idolis suis. ¶ 6 Propterea dic ad domum Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Cõuertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. ¶ 7 Quia homo homo de domo Israel, & de proselytis quicũque aduena fuerit in Israel, si alienatus fuerit à me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ statuerit cõtra faciem suã, & venerit ad prophetam vt interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me. ¶ 8 Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis quia ego Dominus. ¶ 9 Et prophetes quum errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel. ¶ 10 Et portabunt iniquitatẽ suam: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit: ¶ 11 Vt non erret vltrà domus Israel à me, neque polluatur in vniuersis præuaricationibus suis: sed sint mihi in populũ, & ego sim eis in Deum, ait Dominus exercituum. ¶ 12 Et factus est sermo Domini ad me, dicens, ¶ 13 Fili hominis, terra quũ peccauerit mihi, vt præuaricetur præuaricans, extendam manum meam super eam, & conteram virgam panis eius: & immittã in eam famẽ, & interficiam de ea hominem & iumentum. ¶ 14 Et si fuerint tres viri isti in medio eius, Noe, Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabũt animas suas, ait Dominꝰ exercituũ. ¶ 15 Quòd si & bestias pessimas induxero super terram, vt vastem eam: & fuerit inuia, eo quòd non sit pertrãsiens propter bestias: ¶ 16 Tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabũt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. ¶ 17 Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio, Trãsi per terrã: & interfecero de ea hominem & iumentum: ¶ 18 Et tres viri isti fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios neque filias: sed ipsi soli liberabuntur. ¶ 19 Si autem & pestilentiam immisero super terram illã, & effudero indignationẽ meam super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum: ¶ 20 Et Noe, & Daniel, & Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. ¶ 21 Quoniam hæc dicit Dominus*, Quòd & si quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Ierusalem, vt interficiam de ea hominẽ & pecus: ¶ 22 Tamen relinquetur in ea saluatio educentium filios & filias: ecce ipsi egrediẽtur ad vos, & videbitis viam eorum & adinuentiones eorum: & consolabimini super malo quod induxi in Ierusalem, in omnibus quæ importaui super eã. ¶ 23 Et consolabuntur vos, quum videritis viam eorum, & adinuentiones eorum: & cognoscetis quòd non frustra fecerim omnia quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

*Deu

CAP. XV.

Vt lignum vitis inutile igni traditur, sic Ierusalem exurendam dicit.

A ET factus est sermo Domini ad me, dicés, ¶2 Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum quæ sunt inter ligna syluarum? ¶3 Nunquid tolletur de ea lignū, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? ¶4 Ecce, igni datum est in escam, vtranque partem eius consumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam: nunquid vtile erit

B ad opus? ¶5 Etiam quum esset integrum, non erat aptum ad opus: quanto magis quum illud ignis deuorauerit & combusserit, nihil ex eo fiet operis? ¶6 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quomodo lignum vitis inter ligna syluarum quod dedi igni ad deuorandum, sic tradam habitatores Ierusalem. ¶7 Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos: & scietis quia ego Dominus, Quum posuero faciem meam in eos, ¶8 Et dedero terram inuiam & desolatam, eo quòd præuaricatores exciterint, dicit Dominus Deus.

CAP. XVI.

Abominationes Ierusalem enarraturus, primùm beneficia Dei erga eam commemorat. 15 Arguitur ingratitudinis ob fornicationem suam cum idolis. 26 Minatur ei pœnam. 46 Scelera aliarum gentium iustificat comparatione peccatorū Ierusalem. 49 Causa abominationum in quas incidernnt Sodomitæ. 60 Misericordia pœnitenti promittitur.

A ET factus est sermo Domini ad me, dicés, ¶1 Fili hominis, notas fac Ierusalē abominationes suas, ¶2 Et dices, Hæc dicit Dominus Deus Ierusalem, Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: patet tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa. ¶4 Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. ¶5 Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnū de his, misertus tui: sed projecta es super faciē terræ in abiectione animæ tuæ in die quanata es. ¶6 Transiens autem per te, vidi te ari *conculcatam' in sanguine tuo: & dixi tibi quum esses in sanguine tuo, viue: dixi inquā tibi in sanguine tuo, viue. ¶7 Multiplicatam quasi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem: hubera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confusione plena. ¶8 Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium: & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et iuraui tibi, & B ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus: & facta es mihi. ¶9 Et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuum ex te: & vnxi te oleo. ¶10 Et vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho: & cinxi te byssо, & indui te subtilibus. ¶11 Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. ¶12 Et dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decōris in capite tuo. ¶13 Et ornata es auro & argēto, & vestita es byssо, & polymito, & multis coloribus: similam & mel & oleum comedisti, & decōra facta es vehementer nimis: & profecisti in regnum. ¶14 Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuam: quia perfecta erat in decōre meo quem posuerā super te, dicit Dominus Deus. ¶15 Et habēs fiduciā in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo: & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres. ¶16 Et sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa hinc inde consuta: & fornicata es super eis, sicut non est factum, neque futurū est. ¶17 Et tulisti vasa decōris tui, de auro meo atque argento meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. ¶18 Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas: & oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis. ¶19 Et panē meum quem dedi tibi, similā & oleū & mel quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis, & factum est, ait Dominus Deus. ¶20 Et tulisti filios tuos & filias tuas quas genuerasti mihi: & immolasti eis ad deuorandum. Nunquid parua est fornicatio tua? ¶21 Immolasti filios meos, & dedisti illos consecrās eis. ¶22 Et post omnes abominationes tuas & fornicationes *non es recordata *tuas dierum adolescētiæ tuæ, quando eras nuda & confusione plena, cōculcata in sanguine tuo. ¶23 Et accidit post omnē malitiam tuam (væ væ tibi, ait Dominus Deus) ¶24 Et ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulū in cunctis platēis. ¶25 Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decōrem tuum: & diuisisti pedes tuos omni trāseunti, & multiplicasti omnes fornicationes tuas. ¶26 Et fornicata es cū filiis AEgypti vicinis tuis magnarū carniū: & multiplicasti fornicationem tuam ad irritādum me. ¶27 Ecce ego extēdam manū meam super te, & auferam *iustificationem tuam: & *ius tuum dabo te in animas odientium te filiarum Palæsthinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata. ¶28 Et fornicata es in filiis Assyriorū, eo quòd necdum fueris expleta: & postquam fornicata es, nec sic es satiata. ¶29 Et multiplicasti fornicationem tuam in Terra Chanaan cū Chaldæis: & nec sic satiata es. ¶30 In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus: quum facias omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis? ¶31 Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platēa: nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium, ¶32 Sed quasi mulier adultera quæ super virū suum inducit alienos. ¶33 Omnib' meretricibus dātur mercedes: tu autē dedisti mercedes cūctis amatoribus tuis, & dona donabas eis vt intrarēt ad te vndique ad fornicandū tecū. ¶34 Factūmq; est in te cōtra cōsuetudinē mulierū in fornicationibus tuis, & post te nō erit fornicatio in eo enim quòd dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factū est in te contrarium. ¶35 Propterea meretrix audi verbū Domini. ¶36 Hæc dicit Dominus Deus, Quia effusum est æs tuū, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idōla abominationum tuarum

in sanguine filiorum tuorum quos dedisti eis: ¶ 37 Ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus commista es, & omnes quos dilexisti cum vniuersis quos oderas: & congregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. ¶ 38 ‖ Et iudicabo te iudiciis adulteranum & effundentium sanguinem: & dabo te in sanguinem furoris & zeli. ¶ 39 Et dabo te in manus eorum, & destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum: & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui: & derelinquent te nudam plenamque ignominia. ¶ 40 Et adducent super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabūt te gladiis suis. ¶ 41 Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis multerum plurimarum: & desines fornicari, & mercedes vltrà non dabis. ¶ 42 Et requiescet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quiescam, nec irascar amplius. ¶ 43 Eo quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, & non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis. ¶ 44 Ecce, omnis qui dicit vulgò prouerbium, in te assumet illud, dicens, Sicut mater, ita & filia eius. ¶ 45 Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum, & filios suos: & soror fororum tuarū*, quæ proiecerūt viros suos & filios suos: mater vestra Chetæa, & pater vester Amorrhæus. ¶ 46 Et soror tua maior, Samaria, ipsa & filiæ eius quæ habitant ad sinistram tuam: soror autē tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius. ¶ 47 Sed nec in vijs earū ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus: penè sceleratiora fecisti illis in omnibus vijs tuis. ¶ 48 Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma sodor tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ. ¶ 49 Ecce‖ hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis & abundantia, & otiū ipsius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. ¶ 50 Et eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes coram me: & abstuli eas vt vidisti. ¶ 51 Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es. ¶ 52 Ergo & tu porta confusionē tuā, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agēs ab eis: iustificatæ sunt enim à te: ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ iustificasti sorores tuas. ¶ 53 Et conuertam restituens eas cōuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius: & conuertam reuersionem tuam in medio earum, ¶ 54 Vt portes ignominiam tuā, & confundaris in omnibus quæ fecisti, cōsolās eas. ¶ 55 Et soror tua Sodoma, & filiæ eius reuertētur ad antiquitatem suam: & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam: & tu, & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatē vestram. ¶ 56 Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbiæ tuæ, ¶ 57 Antequam reuelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobriū filiarū Syriæ, & cūctarum in circuitu tuo filiarū Palæsthinarum, quæ ambiunt te per gyrū. ¶ 58 Scelus tuū, & ignominiam tuā tu portasti, ait Dominus Deus. ¶ 59 Quia hæc dicit Dominus Deus, Et faciēs tibi sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum: ¶ 60 Et recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ & suscitabo tibi pactum sempiternum. ¶ 61 Et recordaberis viarum tuarū, & cōfunderis: quū receperis sorores tuas te maiores eū minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo. ¶ 62 Et suscitabo ego pactū meum tecū: & scies quia ego Dominus, ¶ 63 Vt recorderis & cōfundaris, & nō sit tibi vltrà apertio os præ cōfusione tua, quū placat' tibi fuero in omnibus quæ fecisti, ait Domin° Deus.

## CAP. XVII.

Parabola duarum aquilarum significat Sedeciam, contra iusiurandum relicta amicitia Nabuchodonosor, se ad regem AEgypti transtulisse, & ideo perisse. 11 Expositio parabolæ. 22 Prophetia de Christo.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶ 2 Fili hominis propone ænigma, & narra parabolā ad domum Israel, ¶ 3 Et dices, Hæc dicit Dominus Deus, Aquila grādis magnarum alarum, longo mēbrorum ductu, plena plumis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. ¶ 4 Summitatem frondium eius * euellit: & transportauit eam in Terram-Chanáan, * in vrbe negotiatorum posuit illam. ¶ 5 Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine: vt firmaret radicem super aquas multas, in superficie posuit illud. ¶ 6 Quūmque germinasset, creuit in vineam latiorem, humili statura, respicientibus ramis eius ad eam: & radices eius sub illa erant. facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. ¶ 7 Et facta est aquila altera grandis, magnis alis, multisque plumis: & ecce vinea ista quasi mittens radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eam de areolis germinis sui. ¶ 8 °Quæ in terra bona super aquas multas plantata est: vt faciat frōdes, & portet fructum, vt sit in vineam grandem. ¶ 9 Dic, Hæc dicit Dominus Deus, Nūquid prosperabitur? nōne radices eius euellet, & °fructus eius dissipabit, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet: & non in brachio grandi, neque in populo multo, vt euelleret eā radicitus? ¶ 10 Ecce, plantata est: ergòne prosperabitur? nōne quū tetigerit eā vētus vrēs siccabitur, & in areis germinis sui arescet? ¶ 11 Et factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶ 12 Dic ad domū exasperantē, Nescitis quid ista significent? Dic, Ecce, °venit° rex Babylonis in Ierusalem: & assumet regē, & principes eius, & adducet eos ad semetipsū in Babylonē. ¶ 13 Et tollet de semine regni, feriētque cū eo fœdus, & ab eo accipiet iusiurandum. sed & fortes terræ tollet: ¶ 14 Vt sit regnum humile, & nō eleuetur, sed custodiat pactū eius, & seruet illud. ¶ 15 Qui recedēs ab eo, misit nuntios ad AEgyptum, vt daret sibi equos & populum multū. Nūquid prosperabitur,

A
*aut is
*in vr
B
C
*fructū
D
*venit

vel cõsequetur salutem, qui fecit hæc & qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? ¶16 Viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniã in loco regis qui constituit eum regem, cuius fecit irritum iuramẽtum, & soluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. ¶17 Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione vallorum, vt interficiat animas multas. ¶18 Sprenerat enim iuramentum, vt solueret fœdus, & ecce dedi manum suam. & quum omnia hæc fecerit, non effugiet. ¶19 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Viuo ego, quoniam iuramentum quod sprenit, & fœdus quod prævaricatus est, ponam in caput eius. ¶20 ‖Et expandam super eum rete meum, & comprehendetur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi in prævaricatione qua despexit me. ¶21 Et omnes profugi eius cũ vniuerso agmine suo, gladio cadent: reliqui autem in omnem vẽtum dispergentur: & scietis quia ego Dominus locutus sum. ¶22 Hæc dicit Dominus Deus, & sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tenerum' dispergam,' & plantabo super montem excelsum & eminentem. ¶23 In monte sublimi Israel plantabo illud, & crumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnã: & habitabũt sub ea omnes volucres & vniuersum volatile, sub vmbra frondium eius nidificabit. ¶24 Et scient omnia ligna regionis quia ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile: & siccaui lignũ viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci.

## CAP. XVIII.

Ab vnoquoque pœnam peccati sui esse portandã denuntiat. 5 Iustus. 21 Reũpiscenti salus promittitur. ¶24 Iusto se à via recta auertenti mors prædicitur. 29 Viæ Dei. Viæ hominis. 30 Ad pœnitentiã hortatur. 32 Benignitas Dei in peccatores.

ET factus est sermo Domini ad me, dicẽs, ¶2 Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel? dicentes, Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum' obstupescunt.' ¶3 ‖ Viuo ego, dicit Dominus Deus, si erit vltrà vobis parabola hæc in prouerbiũ in Israel. ¶4 Ecce omnes animæ, meæ sunt: vt anima patris ita & anima filii, mea est: anima quæ peccauerit, ipsa morietur. ¶5 Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, ¶6 In montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idola domus Israel: & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam nõ accesserit, ¶7 Et hominem non cõtristauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, ‖panẽ suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento. ¶8 Ad vsuram non commodauerit, & amplius non acceperit: ab iniquitate auerterit manum suam, & iudicium verum fecerit inter virum & virum: ¶9 Et in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatem: hic iustus est, vita viuet, ait Dominus Deus. ¶10 Quòd si genuerit filium latronem, effundentem sanguinem, & fecerit vnum de istis: ¶11 Et hæc quidem omnia non fecienté, sed in montibus comedentem, & vxore proximi sui polluentem: ¶12 Egenum & pauperem contristantem, rapiẽtem rapinas, pignus non reddentem, & ad idôla leuantem oculos suos, abominationem facientem: ¶13 Ad vsuram dantem, & amplius accipiente: nunquid viuet? non viuet: quum vniuersa hæc detestãda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit. ¶14 Quòd si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit, timuerit, & nõ fecerit simile eis: ¶15 Super mõtes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idôla domus Israel, & vxorem proximi sui non violauerit, ¶16 Et virũ nõ contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento: ¶17 A pauperis iniuria auerterit manũ suam, vsuram & superabundantiam non acceperit, & iudicia mea fecerit, & in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet. ¶18 Pater eius quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui: ecce mortuus est in iniquitate sua. ¶19 Et dicitis, Quare nõ portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, viuet vita. ¶20 ‖ Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii: iustitia iusti super eum erit, & impietas impii erit super eũ. ¶21 Si autem impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis suis quæ operat' est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam: vita viuet, & non morietur. ¶22 Omniũ iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua quam operatus est, viuet. ¶23 ‖ Nunquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à viis suis, & viuat? ¶24 Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operari solet impius, nunquid viuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur: in prævaricatione qua prævaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur. ¶25 Et dixistis, ‖ Non est æqua via Domini. Audite ergo domus Israel, Nunquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? ¶26 Quum enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia quam operatus est morietur. ¶27 Et qui auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse animã suã viuificabit. ¶28 Cõsiderans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, vita viuet, & nõ morietur. ¶29 Et dicũt filii Israel, Non est æqua via Domini. Nunquid viæ meæ non sunt æquæ, domus Israel, & non magis viæ vestræ prauæ? ¶30 Idcirco vnũquẽque iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait Dominus. ‖ Conuertimini, & agite pœnitentiam

ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. ¶ 31 Proficite à vobis omnes iniquitates vestras in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouũ, & spiritum nouum: & quare moriemini domus Israel? ¶ 32 Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: reuertimini, & viuite.

CAP. XIX.

Captiuitas Ioachaz & Ioacim per leunculos & leonem significatur. 10 Præteritam vrbis Ierusalem fœlicitatem describit, & præsentem calamitatem.

ET tu ^ fili hominis' assume planctum super principes Israel, ¶ 2 Et dices, Quare mater tua lœna inter leones cubauit, in medio leunculorũ enutriuit catulos suos? ¶ 3 Et eduxit vnum de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prædam, hominẽmque comedere. ¶ 4 Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerũt eum in catenis in Terram-Aegypti. ¶ 5 Quæ quum vidisset quonia infirmata est, & perijt expectatio eius: tulit vnum de leunculis suis, leonem constituit eum. ¶ 6 Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædã capere, & homines deuorare: ¶ 7 Et dicit viduas facere, & ciuitates' earũ' in desertum adducere: & desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius. ¶ 8 Et cõuenerũt aduersus eũ Gentes vndique de prouinciis, & expãderunt super eũ rete suũ, in vulneribus earũ captus est. ¶ 9 Et miserunt eũ in caueam, in catenis adduxerũt eũ ad regẽ Babylonis: miserũntq; eũ in carcere, ne audiretur vox eius vltrà super montes Israel. ¶ 10 Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquã plãtata est: fructus eius, & frõdes ei' creuerũt ex aquis multis. ¶ 11 Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frõdes: & vidit altitudinem suam in multitudine palmitũ suorum. ¶ 12 Et euulsa est in ira, in terrãmque proiecta: ]& ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerũt, & arefactæ sunt virgæ roboris eius: ignis comẽdit eam. ¶ 13 Et nunc transplantata est in desertum, in terra inuia & sitienti. ¶ 14 Et egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comẽdit: & non fuit in ea virga fortis, "sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

CAP. XX.

Dominus negat se responsurum rogantibus, ob peccatum ingratitudinis quod hic obiicit. 12 Sabbathum. 25 Præcepta nõ bona. 29 Excelsum. 39 Redditũ à captiuitate promittit Dominus populo. 45 Per saltum exurendum, incendium vrbis significatur.

ET factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis: venerunt viri de seroribus Israel vt interrogarent Dominum, & sederunt coram me. ¶ 2 Et factus est sermo Domini ad me, dicens, ¶ 3 Fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Nunquid ad interrogandum me vos venistis? viuo ego quia non respondebo vobis, ait Dominus Deus. ¶ 4 Si iudicas eos, si iudicas fili hominis? abominationes patrum eorum ostende eis. ¶ 5 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, In die qua elegi Israel, & leuaui manum meã pro stirpe domus Iacob: & apparui eis in Terra-AEgypti, & leuaui manum meam pro eis, dicens, Ego Dominus Deus vester: ¶ 6 In die illa leuaui manum meã pro eis, vt educerem eos de Terra-AEgypti, in terrã quam prouideri eis, fluentẽ lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras. ¶ 7 Et dixi ad eos, vnusquisque offensiones oculorum suorum abiiciat, & in idõlis AEgypti nolite pollui: ego Dominus Deus vester. ¶ 8 Et irritauerunt me, nolueruntque me audire: vnusquisque abominationes oculorũ suorum non profecit, nec idõla AEgypti reliquerunt: & dixi vt effunderem indignationem meam super eos, & implerem iram meam in eis, in medio Terræ-AEgypti. ¶ 9 Et feci propter nomen meum, vt non violaretur coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerẽ eos de Terra-AEgypti. ¶ 10 Et feci ergo eos de Terra-AEgypti, & eduxi eos in desertum. ¶ 11 ]Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo, viuet in eis. ¶ 12 Insuper & sabbatha mea dedi eis, vt essent signum inter me & eos: & scirent quia ego Dominus sanctificans eos. ¶ 13 Et irritauerũt me domus Israel in deserto, in præceptis meis non ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo viuet in eis: ]& sabbatha mea violauerunt vehementer. dixi ergo vt effunderem furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos. ¶ 14 Et feci propter nomen meum, ne violaretur coram Gentibus de quibus eieci eos in conspectu earum. ¶ 15 Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terrã quam dedi eis fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium: ¶ 16 Quia iudicia mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbatha mea violauerũt: post idõla enim cor eorũ gradiebatur. ¶ 17 Et pepercit oculus meus super eos, vt non interficerẽ eos: nec consumpsi eos in deserto. ¶ 18 Dixi autẽ ad filios eorum in solitudine, in præceptis patrum ne ſtrorum nolite incedere, nec iudicia eorũ custodiatis, nec in idõlis eorum polluamini. ¶ 19 Ego Dominus Deus vester, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea. ¶ 20 Et sabbatha mea sanctificate, vt sint signũ inter me & vos: & "sciatur' quia ego sum Dominus Deus vester. ¶ 21 Et exacerbauerunt me filii, "& in præceptis meis nõ ambulauerunt: & iudicia mea non custodierunt, vt facerent ea: quæ quum fecerit homo, viuet in eis: & sabbatha mea violauerũt. & comminatus sum vt effunderem furorem meum super eos, & implerẽ iram meam in eis in deserto. ¶ 22 Auerti autẽ manum meã, & feci propter nomen meũ vt non violaretur corã Gẽtibus, de quibus eieci eos in oculis earũ. ¶ 23 Iterũ leuaui manum meam in eos in solitudine, vt dispergerẽ illos in nationes, & ventilarẽ in terras: ¶ 24 Eo quòd iudicia mea nõ fecissẽt, & præcepta mea reprobassẽt, & sabbatha mea violassent, & post idõla patrum fuerum fuisſent oculi eorũ. ¶ 25 Ergo & ego dedi eis præcepta nõ bona, & iudicia in quibus nõ viuẽt:



2. Reg. 14. c. 14. 4. 33. c. 25. a

A

B

Le roi

Exo & deu

Exe

C

D

Isee 23. d. 15.

"in

E

"scl

¶ 26 Et pollui eos in muneribus suis, quũ offerrẽt omne quod aperit vulvã, propter dẽcta sua: & sciẽt quia ego Dominus. ¶ 27 Quã ob rem loquere ad domũ Israel fili hominis: & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc & in hoc blasphemauerũt me patres vestri, quum spreuissent me contẽnentes: ¶ 28 Et induxi illos eos in terram super quam leuaui manum meã vt darem eis: viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerũt ibi victimas suas: & dederunt ibi irritationẽ oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suauitatis suæ, & libauerunt libationes suas. ¶ 29 Et dixi ad eos, Quid est excelsum ad quod vos ingredimini? Et vocatum est nomẽ eius Excelsum, vsque ad hãc diem. ¶ 30 Propterea dic ad domũ Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Certe in via patrum vestrorũ vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini: ¶ 31 Et in oblatione donorũ vestrorũ, quum traducitis filios vestros per ignem, vos polluimini in omnibus idolis vestris vsque hodie: & ego respondebo vobis domus Israel? viuo ego, dicit Dominꝰ Deus, quia nõ respõdebo vobis. ¶ 32 Neque cogitatio mẽtis vestræ fiet, dicentium, Erimus sicut Gẽtes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. ¶ 33 Viuo ego dicit Dominus Deus, quoniã in manu forti, & in brachio extẽto, & in furore effuso regnabo super vos. ¶ 34 Et educam vos de populis: & cõgregabo vos de terris, in quibus dispersi estis, in manu valida & in brachio extẽto, & in furore effuso regnabo super vos. ¶ 35 Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. ¶ 36 Sicut iudicio cõtendi aduersũ patres vestros in deserto Terræ AEgypti, sic iudicabo vos, dicit Dominus. ¶ 37 Et subiiciam vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. ¶ 38 Et eligam de vobis transgressores & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Israel non ingredientur: & scietis quia ego Dominus. ¶ 39 Et vos domus Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Singuli post idõla vestra ambulate, & seruite eis. Quòd si & in hoc non audieritis me, & nomẽ meum sanctũ pollueritis vltrà in muneribꝰ vestris & in idõlis vestris: ¶ 40 In monte sancto meo, in monte excelso Israel, ait Dominus Deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel, omnes, inquã, in terra in qua placebunt mihi: & ibi quæram primitias vestras, & initium decimarũ vestrarum in omnibus sanctificationibus vestris. ¶ 41 In odorem suauitatis suscipiam vos, quum eduxero vos de populis, & cõgregauero vos de terris in quas dispersi estis: & sanctificabor in vobis in oculis nationum. ¶ 42 Et scietis quia ego Dominus, quum eduxero vos ad terram Israel, in terram pro qua leuaui manũ meã vt darem eam patribus vestris. ¶ 43 Et recordabimini ibi viarum vestrarũ, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti estis in eis: & displicebitis vobis in cõspectu vestro in omnibꝰ malitiis vestris quas fecistis. ¶ 44 Et scietis quia ego Dominus, quũ benefecero vobis propter nomen meũ, & nõ secundum vias vestras malas, neque secundũ scelera vestra pessima domus Israel, ait Dominus Deus. ¶ 45 Et factus est sermo Domini ad me, dicens, ¶ 46 Fili hominis, pone faciem tuã contra viam Austri, & stilla ad Aphricum, & propheta ad saltũ agri meridiani. ¶ 47 Et dices saltui meridiano, Audi verbũ Domini: hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego succendã in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: non extinguetur flamma succensionis: & comburetur in ea omnis facies ab Austro vsque ad Aquilonem. ¶ 48 Et videbit vniuersa caro quia ego Dominus succẽdi eã, nec extinguetur. ¶ 49 Et dixi, Ah, ah, ah, Domine Deus: ipsi dicunt de me, Nunquid non per parabolas loquitur iste?

## CAP. XXI.

Minatur gladium, hoc est cladẽ vrbi Ierosolymitanæ. 18 De diuinatione regis Babylonis. 25 Deiectionem Sedeciæ regis ostendit. 28 Destructionem filiorum Ammon iubetur prophetare. 30 Post aliorũ cædẽ tandem ipsũ Nabuchodonosor minatur Dominꝰ interitũ.

ET factus est sermo Domini ad me, dicẽs, ¶ 2 Fili hominis, pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria, & prophetа contra humum Israel. ¶ 3 Et dices terræ Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & eliciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum & impium. ¶ 4 Pro eo autem quòd occidi in te iustũ & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab Austro vsque ad Aquilonem: ¶ 5 Vt sciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina sua: nec reuocabitur amplius. ¶ 6 Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis. ¶ 7 Quúmque dixerint ad te, Quare tu gemis? dices, Pro auditu: quia venit, & tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus. ¶ 8 Et factus est sermo Domini ad me, dicens, ¶ 9 Fili hominis, propheta, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Loquere, gladius gladius exacutus est & limatus. ¶ 10 Vt cædat victimas exacutus est, vt splendeat limatus est: qui moues sceptrum filii mei, succidisti omne lignum. ¶ 11 Et dedi eum ad lævigandum, vt teneatur manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est, *in manu interficientis. ¶ 12 Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cũctis ducibus Israel qui fugerant: gladio traditi sunt cum populo meo, idcirco plaude super femur. ¶ 13 Quia probatus est, & hoc quum sceptrum subuerterit, & non erit, dicit Dominus Deus. ¶ 14 Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac tripliceтur gladius interfectorum: hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupefcere eos facit, ¶ 15 Et corde tabescere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladii acuti & limati ad fulgendũ, amicti ad cædem. ¶ 16 Exacuere, vade ad dexteram siue ad sinistram, quocũque faciei tuæ est appetitus. ¶ 17 Quin & ego plaudam manu ad manũ,

* Ha, ha, hã,

* vt sit

* manum

* manum

& implebo indignationem meam: ego Dominus locutus sum. ¶12 Et factus est sermo Domini ad me, dicens, ¶13 Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladi' regis Babylonis: de terra vna egredientur' ambo:' & manu capiet conjectura, in capite viæ ciuitatis coniiciet. ¶14 Viam pones, vt veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Iudam in Ierusalem munitissimam. ¶15 Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarũ viarum, diuinationem quærens, commiscens sagittas: interrogauit idola, exta cõsuluit. ¶16 Ad dextetam eius facta est diuinatio super Ierusalẽ, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, vt' eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, & comportet aggere, vt ædificet munitiones. ¶17 Et ecce quasi conjurationes frustrà oraculum in oculis eorum, & sabbathorum otium imitans: ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendũ. ¶18 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd recordati estis iniquitatis vestræ, & reuelastis præuaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris: pro eo, inquam, quòd recordati estis, manu capiemini. ¶19 Tu autem prophane impie dux Israel, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinitæ: ¶20 Hæc dicit Dominus Deus, Aufer cidarim, tolle coronã: nõne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit? ¶21 Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam: & hoc non factum est, donec veniret cuius est iudicium, & tradam ei. ¶22 Et tu fili hominis, propheta, & dic, Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammõ, & ad opprobrium eorum: & dices, Gladio mucro gladius tuus ad occidendum, lima vt vterificias, & fulgeas. ¶23 Quum tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia, vt dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita. ¶24 Reuertere ad vaginam tuam' in locum' in quo creatus es: in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, ¶25 Et effundam super te indignationem meam: in igne furoris mei suffiabo in te, dabõque te in manus hominum insipientium & fabricantium interitum. ¶26 Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis: quia ego Dominus locutus sum.

## CAP. XXII.

Taxantur Ierosolymitani crudelitatis & aliorum scelerum. 6 Exponit crimina singillatim. 23 De impia pseudoprophetarũ & sacerdotũ doctrina, & eorum inexplebili auaritia. 27 Principum tyrannis. 29 Populi flagitia.

ET factum est verbum Domini ad me, dicẽs, ¶2 Et tu fili hominis, nõnne iudicas, ciuitatem sanguinum, & ostendis' ei omnes abominationes suas? ¶3 Et dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius: & quæ fecit idola contra semetipsam, vt polluereatur. ¶4 In sanguine tuo qui à te effusus est, deliquisti: & in idolis tuis quæ fecisti, polluta es: & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tẽpus annorum tuorum: propterea dedi te opprobrium Gentibus, & irrisionẽ vniuersis terris. ¶5 Quæ iuxta sunt & quæ procul à te, triumphabunt de te: fordida, nobilis, grandis interitu. ¶6 Ecce principes Israel vnguli in brachio suo fuerunt in te, ad effundendum sanguinem. ¶7 Patrẽ & matrẽ contumeliis affecerunt in te, aduenã calumniati sunt in medio tui, pupillum & viduam contristauerunt apud te: ¶8 Sanctuaria mea spreuistis, & sabbatha mea polluistis. ¶9 Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui. ¶10 Verecundiora patris discooperuerunt in te, immũditiã menstruatæ humiliauerũt in te. ¶11 Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurum suam polluit nefarie, frater sororem suam filiã patris sui oppressit in te. ¶12 Munera acceperunt apud te ad effundendum sanguinem: vsuram & superabundantiam accepisti, & auarè proximos tuos calumniabatis: meique oblita es, ait Dominus Deus. ¶13 Ecce, complosi manus meas super auaritiam tuam quam fecisti, & super sanguinem qui effusus est in medio tui. ¶14 Nũquid sustinebit cor tuum, aut præualebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus sum, & faciam. ¶15 Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te. ¶16 Et possidebo te in conspectu Gentium: & scies quia ego Dominus. ¶17 Et factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶18 Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbũ in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. ¶19 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem ¶20 Congregatione argẽti, & æris, & ferri, & stanni, & plumbi in medio fornacis: vt succendam in eã ignem ad conflandum, sic congregabo in furore meo & in ira mea, & requiescam: & conflabo vos. ¶21 Et congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius. ¶22 Vt conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio ei': & scietis quia ego Domin', quũ effuderim indignationem meam super vos. ¶23 Et factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶24 Fili hominis, die ei, Tu es terra immũda, & nõ compluta in die furoris. ¶25 Coniuratio prophetarum in medio eius: sicut leo rugiens rapiẽsque prædam, animas deuorauerunt, opes & pretium accepernut, viduas eius multiplicauerunt in medio illius. ¶26 Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiã: & inter pollutum & mundum non intellexerunt: & à sabbathis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum. ¶27 Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædam: ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè sectanda lucra. ¶28 Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamẽto, videntes vana, & diuinantes' ei' mendacium, dicentes, Hæc dicit Dominus Deus: quum Dominus non sit locutus.

¶ 29 Populi terræ calumniabantur calúniam, & rapiebant violenter: egenum & pauperem affligebãt, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. ¶ 30 Et quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & nõ inueni. ¶ 31 Et effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

CAP. XXIII.

De fornicatione, id est idololatria Samariæ & Ierusalé, sub nomine Oolæ & Oolibæ. 10 Cõparatione Samariæ, fornicationẽ Ierusalé impudentioré ostendit. 22 Vastatio Ierusalem prædicitur. 36 Vtriusque meretricis adulterium reperitur, 46 Earum exitium.

ET factus est sermo Domini ad me, dicẽs, ¶ 2 Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerũt. ¶ 3 Et fornicatæ sunt in AEgypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt hubera earũ, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum. ¶ 4 Nomina autem earũ Oola maior, & Ooliba soror eius minor: & habui eas, & pepererũt filios & filias. Porrò earum nomina, Samaria Oola, & Ierusalem Ooliba. ¶ 5 Fornicata est igitur super me Oola, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquantes, ¶ 6 Vestitos hyacintho, principes & magistratus, iuuenes cupidinis vniuersos, equites, ascẽsores equorum. ¶ 7 Et dedit fornicationes suas super eos electos filios Assyriorum vniuersos: & in omnibus in quos insaniuit, in immũditiis eorum polluta est. ¶ 8 Insuper & fornicationes suas quas habuerat in AEgypto, non reliquit: nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia * sua, & illi confregerunt hubera pubertatis eius, & effuderunt fornicationem suam super eam. ¶ 9 Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidinem. ¶ 10 Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios & filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio: & factæ sunt famosæ mulieres, & iudicia perpetrauerunt in ea. ¶ 11 Quod quum vidisset soror eius Ooliba, plus quàm illa insaniuit libidine: & fornicationem suam super fornicationem sororis suæ ¶ 12 Ad filios Assyriorum præbuit impudenter, ducibus & magistratibus ad se venientibus indutis veste varia, equitibus qui vectabantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia. ¶ 13 Et vidi quòd polluta esset via vna ambarum. ¶ 14 Et auxit fornicationes suas: quúmque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorũ expressas coloribus, ¶ 15 Et accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorũ, formam ducum omniũ, similitudinem filiorum Babylonis terræque Chaldæorum in qua orti sunt: ¶ 16 Insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit nuntios ad eos in Chaldæam. ¶ 17 Quúmque veniffent ad eam filii Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis, & polluta est ab eis, & saturata est anima eius ab illis. ¶ 18 Denudauit quoque fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam: & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius. ¶ 19 Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in Terra AEgypti. ¶ 20 Et insaniuit libidine super concubitum eorum, quorum carnes sunt vt carnes asinorum: & sicut fluxus equorum fluxus eorum. ¶ 21 Et visitasti scelus adolescẽtiæ tuæ, quando subacta sunt in AEgypto hubera tua, & cõfractæ sunt mammæ pubertatis tuæ. ¶ 22 Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua: & congregabo eos aduersum te in circuitu, ¶ 23 Filios Babylonis, & vniuersos Chaldæos, nobiles, tyrannósque, & principes omnes filios Assyriorum, iuuenes forma egregia, duces & magistratus vniuersos, principes principum, & nominatos ascensores equorum. ¶ 24 Et venient super te instructi curru & rota, * multitudo populorum: lorica & clypeo & galea armabũtur cõtra te vndique: & dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudiciis suis. ¶ 25 Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore: nasum tuum & aures tuas præcident: & quæ remanserint, gladio cõcident: ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimum tuum deuorabitur igni. ¶ 26 Et denudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ. ¶ 27 Et requiescere faciam scelus tuum de te, & fornicationem tuam de Terra AEgypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & AEgypti nõ recordaberis amplius. ¶ 28 Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua. ¶ 29 Et agẽt tecũ in odio: & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam, & ignominia plenam, & reuelabitur ignominia fornicationum tuarum, scelus tuum & fornicationes tuæ. ¶ 30 Fecerunt hæc tibi quia fornicata es post Gentes, inter quas polluta es in idolis earum. ¶ 31 In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. ¶ 32 Hæc dicit Dominus Deus, Calicẽ sororis tuæ bibes profundũ & latum: eris in derisum & in subsannationem quæ est capacissima. ¶ 33 Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ. ¶ 34 Et bibes illũ, & epotabis vsque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & hubera tua lacerabis: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. ¶ 35 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuũ, tu quoque porta scelus tuum, & fornicationes tuas. ¶ 36 Et ait Dominus ad me, dicens, Fili hominis, nunquid iudicas Oolam & Oolibã, & annuntias eis scelera earum? ¶ 37 Quia adulteratæ sunt, & sanguis in manibus earũ, & cum idolis suis fornicatæ sunt: insuper & filios suos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad deuorãdum. ¶ 38 Sed & hoc fecerunt mihi, Polluerunt sanctuarium meum in die illa, & sabbatha mea prophanauerunt. ¶ 39 Quúmque immolarent filios suos idolis suis, & ingrederẽtur sanctuariũ meũ in die illa vt polluerẽt illud: etiã hæc fecerũt in medio domꝰ meæ. ¶ 40 Mi-

serũt ad viros venientes de lõge, ad quos nun-

tium miſerant, itaque eccę venerunt: quibus
te lauiſti, & circunliniſti ſtibio oculos tuos,
& ornata es mundo muliebri. ¶41 Sediſti in
lecto pulcherrimo, & menſa ornata eſt ante
te: thymiama meum, & vnguentum meum po-
ſuiſti ſuper eā. ¶42 Et vox multitudinis exul-
tantis erat in ea: & in viris qui de multitudi-
ne hominum adducebantur, & veniebant de
deſerto, poſuerunt armillas in manibus eo-
rum, & coronas ſpecioſas in capitibus eorū.
C ¶43 Et dixi ei quæ attrita eſt in adulteriis,
Nunc fornicabitur in fornicatione ſua etiam
hæc. ¶44 Et ingreſſi ſunt ad eam quaſi ad mu
lierem meretricem: ſic ingrediebātur ad Oo-
lam & ad Oolibam mulieres nefarias. ¶45 Vi-
ri ergo iuſti ſunt: hi iudicabunt eas iudicio
adulterarum, & iudicio effundentium ſanguī
nem: quia adulteræ ſunt, & ſanguis in manī-
bus earum, & cū idolis ſuis fornicatæ ſunt.
¶46 Hæc enim dicit Dominus Deus, Adduc
ad eas multitudinem, & trade eas in tumultū
& in rapinam: ¶47 Et lapidentur lapidibus
populorum, & confodiantur gladiis eorum:
filios & filias earum interfīciēt, & domos ea-
rum igne ſuccendent. ¶48 Et auferam ſcelus
de terra, & diſcent omnes mulieres ne faciāt
ſecundum ſcelus earum. ¶49 Et dabunt ſce-
lus veſtrum ſuper vos, & peccata idolorum
veſtrorum portabitis: & ſcietis quia ego Do-
minus Deus.

## CAP. XXIIII.

Per ollam liquefactam incendium Ieruſalem probat. 15 Parabola de vxore Ezechielis mortua. 20 Parabolam edifſerit propheta.

A ET factum eſt verbū Domini ad me in an-
no nono, in menſe decimo, decima ~die'
menſis, dicens, ¶2 Fili hominis, ſcribe tibi
nomen diei huius, in qua cōfirmatus eſt rex
Babylonis aduerſum Ieruſalem hodie. ¶3 Et
dices per prouerbium ad domum irritatricē
parabolam, & loquēris ad eos, Hæc dicit Do-
minus Deus, Pone ollam: pone inquam, &
mitte in eam aquam. ¶4 Congere fruſta eius
in eam, omnem partem bonam, ~&' femur &
armum, electa & oſſibus plena. ¶5 Pinguiſſi-
mum pecus aſſume, compone quoque ſtrues
B oſſium ſub ea: efferbuit coctio eius, & diſcocta
ſunt oſſa illius in medio eius. ¶6 Propterea
hæc dicit Dominus Deus, Væ ciuitati ſangui-
num, ollæ cuius rubigo in ea eſt, & rubigo
eius non exiuit de ea: per partes & per par-
tes ſuas eilce eam. nō cecidit ſuper eam ſors.
¶7 Sanguis enim eius in medio eius eſt, ſu-
per limpidiſſimam petram effudit illum: non
effudit illum ſuper terram, vt poſſit operiri
pulnere. ¶8 Vt ſuperinducerem indignatio-
nem meam, & vindicta vlciſcerer: dedi ſangui
nem eius ſuper petram limpidiſſimam, ne o-
C periretur. ¶9 Propterea hæc dicit Dominus
Nahum 3.a.a. Deus, Væ ciuitati ſanguinū, cuius ego gran-
habac. 2.c.ii. dem faciam pyram. ¶10 Congere oſſa quæ ī-
gne ſuccendam: conſumentur carnes, & co-
quetur vniuerſa compoſitio, & oſſa tabeſcēt.
¶11 Pone quoque eam ſuper prunas vacuam,
vt incaleſcat & liquefiat æs eius: & confletur
in medio eius inquinamentum eius, & conſu-
matur rubigo eius. ¶12 Multo labore ſudatū
eſt, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, ne-
que per ignem. ¶13 Immunditia tua execrabi- D
lis: quia mundare te volui, & non es munda-
ta à ſordibus tuis: ſed nunc mūdaberis prius,
donec quieſcere faciam indignationē meam
in te. ¶14 Ego Dominus locutus ſum, Veni, *Ven
& faciam: non tranſeam, nec parcam, nec pla
cabor: iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones
tuas iudicabo te, dicit Dominus. ¶15 Et factū
eſt verbum Domini ad me, dicens, ¶16 Fili
hominis, ecce ego tollo à te deſiderabile ocu-
lorum tuorum in plaga: & non planges, ne- E
que plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ.
¶17 Ingemiſce tacens, mortuorum luctum
non facies: corona tua circunligata ſit tibi,
& calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec
amictu ora velabis, nec cibos lugentium co-
medes. ¶18 Locutus ſum ergo ad populum
mane, & mortua eſt vxor mea veſpere: feciq;
mane ſicut præceperat mihi. ¶19 Et dixit ad
me populus, Quare non indicas nobis quid i-
ſta ſignificēt quæ tu facis? ¶20 Et dixi ad eos, F
Sermo Domini factus eſt ad me, dicēs, ¶21 Lo-
quere domui Iſrael: Hæc dicit Dominus De-
us, Ecce ego polluam ſanctuarium meum, ſu
perbiam imperii veſtri, & deſiderabile oculo
rum veſtrorum, & ſuper quo pauet anima ve
ſtra: & filii veſtri & filiæ veſtræ quas reliqui-
ſtis, gladio cadent. ¶22 Et facietis ſicut fecit,
Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium
non comedetis: ¶23 Coronas habebitis in ca-
pitibus veſtris, & calceamenta in pedibus: nō
plangetis neque flebitis, ſed tabeſcetis in ini-
quitatibus veſtris, & vnuſquiſque gemet ad G
fratrem ſuum. ¶24 Eritque Ezechiel vobis in
portentum: iuxta omnia quæ fecit, facietis
quum venerit iſtud: & ſcietis quia ego Domi-
nus Deus. ¶25 Et tu fili hominis, ecce in die
qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gau
dium dignitatis, & deſiderium oculorum eo-
rum ſuper quo requieſcunt animæ eorum, fi-
lios & filias eorum: ¶26 In die illa quum ve-
nerit fugiens ad te, vt annuntiet tibi: ¶27 In
die inquam illa aperietur os tuum cū eo qui
fugit, & loquēris, & non ſilebis vltrā: eritque
eis in portentum, & ſcietis quia ego Domi-
nus.

## CAP. XXV.

Sermo Domini cōtra filios Ammon qui ſuper ruina Ieruſalem ſunt lætati. 8 Contra Moab & Seir. 12 Contra Idumæam. 15 Contra Palæſthinos.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicēs, A
¶2 Fili hominis, pone faciem tuam
contra filios Ammon: & prophetabis de eis. ¶3 Et
dices filiis Ammon, Audite verbum Domini
Dei: Hæc dicit Dominus Deus, Eo quōd
dixiſti euge euge, ſuper ſanctuarium meum,
quia pollutum eſt: & ſuper terrā Iſrael, quo-
niam deſolata eſt: & ſuper domū Iuda, quo-
niam ductī ſunt in captiuitatem: ¶4 Idcirco
*ego tradam te filiis Orientalibus in hæredi- *ec
tatem, & collocabunt caulas ſuas in te, & po-
nent in te tentoria ſua: ipſi comedent fruges
tuas, & ipſi bibent lac tuum. ¶5 Daboque Rab
bath in habitaculum camelorū, & filios Am-
mon in cubile pecorum: & ſcietis quia ego B
Dominus. ¶6 Quia hæc dicit Dominus Deus,

Pro eo quòd plausisti manu,& percussisti pe
de, & gaudsa es ex toto affectu super terram
Israel: ¶7 Idcirco ecce ego extendam manum
meam super te, & tradam te in direptionem
Gentium,& interficiam te de populis,& per-
dam de terris, & conteram: & scietis quia e-
go Dominus Deus. ¶8 Hæc dicit Dominus
Deus, Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir, Ecce
sicut omnes Gentes, domus Iuda: ¶9 Id-
circo ecce ego aperiam humerum Moab de
ciuitatibus, de ciuitatibus inquam eius, & de
finibus eius inclytas terræ Beth-iesimoth, &
Beel-meon,& Cariathaim, ¶10 filiis Orien-
tis cum filiis Ammon, & dabo eam in hære-
ditatem : vt non sit vltrà memoria filiorum
Ammon in Gentibus. ¶11 Et in Moab faciam
iudicia: & scient quia ego Dominus. ¶12 Hæc
dicit Dominus Deus, Pro eo quòd fecit Idu-
mæa vltionem vt se vindicaret de filiis Iu-
da, peccauitque delinquens,& vindictam ex-
petiit de eis: ¶13 Idcirco hæc dicit Dominus
Deus, Extendam manum meam super Idu-
mæam,& auferam de ea hominem & iumen-
tum, & faciam eam desertam ab Austro : &
qui sunt in Dedan, gladio cadent. ¶14 Et da-
bo vltionem meam super Idumæam per ma-
num populi mei Israel: & facient in Edô iux-
ta iram meam & furorem meum:& scient vin-
dictam meam, dicit Dominus Deus. ¶15 Hæc
dicit Dominus Deus, Pro eo quòd fecerunt
Palæsthini vindictam, & vlti se sunt toto a-
nimo, interficientes & implentes inimicitias
veteres: ¶16 Propterea hæc dicit Dominus
Deus, Ecce ego extendam manum meam su-
per Palæsthinos,& interficiam interfectores,
& perdâ reliquias maritimæ regionis: ¶17 Fa
ciámque in eis vltiones magnas arguens in
furore: & scient quia ego Dominus, quum de-
dero vindictam meam super eos.

CAP. XXVI.

Tyrum euertendam prædicit, quòd in-
sultauerit destructæ Ierusalem. 18 Admira-
tio & stupor negotiatorum super vastatione
Tyri.

ET factum est in vndecimo anno, prima
mensis, factus est sermo Domini ad me,
dicens, ¶2 Fili hominis, pro eo quòd dixit
Tyrus de Ierusalem, Bugè, cõfractæ sunt por-
tæ populorum, conuersa est ad me: implebor,
deserta est. ¶3 Propterea hæc dicit Do-
minus Deus, Ecce ego super te Tyre, & ascen-
dere faciam ad te gentes multas, sicut ascen-
dit mare fluctuans. ¶4 Et dissipabunt muros
Tyri, & destruent turres eius : & radam pul-
uerem eius de ea, & dabo eam in limpidissi-
mam petram. ¶5 Siccatio fagenarum erit in
medio maris, quia ego locutus sum, ait Do-
minus Deus: & erit in direptionem Gentibus.
¶6 Filiæ quoque eius quæ sunt in agro, gla-
dio interficientur : & scient quia ego Domi-
nus. ¶7 Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce
ego adducam ad Tyrũ Nabuchodonosor re-
gem Babylonis ab Aquilone regem regum,
cum equis,& curribus, & equitibus, & cœtu,
populõque magno. ¶8 Filias tuas quæ sunt
in agro, gladio interficiet : & circundabit te
munitionibus, & cõportabit aggerem in gy-
ro:& elevabit contra te clypeum. ¶9 Et vineas
& arietes temperabit in muros tuos, & turres
tuas destruet in armatura sua. ¶10 Inuasione
equorum eius operiet te pulueris eorum : à
sonitu equitum & rotarum & curruum mo-
uebuntur muri tui, quum egressus fuerit por-
tas tuas quasi per introitum vrbis dissipatæ.
¶11 Vngulis equorum suorum conculcabit o-
mnes plateas tuas: populum tuum gladio cæ
det,& statuæ tuæ nobiles in terram corruer-
¶12 Vastabunt opes tuas, diripient negotiatio-
nes tuas : & destruent muros tuos, & domos
tuas præclaras subuertent:& lapides tuos,&
ligna tua & puluerem tuum in medio aqua-
rum ponent. ¶13 Et quiescere faciam multi-
tudinem canticorum tuorum, & sonitus ci-
thararum tuarũ nõ audietur amplius. ¶14 Et
dabo te in limpidissimam petram, siccatio fa-
genarũ eris, nec ædificaberis vltrà : quia ego
Dominus locutus sum, ait Dominus Deus.
¶15 Hæc dicit Dominus Deus de Tyro, Num-
quid nõ à sonitu ruinæ tuæ & gemitu inter-
fectorum tuorum quum occisi fuerint, in me
dio tui cõmouebuntur insulæ? ¶16 Et descen-
dent de sedibus suis omnes principes maris:
& auferent exuuias suas,& vestimenta sua va
ria ablicient, & induentur stupore, in terra
sedebũt,& attoniti super repentino casu tuo
admirabuntur. ¶17 Et assumentes super te la-
mentum, dicent tibi, Quomodo periisti quæ
habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuisti for-
tis in mari cum habitatoribus tuis, quos for-
midabant vniuersi? ¶18 Nunc stupebunt nau-
es in die pauoris tui : turbabuntur insulæ
in mari, eo quòd nullus egrediatur ex te.
¶19 Quia hæc dicit Dominus Deus, Quum de-
dero te vrbem desolatam sicut ciuitates quæ
non habitantur : & adduxero super te abys-
sum, & operuerint te aquæ multæ: ¶20 Et de-
traxero te cum his qui descendunt in lacum
ad populum sempiternum, & collocauero te
in terra nouissima sicut solitudines veteres
cum his qui deducuntur in lacum, vt non ha
biteris: porrò quum dedero gloriam in terra
viuentium: ¶21 In nihilum redigam te, & non
eris, & requisita non inueniêris vltrà in sem-
piternum, dicit Dominus Deus.

CAP. XXVII.

Tyri ruinatur propheta ad planctum ob Ty-
ri desolationem. 4 Tyri celebritatem ex fre-
quentia & varietate negotiatorum describit.

ET factum est verbum Domini ad me, di-
cens, ¶2 Tu ergo fili hominis, assume su-
per Tyrum lamentum: ¶3 Et dices Tyro, quæ
habitat in introitu maris, negotiationi popu-
lorum, ad insulas multas, Hæc dicit Dominus
Deus, O Tyre, tu dixisti, Perfecti decõris ego
sum, ¶4 Et in corde maris sita. Finitimi tui
qui te ædificauerunt, impleuerunt decõrem
tuum: ¶5 Ablectibus de Sanir extruxerunt te
cum omnibus tabulatis maris: cedrum de Li-
bano tulerunt, vt facerẽt tibi malũ: ¶6 Quer-
cus de Basan dolauerunt in remos tuos: &
transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, &
prætoriola de insulis Italiæ. ¶7 Byssus varia
de Aegypto texta est tibi in velum, vt pone-
retur in malo : hyacinthus & purpura de in-

fuis Elisa, facta sunt operimentum tuum.
¶ 8 Habitatores Sidónis & Aradii fuerunt remiges tui: sapientes tui, Tyre, facti sunt gubernatores tui. ¶ 9 Senes Giblii & prudentes eius habuerunt nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ: omnes naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis tuæ. ¶ 10 Persæ, & Lydii, & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo.
¶ 11 Filii Aradii cum exercitu* suo* erant super muros tuos in circuitu: sed & Pigmæi qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum: ipsi complexuerunt pulchritudinem tuam. ¶ 12 Carthaginenses negotiatores tui, á multitudine cunctarú diuitiarum: argẽto, ferro, stanno, plumbôque repleuerunt nundinas tuas. ¶ 13 Græcia, Thubal, & Mosoch, ipsi institores tui: mancipia, & vasa ærea adduxerunt populo tuo.
¶ 14 De domo Thogormæ, equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum. ¶ 15 Filii Dedan negotiatores tui: insulæ multæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in pretio tuo. ¶ 16 Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum, *guttam,* & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo. ¶ 17 Iuda & terra Israel ipsi institores tui in frumento primo: balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposuerunt in nundinis tuis. ¶ 18 Damascus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi. ¶ 19 Dã, & Græcia, & Mozel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum: stacte, & calamus in negotiatione tua. ¶ 20 Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum. ¶ 21 Arabia & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ: cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui. ¶ 22 Venditores Saba & Reema ipsi negotiatores tui: cum vniuersis primis aromatib*, & lapide pretioso & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo. ¶ 23 Haran, & Chenne, & Eden, negotiatores tui Saba: Assur, & Chelmad venditores tui.
¶ 24 Ipsi negotiatores tui multifariam, in uoluceris hyacinthi, & polymitorũ, gazatumque pretiosarum, quæ obuolutæ & astrictæ erant funibus: cedros quoque habebant in negotiationibus tuis. ¶ 25 Naues maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. ¶ 26 In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus Auster contriuit te in corde maris. ¶ 27 Diuitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex instrumentum tuum, nautæ tui, & gubernatores tui qui tenebant supellectilem tuam, & populo tuo præerant: viri quoque bellatores tui qui erãt in te, cum vniuersa multitudine tua quæ est in medio tui: cadẽt in corde maris in die ruinæ tuæ. ¶ 28 A sonitu clamoris gubernatorũ tuorũ conturbabuntur classes. ¶ 29 Et descendent de nauibus suis omnes qui tenebant remum: nautæ & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt. ¶ 30 Et eiulabũt super te voce magna, & clamabũt amarè: & superiacient pulueré capitibus suis, & cinere conspergentur. ¶ 31 Et radent super te caluitium, & accingentur cilicijs: & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo. ¶ 32 Et assument super te carmé lugubre, & plangẽt te, Quæ est vt Tyr*, quæ obmutuit in medio maris? ¶ 33 Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari, implesti populos multos: in multitudine diuitiarum tuarũ, & populorum tuorum ditasti reges terræ. ¶ 34 Nunc cõtrita es à mari, in profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua quæ erat in medio tui, ceciderunt. ¶ 35 Vniuersi habitatores insularũ obstupuerunt super te: & reges earum omnes tẽpestate percussi mutauerũt vultus. ¶ 36 Negotiatores populorum sibilauerunt super te: ad nihilum deducta es, & non eris vsque in perpetuum.

## CAP. XXVIII.

Sermo Domini contra regem Tyri ob eius superbiam. 3 Daniel. 11 Inuitatur propheta ad plangendum regem Tyri. 20 Sermo Domini contra Sidonem. 25 Promittit Dominus filios Israel se congregaturum.

ET factus est sermo Domini ad me, dicẽs, ¶ 2 Fili hominis dic principi Tyri: Hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: quum sis homo, & non Deus: & dedisti cor tuum quasi cor Dei. ¶ 3 Ecce sapientior es tu Daniele: omne secretum non est absconditum à te. ¶ 4 In sapientia* & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem: & acquisisti aurum & argentũ in thesauris tuis. ¶ 5 In multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatum est cor tuum in robore tuo. ¶ 6 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd eleuatum est cor tuum quasi cor Dei: ¶ 7 Idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos Gentium: & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapiẽtiæ tuæ, & polluent decõrem tuũ. ¶ 8 Interficient & detrahent te: & morieris in interitu occisorum in corde maris. ¶ 9 Nunquid dicens loquêris, Deus ego sum, coram interficientibus te: quum sis homo, & nõ Deus, in manu occidentium te? ¶ 10 Sorte incircumciserum moriêris in manu alienorum: quia ego locutus sum, ait Domin* Deus. ¶ 11 Et factus est sermo Domini ad me, dicens, ¶ 12 Fili hominis, leua planctum super regem Tyri: & dices ei, Hæc dicit Dominus Deus, Tu signaculũ similitudinis plenus sapiẽtia, & perfectus decõre. ¶ 13 In delicijs paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topazius, & jaspis, chrysolithus, & onyx, & beryllus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus: aurum opus* quoq; decoris tui: & foramina tua, i die qua conditus es præparata sunt. ¶ 14 Tu Cherub extẽtus & protegẽs, & posui te in mõte sancto Dei, in medio lapidũ ignitorum ambulasti. ¶ 15 Perfect* in vijs tuis à die cõditionis tuæ: donec inuẽta est iniquitas in te. ¶ 16 In multitudine negotiationis tuæ repleta sũt interiora tua iniquitate, & peccasti: & eiecì te de mõte Dei, & perdidi te ô Cherub protegẽs, de medio lapidũ ignitorũ. ¶ 17 Et eleuatũ est cor tuum in decõre tuo: perdidisti sapientiam tuam in

decore tuo, in terram proiecit te: ante faciem regũ dedi te, vt cernerent te. ¶18 In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationẽ tuam: producam ergo ignem de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te. ¶19 Omnes qui viderint te in Gentibus, obstupescẽt super te: nihil factus es, & non eris in perpetuum. ¶20 Et factus est sermo Domini ad me, dicens, ¶21 Fili hominis, pone faciem tuam contra Sidõnem: & prophetabis de ea, ¶22 Et dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Sidon, & 'glorior' in medio tui: & scient quia ego Dominus quũ fecero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea. ¶23 Et immittam ei pestilentiam & sanguinem in plateis eius: & corruent interfecti in medio eius gladio per circuitum: & scient quia ego Dominus. ¶24 Et non erit vltra domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorem inferẽs, vndique per circuitum eorum qui aduersantur eis: & scient quia ego Dominus Deus. ¶25 Hæc dicit Dominus Deus, Quando congregauero domũ Israel de populis in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram Gentibus: & habitabunt in terra sua quã dedi seruo meo Iacob. ¶26 Et habitabunt in ea securi: & ædificabũt domos, & plantabũt vineas, & habitabunt confidenter, quum fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis per circuitum: & scient quia ego Dominus Deus eorum.

CAP. XXIX.

Prophetat contra Pharaonem. & Aegypti desolationem prædicit, & AEgyptiorum dispersionem. ¶11 Post 40 annos se restituturũ AEgyptũ pollicetur Dominus. ¶17 AEgyptus, merces regis Nabuchodonosor ob laborem quem subiit aduersus Tyrum.

IN anno decimo, decimo mense, 'vna' die mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶2 Fili hominis, pone faciem tuã contra Pharaonem regem AEgypti: & prophetabis de eo, & de AEgypto vniuersa. ¶3 Loquere, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Pharao rex AEgypti draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum: & dicis, Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. ¶4 Et ponam frænum in maxillis tuis: & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis: & extrahã te de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebũt. ¶5 Et proiiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui: super faciem terræ cades, non colligẽris, neque congregaberis: bestiis terræ, & volatilibus cæli dedi te ad deuorandum. ¶6 Et scient omnes habitatores AEgypti quia ego Dominus: pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israel. ¶7 Quãdo apprehenderunt te manu, & cõfractus es, & laceraſti omnem humerum eorum: & innitentibus eis super te, comminutus es, & dissoluisti omnes renes eorum. ¶8 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego adducam super te gladium: & interficiam de te hominem & iumentum. ¶9 Et erit Terra AEgypti in desertum & in solitudinem: & scient quia ego Dominus: pro eo quòd 'dixeris,' Fluuius meus est, & ego feci eum. ¶10 Ideirco ecce ego ad te, & ad flumina tua: dabòque Terram AEgypti in 'solitudinem' gladio diffiparam, à turre Syenes, vsque ad terminos AEthiopiæ. ¶11 Non pertransibit eam pes hominis, neque pes iumenti gradietur in ea: & non habitabitur quadraginta annis. ¶12 Dabòque Terram AEgypti desertam in medio terrarũ desertarum, & ciuitates eius in medio vrbiũ subuersarum, & erunt desolatæ quadraginta annis: & dispergam AEgyptios in nationes, & ventilabo eos in terras. ¶13 Quia hæc dicit Dominus Deus, Post finem quadraginta annorum congregabo AEgyptum de populis in quibus dispersi fuerant. ¶14 Et reducã captiuitatẽ AEgypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terra natiuitatis suæ, 'in terra de qua sumpti sunt:' & erunt ibi in regnum humile. ¶15 'Et' inter cætera regna erit humillima, & non eleuabitur vltra super nationes, & imminuã eos ne imperẽt Gẽtibus. ¶16 Neque erunt vltrà domui Israel in confidentia, docentes iniquitatem, vt fugiãt & sequantur eos: & scient quia ego Dominus Deus. ¶17 Et factum est in vicesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis: factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶18 Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna aduersus Tyrum: omne caput decaluatũ, & omnis humerus depilatus est: & merces nõ est reddita ei, neque exercitui eius de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam. ¶19 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce, ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in Terra AEgypti, & accipiet multitudinem eius, & deprædabitur manubias eius, & diripiet spolia eius: & erit merces exercitui illius. ¶20 Et operi 'pro' quo seruiuit aduersus eam, dedi ei Terram AEgypti: pro eo quòd 'laborauerint' mihi, ait Dominus Deus. ¶21 In die illo pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorũ: & scient quia ego Dominus.

CAP. XXX.

Plangitur destructio AEgypti & vrbium eius.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶2 Fili hominis, propheta & dic, Hæc dicit Domin' Deus, Vlulate, væ væ diei: ¶3 Quia iuxtà est dies, & 'appropinquabit' dies Domini: dies nubis, tempus Gẽtium erit. ¶4 Et veniet gladius in AEgyptum: & erit pauor in AEthiopia, quum ceciderint vulnerati in AEgypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa fundamenta eius. ¶5 AEthiopia, & Libya, & Lydi, & omne reliquũ vulgus, & Chub, & filii terræ fœderis, cum eis gladio cadent. ¶6 Hæc dicit Dominus Deus, Et corruent fulcitẽtes AEgyptũ, & destruetur superbia imperii eius: à turre Syenes gladio cadent in ea, ait Dominus Deus exercituũ. ¶7 Et dissipabuntur in medio terrarum desolatarũ, & vrbes eius in medio ciuitatum 'desertarum' erũt. ¶8 Et sciẽt quia ego Dominus, quũ dedero ignẽ in AEgypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores ei'. ¶9 In die illa egrediẽtur nuntii à facie mea in triremibus ad cõterendam AEthiopiæ cõfidẽtiam, & erit pauor in eis in die

'solitudines

'laborauerit

'appropinquat

'desolatarum

AEgypti: quia absque dubio veniet. ¶10 Hæc dicit Dominus Deus, Et cessare faciam multitudinem AEgypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. ¶11 Ipse & populus eius cum eo fortissimi Gentium adducentur ad 'disperdendam' terram: & euaginabunt gladios suos super AEgyptum, & implebunt terram interfectis. ¶12 Et faciam alueos fluminũ aridos, & tradam terrã in manus pessimorũ: & dissipabo terram, & plenitudinem eius in manus alienorũ. ego Dominus locutus sum. ¶13 Hæc dicit Dominus Deus, Et disperdam simulachra, & cessare faciam idõla de Memphis: & dux de Terra-AEgypti non erit amplius: & dabo terrorem in Terra-AEgypti. ¶14 Et disperdam terram Phathures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia 'mea' in Alexandria. ¶15 Et effundam indignationẽ meam super Pelusium robur AEgypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ. ¶16 Et dabo ignem in AEgypto: quasi parturiẽs dolebit Pelusium, & Alexãdria erit dissipata, & in Memphis angustiæ quotidianæ. ¶17 Iuuenes Heliopoleos, & Pubãsti gladio cadent, & ipsæ captiuæ ducẽtur. ¶18 Et in Taphnis nigrescet dies, quum contriuero ibi sceptra AEgypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius: ipsam nubes operiet, filiæ autem eius in captiuitatem ducẽtur. ¶19 Et iudicia faciã in AEgypto: & scient quia ego Dominus. ¶20 Et factũ est in vndecimo anno, in primo mẽse, in septima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶21 Fili hominis, brachium Pharaonis regis AEgypti confregi: & ecce nõ est obuolutum, vt rettitueretur ei sanitas, vt ligaretur pannis, & fasciaretur linteolis, & recepto robore possit tenere gladium. ¶22 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad Pharaonem regem AEgypti: & comminuam brachium eius forte, sed confractum: & deliciam gladium de manu eius. ¶23 Et dispergã AEgyptum in Gentibus, & ventilabo eos in terris. ¶24 Et confortabo brachia regis Babylonis, dabõque gladiũ meum in manu eius: & confringam 'brachium' Pharaonis, & gemẽt gemitibus interfecti coram facie eius. ¶25 Et confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis cõcident: & scient quia ego Dominus, quum dedero gladium meum in manũ regis Babylonis, & extenderit eum super Terram-AEgypti. ¶26 Et dispergã AEgyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & scient quia ego Dominus.

CAP. XXXI.

Comparatio fœlicitatis Pharaonicæ cum fœlicitate Assyriorum. 10 Vt excellentiam Pharaonis cum Assyriorum sublimitate contulit, ita similem eius interitum prædicit.

ET factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis, factum est verbũ Domini ad me, dicens. ¶2 Fili hominis dic Pharaoni regi AEgypti, & populo eius. Cui similis factus es in magnitudine tua? ¶3 Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsũsque altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius. ¶4 Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum: fluuma eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos suos emisit ad vniuersa ligna regionis. ¶5 Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis: & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis. ¶6 Quũmque extendisset vmbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cæli, & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum, & sub vmbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum. ¶7 Eratque pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorũ suorum: erat enim radix illius iuxta aquas multas. ¶8 Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius: omne lignum paradisi Dei non est affimilatum illi, & pulchritudini eius. ¶9 Quoniam speciosum feci eum, & multis condẽsũque frondibus: & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso Dei. ¶10 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam virentem atque condensam, & eleuatum est cor eius in altitudine sua: ¶11 Tradidi eum in manus fortissimi Gentium, faciens faciet ei iuxta impietatem eius: & 'eieci eum. ¶12 Et succident eum alieni & crudelissimi nationum, & proicient eum super montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & confringentur arbusta eius in vniuersis rupibus terræ, & recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eum. ¶13 In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cæli, & in ramis eius fuerunt vniuersæ bestiæ regionis. ¶14 Quam ob rem non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarũ, nec ponent sublimitatem suam inter nemorosa atque frondosa, nec ſtabunt in sublimitate sua omnia quæ irrigantur aquis: quia omnes traditi sunt in mortem ad terram vltimam in medio filiorum hominum, ad eos qui descendunt in lacum. ¶15 Hæc dicit Dominus Deus, In die quando descendit ad inferos 'indixi' luctum, operui eum abysso: & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas: constrictatus est super eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt. ¶16 A sonitu ruinæ eius commoui Gentes, quum deducerem eum ad infernum cum his qui descendebant in lacum: & consolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atque præclara in Libano, vniuersa quæ 'irrigabãtur' aquis. ¶17 Nam & ipsi cum eo descendẽt ad infernum ad interfectos gladio: & brachium vniuscuiusque sedebit sub vmbraculo eius in medio nationum 'eius.' ¶18 Cui assimilatus es ô inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis? Ecce, deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam: in medio incircumciſorum dormies, cum eis qui interfecti sunt gladio. Ipse est Pharao, & omnis multitudo eius, dicit Dominus Deus.

CAP. XXXII.

Iubetur Propheta plangere Pharaonem regem AEgypti. 12 Vastationem AEgypto à rege Babylonis venturam prædicit. 17 Plan-

ctus super descensu eius ad Inferos. 23 Qui cũ Aegypto descenderint ad inferos.

ET factum est: duodecimo anno, in mense duodecimo, in vna mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens. ¶2 Fili hominis assume lamentum super Pharaonem regem Aegypti, & dices ad eum, Leoni Gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & cõturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina eorum. ¶3 Propterea hæc dicit Dominus Deus, ‖ Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea. ¶4 Et proiiciam te in terram, super faciem agri abiiciam te: & habitare faciam super te omnia volatilia cæli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ. ¶5 Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua. ¶6 Et irrigabo terrã fœtore sanguinis tui super montes, & valles implebuntur ex te. ¶7 Et operiam, quum extinctus fueris, cælos: & nigrescere faciam stellas eius: solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum. ¶8 Omnia luminaria cæli mœrere faciam super te: & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus, quum ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus. ¶9 Et irritabo cor populorum multorum, quum induxero contritionem tuam in Gentibus super terras quas nescis. ¶10 Et stupescere faciã super te populos multos, & reges eorum horrore nimio formidabũt super te propter vniuersas iniquitates quas operatus es, quũ volare cœperit gladius meus super facies eorũ: & obstupescẽt repente ũguli pro anima sua in die ruinæ tuæ. ¶11 Quia hæc dicit Dominus Deus, Gladius regis Babylonis veniet tibi, ¶12 In gladiis fortiũ deficiam multitudinẽ tuã, inexpugnabiles omnes Gentes hæ: & vastabũt superbiã Aegypti, & dissipabitur multitudo eius. ¶13 Et perdã omnia iumenta eius quæ erant super aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis vltrà, neque vngula iumentorũ turbabit eas. ¶14 Tunc purissimas reddã aquas eorum, & flumina eorum quasi oleũ adducã, ait Dominus Deus, ¶15 Quũ dedero Terrã Aegypti desolatam: deseretur autem terra à plenitudine sua, quãdo percussero omnes habitatores eius: & scient quia ego Dominus. ¶16 Planctus est, & plãgent eum: filiæ Gentium super Aegyptũ, & super multitudinẽ eius, plangent eũ, ait Dominus Deus. ¶17 Et factũ est in duodecimo anno, in quin tadecima mẽsis, factũ est verbum Domini ad me, dicens, ¶18 Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinem Aegypti: & detrahe eam ipsam, & filias Gentiũ robustarũ ad terram vltimã cum his qui descendunt in lacum. ¶19 Quo pulchrior es? descẽde & dormi cum incircũciis. ¶20 In medio interfectorũ gladio cadẽt: gladius datus est, & attraxerũt eam, & omnes populos eius. ¶21 Loquẽtur ei potentissimi robustorũ de medio inferni, qui cum auxiliatoribus eius descenderunt, & dormierunt incircunciſi, interfectique gladio. ¶22 Ibi Assur, & omnis multitudo eius: in circuitu illius sepulchra eorum: omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio: ¶23 Quorũ data sunt sepulchra in nouissimis laci. Et facta est multitudo eius per gyrũ sepulchri eius: vniuersi interfecti, cadentes ẽsque gladio, qui dederant quondam formidinẽ suam in terra viuentium. ¶24 Ibi Aelam, & omnis multitudo eius per gyrum sepulchri sui. omnes hi interfecti, ruentes que gladio, qui descẽderunt incircunciſi ad terram vltimã: qui posuerunt terroré suum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam suam cum his qui descendẽrũt in lacũ. ¶25 In medio interfectorum posuerunt cubile eius in vniuersis populis eius: in circuitu eius sepulchrũ illius. omnes hi incircunciſi interfectique gladio: dederunt enim terroré suum in terra viuentium, & portauerũt ignominiam suã cum his qui descendunt in lacum. in medio interfectorũ positi sunt. ¶26 Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu ei sepulchra illius. omnes hi incircunciſi interfectique, & cadentes gladio: quia dederunt formidinem suam in terra viuentium. ¶27 Et non dormient cum fortibus, cadentibũsque, & incircunciſis qui descenderunt ad infernum cum armis suis: & posuerunt gladios suos sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quia terror fortium factꝰ sũt in terra viuentium. ¶28 Et tu ergo in medio incircunciſorum cõteréris, & dormies cum interfectis gladio. ¶29 Ibi Idumæa, & reges eius, & omnes duces eius, qui dati sunt cũ exercitu suo, cum interfectis gladio: & qui cum incircunciſis dormierunt, & cum his qui descenderunt in lacum. ¶30 Ibi principes Aquilonis omnes & vniuersi venatores: qui deducti sunt cum interfectis, pauẽtes, & in sua fortitudine confusi: quia dormierunt incircunciſi cum interfectis gladio, & portauerũt confusionẽ suam cum his qui descendunt in lacum. ¶31 Vidit eos Pharao, & cõsolatus est super vniuersa multitudine sua, quæ interfecta est gladio, Pharao & omnis exercitus eius, ait Dominus Deus: ¶32 Quia dedit terrorem suum in terra viuentium, & dormiuit in medio incircunciſorum cum interfectis gladio, Pharao & omnis multitudo eius: ait Dominus Deus.

descendunt

qui

dedi terroré meum

## CAP. XXXIII.

Euãgelici pastoris officiũ describit. 10 Desperantes confirmat, & promissione miserícordiæ Dei erigit. 11 Vt iusto si ad peccandũ se addixerit, nihil profunt priores iustitiæ: Ita impio resipiscenti, antea cta peccata non imputantur. 21 Excidium Ierusalem factum nuntiatur. 24 Sermo Domini contra reliquias populi. 30 In derisores verborum Prophetæ.

ET factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶2 Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos, Terra quum induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem: ¶3 Et ille viderit gladium venientem super terram, & ceciderit buccina, & annuntiauerit populo: ¶4 Audiens autem quisquis ille est, sonitum buccinæ, & non obseruauerit, veneritque gladius, & tulerit eam: sanguis ipsius super ca-

put eius erit. ¶ 5 Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit: si autem se custodierit, animam suam *salua- *saluauit.
bit. ¶ 6 Quòd si speculator viderit gladium
venientem, & non insonuerit buccina: & po-
B pulus se non custodierit, venerit que gladius,
& tulerit de eis animam: ille quidem in ini-
quitate sua captus est, sanguinem autem e-
ius de manu speculatoris requiram. ¶ 7 ‖ Et
tu fili hominis speculatorem dedi te domui
Israel: audiens ergo ex ore meo sermonem,
annuntiabis eis ex me. ¶ 8 Si me dicente ad im
pium, impie, morte morieris: non fueris lo-
cutus vt se custodiat impius à via sua: ipse
impius in iniquitate sua morietur, sanguinē
autem eius de manu tua requiram. ¶ 9 Si au-
tem annuntiante te ad impium vt à viis suis
conuertatur, non fuerit conuersus à via sua:
ipse in iniquitate sua morietur: porrò tu a-
nimam tuam liberasti. ¶ 10 Tu ergo fili ho-
minis dic ad domū Israel, Sic locuti estis, di-
C centes, Iniquitates nostræ, & peccata nostra
super nos sūt, & in ipsis nos tabescimus: quo-
modo ergo viuere poterimus? ¶ 11 ‖ Dic ad e-
os, viuo ego, dicit Dominus Deus: nolo mor-
tem impii, sed vt conuertatur impius à via
sua, & viuat. Conuertimini *à viis vestris pes- *conuertimi-
simis: & quare moriemini domus Israel? ni
¶ 12 Tu itaque fili hominis dic ad filios po-
puli tui, Iustitia iusti non liberabit eum in
quacunque die peccauerit: & impietas impii
non nocebit ei in quacunque die conuersus
fuerit ab impietate sua: & iustus non poterit
viuere in iustitia sua in quacunque die pec-
cauerit. ¶ 13 Etiam si dixero iusto quòd vita
viuat, & confisus in iustitia sua fecerit ini-
quitatem: omnes iustitiæ eius obliuioni tra-
dentur, & in iniquitate sua quam operatus
D est, in ipsa morietur. ¶ 14 Si autem dixero im
pio, Morte morieris: & egerit pœnitentiam à
peccato suo, fecerit que iudicium & iustitiā,
¶ 15 Et pignus restituerit ille impius, rapi-
que reddiderit, in mandatis vitæ ambulaue-
rit, nec fecerit quicquam iniustū: vita viuet,
& nō morietur. ¶ 16 Omnia peccata eius quæ
peccauit, non imputabuntur ei: iudicium &
iustitiam fecit, vita viuet. ¶ 17 Et dixerunt filii
populi tui, Non est æqui ponderis via Domi
ni, & ipsorum via iniusta est. ¶ 18 Quū enim
recesserit iustus à iustitia sua, fecerit que ini-
quitatem: morietur in eis. ¶ 19 Et quum tacesse-
rit impius ab impietate sua, fecerit que iudi-
cium & iustitiam: viuet in eis. ¶ 20 ‖ Et dixisti,
Nō est recta via Domini. Vnumquęque iux-
ta vias suas iudicabo de vobis, domus Israel.
E ¶ 21 Et factum est in duodecimo anno, in de-
cimo mense, in quinta mensis transmigrati-
onis nostræ, venit ad me qui fugerat de Ieru
salem, dicens, Vastata est ciuitas. ¶ 22 Manus
autē Domini facta fuerat ad me vespere ante-
quā veniret qui fugerat: aperuit que os me-
um donec veniret ad me mane, & aperto ore
meo non silui amplius. ¶ 23 Et factum est ver
bum Domini ad me, dicens, ¶ 24 Fili homi-
nis, qui habitant in ruinosis his, super humū
Israel, loquentes aiunt, Vnus erat Abraham,
& hæreditate possedit terram: nos autē mul-
ti sumus, nobis data est terra in possessionē.

¶ 25 Idcirco dices ad eos, Hæc dicit Dominus
Deus, Qui in sanguine comeditis, & oculos F
vestros leuatis ad immunditias vestras, & san
guinem fundistis: numquid terram hæredita-
te possidebitis? ¶ 26 Stetistis in gladiis vestris,
fecistis abominationes, & vnusquisque vxo-
rem proximi sui pollnit: & terrā hæreditate
possidebitis? ¶ 27 Hæc dices ad eos, Sic dicit
Dominus Deus, viuo ego, quia qui in ruino-
sis habitant, gladio cadēt: & qui in agro est,
bestiis tradetur ad deuorādum: qui autem in
præsidiis & speluncis sunt, peste morientur.
¶ 28 Et dabo terrā in solitudinem & in deser-
tum, & deficiet superba fortitudo eius: & de-
solabuntur montes Israel, eo quòd nullus sit
qui per eos trāseat. ¶ 29 Et scient quia ego Do
minus, quū dedero terram eorū desolatā &
desertam propter vniuersas abominationes
suas quas operati sūt. ¶ 30 Et tu fili hominis: O
filii populi tui qui loquuntur de te iuxta mu
ros, & in ostiis domorū: & dicūt vnus ad alte
rum, vir ad proximum suū loquētes, Venite,
& audiamus quis sit sermo egrediēs à Domi-
no. ¶ 31 Et veniunt ad te, quasi si ingrediatur
populus, & sedent corā te populus meus: &
audiūt sermones tuos, & non faciūt eos: quia
in cantico oris sui vertunt illos, & auaritiā
suā sequitur cor eorū. ¶ 32 Et ecce quasi car-
men musicum, quod suaui dulcique sono ca
nitur: & audiēt verba tua, & non facient ea. *audiēt
¶ 33 Et quū venerit quod prædictū est (ecce e- *faci
nim venit) tunc scient quòd Prophetes fuer-
it inter eos.

## CAP. XXXIIII.

In pastores qui negligēto grege Christi,
quæ sua sunt, quærunt. 7 Dicit Dominus se
visitaturum oues suas dissipatas, & eas con-
gregaturum. 17 Arguit quorundam ex gre-
ge malitiam. 23 Verum Pastorem Christum
promittit. & cum eo pacem.

ET factum est verbum Domini ad me, di- A
cens, ¶ 2 Fili hominis propheta de pasto Iere.
ribus Israel: propheta, & dices pastoribus,
Hæc dicit Dominus Deus, Væ pastoribus Is-
rael, qui pascebant semetipsos: nōnne greges
à pastoribus pascuntur? ¶ 3 Lac comedebatis,
& lanis operiebamini: & quod crassum erat,
occidebatis: gregē autem meū nō pascebatis.
¶ 4 Quod infirmum fuit non consolidastis, &
quod ægrotum non sanastis, quod cōfractū
est non alligastis, & quod abiectum est non
reduxistis, & quod perierat nō quæsistis: sed
cum austeritate imperabatis eis, & cum po-
tētia. ¶ 5 Et dispersæ sunt oues meæ, eo quòd
non esset pastor: & factæ sunt in deuoratio-
nem omnū bestiarum agri, & dispersæ sunt.
¶ 6 Errauerunt greges mei in cunctis mōti- B
bus, & in vniuerso colle excelso: & super om
nem facié terræ dispersi sunt greges mei, &
non erat qui requireret, non erat, inquā, qui
requireret. ¶ 7 Propterea pastores audite ver
bum Domini, ¶ 8 viuo ego, dicit Dominus
Deus, quia pro eo quòd facti sunt greges mei
in rapinam, & oues meæ in deuorationem o-
mnium bestiarum agri, eo quòd non esset pa
stor (neque enim quæsierunt pastores mei
gregem meum: sed pascebant pastores semet
ipsos, & greges meos nō pascebat) ¶ 9 Propter
ea pastores audite verbum Domini, ¶ 10 Hæc

dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos vt vltrà non pascant gregem meum, nec pascant amplius pastores semetipsos: & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit eis vltrà in escam.
¶ 11 Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas.
¶ 12 Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarũ: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. ¶ 13 Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terræ. ¶ 14 In pascuis huberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel. ¶ 15 Ego pascam oues meas: & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. ¶ 16 Quod perierat, requiram: & quod abiectum erat, reducam: & quod confractum fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, consolidabo & quod pingue & forte, custodiam: & pascam illas in iudicio. ¶ 17 Vos autem greges mei, hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietũ & hircorum. ¶ 18 Nõne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris: & quum purissimam aquam bibere tis, reliquam pedibus vestris turbastis. ¶ 19 Et oues meæ his quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur: & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebãt. ¶ 20 Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos, Ecce, ego ipse iudico inter pecus pingue & macilẽtum, ¶ 21 Pro eo quòd lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras.
¶ 22 Saluabo gregem meum, & non erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. ¶ 23 ET SVSCITABO SVPER EAS PASTOREM VNVM, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. ¶ 24 Ego autem Dominus ero eis in Deum: & seruus meus Dauid princeps in medio eorum: ego Dominus locutus sum. ¶ 25 Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto, securi dormiẽt in saltibus. ¶ 26 Et ponã eos in circuitu collis mei benedictionẽ: & deducam imbrẽ in tẽpore suo, & pluuiæ benedictionis erũt. ¶ 27 Et dabit lignũ agri fructum suum, & terra dabit germẽ suum, & erunt in terra sua absque timore: & scient quia ego Dominus, quũ contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi. ¶ 28 Et non erunt vltrà in rapinã in Gẽtibus, neque bestiæ terræ deuorabunt eos: sed habitabunt confidenter absque vllo terrore. ¶ 29 Et suscitabo eis germen nominatum: & non erũt vltrà imminuti fame in terra, neque portabunt vltrà opprobrium Gentiũ. ¶ 30 Et scient quia ego Dominus Deus eorum cum eis, & ipũ populus meus dom⁹ Israel: ait Domin⁹ Deus. ¶ 31 Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis: & ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus. Ioan. 10. b.

## CAP. XXXV.

Futura montis Seir, hoc est Idumæorum destructio, quòd populum Domini affligerit,

ET factus est sermo Domini ad me, dicẽs, A
¶ 2 Fili hominis, pone faciem tuam aduersum montem Seir, & prophetabis de eo, ¶ 3 Et dices illi, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce, ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum atque desertum. ¶ 4 Vrbes tuas demoliar, & tu deser tus eris: & scies quia ego Dominus. ¶ 5 Eo quòd fueris inimicus sempiternus, & conclu seris filios Israel in manus gladii in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremæ: ¶ 6 Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quoniam sanguini tradã te, & sanguis te persequetur: & quum sanguiné oderis, sanguis persequetur te. ¶ 7 Et dabo montem Seir desolatum atque desertum: & auferam de eo euntẽ & redeuntẽ. ¶ 8 Et implebo montes eius occisorum suorum: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atq; in torrentibus in terfecti gladio cadent. ¶ 9 In solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabuntur: & scietis quia ego Dominus Deus. ¶ 10 Eo quòd dixeris, Duæ gẽtes, & duæ terræ meæ erũt, & hæreditate possidebo eas, quum Dominus esset ibi: ¶ 11 Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quia faciam iuxta ira tuam, & secũdum zelum tuum quẽ fecisti, odio habens eos: & notus efficiar per eos quum te iudicauero. ¶ 12 Et scies quia ego Dominus audiui vniuersa opprobria tua quæ locutus es de montibus Israel, dicens, Deserti: nobis ad deuorandum dati sunt. ¶ 13 Et insurrexistis su per me ore vestro, & deorgastis aduersum me verba vestra: ego audiui. ¶ 14 Hæc dicit Dominus Deus, Lætante vniuersa terra, in solitudinem te redigam. ¶ 15 Sicuti gauisus es super hæreditatem domus Israel, eo quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis: & scient quia ego Dominus Deus. B C D E F

## CAP. XXXVI.

Promittit Israeli liberationem à Gentibus. 22 Beneficia in Iudæos collata, misericordiæ Dei tribuenda, non eorum meritis. 26 Innouat Deus cor nostrum, vt in præceptis eius possimus ambulare.

TV autẽ fili hominis propheta super montes Israel, & dices, Montes Israel audite verbum Domini. ¶ 2 Hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd dixerit inimicus de vobis, Euge, altitudines sempiternæ in hæreditatẽ datæ sũt nobis: ¶ 3 Propterea vaticinare, & dic, Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd desolati estis, & conculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis Gentibus, & ascendi stis super labium linguæ, & opprobriũ populi: ¶ 4 Propterea montes Israel audite verbũ Domini Del. Hæc dicit Dominus Deus mõtibus & collibus, torrentibus, vallibusque, & desertis, parietinis, & vrbibus derelictis, quæ depopulatæ sunt & subsannatæ à reliquis Gentibus per circuitum. ¶ 5 Propterea hæc A 5.6.7.8

dicit Dominus Deus, Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis Gentibus, & de Idumæa vniuersa: quæ dederunt terram meã sibi in hæreditatem cum gladio, & toto corde, & ex animo: & eiecerũt eam, vt vastarẽt: ¶ 6 Idcirco vaticinare super humum Israel, & dices montibus & collibus, iugis & vallibus, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus sum, eo quòd confusionem Gentium sustinueritis. ¶ 7 Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Ego leuaui manum meam, vt Gentes quæ in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionem suam portent. ¶ 8 Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israel: propè enim est vt veniat. ¶ 9 Quia ecce ego ad vos, & cõuertar ad vos, & arabimini, & accipietis sementem. ¶ 10 Et multiplicabo in vobis homines, omnemque domũ Israel: & habitabuntur ciuitates, & ruinosa instaurabuntur. ¶ 11 Et replebo vos hominibus & iumentis: & multiplicabuntur, & crescent: & habitare vos faciam sicut à principio, bonisque donabo maioribus quàm habuistis ab initio: & scietis quia ego Dominus. ¶ 12 Et adducam super vos homines populũ meum Israel, & hæreditate possidebunt te: & eris eis in hæreditatem, & non addes vltrà vt absque eis sis. ¶ 13 Hæc dicit Dominus Deus, Eo eo quòd dicũt de vobis, Deuoratrix hominum es, & suffocans gentẽ tuam: ¶ 14 Propterea homines non comedes amplius, & gentem tuã non necabis vltrà, ait Dominus Deus: ¶ 15 Nec auditam faciam in te amplius confusionem Gentium, & opprobrium populorum nequaquã portabis, & gẽtem tuam nõ amitteres amplius, ait Dominus Deus. ¶ 16 Et factũ est verbũ Domini ad me, dicẽs, ¶ 17 Fili hominis, domus Israel habitauerũt in humo sua, & polluerunt eam in viis suis, & in studiis suis: iuxta immunditiam menstruatæ fœta est via eorum coram me. ¶ 18 Et effudi indignationem meam super eos pro sanguine quem fuderunt super terram, & in idolis suis polluerunt eam. ¶ 19 Et dispersi eos in Gẽtes, & ventilati sunt in terras: iuxta vias eorum, & adinuẽtiones eorum iudicaui eos. ¶ 20 Et ingressi sunt ad Gentes ad quas introierũt, & polluerũt nomen sanctũ meũ, quum dicerentur de eis, Populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt. ¶ 21 Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in Gentibus ad quas ingressi sunt. ¶ 22 Idcirco dices domui Israel, Hæc dicit Domin⁹ Deus, Non propter vos ego faciam, domus Israel: sed propter nomen sanctum meũ quod polluistis in Gentibus ad quas intrastis. ¶ 23 Et sanctificabo nomen meum magnũ, quod polutum est inter Gentes, quod polluistis in medio earum: vt sciant Gentes quia ego Dominus, ait Dominus exercituum, quum sanctificatus fuero in vobis coram eis. ¶ 24 Tollam quippe vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram. ¶ 25 Et effundam super vos aquam mundam, & mũdabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo vos. ¶ 26 Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. ¶ 27 Et Spiritũ meũ ponam in medio vestri: & faciã vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. ¶ 28 Et habitabitis in terra quã dedi patribus vestris: & eritis mihi in populũ, & ego ero vobis in Deũ. ¶ 29 Et saluabo vos ex vniuersis inquinamentis vestris: & vocabo frumentũ, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem. ¶ 30 Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri: vt non portetis vltrà opprobrium famis in Gentibus. ¶ 31 Et recordabimini vlarum vestrarum pessimatum, studiorũmque non bonorum: & displicebunt vobis iniquitates vestræ, & scelera vestra. ¶ 32 Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum sit vobis: confundimini & erubescite super viis vestris, domꝰ Israel. ¶ 33 Hæc dicit Dominus Deus, In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instaurauero ruinosa: ¶ 34 Et terra deserta fuerit exculta, quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris: ¶ 35 Dicent, Terra illa inculta, facta est vt Hortus voluptatis: & ciuitates desertæ, & *destitutæ atque subfossæ, munitæ sederunt. ¶ 36 Et scient Gentes quæcunque derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego Dominus ædificaui dissipata, plantauique inculta, ego Dominus locutus sim & fecerim. ¶ 37 Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc in hoc inuenient me domus Israel, vt faciam eis: Multiplicabo eos sicut gregem hominum. ¶ 38 Vt gregem sanctum, vt gregẽ Ierusalem in solẽnitatibus eius: sic erunt ciuitates desertæ, plenæ gregibus hominum: & scient quia ego Dominus.

audio,

Isaiæ 52. b. 5. Rom. 2. d. 24.

*deso

### CAP. XXXVII.

Reductionem populi captiui prophetat. 15 Decem tribuum cum duabus vnionem ostendit. 24 Christus vnius populi Christiani rex & pastor vnus atque æternus.

FActa est super me manus Domini, & eduxit me in Spiritu Domini: & dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus: ¶ 2 Et circunduxit me per ea in gyro: erant autem multa valde super faciem campi, siccáque vehementer. ¶ 3 Et dixit ad me, Fili hominis putásne viuẽt ossa ista? Et dixi, Domine Deus tu nosti. ¶ 4 Et dixit ad me, Vaticinare de ossibus istis: & dices eis, Ossa arida audite verbum Domini. ¶ 5 Hæc dicit Dominus Deus ossibus his, Ecce ego intromittam in vos spiritum, & viuetis: ¶ 6 Et dabo super vos neruos, & succrescere faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem: & dabo vobis spiritum, & viuetis: & scietis quia ego Dominus. ¶ 7 Et prophetaui sicut præceperat mihi: factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio: & accesserunt ossa ad ossa, vnũquodque ad iunctũram suam. ¶ 8 Et vidi, & ecce super ea nerui, & carnes ascẽderunt: & extenta est in eis cutis désuper, & spiritum non habebant. ¶ 9 Et dixit ad me, Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritũ, Hæc dicit Dominus Deus, A quatuor ventis veni spiritus: & insufla super in-

terfectos istos,& reuiuiscant. ¶10 Et prophe
tauí, sicut præceperat mihi: & ingressus est
in ea spiritus,& reuixerunt: ſteterúntq; super
pedes suos exercit' grādis nimis valde.
¶11 Et dixit ad me, Fili hominis,ossa hæc vniuersa,domus Israel est:ipsi dicūt, Aruerūt
ossa nostra,& perijt spes nostra,& abscissi sumus. ¶12 Propterea vaticinare, & dices ad
eos, Hæc dicit Dominus Deus,Ecce ego aperiam tumulos vestros,& educā vos de sepulchris vestris populus meus:& inducā vos in
terrā Israel. ¶13 Et scietis quia ego Dominus,
quū aperuero sepulchra vestra, & eduxero
vos de tumulis vestris popule meus: ¶14 Et
dedero spiritū meum in vobis,& vixeritis,& requieſcere vos faciam super humū vestram:
& scietis quia ego Dominus locutus sum, & fecī,ait Dominus Deus. ¶15 Et factus est sermo Domini ad me,dicēs, ¶16 Et tu fili hominis sume tibi lignū vnum: & scribe super illud,Iudæ & filiorum Israel sociorum eius.&
tolle lignum alterum, & scribe super illud,
Ioseph lignum Ephraim,& cūctæ domus Israel, sociorumque eius. ¶17 Et adiunge illa,
vnū ad alterum tibi in lignum vnū: & erunt
in vnionē in manu tua. ¶18 Quum autē dixerint ad te filli populi tui loquentes , Nōne
indicas nobis quid in his tibi velis ? ¶ 19 Loquēris ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce,ego assumam lignum Ioseph, quod est in
manu Ephraim, & tribus Israel quæ sunt ei
adiunctæ:& dabo eas pariter cū ligno Iuda,
& faciam eas in lignū vnum,& erunt vnum
in manu eius. ¶ 20 Erunt autem ligna super
quæ scripseris, in manu tua,in oculis eorū.
¶21 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus,
Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum ad quas abierunt:& congregabo eos
vndique,& adducā eos ad humum suā. ¶22 Et
faciam eos in gentem vnam in terra in mōtibus Israel, & rex vnus erit omnibus imperans: & non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna. ¶ 23 Neque
polluēt ur vltrà in idōlis suis & abominationibus, & cunctis iniquitatibus suis:& saluos
eos faciā de vniuersis sedibus suis in quibus
peccauerunt,& emundabo eos:& erunt mihi
populus,& ego ero eis Deus. ¶24 Et seruus
meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omniū eorū:in iudiciis meis ambulabunt,
& mādata mea custodient, & facient ea. ¶25 Et
habitabūt super terrā quam dedi seruo meo
Iacob, in qua habitauerunt patres vestri : &
habitabunt super eam ipsi, & filii eorum, &
filii filiorum eorum, vsque in sempiternum:
& Dauid seruus meus princeps eorum in perpetuum. ¶26 Et percutiā cum illis fœdus pacis, pactum sempiternum erit eis: & fundabo
eos,& multiplicabo, & dabo sanctificationē
meam in medio eorū in perpetuū. ¶27 Et erit
tabernaculum meū in eis:& ero eis Deus, &
ipsi erunt mihi populus. ¶28 Et scient Gētes
quia ego Dominus sanctificator Israel quum
fuerit sanctificatio mea in medio eorum in
perpetuum. CAP. XXXVIII.

Vaticinatur Gog & Magog venturos cum
instructo exercitu in terram promissionis.
10 Eorum conatus.14 Repetit Gog aduentum

à prophetis iam olim prænuntiatum.17 Eiusdem interitus.

ET factus est sermo Domini ad me,dicēs, A
¶2 Fili hominis pone faciem tuā contra Apoc.20.c.8.
Gog ~&'terram Magog,principē capitis Mosoch & Thubal:& vaticinare de eo, ¶3 Et dices ad eum,' Hæc dicit Dominus Deus, Ecce
ego ad te Gog principem capitis Mosoch &
Thubal, ¶4 Et circumagam te,& ponam frænum in maxillis tuis:& educam te & omnem
exercitum tuum,equos & equites vestitos loricis vniuersos, multitudinē magnam hastā
& clypeum arripientium & gladiū. ¶5 Persæ,
Aethiopes,& Libyes cum eis: omnes scutati
& galeati. ¶6 Gomer, & vniuersa agmina ei- B
us, domus Thogorma látera Aquilonis, &
totum robur eius : populique multi tecum.
¶7 Præpara & instrue te & omnem multitudinem tuam quæ coacervata est ad te:& esto
eis in præceptum. ¶8 Post dies multos visitaberis:in 'nouissimo annorum venies ad ter- 'nouissimis
ram quæ reuersa est à gladio , & congregata
est de populis multis, ad montes Israel, qui
fuerūt deserti iugiter:hæc de populis educta
est,& habitabunt in ea confidenter vniuersi.
¶9 Ascēdens autem quasi tempestas venies, C
& quasi nubes, vt operias terrā tu & omnia
agmina tua,& populi multi tecum. ¶10 Hæc
dicit Dominus Deus,In die illa ascēdent ser
mones super cor tuū, & cogitabis cogitationem pessimā: ¶11 Et dices, Ascendā ad terram
absque muro: veniā ad quiescentes habitantēsque secure: hi omnes habitant sine muro,
vectes & portæ non sunt eis: ¶12 Vt diripias
spolia,& inuadas prædam , vt inferas manū D
tuam super eos qui deserti fuerant,& postea
restituti,& super populū qui est cōgregatus
ex Gentibus,qui possidere cœpit & esse habitator vmbilici terræ. ¶13 Saba, & Dedā,& negotiatores Tharsis , & omnes leones eius dicent tibi , Nunquid ad sumēda spolia tu venis? ecce ad diripiendam prædā congregasti
multitudinē tuam,vt tollas argentum & aurum,& auferas supellectilē atque substantiā,
& diripias manubias infinitas. ¶14 Propterea
vaticinare fili hominis,& dices ad Gog,Hæc E
dicit Dominus Deus, Nunquid non in die illo,quū habitauerit populus meus Israel confidenter,scies? ¶15 Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu & populi multi tecum,
ascēsores equorum vniuersi, cœtus magnus,
& exercitus vehemens. ¶16 Et ascendes super
populū meum Israel quasi nubes,vt operias
terram.In nouissimis diebus eris,& adducam
te super terram meam: vt sciant Gentes me,
quum sanctificatus fuero In te in oculis eorum ô Gog. ¶17 Hæc dicit Dominus Deus,Tu F
ergo ille es de quo loquutus sum in diebus
antiquis in manu seruorum meorū prophetarum Israel, qui prophetauerunt in diebus
illorū temporum, vt adducerē te super eos.
¶18 Et erit in die illa,in die aduentus Gog su
per terrā Israel,ait Dominus Deus:ascendet
indignatio mea in furore meo: ¶19 Et in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum. Quia
in die illa erit cōmotio magna super terram
Israel. ¶20 Et cōmouebuntur à facie mea pi- Matt.24.c.29.
sces maris, & volucres cæli,& bestiæ agri, & Luc.21.c.26.

omne reptile quod mouetur super humum, C cunctique homines qui sunt super faciē terræ: & subuertentur mōtes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in terram. ¶ 21 Et conuocabo aduersus eū in cūctis montibus meis gladiū, ait Dominus Deus: gladius vnius cuiusque in fratrem suum dirigetur. ¶ 22 Et iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis: ignem, & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos qui sunt cum eo. ¶ 23 Et magnificabor, & sanctificabor, & notus ero in oculis multarū gentiū: & scīēt quia ego Dominus. CAP. XXXIX.

Rursum ostendit destructionē Gog & Magog. 11 Sepulchrū Gog & exercitus. 17 Ipsum cum suis à volucribus & bestiis deuorandum prædicit. 23 Quare domus Israel vastata sit. 25 Reductio à captiuitate promittitur.

A TV autē fili hominis vaticinare aduersum Gog, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego super te Gog principem capitis Mosoch & Thubal: ¶ 2 Et circūagam te, & educam te, & ascendere te faciam de lateribus Aquilonis: & adducā te super montes Israel. ¶ 3 Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua: & sagittas tuas de manu dextera tua deiiciam. ¶ 4 Super montes Israel cades tu, & omnia agmina tua, & populi qui sunt tecum: feris, auibus, omnique volatili, & bestiis terræ dedi te ad deuorandum. ¶ 5 Super faciē agri cades: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. ¶ 6 Et immittam ignem in Magog, & in his qui habitant in insulis confidenter: & scient quia ego Dominus. ¶ 7 Et nomē sanctum meum notum faciam in medio populi mei Israel, & non polluam nomen sanctum meum amplius: & scient Gentes quia ego Dominus sanctus Israel. ¶ 8 Ecce venit, & factū est, ait Dominus Deus: hæc est dies de qua locutus sum. ¶ 9 Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent & cōburent arma, clypeum & hastas, arcum & sagittas, & baculos manuum, & contos: & succendent ea igni septem annis. C ¶ 10 Et non portabunt ligna de regionibus, neque succidēt de saltibus: quoniā arma succendent igne, & deprædabuntur eos quibus prædæ fuerant, & diripient vastatores suos, ait Dominus Deus. ¶ 11 Et erit in die illa: dabo Gog locum nominatum sepulchrum in Israel, vallem viatorū ad Orientem maris, quæ obstupefacere faciet prætereuntes: & sepelietē ibi Gog, & omnem multitudinē eius, & vocabitur Vallis multitudinis Gog. ¶ 12 Et sepelient eos domus Israel, vt mundent terram septem mensibus. ¶ 13 Sepelient autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies in qua glorificatus sum, ait Dominus Deus. ¶ 14 Et viros iugiter constituent lustrantes terram qui sepeliant, & requirant eos qui remanserant super faciem terræ, vt emundent eam: post menses autē septem quærere incipient. ¶ 15 Et circuibunt peragrantes terram: quūmque viderint os hominis, statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illud pollinctores in Valle multitudinis Gog. ¶ 16 Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt terrā. ¶ 17 Tu ergo fili hominis (hæc dicit Dominus Deus) B Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestiis agri, Conuenite, properate, cōcurrite vndique ad victimam meam quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel: vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem. ¶ 18 Carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis: arietum, & agnorum, & hircorū, taurorūmque, & altilium, & pinguium omniū. ¶ 19 Et comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem, de victima quam ego immolaui vobis: ¶ 20 Et saturabimini super mensam meam de equo, & equite forti, & de vniuersis viris bellatoribus, ait Dominus Deus. ¶ 21 Et ponā gloriam meā in Gentibus: & videbunt omnes Gentes iudicium meū quod fecerim, & manum meam quam posuerim super eos, ¶ 22 Et sciēt domus Israel quia F ego Dominus Deus eorum à die illa & deinceps. ¶ 23 Et scient Gentes quoniam in iniquitate sua captæ sūt domus Israel: eo quōd dereliquerint me, & absconderim faciem meam ab eis, & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint in gladio vniuersi. ¶ 24 Iuxta immunditiam eorū & scelus fecī eis, & abscōdi faciem meam ab illis. ¶ 25 Propterea hæc dicit Dominus Deus, Nunc reducam captiuitatē Iacob, & miserebor omnis domus Israel: & assumam zelum pro nomine sancto meo. G ¶ 26 Et portabunt confusionem suam, & omnem præuaricationem qua præuaricati sunt in me, quum habitauerint in terra sua confidenter neminem formidantes, ¶ 27 Et reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum suorum, & sanctificatus fuero in eis in oculis Gentiū plurimarū. ¶ 28 Et Ezech. 36. sciēt quia ego Dominus Deus eorū, eo quōd transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non dereliquerim quenquam ex eis ibi. ¶ 29 Et non abscōdam vltrà faciem meam ab eis, eo quōd effuderim Spiritum meum super omnem domū Israel, ait Dominus Deus. CAP. XL.

Prophetæ ostenditur futura restauratio ciuitatis & templi.

IN vicesimo quinto anno trāsmigrationis A nostræ, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno, postquā percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est super me manus Domini, & adduxit me illuc. ¶: In visionib⁹ Dei adduxit me in terrā Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi ædificiū ciuitatis vergentis ad Austrum. ¶ 3 Et introduxit me illuc: & ecce vir, cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius: stabat autē in porta. ¶ 4 Et locutus est ad me idem vir, Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi: quia vt ostendantur tibi adducta es huc: annuntia omnia quæ tu vides, domui Israel. ¶ 5 Et ecce murus foris secus in circuitu domus vndique, & in manu viri calamus mēsuræ sex cubitorū & palmo: & mēsus est latitudinem ædificii calamo vno, altitudinem quoque calamo vno. ¶ 6 Et venit ad portā quæ respicie-

bat viam Orientalem,& ascendit per gradus
B eius: & mensus est limen portæ calamo vno
latitudinem,id est,limen vnum calamo vno
in latitudine: ¶7 Et thalamum vno calamo
in longum, & vno calamo in latum:& inter
thalamos,quinque cubitos:& limē portæ iu-
xta vestibulum portæ intrinsecus,calamo v-
no. ¶8 Et mensus est vestibulum portæ octo
cubitorum,& frōtem eius duobus cubitis:ve-
stibulū autē portæ erat intrinsecus. ¶10 Por-
ro thalami portæ ad viam Orientalem , tres
hinc & tres inde : mensura vna triū, & men-
sura vna frontium ex vtraque parte. ¶11 Et
mensus est latitudinem limiuis portæ decem
cubitorum:& longitudinem portæ tredecim
cubitorum: ¶12 Et marginem ante thalamos
cubiti vnius : & cubitus vnus finis vtrinque.
thalami autem, sex cubitorum erant hinc &
inde. ¶13 Et mensus est portam à tecto thala
mi, vsque ad tectum eius, latitudinem vigin-
tiquinque cubitorum:ostium contra ostium.
¶14 Et fecit frontes per sexaginta cubitos: &
ad frontem atriū portæ vndique per circui-
tum. ¶15 Et ante faciem portæ quæ pertinge-
bat vsque ad faciem vestibuli portæ interio-
C ris , quinquaginta cubitos. ¶16 Et fenestras
obliquas in thalamis & in frontibus eorum
quæ erant intra portā vndique per circuitū:
similiter autem erāt & in vestibulis fenestræ
per gyrum intrinsecus,& ante frōtes pictura
palmarum cælata.' ¶17 Et eduxit me ad atriū
exterius,& ecce gazophylacia, & pauimentū
strātum lapide in atrio per circuitum:triginta
gazophylacia in circuitu pauimenti. ¶18 Et
pauimentum in fronte portarum secundum
longitudinem portarum erat inferius. ¶19 Et
mēsus est latitudinem à facie portæ inferio-
ris vsque ad frontem atrii interioris extrin-
secus, centum cubitos ad Orientem & ad A-
quilonem. ¶20 Portam quoque quæ respicie-
bat viam Aquilonis atrii exterioris , mensus
est tam in longitudine quàm in latitudine.
¶21 Et thalamos eius tres hinc & tres inde:&
frontem eius & vestibulum eius secundum
mensuram portæ prioris : quinquaginta cu-
bitorum longitudinem eius , & latitudinem
vigintiquinque cubitorum. ¶22 Fenestræ au-
tem eius,& vestibulum , & sculpturæ secun-
D dum mēsuram portæ quæ respiciebat ad O-
rientem:& septem graduū erat ascēsus eius,
& vestibulum ante eam. ¶23 Et porta atrii in-
terioris contra portam Aquilonis, & Orien-
talem : & mensus est à porta vsque ad portā
centū cubitos . ¶24 Et eduxit me ad viam
Austrālem, & ecce porta quæ respiciebat ad
Austrum:& mensus est frontem eius,& vesti
bulum eius iuxta mensuras superiores. ¶25 Et
fenestras eius & vestibula in circuitu , sicut
fenestras cæteras : quinquaginta cubitorum
longitudine , & latitudine viginti quinq; cu-
bitorum, ¶26 Et in gradibus septem ascende-
batur ad eam:& vestibulum ante fores eius:
& cælatæ palmæ erant , vna hinc , & altera
inde in fronte eius. ¶27 Et porta atrii interio-
ris in via Australi:& mensus est à porta vsq;
ad portam in via Australi, centum cubitos.
¶28 Et introduxit me in atrium interius ad
portam Austrālem:& mēsus est portā iuxta
mensuras superiores: ¶29 Thalamum eius,& frontem eius,& vestibulum eius iuxta mensuris: & fenestras eius, & vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubites longitudinis, & latitudinis viginti quinque cubitos. ¶30 Et E
vestibulum per gyrum longitudine viginti-
quinque cubitorum,& latitudine quinque cu
bitorum. ¶31 Et vestibulum eius ad atriū ex-
terius, & palmas eius in fronte: & octo gra-
dus erant quibus ascendebatur per eā. ¶32 Et
introduxit me in atrium interius per viam
Orientalem:& mensus est portam secundum
mensuras superiores. ¶33 Thalamum eius,&
frontem eius,& vestibulū eius,iuxta supiā &
fenestras eius,& vestibula in circuitu,longi- *eius
tudine quinquaginta cubitorum, & latitudi-
ne viginti quinque cubitorum. ¶34 Et vestibu-
lum eius, id est, atrii exterioris:& palmæ cæ
latæ in fronte eius hinc & inde : & in octo
gradibus ascensus eius. ¶35 Et introduxit me
ad portam quæ respiciebat ad Aquilonem:
& mensus est secundum mēsuras superiores.
¶36 Thalamum eius, & frontem eius, & ve-
stibulum eius , & fenestras eius per circuitū,
longitudine quinquaginta cubitorum , & la-
titudine viginti quinque cubitorum. ¶37 Et
vestibulum eius respiciebat ad atrium exte-
rius:& cælatura palmarū in fronte eius hinc
& inde:& in octo gradib' ascēsus eius. ¶38 Et F
per singula gazophylacia ostium in frōtibus
portarum:ibi lauabant holocaustum. ¶39 Et
in vestibulo portæ duæ mensæ hinc, & duæ
mēsæ inde:vt' immoletur' super eas holocau- *immolare-
stum,& pro peccato,& pro delicto. ¶40 Et ad tur
latus exterius quod ascēdit ad ostium portæ
quæ pergit ad Aquilonē, duæ mēsæ:& ad la-
tus alterum ante vestibulum portæ,duæ mē-
sæ. ¶41 Quatuor mensæ hinc,& quatuor mē-
sæ inde:per latera portæ octo mēsæ erant su
per quas immolabant. ¶42 Quatuor autē mē
sæ ad holocaustū, de lapidib' quadris extru-
ctæ:lōgitudine cubiti vnius & dimidii, & la-
titudine cubiti vnius & dimidii, & altitudine
cubiti vnius:super quas ponēt vasa in quibus
immolatur holocaustū & victima. ¶43 Et la-
bia carū palmi vnius,reflexa intrinsecus per
circuitū:super mēsas autē,carnes oblationis.
¶44 Et extra portam interiorem gazophyla-
cia cantorum in atrio interiori,quod erat in G
latere portæ respicientis ad Aquilonem : &
facies eorum contra viam Austrālem,vna ex
latere portæ Orientalis quæ respiciebat ad
viam Aquilonis. ¶45 Et dixit ad me, Hoc est
gazophylacium quod respicit viam Meridia-
nam, sacerdotum qui excubant in custodiis *erit
templi. ¶46 Porrō gazophylacium quod re-
spicit ad viā Aquilonis, sacerdotum erit qui
excubant ad ministerium altaris. hīi sunt fīi
Sadoc, qui accedunt de fīlis Leui ad Do-
minum,vt ministrent ei. ¶47 Et mensus est
atriū longitudine centū cubitorū,& latitudi
ne centū cubitorū,per quadrū:& altare ante
faciem templi. ¶48 Et introduxit me in vestibu-
lum templi : & mensus est vestibulum quin-
que cubitis hinc, & quinque cubitis inde : &
latitudinem portæ trium cubitorum hinc,&
trium cubitorum inde. ¶49 Longitudinem
autem vestibuli, viginti cubitorum: & latitu-

dinem vndecim cubitorum, & octo gradibus ascendebatur ad eam. Et columnæ erant in frontibus: vna hinc, & altera inde.

CAP. XLI.

Dispositio reædificandi templi, & ad id pertinentium.

ET introduxit me in templum, & mensus est frõtes sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinẽ tabernaculi. ¶2 Et latitudo portæ, decem cubitõ erat: & latera portæ quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. ¶3 Et introgressus intrinsecus, mensus est in fronte portæ duos cubitos: & portam, sex cubitorum: & latitudinem portæ, septem cubitorum. ¶4 Et mensus est lõgitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum, ante faciẽ tẽpli. Et dixit ad me, Hoc est sanctũ sanctorum. ¶5 Et mẽsus est parietem domus sex cubitorum: & latitudinem lateris, quatuor cubitorum vndique per circuitũ domus. ¶6 Latera autem, latus ad latus, bis triginta tria: & erant eminentia quæ ingrederentur per parietem domus, in lateribus per circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem tẽpli. ¶7 Et platẽa erat in rotundũ, ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculũ templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum in superioribus: & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora, & in medio. ¶8 Et vidi in domo altitudinem per circuitũ, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio: ¶9 Et latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat interior domus in laterib⁹ domus. ¶10 Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorũ in circuitu domus vndique. ¶11 Et ostiũ lateris ad orationem: ostium vnum ad viam Aquilonis, & ostium vnum ad viam Austrã lem: & latitudinem loci ad orationem, quinque cubitorum in circuitu. ¶12 Et ædificium quod erat separatum, versũmque ad viã respicientem ad mare, latitudinis septuaginta cubitorum. paries autẽ ædificii, quinque cubitorum latitudinis per circuitum: & longitudo eius, nonaginta cubitorum. ¶13 Et mensus est domus longitudinem, centum cubitorum: & quod separatũ erat ædificium, & parietes eius, longitudinis centum cubitorum. ¶14 Latitudo autem ante faciem domus: & eius quod erat separatum contra Orientem, centum cubitorum. ¶15 Et mensus est longitudinem ædificii contra faciem eius quod erat separatum ad dorsum: ethecas ex vtraq; parte centum cubitorum: & templum interius, & vestibula atrii. ¶16 Limina & fenestras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes, cõtra vniuscuiusque limen, straturaque ligno per gyrum in circuitu: terra autem vsque ad fenestras, & fenestræ clausæ. ¶17 Usque per ostia. Et vsque ad domum interiorem, & forinsecus: & per omnem parietem in circuitu intrinsecus, & forinsecus, ad mensurã. ¶18 Et fabrefacta Cherubim & palmæ: & palma inter Cherub & Cherub, duasque facies habebat Cherub. ¶19 Faciem hominis iuxta palmã ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte: expressam per omnem domum in circuitu. ¶20 De terra vsque ad superiora portæ, Cherubim & palmæ cælatæ erant in pariete templi. ¶21 Limen, quadrangulum: & facies sanctuarii, aspectus contra aspectum. ¶22 Altaris lignei trium cubitorum altitudo: & longitudo eius, duorum cubitorum: & anguli eius, & lõgitudo eius, & parietes eius ligneĩ. Et locutus est ad me, Hæc est mensa coram Domino. ¶23 Et duo ostia erant in templo, & in sanctuario. ¶24 Et in duobus ostiis ex vtraque parte bina erant ostiola, quæ in seinuicem plicabãtur: bina enim ostia erãt ex vtraque parte ostiorum. ¶25 Et cælata erant in ipsis ostiis templi Cherubim, & sculptura palmarũ, sicut in parietibus quoque expressa erant: quam ob rem & grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus. ¶26 Super quæ fenestræ obliquæ, & similitudo palmarum hinc atq; inde in humeralis vestibuli: secundum latera domus, latitudinẽmq; parietum.

CAP. XLII.

De gazophylaciis, cæterisque ad vsum sacrorum reparandis.

ET eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad Aquilonem, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra separatum ædificium & contra ædem vergentem ad Aquilonem. ¶2 In facie longitudinis, cẽtum cubitos ostii Aquilonis: & latitudinis quinquaginta cubitos: ¶3 Contra viginti cubitos atrii interioris, & contra pauimentum stratum lapide atrii exterioris, vbi erat porticus sũcta porticui triplici. ¶4 Et ante gazophylacia deambulatio decẽ cubitorum latitudinis, ad interiora respicíens viæ cubiti vnius. Et ostia earum ad Aquilonem. ¶5 Vbi erant gazophylacia in superioribus humiliora: quia supportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ædificii. ¶6 Triftega enim erant, & non habebãt colũnas, sicut erant columnæ atriorum: propterea eminebãt de inferioribus, & de medijs à terra cubitis quinquaginta. ¶7 Et peribolus exterior, secundum gazophylacia, quæ erãt in via atrii exterioris ante gazophylacia: longitudo eius, quinquaginta cubitorum. ¶8 Quia lõgitudo erat gazophylaciorũ atrii exterioris, quinquaginta cubitorum: & longitudo ante faciem templi, centum cubitorum. ¶9 Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab Oriente ingredientiũ in ea de atrio exteriori: ¶10 In latitudine periboli atrii, quod erat contra viam Orientalem, in faciem ædificii separati, & erant ante ædificium gazophylacia, ¶11 Et via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophylaciorum, quæ erant in via Aquilonis: secundum longitudinẽ eorum, sic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum ¶12 Secundum ostia gazophylaciorum quæ erant in via respiciente ad Notum: ostium in capite viæ, quæ via erat ante vestibulum separatum per viam Orientalem ingredientibus. ¶13 Et dixit ad me, Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri, quæ sunt ante ædificium separatum: hæc sunt gazophyla-

cia sancta, in quibus vescẽtur sacerdotes qui appropinquant ad Dominum in sancta sanctorum. ibi ponent sancta sanctorum, & oblationẽ pro peccato, & pro delicto: locus enim sanctus est. ¶14 Quum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius: & ibi reponent vestimẽta sua In quibus ministrant, quia sancta sunt: vestientúrque vestimentis alijs, & sic procedẽt ad populum. ¶15 Quúmque complesset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ quæ respiciebat ad viam Orientalem: & mensus est eam vndique per circuitum. ¶16 Mensus est autem contra ventum Orientalem calamo mensuræ: quingẽtos calamos in calamo mensuræ per circuitũ. ¶17 Et mẽsus est contra ventum Aquilonis quingẽtos calamos, in calamo mẽsuræ per gyrũ. ¶18 Et ad ventum Australem mensus est quingentos calamos, in calamo mensuræ. ¶19 Per circuitum. Et ad ventum Occidentalem mensus est quingentos calamos, in calamo mẽsuræ. ¶20 Per quatuor ventos mensus est murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum.

## CAP. XLIII.

Videt gloriam Dei templum ingredientem à quo antè recesserat. 7 Idololatriam filiorum Israel commemorat, propter quam consumpti sunt. 9 Iubetur eos renocare ad pœnitentiam. 13 Descriptio altaris. 18 Ritus sacrificandi.

ET eduxit me ad portam quæ respiciebat ad viam Orietalem. ¶1 Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam Orientalem: & vox erat ei quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius. ¶3 Et vidi visionem secũdum speciem quam videram, quando venit vt disperderet ciuitatem: & species secundum aspectum quem videram iuxta fluuium Chobar: & cecidi super faciẽ meã. ¶4 Et maiestas Domini ingressa est templum per viam portæ quæ respiciebat ad Orientem. ¶5 Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria Domini domus. ¶6 Et audiui loquentem ad me de domo, & vir stabat iuxta me. ¶7 Et dixit ad me, Fili hominis, locus solii mei, & locus vestigiorum pedum meorũ, vbi habito in medio filiorum Israel in æternum: Et non polluent vltrà domus Israel nomen sanctum meum, ipsi, & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regum suorum, & in excelsis. ¶8 Qui fabricati sunt limẽ suum iuxta limen meum, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerũt nomen sanctum meum in abominationibus quas fecerunt: propter quod consumpsi eos in ira mea. ¶9 Nunc ergo repellant procul fornicationem suam, & ruinas regum suorum à me: & habitabo in medio eorum semper. ¶10 Tu autem fili hominis, ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis: & metiãtur fabricam. ¶11 Et erubescant ex omnibus quæ fecerunt: figuram domus, & fabricæ eius exitus & introitus, & omnem descriptionem eius, & vniuersa præcepta eius, cunctúmque ordinem eius, & omnes leges eius ostẽde eis: & scribes in oculis eorum: vt custodiant omnes descriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea. ¶12 Ista est lex domus, In summitate montis omnes fines eius in circuitu sanctum sanctorum est. hæc est ergo lex domus. ¶13 Istæ autem mensuræ altaris in cubito veriſſimo, qui habebat cubitum & palmum: in sinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine: & desinitio eius vsque ad labium eius, & in circuitu palmus vnus. hæc quoque erat fossa altaris. ¶14 Et de sinu terræ vsque ad crepidinem nouissimam duo cubiti, & latitudo cubiti vnius: & à crepidine minore vsque ad crepidinem maiorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti vnius. ¶15 Ipse autem ariel quatuor cubitorum: & ab ariel vsque ad sursum, cornua quatuor. ¶16 Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis: quadrangulatum æquis lateribus. ¶17 Et crepido quatuordecim cubitorũ longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidii cubiti, & sinus eius vni cubiti per circuitum: gradus autem eius versũ ad Orientem. ¶18 Et dixit ad me, Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, Hi sunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatum, vt offeratur super illud holocaustum, & effundatur sanguis. ¶19 Et dabis sacerdotibus & Leuitis qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, vt offerant mihi vitulum de armẽto pro peccato. ¶20 Et assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronam in circuitu: & mundabis illud & expiabis. ¶21 Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato: & cõburetur eum in separato loco domus extra sanctuarium. ¶22 Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato: & expiabunt altare, sicut expiauerunt in vitulo. ¶23 Quúmque compleueris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatũ. ¶24 Et offeres eos in conspectu Domini: & mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos in holocaustum Domino. ¶25 Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. ¶26 Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum eius. ¶27 Expleris autem septẽ diebus, in die octaua & vltrà faciẽt sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro pace offerunt: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

## CAP. XLIIII.

Quæ porta tẽpli sit clausa ostẽdit. 5 Reddit Dominus prophetæ attentum. 6 Iubetur populo exprobrare sua scelera. 7 Incircumcisus corde & carne. 9 Qui admittendi ad ministerium templi, & qui ab illo reiiciendi. 15 Quos ex sacerdotibus velit admitti in sanctuarium suum præscribit, simul & eorum officium. 22 Vinum. 22 Vxores. 25 Hæredi tas sacerdotum.

ET conuertit me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad Orientem: & erat clausa. ¶ 2 Et dixit Dominus ad me, Porta hæc, clausa erit: non aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritque clausa. ¶ 3 Principi. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino: per viam portæ vestibuli ingredietur, & per viã eius egredietur. ¶ 4 Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in conspectu domus: & vidi, & ecce impleuit gloria Domini domum Domini: & cecidi in faciem meam. ¶ 5 Et dixit ad me Dominus, Fili hominis, pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis, audi omnia quæ ego loquor ad te de vniuersis cæremoniis domus Domini, & de cunctis legibus eius: & pones cor tuum in vijs templi, per omnes exitus sanctuarii. ¶ 6 Et dices ad exasperantem me domum Israel, Hæc dicit Dominus Deus, sufficiant vobis omnia scelera vestra, domus Israel: ¶ 7 Eo quòd induceritis filios alienos incircumcisos corde & incircumcisos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domum meam: & offertis panes meos, adipem & sanguinem: & dissoluistis pactũ meũ in omnibus sceleribus vestris. ¶ 8 Et non seruastis præcepta sanctuarii mei: & posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis. ¶ 9 Hæc dicit Dominus Deus, Omnis alienigena incircumcisus corde & incircumcisus carne non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus qui est in medio filiorũ Israel. ¶ 10 Sed & Leuitæ qui longè recesserunt à me in errore filiorum Israel, & errauerunt à me post idola sua, & portauerũt iniquitatem suã: ¶ 11 erunt in sanctuario meo æditui, & ianitores portarũ domus, & ministri domus: ipsi mactabunt holocaustũ, & victimas populi: & ipsi stabũt in cõspectu eorum, vt ministrent eis. ¶ 12 Pro eo quòd ministrauerint illis in cõspectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculum iniquitatis: idcirco leuaui manum meam super eos, ait Dominus Deus, & portauerunt iniquitatem suam. ¶ 13 Et non appropinquabunt ad me, vt sacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne sanctuarium meum iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua quæ fecerunt. ¶ 14 Et dabo eos ianitores domus & in omni ministerio eius, & in vniuersis quæ fient in ea. ¶ 15 Sacerdotes autem & Leuitæ filii Sadoc, qui custodierunt cæremonias sanctuarii mei, quum errarent filii Israel à me, ipsi accedent ad me, vt ministrent mihi: & stabunt in conspectu meo, vt offerant mihi adipẽ & sanguinem, ait Dominus Deus. ¶ 16 Ipsi ingredientur sanctuarium meum, & ipsi accedent ad mensam meam, vt ministrent mihi, & custodiant cæremonias meas. ¶ 17 Quũmque ingredientur portas atrii interioris, vestibus lineis induentur: nec ascendet super eos quicquam laneum, quando ministrant in portis atrii interioris & intrinseci. ¶ 18 Vittæ lineæ erunt in capitibus eorũ, & feminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in sudore. ¶ 19 Quũmque egredientur atriũ exterius ad populum, exuent se vestimentis suis in quibus ministrauerant, & reponẽt ea in gazophylacio sanctuarii, & vestient se vestimentis aliis: & non sanctificabunt populum in vestibus suis. ¶ 20 Caput autem suum non radent, neque comã nutrient: sed tondentes attondent capita sua. ¶ 21 Et vinũ non bibet omnis sacerdos, quando ingressurus est atrium interius. ¶ 22 Et viduam, & repudiatam non accipient vxores: sed virgines de semine domus Israel: sed & viduam, quæ fuerit vidua à sacerdote, accipiẽt. ¶ 23 Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum: & inter mundum & immundum ostendent eis. ¶ 24 Et quũ fuerit controuersia, stabunt in iudiciis meis, & iudicabunt: leges meas, & præcepta mea in omnibus solennitatibus meis custodient, & sabbatha mea sanctificabũt. ¶ 25 Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur: nisi ad patrem & matrem, & filium & filiam, & fratrem & sororẽ quæ alterum virum non habuerit: in quibus contaminabuntur. ¶ 26 Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur ei. ¶ 27 Et in die introitus sui in sanctuarium ad atrium interius vt ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait Dominus Deus. ¶ 28 Erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum: & possessionem non dabitis eis in Israel, ego enim possessio eorum. ¶ 29 Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent & omne votum in Israel, ipsorum erit. ¶ 30 Et primitiua omnia primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, facerdotum erunt: & primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui suæ. ¶ 31 Omne morticinum, & captum à bestia de auibus & de pecoribus, non comedent sacerdotes.

## CAP. XLV.

EX tota terra promissionis separãtur quatuor portiones, quarũ prima sacerdotibus & templo deputatur. 5 Altera Leuitis. 6 Tertia ciuitati. 7 Quarta principi. 9 Exhortatio ad principes Israel. 10 De æquitate ponderis & mensuræ. 11 Siclus. 12 Mna. 13 De primitiis. 18 De oblationibus primi mensis. 21 De oblationibus paschæ. 24 Scenopegiæ.

QVũmque cæperitis terram diuidere sorte, separate primitias Domino sanctificatum de terra longitudine viginti quinque millia, & latitudine decem millia: sanctificatum erit in omni termino eius per circuitũ. ¶ 2 Et erit ex omni parte sanctificatũ quingentos per quingentos, quadrifarii per circuitũ: & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum. ¶ 3 Et à mensura ista mensurabis longitudinem viginti quinque millia, & latitudinem decem millium, & in ipso erit templũ, sanctũmq; sanctorũ. ¶ 4 Sanctificatũ de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarii, qui accedunt ad ministerium Domini: & erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis. ¶ 5 Viginti quinque autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt Leuitis qui ministrant domui: ipsi possidebunt viginti gazophylacia. ¶ 6 Et possessionem ciuitatis dabit quinq; millia latitu-

dinis, & longitudinis viginti quinque millia, secundum separationē sanctuarii, omni domui Israel. ¶7 Principi quoque huic & inde, in separationem sanctuarii, & in possessionē ciuitatis, contra faciem separationis sanctuarii, & contra faciem possessionis vrbis: à latere Maris vsque ad Mare, & à latere Orientis vsque ad Orientem: 'longitudinis' autem iuxta vnamquancque partem à termino Occidentali vsque ad terminum Orientalē. ¶8 De terra erit ei possessio in Israel: & non depopulabūtur vltrà principes Populum meum: sed terram dabunt domui Israel secundū tribus eorum. ¶9 Hæc dicit Dominus Deus, Sufficiat vobis principes Israel: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite, separate cōsinia vestra à populo meo, ait Dominus Deus. ¶10 Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis. ¶11 Ephi & batus æqualia, & vnius mensuræ erunt: vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi: iuxta mensuram cori erit æqua libratio eorū. ¶12 Siclus autem, viginti obolos habet: porrō viginti sicli, & viginti-quinque sicli, & quindecim sicli, mnam faciunt. ¶13 Et hæ sunt primitiæ quas tolletis: sextam partem ephi de coro frumenti, & sextam partem ephi de coro hordei. ¶14 Mensura quoque olei, batus olei, decima pars cori est. quia decē bati implent corum. ¶15 Et arietem vnum de grege ducentorum de his quæ 'nutriuit' Israel in sacrificium, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait Dominus Deus. ¶16 Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Israel. ¶17 Et super principē erūt holocausta, & sacrificiū, & libamina in solennitatibus, & in calendis, & in sabbathis, in vniuersis solēnitatibus domus Israel. ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustum, & pacifica: ad expiandum pro domo Israel. ¶18 Hæc dicit Dominus Deus, In primo mense, vna mensis summes vitulum de armento immaculatum & expiabis sanctuarium. ¶19 Et tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato: & ponet in postibus domus. & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portæ atrii interioris. ¶20 Et sic facies in septima mensis pro vnoquoque qui ignorauit, & errore deceptus est, & 'expiabis' pro domo. ¶21 In primo mense, quartadecima die mensis erit vobis paschæ solennitas: septem diebus azyma comedétur. ¶22 Et faciet princeps in die illa pro se & pro vniuerso populo terræ, vitulum pro peccato. ¶23 Et in septem dierum solennitate faciet holocaustum Domino septem vitulos, & septem arietes immaculatos 'septem diebus: & pro peccato hircū capraruṁ. ¶24 Et sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per singula ephi. ¶25 In septimo mēse, quintadecima die mensis in solennitate faciet sicut supra dicta sunt per septem dies: tam pro peccato, quàm pro holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

CAP. XLVI.

Sacrificia Sabbathi & calendarum. 4 Oblatio principis. 8 Per quas portas templum

ingredi & ex eo egredi oporteat. 12 De spontaneo principis holocausto. 16 De donis eiusdem hæreditariis. 19 Coquinæ sacerdotum.

HAEc dicit Dominus Deus, porta atrii interioris, quæ respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus in quibus opus fit: die autē sabbathi aperietur, sed * in die calendarum aperietur. ¶1 Et intrabit princeps per viam vestibuli portæ deforis, & stabit in limine portæ: & facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius: & adorabit super limen portæ, & egredietur: porta autem non claudetur vsque ad vesperam. ¶3 Et adorabit populus terræ ad ostium portæ illius in sabbathis & in calendis coram Domino. ¶4 Holocaustū autem hoc offeret princeps Domino: in die sabbathi sex agnos immaculatos, & arietem immaculatum. ¶5 Et sacrificium ephi per arietem: in agnis autē sacrificium quod dederit manus eius: & olei hin, per singula ephi. ¶6 In die autem calendarum vitulum de armento immaculatū: & sex agni, & arietes immaculati erūt. ¶7 Et ephi per vitulum, ephi quoq; per arietem faciet sacrificium: de agnis autē, sicut inuenerit manus eius: & olei hin, per singula ephi. ¶8 Quúmque ingressurus est princeps, per viā vestibuli portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat. ¶9 Et quum intrabit populus terræ in cōspectu Domini in solennitatibus: qui ingreditur per portam Aquilonis, vt adoret, egrediatur per viam portæ Meridianæ: porrō qui ingreditur per viam portæ Meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis: non 'reuertetur' per viam portæ per quam ingressus est, sed eregione illius egredietur. ¶10 Princeps autem in medio eorum ' erit': cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur. ¶11 Et in nundinis, & in solennitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: * in agnis autem erit sacrificium sicut inuenerit manus eius: & olei hin, per singula ephi. ¶12 Quum autem fecerit princeps spontaneum holocaustū, aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta quæ respicit ad Orientē, & faciet holocaustum suum, & pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbathi: & egredietur, claudetúrq; porta postquā exierit. ¶13 Et agnum eiusdem anni, immaculatum, faciet holocaustum quotidie Domino: semper mane faciet illud. ¶14 Et faciet sacrificium super eo cata mane mane sextam partem ephi: & de oleo tertiā partem hin, vt misceatur similæ: sacrificiū Domino legitimum, iuge atq; perpetuū. ¶15 Faciet agnum & sacrificium, & oleum cata mane mane: holocaustum sempiternum. ¶16 Hæc dicit Dominus Deus, Si dederit princeps * domū' alicui de filiis suis: hæreditas eius, filiorū suorū erit, possidebunt eam hæreditariè. ¶17 Si autem dederit legatum de hæreditate sua vni ex seruorum suorum: erit illius vsque ad annum remissionis, & reuertetur ad principē: hæreditas autem eius filiis eius erit. ¶18 Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de possessione eorum: sed de possessione sua hæreditatē dabit filiis suis:

vt non dispergatur populus meus vnusquisque à possessione sua. ¶ 19 Et introduxit me per ingressum qui erat ex latere portæ in gazophylacia sanctuarii ad sacerdotes, quæ respiciebant ad Aquilonem: & erat ibi locus vergens ad Occidentem. ¶ 20 Et dixit ad me, Iste est locus vbi coquēt sacerdotes pro peccato, & pro delicto: vbi coquent sacrificium, vt nō *efferāt in atriū exterius, *offerant in atrio exteriori, & sanctificetur populus. ¶ 21 Et eduxit me in atrium exterius, & circūduxit me per quatuor angulos atrii: & ecce, atriolum erat in angulo atrii, atriola singula per angulos atrii. ¶ 22 In quatuor angulis atrii atriola disposita: quadraginta cubitorum per longum, & triginta per latum: mensuræ vnius quatuor erant. ¶ 23 Et paries per circuitū ambiēs quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrū. ¶ 24 Et dixit ad me, Hæc est domus culinarū in qua coquent ministri domus Domini victimas populi.

CAP. XLVII.

Visio aquarum è templo manantiū. 9 Baptismi gratia. 13 Termini terræ promissionis, & eius diuisio per tribus.

A ET conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad Orientem: facies enim domus respiciebat ad Orientem: aquæ autem descēdebant in latus templi dextrū ad Meridiem altaris. ¶ 2 Et eduxit me per viam portæ Aquilonis, & conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad Orientem: & ecce aquæ redundantes à latere dextro.

¶ 3 Quum egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos, & traduxit me per aquā vsque ad talos. ¶ 4 Rursumque mēsus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad genua: & mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad renes. ¶ 5 Et mensus est mille, torrentem quem non potui pertransire: quoniā intumuerant aquæ profundi torrētis qui nō potest transuadari. ¶ 6 Et dixit ad me, Certe vidisti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. ¶ 7 Quúmque me conuertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraq; parte. ¶ 8 Et ait ad me, Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli Orientalis, & descendunt ad plana deserti, introibunt mare, & exibunt, & sanabūtur aquæ. ¶ 9 Et omnis anima viuens quæ serpit, quocunque venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis postquam venerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur: & viuent omnia ad quæ venerit torrens. ¶ 10 Et stabunt super illa piscatores, ab En-gaddi vsque ad En-agallim siccatio fagenarū erit: piscium secundum species erunt pisces eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ. ¶ 11 In litoribus autem eius, & in paludibus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur. ¶ 12 Et super torrentem oriētur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum *pomiferū: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos mēses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinā. ¶ 13 Hæc dicit Dominus Deus, Hic est terminus in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel: quia Ioseph duplicé funiculum habet. ¶ 14 Possidebitis autem eam singuli æquè vt frater suus, super quam leuaui manū meam vt darem patribus vestris: & cadet terra hæc vobis in possessionem. ¶ 15 Hic est autem terminus terræ: ad plagam Septentrionalem, à mari magno via Hethalon, venientibus Sedada. ¶ 16 Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter* medium Damasci & confinium Emath, domus Tichon quæ est iuxta terminum Auran. ¶ 17 Et erit terminus à Mari vsque ad atrium Enon terminus Damasci, & ab Aquilone ad Aquilonem, *terminus Emath: plaga Septentrionalis. ¶ 18 Porrò plaga Orientalis de medio Auran & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel, Iordanis disterminans ad mare Orientale, metie miui* plagam Orientalem. ¶ 19 Plaga autem Australis Metidiana, à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades: & torrens vsque ad mare magnum: & hæc est plaga ad Meridiem Australis. ¶ 20 Et plaga Maris, mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc est plaga Maris. ¶ 21 Et diuidetis terram istam vobis per tribus Israel: ¶ 22 Et mittetis eam in hæreditatē vobis, & aduenis qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrum. & erunt vobis ciuitudine næ inter filios Israel: vobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel. ¶ 23 In tribu autem quacunque fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait Dominus Deus.

CAP. XLVIII.

Sortes septem tribuum. 9 Repetuntur partes possessionis sacerdotum & templi. 13 Leuitarum. 16 Ciuitatis. 21 Principis. 23 Sortes reliquarum tribuum. 31 Portæ ciuitatis.

ET hæc nomina tribuum à finibus Aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath, atrium Enan terminus Damasci* ab Aquilone iuxta viam Emath: (& erit ei plaga Orientalis Mare,) Dan vna. ¶ 2 Et* à termino Dan, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Aser vna: ¶ 3 Et super terminum Aser, à plaga Orientali vsque ad plagā Maris, Nephthali vna. ¶ 4 Et super terminū Nephthali, à plaga Orientali vsque ad plagā Maris, Manasse vna. ¶ 5 Et super terminum Manasse, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Ephraim vna. ¶ 6 Et super terminum Ephraim, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Ruben vna. ¶ 7 Et super terminum Ruben, à plaga Orientali vsque ad plagā Maris, Iuda vna. ¶ 8 Et super terminum Iuda, à plaga Orientali vsque ad plagā Maris, erant primitiæ quas separabitis, vigintiquinque millibus calamis latitudinis & longitudinis, sicuti singulæ partes à plaga Orientali vsque ad plagam Maris: & erit sanctuariū in medio eius. ¶ 9 Primitiæ quas separabitis Domino: longitudo vigintiquinque millibus, & latitudo decem millibus. ¶ 10 Hæc autem erunt primitiæ sanctuarii sacerdotum: ad Aquilonem longitudinis vigintiquinque millia, & ad Mare latitudinis decem millia, sed & ad Orientem latitudinis decem millia, & ad Meridiem* vigintiquinque millia: & erit sanctuariū Do-

medio eius. ¶ 11 Sacerdotibus sanctuariũ erit de ulliis Sadoc, qui custodierunt ceremonias meas, & non erraverunt quum erraret filii Israel, sicut erraverũt & Leuitæ. ¶ 12 Et erunt *primitiæ de primitiuis terræ sanctum sanctorum, iuxta terminum Leuitarum. ¶ 13 Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotum, vigintiquinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo, viginti & quinque millium, & latitudo decem millium. ¶ 14 Et non vænundabunt ex eo, neque mutabunt, neque transferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt Domino. ¶ 15 Quinque millia autem quæ supersunt in latitudine per vigintiquinque millia, prophana erũt vrbis in habitaculum, & in suburbana: & erit ciuitas in medio eius. ¶ 16 Et hæ mẽsuræ eius: Ad plagam Septentrionalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagã Meridianã, quingenta & quatuor millia: & ad plagam Orientalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam Occidentalẽ, quingenta & quatuor millia. ¶ 17 Erunt autem suburbana ciuitatis, ad Aquilonem ducenta quinquaginta, & ad Meridiem ducenta quinquaginta, & ad Oriẽtem ducenta quinquaginta millia, & ad Mare ducenta quinquaginta. ¶ 18 Quod autem relliquum fuerit in longitudine secundum primitias sanctuarii, decem millia in Orientem, & decem millia in Occidentem, erunt sicut primitiæ sanctuarii: & erunt fruges eius in panes his qui seruiunt ciuitati. ¶ 19 Seruientes autem ciuitati, operabuntur ex omnibus tribubus Israel. ¶ 20 Omnes primitiæ, vigintiquinque millium, per vigintiquinque millia in quadrum, separabuntur in primitias sanctuarii, & in possessionem ciuitatis. ¶ 21 Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarii, & possessionis ciuitatis eregione vigintiquinque milliũ primitiarum vsque ad terminum Oriẽtalem: sed & 'à Mari' eregione vigintiquinque millium vsque ad terminum Maris, similiter in partibus principis erit: & erunt primitiæ sanctuarii, & sanctuarium templi in medio eius. ¶ 22 De possessione autem Leuitarum & de possessione ciuitatis in medio partium principis erit: 'in' terminum Iudæ, & ' in' terminum Beniamin, & ad principem pertinebit. ¶ 23 Et reliquis tribubus, A plaga Orientali, vsque ad plagam Occidentalem. Beniamin vna. ¶ 24 Et contra terminum Beniamin, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Simeon vna. ¶ 25 Et super terminum Simeonis à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem. Issachar vna. ¶ 26 Et super terminum Issachar, à plaga Orientali vsque ad plagam Occidentalem, Zabulon vna. ¶ 27 Et super terminum Zabulon, à plaga Orientali vsque ad plagam Maris, Gad vna. ¶ 28 Et super terminum Gad ad plagam Austri in Meridiem: & erit finis de Thamar, vsque ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnum. ¶ 29 Hæc est terra quam mittetis in sortem tribubus Israel: & hæ partitiones earum, ait Dominus Deus. ¶ 30 Et hi egressus ciuitatis: A plaga Septẽtionali quingentos & quatuor millia mensurabis. ¶ 31 Et portæ ciuitatis *omnibus tribubus Israel: portæ tres à Septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. ¶ 32 Et ad plagã Orientalem, quingentos & quatuor millia: & portæ tres, porta Ioseph vna, porta Beniamin vna, porta Dan vna. ¶ 33 Et ad plagã Meridianam, quingentos & quatuor millia metiẽris: *porta Simeonis vna, porta Issachar vna, porta Zabulon vna. ¶ 34 Et ad plagã Occidentalem, quingentos & quatuor millia: & portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aser vna, porta Nephthali vna. ¶ 35 Per circuitũ, decem & octo millia: & nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

*In nomine bus tribuum

*&portæ tres

# Danielis prophetia.

CAP. I.

Captiuitatem Ioacim regis Iuda refert propheta. 3 De filiis captiuis iubet rex eligi, qui doceantur literas & linguam Chaldæorum. 5 Annona regia eis cõstituitur. 8 Daniel abstinet à cibis regis Babylonforũ. 17 Horum puerorum scientia & disciplina.

ANNO tertio regni Ioacim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalẽ, & obsedit eã. ¶ 2 Et tradidit Dominus in manu eius Ioacim regem Iudæ, & partem vasorum domus Dei: & asportauit ea in terrã Sennaar, in domum dei sui, & vasa intulit in domum thesauri dei sui. ¶ 3 Et ait rex Asphenez præposito eunuchorum, vt introduceret de filiis Israel, & de semine regio, & tyrãnorũ, ¶ 4 Pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis: vt doceret eos literas, & linguam Chaldæorũ. ¶ 5 Et constituit eis rex annonã per singulos dies de cibis suis, & *vino vnde bibebat ipse: vt enutriti tribus annis, postea starẽt in cõspectu regis. ¶ 6 Fuerũt ergo inter eos de filiis Iudæ, Daniel, Ananias, Misael, & Azarias. ¶ 7 Et imposuit eis præpositus eunuchorũ, nomina: Danieli, Baltassar: Ananiæ, Sidrach: Misaeli, Misach: & Azariæ, Abdenago. ¶ 8 Proposuit autẽ Daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis, neque de vino potus eius: & rogauit eunuchorũ præpositum ne cõtaminaretur. ¶ 9 Dedit autẽ Deus Danieli gratiã & misericordiam in cõspectu principis eunuchorũ. ¶ 10 Et ait princeps eunuchorũ ad Danielẽ, Timeo ego dominum meum regẽ qui cõstituit vobis cibũ & potũ: qui si viderit vultus vestros macilẽtiores præ cæteris adolescẽtibus coætuis vestris, cõdemnabitis caput meũ regi. ¶ 11 Et dixit Daniel ad Malasar, quẽ cõstituerat princeps eunuchorum super Danielẽ, Ananiã, Misaelẽ, & Azariam, ¶ 12 Tenta nos obsecro seruos tuos diebus decẽ, & dẽtur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendũ: ¶ 13 Et cõtemplare vultus nostros, & vultus puerorũ qui vescuntur cibo regis: & sicut videris, facies cũ seruis tuis. ¶ 14 Qui audito sermone huiusce modi,

A 4. Reg. 24. b.

B

C

tẽtault eos diebus decẽ. ¶15 Post dies autẽ decẽ apparuerũt vultus eorũ meliores & corpulentiores ptæ omnibus pueris qui vescebãtur cibo regio. ¶16 Porrò Malasar tollebat cibaria, & vinũ potus eorũ: dabatq; eis legumina. ¶17 Pueris autẽ his dedit Deus scientiã & disciplinã in omni libro & sapiẽtia: Danieli au- D tem intelligentia omniũ visionũ & sõniorũ. ¶18 Cõpletis itaque diebus, post quos dixerat rex vt introduceretur: introduxit eos præpositus eunuchorũ in cõspectu Nabuchodonosor. ¶19 Quũque eis locutus fuisset rex, non sunt inuẽti tales de vniuersis, vt Daniel, Ananias, Misael, & Azarias: & steterunt in cõspectu regis. ¶20 Et omne verbũ sapientiæ & intellectus quod scisciatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplũ super cũctos ariolos & magos qui erãt in vniuerso regno eius. ¶21 Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri regis.

CAP. II.

Somnium Nabuchodonosor. 12 Accersitis magis, quærit ab eis & somniũ & eius interpretationẽ. 10 Respondent se non posse indicare. 11 Iubet rex omnes sapientes Babylonis interfici. 16 Petit Daniel tempus sibi dari ad quæstionem dissoluendam. ¶19 Danieli reuelat mysterium Dominus. 20 Gratiarum actio. 23 Confiteri, & laudare. 24 Introducitur Daniel ad regem. 29 Regi somnium indicat Daniel, & eius interpretationem. 44 De regno Christi æterno. 45 Lapis Christus. 46 Daniel à rege exaltatur.

IN anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. ¶2 Præcepit autem rex vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi: vt indicarent regi somnia sua: qui quum venissent, steterunt coram rege. ¶3 Et dixit ad eos rex, Vidi somniũ: & mẽte confusus ignoro quid viderim. ¶4 Respõderũntq; Chaldæi regi Syriacè, Rex in sẽpiternũ vivẽdic sõniũ seruis tuis, & interpretationẽ eius indicabim. ¶5 Et respõdẽs rex ait Chaldæis, Sermo recessit à me: niũ indicaueritis mihi sõntũ & conlectutam eius, peribitis vos, & domus vestræ publicabũtur. ¶6 Si autẽ somnium & conlecturam eius narraueritis: præmia & dona, & honorẽ multũ accipietis à me. somnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi. ¶7 Respõderunt secundo, atque dixerũt. Rex somniũ dicat seruis suis, & interpretationem illius indicabim. ¶8 Respõditque rex, & ait, Certè noui quòd tẽp° redimitis, (scĩtes quòd recesserit à me sermo. ¶9 Si ergo somniũ nõ indicaueritis mihi, vna est de vobis sentẽtia, quòd interpretationẽ quoque fallacẽ & decẽptione plenam cõposueritis, vt loquamini mihi donec tẽpus pertrãseat. somniũ itaque dicite mihi, vt sciam quòd interpretationem quoque eius verã loquamini. ¶10 Respõdẽtes ergo Chaldæi corã rege, dixerũt, Non est homo super terrã, qui sermonẽ tuũ, rex, possit implere: sed neque regum quisquã magnus & potens, verbũ huiuscemodi scisciatur ab omni ariolo, & mago & Chaldæo. ¶11 Sermo enim quẽ tu quæris, rex, grauis est: nec reperietur quisquã qui indicet illum in conspectu regis: exceptis dĩis, quorum non est cum hominibus conuersatio. ¶12 Quo audito, rex in furore & in ira magna præcepit vt perirent omnes sapientes Babylonis. ¶13 Et egressa sentẽtia, sapiẽtes interficiebantur: quærebantúrque Daniel & socii eius, vt perirent. ¶14 Tũc Daniel requisiuit de lege atque sententia ab Arioch principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiẽdos sapientes Babylonis. ¶15 Et interrogauit eũ qui à rege potestatẽ acceperat, quà ob causam tã crudelis sententia à facie regis esset egressa. Quũ ergo rẽ indicasset Arioch Danieli, ¶16 Daniel ingressus rogauit regẽ vt tẽpus daret sibi ad solutionẽ indicãdã regi. ¶17 Et ingressus est domũ suã: Ananiæque & Misaeli, & Azariæ sociis suis, indicauit negotiũ. ¶18 Vt quærerent misericordiã à facie Dei cæli super sacramẽto isto, & nõ perirẽt Daniel & socii eius, cum cæteris sapiẽtibus Babylonis. ¶19 Tũc Daniẽli mysteriũ per visionẽ nocte revelatũ est: & benedixit Daniel Deũ cæli, ¶20 Et locutus est, Sit nomẽ Domini benedictũ à seculo & vsq; in seculũ: quia sapiẽtia & fortitudo eius sũt. ¶21 Et ipse mutat tẽpora & ætates: trãsfert regna atque cõstituit: dat sapiẽtiã sapientibus, & scientiã intelligẽtibus disciplinam. ¶22 Ipse reuelat profũda & abscõdita & nouit in tenebris cõsistuta: & lux cũ eo est. ¶23 Tibi Deus patrum nostrorũ cõfiteor, teque laudo: quia sapientiã & fortitudinẽ dediſti mihi: & nunc ostẽdisti mihi quæ rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis. ¶24 Post hæc Daniel ingressus ad Arioch quẽ cõstituerat rex vt perderet sapiẽtes Babylonis, sic ei locutus est, Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in cõspectu regis, & solutionẽ regi narrabo. ¶25 Tũc Arioch festinus introduxit Danielem ad regẽ, & dixit ei, Inuẽni hominem de fillis trãsmigrationis Iudæ, qui solutionẽ regi annuntiet. ¶26 Respõdit rex: & dixit Danieli, cuius nomẽ erat Baltassar, Putasne verè potes mihi indicare somniũ quod vidi, & interpretationẽ eius? ¶27 Et respondens Daniel corã rege, ait, Mysterium quod rex interrogat, sapientes, magi, & arioli, & aruspices nequeunt indicare regi: ¶28 Sed est Deus in cælo reuelãs mysteria, qui indicabit tibi rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt in nouissimis temporibus. somnium tuum, & visiones capitistui in cubili tuo, huiusce modi sũt, ¶29 Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc: & qui revelat mysteria, ostẽdit tibi quæ ventura sũt. ¶30 Mihi quoque non in sapientia quæ est in me plus quam in cunctis viventibus, sacramentum hoc revelatum est: sed vt interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires. ¶31 Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. ¶32 Huius statuæ caput, ex auro optimo erat: pectus autem & brachia, de argẽto: porrò vẽter & femora, ex ære. ¶33 Tibiæ autem, ferreæ: pedũ quædã pars erat ferrea, quædam autem fictilis. ¶34 Videbas ita, donec abscissus est lapis de mõte sine manibus: & percussit statuã in pedib' eius ferreis &

ſictilibus,& cõminuit eos.¶ 35 Tunc contrita
ſunt pariter ferrũ,teſta,æs, argentũ & aurũ,
& redacta quaſi in fauillã æſtiuæ areæ, quæ
rapta ſunt vento : nullúſque locus inuentus
eſt eis: lapis autem qui percuſſerat ſtatuam,
factus eſt mons magnus, & impleuit vniuer-
ſam terram.¶ 36 Hoc eſt ſomnium. Interpre-
tationem quoque eius dicemus coram te,rex.
¶ 37 Tu rex regum es : & Deus cæli regnum
& fortitudinem & imperium & gloriam dedit
tibi:¶ 38 Et omnia in quibus habitant filii ho-
minum & beſtiæ agri, volucres quoque cæli
dedit in manu tua, & ſub ditione tua vniuer-
ſa conſtituit.tu es ergo caput aureum. ¶ 39 Et
poſt te cõſurget regnum aliud minus te,'ar-
genteum :' & regnum tertium aliud æreum,
quod imperabit vniuerſæ terræ. ¶ 40 Et re-
gnum quartum erit velut'ferreum.' quomo-
do ferrũ cõminuit & domat omnia: ſic com-
minuet & conteret omnia hæc. ¶ 41 Porrò
quia vidiſti pedum & digitorum partem 'te-
ſteam' figuli,& partem ferream: regnum di-
uiſum erit, quod tamen de plantario ferri o-
[illegible],ſecũdum quòd vidiſti ferrum miſtum
teſtæ ex[illegible]o. ¶ 42 Et digitos pedum ex parte
ferreos & ex pa[illegible]ctiles:ex parte regnum e-
rit ſolidum,& ex par[illegible] contritum. ¶ 43 Quòd
autem vidiſti ferrum mi[illegible]um teſtæ ex luto,
commiſcebuntur quidẽ humano ſemine,ſed
non adhærebunt ſibi, ſicuti ferrum miſceri
non poteſt teſtæ. ¶ 44 In diebus autem re-
gnorum illorũ ſuſcitabit Deus cæli regnum
quod in æternum non diſſipabitur, & regnũ
eius alteri populo non tradetur: comminuet
autem,& conſumet vniuerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum. ¶ 45 Secũdum quod
vidiſti, quòd de monte abſciſſus eſt lapis ſine
manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, &
æs, & argentum, & aurum. Deus magnus oſ-
tendit regi quæ ventura ſunt poſtea. & ve-
rum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio eius.
¶ 46 Tunc rex Nabuchodonoſor cecidit in
faciem ſuã & Danielem adorauit: & hoſtias,
& incenſũ præcepit vt ſacrificarẽt ei. ¶ 47 Lo
quens ergo rex,ait Danieli,vere Deus veſter,
Deus deorum eſt, & Dominus regum, *revelans myſteria : quoniam tu potuiſti aperire
hoc ſacramentum. ¶ 48 Tunc rex Danielem
in ſublime extulit, & munera multa & ma-
gna dedit ei: & conſtituit eum principem ſu-
per omnes prouincias Babyloniſ:& præfectũ
tuũ 'magiſtrũ' ſuper cunctos ſapientes Babylonis. ¶ 49 Daniel autem poſtulauit à rege: &
conſtituit ſuper opera prouinciæ Babyloniſ,
Sidrach,Miſach,& Abdenago:ipſe autem Da
niel erat in foribus regis.

CAP. III.

Erigitur à rege aurea ſtatua,quam ado-
rari præcipit.¶ Accuſantur Sidrach, Miſach,
& Abdenago, quòd decretũ regiũ cõtempſe-
rint. ¶ 13 Hi ad regẽ adducti,ſtatuã adorare iu-
bentur.¶ 16 Recuſant. ¶ 19 Mittuntur in fornacẽ.

A NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuam au-
ream altitudine cubitorum ſexaginta,la
titudine cubitorum ſex, & ſtatuit eã in cam-
po Dura prouinciæ Babyloniſ. ¶ 2 Itaque Na
buchodonoſor rex miſit ad cõgregandos ſatra-
pas,magiſtratus & iudices,duces & tyran-
nos,& præfectos,omnẽſque principes regio-
num, vt conuenirent ad dedicationẽ ſtatuæ
quam erexerat Nabuchodonoſor rex. ¶ 3 Tũc
congregati ſunt ſatrapæ,magiſtratus & iudi
ces, duces & tyranni, & optimates qui erant
in poteſtatibus conſtituti, & vniuerſi princi-
pes regionum, vt conuenirent ad dedicatio-
nem ſtatuæ quam erexerat Nabuchodonoſor
rex. Stabant autem in cõſpectu ſtatuæ quam
poſuerat Nabuchodonoſor rex, ¶ 4 Et præco
clamabat valenter,vobis dicitur populi,tri-
bubus & linguis, ¶ 5 In hora qua audieritis
ſonitum tubæ & fiſtulæ & citharæ,ſambucæ,
& pſalterii, & ſymphoniæ, & vniuerſi gene-
ris muſicorum,cadentes adorate ſtatuam au-
ream quam conſtituit Nabuchodonoſor rex.
¶ 6 Siquis autem non proſtratus adorauerit,
eadem hora mittetur in fornacẽ ignis arden-
tis. ¶ 7 Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt
omnes populi ſonitum tubæ,fiſtulæ & citha-
ræ, ſambucæ & pſalterii, ſymphoniæ, & o-
mnis generis muſicorum cadentes omnes po
puli, tribus, & linguæ adorauerunt ſtatuam
auream quam cõſtituerat Nabuchodonoſor
rex. ¶ 8 Statimque in ipſo tempore accedẽ-
tes viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos: ¶ 9 Di-
xerũntque Nabuchodonoſor regi, Rex in æ-
ternum vive. ¶ 10 Tu rex, poſuiſti decretum
vt omnis homo qui audierit ſonitum tubæ,
fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ & pſalterii, &
ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorum,
proſternat ſe,& adoret ſtatuã auream: ¶ 11 Si
quis autem non prõcidem adorauerit, mit-
tatur in fornacem ignis ardentis. ¶ 12 Sunt B
ergo viri Iudæi: quos conſtituiſti ſuper ope-
ra regionis Babyloniæ, Sidrach, Miſach, &
Abdenago: viri iſti contempſerunt, rex, de-
cretum tuum: deos tuos nõ colũt, & ſtatuam
auream quam erexiſti non adorãt. ¶ 13 Tunc
Nabuchodonoſor in furore & ira præcep-
it vt adducerentur Sidrach, Miſach, & Ab-
denago : qui confeſtim adducti ſunt in con-
ſpectum regis. ¶ 14 Pronuntiãſque Nabu-
chodonoſor rex, ait eis, Verẽne Sidrach, Mi-
ſach, & Abdenago deos meos non colitis, &
ſtatuam auream quam *conſtituì non ado- *erexi
ratis? ¶ 15 Nunc ergo ſi eſtis parati,quacũque
hora audieritis ſonitũ tubæ,fiſtulæ, citharæ,
ſambucæ & pſalterii & ſymphoniæ, omniſ-
que generis muſicorum, proſternite vos, & a-
dorate ſtatuam quam feci: quòd ſi non ado-
rauerit is,eadem hora mittemini in fornacem
ignis ardentis:& quis eſt deus qui eripiet vos
de manu mea? ¶ 16 Reſpondentes Sidrach,
Miſach, & Abdenago, dixerunt regi Nabu-
chodonoſor, Non oportet nos de hac re re-
ſpõdere tibi. ¶ 17 Ecce enim Deus noſter quẽ
colimus, poteſt eripere nos de camino ignis
ardentis,& de manibus tuis,ô rex,liberare.
¶ 18 Quòd ſi noluerit,notum ſit tibi,rex,quia
deos tuos non colimus,& ſtatuam aureã quã
erexiſti non adoramus. ¶ 19 Tũc Nabuchodo-
noſor repletus eſt furore:& aſpectus faciei il
lius immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach,&
Abdenago.&præcepit vt succenderetur fornax
ſeptuplũ quam ſuccẽdi conſueuerat. ¶ 20 Et
viris fortiſſimis de exercitu ſuo iuſſit vt li-
gatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago

mitterẽt eos in fornacẽ ignis ardentis. ¶21 Et confestim viri illi vincti cum braccis suis, & tiaris, & calceamẽtis & vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis. ¶22 Nam iussio regis vrgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porrò viros illos qui miserãt Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flãma ignis. ¶23 Viri autem hi tres, id est Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati.

Quæ sequuntur, in Hebræis voluminibus non reperi.

24 Azariæ oratio fidei, & humilitatis plena. 49 Ab igne intacti Deum laudant.

24 ET ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Dominum. ¶25 Stans autem Azarias orauit sic, aperiẽsque os suum in medio ignis ait, ¶26 Benedictus es Domine Deus patrum nostrorũ, & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula: ¶27 Quia iustus es in omnibus quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. ¶28 Iudicia enim vera fecisti iuxta omnia quæ induxisti super nos, & super ciuitatem sanctã patrum nostrorum Ierusalem: quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. ¶29 Peccauimus enim & iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus. ¶30 Et præcepta tua nõ audiuimus, nec obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis vt bene nobis esset. ¶31 Omnia ergo quæ induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti nobis, vero iudicio fecisti: ¶32 Et tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum & pessimorum, prævaricatorũmque, & regi iniusto & pessimo vltra omnẽ terram. ¶33 Et nunc non possumus aperire os: confusio, & opprobrium facti sumus seruis tuis, & his qui colẽbãt te. ¶34 Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne dissipes testamẽtum tuum, ¶35 Neque auferas misericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruũ tuum, & Israel sanctum tuum: ¶36 Quibus locutus es, pollicẽs quòd multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, & sicut arenam quæ est in litore maris: ¶37 Quia Domine imminuti sumus plus quàm omnes Gentes, sumúsque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata nostra. ¶38 Et non est in tẽpore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neq; incẽsum, neque locus primitiarum coram te. ¶39 Vt possimus inuenire misericordiam tuã: sed in anima contrita, & spiritu humilitatis suscipiamur. ¶40 Sicut in holocausto arietũ & taurorum, & sicut in millibus agnorũ pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniã non est confusio confidentibus in te. ¶41 Et nunc sequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuã. ¶42 Ne cõfundas nos: sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuã, & secũdum multitudinem misericordiæ tuæ. ¶43 Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine: ¶44 Et cõfundantur omnes qui ostendunt seruis tuis mala, cõfundantur in omni potentia, & robur eorum conteratur: ¶45 Et sciant quia tu es Dominus Deus solus, & gloriosus super orbẽ terrarũ. ¶46 Et non cessabant qui miserant eos ministri regis succendere fornacẽ, naphtha & stupa & pice & malleolis, ¶47 Et effundebatur flãma super fornacẽ cubitis quadraginta nouem: ¶48 Et erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. ¶49 Angelus autem Domini descendit cum Azaria & sociis eius in fornacem: & excussit flammam ignis de fornace, ¶50 Et fecit mediũ fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contristauit, nec quicquã molestiæ intulit. ¶51 Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabant & glorificabant & benedicebant Deum in fornace: dicentes, ¶52 Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabilis, & gloriosus: & superexaltatus in secula: & benedictum nomen gloriæ tuæ sanctum & laudabile & superexaltatũ in omnibus seculis. ¶53 Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ, & superlaudabilis & supergloriosus in secula. ¶54 Benedictus es in throno regni tui, & superlaudabilis, & superexaltatus in secula. ¶55 Benedictus es qui intueris abyssos, & sedes super Cherubim, & laudabilis & superexaltat in secula. ¶56 Benedictus es in firmamento cæli, & laudabilis & gloriosus in secula. ¶57 Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eũm secula. ¶58 Benedicite Angeli Domini Domino, laudate & superexaltate eum in secula. ¶59 Benedicite cæli Domino, laudate & superexaltate eũ i secula. ¶60 Benedicite aquæ omnes quæ super cælos sunt Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶61 Benedicite omnes virtutes Domini Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶62 Benedicite sol & luna Domino, laudate & superexaltate eum in secula. ¶63 Benedicite stellæ cæli Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶64 Benedicite omnis imber & ros Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶65 Benedicite omnis spiritus Dei Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶66 Benedicite ignis & æstus Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶67 Benedicite frigus & æstus Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶68 Benedicite rores & pruina Domino, laudate & superexaltate eum in secula. ¶69 Benedicite gelu & frig Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶70 Benedicite glacies & niues Domino, laudate & superexaltate eũ i secula. ¶71 Benedicite noctes & dies Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶72 Benedicite lux & tenebræ Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶73 Benedicite fulgura & nubes Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶74 Benedicat terra Dominũ, laudet & superexaltet eũ in secula. ¶75 Benedicite mõtes & colles Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶76 Benedicite vniuersa germinãtia in terra Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. ¶77 Benedicite fõtes Domino, laudate & superexal-

tate eũ in secula.¶78 Benedicite maria & flumina Domino, laudate & superexaltate eũ in secula.¶79 Benedicite cete, & omnia quæ mouẽtur in aquis Domino, laudate & superexaltate eum in secula.¶80 Benedicite omnes volucres cæli Domino, laudate & superexaltate eum in secula.¶81 Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino, laudate & superexaltate eũ in secula.¶82 Benedicite filii hominũ Domino, laudate & superexaltate eum in secula.

¶83 Benedicat Israel Dominum, laudet & superexaltet eum in secula.¶84 Benedicite sacerdotes Domini Domino, laudate & superexaltate eum in secula.¶85 Benedicite serui Domini Domino, laudate & superexaltate eũ in secula.¶86 Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino, laudate & superexaltate eũ in secula.¶87 Benedicite sancti & humiles corde Domino, laudate & superexaltate eum in secula.¶88 Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino, laudate & superexaltate eũ in secula: quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos.¶89 Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

¶90 Benedicite omnes religiosi Domino Deo deorum, laudate, & confitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius.

Hucusque in Hebræo non habetur: & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

VI Fide in Deum liberantur Sidrach, Misach & Abdenago ab igne.¶91 Nabuchodonosor cõfitetur potentiã Dei viso miraculo.

91 TUnc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis, Nõne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi, dixerunt, Verè rex.¶92 Respõdit rex, & ait, Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei.¶93 Tũc accessit Nabuchodonosor ad ostiũ fornacis ignis ardentis, & ait, Sidrach, Misach, & Abdenago serui Dei excelsi, egredimini, & venite. Statimque egressi sũt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis.¶94 Et congregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potẽtes tegis, contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorũ non esset adustus, etiam saraballa eorũ non fuissent immutata, & odor ignis nõ transisset per eos.¶95 Et exumpens Nabuchodonosor, ait, Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenago, qui misit Angelum suum, & eruit seruos suos qui crediderunt in eum: & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent & ne adorarẽt omnẽ deum, excepto Deo suo.¶96 A me ergo positum est hoc decretũ, vt omnis populus, tribus, & lingua quæcunque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach & Abdenago, disperea t, & domus eius vastetur. neque enim est alius deus qui possit ita saluare.¶97 Tunc rex promouit Sidrach, Misach, & Abdenago in prouincia Babylonis.¶98 NABUCHODONOSOR rex, omnibus populis, gentibus & linguis, qui habitãt in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur.¶99 Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare ¶100 Signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius, quia regnũ sempiternum, & potestas eius in generatione & generationem.

CAP. IIII.

Rursũ somniat Nabuchodonosor.¶6 Somniũ regis Daniel interpretatur de amissione regni, & habitatione eius cũ bestiis, ac tãdem eius in regnum restitutione.¶6 Nabuchodonosor è regno eiicitur, & cũ bestiis comeditur. Nabuchodonosor confitetur potentiam solius Dei, & in regnum restituitur.

EGo Nabuchodonosor quietus eră in domo mea, & florẽs in palatio meo.¶2 Somnium vidi quod perterruit me: & cogitationes meæ ĩ stratu meo, & visiones capitis mei conturbauerũt me.¶3 Et per me propositum est decretum, vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionem somnii indicarent mihi.¶4 Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi, & aruspices, & somnium narraui in conspectu eorum: & solutionem eius non indicauerunt mihi.¶5 Donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Baltassar secundũ nomen dei mei, qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso: & somnium coram ipso locutus sum.¶6 Baltassar princeps ariolorum, quoniam ego scio quòd spiritũ sanctorum deorum habeas in te, & omne sacramentum nõ est impossibile tibi: visiones somniorum meorum quas vidi, & solutionem earũ narra.¶7 Visio capitis mei in cubili meo, videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia.¶8 Magna arbor, & fortis: & proceritas eius cõtingens cælum: aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ.¶9 Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & esca vniuersorum in ea. subter eã habitabant animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cæli: & ex ea vescebatur omnis caro.¶10 Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil & sanctus de cælo descẽdit:¶11 Clamauit fortiter, & sic ait, Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestiæ quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius.¶12 Veruntamen germen radicum eius in terra sinite, & alligetur vinculo ferreo & æreo ĩ herbis quæ foris sunt, & rore cæli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ.¶13 Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei: & septem tempora mutentur super eum.¶14 In sententia vigilum decretum est, & sermo sanctorum, & petitio: donec cognoscant viuẽtes quoniam dominatur Excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud. & humillimum hominem constituet super eum.

¶15 Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex: tu ergo Baltassar interpretationem narra festinus: quia omnes sapientes regni mei

7.d.1.Reg.

A

B

quem

C

non quennt solutionem edicere mihi : tu autem potes , quia spiritus deorum sanctorum in te est. ¶16 Tunc Daniel, cuius nomen Baltassar, cœpit intra semetipsum tacitus cogita re quasi vna hora: & cogitationes eius contur babant eum. Respondens autem rex ait, Baltassar, somnium & interpretatio eius nõ conturbent te. Respondit Baltassar, & dixit, Domine mi, somnium his qui te oderunt : & interpretatio eius hostibus tuis sit. ¶17 Arbor& quam vidisti sublimem atque robustam, cuius altitudo pertingit ad cælum, & aspectus illius in omnem terram: ¶18 & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius , & esca omnium in ea, subter eam habitãtes bestiæ agri, & in ramis eius cõmorantes aues cæli: ¶19 Tu es rex, qui magnificatus es,& inualuisti: & magnitudo tua crevit, & peruenit vsque ad cælum,& potestas tua in terminos vniuersæ terræ. ¶20 Quòd autem vidit rex vigilem,& Sanctum descendere de cælo,& dicere, Succidite arborem,& dissipate illam, attamen germen radicum eius in terra dimittite , & vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cæli conspergatur,& cũ feris sit pabulum eius, donec septem tempora mutentur super eũ. ¶21 Hæc est interpretatio sententiæ Altissimi,quæ peruenit super dominum meum regem. ¶22 Eiicient te ab hominibus,& cum bestiis feris quæ eric habitatio tua, & fœnum vt bos comedes, & rore cæli infundêris : septem quoque tempora mutabuntur super te , donec scias quòd dominetur Excelsus super regnum hominũ, & cuicũq; voluerit det illud. ¶23 Quòd autem præcepit vt relinqueretur germen radicum eius,id est arboris : regnum tuum tibi manebit postquam cognoueris potestatẽ esse cælestem. ¶24 Quam ob rem rex,consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime , & iniquitates tuas misericordiis pauperum : forsitan ignoscet Deus delictis tuis. ¶25 Omnia hæc venerunt super Nabuchodonosor regem. ¶26 Post finem mensium duodecim,in aula Babylonis deambulabat.

¶27 Respondit que rex,& ait. Nõne hæc est Babylon ciuitas magna quam ego ædificaui in domum regni,in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? ¶28 Quũque sermo adhuc esset in ore regis,vox de cælo ruit, Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Regnũ tuũ tranſibit a te, ¶29 Et ab hominibus eiicient te, & cum bestiis & feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes,& septem tempora mutabũtur super te:donec scias quòd dominetur Excelsus in regno hominum,& cuicunque voluerit det illud. ¶30 Eadem hora sermo cõpletus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus ablectus est, & fœnũ vt bos comedit, & rore cæli corpus eius infectum est: donec capilli eius in similitudinem aquilarũ creſceret, & vngues eius quasi vngues auium. ¶31 Igitur postũem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leaui, & sensus meus redditus est mihi : & Altissimo benedixi , & viuentem in sempiternum laudaui & glorificaui: quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generatione & generationem: ¶32 Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt. iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cæli quàm in habitatoribus terræ: & nõ est qui resistat manui eius, & dicat ei, Quare fecisti? ¶33 In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me , & ad honorem regni mei, decorẽque peruenit : & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum:& magnificẽtia mea ampliore addita est mihi. ¶34 Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo,& magnifico, & glorifico regem cæli:quia omnia opera eius vera,& omnes viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare.

## CAP. V.

Balsasar rex Babylonis,abutens vasis tẽpli, videt manum scribentem ad parietem. 7 Accersiti à rege magi,nequeunt scripturam edisserere. ¶11 Vocatur Daniel. ¶17 Scripturã legit,& interpretatur : regem videlicet è regno deturbãdum. 30 Interfecto Balsasar succedit Darius Medus.

BAlsasar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & vnusquisque secundum suum bibebat ætatem. ¶2 Præcepit ergo iam temulentus vt afferrentur vasa aurea & argẽtea quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem: vt biberent in eis rex & optimates eius, vxores eius & cõcubinæ. ¶3 Tunc allata sunt vasa aurea quæ asportauerat de tẽplo quod fuerat in Ierusalẽ:& biberũt in eis rex & optimates eius,vxores & concubinæ illius. ¶4 Bibebant vinũ, & laudabant deos suos aureos& argenteos,æreos, ferreos, ligneõsque & lapideos. ¶5 In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis cõtra candelabrũ in superficie parietis aulæ regiæ:& rex aspiciebat articulos manus scribentis. ¶6 Tũc facies regis commutata est, & cogitationes eius cõturbabant eum: & compages renũ eius soluebantur,& genua eius ad seinuicem collidebantur. ¶7 Exclamauit itaque rex fortiter vt introducerent magos, Chaldæos, & aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus Babylonis, Quicunque legerit scripturam hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit , purpura vestietur , & torquem aureum habebit in collo,& tertius in regno meo erit. ¶8 Tunc ingressi omnes sapientes regis non potuerunt nec scripturã legere,nec interpretationẽ eius indicare regi. ¶9 Vnde rex Balsasar satis cõturbatus est, & vultus illius immutatus est : sed & optimates eius turbabantur. ¶10 Regina autem pro re quæ acciderat regi & optimatibus eius,domum conuiuii ingressa est:& proloquens ait, Rex in æternum viuemon te conturbent cogitationes tuæ,neque facies tua immutetur. ¶11 Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorũ habet in se:& in diebus patris tui scientia & sapientia inuentæ sunt in eo:nã & rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorum,incantatorum, Chaldæorum, & aruspicum cõstituit eũ, pater inquã tuus ô rex: ¶12 Quia spiritus amplior,& prudentia, intelligẽtiaq;, & interpretatio somniorum,& obscuro secretorũ,

j.s.f.12.

Eccli 3.d.33.

transiit

j.7.d.14.

ac solutio, ligatorum inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele: cui rex posuit nomen Baltassar. nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit. ¶12 Igitur introductus est Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex ait, Tu es Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, quem adduxerat pater meus rex de Iudæa? ¶14 Audiui de te quoniam spiritum deorum habeas: & scientia, intelligentiáque ac sapientia ampliores inuentæ sunt in te. ¶15 Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapientes magi, vt scripturam hanc legerent, & interpretationem eius indicarent mihi: & nequiuerunt sensum huius sermonis edicere. ¶16 Porrò ego audiui de te quòd possis obscura interpretari, & ligata dissoluere: si ergo vales scripturam legere, & interpretationẽ eius indicare mihi, purpura vestiêris, & torquem aureum circa collum tuũ habebis, & tertius in regno meo princeps eris. ¶17 Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege, Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturam autem legam tibi, rex, & interpretationem eius ostendam tibi. ¶18 O rex, Deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo. ¶19 Et propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tremebant, & metuebant eum. quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat.

¶20 Quando autem eleuatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiã, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est: ¶21 Et à filiis hominum electus est, sed & cor eius cum bestiis positum est, & cũ onagris erat habitatio eius: fœnum quoque vt bos comedebat, & rore cæli corpus eius infectum est: donec cognosceret quòd potestatem haberet Altissimus in regno hominũ, & quemcunque voluerit suscitabit super illud. ¶22 Tu quoque filius eius Balthasar, non humiliasti cor tuum, quum scires hæc omnia:

¶23 Sed aduersum dominatorem cæli eleuatus es: & vasa domus eius allata sunt coràm te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ, & concubinæ tuæ vinum bibistis in eis: deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneósque, & lapideos qui non vident, neque audiunt, neque sentiunt, laudasti: porrò Deum qui habet flatum tuum in manu sua & omnes vias tuas, non glorificasti. ¶24 Idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc quod exaratum est. ¶25 Hæc est autẽ scriptura quæ digesta est: MANE, THECEL, PHARES. ¶26 Et hæc est interpretatio sermonis, MANE: numerauit Deus regnum tuum, & compleuit illud. ¶27 THECEL: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. ¶28 PHARES: diuisum est regnum tuum, & datum est Medis & Persis.

¶29 Tunc iubẽte rege indutus est Daniel purpura, & circúndata est torques aurea collo eius: & prædicatũ est de eo quòd haberet potestatem tertius in regno suo. ¶30 Eadẽ nocte interfectus est Balthasar rex Chaldæus.

¶31 Et Darius Medus successit in regnum, annos natus sexagintaduos.

CAP. VI.

Daniel cõstituitur à rege princeps super sattrapas. 5 Edicti excogitatio aduersus Danielem. 9 Edicti promulgatio, cuius tanquã violator Daniel accusatur apud regem. 16 Iussu regis mittitur in lacum leonum. 18 Eius liberatio, quæ fidei in Deum tribuitur. 24 Accusatores Danielis exponuntur leonibus dilaniandi. 25 Darius decreti publicatione Deum Danielis prædicat.

PLacuit Dario, & constituit super regnum A sattrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo: ¶2 Et super eos, principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt sattrapæ illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiã. ¶3 Igitur Daniel superabat omnes principes & sattrapas: quia spiritus Dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat constituere eum super omne regnum: ¶4 Vnde principes & sattrapæ quærebant occasionem vt inuenirent Danieli ex latere regni: nullámque causam, & suspicionem reperire potuerunt, eo quòd fidelis esset, & omnis culpa & suspicio non inueniretur in eo. ¶5 Dixerunt ergo viri B illi, Non inueniemus Danieli huic aliquam occasionem, nisi forte in lege Dei sui. ¶6 Tunc principes & sattrapæ surrepserunt regi, & sic locuti sunt ei, Dari rex, in æternum viue: ¶7 Cõsilium inierunt omnes principes regni tui, magistratus & sattrapæ, senatores & iudices, vt decretum imperatorium exeat, & edictum, vt omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque deo & homine, vsque ad triginta dies, nisi à te rex, mitteretur in lacum leonum. ¶8 Nunc itaque rex confirma sententiam, & scribe decretum: vt non immutetur quod statutum est à Medis & Persis, nec præuaricari cuiquam liceat.

¶9 Porrò rex Darius proposuit edictum, & C statuit. ¶10 Quod quum Daniel comperisset, id est constitutam legem, ingressus est domum suam: & feneſtris apertis in cœnaculo suo, contra Ierusalem tribus temporibus in die flectebat genua sua, & adorabat, confitebatúrque coram Deo suo sicut & antè facere consueuerat. ¶11 Viri ergo illi curiosius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & obsecrantem Deum suum. ¶12 Et accedentes locuti sunt regi super edicto, Rex, nunquid non constituisti vt omnis homo qui rogaret quenquam de diis & hominibus vsque ad dies triginta, nisi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respondens rex, ait, D Verus est sermo iuxta decretum Medorum atque Persarum, quod præuaricari non licet. ¶13 Tunc respondentes dixerunt coram rege, Daniel de filiis captiuitatis Iudæ, non curauit de lege tua & de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diẽ orat obsecratione sua. ¶14 Quod verbum quũ audisset rex, satis contristatus est: & pro Daniele posuit cor vt liberaret eum, & vsque ad occasum solis laborabat vt erueret illum. ¶15 Viri autem illi intelligentes regẽ, dixerunt ei, Scito, rex, quia lex Medorum atque Persarũ est, vt omne decretum quod cõstituerit rex, non liceat immutari. ¶16 Tũc rex præcepit, & ad-

duxerunt Danielem, & miserunt eum in lacu leonum. Dixitque rex Danieli, Deus tuus quē colis semper, ipse liberabit te. ¶17 Allatúsq; est lapis vnus, & positus est super os laci: quē obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatum suorum, nequid fieret contra Danielem. ¶18 Et abiit rex in domum suam, & dormiuit incœnatus, cibique non sunt allati coram eo, insuper & somnus recessit ab eo.

¶19 Tunc rex primo diluculo consurgens, festinus ad lacum leonum perrexit: ¶20 Appropinquánsque lacui, Danielem voce lachrymabili inclamauit, & affatus est eū, Daniel serue Dei viuentis, Deus tuus cui tu seruis semper, putásne valuit te liberare à leonibus? ¶21 Et Daniel regi respondens ait, Rex in æternum viue, ¶22 ‖ Deus meus misit Angelum suum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo iustitia inuēta est in me: sed & coram te, rex, delictū non feci. ¶23 Tunc vehementer rex gauisus est super eo, & Danielem præcepit educi de lacu: eductúsque est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo.

¶24 Iubente autem rege adducti sunt viri illi qui accusauerunt Danielem: & in lacum leonum missi sunt, ipsi & filii, & vxores eorum: & non peruenerūt vsque ad paumentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorum comminuerunt. ¶25 Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis, tribubus, & linguis habitantibus in vniuersa terra, PAX vobis multiplicetur. ¶26 A me constitutum est decretū, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant, & paueant Deum Danielis. Ipse est enim Deus viuens & æternus in secula: & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in æternum. ¶27 Ipse liberator atque saluator, faciens signa & mirabilia in cælo & in terra: qui liberauit Danielē de lacu leonum. ¶28 ‖ Porrō Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darii, regnúmque Cyri Persæ.

## CAP. VII.

Visio quatuor bestiarum Danieli ostenditur. 16 Visionē interpretatur de quatuor mūdi regnis. 20 De potentia & incremento Antichristi. 27 De regno Christi æterno.

ANno primo Balthasar regis Babylonis, Daniel somnium vidit: visio autem capitis eius in cubili suo: & somnium scribens, breui sermone comprehendit, summatimque perstringens, ait, ¶2 Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno. ¶3 Et quatuor bestiæ grādes ascendebant de mari diuersæ inter se. ¶4 Prima quasi leæna, & alas habebat aquilæ: aspiciebam donec euulsæ sunt alæ eius, & sublata est de terra, & supet pedes quasi homo steit, & cor hominis datum est ei. ¶5 Et ecce bestia alia similis vrso in parte sterit: & tres ordines erant in ore eius, & in dētib⁹ eius, & sic dicebant ei, Surge, comede carnes plurimas.

¶6 Post hæc aspiciebā, & ecce alia quasi pard⁹, & alas habebat quasi auis, quatuor sup se: & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. ¶7 Post hæc aspiciebā in visione nocte, & ecce bestia quarta terribilis atq; mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans: dissimilis autem erat cæteris bestiis quas videram ante eam, & habebat cornua decem. ¶8 Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum: & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. & ecce oculi, quasi oculi hominis erāt in cornu isto, & os loquēs ingentia. ¶9 Aspiciebam, donec throni positi sunt, & Antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius, flammæ ignis: rotæ eius, ignis accensus. ¶10 Fluuius igneus rapidúsque egrediebatur a facie eius: ‖ millia millium ministrabāt ei, & decies millies centena millia assistebant ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt. ¶11 Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniā interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni: ¶12 Aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas: & tempora vitæ constituta essent eis vsque ad tempus & tempus. ¶13 Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli quasi Filius hominis veniebat, & vsque ad Antiquum dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. ¶14 Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruiēt: potestas eius, potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur. ¶15 Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei conturbauerunt me. ¶16 Accessi ad vnum de assistētibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me, ¶17 Hæ quatuor bestiæ magnæ: quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. ¶18 Suscipient autem regnū sancti Dei altissimi: & obtinebunt regnum vsque in seculum & seculum seculorum.

¶19 Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis: dentes & vngues eius ferrei: comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat. ¶20 Et de cornibus decem quæ habebat in capite: & de alio quod ortum fuerat, ante quod cecidērāt tria cornua: & de cornu illo quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat cæteris. ¶21 Aspiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis: ¶22 Donec venit Antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis Excelsi, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. ¶23 Hæc sic ait, Bestia quarta, regnum quartum erit in terra quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit, & comminuet eam. ¶24 Porrō cornua decē ipsius regni, decem reges erunt: & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. ¶25 Et sermones contra Excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret: & putabit quòd possit mutare tempora & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidiū temporis. ¶26 Et iudicium sedebit, vt auferā-

F Mach. 2. f. 60

G

A

B

C

D

Apoc

G

F

G

tur potentia,& conteratur, & dispereat vsq; in finem. ¶17 ‖Regnum autem,& potestas,& magnitudo regni quæ est subter omne cælū, detur populo sanctorum Altissimi:cuius regnum, regnū sempiternum est, & omnes reges seruient ei & obedient. ¶18 Hucusque finis verbi. Ego Daniel multū cogitationibus meis conturbabar,&facies mea mutata est in me,verbum autem in corde meo conseruaui.

CAP. VIII.

Visio pugnæ inter arietem & hircū. 15 visionis intelligentia de conflictu regis Persarum & regis Græcorum. 23 De rege impudēti Antichristo.

ANno tertio regni Balthasar regis, visio apparuit mihi,ego Daniel,post id quod vi deram in principio. ¶2 Vidi in visione mea, quum essem in Susan castro quod est in Aelam ‖ciuitate:' vidi autem in visione esse me super portam Vlai. ¶3 Et leuaui oculos meos, & vidi:& ecce aries vnus stabat ante paludē, habēs cornua excelsa,& vnū excelsius altero atque succrescēs. Posterā ¶4 vidi arietē cornibus ventilantē cōtra Occidentem,& contra Aquilonē,&contra Meridiē:& omnes bestiæ nō poterāt resistere ei,neque liberari de manu eius:fecitque secundū voluntatem suam, & magnificatus est. ¶5 Et ego intelligebā:ecce autē hircus caprarum veniebat ab Occidē te super faciem totius terræ,& non tangebat terram: porrō hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. ¶6 Et venit vsque ad arietem illum cornutum, quem videram stātem ante portam,& cucurrit ad eū in impetu fortitudinis suæ. ¶7 Quūque appropinquasset prope arietem,efferatus est in eum,& percussit arietem:& comminuit duo cornua eius,& non poterat aries resistere ei: quūmque eum misisset in terram,conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius. ¶8 Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: quūmque creuisset, fractū est cornu magnū, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cæli, ¶9 De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum: & factum est grande contra Meridiem,& cōtra Orientem,& contra fortitudinem. ¶10 Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cæli:& deiecit de fortitudine & de stellis,& cōculcauit eas. ¶11 Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit iuge sacrificium , & deiecit locum sanctificationis eius. ¶12 Robur autem datum est ei cōtra iuge sacrificium propter peccata: & prosternetur veritas in terra,& faciet,& prosperabitur. ¶13 Et audiui vnum de sanctis loquentem . & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti, Vsquequo visio, & iuge sacrificium , & peccatum desolationis quæ facta est: & sanctuarium,& fortitudo conculcabitur? ¶14 Et dixit ei, Vsque ad vesperā & mane, dies duo millia trecenti & mundabitur sanctuarium. ¶15 Factum est autem quum viderem ego Daniel visionem,& quærerem intelligentiam : ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. ¶16 Et audiui vocē viri inter Vlai:& clamauit,& ait, ‖Gabriel fac intelligere istam visionem. ¶17 Et venit,& stetit iuxta vbi ego stabam: quūmque venisset,pauens corrui in faciem meam ,& ait ad me, Intellige fili hominis,quoniam in tempore vltimi cōplebitur visio. ¶18 Quūmq; loqueretur ad me,collapsus sum pronus in terrā: & tetigit me,& statuit me in gradu meo. ¶19 Dixitque mihi, Ego ostendā tibi quæ futura sunt in novissimo maledictionis:quoniam habet tēpus finis suum. ¶20 Aries qui vidisti habere cornua,rex Medorū est atque Persarum. ¶21 Porrō hircus caprarū,rex Græcorū est,& cornu grande quod erat inter oculos eius : ipse est rex primus. ¶22 Quōd autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo : quatuor reges de gente eius consurgēt, sed non in fortitudine eius. ¶23 Et post regnū eorum quū creuerint iniquitates,cōsurget rex impudēs facie,& intelligēs propositiones: ¶24 Et roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis: & supra quām credi potest,vniuersa vastabit, & prosperabitur,& faciet. Et interficiet robustos,& populū sanctorum ¶25 secundum voluntatē suam,& dirigetur dolus in manu eius: & cor suū magnificabit,& in copia rerū omnīū occidet plurimos:& contra Principē principū cōsurget,& sine manu conteretur. ¶26 Et visio vespere & mane,quæ dicta est,vera est:tu ergo visionē signa , quia post multos dies erit. ¶27 Et ego Daniel langui, & ægrotaui per dies: quūmque surrexissem,faciebā opera regis,& stupebam ad visionem,& non erat qui interpretaretur.

CAP. IX.

Daniel postulat impleri a Deo quod promisit de reditu populi ab exilio Babylonico. 4 Vera confessio. 20 Exauditur Danielis oratio. Gabriel. 21 visionem 70 hebdomadum edisserit el Angelus. 25 Vnctio Christi. Reædificatio Ierusalem sub Nehemia. 26 Christi mors. Abiectio impiorum Iudæorum.

IN anno primo ‖Darii filii Assueri de semine Medorum , qui imperauit super regnū Chaldæorū: ¶2 Anno vno regni eius,ego Daniel intellexi in libris numerum annorū de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetā, vt cōplerentur desolationis Ierusalē septuaginta anni. ¶3 Et posui faciē meā ad Dominū Deum meum rogare & deprecari in ieiuniis,sacco & cinere. ¶4 Et orauī Dominum Deum meum,& confessus sum, & dixi, Obsecro Domine Deus magne & terribilis,custodiens pactū & misericordiā diligentibus te,& custodientibus mādata tua. ¶5 Peccauimus,iniquitatem fecimus,impiē egimus & recessimus:& declinauimus à mādatis tuis ac iudiciis. ¶6 Non obediuimus seruis tuis Prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris,principibus nostris,patribus nostris,omnique populo terræ. ¶7 Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei,sicut est hodie viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem,& omni Israel,his qui propè sunt,& his qui procul inuniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorū , in quibus peccauerunt in te. ¶8 Domine,nobis confusio faciei,regibus nostris,principibus nostris,& patribus nostris qui peccauerunt: ¶9 Tibi autē Domino Deo nostro misericordia & propitiatio,quia recessimus à te, ¶10 Et non audiui

A 1. Esdr. 1. b. 5.

B Ierem. 25. c. 11. & 29. c. 10.

C 2. Esdr. 1. b. 6.

D Baruc. 1. c. 1.

tatis vocem Domini Dei nostri vt ambularemus in lege eius quam posuit nobis per seruos suos Prophetas. ¶11 Et omnis Israel prævaricati sunt Legem tuam, & declinauerunt ne audirent vocem tuã: & stillauit super nos maledictio & detestatio ‖ quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei.
eut.27.c.14.
¶12 Et statuit sermones suos quos locutus est super nos & super principes nostros qui iudicauerunt nos, vt superinduceret in nos magnum malũ quale nunquã fuit sub omni cælo, secundum quod factum est in Ierusalem.
¶13 Sicut scriptum est in Lege Moysi, omne malum hoc venit super nos: & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reverteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam. ¶14 Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos: iustus Dominus Deus noster in omnib' operibus suis quæ fecit: non enim audiuimus vocem eius.
D
arue.2.b.11.
xod.15.g.23.
¶15 ‖Et nunc Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuũ de Terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundum diem hanc, peccauimus, iniquitate fecimus. ¶16 Domine in omnẽ iustitiam tuã auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalẽ & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrũ. ¶17 Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius: & ostẽde faciem tuam super sanctuarium tuum quod desertũ est propter temetipsum. ¶18 Inclina Deus meus autem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum. neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. ¶19 Exaudi Domine, placare Domine: attende & fac, ne morẽris propter temetipsum Deus meus: quia nomẽ tuum inuocatum est super ciuitatẽ & super populum tuum. ¶20 Quũque adhuc loqueret, & oraret, & confiteret peccata mea & peccata populi mei Israel, & 'vt' prosterneret preces meas in conspectu
&
Dei mei, pro monte sancto Dei mei, ¶21 Adhuc me loquẽte in oratione `mea,' ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, cito volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. ¶22 Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque, Daniel, nũc egressus sum vt docerem te, & intelligeres. ¶23 Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autẽ veni vt indicarem tibi, quia vir desideriorũ es: tu autem animaduerte sermonem, & intellige visionem. ¶24 Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & 'prophetia:' & vngatur Sanctus sanctorum. ¶25 Scito ergo & animaduerte: ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septem & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporũ.
3.c.16.
ergo
att.24.b.15.
han.1.g.45.
prophetes:
¶26 Et post hebdomades sexaginta duas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. ¶27 Confirmabit autem pactũ multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: ‖ & erit in templo abominatio desolationis: & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio.
Matt.2

CAP. X.

Apparet Danieli vir lineis vestibus indutus. 11 Quare ad eum missus sit, declarat.

ANno tertio `regni' Cyri regis Persarum, verbum reuelatum est Danieli cognomento Baltassar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexitque sermonem, intelligentia enim est opus in visione. ¶2 In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus, ¶3 Panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, sed neque vnguento vnctus sum: donec completretur trium hebdomadarum dies. ¶4 Die autem vicesima & quarta mẽsis primi eram iuxta fluuium magnum, qui est Tigris. ¶5 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: ¶6 Et corpus eius quasi chrysolithus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsque ad pedes, quasi species æris candentis: & vox sermonum eius vt vox multitudinis. ¶7 Vidi autem ego Daniel solus visionem: porrò viri qui erant mecum non viderunt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum. ¶8 Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquam virtium. ¶9 Et audiui vocem sermonum eius: & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. ¶10 Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum. ¶11 Et dixit ad me, Daniel vir desideriorum intellige verba quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Quũmque dixisset mihi sermonem istum, steti tremẽs. ¶12 Et ait ad me, Noli metuere Daniel: quia ex die primo quo posuisti cor tuum ad intelligendum, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. ¶13 Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principib' primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. ¶14 Veni autẽ vt docerem te quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus: quoniã adhuc visio in dies. ¶15 Cumque loqueretur mihi huiusce modi verbis, dereci vultum meum ad terram, & tacui. ¶16 Et ecce quasi similitudo Filii hominis tetigit labia mea: & aperiẽs os meum locutus sum, & dixi ad eum qui stabat contra me, Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages

D mea, & nihil in me remanſit virium. ¶17 Et quomodo poterit ſeruus domini mei loqui cum domino meo? nihil enim in me remanſit virium, ſed & halitus meus intercluditur. ¶ 18 Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis, & confortauit me, ¶19 Et dixit, Noli timere vir deſideriorum, pax tibi: confortare & eſto robuſtus. Quúmque loqueretur mecum, conualui, & dixi, Loquere domine mi: quia confortaſti me. ¶20 Et ait, Nunquid ſcis quare venerim ad te? & núc reuertar, vt prælier aduerſum principem Perſarum. Quum * enim egrederetur, apparuit princeps Græcorum veniens. ¶21 Veruntamen annúntiabo tibi quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis: & nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter. CAP. XI.

Vaticinium de regibus Perſarum. 3 De regno Græciæ. 5 De regno AEgypti, & fœdere eius, & bello cum regno Syriæ. 14 De Iudæis ad regem AEgypti cõfugientibus, quos rex Syriæ Antiochus perſequitur, nobis Antichriſtum præfigurans. 36 Antiochi elatio.

A EGo autem ab anno primo Darii Medi ſtabam vt confortaretur & roboraretur. ¶ 2 Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimiis ſuper omnes: & quum inualuerit diuitiis ſuis, concitabit omnes aduerſum regnum Græciæ. ¶3 Surget vero rex fortis, & dominabitur poteſtate multa: & faciet quod placuerit ei. ¶ 4 Et quum ſteterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cæli: ſed non in poſteros eius, neque ſecundum potentiam illius qua dominatus eſt. lacerabitur enim regnum eius etiam in externos, exceptis his. ¶ 5 Et confortabitur rex Auſtri, & de principibus eius: prævalebit ſuper eum, & dominabitur ditione. multa enim dominatio eius. ¶6 Et poſt finem annorum fœderabuntur: filiáque regis Auſtri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinẽ brachii, nec ſtabit ſemen eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerunt eam, adoleſcentes eius, & B qui confortabant eam in temporibus. ¶7 Et ſtabit de germine radicum eius plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit. ¶ 8 Inſuper & deos eorum, & ſculptilia, vaſa quoque pretioſa auri & argenti, captiua ducet in AEgyptum: ipſe prævalebit aduerſus regem Aquilonis. ¶9 Et intrabit in regnum rex Auſtri, & reuertetur ad terram ſuam. ¶ 10 Filii autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & veniet properans & inundans: & reuertetur & concitabitur, & congredietur cum robore eius. ¶ 11 Et prouocatus rex Auſtri egredietur, & pugnabit aduerſus regem Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manus eius. ¶12 Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius, & deiiciet multa millia: ſed non C prævalebit. ¶13 Conuertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinẽ multo maiorem quàm prius: & in fine temporum annorũmque veniet properans cum exercitu magno & opibus nimiis. ¶14 * Et tempori- * Gr.
bus illis multi conſurgent aduerſus regem Auſtri: filii quoque prævaricatorum populi tui extollentur vt impleant viſionem, & corruent. ¶ 15 Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitiſſimas: & brachia Auſtri non ſuſtinebunt, & conſurgent electi eius ad reſiſtendum, & nõ erit fortitudo. ¶16 Et faciet veniens ſuper eum iuxta placitum ſuũ, & non erit qui ſtet contra faciem eius: & ſtabit in terra inclyta, & conſumetur in manu eius. ¶ 17 Et ponet faciem ſuam vt veniat ad tenendum vniuerſum regnum eius, & recta faciet cum eo: & filiam fœminarum dabit ei, vt euertat illud: & non ſtabit, nec illius erit. ¶ 18 Et conuer- D
tet faciem ſuam ad inſulas, & capiet multas: & ceſſare faciet principem opprobrii ſui, & opprobrium eius conuertetur in eum. ¶19 Et conuertet faciem ſuam ad imperium terræ ſuæ, & impinget, & corruet, & non inuenietur. ¶20 Et ſtabit in loco eius viliſſimus, & in dignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore nec in prælio. ¶21 Et ſtabit in loco eius deſpectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clàm, & obtinebit regnum in fraudulentia. ¶ 22 Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius, & conterentur: inſuper & dux fœderis. ¶ 23 Et poſt amicitias, cum eo faciet dolum: & aſcendet, & ſuperabit in modico populo. ¶24 Et abundantes & huberes vrbes ingredietur: & faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: rapinas & prædam & diuitias eorum diſſipabit, & contrà firmiſſimas cogitationes inibit: & hoc, vſque ad tempus. ¶25 Et concitabitur fortitudo eius & cor eius aduerſum regem Auſtri in exercitu magno: & rex Auſtri prouocabitur ad bellum multis auxiliis & fortibus nimis: & non ſtabunt, quia inibunt aduerſus eum conſilia. ¶ 26 Et comedentes panem cum eo, conterent illum, exer- E
citúſque eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi. ¶27 Duorum quoque regum cor erit vt malefaciant, & ad menſam vnã mendacium loquentur, & non proficient: quia adhuc finis in aliud tempus. ¶ 28 Et reuertetur in terram ſuã cum opibus multis: & cor eius aduerſum teſtamentum ſanctum, & faciet, & reuertetur in terram ſuam. ¶29 Statuto tempore reuertetur, & veniet ad Auſtrũ: & non erit priori ſimile nouiſſimum. ¶30 Et venient ſuper eum trieres, & Romani, & percutietur, & reuertetur, & indignabitur contra teſtamentum ſanctuarii, & faciet: reuertetur quoque, & cogitabit aduerſum eos qui dereliquerunt teſtamentum ſanctuarii. ¶ 31 Et brachia ex eo ſtabunt, & polluent ſanctuarium fortitudinis, & auferent iuge ſacrificium: & dabunt abominationem in deſolationem. ¶ 32 Et impii in teſtamentum ſimulabunt fraudulenter: populus autem ſciens Deum ſuum, obtinebit & faciet. ¶33 Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio & in flamma & in captiuitate & in rapina dierum. ¶34 Quúmque corruerint, ſubleuabuntur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. ¶ 35 Et de eruditis

uent, vt confiantur: & eligantur & dealbentur vsque ad tempus prænitū: quia adhuc aliud tēpus erit. ¶36 Et faciet iuxta voluntatem suā rex, & eleuabitur & magnificabitur aduersus omnem Deū: & aduersus Deū deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec cōpleatur iracundia: perpetrata quippe est definitio. ¶37 Et Deum patrū suorum non reputabit: & erit in cōcupiscētiis fœminarum, nec quēquam deorū curabit, quia aduersum vniuersa cōsurget. ¶38 Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: & deum quē ignorauerunt patres eius colet auro, & argēto, & lapide pretioso, rebusq; pretiosis. ¶39 Et faciet vt muniat Maozim cū deo alieno quē `non' cognouit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terrā diuidet gratuito. ¶40 Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri, & quasi tempestas veniet contra illū rex Aquilonis in curribus & in equitibus & in classe magna: & ingredietur terras, & conteret & pertransiet.

¶41 Et introibit in terram gloriosam, & multi corruent: hæ autem solæ saluabuntur de manu eius, Edom, & Moab, & *principes filiorum Ammon. ¶42 Et mittet manum suā in terras: & Terra Aegypti non effugiet. ¶43 Et dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti: per Libyam quoque, & Aethiopiā transibit. ¶44 Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos. ¶45 Et figet tabernaculū suum Apadno inter duo maria, super montem inclytum & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

*principiam

CAP. XII.

Prophetæ mortuorum resurrectionem. 3 Doctorum claritas. 4 Prophetiæ huius obscuritas.

A IN tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui: & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt vsque ad tēpus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. ¶2 Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alii in vitā æternā, Matt.25.d.45. *alii in opprobriū vt videant semper. ¶3 Qui & autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam eruditos multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. ¶4 Tu autem Daniel claude sermones, & signa librum vsque ad tempus statutum: pluBrimi pertransibunt, & multiplex erit scientia.

¶5 Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alii stabant: vnus hinc super ripā fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. ¶6 Et *dixi' vi- *dixit
ro qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis, Usquequo finis horum mira- Apoc.10.a.1.
bilium? ¶7 Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, quū elevasset dexteram & sinistram suā in cælū, & iurasset per Viuentem in æternū, quia in tēpus & tēpora, & dimidium tēporis. Et quum cōpleta fuerit dispersio manus populi sancti, cōplebuntur vniuersa hæc. ¶8 Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi, Domine mi quid erit post hæc? ¶9 Et ait, Vade Daniel: quia clausi sunt, signatique sermones vsque ad præfinitum tempus. ¶10 Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi: & impiē agent impij, neque intelligent omnes impij: porrō docti intelligent. ¶11 Et a tempore quum ablatū fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationē: dies mille, ducenti nonaginta. ¶12 Beatus qui expectat & pertenerit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. ¶13 Tu autem `Daniel' vade ad prænitū: & requiesces, & stabis in sorte tua, in finem dierum.

Quicunque Danielem in Hebræo volumine legimus.

Quæ sequuntur vsque ad finē libri, de Theodotionis editione tranflata sunt.

CAP. XIII.

Ioacim ducit vxorem Susannam filiam Helciæ. 2 Eam concupiscunt duo presbyteri. 29 Ab eis inuaditur. 32 Oppressa ingemiscit & exclamat. 37 Accusatur adulterii à senibus. 39 Iussu eorum adducitur coram populo. 34 Falsum presbyterorum testimonium in Susannam. 41 Morti adiudicatur. 42 Oratio eius ad Deum. 45 Suscitatur spiritus Danielis qui Susannam liberat. 60 Susannæ calumniatores à Daniele conuicti, lege talionis plectuntur.

ET erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioacim: ¶2 Et accepit vxorem nomine Susannam filiam Helciæ, pulchram nimis, & timentem Deum. ¶3 Parentes enim illius quum essent iusti, erudierunt filiam suam secundum Legem Moysi. ¶4 Erat autem Ioacim dives valde, & erat ei pomarium vicinum domui suæ: & ad ipsum confluebāt Iudæi, eo quōd esset honorabilior omnium.

¶5 Et constituti sunt duo senes iudices in illo anno (de quibus locutus est Dominus, Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.) ¶6 Isti frequentabant domum Ioacim, & veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. ¶7 Quum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui. ¶8 Et videbant eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius. ¶9 Et euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos vt non viderēt cælum, neque recordarētur iudiciorū iustorum. ¶10 Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerunt sibi vicissim dolorem suum: ¶11 Erubescebant enim iudicare sibi concupiscentiam suam, volētes concubere cum ea. ¶12 Et obseruabant quotidie sollicitius videre eam: dixitque alter ad alterum, ¶13 Eamus domū, quia hora prandii est. Et egressi recesserunt à se. ¶14 Quūmque reuertissent, venerunt in vnum: & scisciātantes abinuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suam: & tunc in communi statuerunt tempus quando eā possent inuenire solam. ¶15 Factum est autem, quum obseruarent diem aptum, ingressa est aliquando sicut heri & nudiustertius, cum

duabus foliis puellis, voluitque lauari in pomario. æstus quippe erat: ¶16 Et non erat ibi quisquam, præter duos senes absconditos, & contemplantes eam. ¶17 Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleum, & smegmata, & ostia pomarii claudite, vt lauer, ¶18 Et fecerunt sicut præceperat: clauseruntque ostia pomarii, & egressæ sunt per posticum vt afferrent quæ iusserat. nesciebantque senes intus esse absconditos. ¶19 Quum autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt, ¶20 Ecce, ostia pomarii clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscentia tui sumus: quam ob rem assentire nobis, & commiscere nobiscum. ¶21 Quod si nolueris, dicemus contra te testimonium, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hanc causam emiseris puellas à te. ¶22 Ingemuit Susanna, & ait, Angustiæ sunt mihi vndique. si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, non effugiam manus vestras. ¶23 Sed melius est mihi absque opere incidere in manus homium, quàm peccare in conspectu Domini. ¶24 Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerunt autem & senes aduersus eam. ¶25 Et cucurrit vnus ad ostia pomarii, & aperuit. ¶26 Quum ergo audiffent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per posticum, vt viderent quidnam esset.

¶27 Postquam autem senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer: quia nunquam dictus fuerat sermo huiusce modi de Susanna. ¶28 Et facta est dies crastina. ¶29 Quimq; venisset populus ad Ioacim virum eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Susannā, vt interficerent eā. ¶30 Et dixerunt coram populo, Mittite ad Susannā filiam Helciæ vxorem Ioacim. Et statim miserunt. ¶31 Et venit cum parentibus, & filiis, & vniuersis cognatis suis. ¶32 Porrò Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie. ¶33 At iniqui illi iusserunt vt discooperiretur (erat enim cooperta) vt vel sic satiarentur decore eius. ¶34 Flebant igitur sui, & omnes qui nouerant eam. ¶35 Consurgentes autē duo pre sbyteri in medio populi, posuerūt manus suas super caput eius. ¶36 Quæ flens suspexit ad cælum: erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. ¶37 Et dixerunt presbyteri, Quum deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis: & clausit ostia pomarii, & dimisit à se puellas. ¶38 Venitque ad eam adolescens qui erat absconditus, & concubuit cum ea. ¶39 Porrò nos quū essemus in angulo pomarii, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiscerī. ¶40 Et illum quidem non quiuimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & aperto ostio exiluit: ¶41 Hāc autem quū apprehendissemus, interrogauimus quisnam esset adolescens, & noluit indicare nobis: huius rei testes sumus. ¶42 Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortem. ¶43 Exclamauit autem voce magna Susanna. & dixit, Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequā fiāt, ¶44 Tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior, quum nihil horū fecerim quæ isti malitiosè compofuerunt ad uersum me. ¶45 Exaudiuit autem Dominus vocem eius. ¶46 Quūque duceretur ad mortem, suscitauit Dominus spiritum *pueri iuuenioris, cuius nomen Daniel: ¶47 Et exclamauit voce magna, Mundus ego sum à sanguine huius. ¶48 Et conuersus omnis populus ad eum, dixit, Quis est iste sermo quem tu locutus es? ¶49 Qui quum staret in medio eorū, ait, Sic fatui filii Israel, non iudicantes, neque quod verum est cognoscentes, condemnastis filiam Israel? ¶50 Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. ¶51 Reuersus est ergo populus cum festinatione, & dixerunt ei senes, Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis. ¶52 Et dixit ad eos Daniel, Separate illos ab inuicem procul, & diiudicabo eos. ¶53 Quum ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnū de eis, & dixit ad eum, Inueterate dierum malorū, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris prius, ¶54 iudicans iudicia iniusta, innocētes opprimens, & dimittens noxios, dicente Dominō, Innocentem & iustum non interficies. ¶55 Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquētes tibi. Qui ait, Sub schino. ¶56 Dixit autem Daniel, Recte: mentitus es in caput tuum: ecce enim Angelus Dei accepta sententia ab eo, scindet te mediū. ¶57 Et amoto eo iussit venire alium, & dixit ei, Semen Chanaan, & nō Iuda, species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum: ¶58 Sic faciebatis filiabus Israel, & illæ timentes loquebantur vobis: sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. ¶59 Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes tibi. Qui ait, Sub prino. ¶60 Dixit autem ei Daniel, Recte, mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini, gladium habens, vt secet te medium, & interficiat vos. ¶61 Exclamauit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum qui saluat speranteis in se. ¶62 Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium) fecerūntque eis sicut malè egerant aduersus *proximam, ¶63 vt facerent secundū Legem Moysi: & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis innoxius in die illa. ¶64 Helcias autem, & vxor eius laudauerunt Deū pro filia sua Susanna cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus: quia non esset inuenta in ea res turpis. ¶65 Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deinceps. ¶66 Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnū eius.

## CAP. XIIII.

De idolo Bel & cibo eius, quem sacerdotes vorabant. 6 Monitus à Daniele rex, pactū iniit cum sacerdotibus, eorūmque dolū deprehendit. 20 Detecta eorum fraude, occidūtur cum vxoribus & filiis. 22 Daniel Bel euertit, & draconem interficit. 30 Cōiicitur in lacum leonum. 32 Pascitetum Habacuc. 39 Rex inuenientem eum à leonibus intactum, iubet ē lacu educi.

*sanctum.

*proximum. Deut. 19. d. 19. pro. 19. a. 5.

Erat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius. ¶ 2 Erat quoque idolũ apud Babylonios nomine Bel: & impendebantur in eo per dies singulos, similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, vinique amphoræ sex. ¶ 3 Rex quoq; colebat eum, & ibat per singulos dies adorate eum: porrò Daniel adorabat Deum suũ. Dixitque ei rex, Quare non adoras Bel? ¶ 4 Qui respondens ait ei, Quia non colo idola manufacta, sed viuẽtem Deũ qui creauit cælum & terrã, & habet potestatẽ omnis carnis. ¶ 5 Et dixit rex ad eum, Non videtur tibi esse Bel viuens deus? an non vides quanta comedat & bibat quotidie? ¶ 6 Et ait Daniel arridens, Ne erres rex. iste est enim intrinsecus luteus, & forinsecus æreus, neque comedit aliquando. ¶ 7 Et iratus rex, vocauit sacerdotes eius, & ait eis, Nisi dixeritis mihi quis est qui comedat impensas has, moriemini. ¶ 8 Si autem ostenderitis quoniã Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blasphemauit in Bel. & dixit Daniel regi, Fiat iuxta verbum tuum. ¶ 9 Erant autẽ sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus & paruulis & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. ¶ 10 Et dixerunt sacerdotes Belis, Ecce nos egredimur foras: & tu rex pone escas, & vinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo: ¶ 11 & quum ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus est aduersum nos. ¶ 12 Cõfidebãt autem, quia fecerant sub mẽsa absconditum introitum, & per illũ ingrediebantur semper, & deuorabant ea. ¶ 13 Factum est igitur, postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostiũ: & signantes annulo regis abierũt. ¶ 14 Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suã, & vxores, & filii eorum: & comederunt omnia, & biberunt. ¶ 15 Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. ¶ 16 Et ait rex Daniãe sũt signacula Daniel? Qui respondit, Salua rex. ¶ 17 Statimque quum aperuisset ostium, intuitus rex mẽsam, exclamauit voce magna, Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquã. ¶ 18 Et risit Daniel: & tenuit regem ne ingrederetur intrò, & dixit, Ecce pauimentũ, animaduerte cuius vestigia sint hæc. ¶ 19 Et dixit rex, Video vestigia virorum, & mulierum, & infantiũ. Et iratus est rex. ¶ 20 Tunc apprehendit rex sacerdotes, & vxores, & filios eorũ: & ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebantur, & consumebãt quæ erant super mẽsam. ¶ 21 Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatẽ Danielis: qui subuertit eũ, & templum eius. ¶ 22 Et erat draco magnus in loco illo, & colebãt eum Babylonii. ¶ 23 Et dixit rex Danieli, Ecce, nunc non potes dicere quia iste non sit deus viuens: adora ergo eum. ¶ 24 Dixitq; Daniel regi, Dominũ Deum meum adoro: quia ipse est Deus viuens: ipse autem nõ est Deus viuẽs. ¶ 25 Tu autẽ rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absque gladio & fuste. Et ait rex, Do tibi. ¶ 26 Tulit ergo Daniel picem, & adipẽ, & pilos, & coxit pariter: fecitque massas, & dedit in os draconis. & diruptus est draco. Et dixit Daniel, Ecce quẽ colebatis. ¶ 27 Quod quum audissent Babylonii, indignati sunt vehementer: & cõgregati aduersum regem, dixerunt, Iudæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occidit. ¶ 28 Et dixerunt quum venissent ad regẽ, Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domum tuam. ¶ 29 Vidit ergo rex quòd irruerent in eum vehemẽter: & necessitate compulsus tradidit eis Danielem. ¶ 30 Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex. ¶ 31 Porrò in lacu erant leones septẽ, & dabãtur eis duo corpora quotidie, & duæ oues: & tunc nõ data sunt eis, vt deuorarent Danielẽ. ¶ 32 Erat autem Habacuc propheta in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in cãpum vt ferret messoribus. ¶ 33 Dixitque Angelus Domini ad Habacuc, Ger prandiũ quod habes in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. ¶ 34 Et dixit Habacuc, Domine, Babylonẽ non vidi, & lacum nescio. ¶ 35 Et apprehendit eum Angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitq; eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui. ¶ 36 Et clamauit Habacuc, dicẽs, Daniel seruе Dei, tolle prandiũ quod misit tibi Deus. ¶ 37 Et ait Daniel, Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te. ¶ 38 Surgẽsque Daniel comedit. Portò Angelus Domini restituit Habacuc confestim in locum suo. ¶ 39 Venit ergo rex die septimo vt lugeret Danielem: & venit ad lacũ, & introspexit, & ecce Daniel sedens in medio leonum. ¶ 40 Et exclamauit voce magna rex, dicens, Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. ¶ 41 Porrò illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacũ, & deuorati sunt in momento corã eo.

# Liber Osee prophetæ.

## CAP. I.

Quo tempore Osee prophetauerit. 1 Osee accepta vxore fornicaria, idololatriã populi significat. 4 Iehu posteritatis, & Israelitarum exitium prædicitur. 9 Iudæ abiectio. 10 Gentiũ vocatio. 11 Vtriusque populi coniunctio ad caput vnum Christum.

VERBVM Domini quod factum est ad Osee filium Beeri in diebus Oziæ, Ioathan, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filii Ioas regis Israel. ¶ 2 Principium loquendi Dominum in Osee: & dixit Dominus ad Osee, Vade, sume tibi vxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra à Domino. ¶ 3 Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit, & peperit ei filiũ. ¶ 4 Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Iezrahel: quoniã adhuc modicũ, & visitabo sanguinem Iezrahel super domũ Iehu, &

quiescere faciam regnum domus Israel. ¶5 Et in illa die cõteram arcum Israel in valle Iezrahel. ¶6 Et concepit adhuc, & peperit filiã. Et dixit ei, Voca nomen eius Absque-misericordia: quia non addã vltrà misereri domui C Israel, sed obliuione obliuiscar eorum. ¶7 Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo: & non saluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & in equitibus. ¶8 Et ablactauit eam quæ erat Absque-misericordia. Et concepit, & peperit filium. ¶9 Et dixit~ei, 'Voca nomen eius, Non-populus-D meus: quia vos non populus meus, & ego nõ ero vester~Deus.' ¶10 Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris quæ sine mẽsura est, & nõ numerabitur. Et erit: in loco vbi 16. dicetur eis, Nõ populus meus vos: dicetur eis, Filli Dei viuentis. ¶11 Et congregabuntur filii Iuda, & filii Israel pariter: & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra: quia magnus dies Iezrahel.

CAP. II.

Conuerso populo præcipit vt impiam synagogam ad pœnitentiam vocet. 4 Fornicationes eius recensẽt additis minis. 14 Vltimam eiusdem conuersionem prænuntiat. 18 Pax in regno Christi. 19 Iustitia. Iudicium. Misericordia. 20 Fides. 23 Gentium conuersionem repetit.

A Dicite fratribus vestris, Populus meus: & sorori vestræ, Misericordiam consecuta. ¶2 Iudicate matrem vestram, iudicate: quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio huberum suorum:

¶3 Ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti. ¶4 Et filiorum illius non miserebor: quoniam filii fornicationum sunt, ¶5 Quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ concepit eos, quia dixit, Vadam post amatores meos qui dant panes mihi & aquas meas, lanã meam & linum meum, oleum meum & potum meum. ¶6 Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & E semitas suas non inueniet. ¶7 Et sequetur amatores suos, &non apprehẽdet eos: & quæret eos, & non inueniet: & dicet, Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc. ¶8 Et hæc nescíuit quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal. ¶9 Idcirco conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius. ¶10 Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorũ eius: & vir non eruet eam de manu mea, ¶11 Et cessare faciam omne gaudium eius, solẽnitatem eius, neomeniam eius, sabbathum eius, & omnia festa tempora eius. ¶12 Et corrumpam vineam eius, & ficum eius: de quibus dixit, Mercedes hæ meæ sunt: quas dederunt mihi amatores mei. & ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri. ¶13 Et visitabo super eam dies Baãlim, quibus accendebat incensum, & ornabatur inaure sua & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit Dominus. ¶14 Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor eius. ¶15 Et dabo ei vineitores eius ex eodem loco, & vallẽ Achor ad aperiendam spem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ, & iuxta dies ascensionis suæ de Terra-Aegypti. ¶16 Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me Vir-meus: & nõ vocabit me vltrà Baãlim. ¶17 Et auferam nomina Baãlim de ore eius, &non recordabitur vltrà nominis eorum. ¶18 Et percutiam cum eis fœdus in die illa cum bestia agri, & cum volucre cæli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter. ¶19 Et sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia & in miserationibus. ¶20 Et sponsabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus. ¶21 Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cælos, & illi exaudient terrã: ¶22 Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum, & hæc exaudient Iezrahel. ¶23 Et seminabo eam mihi in terram, & miserebor eius quæ fuit Absque-misericordia. Et dicam Non-populo-meo, Populus-meus es tu: & ipse dicet, Deus meus es tu.

Rom.9.e.25. 1.pet.2.b.10.

CAP. III.

Dei erga Israelitas peccatores amor. 3 Eorum abiectio. 5 Eorundem ad Christum reuersio.

Et dixit Dominus ad me, Adhuc vade, & A dilige mulierem dilectam amico & adulteram: sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi respectant ad deos alienos, & diligunt respiciunt vinacia vuarum. ¶2 Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei. ¶3 Et dixi ad eam, Dies multos expectabis me, non fornicaberis, & non eris B viro: sed & ego expectabo te. ¶4 Quia dies multos sedebunt filii Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim. ¶5 Et post hæc reuertentur filii Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius nouissimo die rum.

CAP. IIII.

Peccata populi Israelitici recensentur. 11 Fornicatio. Vinum. Cor. 15 Adhortatur Iudam, ne vitia Israelis sequatur.

Audite verbum Domini filii Israel, quia A iudicium Domino cũ habitatoribus terræ: non est enim veritas, & nõ est misericordia, & non est scientia Dei in terra. ¶2 Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinẽ tetigit. ¶3 Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cæli: sed & pisces maris congregabuntur. ¶4 Veruntamen vnusquisque non iudicet, & non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui contradicunt sacerdoti. ¶5 Et corrues hodie, & corruet etiã B Propheta tecum: nocte tacere feci matrem tuam. ¶6 Conticuit populus meus, eo quòd non habuerit scientiam: quia tu scientiã repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris

mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. ¶ 7 Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi: gloriã eorum in ignominiam commutabo. ¶ 8 Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatẽ eorum sublevabunt animas eorum. ¶ 9 Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei. ¶ 10 Et comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessauerunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo. ¶ 11 Fornicatio & vinum, & ebrietas auferunt cor. ¶ 12 Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei: spiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. ¶ 13 Super capita mõtium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama: subtus quercum & populum & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideo fornicabuntur filiæ vestræ, & sponsæ vestræ adulteræ erunt. ¶ 14 Non visitabo super filias vestras quũ fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras quum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cũ effœminatis sacrificabant, & populus nõ intelligens vapulabit. ¶ 15 Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda: & nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Beth-auen, neque iuraueritis, Viuit Dominus. ¶ 16 Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel: nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine. ¶ 17 Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum. ¶ 18 Separatum est conuiuium eorũ, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. ¶ 19 Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundẽtur à sacrificiis suis. CAP. V.

Israelitas increpat: & maximè sacerdotes & principes. 5 Eorum punitio. 6 Carnalium sacrificia subsannat. 8 Israelis destructio. 13 Auxilia hominũ vana aduersus manũ Dei.

AVdite hoc sacerdotes, & attẽdite domus Israel, & domus regis auscultate: quia vobis iudicium est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expãsum super Thabor. ¶ 2 Et victimas declinastis in profundum: & ego eruditor omniũ eorum. ¶ 3 Ego scio Ephraim, & Israel non est abscõditus à me: quia nũc fornicatus est Ephraim, contaminatus est Israel. ¶ 4 Non dabunt cogitationes suas vt reuertantur ad Deum suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognouerunt. ¶ 5 Et respondebit arrogantia Israel in facie eius: & Israel & Ephraim ruent in iniquitate sua, ruet etiam Iudas cum eis. ¶ 6 In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendũ Dominum, & non inuenient: ablatus est ab eis. ¶ 7 In Dominum præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos mensis cum partibus suis. ¶ 8 Clangite buccina in Gabaa, tuba in Rama: vlulate in Beth-auen, post tergum tuum Ben-Iamin. ¶ 9 Ephraim in desolatione erit in die correptionis: in tribubus Israel ostẽdi fidẽ. ¶ 10 Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminum: super eos effundam quasi aquam iram meã. ¶ 11 Calumniã patiẽs est Ephraim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire post sordes. ¶ 12 Et ego quasi tinea Ephraim: & quasi putredo domui Iuda. ¶ 13 Et vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum: & abiit Ephraim ad Assur, & misit ad regẽ vltorem, & ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculũ. ¶ 14 Quoniam ego quasi læna Ephraim, & quasi catulus leonis domui Iudæ: ego capiam & vadam: tollam, & non est qui eruat. ¶ 15 Vadens reuertar ad locum meum: donec deficiatis, & quæratis faciem meam. CAP. VI.

Afflictio ducit ad Deum. 4 Conqueritur Deus, quòd Israel plagis non emendetur. 6 Misericordia. 7 Scire Deum.

IN tribulatione sua mane consurgent ad me, Venite, & reuertamur ad Dominum: ¶ 2 Quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos. ¶ 3 Vivificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius. Sciemus, sequemurque, vt cognoscamus Dominum: quasi diluculum præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ. ¶ 4 Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. ¶ 5 Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredientur. ¶ 6 Quia misericordiam volui, & non sacrificium: & scientiam Dei plus quàm holocaustum. ¶ 7 Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prævaricati sunt in me. ¶ 8 Galaad ciuitas operantium idõlum, supplãtata sanguine. ¶ 9 Et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotũ, in via interficientium pergentes de sichem: quia scelus operati sunt. ¶ 10 In domo Israel vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim, contaminatus est Israel. ¶ 11 Sed & Iuda pone messem tibi, quum conuertero captiuitatem populi mei. CAP. VII.

Israelis peccata. 3 Mendacia. 4 Adulteria. 5 Ebrietas. 8 Punitio. 10 Israelitæ non ex corde cõuersi ad Deum, à creaturis auxilium sperant.

QVum sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim & malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium: & fur ingressus est spolians, latrúculus foris. ¶ 2 Et non dicunt in cordibus suis omnẽ malitiam eorum me recordatum: nunc circumdederunt eos adinuẽtiones suæ, coram facie mea factæ sunt. ¶ 3 In malitia sua lætificauerunt regem: & mendaciis suis principes. ¶ 4 Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquente: qui cessat paululum ciuitas à commistione fermenti, donec fermentatum totum. ¶ 5 Dies regis nostri cœperunt principes furere à vino: extendit manum suam cũ illusoribus. ¶ 6 Quia applicauerunt quasi clibanum cor suum, quum insidiaretur eis: tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipse succensus quasi ignis flammæ. ¶ 7 Omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices suos: omnes reges eorum ceciderunt, non est qui clamet in eis ad me. ¶ 8 Ephraim in populis ipse commiscebatur: Ephraim factus

est subeuntibus paulo, qui non reuersatur.
C ¶ 9 Comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. ¶ 10 Et humiliabitur superbia Israel in facie eius: nec reuertit sunt ad Dominum Deum suum, & non quæsierunt eum in omnibus his. ¶ 11 Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor: Aegyptũ inuocabant, ad Assyrios abierunt. ¶ 12 Et quũ profecti fuerint, expandam super eos tete meum: & quasi volucrem cæli detrahã eos, cædam eos secundum auditionem cœtus eorum. ¶ 13 Væ eis, quoniam recesserunt à me: vastabuntur, quia præuaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia. ¶ 14 Et non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis: super triticum & vinum ruminabant, recesserunt à me. ¶ 15 Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eorũ: & in me cogitauerunt malitiam. ¶ 16 Reuersi sunt, vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ. ista subsannatio eorum in Terra Aegypti.

CAP. VIII.

Israel & Iuda destruendi propter idolorum cultum.

A IN gutture tuo sit tuba, quasi aquila super domum Domini: pro eo quòd transgressi sunt fœdus meum, & legem meam præuaricati sunt. ¶ 2 Me inuocabunt. Deus meus cognouimus te, Israel. ¶ 3 Proiecit Israel bonũ, inimicus persequetur eum. ¶ 4 Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes exiterũt, & nõ cognoui: aurum suum, & argentum suũ fecerunt sibi idola, vt interirent: ¶ 5 Proiectus est vitulus tuus Samaria, iratus est furor meus in eos: usquequo non poterunt emundari? ¶ 6 Quia ex Israel & ipse est: artifex fecit illũ, & non est Deus: quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ. ¶ 7 Quia ventum seminabunt, & turbinem metent: culmus stans nõ est in eo, germen non faciet farinã: quod & si fecerit, alieni comedent eam. ¶ 8 Deuoratus est Israel: nunc factus est in nationibus quasi vas immundum. ¶ 9 Quia ipsi ascenderunt ad Assur, onager solitarius sibi. Ephraim munera dederunt amatoribus suis. ¶ 10 Sed & quum mercede conduxerint nationes, nũc congregabo eos: & quiescent paulisper ab onere regis & principum. ¶ 11 Quia multiplicauit Ephraim altaria ad peccandũ: facta sunt ei aræ in delictum. ¶ 12 Scribam ei multiplices leges meas quæ velut alienæ computatæ sunt. ¶ 13 Hostias offerent, immolabũt carnes, & comedent, & Dominus non suscipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum. ipsi in Aegyptum conuertentur. ¶ 14 Et oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra: & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

CAP. IX.

Famem Israeli prædicit & captiuitatem.

4 NOli lætari Israel, noli exultare sicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedẽ super omnes areas tritici. ¶ 2 Area & torcular non pascet eos: & vinũ mentietur eis. ¶ 3 Non habitabunt in terra Domini: reuersus est Ephraim in Aegyptum, & in Assyriis pollutum comẽdit. ¶ 4 Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: sacrificia eorum quasi panis lugentium. omnes qui comedunt eum, contaminabuntur: quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabit in domum Domini. ¶ 5 Quid facietis in die solẽni, in die festiuitatis Dominiꝰ ¶ 6 Ecce enim profecti sunt à vastitate: Aegyptus congregabit eos, Memphis sepelit eos: desiderabile argentum eorum vrtic. hæreditabit, iappa in tabernaculis eorum. ¶ 7 Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis: scitote Israel stultum propheta, insensum virum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ & multitudinem amẽtiæ. ¶ 8 Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius, insania in domo Dei eius. ¶ 9 Profundè peccauerunt, sicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum.

¶ 10 Quasi vuas in deserto inueni Israel: quasi primà poma ficulneæ in cucumine eius vidi patres eorum: ipsi autẽ introuerunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in cõfusionem, & facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerunt. ¶ 11 Ephraim quasi auis auolauit gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu.

¶ 12 Quòd & si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus: sed & væ eis, quum recessero ab eis. ¶ 13 Ephraim vt vidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios suos. ¶ 14 Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vuluã sine liberis, & hubera arentia. ¶ 15 Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos: propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eiiciam eos: non addam vt diligam eos, omnes principes eorũ recedentes. ¶ 16 Percussus est Ephraim, radix eorũ exiccata est, fructum nequaquã facient. Quòd & si genuerint, interficiam amatissima vteri eorũ. ¶ 17 Abiciet eos Dominus Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

CAP. X.

Ingratitudo Israelis. 2 Eius interitus. 3 Plagis non emendatur. 5 Vitulus quem colebat, in Assyrios translatus. 12 Exitium decem tribuum repetit.

VItis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei: secundũ multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta bubertatẽ terræ suæ exhuberauerunt simulachris. ¶ 2 Diuisum est cor eorum, nunc interibunt: ipse confringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorũ. ¶ 3 Quia nunc dicent, Nõ est rex nobis: non enim timemus Dominum: & rex quid faciet nobis? ¶ 4 Loquimini verba visionis inutilis, & feretis fœdus: & germinabit quasi amaritudo iudicium super sulcos agri. ¶ 5 Vaccas Beth-auen coluerunt habitatores Samariæ: quia luxit super eum populus eius, & æditui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo. ¶ 6 Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi vltori: confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua. ¶ 7 Transiit fecit Samaria regem

comederẽt

multitudo

vidi

Reg. 18. 4.

suum quasi spumam super faciē aquæ. ¶3 Et
dispergentur excelsa idoli, peccatum Israel:
lappa & tribulus ascendet super aras eorū:
Isaiæ 1.d.19. & dicēt montibus, Operite nos: & collibus,
Iere.23.d.30. Cadite super nos. ¶4 Ex diebus Gabaa pecca-
Apoc.9.b.16. uit Israel, ibi steterunt: non comprehēdet eos
C in Gabaa prælium super filios iniquitatis.
¶5 Iuxta desiderium meū corripiam eos: cōgregabuntur super eos populi, quum corripientur propter duas iniquitates suas. ¶6 Ephraim vitula docta diligere triturare & ego transiui super pulchritudinē colli eius: ascēdam super Ephraim, arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. ¶7 Seminate vobis in iustitia, & metite in ore misericordiæ, innouate vobis nouale: tempus autem requirendi
Iere.4.a.3 Dominum, quum venerit qui docebit vos iu-
D stitiam. ¶8 Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacii: quia confisus es in vijs tuis, & in multitudine fortium tuorum. ¶9 Consurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tuæ vastabūtur sicut vastatus est Salmana domo eius
Iudic.8.c.11. qui iudicauit Baal in die prælii, matre super filios allisa. ¶10 Sic fecit vobis Beth-el, a facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

CAP. XI.

Deus beneficia sua erga Israelem commemorat. 5 Ingrati populi captiuitas. 7 Misusdem liberatio.

SIcut mane transiit, pertransiit rex Israel.
Quia puer Israel, & dilexi eum: & ex AEgypto vocaui filium meum. ¶1 Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & simulachris sacrificabāt. ¶3 Et ego quasi nutritius Ephraim, portabā eos in brachijs meis: & nescierunt quòd curarem eos.
¶4 In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum: & declinaui ad eum vt vesceretur. ¶5 Nō reuertetur in terrā AEgypti, & Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti. ¶6 Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum. ¶7 Et populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autē imponetur eis simul, quod nō auferetur. ¶8 Quomodo dabo te Ephraim, protegā te Israel? quomodo dabo te sicut Adama, ponam te vt Seboim? Cōuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. ¶9 Non faciam furorem iræ meæ: non conuertar vt disperdam
Gen.19.e.24. Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo:
Osee 4.d.11. in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. ¶10 Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt
D filij Maris. ¶11 Et auolabunt quasi auis ex AEgypto, & quasi columba de terra Assyriorum: & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus. ¶12 Circundedit me in negotiatione Ephraim, & in dolo domus Israel: Iudas autem testis descendit cum Deo, & cum sanctis fidelibus.

CAP. XII.

Vanam Israelis fiduciam describit. 2 Exemplum Iacob proponit, vt conuertantur & speret in Deo. 8 Iniquitatem eorum damnat. 9 Pacem promittit. 10 Idololatriam Galaad & Galgal carpit. 12 Beneficia in Iacob collata. 14 Impietatem eorum repetit & pœnam.

EPhraim pascit ventum, & sequitur æstū: A
tota die mendacium & vastitatem multiplicat: & fœdus cum Assyriis iniit, & oleum in AEgyptum ferebat. ¶1 Iudicium ergo Domini cum Iuda, & visitatio super Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei. ¶3 In vtero supplantauit fratrem suum: & Gen. in fortitudine sua directus est cum Angelo. & 3
¶4 Et inualuit ad Angelum, & confortatus B
est: fleuit, & rogauit eum: in Beth-el inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. ¶5 Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius. ¶6 Et tu ad Dominum' Deum tuum cōuertēris: misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo semper. ¶7 Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit.
¶8 Et dixit Ephraim, Veruntamen diues effe- C
ctus sum, inuenti idolum mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem quam peccaui. ¶9 Et ego Dominus Deus tuus ex Terra AEgypti, adhuc sedere te faciā in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. ¶10 Et locutus sum super prophetas, & ego visionē multiplicaui, & in manu prophetarū assimilatus sum. ¶11 Si Galgal idolum, tamē fru- D
stra erant in Galgal bobus immolantes: nam & altaria eorum quasi acerui super sulcos agri. ¶12 Fugit Iacob in regionem Syriæ, & seruiuit Israel in vxorē, & in vxorem seruauit. ¶13 In Propheta autē eduxit Dominus Israel de AEgypto: & in Propheta seruatus est. ¶14 Ad iracundiā me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei Dominus Deus suus.

CAP. XIII.

Abominationes Israelis ostendit. 4 Auxilium minatur ob ingratitudinem. 5 Auxilium à Deo. 10 Rex. 14 Victoria mortis & inferni per Christum.

LOquente Ephraim, horror inuasit Israel: A
& deliquit in Baal, & mortuus est. ¶2 Et nunc addiderunt ad peccandum: fecerūntq; sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum, factura artificum totū est. his ipsi dicunt, Immolate homines vitulos adorantes. ¶3 Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus præteriēs: sicut pulvis turbine raptus ex area, & sicut fumus de fumario. ¶4 Ego autem Dominus Deus Ex.
tuus ex terra AEgypti: & deum absque me B
nescies, & saluator non est præter me. ¶5 Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis.
¶6 Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt: & eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. ¶7 Et ego ero eis quasi læna, sicut pardus in via Assyriorum. ¶8 Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpā interiora cordis eorum: & consumam eos ibi quasi C
leo, bestia agri scindet eos. ¶9 Perditio tua Israel: tantummodo in me auxilium tuum.
¶10 Vbi est rex tuus? maximè nunc saluet te in omnibus vrbibus tuis: & iudices tui, de Iu.
quibus dixisti, Da mihi regem & principes.
¶11 Dabo tibi regem in furore meo, & auferā in indignatione mea. ¶12 Colligata est iniquitas Ephraim, absconditū peccatū eius. ¶13 Dolores parturientis venient ei: ipse filius non

negatione

fidelis.

xxxiii. xiii.

saplens.nunc enim non stabit in contritione filiorum. ¶14 De manu mortis liberabo eos, de morte redimā eos: ero mors tua ô mors, morsus tuus ero infernе,consolatio abscondita est ab oculis meis. ¶15 Quia ipse inter fratres dividet : adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascendentem:& siccabit venas eius.& desolabit fontem eius, & ipse diripiet thesauram omnis vasis desiderabilis.

CAP. XIIII.

Samariæ interitus. 2 Ad respiscentiam vocat. 3 Vituli labiorum. 6 Misericordiam promittit Dominus.

PEreat Samaria, quoniam ad amaritudinē concitauit Deum suum:in gladio pereāt, paruuli eorum elidantur,& fœtæ eius discīdantur. ¶2 Conuertere Israel ad Dominum Deum tuum:quoniam corruisti in iniquitate tua. ¶3 Tollite vobiscum verba, & conuertimini ad Dominum: & dicite ei, Omnē auferiniquitatem, & accipe bonum : & reddemus vitulos labiorum nostrorū. ¶4 Assur nō saluabit nos,super equum non ascendemus:nec dicemus vltrà, Dii nostri opera manuum nostrarū:quia eius qui in te est,miserebetis[s] pupuli.' ¶5 Sanabo cōtritiones eorum,diligam eos spontaneè : quia auersus est furor meus ab eis. ¶6 Ero quasi ros [t]Israel,' germinabit sicut lilium:& erumpet radix eius vt Libani. ¶7 Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius:& odor eius vt Libani. ¶8 Conuertētur sedentes in vmbra eius: vivent tritico,& germinabunt quasi vinea : memoriale eius sicut vinum Libani. ¶9 Ephraim quid mihi vltra idola?ego exaudiam , & dirigam eum ego vt abietem virentem:ex me fructus tuus inuentus est. ¶10 Quis sapiens,& intelliget istæ:intelligens, & sciet hæc?quia rectæ viæ Domini,& iusti ambulabunt in eis: prævaricatores verò corruent in eis.

# Prophetia Ioel.

CAP. I.

Ioel parabola proposita , destructionem Ierusalem prædicit. 13 Adhortatur sacerdotes ad orationem & ieiunium ob instantem calamitatem. 19 Planctus prophetæ.

VErbum Domini quod factum est ad Ioel filium Phatuel. ¶2 Audite hæc' seues,& auribus percipite omnes habitatores terræ:si factū est istud in diebus vestris , aut in diebus patrum vestrorū? ¶3 super hoc filiis vestris narrate , & filii vestri filiis suis,& filii eorum generationi alteræ. ¶4 Residuum eruce comedit locusta , & residuum locustæ comedit bruchus & residuum bruchi comedit rubigo. ¶5 Expergiscimini ebrii , & flete , & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine:quoniā periit ab ore vestro. ¶6 Gēs enim[a] ascendet [b]super teram meam, fortis & innumerabilis: dētes eius vt dentes leonis:& molares eius vt catuli leonis. ¶7 Posuit vineā meam in desertum , & ficum meam decorticauit: nudans spoliauit eam & proiecit, albi facti sunt rami eius. ¶8 Plange[c] quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis' tuæ.' ¶9 Perijt sacrificium & libatio de domo Domini: luxernnt sacerdotes ministri Domini. ¶10 Depopulata est regio, luxit humus:quoniam deuastatum est triticum,confusum est vinum, elanguit oleum. ¶11 Confusi sunt agricolæ , vlulauerunt vinitores super frumento, & vino' & hordeo , quia perijt messis agri. ¶12 Vinea confusa est,& ficus elanguit: malogranatum,& palma, & malū,& omnia ligna agri aruerunt: quia confusum est gaudium à filiis hominum. ¶13 Accingite vos,& plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris: ingredimini,cubate in sacco ministri Dei mei: quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium & libatio. ¶14 Sanctificate ieiunium, vocate cœtum,congregate senes, omnes habitatores terræ in domum [d]Dei vestri:& clamate ad Dominū, ¶15 [e]a,a,a,dieiquia propè est dies Domini , & quasi vastitas à potente veniet. ¶16 Nunquid non corā oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei nostri , lætitia & exultatio? ¶17 Cōputruerūt sumēta in fœtore suo,demolita sunt horrea,dissipatæ sunt apothecæ: quoniam confusum est triticum. ¶18 Quid ingemuit animal, mugierunt greges armentiæ?Quia non est pascua eis: sed & greges pecorū disperierunt. ¶19 Ad te Domine clamabo : quia ignis comēdit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. ¶20 Sed & bestiæ agri quasi area sitiens imbrem , suspexerunt ad te : quoniam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

CAP. II.

Aduentum hostium prædicat,& crudelitatem. 12 Adhortatio ad conuersionem.17 Oratio. 18 Amor Dei in populum suū. 23 Doctor ecclesiæ Christus. 26 Laus. 28 Missio Spiritus sancti. 31 Invocare Deum.

CAnite tuba in Sion,vlulate in monte sancto meo,conturbentur omnes habitatores terræ: Quia venit dies Domini,quia propè est. ¶2 Dies tenebrarum & caliginis , dies nubis & turbinis : quasi mane expansum super montes populus multus & fortis: similis ei non fuit à principio , & post eum non erit vsque in annos generationis & generationis. ¶3 Ante faciem eius ignis vorans,& post eum exurens flamma:quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo desertī:neq; est qui effugiat eū. ¶4 Quasi aspectus equorum,aspectus eorū:& quasi equites sic current. ¶5 Sicut sonitus quadrigarū super capita montiū exilient,sicut sonitus flāmæ ignis deuorantis stipulam , velut populus fortis præparatus ad prælium. ¶6 A facie eius cruciabuntur populi : omnes vultus redigentur in ollam. ¶7 Sicut fortes current: quasi viri bellatores ascendent murum : viri in vijs suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis , ¶8 Vnusquisque fratrem suum non coartabit , singuli in calle suo ambulabunt: sed & per fenestras cadent, & non demollentur. ¶9 Vrbem ingredientur,in muro current:domos conscendent,per fenestras intrabūt quasi fur. ¶10 A facie eius cōtremuit terra,mota sunt cæli: sol & luna obtenebrati

[s] fuæ

[t] .t.d.15.

[a] Domini

[b] Esaiæ 11.b.10. ezech.32.b.7 matt.24.c.29. marc.13.c.24. luc.21.c.25.

C sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. ¶11 Et Dominus dedit vocē suā ante faciē exer-
cit' sui: quia multa sūt nimis castra eius, quia
Iere.30.a.7. fortia, & facientia verbum eius. magnus e-
Amos 5.e.18. nim dies Domini, & terribilis valde: & quis
Sopho.1.d.15. sustinebit eum? ¶12 Nunc ergo, dicit Domi-
nus, cōuertimini ad me in toto corde vestro,
in ieiunio, & in fletu & in plāctu. ¶13 Et scin-
dite corda vestra, & non vestimenta vestra, & A
convertimini ad Dominum Deum vestrum:
Psal.85.a.5. quia benignus & misericors est, patiens &
Ionæ 4.a.2. multæ misericordiæ, & præstabilis super ma-
Ionæ 3.d.9. litia. ¶14 Quis scit si cōuerta'tur, & ignoscat
vestro? Deus, & relinquat post se benedictionem,
1.C.14. sacrificium & libamē Domino Deo'nostro?
¶15 Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunio,
vocate cœtum, ¶16 Cōgregate populum, san-
ctificate ecclesiam, coadunate senes: congre-
gate parvulos, & sugentes: hubera: egrediatur
sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo
suo. ¶17 Inter vestibulum & altare plorabūt
sacerdotes ministri Domini: & dicent, Parce
Domine, parce populo tuo: & ne des hæredi-
tatem tuā in opprobriū, vt dominētur eis na-
tiones. quare dicunt in populis, ubi est Deus
super eorū? ¶18 Zelatus est Dominus terrā suā, &
pepercit populo suo. ¶19 Et respondit Domi-
nus, & dixit populo suo, Ecce ego mittā vo-
bis frumentū, & vinū, & oleū, & replebimini
eo: eis: & non dabo vos vltrā opprobriū in Gē-
tibus. ¶20 Et eū qui ab Aquilone est, procul
faciā à vobis: & expellā eū in terram inuiam
& desertam, faciē eius cōtra mare Orientale,
& extremū eius' vsque' ad mare nouissimū: &
ascendet fœtor eius, & ascēdet putredo eius,
quia superbè egit. ¶21 Noli timere terra, exul-
ta & lætare: quoniā magnificauit Dominus
vt faceret. ¶22 Nolite timere animalia regio-
nis: quia germinauerūt speciosa deserti, quia
lignum attulit fructū suū, ficus & vinea de-
derūt virtutē suā. ¶23 Et' filiæ Sion exultate,
filii & lætamini in Domino Deo vestro: quia de-
dit vobis doctorem iustitiæ, & descendere fa-
ciet Dominus' ad vos imbrem matutinum &
serotinum sicut in principio. ¶24 Et implē-
buntur areæ frumento, & redundabunt torcu-
laria vino & oleo. ¶25 Et reddam vobis annos
quos comēdit locusta, bruchus, & rubigo, &
eruca: fortitudo mea magna, quā misi in vos.
¶26 Et comedetis vescentes, & satiabimini:
& laudabitis nomē Domini Dei vestri qui fe-
cit mirabilia vobiscum: & non confundetur
populus meus in sempiternum. ¶27 Et scie-
tis quia in medio Israel ego sum: & ego Do-
minus Deus vester, & non est amplius: & nō
G confundetur populus meus in æternū. ¶28 Et
Ioel.44.a.21. erit post hæc: effundam de Spiritu meo' su-
Act.2.c.17. per omnem carnem: & prophetabunt filii ve-
Spiritū meū strī & filiæ vestræ: senes vestri somnia somnia-
būt, & iuuenes vestri visiones videbūt. ¶29 Sed
& super seruos meos & ancillas in diebus illis
effundam Spiritum meum. ¶30 Et dabo prodi
gia in cælo, & in terra, sanguinem, & ignem,
& vaporem fumi. ¶31 Sol conuertetur in te-
nebras, & luna in sanguinem: antequā veniat
dies Domini magnus & horribilis. ¶32 Et e-
rit: omnis qui inuocauerit nomen Domini,
saluus erit: quia in mōte Sion, & in Ierusalem
erit saluatio, sicut dixit Dominꝰ, & in reſiduis
quos Dominus vocauerit.

CAP. III.

Promittit Dominus se iudicaturum hos-
tes populi sui. 11 Vocantur omnes gentes ad
hoc iudicium. 16 Prædicatio verbi Dei è Sion,
per apostolos Iudæos. 19 Ecclesiæ æternitas.

QVia ecce in diebus illis & in tēpore illo
quū cōuertero captiuitatē Iuda & Ieru
salē: ¶2 Congregabo omnes Gentes,
& deducam eas in vallem Iosaphat: & disce-
ptabo cum eis ibi super populo meo, & hære-
ditate mea Israel, quos dispersérunt in natio-
nibus, & terram meā diuiserunt. ¶3 Et super
populū meum miserunt sortē: & posuerunt
puerā'in prostibulo, & puellā vendiderunt 'in
pro vino vt biberent. ¶4 Verūm quid mihi &
vobis Tyrus & Sidon. & omnis terminus Pa-
læsthinorum? nunquid vltionem vos reddetis
mihi? & si vlciscemini' vos contra me, ci- 'vl
tò velociter reddam vicissitudinem vobis su-
per caput vestrum. ¶5 Argentū enim meum B
& aurum tulistis: & desiderabilia mea & pul-
cherrima intulistis in delubra vestra. ¶6 Et fi-
lios Iuda, & filios Ierusalem vendidistis filiis
Græcorum, vt longe faceretis eos de finibus
suis. ¶7 Ecce ego suscitabo eos de loco in quo
vendidistis eos: & conuertam retributionem
vestram in caput vestrum. ¶8 Et vendam fi-
lios vestros & filias vestras in manibus filio-
rum Iuda, & vænundabunt eos Sabæis genti
lōginquæ, quia Dominus locutus est. ¶9 Cla 'Ie
mate' hæc' in Gentibus, sanctificate bellum, 'ac
suscitate robustos: ascendant, accedant' om- sce
nes viri bellatores. ¶10 Concidite aratra ve-
stra in gladios, & ligones vestros in lanceas. C
Infirmus dicat, Quia fortis ego sum. ¶11 Erū-
pite, & venite omnes gētes de circuitu, & cō-
gregamini: ibi occumbere faciet Dominus
robustos tuos. ¶12 Consurgant, & ascendant
Gentes in vallē Iosaphat: quia ibi sedebo, vt
iudicem omnes gentes in circuitu. ¶13 Mitti- A
te falces, quoniam maturauit messis: venite, &
descendite, quia plenum est torcular, exhube-
rant torcularia: quia multiplicata est malitia
eorū. ¶14 Populi populi in valle cōcisionis:
quia iuxtà est dies Domini in valle cōcisio-
nis. ¶15 Sol & luna obtenebrati fūt: & stellæ 'v.
retraxerunt splendorē suū. ¶16 Et Dominus 'ae
de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem
suam: & mouebūtur cæli & terra, & Dominus
spes populi sui & fortitudo filiorum Israel.
¶17 Et scietis quia ego Dominus Deus vester D
habitans in Sion in monte sancto meo: & erit
Ierusalem sancta, & alieni non trānibunt per
eam amplius. ¶18 Et erit in die illa: stillabūt A
montes dulcedinem, & colles fluent lacte: &
per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: & fons de
domo Domini egredietur, & irrigabit torren-
tem spinarū. ¶19 Aegyptus in desolationem E
erit, & Idumæa in desertum perditionis: pro
eo quòd iniquè egerint in filios Iuda, & effu-
derint sanguinem innocentem in terra sua.
¶20 Et Iudæa in æternum habitabitur, & Ie-
rusalem in generationem & generationem.
¶21 Et mundabo sanguinē eorum, quos' non 'qu
mundaueram: & Dominus commorabitur in
Sion.

# Prophetia Amos.

CAP. I.

Amos conditio, & eius prophetiæ tempus. 3 Sermo Domini contra Damascū. 6 Cōtra Philistheos. 9 Contra Tyrum. 11 Cōtra Idumæam. 13 Contra filios Ammon.

VErba Amos, qui fuit in* pastora libus' Thecue: quæ vidit super Israel in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboam filii Ioas regis Israel, ante duos annos terræmotus. ¶ 2 Et dixit, Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam: & luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. ¶ 3 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non cōuertā eū: eo quòd trituraverint in plaustris ferreis Galaad. ¶ 4 Et mittam ignem in domum Hazael, & deuorauit' domos Benadad. ¶ 5 Et conteram vectem Damasci: & disperdam habitatorem de campo idòli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis: & tranferetur populus Syriæ Cyrenē, dicit Dominus. ¶ 6 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non conuertam* eum: eo quòd transtulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa. ¶ 7 Et mittam ignem in murum Gazæ, & deuorabit ædes eius. ¶ 8 Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentē sceptrum de Ascarone: & cōuertā manum meā super Accaron, & peribunt reliqui Philisthinorum, dicit Dominus*. ¶ 9 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam* eum: eo quòd concluserint captiuitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum. ¶ 10 Et *mittam' ignem in murum Tyri, & deuorabit ædes eius. ¶ 11 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non cōuertam eum: eo quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiā eius, & tenuerit vltrà furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem. ¶ 12 Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Bosræ. ¶ 13 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus filiorū Ammon, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd diffecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum. ¶ 14 Et succendam ignem in muro* Rabbath: & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis. ¶ 15 Et ibit Melchom in captiuitatē ipse, & principes eius simul, dicit Dominus.

CAP. II.

Prophetat aduersum Moab. 4 Aduersum Iudā, hoc est, regnum duarū tribuum. 6 Aduersum Israelē, hoc est regnū decē tribuum.

HAEc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd incenderit ossa regis Idumææ vsque ad cinerem. ¶ 2 Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ: ¶ 3 Et disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficam cum eo, dicit Dominus. ¶ 4 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd abiecerit legem Domini, & mandata eius non custodierit, decepterunt enim eos idōla sua, post quæ abierant patres eorum. ¶ 5 Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit ædes Ierusalem. ¶ 6 Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non conuertam eum: pro eo quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. ¶ 7 Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viā humilium declinārt: & filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctū meū. ¶ 8 Et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo dei sui. ¶ 9 Ego autē exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo, cedrorum altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius desuper, & radices eius subter. ¶ 10 Ego sum qui ascendere vos feci de terra Aegypti: & duxi vos* in desertum' quadraginta annis, vt possideretis terram Amorrhæi. ¶ 11 Et suscitaui de filiis vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris nazaræos. nunquid non ita est filii Israel, dicit Dominus? ¶ 12 Et propinabatis nazaræis vinum: & Prophetis mandabatis, dicentes, Ne prophetetis. ¶ 13 Ecce ego stridebo subtus vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. ¶ 14 Et peribit fuga à veloce, & fortis nō obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam: ¶ 15 Et tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animā suā: ¶ 16 Et robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

CAP. III.

Dominum Israel ingratitudinis arguit, æquissima in eam flagella prænuntians. 9 Inuitantur alienigenæ vt videant æquitatem iudicorum Dei aduersus Israelem.

AVdite verbum quod locutus est Dominus super vos, filii Israel: super omnē cognationem quam eduxi de terra Aegypti, dicens, ¶ 2 Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. ¶ 3 Nunquid ambulabunt duo pariter, nisi conuenerit eis? ¶ 4 Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? ¶ 5 Nunquid cadet auis in laqueū terræ absque aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra, antequam quid ceperit? ¶ 6 Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? ¶ 7 Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas. ¶ 8 Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? ¶ 9 Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti: & dicite. Congregamini super montes Samariæ, & videte insanias multas in medio eius, & calumnias patientes in penetralibus eius. ¶ 10 Et nescierūt facere rectū, dicit Dominus: thesaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus suis.

¶ 11 Propterea hæc dicit Dominꝰ Deus, Tribulabitur & circuletur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripiẽtur ædes tuæ. ¶ 12 Hæc dicit Dominꝰ. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremũ auriculæ: sic eruentur filii Israel qui habitãt in Samaria, in plaga lectuli, & 'in Damasci grabbato.' ¶ 13 Audite, & cõtestamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus exercituum: ¶ 14 Quia in die quũ visitare cœpero prævaricationes Israel, super eum visitabo & super altaria Beth-el: & amputabitur cornua altaris, & cadent in terrã. ¶ 15 Et percutiam domũ hyemalem cum domo æstiua: & peribũt domus ebureæ, & dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

in Damasco grabbati.

## CAP. IIII.

Sub typo vaccarum pinguium in primamates inuehitur, eorũ pœnas prædicens. 4 Eorum idololatriã subsannat. 5 Laus. 6 Fame percussi, nõ sũt conuersi ad Deũ. 12 Adhortatio ad fiduciam in Deum post perpessa mala.

¶ 1 Audite verbum hoc vaccæ pingues, quæ estis in mõte Samariæ: quæ calũniam facitis egenis, & cõfringitis pauperes: quæ dicitis dominis vestris, afferte, & bibem. ¶ 2 Iurauit Dominꝰ Deus in sancto suo, quia ecce dies veniẽt super vos, & leuabũt vos in cantis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. ¶ 3 Et per aperturas exibitis altera contra alteram & proiicietmini in Armon, dicit Dominus. ¶ 4 Venite ad Beth-el, & imple agite: ad Galgalum, & multiplicate prævaricationẽ: & offerte mane victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. ¶ 5 Et sacrificate de fermẽto laudẽ: & vocate volũtarias oblationes, & annuntiate: hic enim voluistis filii Israel, dicit Dominus Deꝰ. ¶ 6 Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis tribibus vestris, & indigentiã panũ in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me, dicit Dominus. ¶ 7 Ego quoque prohibui a vobis imbrẽ, quũ adhuc tres menses superessent vsque ad messem: & plui super vnam ciuitatẽ, & super alteram ciuitatẽ non plui: pars vna compluta est, & pars super quã nõ plui, aruit. ¶ 8 Et venerunt duæ & tres ciuitates ad vnam ciuitatẽ vt biberent aquã, & nõ sunt satiatæ: & non redistis ad me, dicit Dominus. ¶ 9 Percussi vos in vento vrente & in aurugine, multitudiné hortorũ vestrorũ, & vinearũ vestrarũ, ollueta vestra & ficeta vestra comẽdit eruca: & nõ redistis ad me, dicit Dominus. ¶ 10 Misi in vos mortẽ in via Ægypti, percussi in gladio iuuenes vestros, vsque ad captiuitatem equorũ vestrorũ: & ascendere feci putredinẽ castrorũ vestrorum in nares vestras: & nõ redistis ad me, dicit Dominus. ¶ 11 Subuerti vos, sicut subuertit Deus Sodomã & Gomorrhã, & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non redistis ad me, dicit Dominus. ¶ 12 Qua propter hæc faciam tibi Israel: postquam autem hæc fecero tibi, præparare in occursum Dei tui Israel. ¶ 13 Quia ecce formans mõtes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium suum, faciens matutinam nebulam, & gradiens super excelsa terræ: Dominus Deus exercituum nomen eius. CAP. V.

Gen. 14. c. 24. Osee. 11. c. 8.

Casum Israelis luget, 4 Ad resipiscentiam vocat. 10 Odium populi in Prophetas, ob quod, & pauperum oppressionem, eius infœlicitatem prænũtiat. 14 Exhortatio ad opera bona. 18 Diei Domini mala describit. 21 Festiuitates & sacrificia eorum abiicit.

A Udite verbũ istud quod ego leuo super vos, plãctum, domus Israel. ¶ 2 Cecidit, & nõ adiiciet vt resurgat virgo Israel: proiecta est in terram suã, non est qui suscitet eã. ¶ 3 Quia hæc dicit Dominus Deus, Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egrediebantur centum, relinquẽtur in ea decẽ in domo Israel. ¶ 4 Quia hæc dicit Dominꝰ Deus domui Israel, Quærite me, & viuetis. ¶ 5 Et nolite quærere Bethel, & in Galgalum nolite intrare, & in Bersabee non transibitis: quia Galgala captiua ducetur, & Beth-el erit inutilis. ¶ 6 Quærite Dominum, & viuite: ne forte comburatur vt ignis domus Ioseph, & deuorabit, & non erit qui extinguat Bethel. ¶ 7 Qui conuertitis in absynthium iudicium, & iustitiam in terra relinquitis. ¶ 8 Facientem Arcturum, & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ: Dominus nomen est eius. ¶ 9 Qui subridet vastitatem super robustum, & depopulationem super potentem affert. ¶ 10 Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati sunt. ¶ 11 Idcirco pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electã tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & nõ habitabitis in eis: vineas plãtabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum. ¶ 12 Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra: hostes iusti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta. ¶ 13 Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum est. ¶ 14 Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiscũ, sicut dixistis. ¶ 15 Odite malum, & diligite bonum, & constituite in porta iudicium: si forte miseretur Dominus Deus exercituum reliquiis Ioseph. ¶ 16 Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum dominator, in omnibus plateis plantus: & in cunctis quæ foris sunt, dicitur væ: & væ: vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere. ¶ 17 Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertransibo in medio tui, dicit Dominus. ¶ 18 Væ desiderantibus diem Domini: ad quid eam vobis? dies Domini ista, tenebræ, & nõ lux. ¶ 19 Quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei vrsus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. ¶ 20 Nunquid non tenebræ dies Domini, & non lux: & caligo, & non splendor in eo? ¶ 21 Odi, & proieci festiuitates vestras: & non capiam odorem cœtuum vestrorum. ¶ 22 Quòd si obtulerittis mihi holocaustomata & munera vestra, non suscipiã: & vota pinguium vestrorum non respiciam. ¶ 23 Auferte a me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam. ¶ 24 Et reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi

totrens fortis. ¶15 ¶Nunquid hostias & sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis, domus Israel? ¶16 Et portastis tabernaculum Moloch vestro, & imaginē idolorū vestrorum, sydus dei vestri Remphā, figuras quas fecistis vobis adorare eas, quæ fecistis vobis. ¶17 Et migrare vos faciā trans Damascum, dicit Dominus, Deus exercituū nomen eius.

CAP. VI.

Aduersus optimates Israel prophetat. ¶ Furat Dominus se impleturum quæ contra Israel proposuit.

A 14. VAE vobis qui opulēti estis in Sion, & cōfiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompatice domū Israel. ¶ 2 Trāsite in Chalanne, & videte, & ite inde in Emath magnam: & descendite in Geth Palæsthinorum, & ad optima quoque regna horū: si latior terminus eorū termino vestro est. ¶ 3 Qui separati estis in diē malū: & appropinquatis solio iniquitatis. ¶ 4 Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. ¶ 5 Qui canitis ad vocem psalterii: sicut David putauerūt se habere vasa cantici. ¶ 6 Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph. ¶ 7 Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio lasciuientium.

b.14. ¶ 8 Iurauit Dominus Deus in anima sua, dicit Dominus Deus exercituum, Detestor ego superbiā Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. ¶ 9 Quōd C si reliqui fuerint decem viri in domo vna: & ipsi morientur. ¶ 10 Et tollet eum propinquus suus, & comburet eum, vt efferat ossa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus est, Nunquid adhuc est penes te? & respondebit, Finis est. Et dicet ei, Tace, & nō recorderis nominis Domini. ¶ 11 Quia ecce Dominus mandauit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus. ¶ 12 Nun- D quid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis, quoniam conuertistis in amaritudinē iudicium, & fructum iustitiæ in absynthium? ¶ 13 Qui lætamini in nihilli: qui dicitis, Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? ¶ 14 Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem: & conterent vos ab introitu Emath, vsque ad torrentem deserti.

CAP. VII.

Per locustam videns Amos totius Israelis absumptionem, oratione sua eā auertit. 4 Alia plaga quam itidē reuocat. 7 Abiectio populi per trullam cæmētarii designata. 10 Obsistit Amasias prophetæ Dei. 14 Amos de se testimoniū reddit, prophetans aduersus Amasiam, & populi captiuitatem prænūtians.

A HAEC ostendit mihi Dominus Deus: & ecce fictor locustæ in principio germinātium serotini imbris, & ecce serotinus post cgs 'tonsorem gregis. ¶ 2 Et factum est: quū consummasset comedere herbam terræ, dixi, Domine Deus propitius esto obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? ¶ 3 Misertus est Dominus super hoc: Non erit, dicit Dominus Deus. ¶ 4 Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus, & deuorauit abyssum multam, & comedit simul partem. ¶ 5 Et dixi, Domine Deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? ¶ 6 Misertus est Dominus super hoc: Sed & istud nō erit, dicit Domin' Deus. ¶ 7 Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarii. ¶ 8 Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Amos? & dixi, Trullam cæmentarii. & dixit Dominus, Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel: non adiiciam vltrà superinducere eum. ¶ 9 Et demolientur excelsa idōli, & sanctificationes Israel desolabuntur: & consurgam super domum Ieroboam in gladio. ¶ 10 Et misit Amasias sacerdos Beth-el ad Ieroboam regem Israel, dicens, rebellauit contra te Amos in medio domus Israel: non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. ¶ 11 Hæc enim dicit Amos, In gladio morietur Ieroboam, & Israel captiuus migrabit de terra sua. ¶ 12 Et dixit Amasias ad Amos, 'Qui' videns, gradere, fuge in terram Iuda: & comede ibi panem, & prophetabis ibi. ¶ 13 Et in Beth-el non adiicies vltrà vt prophetes: quia sanctificatio regis est, & domus regni est. ¶ 14 Respondit que Amos, & dixit ad Amasiam, Non fum Propheta, & non fum filius D Prophetæ: sed armentarius ego fum vellicans sycomoros. ¶ 15 Et tulit me Dominus Deus' quum sequerer gregem: & dixit Dominus ad me, Vade, propheta ad populum meum Israel. ¶ 16 Et nunc audi verbum Domini, Tu dicis, Non prophetabis super Israel, & non stillabis super domum idōli. ¶ 17 Propter hoc hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filii tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

CAP. VIII.

Finis regni Israel ostenditur. 4 In pauperum oppressores. 9 Acerbitatem calamitatis Israeliticæ describit. 12 Famē verbi Dei prophetat.

A HAEC ostendit mihi Dominus Deus: & ecce vncinus pomorum. ¶ 2 Et dixit, Quid tu vides Amos? & dixi, Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me, Venit finis super populum meum Israel: non adiiciam vltrà vt pertranseam eum. ¶ 3 Et stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus: multi morientur, in omni loco proiicietur: silētiū. ¶ 4 Audite hoc qui conteritis pauperem, & B deficere facitis egenos terræ, ¶ 5 Dicētes, Quādo transibit 'mensis, & vendabimus merces: & sabbathum, & aperiemus frumentum: vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus statēras dolosas, ¶ 6 Vt possideamus in argento egenos & pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumēti vendamus? ¶ 7 Iurauit Dominus 'in superbiam' Iacob, Si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. ¶ 8 Nunquid super isto C non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: & ascendet quasi fluuius vni-

'Qui

'mensis,

'in superbia

nersus, & elleletur, & defluet quasi riuus Aegypti: ¶9 Et erit i die illa, dicit Dominus, tenebrescere faciã terram in die luminis. ¶10 Et conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cãtica vestra in planctũ: & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitium: & ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum.

D ¶11 Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & emittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. ¶12 Et commouebũtur à Mari vsque ad Mare, & ab Aquilone vsque ad Orientem: circuibunt quærentes verbũ Domini, & non inuenient. ¶13 In die illa deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti. ¶14 Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt, Viuit deus tuus Dan, & viuit via Ber-sabee. & cadent, & non resurgent vltrà.

## CAP. IX.

Duarum tribuum & templi euersionem prænuntiat. 2 Manum Dei nemo potest euadere. 7 Israelis ingratitudinem carpit. 11 Ecclesiæ instauratio.

A Vidi Dominum stãtem super altare: & dixit, Percute cardinem, & commoueantur superliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga ex eis: fugient, & nõ saluabitur ex eis qui fugerit. ¶2 Si descenderint vsque ad Infernum, inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsque in cælum, inde detraham eos. ¶3 Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos. ¶4 Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mãdabo gladio, & occidet eos: & ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum. ¶5 Et Dominus Deus exercituum qui tangit terram, & tabescit: & lugebunt omnes habitantes in ea: & ascẽdet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Aegypti. ¶6 Qui ædificat in cælo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius.

¶7 Nunquid nõ vt filii Aethiopum vos estis mihi, filii Israel, ait Dominus? nunquid non Israel ascendere fecI de terra Aegypti: & Palæsthinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? ¶8 Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, & conterã illud à facie terræ: verumtamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Dominus. ¶9 Ecce enim mandabo ego, & cõcutiam in omnibus gentibus domũ Israel, sicut concutitur in cribro: & nõ cadet lapillus super terram. ¶10 In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicũt, Non appropinquabit, & nõ veniet super nos malum. ¶11 In die illa suscitabo tabernaculũ Dauid, quod cecidit: & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerant instaurabo: & reædificabo eũ sicut in diebus antiquis.

D ¶12 Vt possideant reliquias Idumææ, & omnes nationes, eo quòd inuocatum sit nomen meum super eos: dicit Dominus faciens hæc. ¶13 Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semẽ: & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. ¶14 Et cõuertam captiuitatem populi mei Israel: & ædificabũt ciuitates desertas, & inhabitabũt, & plantabunt vineas, & bibẽt vinum earum: & facient hortos, & comedẽt fructus eorum. ¶15 Et plantabo eos super humum suam: & non euellam eos vltrà de terra sua quã dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

# Prophetia Abdiæ.

## CAP. I.

Abdias accipit legationem à Domino aduersus Edom. 4 Contra iniquiam eius in diuitias. 6 In amicos. 8 In prudentiam carnis. 11 Superiorem Edom causa præcipua. 17 Prophetia de Christo & Ecclesia. 18 Destruitur Edom ab Israelitis.

VISIO ABDIÆ, hæc dicit Dominus Deus ad Edom, Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad Gentes missus, Surgite, & consurgamus aduersus eum in prælium. ¶1 Ecce parvulum dedi te in Gentibus: contemptibilis tu es valde. ¶2 Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petræ, exaltãtem solium tuum: qui dicis in corde tuo, Quis detrahet me in terram? ¶4 Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus. ¶5 Si fures introissent ad te, si latrones per nocte: quomodo cõticuisses? nõne furati essent sufficientia sibi? si vindemiatores introissent ad te, nũquid saltem racemum reliquissent tibi? ¶6 Quomodo scrutati sunt Esau, inuestigauerunt absconditа eius? ¶7 Vsque ad terminum emiserunt te omnes viri fœderis tui: illuserũt tibi: inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt cecum, ponent insidias subter te: non est prudentia in eo. ¶8 Nunquid nõ in die illa dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa, & prudentiã de mõte Esau? ¶9 Et timebunt fortes tui à Meridie, vt intereat vir de monte Esau. ¶10 Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternũ. ¶11 In die quum stares aduersus eum, quando capiebant alieni exercitũ eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalẽ mittebant sortem: tu quoque eras quasi vnus ex eis. ¶12 Et non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & non lætaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die angustiæ. ¶13 Neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: neque despicies & tu in malis eius in die vastitatis illius: & nõ emittẽris aduersus exercitum eius in die vastitatis illius. ¶14 Neque stabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribulationis. ¶15 Quoniam iuxta est dies Domini super omnes gentes: sicut feci, sic fiet tibi, retributionem tuam con-

eus, ob.1.b.7. nach.1.c.4.1 ... eis qui fugient, sal.138.b.8. ere.44.c.11. tabescet: T.5.c.2. Act.15.c.16. Ioel 3. Ier. Ier

uertam in caput tuū. ¶16 Quomodo enim bibisti super montem sanctum meū, bibent omnes gentes iugiter: & bibent & absorbebūt, & erunt quasi non sint. ¶17 Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus: & possidebit dom⁹ Iacob eos qui se possederāt. ¶18 Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula: & succēdentur in eis, & deuorabunt eos: & non erunt reliquiæ domus Esau, quia Dominus locutus est. ¶19 Et hæreditabunt hi qui ad Austrum sunt, montem Esau, & qui in campestribus Philisthiim: & possidebunt regionē Ephraim & regionē Samariæ: & Beniamin possidebit Galaad. ¶20 Et transmigratio exercitus huius filiorū Israel, omnia loca Chananæorum usque ad Sarèptam: & trāsmigratio Ierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri. ¶21 Et ascendent saluatores in mōtem Sion iudicare montem Esau: & erit Domino regnum.

# Ionæ prophetia.

CAP. I.

Ionas missus in Niniuen ad prophetandum, fugit. 4 Orta tempestate ob eius inobedientiam, in mare præcipitatur. 16 Hostiæ. Vota.

ET FACTVM EST verbum Domini ad Ionam filium Amathi, dicens, ¶2 Surge, & vade in Niniuen ciuitatem grādem, & prædica in ea quia ascendit malitia eius coram me. ¶3 Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit in Ioppen, & inuenit nauē euntem in Tharsis: & dedit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis à facie Domini. ¶4 Dominus autem mittit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. ¶5 Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad deum suum: & miserunt vasa quæ erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descendit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. ¶6 Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum, si forte recogitet Deus de nobis, & non pereamus. ¶7 Et dixit vir ad collegā suum, Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malum ūt nobis. Et miserunt sortes: & cecidit sors super Ionam. ¶8 Et dixerunt ad eū, Indica nobis cuius causa malum istud ūt nobis: quod est opus tuūt quæ terra tuæ & quo vadis? vel ex quo populo es tu? ¶9 Et dixit ad eos, Hebræus ego sum, & Dominum Deum cæli ego timeo, qui fecit mare & aridam. ¶10 Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum, Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri quòd à facie Domini fugeret: quia indicauerat eis Ionas. ¶11 Et dixerunt ad eum, Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumescebat sup eos. ¶12 Et dixit ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos. ¶13 Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, & intumescebat super eos. ¶14 Et clamauerunt ad Dominum, & dixerunt, Quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentē: quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti. ¶15 Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo. ¶16 Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerūt hostias Domino, & vouerunt vota.

CAP. II.

Ionas à pisce absorptus. 3 Eiusdē cantieū.

ET præparauit Dominus piscem grādem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in vētre piscis tribus diebus & tribus noctib⁹. ¶2 Et orauit Ionas ad Dominum Deum suū de ventre piscis. ¶3 Et dixit, Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. ¶4 Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me trannierunt. ¶5 Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculorum tuorū: verumtamē rursus videbo templum sanctum tuum. ¶6 Circumdederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. ¶7 Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me in æternum: & subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. ¶8 Quū angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. ¶9 Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt. ¶10 Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunque voui reddam pro salute mea Domino. ¶11 Et dixit Dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.

CAP. III.

Rursum iubetur prædicare Niniuitis. 4 Eius prædicatio. 5 Niniuitæ resipiscētes. 10 Misericordiam consequuntur.

ET factum est verbum Domini ad Ionam secundo, dicēs, ¶2 Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnā: & prædica in ea prædicationē quam ego loquor ad te. ¶3 Et surrexit Ionas, & abiit in Niniuen iuxta verbum Domini: & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierum. ¶4 Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. ¶5 Et crediderunt viri Niniuitæ in Dominum: & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. ¶6 Et peruenit verbum ad regem Niniue: & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. ¶7 Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens, Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustēt quicquam: nec pascantur, & aquam non bibant. ¶8 Et operientur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine: & cōuertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate quæ est in manibus eorū. ¶9 Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? ¶10 Et vidit

A Matt. 12. c. 40. & 16. 2. 4. Luc. 11. d. 30. 1. cor. 15. 2. 4. Psal. 119. 2. 1.

B

C Psal. 68. 2. 2.

D

A

B Matt. 11. d. 41. Luc. 11. e. 32. *in Deum:

C

*& Deum D Ier. 18. b. m. Ioel 2. c. 14.

Deus opera eorum quia conuerſi ſunt de via ſua mala: & miſertus eſt Deus ſuper malitiã quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

CAP. IIII.

Affligitur Ionas quòd ſermo eius contra Niniuen non fuerit impletus. 4 Increpatur à Domino. 6 Per hederam, iniuſtã eius iracundiam oſtendit Dominus.

ET afflictus eſt Ionas afflictione magna, & iratus eſt: ¶2 Et orauit ad Dominum, & dixit, Obſecro Domine, nunquid non hoc eſt verbum meum, quum adhuc eſſem in terra meã propter hoc præoccupaui vt fugerẽ in Tharſis. Scio enim quia tu Deus clemens & miſericors es, patiens & multæ miſerationis, & ignoſcens ſuper malitia. ¶3 Et nunc Domine tolle quæſo animam meam à me: quia melior eſt mihi mors, quàm vita. ¶4 Et dixit Dominus, Putáſne bene iraſceris tu? ¶5 Et egreſſus eſt Ionas de ciuitate, & ſedit contra Orientem ciuitatis: & fecit ſibimet vmbraculum ibi, & ſedebat ſubter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. ¶6 Et præparauit Dominus Deus hederam, & aſcendit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbra ſuper caput eius, & protegeret eum, laborauerat enim: & lætat' eſt Ionas ſuper hedera lætitia magna. ¶7 Et parauit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum: & percuſſit hederam, & exaruit. ¶8 Et quũ ortus fuiſſet ſol, præcepit Dominus vento calido & vrenti: & percuſſit ſol ſuper caput Ionæ, & æſtuabat: & petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & dixit, Melius eſt mihi mori, quàm viuere. ¶9 Et dixit Dominus ad Ionam, Putáſne bene iraſceris tu ſuper hedera? & dixit, Bene iraſcor ego vſque ad mortem. ¶10 Et dixit Dominus, Tu doles ſuper hederam, in qua non laborauiſti, neque feciſti vt creſceret, quæ ſub vna nocte nata eſt, & ſub vna nocte periit: ¶11 Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua ſunt pluſquam centum viginti millia hominum, qui neſciũt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram ſuam, & iumenta multa?

# Michææ prophetia.

CAP. I.

Quo tẽpore prophetarit Michæas. Comminatio in regnum Iſraeliticũ & Iudaicum. 14 In Philiſthæos.

VERBVM DOMINI quod factum eſt ad Michæam Moraſthitem, in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: quod vidit ſuper Samariam & Ieruſalem. ¶2 Audite populi omnes, & attendat terra & plenitudo eius: & ſit Dominus Deus vobis in teſtem, Dominus de templo ſancto ſuo. ¶3 Quia ecce Dominus egreditur de loco ſuo: & deſcendet, & calcabit ſuper excelſa terræ. ¶4 Et conſumẽtur montes ſubtus eum: & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, ſicut aquæ quæ decurrunt in præceps. ¶5 In ſcelere Iacob omne iſtud, & in peccatis domus Iſrael. quod ſcelus Iacob nõne Samaria? & quæ excelſa Iudæ nõne Ieruſalem? ¶6 Et ponam Samariã quaſi acernum lapidum in agro, quum plãtatur vinea: & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. ¶7 Et omnia ſculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idóla eius ponã in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, & vſque ad mercedem meretricis reuertentur. ¶8 Super hoc plangam, & vlulabo: vadam ſpoliatus & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum: ¶9 Quia deſperata eſt plaga eius, quia venit vſque ad Iudã, tetigit portam populi mei vſque ad Ieruſalem. ¶10 In Geth nolite annuntiare, lachrymis ne ploretis: in domo Pulueris puluere vos cõſpergite. ¶11 Et tranſite vobis habitatio Pulchra, confuſa ignominia: non eſt egreſſa, quæ habitat in exitu: planctum Domus vicinæ accipiet ex vobis, quæ ſtetit ſibimet. ¶12 Quia infirmata eſt in bonũ quæ habitat In amaritudinibus: quia deſcendit malum à Domino in portam Ieruſalem. ¶13 Tumultus quadrigæ ſtuporis habitanti Lachis, principium peccati eſt filiæ Sion, quia in te inuẽta ſunt ſcelera Iſrael. ¶14 Propterea dabit emiſſarios ſuper Hæreditatem Geth: domos Mendacii in deceptionem regibus Iſrael. ¶15 Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Mareſa: vſque ad Odollã veniet gloria Iſrael. ¶16 Decaluate, & tondete ſuper filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum ſicut Aquila: quoniam captiui ducti ſunt ex te.

CAP. II.

Peccata populi recenſet, ob quæ flagella prænuntiat.

VAE qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus veſtris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Dominũ eſt manus eorum. ¶2 Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius. ¶3 Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce ego cogito ſuper familiam iſtam malum: vnde nõ auferetis colla veſtra, & non ambulabitis ſuperbi, quoniam tempus peſſimũ eſt. ¶4 In die illa ſumetur vos parabola, & cantabitur canticum cum ſuauitate, dicẽtium, Depopulatione vaſtati ſumus: pars populi mei commutata eſt: quomodo recedet à me, quum reuertatur qui regiones noſtras diuidat? ¶5 Propter hoc non erit tibi mittens funiculum ſortis in cœtu Domini 'Iſrael.' ¶6 Ne loquamini loquentes. Non ſtillabit ſuper iſtos, non comprehendet confuſio. ¶7 Dicit domus Iacob, Nũquid abbreuiatus eſt Spiritus Domini, aut tales ſunt cogitationes eius? Nõne verba mea bona ſunt cũ eo qui rectè graditur? ¶8 Et econtrario populus meus in aduerſarium cõſurrexit, deſuper tunicam palliũ ſuſtuliſtis: & eos qui tranſibant ſimpliciter, conuertiſtis in bellũ. ¶9 Mulieres populi mei eieciſtis de domo deliciarum ſuarum: à paruulis earum tuliſtis laudẽ meam in perpetuum. ¶10 Surgite, & ite, quia non habetis hìc requiem: propter immunditiã eius corrũpetur putredine peſſima. ¶11 Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, & men-

daclum potius loquere tacentibus tibi in vinū, & in ebrietatem: & erit super quem illuttatur populus iste. ¶11 Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur a multitudine hominū. ¶12 Ascendet enim pandens iter ante eos: diuidet, & transibunt portam, & egredientur per eam: & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum. CAP. III.

Contra principum tyrannidem, & contra pseudoprophetas. 2 Prophetæ Dei authoritas. 9 Rursum in primatum scelera inuehitur. 11 Ierusalem destructio.

LET dixi, Audite principes Iacob, & duces domus Israel, Nunquid non vestrum est scire iudicium, ¶2 Qui odio habetis bonum, & diligitis malū: qui violenter tollitis pelles eorum dēsuper eis, & carnem eorum dēsuper ossibus eorum? ¶3 Qui comederunt carnē populi mei, & pellem eorum dēsuper excoriauerunt: & ossa eorum confregerunt, & conciderunt tucut in lebete, & quasi carnem in medio olīæ. ¶4 Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abscōdet faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinuentionibus suis. ¶5 Hæc dicit Dominus super prophetas qui seducunt populūm meum: qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem: & siquis non dederit in ore eorū quippiam, sanctificant super eum prælium.

¶6 Propterea nox vobis pro visione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet sol super prophetas, & obtenebrabitur super eos dies. ¶7 Et cōfundentur qui vident visiones, & confundentur diuini: & operient omnes vultus suos, quia non est responsum Dei. ¶8 Verumtamen ego repletus sum fortitudine Spiritus Domini, iudicio & virtute: vt annuntiem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum. ¶9 Audite hoc principes domus Iacob, & iudices domus Israel: qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. ¶10 (Qui ædificatis Sion in sanguinibus, & Ierusalē in iniquitate. ¶11 ‖Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant: & super Dominum requiescebant, dicentes, Nunquid nō Dominus in medio nostrū? non venient super nos mala.) ¶12 ‖Propter hoc, causa vestri, Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi acervus lapidū erit, & mons templi in excelsa syluarū. CAP. IIII.

Prophetia de Christo, ecclesia, & verbo Dei. 2 Israelitarum vocatio in regnum Christi. 8 Ecclesiæ confirmatio aduersus hostes.

ET ‖in nouissimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles: & fluent ad eum populi. ¶2 Et properabunt gentes multæ, & dicent, Venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos de viis suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Ierusalem. ¶3 Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum: & cōcident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones: non sumet gens aduersus gentem gladiū, & non discent vltrà belligerare. ¶4 Et sedebit vir subtus vineam suam, & subtus ficum suam, & nō erit qui deterreat: quia os Domini exercituū locutum est. ¶5 Quia omnes populi ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum & vltrà. ¶6 In die illa dicit Dominus, congregabo claudicantem: & eam quam eieceram, colligam: & quam afflixerā, consolabor. ¶7 ‖Et ponam claudicantem, in reliquias: & eam quæ laborauerat, in gentem robustam: ‖ & regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in æternum. ¶8 Et tu turris gregis, nebulosa filia Sion vsque ad te veniet: & veniet potestas prima regnum filiæ Ierusalem. ¶9 Nunc quare mœrore contraheris? nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus periit, quia compræhendit te dolor sicut parturientem? ¶10 Dole, & satage filia Sion quasi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorū. ¶11 Et nunc cōgregatæ sunt super te gentes multæ: quæ dicunt, Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster. ¶12 Ipsi autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium eius: quia congregauit eos quasi fœnum areæ. ¶13 Surge, & tritura filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersæ terræ. CAP. V.

Imminens vrbis Ierusalē vastatio. 2 Christus dux. 7 Reliquiarū Israel exaltatio. 10 A vero Israele aufert Deus omnē carnis fiduciā.

NVnc vastaberis filia latronis: obsidionē posuerunt super nos, in virga percutient maxillā iudicis Israel. ¶1 ‖HEBRAICVM Ephrāta, paruulus es in millibus Iudæ: ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel: & egressus eius ab initio à diebus æternitatis. ¶3 Propter hoc dabit eos vsque ad tempus, in quo parturiens pariet: & reliquiæ fratrū eius cōuertentur ad filios Israel. ¶4 Et stabit, & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui: & cōuertentur, quia nunc magnificabitur vsque ad terminos terræ. ¶5 Et erit iste pax: Assyrius quum venerit in terram nostrā, & quando calcauerit in domibus nostris: & suscitabimus super eum septem pastores, & octo primates hominum. ¶6 Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur, quum venerit in terram nostram, & quum calcauerit in finibus nostris. ¶7 Et erūt reliquiæ Iacob in medio populorum multorum quasi ros à Domino, & quasi stillæ super herbam quæ non expectat virum, & nō præstolatur filios hominum. ¶8 Et erūt reliquiæ Iacob in Gentibus in medio populorum multorum, quasi leo in iumentis syluarū, & quasi catulus leonis in gregibus pecorū: qui quū transierit, & conculcauerit, & ceperit, nō est qui eruat. ¶9 ‖Et exaltabitur manus tua su-

per hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt. ¶ 10 Et erit in die illa, dicit Dominus: auferam equos tuos de medio tui, & disperdam quadrigas tuas. ¶ 11 Et perdam ciuitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas, ¶ 12 Et auferã maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. ¶ 13 Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui: & nõ adorabis vltrà opera manuum tuarum. ¶ 14 Et euellam lucos tuos de medio tui: & conteram ciuitates tuas. ¶ 15 Et faciam in furore & in indignatione vltionem in omnibus gentibus quæ non audierunt.

CAP. VI.

Adhortatio ad audiendum Dei iudicium aduersus ingratum Israelem. 6 Quæ sacrificia requirat Dominus. 9 Israelis impietates arguit.

A Vdite quæ Dominus loquitur, surge, cõtende iudicio aduersum montes, & audiant colles vocem tuam. ¶ 2 Audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cum populo suo, & cum Israel diiudicabitur. ¶ 3 Populе meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? respõnde mihi. ¶ 4 Quia eduxi te de Terra AEgypti, & de domo seruientium liberaui te: & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam? ¶ 5 Populе meus memento quæso quid cogitauerit cõtra te Balac rex Moab: & quid respõderit ei Balaam filius Beor, de Setim vsque ad Galgalam, vt cognosceres iustitias Domini. ¶ 6 Quid dignum offeram Domino? eruabo genu Deo excelso? nunquid offeram ei holocaustomata & vitulos anniculos? ¶ 7 Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? ¶ 8 Indicabo tibi ô homo quid sit bonum, & quid Dominus requirat à te, vtique facere iudicium, & diligere misericordiam, & sollicitum ambulare cum Deo tuo. ¶ 9 Vox Domini ad ciuitatem clamat, & salus erit timentibus nomen eius: audite tribu, & quis approbabit illud? ¶ 10 Adhuc ignis in domo impii thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena. ¶ 11 Nunquid iustificabo stateram impiam, & saccelli ponderа dolosa? ¶ 12 In quibus diuites eius repleti sunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. ¶ 13 Et ego ergo cœpi percutere te perditione super peccatis tuis. ¶ 14 Tu comedes, & nõ saturaberis: & humiliatio tua in medio tui: & apprehẽdes, & non saluabis: & quos saluaueris, in gladium dabo. ¶ 15 Tu seminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & non vngêris oleo: & mustum, & non bibes vinum. ¶ 16 Et custodisti præcepta Amri, & omne opus domus Achab: & ambulasti in voluptatibus eorum, vt darem te in perditionẽ, & habitantes in ea in sibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

CAP. VII.

Impiorum multitudinem & verè piorum luget paucitatem. 5 Contra veritatem ne propinquissimis quidem acquiescendum. 7 Suam in Deum fiduciam ostẽdit in persona sanctorum. 14 Ecclesiæ prosperitas. 18 Spe promissionum Dei ipsam confirmat.

VAE mihi, quia factus sum sicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ: non est botrus ad comedendum, præcoquas ficus desiderauit anima mea. ¶ 2 Perijt sanctus de terra, & rectus in hominibus non est: omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur. ¶ 3 Malũ manuum suarum dicunt bonum: princeps postulat, & iudex in reddendo est: & magnus locutus est desiderium animæ suæ, & conturbauerunt eam. ¶ 4 Qui optimus in eis est, quasi paliurus: & qui rectus, quasi spina de sepe. Dies speculationis tuæ, visitatio tua venit: nunc erit vastitas eorum. ¶ 5 Nolite credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi clausura oris tui. ¶ 6 Quia filius contumeliam facit patri, & filia consurget aduersus matrem suam, nurus aduersus socrum suã: & inimici hominis domestici eius. ¶ 7 Ego autem ad Dominum aspiciam, expectabo Deum saluatorem meũ: audiet me Deus meus. ¶ 8 Ne lætеris inimica mea super me, quia cecidi: consurgam quum sedero in tenebris, Dominus lux mea est. ¶ 9 Iram Domini portabo, quoniam peccaui eidonec causam meã iudicet, & faciat iudicium meum: educet me in lucem, videbo iustitiam eius. ¶ 10 Et aspiciet inimica mea, & operietur confusione, quæ dicit ad me, vbi est Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem, vt lutum platearum. ¶ 11 Dies vt ædificentur macerіæ tuæ: in die illa lõgè fiet lex. ¶ 12 In die illa & vsque ad te venient Assur, & vsque ad ciuitates munitas: & à ciuitatibus munitis vsque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte. ¶ 13 Et terra erit in desolationem propter habitatores suos, & propter fructum cogitationum eorũ. ¶ 14 Pasce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in saltu, in medio Carmeli: pascentur Basan & Galaad iuxta dies antiquos. ¶ 15 Secundum diem egressionis tuæ de Terra AEgypti ostendam ei mirabilia. ¶ 16 Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua: ponent manum super os, aures eorum surdæ erunt. ¶ 17 Lingent pulverem sicut serpentes, velut reptilia terræ proturbabuntur de ædibus suis: Dominum Deum nostrum desiderabũt, & timebũt te. ¶ 18 Quis deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarũ hæreditatis tuæ? non immittet vltrà furorẽ suũ, quoniam volens misericordiam est. ¶ 19 Reuertetur, & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proiiciet in profundum maris omnia peccata nostra. ¶ 20 Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

# Prophetia Nahum.

CAP. I.

Prædicat Nahum Dei vindictam in Assyrios, & bonitatem in Iudæos. 13 Liberationem ab Assyriis promittit.

ONVS NINIVE, Liber visionis Nahum Elcesæi. ¶2 Deus æmulator, & vlciscens Dominus, vlciscens Dominus & habés furorē: vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. ¶3 Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocētem: Dominus in tempestate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. ¶4 Increpans mare & exiccans illud: & omnia flumina ad desertum deducens: infirmatus est Basan, & Carmelus, & flos Libani elanguit. ¶5 Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. ¶6 Ante faciē indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est vt ignis: & petræ dissolutæ sunt ab eo. ¶7 Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & sciens sperantes in se. ¶8 Et in diluuio prætereunte cōsummationem faciet loci eius: & inimicos eius persequentur tenebræ. ¶9 Quid cogitatis contra Dominum? consummationē ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. ¶10 Quia sicut spinæ seimuicem complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantium, consumentur quasi stipula ariditate plena. ¶11 Ex te enim exibit cogitās cōtra Dominū malitiam: mēte pertractās præuaricationem. ¶12 Hæc dicit Dominus, Si perfecti fuerint: & ita plures, sic quoque attōdentur, & pertransibit: afflixi te: & non affligam te vltrà. ¶13 Et nunc conteram virgam eius de dorso tuo, & vincula tua disrūpam. ¶14 Et præcipiet super te Dominus, non seminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiam sculptile & conflatile, ponam sepulchrū tuum, quia inhonoratus es. ¶15 Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia nō adijciet vltrà vt pertrāseat in te belial, vniuersus interiit.

CAP. II.

Victoriam Chaldæorum aduersum Assyrios describit. 11 Eorum superbiam irridet.

ASCendit qui dispergat corā te, qui custodiat obsidionem: contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde: ¶2 Quia reddidit Dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorū corruperunt. ¶3 Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis: igneæ habenæ curtus in die præparationis eius, & agitatores consopiti sunt. ¶4 In itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt in platēis: aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. ¶5 Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis: velociter ascendent muros eius, & præparabitur vmbraculum. ¶6 Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. ¶7 Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabātur, gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis. ¶8 Et Ninive quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi verò fugerunt: state state, & non est qui reuertatur. ¶9 Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus. ¶10 Dissipata est, & tabefacta, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eorū sicut nigredo ollæ. ¶11 Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorū leonum: ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis, & non est qui exterreat? ¶12 Leo cepit sufficienter catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. ¶13 Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum: & succendam vsque ad fumū quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

CAP. III.

Niniuen vrbem sanguinum euertendam prædicit. 2 Huius vastationem confirmando repetit propolito exemplo Alexandriæ. 11 Vires carnis quibus innitebatur, subsannat.

VAE ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena: non recedet à te rapina. ¶2 Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis: ¶3 Et micantis gladii, & fulgurātis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis. ¶4 Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficiis suis: ¶5 Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum: & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in Gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. ¶6 Et proiiciam super te abominationes, & contumelijs te afficiam, & ponam te in exemplum. ¶7 Et erit: omnis qui viderit te, resiliet à te, & dicet, vastata est Ninive: quis cōmouebit super te caput? vnde quæram consolatorem tibi? ¶8 Nunquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius: cui diuitiæ, mare: aquæ, muri eius. ¶9 Aethiopia fortitudo eius, & Aegyptus, & non est finis: Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo. ¶10 Sed & ipsa in transmigrationem ducta est in captiuitatem: parnuli eius elisi sunt in capite omnium viarū, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius conuincti sunt in compedibus. ¶11 Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta: & tu quæres auxilium ab inimico. ¶12 Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis fuis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. ¶13 Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis ad apertionem pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos. ¶14 Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, subigens tene laterem. ¶15 Ibi come-

Nahum 1.a.1.

Ezech.14.c.9.
habac.1.c.11.
feruentes, &
equites ascen-
dentes: & mi-
cante: gladi-
& fulgurāte
hastæ, & mul-
titudines in-
terfectæ, &
graues ruinæ
Esa.47.a.3.

det te Ignis: perbis gladio, deuorabit te vt bruchus: congregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locusta. ¶16 Plures fecisti negotiationes tuas, quam stellæ sint cæli: bruchus expansus est, & auolauit. ¶17 Custodes tui quasi locustæ: & paruuli tui quasi locustæ locustarum quæ cõsidunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est, & auolauerunt, & non est cognitus locus earum vbi fuerint. ¶18 Dormitauerãt pastores tui rex Assur, sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in mõtibus, & non est qui congreget. ¶19 Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum super te: quia super quem non transiit malitia tua semper?

# Prophetia Habacuc.

CAP. I.

In persona sanctorum pie conqueritur propheta, quòd mali iustos persequantur. 5 Chaldæos suscitatos esse à Domino ostendit ad iustorum correptionem. 11 Eorum ruinã. 13 Querelam repetit.

ONUS quod vidit Habacuc propheta. ¶1 Vsquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & nõ saluabis? ¶3 Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniustitiam contra me? Quare respicis contemptores, & taces, conculcante impio iustiorẽ se? ¶4 Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducẽm? & factum est iudicium & contradictio potentior. ¶4 Propter hoc lacerata est lex, & non peruẽnit vsque ad finem iudicium: quia impius prævalet aduersus iustum, propterea egreditur iudicium peruersum. ¶5 Aspicite in Gentibus & videte, & admiramini, & obstupescite: quia opus factũ est in diebus vestris, quod nemo credet quum narrabitur. ¶6 Quia ecce ego suscitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem super latitudinem terræ, vt possideat tabernacula nõ sua. ¶7 Horribilis & terribilis est, ex semetipsa iudicium & onus eius egredietur. ¶8 Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis vespertinis, & diffundentur equites eius: equites namque eius delonge venient, volabunt quasi Aquila festinans ad comedendum. ¶9 Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens: & congregabit quasi arenam, captiuitatem. ¶10 Et ipse de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerẽ, & capiet eam. ¶11 Tunc mutabitur spiritus, & pertrãsibit, & corruet: hæc est fortitudo eius dei sui. ¶12 Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, sancte meus, & non moriemur? Domine in iudiciũ posuisti eum: & fortem vt corriperes, fundasti eum. ¶13 Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris. quare non respicis super iniqua agentes, & taces deuorante impio iustiore se? ¶14 Et facies homines quasi pisces maris, & quasi reptile non habens principem. ¶15 Totum in hamo subleuauit, traxit illud in sagenam suam, & congregauit in rete suum. Super hoc lætabitur & exultabit, ¶16 Propterea immolabit sagenæ suæ, & sacrificabit reti suo: quia in ipsis incrassata est pars eius, & cibus eius electa. ¶17 Propter hoc ergo expandit sagenam suam, & semper interficere Gentes non ceſſat.

CAP. II.

Respõsionem expectat à Domino. 3 Iubetur confidere. 4 Fidei efficacia. 5 Superbia impios confundit. 9 Auaritia. 15 Ebrietas. 18 Contra idolorum cultum.

SVper custodiam meam stabo, & figam gradum super munitionem: & cõtemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. ¶2 Et respondit mihi Dominus, & dixit, Scribe visum, & explana eum super tabulas: vt percurrat qui legerit eum. ¶3 Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum: quia veniẽs veniet, & nõ tardabit. ¶4 Ecce, qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua viuet. ¶5 Et quo modo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus, & nõ decorabitur: qui dilatauit quasi infernus animã suam: & ipse quasi mors, & non adimplebitur: & congregauit ad se omnes gentes, & coacerauit ad se omnes populos. ¶6 Nunquid non omnes isti super eum parabolam sument, & loquelam ænigmatum eius: & dicetur, Væ el qui multiplicat non sua? vsquequo & aggrauat contra se densum lutum? ¶7 Nunquid non repente consurgent, qui mordeant te: & suscitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis? ¶8 Quia tu spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter sanguinẽ hominis & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea. ¶9 Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, vt sit in excelso nidus eius, & liberari se putat de manu mali. ¶10 Cogitasti confusionem domui tuæ, cõcidisti populos multos, & peccauit anima tua. ¶11 Quia lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iuncturas ædificiorum est, respondebit. ¶12 Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & præparat vrbẽ in iniquitate. ¶13 Nunquid non hæc sunt à Domino exercituũ? Laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in vacuum, & deficient. ¶14 Quia replebitur terra, vt cognoscant gloriã Domini, quasi aquæ operientes mare. ¶15 Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrias: vt aspiciat nuditatem eius. ¶16 Repletus es ignominia præ gloriatione tu quoque, & consopire: circũdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam. ¶17 Quia iniquitas Libani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantium in ea. ¶18 Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus conflatile & imaginem falsam? quia sperauit in figmẽto fictor eius vt faceret simulachra mu-

te. ¶19 Væ qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi tacenti. nunquid ipse docere potest? Ecce, iste coopertus est auro & argento: & omnis spiritus non est in visceribus eius. ¶20 ‖ Dominus autem in templo sancto suo: sileat à facie eius omnis terra.

CAP. III.

Ex concepto timore, prophetiæ suæ magnitudinem ostendit Habacuc. 2 Christi adventus, & victoria aduersus peccatum, mortem & infernũ. 16 Rursum quàm magna sint quæ audiuit docet.

A ORatio Habacuc pro ignorãtiis. ¶2 Domine audiui auditionem tuam, & timui: Domine opus tuum in medio annorum, viuifica illud: in medio annorum notum facies: quum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. ¶3 Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan. ‖ aperuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. ¶4 Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. ¶5 Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius. ¶6 Stetit, & mensus est terram: aspexit, & dissoluit Gentes, & contriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mundi, ab itineribus B æternitatis eius. ¶7 Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian. ¶8 Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, quia ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio? ¶9 Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es: fluuios scindes terræ. ¶10 Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum transiit, dedit abyssus vocem suam, altitudo manus suas leuauit. ¶11 Sol & luna C steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ. ¶12 In fremitu conculcabis terram, & in furore obstupefacies Gentes. ¶13 Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo: percussisti caput de domo impii, denudasti fundamentum vsque ad collum. Semper. ¶14 Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me: exultatio eorum, sicut e- ius qui deuorat pauperem in abscondito. D ¶15 Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. ¶16 Audiui, & conturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea ingrediatur putredo in ossib' mels, & subter me scateat: vt requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum accinctum nostrum. ¶17 Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus. ¶18 Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. ¶19 Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi cernorum: & super excelsa mea deduceet me victor in psalmis canentem.

# Sophoniæ prophetia.

CAP. I.

De rerum omnium consumptione prophetat. 4 Comminatur tribui Iudæ ob idololatriam. 14 De die vltionis Domini in Iudæos.

VERBVM DOMINI quod factum est ad Sophoniã filium Chusi, filii Godoliæ, filii Amariæ, filii Ezechiæ, in diebus Iosiæ filii Amõ regis Iudæ, ¶2 Cõgregans congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus: ¶3 Cõgregans hominem & pecus, congregans volatilia cæli & pisces maris: & ruinæ impiorum erũt: & disperdã homines à facie terræ, dicit Dominus. ¶4 Et extendam manum meam super Iudam & super omnes habitantes Ierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cũ sacerdotibus: ¶5 Et eos qui B adorant super tecta militiam cæli, & adorãt, & iurant in Domino, & iurant in Melchom: ¶6 Et qui auertuntur de post tergum Domini, & qui non quæsierunt Dominum, nec inuestigauerunt eum. ¶7 Silete à facie Domini Dei: quia iuxtà est dies Domini, quia præparauit Dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos. ¶8 Et erit: in die hostiæ Domini visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sũt veste peregrina: ¶9 Et visitabo super omnem qui arrogantes ingreditur super limen in die illa, qui complent domum Domini Dei sui iniquitate & C dolo. ¶10 Et erit in die illa, dicit Dominꝰ, vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à secunda, & contritio magna à collibus. ¶11 Vlulate habitatores Pilæ: conticuit omnis populus Chanaan, disperierunt omnes inuoluti argento. ¶12 Et erit in tempore illo: scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis: qui dicũt in cordib' suis, Nõ faciet bene Dominus, & non faciet male. ¶13 Et erit fortitudo eorum in direptionẽ, & domus eorum in desertum: ‖ & ædificabũt domos, & non habitabunt: & plantabũt vineas, & non bibent vinum earũ. ¶14 Iuxtà est dies Domini magnꝰ, iuxtà est & velox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. ¶15 ‖ Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis. ¶16 Dies tubæ & clãgoris super ciuitates munitas & super angulos excelsos. ¶17 Et tribulabo homines, & ambulabũt vt cæci, quia Domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut ster cora. ¶18 ‖ Sed & argentũ eorum, & aurũ eorũ non poterit liberare eos in die iræ Domini: ‖ in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cũ festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

CAP. II.

Omnes gentes ad resipiscentiam vocat. ¶5 Prophetat aduersum Philisthæos. 8 Aduersus Moabitas & filios Ammon. 13 Aduersus Æthiopes, Assyrios & Niniuen.

COnuenite, congregamini gens non amabilis: ¶2 Priusquã pariat iussio quasi pul-

Amos 5.c.m

D Ier. 30.a. Ioel 2.c.11. amos 5.c.18

Ezech. 7.c

Ier. 3.c.8.

nerem transeuntem diem, antequam veniat super vos ira furoris Domini, antequam veniat super vos ira indignationis Domini.

¶ 3 Quærite Dominū omnes mansueti terræ, quia iudicium eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetum: si quo modo abscondamini in die furoris Domini. ¶ 4 Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum, Azotum in Meridie eiicient, & Accaron eradicabitur. ¶ 5 Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbum Domini super vos Chanaan terra Philisthinorum, & disperdam te, ita vt non sit inhabitator. ¶ 6 Et erit funiculus maris requies pastorum & caulæ pecorum. ¶ 7 Et erit funiculus eius qui remanserit de domo Iuda, ibi pascentur: in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit eos Dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. ¶ 8 Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon: quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt super terminos eorum.

¶ 9 Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituum Deus Israel, quia Moab vt Sodoma erit, & filii Ammon quasi Gomorrha, siccitas spinarum & acerui salis, & desertum vsque in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos, & residui gentis meæ possidebunt illos. ¶ 10 Hoc enim eis euenìet pro superbia sua: quia blasphemauerunt, & magnificati sunt super populum Domini exercituum.

¶ 11 Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ Gétium. ¶ 12 Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis. ¶ 13 Et extendet manum suam super Aquilonem, & perdet Assur: & ponet Speciosam in solitudinem & in inuium & quasi desertum. ¶ 14 ‖ Et accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ Gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius.

¶ 15 Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia: quæ dicebat in corde suo, Ego sum, & extra me non est alia amplius. quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.

## CAP. III.

Totam Ierosolymam arguit, & præcipue rectores eius. 8 Vltima Israelis conuersio post Gentium plenitudinem.

VAE pronocatrix & redempta ciuitas, columba. ¶ 2 Non audiuit vocem, & non suscepit disciplinam: in Domino non est confisa, ad Deum suum non appropinquauit. ¶ 3 ‖ Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: iudices eius lupi vespere, non relinquebant in mane. ¶ 4 Prophetæ eius vesani, viri infideles: sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniustè egerunt contra Legem. ¶ 5 Dominus iustus in medio eius non faciet iniquitatem: mane mane iudicium suum dabit in lucem, & non abscondetur: nesciuit autem iniquus confusionem. ¶ 6 Disperdidi Gentes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci vias eorum, dum non est qui transeat: desolatæ sunt ciuitates eorum, non remanente viro, neq; vllo habitatore. ¶ 7 Dixi, Attamen timebis me, suscipies disciplinam: & non peribit habitaculum eius propter omnia in quibus visitaui eam: veruntamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. ¶ 8 Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die resurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum vt cōgregem Gentes, & colligam regna: & effundam super eos indignationem meam, omnem iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. ¶ 9 Quia tunc reddam populis labium electum, vt inuocent omnes 'nomen' Domini, & seruiant ei humero vno. ¶ 10 Vltra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei filii dispersorum meorum deferent munus mihi. ¶ 11 In die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me: quia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & non adiicies exaltari amplius in monte sancto meo.

¶ 12 Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum: & sperabunt in nomine Domini. ¶ 13 Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniā ipsi pascentur & accubabunt, & non erit qui exterreat. ¶ 14 Lauda filia Sion, iubila Israel: lætare, & exulta in omni corde filia Ierusalem. ¶ 15 Abstulit Dominus iudicium tuum, auertit inimicos tuos: Rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum vltrà. ¶ 16 In die illa dicetur Ierusalem, Noli timere: Sion, non dissoluantur manus tuæ. ¶ 17 Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione tua, & exultabit super te in laude. ¶ 18 Nugas qui à Lege recesserant, congregabo, quia ex te erant: vt non vltrà habeas super eis opprobrium. ¶ 19 Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo: & ‖ saluabo claudicantem, & eam quæ electa fuerat congregabo: & ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confusionis eorum: ¶ 20 In tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, quum conuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus.

# Aggæi prophetia.

## CAP. I.

Increpat Aggæus Iudæos, qui neglecto templo, propria ædificia curabant. 6 Incommoda eorum ob dilationem operis recenset. 12 Zorobabel & Iesus sacerdos, excitati à Domino, opus aggrediuntur.

IN ANNO secundo Darii regis, in mense sexto, in die vna mensis: factum est verbū Domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filiū Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, di-

cens, ¶ 2 Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Populus iste dicit, Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. ¶ 3 Et factū est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens, ¶ 4 Nunquid tempus vobis est vt habitetis in domibus vestris laqueatis, & domus ista deserta? ¶ 5 Et nunc hæc dicit Dominus exercituum, Ponite corda vestra super vias vestras. ¶ 6 Seminastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis saturati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.

¶ 7 Hæc dicit Dominus exercituum, Ponite corda vestra super vias vestras. ¶ 8 Ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus. ¶ 9 Respexistis ad amplius, & ecce factum est minus: & inulistis in domum, & exufflaui illud: Quam ob causam, dicit Dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam. ¶ 10 Propter hoc super vos prohibiti sunt cæli ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germē suum: ¶ 11 Et vocaui siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quæcunque profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum. ¶ 12 Et audiuit Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem Dei sui, & verba Aggæi prophetæ, sicut misit eum Dominus Deus eorum ad eos: & timuit populus à facie Domini. ¶ 13 Et dixit Aggæus nuntius Domini de nuntiis Domini, populo dicens, Ego vobiscum sum, dicit Dominus. ¶ 14 Et suscitauit Deus spiritum Zorobabel filii Salathiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filii Iosedec sacerdotis magni, & spiritum reliquorum de omni populo: & ingressi sunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei sui.

## CAP. II.

Futurum dicit vt gloria secundi templi maior sit quàm fuerit prioris, ob Christi aduentum. 11 Sacrificia eorum, & opera omnia polluta afferit. 16 Vt opus templi negligentib' erāt aduersa omnia: ita restaurantibus se benedicturum promittit Dominus. 21 Prophetia de Christo sub typo Zorobabel.

¶ 1 IN die vicesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darii regis, ¶ 2 In septimo mense, vicesima & prima mensis: factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens, ¶ 3 Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens, ¶ 4 Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris? ¶ 5 Et nunc confortate Zorobabel, dicit Dominus: & confortate Iesu fili Iosedec sacerdos magne, & confortate omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum: & facite (quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum) ¶ 6 verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de Terra Aegypti: & Spiritus meus erit in medio vestrum: nolite timere. ¶ 7 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum & terram, & mare, & aridam. ¶ 8 Et mouebo omnes gentes, Et VENIET DESIDERATVS cunctis gentibus: & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. ¶ 9 Meum est argentum: & meum est aurum, dicit Dominus exercituum. ¶ 10 Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. ¶ 11 In vicesima & quarta noni mensis, in anno secundo Darii regis, factum est verbum Domini ad Aggæum prophetam, dicens, ¶ 12 Hæc dicit Dominus, Deus exercituum, Interroga sacerdotes Legem, dicens, ¶ 13 Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panē, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes, dixerunt, Non. ¶ 14 Et dixit Aggæus, Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt, Cōtaminabitur. ¶ 15 Et respondit Aggæus, & dixit, Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, & sic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. ¶ 16 Et nunc ponite corda vestra, à die hac & supra antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini, ¶ 17 Quum accederetis ad acervum viginti modiorum, & fierent decem: & intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti: ¶ 18 Percussi vos vento vrente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum vestrarum: & nō fuit in vobis qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. ¶ 19 Ponite corda vestra de die ista & in futurum, à die vicesima & quarta noni mensis: à die qua fundamenta iacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum. ¶ 20 Nunquid iam semen in germine est: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum & lignum oliuæ non floruit? Ex die ista benedicam. ¶ 21 Et factum est verbum Domini secundò ad Aggæum, in vicesima & quarta mensis, dicens, ¶ 22 Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens, Ego mouebo cælum pariter & terram. ¶ 23 Et subuertam solium regnorum, & conteram fortitudinem regni Gentium: & subuertam quadrigam & ascensorem eius: & descendent equi, & ascensores eorum, vir in gladio fratris sui. ¶ 24 In die illa, dicit Dominus exercituum, assumam te Zorobabel filii Salathiel serue meus, dicit Dominus: & ponā te quasi signaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

# Prophetia Zachariæ.

CAP. I.

Monet populum vt conuertatur ad Dominum, & parentum scelera vitet. 7 Christum præfigurat & Apostolos. 14 Iudæorũ liberationem promittit. 18 In aduersarios populi Dei.

IN MENSE octauo, in anno secundo Darii regis, factum est verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filii Addo prophetam, ¶ 2 Iratus est Dominus super patres vestros iracundia. ¶ 3 Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituũ, Conuertimini ad me, ait Dominus exercituũ: & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituũ. ¶ 4 Ne fitis sicut patres vestri, ad quos clamabant Prophetæ priores, dicentes, Hæc dicit Dominus exercituũ, Conuertimini de viis vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis. & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dominus. ¶ 5 Patres vestri vbi sunt? & Prophetæ nũquid in sempiternũ viuent? ¶ 6 Verũtamen verba mea & legitima mea quæ mãdaui seruis meis Prophetis, nunquid non cõprehenderunt patres vestros, & conuersi sunt, & dixerũt, Sicut cogitauit Dominus exercituũ facere nobis secundũ vias nostras, & secũdũ adinuẽtiones nostras fecit nobis. ¶ 7 In die vicesima & quarta vndecimi mensis, Sabat, in anno secundo Darii, factum est verbũ Domini ad Zachariam filiũ Barachiæ filii Addo prophetã, dicens, ¶ 8 Vidi per noctẽ, & ecce vir ascendẽs super equũ rufũ, & ipse stabat inter myrteta quæ erãt in profundo: & post eũ equi rufi, varii, & albi. ¶ 9 Et dixi, Quid sũt isti, domine mi? & dixit ad me Angelus Domini qui loquebatur in me, Ego ostendam tibi quid sint hæc. ¶ 10 Et respõdit vir qui stabat inter myrteta, & dixit, Isti sũt quos misit Dominus, vt perambulẽt terram. ¶ 11 Et responderũt Angelo Domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt, Perambauimus terram, & ecce omnis terra habitatur & quiescit. ¶ 12 Et respondit Angelus Domini, & dixit, Domine exercituum vsquequo tu non miseréberis Ierusalem & vrbium Iuda, quibus iratus es, iste iam septuagesimus annus est? ¶ 13 Et respondit Dominus Angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. ¶ 14 Et dixit ad me Angelus qui loquebatur in me, Clama, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Zelatus sum Ierusalem & Sion zelo magno. ¶ 15 Et ira magna ego irascor super Gentes opulentas: quia ego iratus sum parũ, ipsi verò adiuuerunt in malũ. ¶ 16 Propterea hæc dicit Dominus, Reuertar ad Ierusalem in misericordiis: domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpẽdiculum extẽdetur super Ierusalem. ¶ 17 Adhuc clama, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & consolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalem. ¶ 18 Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. ¶ 19 Et dixi ad Angelum qui loquebatur in me, Quid sunt hæc? & dixit ad me, Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam, & Israel, & Ierusalem. ¶ 20 Et ostendit mihi Dominus quatuor fabros. ¶ 21 Et dixi, Quid isti veniunt facere? Qui ait, dicens, Hæc sunt cornua quæ ventilauerunt Iudam per singulos viros, & nemo eorum leuauit caput suum: & venerũt isti deterrere ea, vt deiciant cornua Gentium quæ leuauerunt cornu super terram Iudæ vt dispergerent eam.

CAP. II.

Instauratio Ierusalem promittitur. 6 Dispersũ reuocantur. 10 Aduentus Christi, & Gẽtium ingressio in Ecclesiam.

ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. ¶ 2 Et dixi, Quò tu vadis? & dixit ad me, Vt metiar Ierusalẽ, & videam quanta sit latitudo eius, & quanta longitudo eius. ¶ 3 Et ecce Angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & Angelus alius egrediebatur in occursum eius. ¶ 4 Et dixit ad eum, Curre, loquere ad puerum istum, dicens, Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum & iumentorum in medio eius. ¶ 5 Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. ¶ 6 O, ô, fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quatuor ventos cæli dispersi vos, dicit Dominus. ¶ 7 O Sion fugite quæ habitas apud filiam Babylonis. ¶ 8 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Post gloriam misit me ad Gentes quæ spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei: ¶ 9 Quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erũt prædæ his qui seruiebant sibi: & cognoscetis quia Dominus exercituum misit me. ¶ 10 Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. ¶ 11 Et applicabuntur Gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituũ misit me ad te. ¶ 12 Et possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. ¶ 13 Sileat omnis caro à facie Domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

CAP. III.

De ignominia & gloria Christi sub typo Iesu sacerdotis. 8 De Christo prophetia.

ET ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram Angelo Domini: & Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. ¶ 2 Et dixit Dominus ad Satan, Increpet Dominus in te Satan: & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem: nũquid non iste torris est, erutus de igne? ¶ 3 Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem Angeli. ¶ 4 Qui respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicens, Auferte vestimẽta sordida ab eo. Et dixit ad eũ, Ecce, abstuli à te iniquitatẽ tuam, & indui te muta torlis. ¶ 5 Et dixit, Ponite cidarim mundã super caput eius. & posuerunt cidarim mundã super caput eius, & induerunt eum vestibus: & Angelus Domini stabat. ¶ 6 Et contestabatur Angelus Domini Iesum, dicens, ¶ 7 Hæc dicit Dominus exercituum, Si in vijs meis ambulaueris, & custodiam meam custodie-

tis: tu quoque iudicabis domum meam, & cu-
stodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de
his qui nunc hic assistunt. ¶ 8 Audi Iesu sa-
cerdos magne, tu & amici tui qui habitat coram te, quia viri portendentes sunt. ecce enim
7i. ego ADDVCAM SERVVM MEVM
D ORIENTEM. ¶ 9 Quia ecce lapis quem
dedi coram Iesu: super lapidem vnum septē
oculi sūt. ecce ego cælabo sculpturam eius,
ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. ¶ 10 In die illa,
dicit Dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter vineam, & subter ficum.

CAP. IIII.

Visio candelabri aurei. 4 Eius expositio,
in qua multa de Christo & Ecclesia habētur.

A ET reuersus est Angelus qui loquebatur
in me: & suscitauit me, quasi virum qui
suscitatur de somno suo. ¶ 2 Et dixit ad me,
Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lāpas eius super caput ipsius: & septē lucernæ eius super illud:
& septem infusoria lucernis quæ erant su-
B per caput eius. ¶ 3 Et duæ oliuæ super illud:
vna à dextris lāpadis, & vna à sinistris eius.
¶ 4 Et respōdi, & alo ad Angelum qui loquebatur in me: dicens, Quid sunt hæc, domine
mi? ¶ 5 Et respōdit Angel' qui loquebatur in
me, & dixit ad me, Nunquid nescis quid sunt
hæc? & dixi, Non, domine mi. ¶ 6 Et respōdit,
& ait ad me, dicens, Hoc est verbum Domini
ad Zorobabel, dicēs, Non in exercitu, nec in
robore: sed in Spiritu meo, dicit Dominus ex-
C ercituum. ¶ 7 Quis tu mons magne coram
Zorobabel in planum? & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ eius.
¶ 8 Et factum est verbum Domini ad me, dicens, ¶ 9 Manus Zorobabel fundauerūt domū
istam, & manus eius perficient eam: & scietis
quia Dominus exercituum misit me ad vos.
¶ 10 Quis enim despexit dies paruos? & lætabuntur, & videbunt lapidem stāneum in ma-
nu Zorobabel. septem isti oculi sunt Domini
D qui discurrunt in vniuersam terram. ¶ 11 Et respondi, & dixi ad eum, Quid sunt duæ oliuæ
istæ ad dexteram candelabri, & ad sinistram
eius? ¶ 12 Et respondi secundo, & dixi ad eum,
Quid sunt duæ spicæ oliuarū, quæ sunt deo
rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex au-
ro? ¶ 13 Et ait ad me, dicens, Nunquid nescis
quid sunt hæc? & dixi, Nō domine mi. ¶ 14 Et
dixit, Isti sunt duo filii olei splendoris, qui
assistunt Dominatori vniuersæ terræ.

CAP. V.

Visio libri volantis, maledictionem fu-
rum & Dei nomine abutentium significantis. 5 Visio amphoræ qua tribus Iudæ transla-
tio in Babylonem designatur.

A ET conuersus sum, & leuaui oculos meos:
& vidi, & ecce volumen volans. ¶ 2 Et di-
xit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Ecce, ego
video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. ¶ 3 Et dixit ad me, Hæc est maledictio
quæ egreditur super faciē omnis terræ: quia
omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur:
B & omnis iurans, ex hoc similiter iudicabitur. ¶ 4 Educam illud, dicit Dominus exer-
cituum: & veniet ad domum furis, & ad do-
mum iurantis in nomine meo mendaciter: &
commorabitur in medio domus eius, & con-
sumet eum, & ligna eius & lapides eius. ¶ 5 Et 4eam,
egressus est Angelus qui loquebatur in me: &
dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide quid
est hoc quod egreditur. ¶ 6 Et dixi, Quidnā C
est? Et ait, Hæc est amphora egrediens. & di-
xit, Hæc est oculus eorum in vniuersa terra. 6ec
¶ 7 Et ecce talentum plumbi portabatur,
& ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. ¶ 8 Et dixit, Hæc est impietas. Et proiecit
eam in medio amphoræ, & misit massam
plumbeam in os eius. ¶ 9 Et leuaui oculos D
meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, & habebant alas quasi alas milui: & leuauerunt amphorā
inter terram & cælum. ¶ 10 Et dixi ad Angelum qui loquebatur in me, Quo istæ deferūt
amphoram? ¶ 11 Et dixit ad me, Vt ædificetur
ei domus in terra Senuār, & stabiliatur, &
ponatur ibi super basim suam. CAP. VI.

Per quatuor quadrigas, quatuor regnorum successionem describit. 9 Figura regni
& sacerdotii Christi.

ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, A
& vidi: & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & mon-
tes, montes æreī. ¶ 2 In quadriga prima equi
rufi, in quadriga secunda equi nigri: ¶ 3 *In *&
quadriga tertia equi albi, & in quadriga
quarta equi varii & fortes. ¶ 4 Et respondi,
& dixi ad Angelum qui loquebatur in me,
Quid sunt hæc, domine mi? ¶ 5 Et respondit
Angelus, & ait ad me, Isti sunt quatuor venti
cæli, qui egrediuntur vt stent coram Domi-
natore omnis terræ. ¶ 6 In qua erant equi ni B
gri, egrediebantur in terram Aquilonis: & al
bi egressi sunt post eos: & varii egressi sunt
ad terram Austri. ¶ 7 Qui autē erant robustis-
simi, exierunt, & quærebant ire & discurrere
per omnem terram. & dixit, Ite, & perambu-
late terram. & perambulauerunt terrā. ¶ 8 Et
vocauit me, & locutus est ad me, dicens, Ec-
ce, qui egrediuntur in terram Aquilonis, re-
quieuerē fecerunt Spiritum meum in Ter-
ra Aquilonis. ¶ 9 Et factum est verbum Do-
mini ad me, dicens, ¶ 10 Sume à transmigra-
tione ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia: & ve-
nies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ fi
lii Sophoniæ, qui venerūt de Babylone. ¶ 11 Et
sumes aurum & argentum, & facies coronas:
& pones in capite Iesu filii Iosedec sacerdo-
tis magni, ¶ 12 Et loqueris ad eum, dicēs, Hæc
ait Dominus exercituum, dicens, ECCE Luc.1.g.78.
VIR ORIENS NOMEN EIVS: &
subter eum orietur, & ædificabit templum D
Domino. ¶ 13 Et ipse extruet templum Do-
mino: & ipse portabit gloriam, & sedebit, &
dominabitur super solio suo: & erit sacerdos
super solio suo, & consilium pacis erit inter
illos duos. 14 Et coronæ erunt Helem, & To-
biæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ, memo-
riale in templo Domini. ¶ 15 Et qui procul
sunt, venient, & ædificabunt in templo Do-
mini, & scietis quia Dominus exercituum
misit me ad vos. Erit autem hoc, si audiēs
audieritis vocem Domini Dei vestri.

CAP. VII.

Quæstio proponitur sacerdotibus super ieiunio & planctu. 5 Respondet Dominus per Zachariã ieiunia absque operibus misericordiæ nihil esse. 9 Iudicium. Misericordia.

A ET factum est in anno quarto Darii regis, factum est verbum Domini ad Zachariã, in quarta mensis noni, qui est Casleu. ¶ 2 Et misserunt ad domum Dei Sarasar & Rogommelech, & viri qui erant cum eis, ad deprecandam faciem Domini: ¶ 3 Vt dicerent sacerdotibus domus Domini exercituũ & prophetis, loquentes, Nunquid flendum est mihi in quinto mense, vel sanctificare me debeo: sicut iam feci multis annis? ¶ 4 Et factũ est ver-
B bum Domini exercituũ ad me, dicens, ¶ 5 Loquere ad omnẽ populum terræ, & ad sacer-
Isaiæ 58.b.5. dotes, dicens, Quum ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos: nunquid ieiunio ieiunastis mihi? ¶ 6 Et quũ comedistis, & bibistis: nunquid non vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis? ¶ 7 Nunquid non sunt verba quæ locutus est Dominus in manu Prophetarum priorum, quũ adhuc Ierusalem habitaretur, & esset opulenta, ipsa, & vibes in circuitu eius, & ad Austrum
C & in campestribus habitaretur? ¶ 8 Et factum est verbum Domini ad Zachariam, dicens, ¶ 9 Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Iudicium verum iudicate: & misericordiam & miserationes facite vnusquisque cum fratre
Exod. 22. d. 22. suo. ¶ 10 Et viduam & pupillum, & aduenam, & pauperem nolite calumniari: & malum
Isaiæ 1. f. 23. vir fratri suo non cogitet in corde suo. ¶ 11 Et
Zach. 6. g. 28. noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes: & aures suas aggrauauerũt, ne audirent. ¶ 12 Et cor suum posuerunt vt adamãtem, ne audirent legem & verba quæ misit
Dominus exercituum in Spiritu suo per manum Prophetarum priorum: & facta est indignatio magna à Domino exercituũ. ¶ 13 Et factum est sicut locutus est, & non audierunt: sic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus exercituum. ¶ 14 Et dispersi eos per omnia regna quæ nescierunt: & terra desolata est ab eis, eo quòd non esset transiens & reuertens: & posuerunt terrã desiderabilem in desertum. CAP. VIII.

De reditu Israelitici populi in Ierusalẽ, cui prospera multa promittit Deus. 16 Præcepta sanctissima. 20 Cõcursus Gentiũ ad Christũ.

A ET factum est verbum Domini exercituũ, dicens, ¶ 2 Hæc dicit Dominus exercituũ, Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eam. ¶ 3 Hæc dicit Dominus exercituum, Reuersus sum ad Sion: & habitabo in medio Ierusalem: & vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis, & Mons Domini exercituum, mons sanctificatus. ¶ 4 Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc habitabunt senes, & anus in platẽis Ierusalem: & viri baculus in manu eius præ multitudine dierum. ¶ 5 Et platẽæ ciuitatis cõplebũtur infantibus & puellis, iudẽtib' in platẽis eius. ¶ 6 Hæc dicit Dominus exercituũ, Si videbitur difficile in oculis reliquiarũ populi huius in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituũ? ¶ 7 Hæc dicit Dominus exercituũ Ecce, ego saluabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasus solis.
B ¶ 8 Et adducam eos, & habitabunt in medio Ierusalẽ: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deũ in veritate & in iustitia. ¶ 9 Hæc dicit Dominus exercituũ, Confortentur manus vestræ, qui auditis in his diebus sermones istos per os Prophetarum in die qua fundata est domus Domini exercituum, vt templum ædificaretur. ¶ 10 Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorum erat, neque introeunti neque exeunti erat pax præ tribulatione: & dimiſi omnes homines vnumquẽque contra proximum suum. ¶ 11 Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquiis populi huius, dicit Dominus exercituum, ¶ 12 Sed semen pacis erit: vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suũ, & cæli dabunt rorem suũ: & possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc. ¶ 13 Et erit: sicut eratis maledi-
C ctio in Gentibus, domus Iuda & domus Israel: sic saluabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, cõfortẽtur manus vestræ. ¶ 14 Quia hæc dicit Dominus exercituum, Sicut cogitaui vt affligerem vos, quum ad iracundiam prouocassent patres vestri me, dicit Dominus, & non sum misertus: ¶ 15 Sic conuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciam domui Iuda & Ierusalem: nolite timere. ¶ 16 Hæc fũt ergo verba quæ facietis, Loquimini veritaEph. tem vnusquisque cum proximo suo: veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris. ¶ 17 Et vnusquisque malum contra ami cum suũ ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentum mendax ne diligatis. omnia enim hæc sunt quæ odi, dicit Dominus. ¶ 18 Et factum est verbum Domini exercituũ ad me, dicens, ¶ 19 Hæc dicit Dominus exercituum, Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiunium decimi erit domui
D Iudæ in gaudium & lætitiam & in solennitates præclaras: veritatem tantùm & pacem diligite. ¶ 20 Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc venient populi, & habitent in ciuitatibus multis, ¶ 21 Et vadant habitatores vnus ad alterum, dicentes, Eamus, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominũ exercituum, vadam etiam ego. ¶ 22 Et venient populi multi, & gentes robustæ ad quærendum Dominum exercituum in Ierusalem, & deprecandam faciem Domini. ¶ 23 Hæc dicit Dominus exercituum, In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium, & apprehẽdent fimbriã viri Iudæi, dicentes, Abimus vobiscum: audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.

CAP. IX.

Gentium conuersio. 9 Christi aduentus sedentis, super asinam.

ONus verbi Domini in terra Hadrach & A
Damasci requiei eius: quia Dominus est D
oculus hominis, & omnium tribuum Israel.
¶ 2 Emath quoque in terminis eius, & Tyrus, & Sidon: assumpserunt quippe sibi sapientiã valde. ¶ 3 Et ædificauit Tyrus munitionẽ suã, & congregauit argentum quasi humum, & aurum vt lutũ platearum. ¶ 4 Ecce Dominus

possidebit eam, & percutiet in mari fortitudinē eius.& hæc igni deuorabitur.¶5 Videbit Ascalō, & timebit:& Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniā confusa est spes eius: & peribit rex de Gaza, & Ascalon nō habitabitur. ¶6 Et sedebit separator in Azoto, & dispergam superbiā Philisthinorū. ¶7 Et auferā sanguinē eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentiū eius: & relinquetur etiā ipse Deo nostro, & erit quasi dux in Iuda,& Accarō quasi Iebusæus. ¶8 Et circūdabo domū meā ex his qui militant mihi eūtes & reuertentes, & non transibit super eos vltrā exactor:quia nunc vidi in oculis meis. ¶9 Exulta satis filia Sion,insilla filia Ierusalē: ECCE REX TVVS veniet tibi iustus & saluator: ipse pauper & ascēdens super *asinam,& super pullū filiū asinæ. ¶10 Et *disperdam' quadrigā ex Ephraim, & equum de Ierusalem,& dissipabitur arcus belli: & loquetur pacem Gentibus, & potestas eius à mari vsque ad mare,& a fluminibus vsque ad fines terræ. ¶11 Tu quoque in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua.¶12 Cōuertimini ad munitionē vincti spei,hodie quoq; annūtians duplicia reddam tibi. ¶13 Quoniam extendi mihi Iudam quasi arcum, impleui Ephraim: & suscitabo filios tuos Sió super filios tuos Græcia, & ponam te quasi gladium fortium. ¶14 Et Dominus Deus super eos videbitur,& exibit vt fulgur iaculum eius: & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Austri. ¶15 Dominus exercituum proteget eos:& deuorabunt, & subiicient lapidibus fundæ: & bibentes inebriabuntur quasi à vino, & replebuntur vt phialæ, & quasi cornua altaris. ¶16 Et saluabit eos Dominus Deus eorū in die illa,vt gregem populi sui:quia lapides sancti eleuabūtur super terrā eius. ¶17 Quid enim bonū ei est, & quid pulchrū eius, nisi frumentū electorū,& vinū germinās virgines. CAP. X.

Monetur populus doctrinā veritatis petere à Domino. 3 Domum Iuda & Israel se visitaturū promittit Dominus,& confortaturum.

PEtite à Domino pluuiā in tēpore serotino,& Dominus faciet niues,& pluuiā imbris dabit eis,singulis herbā in agro. ¶1 Quia simulachra locuta sunt inutile, & diuini viderunt mendaciū,& somniatores locuti sunt frustra, & vanè consolabātur:idcirco abducti sunt quasi grex: affligentur, quia non est eis pastor. ¶3 Super pastores iratus est furor meus,& super hircos visitabo: quia visitauit Dominus exercituum gregem suum domum Iuda,& posuit eos quasi equū gloriæ suæ in bello. ¶4 Ex ipso angulus, & ex ipso paxillus,ex ipso arcus prælii, ex ipso egredietur omnis exactor simul. ¶5 Et erunt quasi fortes, conculcantes lutum viarū in prælio: & bellabunt,quia Dominus cum eis: & confundētur ascēsores equorū. ¶6 Et confortabo domū Iuda,& domum Ioseph saluabo: & conuertā eos,quia miserebor eorū: & erūt sicut fuerūt quādo nō proiecerā eos:ego enim Dominus Deus eorum,& exaudiā eos. ¶7 Et erūt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à vino:& filii eorū videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorū in Domino. ¶8 Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut antè fuerāt multiplicati. ¶9 Et seminabo eos in populis,& de lōge recordabūtur mei:& viuēt cū filiis suis,& reuertentur. ¶10 Et reducā eos de Terra-Aegypti, & de Assyriis congregabo eos: & ad Terram-Galaad,& Libani adducā eos:& non inuenietur eis locus. ¶11 Et trānsibit in maris freto,& percutiet in mari fluctus,& confundētur omnia profunda fluminis: & humiliabitur superbia Assur,& sceptrum Aegypti recedet. ¶12 Confortabo eos in Domino,& in nomine eius ambulabunt:dicit Dominus.

CAP. XI.

Destructionē secūdi templi per Romanos prænuntiat. 4. Fideliū cura Christo à Patre commissa. 7 Visio grauis in Israelem & Iudam. 11 Christus triginta argenteis æstimatur. 15 De pastore Antichristo.

APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. ¶2 Vlula abies,quia cecidit cedrus,quoniam magnifici vastati sunt. Vlulate quercus Basan,quoniam succisus est saltus munitus. ¶3 Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificētia eorum:vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Iordanis. ¶4 Hæc dicit Dominus Deus meus, Pasce pecora occisionis, ¶5 Quæ qui possederant,occidebant,& non dolebāt:& vendebāt ea,dicentes, Benedictus Dominus, diuites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis. ¶6 Et ego non parcam vltrā super habitantes terrā,dicit Dominus: ecce ego tradam homines,vnūquenque in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terram, & non eruam de manu eorum. ¶7 Et pascam pecus occisionis propter hoc ō pauperes gregis: & assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decōrem,& alteram vocaui Funiculum: & pauī gregem. ¶8 Et succidi tres pastores in mense vno,& contracta est anima mea in eis:siquidem & anima eorum variauit in me. ¶9 Et dixi, Non pascam vos:quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur, & reliqui deuorēt vnusquisque carnē proximi sui. ¶10 Et tuli virgam meam quæ vocabatur Decus,& *abscondi eam: vt irritum facerem fœdus meū quod percussi cum omnibus populis. ¶11 Et in irritum deductum est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiūt mihi,quia verbū Domini est. ¶12 Et dixi ad eos,Si bonum est in oculis vestris,afferte mercedem meam:& si nō,quiescite. Et appenderunt mercedē meam triginta argenteos. ¶13 Et dixit Dominus ad me, Proiice illud ad statuarium decōrum pretium quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos:& proieci illos in domū Domini, ad statuarium. ¶14 Et præscidi virgam meā secundā,quæ appellabatur Funiculus,vt dissolueré germanitatem inter Iudam & Israel. ¶15 Et dixit Dominus ad me. Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. ¶16 Quia ecce ego suscitabo pastorē in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritū non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguū comedet, & vngulas eorū dissoluet,

d.11. a.5.

am

C

D

A

B

C

D

A

B

C

D

Ierem.15.a.1.

*abscidi

Matt.17.a.9.

¶17 O pastor & idolum, derelinquens gregē: gladius super brachium eius, & super oculū dextrum eius: brachium eius arriditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

CAP. XII.

De vastatione ac restitutione Ierusalem. 10 De effusione Spiritus sancti in Iudæos, & eorum conuersione.

A ONus verbi Domini super Israel. Dicit Dominus extendens cælum, & fundans terram, fingens spiritū hominis in eo. ¶2 Ecce ego ponam Ierusalem superliminare ebrietatis omnibus populis in circuitu: sed & Iuda erit in obsidione cōtra Ierusalē. ¶3 Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cūctis populis: omnes qui leuabunt eum, cōtritione lacerabuntur: & colligentur aduersus eam omnia regna terræ. ¶4 In die illa, dicit Dominus, percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorē eius in amentiā: & super domū Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorū percutiam cæcitate. ¶5 Et dicent duces Iuda in corde suo, Confortentur mihi habitatores Ierusalem in Domino exercituum Deo eorū. ¶6 In die illa ponam duces Iuda sicut caminū ignis in lignis, & sicut facem' ignis in fœno: & deuorabunt ad dexterā & ad sinistrā omnes populos in circuitu: & habitabitur Ierusalē rursus in loco suo in Ierusalem. ¶7 Et saluabit Dominus tabernacula Iuda, sicut in principio: vt nō magnificē glorietur domus Dauid, & gloria habitātium Ierusalem contra Iudam. ¶8 In die illa proteget Dominus habitatores Ierusalē, & erit qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid: & domus Dauid quasi Deus, sicut Angelus Domini in conspectu eius. ¶9 Et erit in die illa: quærā conterere omnes Gentes quæ veniunt contra Ierusalē. ¶10 Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalē Spiritum gratiæ & precum: & aspicient ad me, quē confixerunt, & plangent eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eū vt doleri solet in morte primogeniti. ¶11 In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, sicut planctus Adadrēmon in campo Mageddon. ¶12 Et planget terra, familiæ, & familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorū seorsum. ¶13 Familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorū seorsum: familiæ Semei seorsum, & mulieres eorū seorsum. ¶14 Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

CAP. XIII.

De fonte gratiæ & veritate Christo. 2 De oblatione idolorū & pseudoprophetarū. 8 De passione Christi. 9 De probatione electorū.

A IN die illa erit Fons patēs domui Dauid & habitantibus Ierusalem, in ablutionē peccatoris & menstruatæ. ¶2 Et erit in die illa, dicit Dominus exercituū, Disperdā nomina idolorū de terra, & non memorabūtur vltrà: & pseudoprophetas, & spiritū immundum auferam de terra. ¶3 Et erit: quum prophetauerit quispiā vltrà, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerūt eū, Nō viues: quia mēdacium locutus es in nomine Domini. & cōfigent eum pater eius & mater eius, genitores eius quū prophetauerit. ¶4 Et erit in die illa confundentur prophetæ vnusquisque ex visione sua quum prophetauerint, nec operiēt pallio saccino, vt mentiantur: ¶5 Sed dicet, Non sum propheta, homo agricola ego sum: quoniā Adam exemplū meū ab adolescentia mea. ¶6 Et dicetur ei, Quid sunt plagæ istæ in medio manuū tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum qui diligebāt me. ¶7 Phrameæ suscitate super pastorem meū, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituū: percute pastorem, & dispergentur oues: & conuertam manum meā ad paruulos. ¶8 Et erunt in omni terra, dicit Dominus, partes duæ in ea dispergentur, & deficiēt: & tertia pars relinquetur in ea. ¶9 Et ducam tertiam partem per ignem, & vram eos sicut vritur argentum: & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Et dicam, Populus meus es, & ipse dicet, Dominus Deus meus.

CAP. XIIII.

Ecclesiæ vastatio sub typo Ierusalem. 3 Huius propugnator Christus. De die iudicii soli Deo nota. 8 De viuo Dei verbo ex ecclesia manante. 9 Rex vnus & Dominus Christus. 11 De plagis hostium ecclesiæ. 16 De ascensu gentium ad ecclesiam. 20 Omnia sancta in ecclesia Dei. 21 Impii ex ecclesia pellendi.

ECce dies Domini venient, & dividetur spolia tua in medio tui. ¶2 Et congregabo omnes Gētes ad Ierusalem in prælium, & capietur ciuitas, & vastabuntur domus, & mulieres violabuntur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatē, & reliquū populi non auferetur ex vrbe. ¶3 Et egredietur Dominus, & præliabitur contra Gentes illas: sicut prælians est in die certaminis. ¶4 Et stabūt pedes eius in die illa super Mōtem oliuarum, qui est contra Ierusalē ad Orientē: & scindetur Mons oliuarū ex media parte sui ad Orientē & ad Occidentem præruptu grandi valde, & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad Meridiem. ¶5 Et fugietis ad vallem montium eorum, quoniam conjungetur vallis montium vsque ad proximum. & fugietis sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iudæ: & veniet Dominus Deus meus omnesque sancti cū eo. ¶6 Et erit in die illa: nō erit lux, sed frigus & gelu. ¶7 Et erit dies vna quæ nota est Domino, non dies neque nox: & in tempore vespertino erit lux. ¶8 Et erit in die illa: exibunt aquæ viuæ de Ierusalem: medium earū ad mare Orientale, & medium earum ad mare nouissimum: in æstate, & in hyeme erunt. ¶9 Et erit Dominus rex super omnē terram: in die illa erit Dominus vnus, & erit nomen eius vnum. ¶10 Et reuertetur omnis terra vsque ad desertum, de colle Remmon ad Austrū Ierusalem: & exaltabitur, & habitabitur in loco suo, à porta Beniamin vsque ad locum portæ prioris, & vsq; ad portam angulorū: & à turre Hananeel vsq; ad torcularia regis. ¶11 Et habitabunt in ea, & anathema nō erit amplius: sed sedebit Ierusalē secura. ¶12 Et hæc erit plaga quæ percutiet Dominus omnes Gen-

tes quæ pugnauerunt aduersus Ierusalem, Tabescet caro vniuscuiusque stãtis super pedes suos, & oculi eius cõtabescent in foraminibus suis, & lingua eorum cõtabescet in ore suo. ¶13 In die illa erit tumultus Domini magnus in eis: & apprehendet vir manum proximi sui, & conseretur manus eius super manum proximi sui. ¶14 Sed & Iudas pugnabit aduersus Ierusalem, & congregabuntur diuitiæ omniũ Gentium in circuitu, aurum & argentũ & vestes multæ satis. ¶15 Et sic erit ruina equi & muli & cameli & asini, & omnium iumẽtorum quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc. ¶16 Et omnes qui reliqui fuerint de vniuersis Gentibus quæ venerunt contra Ierusalẽ, ascendent ab anno in annum, vt adorent regem Dominũ exercituũ, & celebrẽt festiuitatem tabernaculorum. ¶17 Et erit: qui non ascenderit de familiis terræ ad Ierusalẽ, vt adoret regem Dominum exercituum, non erit super eos imber. ¶18 Quòd & si familia Ægypti non ascenderit, & non venerit: nec super eos erit, sed erit ruina qua percutiet Dominus omnes Gentes quæ non ascẽderint ad celebrandã festiuitatem tabernaculorum. ¶19 Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium Gentium quæ non ascendent ad celebrandam festiuitatem tabernaculorum. ¶20 In die illa erit quod super frænũ equi est sanctum Domino: & erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari. ¶21 Et erit omnis lebes in Ierusalem & in Iuda sanctificatus Domino exercituũ: & veniẽt omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in eis: & non erit mercator vltrà in domo Domini exercituum in die illo.

# Prophetia Malachiæ.

CAP. I.

De electione Iacob & reprobatione Esau. 6 De honore & timore Domini. 8 In sacerdotes nominis Dei contemptores. 10 Eorum auaritia. 11 De munda electorum ex Gentibus hostia. 13 In eos qui corruptas victimas offerebant aut raptas.

ONus verbi Domini ad Israel ĩ manu Malachiæ prophetæ. ¶2 Dilexi vos, dicit Domin⁹: & dixistis, In quo dilexisti nos? Nõne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus? & dilexi Iacob, ¶3 Esau autem odio habui, & posui montes eius in solitudinẽ, & hæreditatẽ eius in dracones deserti. ¶4 Quòd si dixerit Idumæa, Destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus quæ destructa sunt: hæc dicit Dominus exercituum, Ipsi ædificabunt, & ego destruam: & vocabuntur Termini impietatis, & Populus cui iratus est Dominus vsque in æternũ. ¶5 Et oculi vestri videbunt: & vos dicetis, Magnificetur Dominus super terminum Israel. ¶6 Filius honorat patrem, & seruus dominum suum: si ergo Pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? dicit Dominus exercituum ad vos ô sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, In quo despeximus nomen tuum? ¶7 Offertis super altare meum panem pollutũ: & dicitis, In quo polluimus te? In eo quòd dicitis, Mensa Domini despecta est. ¶8 Si offeratis æcsum ad immolandũ, nõne malum est? & si offeratis claudum & languidum, nõnne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. ¶9 Et nunc deprecamini vultũ Dei, vt misereatur vestri, (de manu enim vestra factum est hoc) si quo modo suscipiat facies vestras, dicit Dominus exercituũ. ¶10 Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? non est mihi volũtas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. ¶11 Ab Ortu enim solis vsque ad Occasum, magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gẽtibus, dicit Dominus exercituum. ¶12 Et vos polluistis illud in eo quòd dicitis, Mensa Domini cõtaminata est: & quod superponitur, contemptibile est cum igne qui illud deuorat. ¶13 Et dixistis, Ecce de labore: & exusta lastis illud, dicit Dominus exercituum, & intulistis de rapinis claudum & languidum, & intulistis munus. numquid suscipiam illud de manu vestra, dicit Dominus? ¶14 Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

CAP. II.

Sacerdotibus reũpiscere nolentibus comminatur. 4 Eorum officia iuxta pactum Dei cum Leuitis. 10 Proximorum contemptores increpat, & eos qui alienigenas vxores ducebant. 13 Sacrificiorum reprobatio ob violatũ ab eis coniugii fœdus.

ET nunc ad vos mandatum hoc ô sacerdotes. ¶2 Si noluerit is audire, & si noluerit ponere super cor vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris, & maledicam illis: quoniam nõ posuistis super cor. ¶3 Ecce ego proiiciam vobis brachium, & dispergã super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarũ, & assumet vos secum. ¶4 Et scietis quia misi ad vos mandatum istud: vt esset pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituum. ¶5 Pactũ meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem: & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. ¶6 Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labiis eius: in pace & in æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. ¶7 Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia Angelus Domini exercituum est. ¶8 Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. ¶9 Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut nõ seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. ¶10 Nunquid non pater vnus omnium nostrum? nũquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo despicit vnusquisque vestrum fratrem suum,

violans pactum patrũ vestrorum? ¶ 11 Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel & in Ierusalem: quia contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quam dilexit, & habuerunt filiam dei alieni. ¶ 12 Disperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magistrum & discipulum de tabernaculo Iacob, & offerentem munus Domino exercituum. ¶ 13 Et hoc rursũ fecistis, operiebatis lachrymis altare Domini, fletu & mugitu, vt non respiciam vltrà ad sacrificium, nec accipiã placabile quid de manu vestra. ¶ 14 Et dixistis, Quam ob causam? Quia Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quam tu despexisti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. ¶ 15 Nonne vnus fecit, & reliquum spiritus eius est? Et quid vnus quærit, nisi semen Dei? Custodite ergo spiritum vestrũ, & vxore adolescẽtiæ tuæ noli despicere. ¶ 16 Quũ odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Israel. operiet autem iniquitas vestimentum eius, dicit Dominus exercituum. custodite spiritum vestrum, & nolite despicere. ¶ 17 Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris, & dixistis, In quo eum fecimus laborare? In eo quòd dicitis, Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent: aut certe vbi est Deus iudicii?

CAP. III.

De Iohanne Baptista præcursore Christi. 1 De purgatione fidelium & eorum sacrificiis. 5 De iudicio Christi aduersus impios. 7 Hypocritarum cæcitas nunquã peccata sua agnoscentium. 13 Blasphemia impiorum in Deum. 16 Sermo fidelium de cura Dei erga seruos suos. 17 Peculium Dei. Parcit Deus.

ECce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meã: & statim veniet ad templum suum Dominator quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quẽ vos vultis: ecce venit, dicit Dominus exercituũ. ¶ 2 Et quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videdum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonũ. ¶ 3 Et sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurũ & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. ¶ 4 Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalẽ, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui. ¶ 5 Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calumniantur mercedẽ mercenarii, & humiliant' viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. ¶ 6 Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filii Iacob non estis consumpti. ¶ 7 A diebus enim patrum vestrorũ recessistis à legitimis meis, & non custodistis. Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis, In quo reuertemur? ¶ 8 Si adfliget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis, In quo' configimus' te? In decimis, & in primitiis. ¶ 9 Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. ¶ 10 Inferte omnem decimam in horreũ meum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem vsque ad abundantiam, ¶ 11 Et increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituũ. ¶ 12 Et beatos vos dicẽt omnes gẽtes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituũ. ¶ 13 Inualuerũt super me verba vestra, dicit Dominus. Et dixistis, Quid locuti sum' cõtra te? ¶ 14 Dixistis, Vanus est qui seruit Deo: & quod emolumentũ quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes corã Domino exercituũ? ¶ 15 Ergo nũc beatos dicimus arrogãtes: siquidẽ ædificati sũt faciẽtes impietatem, & tentauerũt Deũ, & salui facti sunt. ¶ 16 Tũc locuti sunt timentes Dominum vnusquisque cum proximo suo: Et attendit Dominus, & audiuit: & scriptus est liber monimenti coram eo timentibus Dominum, & cogitãtibus nomen eius. ¶ 17 Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculiũ: & parcam eis, sicut parcit vir filio suo seruiẽti sibi. ¶ 18 Et conuertemini, & videbitis quid sit inter iustum & impium: & inter seruientem Deo, & non seruientem ei.

CAP. IIII.

De die aduentus Domini. 1 De Iohanne Baptista, in spiritu Eliæ venturo.

ECce enim dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. ¶ 2 Et orietur vobis timentibus nomen meũ, sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: Et egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. ¶ 3 Et calcabitis impios, quum fuerint cinis sub plauta pedum vestrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituũ. ¶ 4 Memẽtote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israel præcepta & iudicia. ¶ 5 Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. ¶ 6 Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiã terram anathemate.

# Liber primus Machabæorum.

CAP. I.

Alexandro Macedone mortuo, regnũ suscipit Antiochus. 11 Multi ex filiis Israel pactum ineunt cum gentibus. 17 Antiochus Aegyptum & Ierusalẽ suæ subiicit ditioni. Ierusalẽ exusta, proprias leges condit, & Dei legem seruari vetat. 57 Idolũ erigit Antiochus super altare Dei.

ET FACTVM est, postquam percussit Alexander Philippi rex Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egressus de terra Cethim, Dariũ regem Persarum & Medorũ: ¶ 1 Cõstituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ:

abuit
bernaculis
mos 5. f. 21.
Psal. 118. 137.
matth. 11. b. 10.
marc. 1. a. 5.
luc. 1. b. 17, & 7. d. 27.
confiximus
Zacha. 1. a. 3.

¶3 Et pertrāsiit vsque ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis Gentiū: & siluit terra in conspectu eius. ¶4 Et cōgregauit virtutem, & exercitum fortem nimis: & exaltatum est & eleuatum cor eius: ¶5 Et obtinuit regiones Gentium, & tyrannos: & facti sunt illi in tributum. ¶6 Et post hæc decidit in lectū, & cognouit quia moreretur. ¶7 Et vocauit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à iuuentute suâ: & diuisit illis regnum suum quum adhuc viueret. ¶8 Et regnauit Alexander annis duodecim, & mortuus est. ¶9 Et obtinuerūt pueri eius regnū, vnusquisq; in loco suo: ¶10 Et imposuerūt omnes sibi diademata post mortē eius, & filii eorū post eos annis multis: & multiplicata sunt mala in terra. ¶11 Et exiit ex eis radix peccati Antioch illustris, filius Antiochi regis qui fuerat Romæ obses: & regnauit in anno centesimo tricesimo septimo regni Græcorū. ¶12 In diebus illis exierunt ex Israel filii iniqui, & suaserunt multis, dicētes, Eamus, & disponamus testamentum cum Gentibus, quæ circa nos sunt: quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. ¶13 Et bonus visus est sermo in oculis eorū. ¶14 Et destinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem: & dedit illis potestatem vt facerent iustitiam Gentium. ¶15 Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundū leges Nationum: ¶16 Et fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt Nationibus, & vænundati sunt vt facerent malum. ¶17 Et paratū est regnum in cōspectu Antiochi. & cæpit regnare in Terra Aegypti, vt regnaret super duo regna. ¶18 Et intrauit in Aegyptū in multitudine graui, in curribus & elephatis, & equitibus, & copiosa nauiū multitudine: ¶19 Et constituit bellum aduersus Ptolemæū regē Aegypti, & veritus est Ptolemæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. ¶20 Et comprehendit ciuitates munitas in Terra Aegypti: & accepit spolia Terræ Aegypti. ¶21 Et cōuertit Antiochus, postquam percussit Aegyptū in centesimo & quadragesimo & tertio anno: & ascendit ad Israel, ¶22 Et ascēdit Ierosolymā in multitudine graui. ¶23 Et intrauit in sanctificationē cū superbia, & accepit altare aureū, & cādelabrū luminis, & vniuersa vasa eius, & mensā propositionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velū, & coronas, & ornamētū aureū quod in facie templi erat: & cōminuit omnia. ¶24 Et accepit argentū & aurum & vasa cōcupiscibilia: & accepit thesauros occultos quos inuenit: & sublatis omnibus abiit in terrā suam. ¶25 Et fecit cædē hominū, & locut' est in superbia magna. ¶26 Et factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorū: ¶27 Et ingemuerunt principes & seniores, & iuuenes & virgines infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata est. ¶28 Omnis maritus sumpsit lamētū: & quæ sedebāt in thoro maritali, lugebant: ¶29 Et cōmota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionē. ¶30 Et post duos annos dierū misit rex principem tributorum in ciuitates Iudæ, & venit Ierusalem cū turba magna, ¶31 Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: & crediderūt ei. ¶32 Et irruit super ciuitatem repentè, & percussit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel. ¶33 Et accepit spolia ciuitatis: & succendit eā igni, & destruxit domos eius, & muros eius in circuitu: ¶34 Et captiuas duxerūt mulieres, & natos, & pecora possederūt. ¶35 Et ædificauerūt ciuitatē Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcē: ¶36 Et posuerūt illic gentē peccatricem viros iniquos, & connaluerunt in ea. ¶37 Et posuerūt arma, & escas, & cōgregauerūt spolia Ierusalē, & reposuerūt illic & facti sunt in laqueū magnū. ¶38 Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolū malum in Israel: ¶39 Et effuderunt sanguinē innocentē per circuitū sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem. ¶40 Et fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est habitatio exterorū, & facta est exiens semini suo, & nati eius reliquerūt eā. ¶41 Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo, dies festi eius conuersi sunt in luctū, sabbatha eius in opprobriū, honores eius in nihilū. ¶42 Secundū gloriā eius multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius conuersa est in luctū. ¶43 Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, vt esset omnis populus, vnus: & relinqueret vnusquisque legem suam. ¶44 Et consenserunt omnes Gentes secundū verbum regis Antiochi: ¶45 Et multi ex Israel consenserūt seruituti eius, & sacrificauerunt idolis, & coinquinauerunt sabbathum. ¶46 Et misit rex libros per manus nuntiorum in Ierusalē, & in omnes ciuitates Iudæ: vt sequerentur leges Gentium terræ, ¶47 Et prohiberent holocaustā & sacrificia, & placationes fieri in templo Dei, ¶48 Et prohiberent celebrari sabbathū, & dies solēnes. ¶49 Et iussit coinquinari sanctā, & sanctum populū Israel. ¶50 Et iussit ædificari aras, & templa, & idōla, & immolari carnes suillas, & pecora cōmunia, ¶51 Et relinquere filios suos incircuncisos, & coinquinari animas eorū in omnibus immūditiis & abominationib' , ita vt obliuiscerentur legē, & immutarēt ōnes iustificationes Dei. ¶52 Et quicunque non fecerit secundum verbū regis Antiochi, moreretur. ¶53 Secūdū omnia verba hæc scripsit omni regno suo: & præposuit principes populo qui hæc fieri cogerēt. ¶54 Et iusserunt ciuitatibus Iudæ sacrificare. ¶55 Et congregati sunt multi de populo ad eos qui derelicquerant legem Domini: & fecerunt mala super terram: ¶56 Et effugauerunt populū Israel in abditis, & in absconditis fugitiuorū locis. ¶57 Die quintadecima mensis Casleu, quinto & quadragesimo & centesimo anno ædificauit rex Antiochus abominādum idōlum desolationis super altare Dei, & per vniuersas ciuitates Iudæ in circuitu ædificauerunt aras: ¶58 Et ante ianuas domorum, & in plateis incēdebant thura, & sacrificabant. ¶59 Et libros legis Dei cōbusserunt igni, scindētes eos: ¶60 Et apud quēcūque inueniebātur libri testamēti Domini, & quicunque obseruabat legē Domini, secundū edictum regis trucidabant eū in virtute sua. ¶61 Secundum hæc faciebāt populo Israel qui inueniebatur

in omni mense & mense in ciuitatibus. ¶61 Et quinta & vicesima die mensis sacrificabāt super aram, quæ erat contra altare. ¶63 Et mulieres quæ circuncidebant filios suos, trucidabātur secūdū iussum. ¶64 Et suspēdebāt pueros à ceruicibus per vniuersas domos eorum: & eos qui circuncidebant illos, trucidabant. ¶65 Et multi de populo Israel desinebant apud se vt non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinati immundis: ¶66 Et noluerunt infringere legem Dei sanctā, & trucidati sunt. ¶67 Et facta est ira magna super populū Israel valde.

C A P. II.

Planctus Mathathiæ & filiorum eius ob desolationē ciuitatis sanctæ. 15 Iussi idolis sacrificare recusant. 23 Zelus Mathathiæ pro lege Dei. 34 Die sabbathi repugnare nolentes interimuntur. 39 Consilium Iudæorum in defensionem suam aduersus hostes. 49 Moriturus Mathathias filios legem Dei tueri iubet exemplo patrum.

A IN diebus illis surrexit Mathathias filius Iohannis filii Simeonis, sacerdos ex filiis Ioarim ab Ierusalem, & consedit in monte Modin: ¶2 Et habebat filios quinque, Iohannem, qui cognominabatur Gaddis: ¶3 Et Simōnē, qui cognominabatur Thassi: ¶4 Et Iudam, qui vocabatur Machabæus: ¶5 Et pleazarum, qui cognominabatur Abaron: & Ionathan, qui cognominabatur Apphus. ¶6 Et viderūt mala quæ fiebāt in populo Iuda & in Ierusalē. ¶7 Et dixit Mathathias, Væ mihi, vt quid natus sum videre contritionē populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, quum datur in manibus inimicorum? ¶8 Sancta in manu extraneorum facta sunt: templum eius sicut homo ignobilis. ¶9 Vasa gloriæ eius captiua abducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. ¶10 Quæ gens non hæreditauit regnum eius, & non obtinuit spolia eius? ¶11 Omnis cōpositio eius ablata est: quæ erat libera, facta est ancilla. ¶12 Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est, & coinquinauerunt ea Gentes. ¶13 Quo ergo nobis adhuc viuere? ¶14 Et scidit vestimēta sua Mathathias, & filii ei⁹: & operuerūt se ciliciis, & plāxerūt valde. ¶15 Et venerūt illuc qui missi erāt à rege Antiocho, vt cogerēt eos qui cōfugerāt in ciuitate Modin, immolare, & accendere thura, & à lege Dei discedere. ¶16 Et multi de populo Israel cōsentientes accesserūt ad eos: sed Mathathias & filii eius cōstanter steterūt. ¶17 Et respondentes qui missi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathiæ, Princeps & clarissimus & magnꝰ es in hac ciuitate, & ornatus filiis & fratribus. ¶18 Ergo accede prior, & fac iussum regis, sicut fecerunt omnes gētes, & viri Iuda, & qui remanserunt in Ierusalem: & eris tu, & filii tui inter amicos regis, & amplificatus auro & argento, & muneribus multis. ¶19 Et respōdit Mathathias, & dixit magna voce, Etiā omnes gentes regi Antiocho obediunt, vt discedant vnusquisque à seruitute legis patrū suorum, & cōsentiant mādatis eius: ¶20 Ego & filii mei, & fratres mei obediemus legi patrū nostrorum. ¶21 Propitius sit nobis Deus: nō est nobis vtile relinquere legē, & iustitias Dei. ¶22 Nō audiemus verba regis Antiochi, B nec sacrificabimus, trāsgredientes legis nostræ mādata, vt eamus altera via. ¶23 Et vt cessauit loqui verba hæc, accessit quidā Iudæus in omniū oculis sacrificare idōlis super aram in ciuitate Modin secūdum iussum regis: ¶24 Et vidit Mathathias, & doluit, & contremuerūt renes eius, & accensus est furor eius secundū iudiciū legis, & insiliens trucidauit eum super aram: ¶25 Sed & virū quē rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, & ārā destruxit. ¶26 Et zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zamri filio Sa Num. 2
lomi. ¶27 Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate, dicens, Omnis qui zelum habet legis statuens testamentū, exeat post me. ¶28 Et fugit ipse, & filii eius in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in ciuitate. ¶29 Tūc desecendentes multi quærentes iudicium, & iustitiā in desertum: ¶30 Et sederunt ibi ipsi, & filii eius, & mulieres eorū, & pecora eorum: quoniam inūdauerunt super eos mala. ¶31 Et renuntiatū est viris regis, & exercitui qui erant in Ierusalē ciuitate Dauid, quoniam discessissent viri quidā, qui dissipauerūt mandatū regis, in loca occulta fu desertō, & abiissent post illos multi. ¶32 Et statim perrexerunt ad eos, & cōstituerunt aduersus eos prælium in die sabbathorum. ¶33 Et dixerunt ad eos, Resistitis & nunc adhuctexite, & facite secundum verbum regis Antiochi, & viuetis. ¶34 Et dixerunt, Non exibimus, neque faciemus verbū regis, vt polluamus diem sabbathorum. ¶35 Et concitauerunt aduersus eos prælium. ¶36 Et non respōderūt eis, nec lapidē misērūt in eos, nec oppilauerunt loca occulta: ¶37 Dicentes, Moriamur omnes in simplicitate nostra: & testes erunt super nos cælum & terra quòd iniustè perdītis nos. ¶38 Et intulerūt illis bellū sabbathis: & mortui sunt ipsi & vxores eorum, & filii eorum, & pecora eorum vsque ad mille animas hominum. ¶39 Et cognouit Mathathias & amici eius, & luctum habuerunt super eos valde. ¶40 Et dixit vir proximo suo, Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnauerimus aduersus Gentes pro animabus nostris & iustificationibus nostris: nūc citius dispendent nos à terra. ¶41 Et cogitauerunt in C
die illa, dicentes, Omnis homo qui cunque venerit ad nos in bello die sabbathorū, pugnemus aduersus eum: & non moriemur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. ¶42 Tunc cōgregata est ad eos synagōga Iu- Acid
dæorum' fortis viribus ex Israel, omnis voluntarius in lege: ¶43 Et omnes qui fugiebāt à malis, additi sūt ad eos, & facti sunt illisad firmamentū. ¶44 Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua: & cæteri fugerunt ad Nationes, vt euaderēt. ¶45 Et circuiit Mathathias, & amici eius, & destruxerunt aras: ¶46 Et circuciderunt pueros incircumcisos quotquot inuenerunt in finibus Israel in fortitudine. ¶47 Et persecuti sūt filios superbiæ: & prosperatum est opus in manibus eorum: ¶48 Et obtinuerūt legem de manibus

Gentium,& de manibus regum: & non dederunt eorum peccatori. ¶ 49 Et appropinquauerunt dies Mathathiæ moriendi, & dixit filiis suis, Nunc confortata est superbia,& castigatio,& tempus euersionis, & ira indignationis. ¶50 Nūc ergo ō filii,æmulatores estote legis,& date animas vestras pro testaméto patrum vestrorum, ¶51 Et mementote operū patrum, quæ fecerūt in generationibus suis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. ¶ 52 ‖Abraham nonne in tentatione inuentus est fidelis,& reputatum est ei ad iustitiam? ¶ 53 ‖Ioseph in tépore angustiæ suæ custodiuit mandatum: & factus est dominus Aegypti. ¶54 ‖Phinees pater noster,zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotii æterni. ¶ 55 ‖Iesus dum impleuit verbum, factus est dux in Israel. ¶56 ‖Caleb dum testificatur in ecclesia,accepit hæreditatē. ¶57 ‖David in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula. ¶ 58 ‖ Elias dum zelat zelum legis,receptus est in cælum. ¶ 59 ‖Ananias & Azarias & Misael, credentes,liberati sunt de flamma. ¶ 60 ‖ Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonū. ¶ 61 Et ita cogitate per generationem & generationem: quia omnes qui sperant in eū,non infirmātur. ¶62 Et à verbis viri peccatoris ne timueritis : quia gloria eius, stercus & vermis est: ¶ 63 Hodie extollitur, & cras non inuenietur: quia conuersus est in terrā suam, & cogitatio eius periit. ¶ 64 Vos ergo filii confortamini,& viriliter agite in lege : ‘quia quum feceritis quæ vobis præcepta sunt in lege à Domino Deo vestro,’ in ipsa gloriosi eritis. ¶ 65 Et ecce Simon frater vester, scio quōd vir consilii est: ipsum audite semper,& ipse erit vobis pater. ¶ 66 Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua,sit vobis princeps militiæ,& ipse aget bellum populi. ¶ 67 Et adducetis ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictam populi vestri. ¶ 68 Retribuite retributionem Gētibus,& intēdite in præceptū legis. ¶69 Et benedixit eos,& appositus est ad patres suos. ¶ 70 Et defunctus est anno centesimo & quadragesimosexto: & sepultus est à filiis suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & plāxerunt eum omnis Israel planctu magno.

CAP. III.

Iudas Iudæis præfectus.10 Apollonium & Seron Syriæ principem interēcit. 18 Fiducia Iudæ in Deū. 27 Cōtra Lysiam ab Antiocho exercitui præfectum pugnare statuit Iudas.50 Oratio Nazaræorum.

ET surrexit Iudas qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo: ¶2 Et adiuuabant eum omnes fratres eius:& vniuersi qui se cōiunxerant patri eius,& præliabantur prælīū Israel cum lætitia. ¶3 Et dilatauit gloriā populo suo, & induit se loricam sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in præliis, & protegebat castra gladio suo . ¶ 4 Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catul' leonis rugiens in venatione. ¶5 Et persecutus est iniquos persecutans eos: & qui conturbabant populum suum, eos succendit flammis: ¶6 Et repulsi sunt inimici eius præ timore eius,& omnes operarii iniquitatis conturbati sunt:& directa est salus in manu eius. ¶ 7 Et exacerbabat reges multos , & lætificabat Iacob in operibus suis,& in seculum memoria eius in benedictione. ¶ 8 Et perambulabat ciuitates Iuda , & perdidit impios ex eis , & auertit iram ab Israel. ¶9 Et nominatus est vsque ad nouissimum terræ,& cōgregauit pereuntes. ¶10 Et cōgregauit Apollonius Gētes, & à Samaria virtutem multam & magnam, ad bellandum contra Israel. ¶ 11 Et cognouit Iudas,& exiit obuiam illi:& percussit,& occidit illum : & ceciderunt vulnerati multi , & reliqui fugerunt. ¶ 12 Et accepit spolia eorū: & gladium Apollonii abstulit Iudas , & erat pugnans in eo omnibus diebus. ¶13 Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ quōd congregauit Iudas congregationem fidelium & ecclesiam secum, ¶14 Et ait, Faciam mihi nomē: & gloriicabor in regno & debellabo Iudam, & eos qui cum ipso sunt,qui spernebant verbum regis. ¶ 15 Et præparauit se,& ascendērunt cum eo castra impiorum fortes auxiliarii,vt facerent vindictā in filios Israel. ¶16 Et appropinquauerunt vsque ad Beth-horon:& exiuit Iudas obuiam illis cum paucis. ¶17 Vt autem viderunt exercitum venientem sibi obuiam, dixerunt Iudæ , Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hanc tātam, & tam fortem,& nos fatigati sumus ieiunio hodie? ¶18 Et ait Iudas, Facile est cōcludi multos in manu paucorū:& nō est differentia in cōspectu Dei cæli liberare in multis & in paucis: ¶19 Quoniā nō in multitudine exercitus victoria belli, sed de cælo fortitudo est. ¶20 Ipsi veniunt ad nos in multitudine cōtumaci & superbia, vt disperdāt nos, & vxores nostras , & filios nostros,& vt spolient nos. ¶21 Nos verò pugnabimus pro animabus nostris, & legibus nostris: ¶22 Et ipse Dominus conteret eos ante faciē nostrā. vos autē ne timueritis eos. ¶23 Vt cessauit autem loqui,insiluit in eos subito:& cōtritus est Seron, & exercitus eius in cōspectu ipsius: ¶24 Et persecutus est eū in descensu Beth-horō vsq; in campū, & ceciderunt ex eis octingenti viri,reliqui autē fugerunt in terrā Philisthiim. ¶25 Et cecidit timor Iudæ ac fratrum eius,& formido super omnes Gentes in circuitu eorum: ¶26 Et peruenit ad regem nomen eius, & de prælīs Iudæ narrabant omnes Gentes. ¶27 Vt audiuit autē rex Antiochus sermones istos, iratus est animo:& misit,& cōgregauit exercitū vniuersi regni sui, castra fortia valde: ¶28 Et aperuit ærarium suum,& dedit stipendia exercitui in annum, & mādauit illis vt essent parati ad omnia. ¶29 Et vidit quōd defecit pecunia de thesauris suis , & tributa regionis modica propter dissensionē & plagam quam fecit in terra,vt tolleret legitima quæ erāt à primis diebus. ¶30 Et timuit ne nō haberet vt semel & bis in sumptus & donaria quæ dederat antè larga manu:& abūdauerat super reges,qui ante eū fuerant. ¶31 Et consternatus erat animo valde , & cogitauit ire in Persidem,& accipere tributa regionum,& congregare argentum multū. ¶32 Et reliquit Lysiam hominem nobilem de genere regali, super negotia regia,à flumine Euphrate vsq;

ad flumen Ægypti: ¶ 33 Et vt nutriret Antiochum filium suũ, donec rediret. ¶ 34 Et tradidit ei mediũ exercitũ & elephantos: & mãdauit ei de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Iudæã & Ierusalem: ¶ 35 Et vt mitteret ad eos exercitũ ad conterendã & extirpãdam virtutẽ Israel, & reliquias Ierusalem, & auferendã memoriã eorũ de loco: ¶ 36 Et vt constitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, & sorte distribueret terram eorum. ¶ 37 Et rex assumpsit partem exercitus reliqui, & exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui anno centesimo quadragesimo septimo: & transfretauit Euphratẽ flumen, & perambulabat superiores regiones. ¶ 38 Et elegit Lysias Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem & Gorgiam, viros potentes ex amicis regis: ¶ 39 Et misit cum eis quadraginta millia virorum, & septem millia equitum: vt venirent in terram Iuda, & disperderent eam secundum verbum regis. ¶ 40 Et processerunt cum vniuersa virtute sua, & venerũt: & applicuerũt Emmaum in terra campestri. ¶ 41 Et audierunt mercatores regionum nomen eorum: & acceperũt argentum & aurum multum valde, & pueros: & venerunt in castra, vt acciperẽt filios Israel in seruos, & additi sunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarum. ¶ 42 Et vidit Iudas, & fratres eius quia multiplicata sunt mala, & exercitus applicabat ad fines eorum, & cognouerunt verba regis quæ mandauit populo facere in interitum & consummationẽ: ¶ 43 Et dixerunt vnusquisque ad proximum suum, Instigemus deiectionem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro, & sanctis nostris. ¶ 44 Et congregatus est cõuentus, vt essent parati in prælium: & vt orarent & peterent misericordiã & miserationes. ¶ 45 Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum: nõ erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius: & sanctum conculcabatur: & filii alienigenarũ erant in arce, ibi erat habitatio Gentium: & ablata est voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara. ¶ 46 Et congregati sunt, & venerũt in Maspha contra Ierusalem: quia locus orationis erat in Maspha antè in Israel. ¶ 47 Et ieiunauerunt illa die, & induerunt se cilicis, & cinerem imposuerunt capiti suo: & discidẽrũt vestimenta sua, ¶ 48 Et expãderũt libros legis, de quibus scrutabãtur Gentes similitudinem simulachrorũ suorũ: ¶ 49 Et attulerũt ornamenta sacerdotalia, & primitias, & decimas, & suscitauerunt Nazaræos, qui implenerant dies: ¶ 50 Et clamauerunt voce magna in cælum, dicentes, Quid faciemus istis, & quò eos ducemus? ¶ 51 Et sãcta tua cõculcata sũt, & cõtaminata sunt, & sacerdotes tui facti sũt in luctũ & in humilitatẽ: ¶ 52 Et ecce Nationes cõuenerunt aduersum nos, vt nos disperdant: tu scis quæ cogitãt in nos. ¶ 53 Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorũ, nisi tu Deus adiuues nos? ¶ 54 Et tubis exclamauerũt voce magna. ¶ 55 Et post hæc cõstituit Iudas duces populi, tribunos, & cẽturiones, & pẽtacõtarchos, & decuriones. ¶ 56 Et dixit his qui ædificabãt domos, & spõsabãt vxores, & plantabant vineas, & formidolosis, vt reditrent vnusquisque in domum suam secũdum legem. ¶ 57 Et mouerunt castra, & collocauerunt ad Austrum Emmaum. ¶ 58 Et ait Iudas, Accingimini, & estote filii potentes, & estote parati in mane: vt pugnetis aduersũs Nationes has quæ conuenerunt aduersus nos disperdere nos & sancta nostra: ¶ 59 Quoniam melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ & sanctorum. ¶ 60 Sicut autẽ fuerit voluntas in cælo, sic fiat.

## CAP. IIII.

Insidianti Gorgiæ occurrit Iudas. 14 Gorgiam & exercitum eius in fugã adigit. 28 Iudæam inuadit Lysias, quẽ & debellat Iudas. 36 Iudas templum purificat, & altare dedicat. 59 Institutio Encæniorum.

ET assũpsit Gorgias quinque millia virorũ, & mille equites electos: & mouerunt castra nocte, ¶ 1 vt applicarent ad castra Iudæorum, & percuterẽt eos subitõ. & filii qui erant ex arce, erant illis duces. ¶ 2 Et audiuit Iudas, & surrexit ipse & potentes percutere virtutẽ exercituũ regis, qui erãt in Emmaum. ¶ 3 Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris. ¶ 4 Et venit Gorgias in castra Iudæ nocte, & neminem inuenit, & quærebat eos in montibus: quoniam dixit, Fugiũt hi à nobis. ¶ 5 Et quũ dies factus effet, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorum tantùm: qui tegumenta & gladios nõ habebant vt volebant. ¶ 6 Et viderunt castra Gentiũ valida, & loricatos, & equitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prælium. ¶ 7 Et ait Iudas viris qui secum erant, Ne timueritis multitudinem eorũ, & impetum eorum ne formidetis. ¶ 8 Memẽtote qualiter salui facti sunt patres nostri in Mari rubro, quũ sequeretur eos Pharao cũ exercitu multo. ¶ 10 Et nũc clamemus in cælũ: & miserebitur nostri Dominus, & memor erit testamẽti patrũ nostrorum, & cõteret exercitum istum ante faciẽ nostrã hodie: ¶ 11 Et scient omnes Gentes quia est qui redimat & liberet Israel. ¶ 12 Et eleuauerũt alienigenæ oculos suos, & viderunt eos venientes ex aduersũ. ¶ 13 Et exierunt de castris in prælium, & tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda. ¶ 14 Et congressi sunt: & cõtrixẽ sunt Gentes, & fugerunt in campum. ¶ 15 Nouissimi autem omnes cecidẽrunt in gladio. & persecuti sunt eos vsque Gezeron, & vsque in campos Idumææ, & Azori, & Iamniæ: & ceciderũt ex illis vsque ad tria millia virorum. ¶ 16 Et reuersus est Iudas, & exercitus eius, sequens eũ. ¶ 17 Dixitque ad populũ, Non cõcupiscatis spolia: quia bellũ contra nos est. ¶ 18 Et Gorgias & exercitus eius propè nos in mõte: sed state nũc cõtra inimicos nostros, & expugnate eos, & sumetis postea spolia securi. ¶ 19 Et adhuc loquẽte Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam prospiciens de monte. ¶ 20 Et vidit quòd in fugam conuerti sunt, & succenderũt castra. fumus enim qui videbatur, declarabat quod factum est. ¶ 21 Quibus illi conspectis timuerunt valde, aspicientes simul & Iudam & exercitum in campo paratum ad prælium. ¶ 22 Et fugerunt omnes in cãpum alienigenarũ: ¶ 23 Et Iudas reuersus est ad spolia castrorũ, & acceperũt aurum multũ, & argentum,



Deut. 20. b. f. Iudicũ 7. a. f.

& hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas. ¶ 24 Et conuersi hymnum canebant, & benedicebant Deum in cælũ, quoniã bonus est, quoniã in seculum misericordia eius. ¶ 25 Et facta est salus magna in Israel in die illa. ¶ 26 Quicunque autẽ alienigenarum euaserunt, venerunt, & nuntiauerũt Lysiæ vniuersa quæ acciderant. ¶ 27 Quibus ille audi tis, consternatus animo deficiebat: quòd non qualia voluit, talia cõtigerũt ijs Israel, & qualia mandauit rex. ¶ 28 Et sequenti anno congregauit Lysias virorũ electorum sexaginta millia, & equitũ quinque millia, vt debellaret eos. ¶ 29 Et venerũt in Iudæã, & castra posuerunt in Beth-horõ, & occurrit illis Iudas cum decẽ millibus viris. ¶ 30 Et viderũt exercitum fortẽ, & orauit, & dixit, Benedictus es saluator Israel, qui cõtriuisti impetũ potẽtis in manu serui tui Dauid, & tradidisti castra alienigenarum in manu Ionathæ filii Saul, & armigeri eius. ¶ 31 Conclude exercitũ istum in manu populi tui Israel, & confundatur in exercitu suo & equitibus. ¶ 32 Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueãtur contritione sua. ¶ 33 Deijce illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes qui nouerunt nomẽ tuum in hymnis. ¶ 34 Et commiserunt prælium: & ceciderunt de exercitu Lysiæ quinque millia virorum, ¶ 35 Videns autem Lysias fugam suorum, & Iudæorum audaciam, & quòd parati sũt aut viuere aut mori fortiter, abiit Antiochiam, & elegit milites, vt multiplicati rursus venirẽt in Iudæam. ¶ 36 Dixit autem Iudas, & fratres eius, Ecce cõtriti sunt inimici nostri: ascẽdamus nunc mũdare sanctã, & renouare. ¶ 37 Et congregatus est omnis exercitus, & ascenderunt in mõtem Sion. ¶ 38 Et viderunt sanctificationem desertam, & altare prophanatum, & portas exustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltu vel in mõtibus, & pastophoria diruta. ¶ 39 Et sciderunt vestimenta sua, & plãxerunt plãctu magno, & imposuerunt cinerem super caput suũ: ¶ 40 Et ceciderunt in faciẽ super terrã, & exclamauerunt tubis signo rum, & clamauerunt in cælũ. ¶ 41 Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduersus eos qui erant in arce, donec emundarent sanctã. ¶ 42 Et elegit sacerdotes sine macula, volũtatem habẽtes in lege Dei: ¶ 43 Et mundauerũt sanctã, & tulerunt lapides cõtaminationis in locum immundũ. ¶ 44 Et cogitauit de altari holocaustorum quod prophanatũ erat, quid de eo faceret. ¶ 45 Et incidit illis cõsilium bonum, vt destruerẽt illud: ne fortè illis esset in opprobriũ, quia cõtaminauerunt illud Gentes, & demoliti sunt illud. ¶ 46 Et reposuerũt lapides in monte domus, in loco apto, quoadusque veniret prophetа, & responderet de eis. ¶ 47 Et acceperũt lapides integros secundum legem, & ædificauerunt altare nouum secundum illud quod fuit prius: ¶ 48 Et ædificauerunt sanctã, & quæ intra domũ erãt intrinsecus: & ædem, & atria sanctificauerunt. ¶ 49 Et fecerunt vasa sanctа noua, & intulerunt candelabrum, & altare incensorum, & mensam in templum. ¶ 50 Et incensum posuerũt super altare, & accenderunt lucernas quæ super candelabrũ erant: & lucebant in templo. ¶ 51 Et posuerunt super mensam panes, & appenderunt vela, & consummauerunt omnia opera quæ fecerant. ¶ 52 Et ante matutinum surrexerũt quinta & vicesima die mẽsis nonichic est mẽsis Casleu centesimi quadragesimi octaui anni: ¶ 53 Et obtulerũt sacrificium secundũ legẽ super altare holocaustorum nouũ, quod fecerunt. ¶ 54 Secũdum tempus & secundũ diẽ in qua contaminauerunt illud Gentes, in ipsa renouatum est in cantici s, & citharis, & cinyris, & in cymbalis. ¶ 55 Et cecidit omnis populus in faciẽ, & adorauerunt & benedixerunt in cælum eum qui prosperauit eis. ¶ 56 Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerũt holocausta cũ lætitia, & sacrificiũ salutaris & laudis. ¶ 57 Et ornauerunt faciem templi coronis aureis & scutulis: & dedicauerunt portas & pastophoria, & imposuerũt eis ianuas. ¶ 58 Et facta est lætitia in populo magna valde, & auersum est opprobrium Gentium. ¶ 59 Et statuit Iudas & fratres eius, & vniuersa ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in tẽporibus suis ab anno in annum per dies octo à quinta & vicesima die mẽsis Casleu, cũ lætitia & gaudio. ¶ 60 Et ædificauerunt in tẽpore illo montẽ Sion, & per circuitũ muros altos & turres firmas: nequando venirent Gentes, & conculcarent eum sicut antea fecerunt. ¶ 61 Et collocauit illic exercitum, vt seruarẽ eum, & munirent eum ad custodiendam Bethsuram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

## CAP. V.

Iudas finitimas gentes Israelem perdere tentantes percutit auxiliantibus fratribus Simone & Ionatha. 46 Ciuitatem Ephron euertit Iudas ob denegatum transitum. 55 Iosephi & Azariæ temeritas. 65 Filios Esau expugnat Iudas. 68 Idola Gentium succendit.

ET factũ est, vt audirẽt Gentes in circuitu quia ædificatum est altare & sanctuarium sicut prius, fratæ sunt valde: ¶ 1 Et cogitabãt tollere genus Iacob qui erãt inter eos, & cœperunt occidere de populo, & persequi. ¶ 2 Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos qui erãt in Arabathane: quia circunsedebant Israelitas. & percussit eos plaga magna. ¶ 4 Et recordatus est malitiã filiorũ Bean, qui erãt populo in laqueum & in scandalum, insidiantes ei in via: ¶ 5 Et cõclusi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant. ¶ 6 Et trãsiit ad filios Ammon, & inuenit manum fortem, & populum copiosum, & Timõtheũ ducem ipsorum: ¶ 7 Et cõmiit cum eis prælia multa, & contriti sunt in cõspectu eorum, & percussit eos: ¶ 8 Et cepit Gazet ciuitatẽ, & filias eius, & reuersus est in Iudæam. ¶ 9 Et cõgregatæ sunt Gẽtes quæ sunt in Galaad, aduersus Israelitas qui erãt in finibus eorũ, vt tollerẽt eos: & fugerunt in Datheman munitionem. ¶ 10 Et miserũt literas ad Iudã & fratres eius, dicẽtes, Congregatæ sunt aduersum nos Gẽtes per circuitũ, vt nos auferãt: ¶ 11 Et parant venire, & occupare munitionem in

Iohan. 10. d. 30.

quam confugimus: & Timótheus est dux exercitus eorum. ¶ 11 Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorũ, quia ecciditmultitudo de nobis. ¶ 13 Et omnes fratres nostri qui erãt in locis Tubin, interfecti sunt: & captiuas duxerunt vxores eorũ, & natos, & spolia, & peremerunt illic ferè mille viros. ¶ 14 Et adhuc epistolæ legebãtur, & ecce alii nũtii venerũt de Galilæa cõscissis tunicis, nuntiãtes secũdũ verba hæc: ¶ 15 Dicẽtes cõueniße aduersum se à Ptolemaida, & Tyro, & Sidone: & repleta est omnis Galilæa alienigenis, vt nos consumant. ¶ 16 Vt audiuit autem Iudas & populus sermones istos, cõuenit ecclesia magna cogitare quid faceret fratribus suis qui in tribulatione erãt, & expugnabãtur ab eis. ¶ 17 Dixitque Iudas Simõni fratri suo, Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autẽ & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim. ¶ 18 Et reliquit Iosephum filiũ Zachariæ, & Azarĩa duces populi cum residuo exercitu in Iudæa ad custodiã: ¶ 19 Et præcepit illis, dicens, Præstote populo huic: & nolite bellum cõmittere aduersum Gẽtes, donec reuertamur. ¶ 20 Et partiti sunt Simõni viri tria millia, vt iret in Galilæã: Iudæ autẽ octo mil lia in Galaaditim. ¶ 21 Et abiit Simon in Galilæam, & cõmiśit prælia multa cum Gẽtibus: & cõtriţæ sunt Gẽtes à facie eius, & persecutus est eos vsque ad portã ¶ 22 Ptolemaidis. & ceciderunt de Gentibus ferè tria millia virorum, & accepit spolia eorũ. ¶ 23 Et assumpśit eos qui erãt in Galilæa & in Arbatis cũ vxoribus & natis & omnibus quæ erãt illis, & adduxit in Iudæã cũ lætitia magna. ¶ 24 Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius transierunt Iordanẽ, & abierunt vlã triũ dierum per desertum. ¶ 25 Et occurrerunt eis Nabuthæi, & susceperunt eos pacifice, & narrauerũt eis omnia quæ acciderãt fratribus eorũ in Galaaditide. ¶ 26 Et quia multi ex eis cõprehensi sunt in Barasa, & Bosor, & in Alimis, & in Casphor, & Mageth, & Carnaim. hæ omnes ciuitates munitæ & magnæ. ¶ 27 Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenẽtur cõprehensi, & in crastinum cõstituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehẽdere, & tollere eos in vna die. ¶ 28 Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in desertum Bosor repẽtè, & occupauit ciuitatem: & occidit omnem masculum in ore gladii, & accepit omnia spolia eorũ, & succẽdit eam igni. ¶ 29 Et surrexerunt inde nocte, & ibant vsque ad munitionem. ¶ 30 Et factum est dilucuło, quum eleuassent oculos suos, & ecce populus multus, cuius non erat numerus, portantes scalas & machinas vt comprehenderent munitionem: & expugnabant eos. ¶ 31 Et vidit Iudas quia cœpit bellum, & clamor belli ascẽdit ad cælum sicut tuba, & clamor magnus de ciuitate: ¶ 32 Et dixit exercitui suo, Pugnate hodie pro fratribus vestris. ¶ 33 Et venit tribus ordinibus post eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione. ¶ 34 Et cognouerunt castra Timóthei quia Machabæus est, & fugerunt à facie eius: & percusserũt eos plaga magna, & ceciderũt ex eis in die illa ferè octo millia virorum. ¶ 35 Et diuertit Iudas in Maspha, & expugnauit, & cepit eã: & occidit omnẽ masculũ eius, & assumpśit spolia eius, & succẽdit eã igni. ¶ 36 Inde pertexit, & cepit Casbon, & Mageth, & Bosor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. ¶ 37 Post hæc autẽ verba, congregauit Timótheus exercitũ alĩũ, & castra posuit cõtra Raphon trãs torrẽtẽ. ¶ 38 Et misit Iudas speculari exercitũ: & renuntiauerunt ei, dicẽtes, Quia cõuenerunt ad eũ omnes Gẽtes quæ in circuitu nostro sunt, & exercitus multus nimis: ¶ 39 Et Arabas cõduxerunt in auxilĩũ sibi, & castra posuerunt trãs torrentem, parati ad te venire in prælium. Et abiit Iudas obuiã illis. ¶ 40 Et ait Timótheus principibus exercitus sui, Quũ appropinquauerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ: ſi transierit ad nos prior, nõ poterimus sustinere eum: quia potens poterit aduersum nos. ¶ 41 Si verò timuerit transire, & posuerit castra extra flumen, transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. ¶ 42 Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi secus torrentem, & mandauit eis, dicẽs, Neminẽ hominum reliquerĩtis, sed veniant omnes in prælĩũ. ¶ 43 Et trãsfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum. & contrìæ sunt omnes Gentes à facie eorum, & projecerunt arma sua, & fugerunt ad phanũ quod erat in Carnaim. ¶ 44 Et occupauit ipsam ciuitatem, & phanum succendit igni cum omnibus quæ erant in ipso: & oppressa est Carnaim, & non potuit sustinere contra faciem Iudæ. ¶ 45 Et cõgregauit Iudas vniuersos Israelitas qui erant in Galaaditide, a minimo vsque ad maximum, & vxores eorum, & natos, & vasa, & exercitum magnũ valde, vt venirẽt in terrã Iudæ. ¶ 46 Et venerũt vsque Ephrõ: & hæc ciuitas magna in ingressu posita, munita valde, & non erat declinare ab ea dextra vel sinistra, sed per mediã iter erat. ¶ 47 Et incluserunt se qui erãt in ciuitate, & obstruxerunt portas lapidibus: & misit ad eos Iudas verbis pacificis. ¶ 48 Dicẽs, Transeamus per terrã vestram, vt eamus in terram nostram: & nemo vobis nocebit, tantùm pedibus trãsibimus. Et nolebãt eis aperire. ¶ 49 Et præcepit Iudas prædicari in castris vt applicarẽt vnusquisque in quo erat loco. ¶ 50 Et applicuerunt se viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte, & tradita est ciuitas in manu eius: ¶ 51 Et peremerunt omnẽ masculum in ore gladii, & eradicauit eã, & accepit spolia eius, & trãsiuit per totam ciuitatem super interfectos. ¶ 52 Et trãsgressi sunt Iordanẽ in cãpo magno, contra faciẽ Beth-san. ¶ 53 Et erat Iudas cõgregãs extremos, & exhortabatur populum per totam viã, donec venirent in terrã Iuda: ¶ 54 Et ascenderunt in montẽ Sion cũ lætitia & gaudio, & obtulerunt holocaustã, quòd nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur in pace. ¶ 55 Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciem Ptolemaidis. ¶ 56 Audiuit Iosephus Zachariæ filĩ, & Azarias principes virtutis, res bene gestas, & prælia quæ facta sũt, ¶ 57 Et dixit, Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus Gentes

quæ in circuitu nostro sunt. ¶ 58 Et præcepit his qui erãt in exercitu suo, & abierunt Iamnia. ¶ 59 Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam illis in pugnam. ¶ 60 Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsque in fines Iudææ: & cecidérunt illo die de populo Israel ad duo millia viri, & facta est plaga magna in populo: ¶ 61 Quia non audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos. ¶ 62 Ipsi autem non erant de semine virorum illorũ per quos salus facta est in Israel. ¶ 63 Et vir Iuda & fratres eius magnificati sunt valde in conspectu omnis Israel, & Gentium omnium vbi audiebatur nomen eorum. ¶ 64 Et conuenerunt ad eos fausta acclamãtes. ¶ 65 Et exiuit Iudas & fratres eius, & expugnabant filios Esau in terra quæ ad Austrum est, & percussit Chebron, & filias eius: & muros eius & turres succendit igni in circuitu. ¶ 66 Et mouit castra, vt iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam. ¶ 67 In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum sine consilio exeunt in prælium. ¶ 68 Et declinauit Iudas in Azotũ in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & sculptilia deorum ipsorum succendit igni: & cepit spolia ciuitatum, & reuersus est in terram Iuda.

## CAP. VI.

Antiochus Elymaldem vrbem volens deprædari, à ciuibus propellitur. 8 Incidit in morbum. 16 Moritur. 17 Cõstituitur rex filius eius Antiochus Eupator. 19 Obsidio arcis Sion. 28 Antiochi Eupatoris aduentus in Iudæam cum numeroso exercitu. 42 Eleazari magnanimitas. 55 Rex fuadente Lysia init pacẽ cum Iuda. 62 Rex fœdus violat.

ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones, & audiuit esse ciuitatem Elymaidem in Persidę nobilissimam, & copiosam in argento & auro, ¶ 2 Templúmque in ea locuples valde. & illic velamina aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo qui regnauit prim in Græcia. ¶ 3 Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam, & non potuit: quoniã innotuit sermo his qui erãt in ciuitate. ¶ 4 Et insurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abiit cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniam. ¶ 5 Et venit qui nũtiaret ei in Persidę. Quia fugata fũt castra quæ erant in terra Iudæ: ¶ 6 Et quia abiit Lysias cum virtute fortẽ in primis, & fugatus est à facie Iudæorum, & sunaluerunt armis & viribus, & spoliis multis quæ ceperunt de castris quæ exciderunt: ¶ 7 Et quia diruerunt abominationem quam ædificauerant super altare quod erat in Ierusalem: & sanctificationem, sicut prius circundederunt muris excelsis: sed & Bethsuram ciuitatem suam. ¶ 8 Et factum est, vt audiuit rex sermones istos, expauit, & commotus est valde: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ tristitia, quia non factum est ei sicut cogitabat. ¶ 9 Et erat illic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. ¶ 10 Et vocauit omnes amicos suos, & dixit illis, Recessit sõnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ sollicitudine: ¶ 11 Et dixi in corde meo, In quanam tribulationẽ deuenì, & in quos fluctus tristitiæ in qua nunc sum: qui iucundus eram, & dilectus in potestate mea? ¶ 12 Nunc verò reminiscor malorum quæ feci in Ierusalem, vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea quæ erant in ea, & misi auferre habitantes Iudæam, sine causa. ¶ 13 Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. ¶ 14 Et vocauit Philippum vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnum suum: ¶ 15 Et dedit ei diadema, & stolam suam, & annulum, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret. ¶ 16 Et mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadragesimonono. ¶ 17 Et cognouit Lysias quoniam mortuus est rex, & constituit regnare Antiochum filii eius, quẽ nutrinit adolescentem: & vocauit nomen eius Eupatorem. ¶ 18 Et hi qui erãt in arce, cõcluserant Israel in circuitu Sanctorũ: & quærebant eis mala semper, & firmamentum Gentium. ¶ 19 Et cogitauit Iudas disperdere eos: & conuocauit vniuersum populum, vt obsiderent eos. ¶ 20 Et conuenerunt simul, & obsederũt eos anno centesimo quinquagesimo, & fecerunt ballistas & machinas. ¶ 21 Et exierunt quidam ex eis qui obsidebãtur: & adiunxerunt se illis aliqui impii ex Israel, ¶ 22 Et abierunt ad regẽ, & dixerunt, Quousque non facis iudicium & vindicas fratres nostros? ¶ 23 Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis eius: ¶ 24 Et filii populi nostri propter hoc alienabãt se à nobis. & quicunque inueniebãtur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates nostræ diripiebantur. ¶ 25 Et non ad nos tantum extenderunt manum, sed & in omnes fines nostros. ¶ 26 Et ecce applicuerunt hodie ad arcẽ in Ierusalẽ occupare eã, & munitionem in Bethsurã munierunt. ¶ 27 Et nisi præueneris eos velocius, maiora quàm hæc facient, & nõ poteris obtinere eos. ¶ 28 Et iratus est rex vt hæc audiuit: & cõuocauit omnes amicos suos, & principes exercitus sui, & eos qui super equites erant. ¶ 29 Sed & de regnis aliis, & de insulis maritimis venerũt ad eum exercitus cõductitii. ¶ 30 Et erat numerus exercitus eius, centũ millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo docti ad prælium. ¶ 31 Et venerunt per Idumæã, & applicuerunt ad Bethsuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & succenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter. ¶ 32 Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bethzacharam contra castra regis. ¶ 33 Et surrexit rex ante lucem, & cõcitauit exercitus in impetũ cõtra viã Bethzachariã: & cõparauerunt se exercitus in prælium, & tubis cecinerunt: ¶ 34 Et elephantis ostenderunt sanguinẽ vuæ & mori, ad acuendos eos in prælium. ¶ 35 Et diuiserunt bestias per legiones: & astiterunt singulis elephantis mille viri in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati voiecuique bestiæ electi erant. ¶ 36 Hi ante tempus vbicũque erat bestia, ibi

erant:& quocunque ibat,ibant, & non discedebant ab ea. ¶37 Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes super singulas bestias: & super eas machinæ : & super singulas,viri virtutis triginta duo,qui pugnabant de super: & intus magister bestiæ. ¶38 Et residuũ equitatum hinc & inde statuit in duas partes, tubis exercitum commouere, & perurgere constipatos in legionibus eius. ¶39 Et vt refulsit sol in clypeos aureos & æreos,resplenderũt montes ab eis,& resplenduerunt sicut lampades ignis. ¶40 Et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos,& alia per loca humilia:& ibant cautè & ordinatè. ¶41 Et commouebantur omnes inhabitantes terram à voce multitudinis eorũ,& incessu turbæ, & collisione armorũ. erat enim exercitus magnus valde & fortis. ¶42 Et appropiauit Iudas, & exercitus eius in prælium : & ceciderunt de exercitu regis sexcenti viri. ¶43 Et vidit Eleazar filius Saura,vnam de bestiis loricatam loricis regis, & erat eminens super cæteras bestias,& visũ est ei quòd in ea esset rex: ¶44 Et dedit se vt liberaret populum suũ, & acquireret sibi nomen æternum. ¶45 Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis insiciens à dextris & à sinistris,& cædebãt ab eo huc atque illuc. ¶46 Et iuit sub pedes elephantis,& suppositus se ei,& occidit eũ:& cecidit in terram super ipsum,& mortuus est illic. ¶47 Et videntes virtutem regis , & impetum exercitus eius,diuerterunt se ab eis. ¶48 Castra autem regis ascenderunt cõtra eos in Ierusalem, & applicuerunt castra regis ad Iudæam & mõtem Sion. ¶49 Et fecit pacem cum his qui erant in Beth-sura:& exierũt de ciuitate,quia non erant eis ibi alimenta cõclusũ,quia sabbatha erant terræ. ¶50 Et comprehendit rex Bethsuram: & constituit illic custodiam seruare eam. ¶51 Et conuertit castra ad locum sanctificationis dies multos:& statuit illic balistas,& machinas,& ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos,& spicula,& scorpios ad mittendas sagittas & fundibula. ¶52 Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorũ, & pugnauerũt dies multos. ¶53 Escæ autem non erant in ciuitate, eo quòd septimus annus esset:& qui remanserant in Iudæa de Gentibus,cõsumpserant reliquias eorum quæ repositæ fuerant. ¶54 Et remanserũt in Sanctis viri pauci,quoniam obtinuerat eos fames:& dispersi sunt vnusquisque in locum suum. ¶55 Et audiuit Lysias quòd Philippus quem constituerat rex Antiochus quum adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium suum, & regnaret, ¶56 Reuersus est à Perside & Media, & exercitus qui abierat cum ipso,& quia quærebat suscipere regni negotia: ¶57 Et festinauit ire, & dicere ad regẽ & duces exercitus, Deficimus quotidie, & esca nobis modica est,& locus quem obsidemus est munitus, & incũbit nobis ordinare de regno. ¶58 Nunc it aque demus dextras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem , & cum omni gente eorum: ¶59 Et constituamus illis vt ambulent in legitimis suis sicut prius. propter legitima enim ipsorum,quæ despeximus,irati sunt, & fecerunt omnia hæc. ¶60 Et placuit sermo in conspectu regis & principum: & misit ad eos pacem facere: & receperunt illam. ¶61 Et iurauit illis rex & principes:& exierunt de munitione. ¶62 Et intrauit rex montem Sion, & vidit munitionem loci:& rupit citius iuramẽtum quod iurauit,& mandauit destruere murum in gyro. ¶63 Et discessit festinanter,& reuersus est Antiochiam,& inuenit Philippum dominantem ciuitati : & pugnauit aduersus eum,& occupauit ciuitatem.

## CAP. VII.

Occisis Antiocho & Lysia Demetrius regnat. 5 Rex impiorum consilio iniitens Bacchidem & Alcimum in Iudæam , filios Israel affligit. 16 Post reditum Bacchidis & Alcimi mittit rex Nicanorem. ¶37 Oratio sacerdotũ aduersus Nicanorẽ. 39 Iudas, oratione facta, Nicanorem interficit.

ANno cẽtesimo quinquagesimoprimo exiit Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma,& ascendit cum paucis viris in ciuitatem maritimam, & regnauit illic. ¶2 Et factum est: vt ingressus est domum regni patrũ suorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lysiam, vt adducerent eos ad eum. ¶3 Et res ei innotuit : & ait, Nolite mihi ostendere faciem eorum. ¶4 Et occidit eos exercitus, & sedit Demetrius super sedem regni sui. ¶5 Et venerũt ad eum viri iniqui & impii ex Israel: & Alcimus,dux eorũ, qui volebat fieri sacerdos. ¶6 Et accusauerunt populum apud regẽ, dicentes, Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos eius , & nos dispersit de terra nostra. ¶7 Nunc ergo mitte virum cui credis,vt eat & videat exterminiũ omne quod fecit nobis,& in regionibus regis:& puniat omnes amicos eius, & adiutores eorum. ¶8 Et elegit rex ex amicis suis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno,& fidelem regi: & misit eum vt videret exterminiũ quod fecit Iudas. ¶9 Sed & Alcimum impium constituit in sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Israel. ¶10 Et surrexerunt, & venerunt cum exercitu magno in terram Iudæ:& misere nuntios,& locuti sunt ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis in dolo. ¶11 Et non intenderunt sermonibus eorũ; viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno. ¶12 Et conuenerunt ad Alcimum & Bacchidem congregatio scribarum requirere quæ iusta sunt: ¶13 Et primi,Assidæi qui erãt in filiis Israel: & exquirebant ab eis pacem. ¶14 Dixerunt enim, Nomo sacerdos de semine Aaron venit,non decipiet nos. ¶15 Et locutus est cum eis verba pacifica : & iurauit illis,dicens, Non inferemus vobis malum, neque amicis vestris. ¶16 Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis sexaginta viros,& occidit eos in vna die secundum verbum quod scriptum est, ¶17 Carnes sanctorũ tuorum, & sanguinem ipsorum effuderunt in circuitu Ierusalem,& non erat qui sepeliret. ¶18 Et incubuit timor & tremor in omnem populũ: quia dixerunt, Non est veritas & iudicium in eis:transgressi sunt enim constitutum,& iusiurandum quod iurauerunt . ¶19 Et mouit Bacchides castra ab Ierusalem , & applicuit in Bethzaetha:& misit, & comprehendit mul-

eos ex eis qui ad se refugerant, & quosdam de populo mactauit, & in puteum magnū proiecit. ¶20 Et cōmisit regionem Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi: & abiit Bacchides ad regē. ¶21 Et satis agebat Alcimus pro principatu sacerdotii sui. ¶22 Et conuenerunt ad eum omnes qui perturbabāt populum suum, & obtinuerunt terram Iuda, D & fecerunt plagam magnam in Israel. ¶23 Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus & qui cum eo erant, filiis Israel, multo plus quam Gentes. ¶24 Et exiit in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictā in viros desertores, & cessauerunt vltra exire in regionem. ¶25 Vidit autem Alcimus quōd præualuit Iudas & qui cum eo erant: & cognouit quia non potest sustinere eos, & regressus est ad regem, & accusauit eos multis criminibus. 15.2.1 ¶26 ‖Et misit rex Nicanorem, vnū ex principibus suis nobilioribus, qui erat inimicissimus exercens contra Israel: & mandauit ei exterre populum. ¶27 Et venit Nicanor in Ierusalem cum exercitu magno, & misit ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis cum dolo, ¶28 Dicens, Non sit pugna inter me & vos: veniam cum viris paucis, vt videā facies vestras cum pace. ¶29 Et: venit ad Iudam, & salutauerunt inuicem pacificē: & hostes parati erant E rapere Iudam. ¶30 Et innotuit sermo Iudæ quoniam cum dolo venerat ad eum: & cōterritus est ab eo, & amplius noluit videre faciē eius. ¶31 Et cognouit Nicanor quoniam denudatum est consilium eius: & exiuit obuiam Iudæ in pugnā iuxta Caphar salama. ¶32 Et ceciderunt de Nicanoris exercitu, ferē quinque millia viri, & fugerunt in ciuitatem Dauid.

¶33 Et post hæc verba quæ dixit Nicanor in mōtem Sion: & exierunt de sacerdotibus populi salutare eum in pace, & demonstrare ei holocaustomata quæ offerebātur pro rege. ¶34 Et irridens, spreuit eos & polluit: & locutus est superbē, ¶35 Et iurauit cum ira, dicens, Nisi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas: continuō quum regressus fuero in pace, succendam domum istam. & exiit cum ira magna. ¶36 Et intrauerunt sacerdotes, & steterunt ante faciem altaris & templi: & flentes dixerūt, ¶37 Tu Domine elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt esset domus orationis & obsecrationis populo tuo: ¶38 Fac vindictam in homine isto, & F exercitu eius, & cadant in gladio: memento blasphemiæ eorū, & ne dederis eis vt permaneant. ¶39 Et exiit Nicanor ab Ierusalem, & castra applicuit ad Beth-horon: & occurrit illi exercitus Syriæ. ¶40 Et Iudas applicuit in Adarsa cum tribus millibus virīs: & orauit Iudas, & dixit, ¶41 Qui missi erant a rege Sennacherib, Domine, quia blasphemauerunt te, exiit Angelus, & percussit ex eis cētum octogintaquinque millia: ¶42 Sic contere exercitum istū in conspectu nostro hodie, & sciant cæteri quia male locut' est super sancta tua, & iudica illum secundū malitiā illius. ¶43 Et commiserunt exercitus prælium tertiadecima die mensis Adar: & contrita sunt castra Nicanoris, & cecidit ipse primus in prælio. ¶44 Vt autem vidit exercitus eius quia corruisset Nicanor, projecerunt arma sua, & fugerūt: ¶45 Et persecuti sunt eos viam vnius diei G ab Adazer, vsquequo veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt post eos cum significationibus. ¶46 Et exierunt de omnibus castellis Iudææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & conuertebantur iterum ad eos, & cæciderūt omnes gladio, & non est relictus ex eis nec vnus. ¶47 Et acceperunt spolia eorum in prædam: & caput Nicanoris amputauerunt, & dextram eius quam extenderat superbē, & attulerunt, & suspenderunt contra Ierusalem. ¶48 Et lætatus est populus valde, & egerunt diem illam in lætitia magna. ¶49 Et constituit agi omnibus annis diem istam tertiadecima die mensis Adar. ¶50 Et siluit terra Iudæ dies pauc̄os.

C A P. VIII.

Iudas Romanorum res bene gestas considerans, pacem cum eis init. 12 Rescriptum Romanorum ad Iudæos.

ET audiuit Iudas nomen Romanōrū quia A sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia quæ postulantur ab eis, & quicunque accesserunt ad eos, statuerunt cum eis amicitias, & quia sunt potentes viribus: ¶2 Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos & duxe.unt sub tributum: ¶3 Et quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & quōd in potestatem redegerunt metalla argenti & auri quæ illic sunt, & possederunt omnem locum consilio suo & patientia: ¶4 Locaque quæ longe erāt valde ab eis, & reges qui supervenerant eis ab extremis terræ, contriuerunt, & percusserunt eos plaga magna: cæteri autem dant eis tributum omnibus annis. ¶5 Et Philippum & Persen Cetcorū regem, & cæteros qui aduersum eos arma tulerant cōtriuerunt in bello, & obtinuerunt eos. ¶6 Et Antiochum magnum regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat, habens centum viginti elephantes, & equitatum, & cursus, & exercitum magnum valde, contritum ab eis: ¶7 Et quia ceperant eum viuum, B & statuerunt ei vt daret ipse & qui regnarent post ipsum, tributum magnum, & daret obsides, & constitutum: ¶8 Et regionem Indorum, & Medos, & Lydos de optimis regionibus eorum, & acceptas eas ab eis, dederūt Eumeni regi. ¶9 Et quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire, & tollere eos: & innotuit sermo his, ¶10 Et miserunt ad eos ducem vnum, & pugnauerunt contra illos, & ceciderunt ex eis multi, & captiuas duxerunt vxores eorum, & filios, & diripuerunt eos, & terram eorum possederunt, & destruxerunt muros eorum, & in seruitutem illos redegerunt vsque in hunc diem: ¶11 Et residua regna, & insulas quæ aliquando restiterant illis, exterminauerunt, & in potestatem redegerunt.

¶12 Cum amicis autem suis, & qui in ipsis requiem habebant, conferuauerunt amicitiam, & obtinuerunt regna quæ erant proxima, & quæ erant longe: quia quicunque audiebant nomen eorum, timebant eos. ¶13 Quibus verō vellent auxilio esse vt regnarent, regnabant: quos autem vellent, regno deturbabāt: & exaltati sunt valde. ¶14 Et in omnibus istis C nemo portabat diadema, nec induebatur

purpura, vt magnificaretur in ea. ¶15 Et quia Curiam fecerunt sibi, & quotidie consulebant trecentos viginti consilium agentes semper de multitudine, vt quæ digna sunt, gerant. ¶16 Et committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ: & omnes obediunt vni, & non est invidia, neque zelus inter eos. ¶17 Et elegit Iudas Eupolemum filium Iohannis filii Iacob, & Iasonem filium Eleazari, & misit eos Romam constituere cum illis amicitiam & societatem: ¶18 Et vt auferrent ab eis iugũ Græcorum, quia viderunt quòd in seruitutẽ premerent regnum Israel. ¶19 Et abierunt Romã viam multam valde, & introierunt Curiam, & dixerunt, ¶20 Iudas Machabæus, & fratres eius, & populus Iudæorum miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem, & pacem, & conscribere nos socios & amicos vestros. ¶21 Et placuit sermo in conspectu eorum. ¶22 Et hoc rescriptum est quod rescripserũt in tabulis æreis: & miserunt in Ierusalem, vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis. ¶23 BENE SIT ROMANIS, & genti Iudæorum in mari & in terra in æternum: gladiúsque & hostis procul sit ab eis. ¶24 Quòd si inciderit bellum Romanis prius, aut omnibus sociis eorum in omni dominatione eorum: ¶25 Auxilium feret gens Iudæorum, prout tempus dictauerit, corde pleno: ¶26 Et præliantibus non dabunt, neque subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes. ¶27 Similiter autem & ũ genti Iudæorum prius acciderit bellum, adiuuabũt Romani ex animo, prout eis tempus permiserit: ¶28 Et adiuuantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum absque dolo. ¶29 Secundum hæc verba constituerunt Romani populo Iudæorum. ¶30 Quòd si post hæc verba hi aut illi addere, aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex proposito suo: & quæcunque addiderint vel dempserint, rata erunt. ¶31 Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei, dicentes, Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros, & socios Iudæos? ¶32 Si ergo iterum adierint nos aduersum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terráque.

## CAP. IX.

Nicanore mortuo, rursum mittit Demetrius Bacchidem & Alcimum contra Iudam. 18 Iudas interficitur. 24 Impii affligẽtes Iudã. 30 Ionathan fratri Iudæ substituunt Iudæi. 43 Conflictus Ionathæ & Bacchidis. 55 Alcimus paralysi dissolutus interiit. 57 Reuertus ad regem Bacchides, impiorum suasu Ionathan aggressus vincitur. 70 Fœdus Ionathæ cum Bacchide.

A Vdiuit autem Demetrius quia cecidit Nicanor & exercitus eius in prælio, apposuit & Bacchidem & Alcimum rursum mittere in Iudæam, & dextrũ cornu cũ illis. ¶1 Et abierũt viam quæ ducit in Galgala, & castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbellis: & occupauerunt eam, & peremerunt animas hominum multas. ¶2 In mense primo anni centesimi & quinquagesimi secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem: ¶3 Et surrexerunt, & abierunt in Berean viginti millia virorum, & duo millia equitum. ¶4 Et Iudas posuerat castra in Lassa, & tria millia viri electi cum eo: ¶5 Et viderunt multitudinẽ exercitus quia multi sunt, & timuerunt valde: & multi suberaxerunt se de castris, & nõ remanserunt ex eis nisi octingenti viri. ¶7 Et vidit Iudas quòd defluxit exercitus suus, & bellum perurgebat eum, & confractus est corde: quia non habebat tempus congregandi eos, & dissolutus est. ¶8 Et dixit his qui residui erant, Surgamus, & eamus ad aduersarios nostros, ũ poterimus pugnare aduersus eos. ¶9 Et auertebant eum, dicentes, Non poterimus, sed libe temus animas nostras modò, & reuertamur ad fratres nostros: & tũc pugnabimus aduersus eos: nos autem pauci sumus. ¶10 Et ait Iudas, Absit istũ item facere, vt fugiamus ab eis: & ũ appropiauit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. ¶11 Et mouit exercitus de castris, & steterunt illis obuiam: & diuisi sunt equites in duas partes, & fundibularii & sagittarii præibãt exercitum, & primi certaminis omnes potentes. ¶12 Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis: ¶13 Exclamauerunt autem & hi qui erant ex parte Iudæ etiam ipsi, & commota est terra à voce exercituum, & commissum est prælium à mane vsque ad vesperam. ¶14 Et vidit Iudas quòd firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris, & conuenerunt cum ipso omnes constantes corde: ¶15 Et contrita est dextera pars ab eis, & persecutus est eos vsque ad montem Azoti. ¶16 Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quòd contritum est dextrum cornu, & secuti sunt post Iudam & eos qui cũ ipso erant à tergo: ¶17 Et ingrauatũ est prælium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis: ¶18 Et Iudas cecidit, & cæteri fugerũt. ¶19 Et Ionathas & Simon tulerunt Iudam fratrem suum, & sepelierunt eum in sepulchro patrum suorum in ciuitate Modin. ¶20 Et fleuerunt eũ omnis populus Israel planctu magno: & lugebant dies multos, ¶21 Et dixerunt, Quomodo cecidit potẽs, qui saluum faciebat populum Israel? ¶22 Et cætera verba bellorũ Iudæ, & virtutum quas fecit, & magnitudinis eius, non sunt descripta. multa enim erãt valde. ¶23 Et factum est post obitum Iudæ emerserũt iniqui in omnibus finibus Israel, & exorti sunt omnes qui operabantur iniquitatẽ. ¶24 In diebus illis facta est fames magna valde, & tradidit se Bacchidi omnis regio eorum cum ipsis. ¶25 Et elegit Bacchides viros impios, & cõstituit eos dominos regionis: ¶26 Et exquirebant & perscrutabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & vindicabat in illos, & illudebat. ¶27 Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis non fuit ex die qua non est visus propheta in Israel. ¶28 Et congregati sunt omnes amici Iudæ, & dixerunt Ionathæ, ¶29 Ex quo frater tuus Iudas defunctus est, vt similis ei nõ est qui exeat

contra inimicos, Bacchidem, & eos qui inimici sunt gentis nostræ. ¶30 Nunc itaque te hodie eligimus esse pro eo nobis in principé & ducem ad bellandum bellum nostrum.
¶31 Et suscepit Ionathas tempore illo principatū, & surrexit loco Iudæ fratris sui. ¶32 Et cognouit Bacchides, & quærebat eum occidere. ¶33 Et cognouit Ionathas & Simon frater eius, & omnes qui cum eo erant: & fugerunt in desertum Thecuæ, & consederunt ad aquā lacus Asphar. ¶34 Et cognouit Bacchides: & die sabbathorum venit ipse & omnis exercitus eius trans Iordanem: ¶35 Et Ionathas misit fratrem suum ducem populi, & rogauit
Et Nabuthæos amicos suos, vt commodarent'il
lis apparatum suum qui erat copiosus. ¶36 Et exierunt filii Iambri ex Madaba, & comprehenderunt Iohannem & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea. ¶37 Post hæc verba, renuntiatum est Ionathæ & Simoni fratri eius, quia filii Iambri faciūt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Madaba filiam vnius de magnis principibus Chanaan cum ambitione magna. ¶38 Et recordati sūt sanguinis Iohannis fratris sui, & ascenderunt, & abscōderunt se sub tegumento montis. ¶39 Et eleuauerunt oculos suos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus, & sponsus procedit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & mulieribus, & armis multis. ¶40 Et surrexerūt ad eos ex insidiis, & occiderūt eos, & ceciderūt vulnerati multi, & reliqui fugerunt in montes: & acceperūt omnia spolia eorū. ¶41 Et cōuersæ sūt nuptiæ in luctū, & vox mulierū ipsorū in lamentum. ¶42 Et vindicauerūt vindictā sanguinis fratris sui: & reuersi sūt ad ripā Iordanis. ¶43 Et audiuit Bacchides, & venit die sabbathorū vsque ad orā Iordanis in virtute magna. ¶44 Et dixit ad suos Ionathas, surgamus, & pugnemus cōtra inimicos nostros. nō est enim hodie sicut heri, & nudiustertius. ¶45 Ecce enim bellū ex aduerso, aqua verò Iordanis hinc & inde, & ripæ, & paludes, & saltus: & non est locus diuertendi. ¶46 Nūc ergo clamate in cælū, vt liberemini de manu inimicorū vestrorū. Et cōmissum est bellū. ¶47 Et extēdit Ionathas manū sua ut percutere Bacchidē, & diuertit ab eo retro: ¶48 Et diffiluit Ionathas & qui cū eo erant in Iordané, & trā snatauerūt ad eos Iordané: ¶49 Et ceciderūt de parte Bacchidis die illa mille vir: & reuersi sunt in Ierusalem,
¶50 Et ædificauerunt ciuitates munitas in Iudæa, munitionē quæ erat in Iericho, & in Amaū, & in Beth-horon, & in Beth-el, & Thamatha, & Phara, & Thopo muris excelsis & portis & seris. ¶51 Et posuit custodiā in eis, vt inimicitias exercerent in Israel: ¶52 Et munitit ciuitatē Bethsurā, & Gazaram, & arcē, & posuit in eis auxilia, & apparatum escarum: ¶53 Et accepit filios principum regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalē in custodiā. ¶54 Et anno centesimoquinquagesimotertio, mēse secundo præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera Prophetarū: & cœpit destruere. ¶55 In tēpore illo percussus est Alcimus: & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralysi, nec vltrā potuit loqui verbum, & mandare de domo sua. ¶56 Et mortuus est Alcimus in tempore illo cū torméto magno. ¶57 Et vidit Bacchides quodiā mortuus est Alcimus: & reuersus est ad regem, & siluit terra Iuda annis duobus. ¶58 Et cogitauerunt omnes iniqui, dicentes. Ecce Ionathas & qui cum eo sunt, in silentio habitāt confidenter: nūc ergo adducamus Bacchidē, & cōprehendet eos omnes vna nocte. ¶59 Et abierunt, & cōsilium ei dederunt. ¶60 Et surrexit vt veniret cum exercitu multo: & misit occulte epistolas sociis suis qui erant in Iudæa, vt cōprehenderent Ionathā & eos qui cum eo erant: sed non potuerūt, quia innouit eis cō silium eorū. ¶61 Et apprehendit de viris regionis, qui principes erāt' militiæ' quinquaginta viros, & occidit eos. ¶62 Et secessit Ionathas, & Simō, & qui cū eo erāt in Bethbessen, quæ est in deserto: & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam. ¶63 Et cognouit Bacchides, & congregauit vniuersam multitudinem suam: & his qui de Iudæa erant denunti auit. ¶64 Et venit, & castra posuit desuper Bethbessen: & oppugnauit eam dies multos, & fecit machinas. ¶65 Et reliquit Ionathas Simonē fratrē suū in ciuitate, & exiit in regionē, & venit cum numero. ¶66 Et percussit Odarē & fratres eius, & filios Phaseron in tabernaculis ipsorum, & cœpit cædere & crescere in virtutibus. ¶67 Simon verò, & qui cum ipso erant, exierunt de ciuitate, & succenderunt machinas. ¶68 Et pugnauerunt contra Bacchidem, & contriti sunt ab eis, & affligerunt eum valde, quoniam consilii eius & congressus eius erat inanis. ¶69 Et iratus cōtra viros iniquos qui ei consilium dederant vt veniret in regionem ipsorum, multos ex eis occidit: ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem suam. ¶70 Et cognouit Ionathas: & misit ad eum legatos componere pacē cum ipso, & reddere ei captiuitatē. ¶71 Et libenter accepit, & fecit secundum verba eius, & iurauit se nihil facturum ei mali omnibus diebus vitæ eius. ¶72 Et reddidit ei captiuitatē quā prius erat prædatus de terra Iuda: & conuersus abiit in terram suam, & non apposuit amplius venire in fines eius. ¶73 Et cessauit gladius ex Israel: & habitauit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israel.

CAP. X.

Cupit Demetrius inire pactum cum Ionatha, qui id recusans, Alexandro adhæret. 48 Bellum committit Alexander cum Demetrio. 51 Demetrius interimitur. 54 A micitiam inter se statuunt Ptolemæus & Alexander. 59 Occurrés eis Ionathas, summo afficitur honore. 69 Apollonius dux exercitus Demetrii cū Ionatha cōgressus, ab eodē deuincitur.

ET anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius, qui cognomi natus est Nobilis: & occupauit Ptolemaidā, & receperunt eam, & regnauit illic. ¶2 Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum copiosum valde, & exiuit obuiam illi in prælium. ¶3 Et misit Demetrius epistolam ad Ionathan verbis pacificis, vt magnif-

malitiæ

ficaret eum: ¶ 4 Dixit enim, Anticipemus facere pacem cum eo, priusquam faciat cum Alexandro aduersum nos: ¶ 5 Recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eũ, & in fratrem eius, & in gentem eius. ¶ 6 Et dedit ei potestatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & esse in sum socium eius, & obsides qui erant in arce iussit tradi ei.

¶ 7 Et venit Ionathas in Ierusalem, & legit epistolas in auditu omnis populi & eorum qui in arce erant: ¶ 8 Et timuerũt timore magno, quoniam audierunt quòd dedit ei rex potestatem congregandi exercitum. ¶ 9 Et tradi ti sunt Ionathæ obsides, & reddidit eos parentibus suis: ¶ 10 Et habitauit Ionathas in Ierusalem, & cœpit ædificare & innouare ciuitatem. ¶ 11 Et dixit facientibus opera, vt extruerent muros, & montem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem: & ita fecerunt. ¶ 12 Et fugerunt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bacchides ædificauerat: ¶ 13 Et reliquit vnusquisque locum, & abiit in terram suã. ¶ 14 Tantùm in Bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerant Legem & præcepta Dei. erat enim hæc eis ad refugium. ¶ 15 Et audiuit Alexander rex promissa quæ promisit Demetrius Ionathæ: & partauerũt ei prælia, & virtutes quas ipse fecit, & fratres eius, & labores quos laborauerunt. ¶ 16 Et ait, Numquid inuenimus aliquẽ virum talem? Et nunc faciemus eum amicum & socium nostrum. ¶ 17 Et scripsit epistolã, & misit ei secundum hæc verba, dicens,

¶ 18 ℟ Alexander fratri Ionathæ salutem. ¶ 19 Audiuimus de te quòd vir potens sis virib⁹, & aptus es vt sis amicus noster: ¶ 20 Et nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ, vt amicus voceris regis & misit ei purpuram, & coronã auream) & quæ nostra sunt sentias nobiscum, & conserues amicitias ad nos. ¶ 21 Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense, anno centesimo sexagesimo in die solenni scenopegiæ: & cõgregauit exercitum, & fecit arma copiosa.

¶ 22 Et audiuit Demetrius verba ista, & contristatus est nimis, & ait, ¶ 23 Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudæorum ad munimen sui? ¶ 24 Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona: vt sint mecum in adiutorium. ¶ 25 Et scripsit eis in hæc verba, ℟ Demetrius genti Iudæorum salutem. ¶ 26 Quoniam seruastis ad nos pactum, & manstistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros, audiuimus, & gauisi sumus. ¶ 27 Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ fecistis nobiscum.

¶ 28 Et remittemus vobis præstationes multas, & dabimus vobis donationes: ¶ 29 Et nũc absoluo vos & omnes Iudæos à tributis, & prætia salis indulgeo, & coronas remitto, & tertias semiuis: ¶ 30 Et dimidiam partem fructus ligni quod est portionis meæ, relinquo vobis ex: hodierno die & deinceps, ne accipiatur à terra Iuda & à tribus ciuitatibus quæ additæ sunt illi ex Samaria & Galilæa ex hodierno die & in totum tempus. ¶ 31 Et Ierusalem sit sancta & liberа cum finibus suis,: & decimæ & tributa, ipsius sint. ¶ 32 Remitto etiam potestatem arcis quæ est in Ierusalem: & do eam summo sacerdoti, vt constituat in ea viros quoscunque ipse elegerit, qui custodiant eam. ¶ 33 Et omnem animam Iudæorum, quæ captiua est à terra Iuda in omni regno meo, relinquo liberam gratis, vt omnes à tributis soluãtur, etiam pecorum suorum. ¶ 34 Et omnes dies solennes, & sabbatha, & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante diem solennem, & tres dies post diem solennem sint omnes immunitatis & remissionis omnibus Iudæis qui sũt in regno meo: ¶ 35 Et nemo habebit potestatem agere aliquid, & mouere negotia aduersus aliquem illorum in omni causa. ¶ 36 Et scribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta millia virorum, & dabuntur illis copiæ vt oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni: ¶ 37 Et ex his constituentur super negotia regni quæ agũtur ex fide & principes sint ex eis, & ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iuda. ¶ 38 Et tres ciuitates quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ, cum Iudæa reputentur: vt sint sub vno, & non obediant alterę potestati, nisi summo sacerdoti.

¶ 39 Ptolemaida & confines eius, quas dedi donum sanctis qui sunt in Ierusalem ad necessarios sumptus sanctorũ. ¶ 40 Et ego dabo singulis annis quindecim millia siclorũ argenti de rationibus regis, quæ me continguntː ¶ 41 Et omne quod reliquũ fuerit, quod non reddiderant qui super negotia erant annis prioribus, ex hoc dabũt in opera domus. ¶ 42 Et super hæc quinque millia siclorũ argenti, quæ accipiebãt de sanctorum ratione per singulos annos: & hæc ad sacerdotes pertineant, qui ministerio funguntur. ¶ 43 Et quicunque cõfugerint in templum quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxli regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa, quæ sunt eis in regno meo, libera habeant. ¶ 44 Et ad ædificanda vel restauranda opera sanctorum sumptus dabuntur de ratione regis. ¶ 45 Et ad extruendos muros in Ierusalem & cõmuniendos in circuitu, sumptus dabuntur de ratione regis, & ad cõstruendos muros in Iudæa. ¶ 46 Vt audiuit autẽ Ionathas & populus sermones istos, non credierunt eis, nec receperunt eos: quia recordati sunt malitiæ magnæ quam fecerat in Israel, & tribulauerat eos valde. ¶ 47 Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis, & ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. ¶ 48 Et congregauit rex Alexander exercitum magnum, & admouit castra contra Demetrium. ¶ 49 Et commiserunt præsium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, & insecutus est eum Alexander, & incubuit super eos. ¶ 50 Et inualuit præsium nimis, donec occidit sol: & cecidit Demetrius in die illa. ¶ 51 Et misit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos secundũ hæc verba, dicẽs, ¶ 52 QVONIAM E regressus sum in regnum meum, & sedi in sede patrum meorum, & obtinui principatum,

& contrilui Demetrium, & possedi regionem nostram, ¶53 Et commisi pugnam cum eo, & contritus est ipse, & castra eius à nobis, & sedemus in sede regni eius: ¶54 Et nunc statuamus adiuuicem amicitiam: & da mihi filiã tuam vxorem, & ego ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipsi dignitatem. ¶55 Et respõdit rex Ptolemæus, dicens, ¶OS QIE dies in qua reuersus es ad terram patrum tuorum, & sedisti in sede regni eorum. ¶56 Et nunc facã tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidam, vt videamur inuicem nos, & spõdeam tibi sicut dixisti. ¶57 Et exiuit Ptolemæus de AEgypto, ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centesimo sexagesimosecundo. ¶58 Et occurrit ei Alexãder rex, & dedit ei Cleopatram filiam suã: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ, sicut reges, in magna gloria. ¶59 Et scripsit rex Alexander Ionathæ, vt veniret obuiam sibi. ¶60 Et abiit cum gloria Ptolemaidam: & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum multum, & aurum, & dona: & inuenit gratiã in conspectu eorum. ¶61 Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israel, viri iniqui interpellantes aduersus eum: & non intendit ad eos rex. ¶62 Et iussit spoliari Ionathan vestibus suis, & indui eum purpura: & ita fecerunt. Et collocauit eum rex sedere secum. ¶63 Dixitque principibus suis, Exite cũ eo in medium ciuitatis, & prædicate vt nemo aduersus eum interpellet de vllo negotio, nec quisquam ei molestus sit de vlla ratione. ¶64 Et factum est vt viderunt qui interpellabant gloriam eius quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes: ¶65 Et magnificauit eum rex, & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducem, & participem principatus. ¶66 Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum pace & lætitia. ¶67 In anno centesimo sexagesimoquinto, venit Demetrius filius Demetrii à Creta in terram patrum suorum. ¶68 Et audiuit Alexander rex, & contristatus est valde, & reuersus est Antiochiã. ¶69 Et constituit Demetrius rex Apollonii ducem, qui præerat Cœlesyriæ: & congregauit exercitum magnum, & accessit ad Iamniam: & misit ad Ionathan summum sacerdotem, ¶70 Dicens, Tu solus resistis nobis: ego autem factus sum in derisum & in opprobrium, propterea quia tu potestatem aduersum nos exerces in montibus. ¶71 Nunc ergo si confidis in virtutibus tuis, descende ad nos in campum, & comparemus illic inuicem: quia mecum est virtus bellorum. ¶72 Interroga & disce quis sum ego & cæteri qui auxilio sunt mihi, qui & dicunt quia non potest stare pes vester ante faciem nostram, quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terra sua: ¶73 Et nunc quomodo poteris sustinere equitatum & exercitum tantum in campo, vbi non est lapis, neque saxũ, neque locus fugiendi? ¶74 Vt audiuit autem Ionathas sermones Apollonii, motus est animo: & elegit decem millia virorum, & exiit ab Ierusalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutorium: ¶75 Et applicuerunt castra in Ioppen, & exclusit eum à ciuitate: quia custodia Apollonii Ioppe erat, & oppugnauit eam. ¶76 Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerũt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. ¶77 Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum, & exercitum multum. ¶78 Et abiit Azotum tanquam iter faciens, & statim exiit in campum: eo quòd haberet multitudinem equitum, & confideret in eis. Et insecutus est eum Ionathas in Azotum, & commiserunt prælium. ¶79 Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occulte. ¶80 Et cognouit Ionathas quoniam insidiæ sunt post se, & circuierunt castra eius, & fecerunt iacula in populum à mane vsque ad vesperam. ¶81 Populus autem stabat, sicut præceperat Ionathas: & laborauerunt equi eorum. ¶82 Et eiecit Simon exercitum suum, & commisit contra legionem (equites enim fatigati erant) & cõtriti sunt ab eo, & fugerunt. ¶83 Et qui disperśi sunt per campum, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Bethdagon idõlum suum, vt ibi se liberarent. ¶84 Et succendit Ionathas Azotũ, & ciuitates quæ erant in circuitu eius, & accepit spolia eorum, & templum Dagon: & omnes qui fugerunt in illud, succendit igni. ¶85 Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui succensi sunt, ferè octo millia virorũ. ¶86 Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonem: & exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria. ¶87 Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum suis, habentibus spolia multa. ¶88 Et factum est: vt audiuit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionathan. ¶89 Et misit ei fibulam auteam, sicut consuetudo est dari cognatis regum: & dedit ei Accaron & omnes fines eius in possessionem.

## CAP. XI.

Dissidium inter Ptolemæum & Alexandrum generum suum. 11 Ptolemæo mortuo regnat Demetrius, 12 Qui cum Ionatha fœdẽ confirmans, Iudææ liberã permittit. 38 Videns Demetrius omnia pacata, dimittit exercitũ. In ipsum suscitat Tryphon Antiochum Alexandri filium. 44 Per Ionathã liberatur. 52 Liberatus Demetrius ictum fœdus violat. 54 Tandem expulso Demetrio regnat Antioch⁹. 60 Bellũ Ionathæ aduersus alienigenas.

ET rex AEgypti congregauit exercitum, sicut arenam quæ est circa oram maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnũ Alexandri dolo, & addere illud regno suo. ¶2 Et exiit in Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mandauerat Alexãder rex exire ei obuiam, eo quòd socer suus esset. ¶3 Quum autem introiret ciuitatem Ptolemæus, ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus. ¶4 Et vt appropiauit Azoto, ostenderunt ei templũ Dagõ succensum igni, & Azotum, & cætera eius demolita, & corpora prolecta, & eorum qui exsi erant in bello tumulos quos fecerãt secus viam. ¶5 Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas, vt inuidiam faceret ei: & tacuit rex. ¶6 Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, & inuicem se salutauerunt, & dormierunt illic. ¶7 Et abiit Ionathas cũ

rege vſque ad fluuiũ qui vocabatur Eleutherus: & reuerſus eſt in Ieruſalem. ¶8 Rex autẽ Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatũ vſque Seleuciam maritimam, & cogitabat in Alexandrum conſilia mala. ¶9 Et miſit legatos ad Demetrium, dicens, ¶ R N I, componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui. ¶10 Pœnitet enim me quòd dederim illi filiam meam: quæſiuit enim me occidere. ¶11 Et vituperauit eum, propterea quòd concupiſcat regnum eius. ¶12 Et abſtulit filiam ſuam, & dedit eam Demetrio, & alienauit ſe ab Alexãdro, & manifeſtatæ ſunt inimicitiæ eius. ¶13 Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & impoſuit duo diademata capiti ſuo, AEgypti & Aſiæ. ¶14 Alexander autem rex erat in Cilicia, illis temporibus: quia rebellabant qui erant in locis illis. ¶15 Et audiuit Alexander, & venit ad eum in bellum: & produxit Ptolemæus rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eum.

¶16 Et fugit Alexander in Arabiã, vt ibi protegeretur: rex autem Ptolemæus exaltatus eſt. ¶17 Et abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri, & miſit Ptolemæo. ¶18 Et rex Ptolemæus mortuus eſt in die tertia: & qui erant in munitionibus, perierunt ab his qui erant intra caſtra. ¶19 Et regnauit Demetrius anno centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo. ¶20 In diebus illis congregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarent arcem quæ eſt in Ieruſalem: & fecerunt contra eam machinas multas. ¶21 Et abierunt quidam qui oderant gentem ſuam viri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiauerunt ei quòd Ionathas obſideret arcem. ¶22 Et vt audiuit, iratus eſt: & ſtatim venit ad Ptolemaidam, & ſcripſit Ionathæ ne obſideret arcem, ſed occurreret ſibi ad colloquium feſtinato. ¶23 Vt audiuit autem Ionathas, iuſſit obſidere: & elegit de ſenioribus Iſrael, & de ſacerdotibus, & dedit ſe periculo. ¶24 Et accepit aurum & argentum, & veſtem, & alia xenia multa, & ablit ad regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in conſpectu eius. ¶25 Et interpellabãt aduerſus eum quidam iniqui ex gente ſua.

¶26 Et fecit ei rex ſicut fecerant ei qui ante eum fuerant: & exaltauit eum in conſpectu omnium amicorum ſuorum, ¶27 Et ſtatuit ei principatum ſacerdotij, & quæcunque alia habuit prius pretioſa, & fecit eum principẽ amicorum. ¶28 Et poſtulauit Ionathas à rege vt immunem faceret Iudæam, & tres toparchias, & Samariam, & confines eius: & promiſit ei talenta trecẽta. ¶29 Et conſenſit rex: & ſcripſit Ionathæ epiſtolas de his omnibus, hunc modum continentes, ¶30 R E X Demetrius fratri Ionathæ, ſalutem & genti Iudæorum. ¶31 Exemplum epiſtolæ, quam ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro de vobis, miſimus ad vos vt ſciretis. ¶32 Rex Demetrius Laſtheni parenti ſalutem. ¶33 Genti Iudæorum amicis noſtris, & conſeruantibus quæ iuſta ſunt apud nos, decreuimus beneficere, propter benignitatem ipſorum quam erga nos habent. ¶34 Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates, Lydiam & Ramatham, quæ additæ ſunt Iudææ ex Samaria, & omnes confines earum ſequeſtrari omnibus ſacrificantibus in teroſolymis pro his quæ ab eis prius accipiebat rex per ſingulos annos, & pro fructibus terræ & pomorũ. ¶35 Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis: & areas ſalinarum, & coronas quæ nobis deferebantur. ¶36 Omnia ipſis concedimus. & nihil horum irritum erit ex hoc & in omne tempus: ¶37 Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Ionathæ, & ponatur in monte ſancto, & in loco celebri. ¶38 Et videns Demetrius rex quòd ſiluit terra in conſpectu ſuo, & nihil ei reſiſtit, & dimiſit totum exercitum ſuum, vnumquemque in locum ſuum, excepto peregrino exercitu quem congregauerat ab inſulis Gentium: & inimicitiæ omnes exercitus patrũ eius. ¶39 Tryphon autem erat quidam partium Alexandri prius: & vidit quoniam omnis exercitus murmurauit contra Demetrium, & iuſit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri: ¶40 Et aſſidebat ei, vt traderet eum ipſũ, vt regnaret loco patris ſui: & enuntiauit ei quãta fecit Demetrius, & inimicitias exercituum eius aduerſus illũ. Et manſit ibi diebus multis, ¶41 Et miſit Ionathas ad Demetrium regem vt eliceret eos qui in arce erant in Ieruſalem, & qui in præſidiis erant: quia impugnabant Iſrael. ¶42 Et miſit Demetrius ad Ionathan, dicens, Non hæc tantùm faciam tibi & genti tuæ, ſed gloria illuſtrabo te & gentem tuam quãm fuerit opportunum. ¶43 Nunc ergo recte feceris, ſi miſeris in auxilium mihi viros: quia diſceſſit omnis exercitus meus. ¶44 Et miſit ei Ionathas tria millia virorum fortium Antiochiam: & venerunt ad regem, & delectatus eſt rex in aduentu eorum. ¶45 Et congregati ſunt qui erãt de ciuitate, centum viginti millia virorum, & volebant interficere regem. ¶46 Et fugit rex in aulam: & occupauerunt qui erant de ciuitate, itinera ciuitatis, & cœperũt pugnare. ¶47 Et vocauit rex Iudæos in auxilium, & congregati ſunt omnes ſimul ad eum, & diſperſi ſunt omnes per ciuitatem:

¶48 Et occiderunt in illa die centum millia hominum, & ſuccenderunt ciuitatem, & ceperunt ſpolia multa in die illa, & liberauerunt regem. ¶49 Et viderunt qui erant de ciuitate quòd obtinuiſſent Iudæi ciuitatem ſicut volebant: & infirmati ſunt mente ſua, & clamauerunt ad regem cum precibus, ¶50 Da cẽtes, Da nobis dextras, & ceſſent Iudæi oppugnare nos & ciuitatem. ¶51 Et proiecerũt arma ſua, & fecerunt pacem: & glorificati ſunt Iudæi in conſpectu regis & in conſpectu omnium qui erant in regno eius, & nominati ſunt in regno: & regreſſi ſunt in Ieruſalem habentes ſpolia multa. ¶52 Et ſedit Demetrius rex in ſede regni ſui: & ſiluit terra in conſpectu eius. ¶53 Et mentitus eſt omnia quæcunque dixit, & abalienauit ſe à Ionatha, & non retribuit ſecundum beneficia quæ ſibi tribuerat, & vexabat eum valde. ¶54 Poſt hæc autem reuerſus eſt Tryphõ. & Antiochus cũ eo puer adoleſcẽs: & regnauit,

*ſexageſimo ſeptimo.

& imposuit sibi diadema. ¶ 55 Et congregati sunt ad eum omnes exercitus qui dispersérat Demetrius, & pugnauerunt contra eum: & fugit, & terga vertit. ¶ 56 Et accepit Tryphon bestias, & obtinuit Antiochiam: ¶ 57 Et scripsit Antiochus adolescens Ionathæ, dicens, Constituo tibi sacerdotium, & cõstituo te super quatuor ciuitates, vt sis de amicis regis. ¶ 58 Et misit illi vasa aurea in ministeriũ, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream: ¶ 59 Et Simõnem fratrem eius cõstituit ducem a termino Tyri vsque ad fines Aegypti. ¶ 60 Et exiit Ionathas, & perambulabat trans flumen ciuitates: & cõgregatus est ad eũ omnis exercitus Syriæ in auxilium, & venit Ascalonem, & occurrerũt ei honorifice de ciuitate. ¶ 61 Et abiit inde Gazam: & conclusérunt se qui erant Gazæ, & obsedit eam, & succendit quæ erant in circuitu ciuitatis, & prædatus est eam. ¶ 62 Et rogauerunt Gazenses Ionathan, & dedit illis dextram: & accepit filios eorum obsides, & misit illos in Ierusalem: & perambulauit regionem vsque Damascum. ¶ 63 Et audiuit Ionathas quòd præuaricati sũt principes Demetrii in Cades quæ est in Galilæa cum exercitu multo, volentes eum remouere a negotio regni: ¶ 64 Et occurrit illis: frater autem suum Simõnem reliquit intra prouinciam. ¶ 65 Et applicuit Simon ad Bethsuram, & expugnabat eam diebus multis, & conclusit eos. ¶ 66 Et postulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: & efecit eos inde, & cepit ciuitatem, & posuit in ea præsidiũ. ¶ 67 Et Ionathas & castra eius applicuerunt ad aquam Genesar, & ante lucem vigilauerunt in campo Asor: ¶ 68 Et ecce castra alienigenarũ occurrebant in campo, & tendebant ei insidias in montibus: ipse autem occurrit ex aduerso. ¶ 69 Insidiæ verò exurrexerunt de locis suis, & commiserunt prælium. ¶ 70 Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ, omnes: & nemo relictus est ex eis, nisi Mathathias filius Absalomi, & Iudas filij Calphi princeps militiæ exercitus. ¶ 71 Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit. ¶ 72 Et reuersus est Ionathas ad eos in prælium, & conuertit eos in fugam, & pugnauerunt. ¶ 73 Et viderunt qui fugiebãt partis illius, & reuersi sunt ad eum, & insequebantur cum eo omnes vsque Cades ad castra sua, & peruenerunt vsque illuc. ¶ 74 Et ceciderũt de alienigenis *In die illa* tria millia virorum: & reuersus *est* Ionathas in Ierusalẽ.

## CAP. XII.

Confirmandi fœderis gratia, *legatos* Romam & ad Spartiatas mittit Ionathas. 24 Fugat Ionathas principes Demetrii. 29 Ionathan dolo circumuentum comprehẽdit Tryphon.

ET vidit Ionathas quia tẽpus eum iuuat, & elegit viros, & misit eos Romã stattuere & renouare cum eis amicitiam: ¶ 2 Et ad Spartiatas, & ad alia loca misit epistolas secundum eandem formam. ¶ 3 Et abierunt Romam, & intrauerunt curiam, & dixerunt, Ionathas summus sacerdos, & gens Iudæorum miserunt nos, vt renouaremus amicitiam & societatem secundum pristinum. ¶ 4 Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt deducerent eos in terram Iuda cum pace. ¶ 5 Et hoc est exemplum epistolarum, quas scripsit Ionathas Spartiatis, ¶ 6 IONATHAS summus sacerdos, & seniores gentis, & sacerdotes, & reliquus populus Iudæorum, Spartiatis fratribus salutem. ¶ 7 Iampridem missæ erant epistolæ ad Oniam summũ sacerdotem a Dario qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres nostri, sicut scriptum continet quod subiectum est. ¶ 8 Et suscepit Onias virum qui missus fuerat, cum honore: & accepit epistolas, in quibus significabatur de societate & amicitia. ¶ 9 Nos enim quum nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris, ¶ 10 maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem & amicitiam, ne forte alieni efficiamur a vobis: multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos. ¶ 11 Nos ergo in omni tempore sine intermissione in diebus solennibus, & cæteris quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificiis quæ offerimus, & in obseruationibus, sicut fas est & decet meminisse fratrum. ¶ 12 Lætamur itaque de gloria vestra. ¶ 13 Nos autem circumdederunt multæ tribulationes, & multa prælia, & impugnauerunt nos reges qui sunt in circuitu nostro: ¶ 14 Noluimus ergo vobis molesti esse, neque cæteris sociis, & amicis nostris in his prælijs. ¶ 15 Habuimus enim de cælo auxilium, & liberati sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri. ¶ 16 Elegimus itaque Numenium Antiochi `filium,' & Antipatrem Iasonis `filium,' & misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & societatem pristinam. ¶ 17 Mandauimus itaque eis vt venirent etiam ad vos, & salutent vos, & reddant vobis epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostræ. ¶ 18 Et nunc bene facietis respondentes nobis ad hæc.

¶ 19 Et hoc exemplum est epistolarum, quod misit Onias, ¶ 20 REX Spartiatarum Onias, Ionathæ sacerdoti magno salutem. miseratq;

¶ 21 Inuentum est in scriptura de Spartiatis & Iudæis quoniam sunt fratres, & quòd sunt de genere Abraham. ¶ 22 Et nunc ex quo hæc cognouimus, benefacitis scribentes nobis de pace vestra. ¶ 23 Sed & nos rescripsimus vobis, Pecora nostra, & possessiones nostræ, vestræ sunt: & vestræ, nostræ. mandauimus itaque hæc nuntiari vobis. ¶ 24 Et audiuit Ionathas quoniam regressi sunt principes Demetrii cum exercitu multo suprà quàm prius, pugnare aduersus eum: ¶ 25 Et exiit ab Ierusalem, & occurrit eis in Amathi te regione: non enim dederat eis spatium vt ingrederẽtur regionem eius. ¶ 26 Et misit speculatores in castra eorum: & reuersi renuntiauerunt quòd constituunt superuenire illis nocte. ¶ 27 Quum occidisset autẽ sol, præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte, & posuit custodes per circuitum castrorum. ¶ 28 Et audierũt aduersarii quòd paratus est Ionathas cũ suis in bello: & timuerunt & formidauerunt in corde suo, & accenderunt focos in ca-

stris suis. ¶29 Ionathas autem & qui cum eo erant, non cognouerūt vsque mane: videbāt autem luminaria ardentia. ¶30 Et secutus est eos Ionathas, & non cōprehendit eos: *transierunt enim flumen Eleutherū. ¶31 Et diuertit Ionathas ad Arabas, qui vocabantur Zabadæi: & percussit eos, & accepit spolia eorū. ¶32 Et iunxit, & venit Damascum, & perambulabat omnem regionem illam. ¶33 Simon autem exiit, & venit vsque ad Ascalonem, & ad proxima præsidia: & declinauit in Ioppē, & occupauit eam. ¶34 (Audiuit enim quòd vellēt præsidium tradere partibus Demetrii) & posuit ibi custodes, vt custodirēt eā. ¶35 Et reuersus est Ionathas: & conuocauit seniores populi, & cogitauit cū eis ædificare præsidia in Iudæa. ¶36 Et ædificare muros in Ierusalem, & exaltare altitudine magna inter medium arcis & ciuitatis, vt separaret eam à ciuitate, vt esset ipsa singulariter, & neque emant, neque vendant. ¶37 Et conuenerunt vt ædificarent ciuitatem: & cecidit murus qui erat super torrentem ab Ortu solis, & reparauit eum qui vocatur Capheretha: ¶38 Et Simon ædificauit Adiada in Sephela, & munivit eā, & imposuit portas & seras. ¶39 Et quū cogitasset Tryphon regnare Asiæ, & assumere diadema, & extendere manum in Antiochum regem: ¶40 Timens ne forte non permitteret eum Ionathas, sed pugnaret aduersus eum, quærebat comprehendere eum, & occidere. Et exurgēs abiit in Bethsan. ¶41 Et exiuit Ionathas obuiam illi cum quadraginta millibus virorum electorum in præliū, & venit Bethsan. ¶42 Et vidit Tryphō quia venit Ionathas cum exercitu multo, vt extenderet in eum manus: & timuit. ¶43 Et excepit eum cum honore, & commendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus suis vt obedirēt ei sicut sibi. ¶44 Et dixit Ionathæ, vt quid vexasti vniuersum populū, quum bellum nobis non sit? ¶45 Et nunc remitte eos in domos suas: elige autē tibi viros paucos qui tecum sint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præsidia & exercitum & vniuersos præpositos negotii, & conuersus abibo: propterea enim veni. ¶46 Et credidit ei, & fecit sicut dixit: & dimisit exercitum, & abiecūt in terram Iuda. ¶47 Et retinuit autem secum tria millia virorum: ex quibus remisit in Galilæam duo millia, mille autem venerunt cū eo. ¶48 Vt autem intrauit Ptolemaidam Ionathas, clauserunt portas ciuitatis Ptolemēses: & comprehenderūt eum: & omnes qui cū eo intrauerant, gladio interfecerunt. ¶49 Et misit Tryphon exercitum & equites in Galilæam, & in campum magnum, vt perderent omnes socios Ionathæ. ¶50 At illi quum cognouissent quia comprehensus est Ionathas, & periit, & omnes qui cum eo erant: hortati sunt semetipsos, & exierūt parati in præliū. ¶51 Et videntes hi qui insequuti fuerant, quia pro anima res est illis, reuersi sunt: ¶52 Illi autem venerunt omnes cum pace in terram Iuda, & planxerunt Ionathan, & eos qui cū ipso erāt valde: & luxit Israel luctu magno. ¶53 Et quæsierunt omnes Gentes quæ erant in circuitu eorum, conterere eos. ¶54 Dixerunt enim, Non habent principem & adiuuantem: nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

## CAP. XIII.

Capto Ionatha Simon dux eligitur, à quo Tryphon pro Ionathæ redemptione libertos eius & argentum accipiens, ipsum cum liberis interimit. 25 Sepulchrum Ionathæ. 31 Occiso Antiocho regnum occupat Tryphon. 36 Pacem fuit Demetrius cum Simone. 42 Simon Gazam expugnat. 49 Arcem Sion occupat. 54 Iohannem filium ducem constituit.

ET audiuit Simon quòd congregauit Tryphon exercitum copiosum, vt veniret in terram Iuda, & atteraret eam. ¶2 Videns quia in tremore populus est & in timore, ascendit Ierusalem, & congregauit populū: ¶3 Et adhortans dixit, Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus & pro sanctis prælia, & angustias quas vidimus: ¶4 Horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel, & relictus sū ego solus. ¶5 Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis. ¶6 Vindicabo itaque gentem meam, & sanctā, natos quoque nostros, & vxores: quia congregatæ sunt vniuersæ Gentes conterere nos inimicitiæ gratia. ¶7 Et accensus est spiritus populi simul vt audiuit sermones istos: ¶8 Et responderunt voce magna dicentes, Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathæ fratris tui. ¶9 Pugna præliū nostrū: & omnia quæcunque dixeris nobis, faciemus. ¶10 Et cōgregans omnes viros bellatores, accelerauit cōsummare vniuersos muros Ierusalem, & munivit eam in gyro. ¶11 Et misit Ionathan filiū Absalomi, & cum eo exercitū nouum in Ioppen, & electis eis qui erant in arce, remansit illic ipse. ¶12 Et mouit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo, vt veniret in terram Iuda, & Ionathas cum eo in custodia: ¶13 Simon autem applicuit in Addus contra faciē campi. ¶14 Et vt cognouit Tryphon quia fuit exit Simon loco fratris sui Ionathæ: & quia commissurus esset cum eo prælium, misit ad eum legatos, ¶15 Dicēs, Pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis, propter negotia quæ habuit, detinuimus eū. ¶16 Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios eius obsides (vt non dimissus fugiat à nobis) & remittemus eū. ¶17 Et cognouit Simon quia cum dolo loqueretur secum, iussit tamen dari argentum, & pueros: ne inimicitiam magnam sumeret ad populum Israel, ¶18 Dicentem, Quia non misit ei argentum & pueros, propterea periit. ¶19 Et misit pueros, & centum talenta: & mentitus est, & non dimisit Ionathan. ¶20 Et post hæc venit Tryphon intra regionem, vt contereret eā: & gyrauerūt per viam quæ ducit Ador, & Sidon & castra eius ambulabant in omnem locum quocunque ibant. ¶21 Qui autem in arce erant, miserunt ad Tryphonem legatos, vt festinaret venire per desertum, & mitteret illis alimonias. ¶22 Et parauit Tryphon omnem equitatum, vt veniret illa nocte: erat

*transierant

antem nix multa valde,& nō venit in Galaaditim. ¶12 Et quum appropinquasset Bascamā,occidit Ionathā,& filios eius illic. ¶24 Et cōuertit Tryphon,& abiit in terrā suā. ¶25 Et misit Simon, & accepit ossa Ionathæ fratris sui,& sepeliuit ea in Modin ciuitate patrum eius. ¶26 Et planxerunt eū omnis Israel plāctu magno,& luxerūt eū dies multos. ¶27 Et ædificauit Simon super sepulchrū patris sui & fratrum suorū ædificium altum visu,lapide polito retrō & antè: ¶28 Et statuit septem pyramidas, vnam contra vnam patri & matri,& quatuor fratribus: ¶29 Et his circumposuit columnas magnas:& super columnas arma,ad memoriam æternā:& iuxta arma naues sculptas , quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare. ¶30 Hoc est sepulchrum quod fecit in Modin vsque in hunc diem.

¶31 Tryphon autem quum iter faceret cum Antiocho rege adolescente, dolo occidit eū. ¶32 Et regnauit loco eius,& imposuit sibi diadema Asiæ,& fecit plagam magnā in terra. ¶33 Et ædificauit Simon præsidia Iudææ,muniens ea turribus excelsis,& muris magnis,& portis, & seris : & posuit alimenta in munitionibus. ¶34 Et elegit Simon viros , & misit ad Demetrium regem vt faceret remissionē regioni:quia actus omnes Tryphonis per direptionē fuerant gesti. ¶35 Et Demetrius rex ad verba ista respondit ei,& scripsit epistolā talem,¶36 R ❀ X Demetrius Simōni summo sacerdoti & amico regū,& senioribus, & gēti Iudæorum salutem. ¶37 Coronam auream, & bahem quam misistis,suscepimus:& parati sumus facere vobiscum pacem magnam,& scribere præpositis regis remittere vobis quæ indulsimus. ¶38 Quæcunque enim constituimus,vobis constant. Munitiones quas ædificastis,vobis sint. ¶39 Remittimus quoque ignorantias , & peccata vsque in hodiernum diem, & coronā quam debebatis: & siquid aliud erat tributarium in Ierusalē, iam nō sit tributarium. ¶40 Et siqui ex vobis apti sunt conscribi inter nostros,conscribantur, & ut inter nos pax.¶41 Anno centesimo septuagesimo ablatum est iugum Gentium ab Israel.

¶42 Et cœpit populus Israel scribere in tabulis & gestis publicis , anno primo sub Simōne summo sacerdote , magno duce, & principe Iudæorum.¶43 In diebus illis applicuit Simon ad Gazam,& circundedit eam castris: & fecit machinas & applicuit ad ciuitatē , & percussit turrē vnam,& comprehendit eam. ¶44 Et eruperunt qui erant intra machinā, in ciuitatē : & factus est motus magnus in ciuitate. ¶45 Et ascēderunt qui erant in ciuitate cū vxoribus & filiis supra murū sciffis tunicis suis,& clamauerūt voce magna, postulantes à Simōne dextras sibi dari. ¶46 Et dixerūt, Non nobis reddas secundū malitias nostras, sed secundū misericordias tuas: & seruiemus tibi.' ¶47 Et flexus Simō non debellauit eos: eiecit tamen eos de ciuitate, & mūdauit ædes in quibus fuerāt simulachra,& tunc intrauit in eam cum hymnis benedicens Dominum:

¶48 Et electa ab ea omni immunditia,collocauit in ea viros qui legem facerent:& munuit eam,& fecit sibi habitationē. ¶49 Qui autem erant in arce Ierusalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem, & emere & vendere:& esurierunt valde,& multi ex eis fame perierunt, ¶50 Et clamauerunt ad Simōnem vt dextras acciperet,& dedit illis:& eiecit eos inde,& mundauit arcē à cōtaminationibus, ¶51 Et intrauerunt in eam tertia & viceſima die secundi mensis , anno centesimo septuagesimoprimo , cum laude & ramis palmarū,& citharis,& cimbalis,& psalteriis,& hymnis,& canticis, quia contritus est inimicus magnus ex Israel. ¶52 Et constituit vt omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia. ¶53 Et munīuit montem templi,qui erat secus arcem,& habitauit ibi ipse, & qui cum eo erant. ¶54 Et vidit Simon Iohannem filiū suum,quōd fortis' vir prælii esset:& posuit eum ducem virtutum vniuersarum, & habitauit in Gazaris.

## CAP. XIIII.

Demetrius ab Arsace deuincitur. 4 Simone duce summa in Israele quies. 16 Renouatur fœdus cum Spartiatis & Romanis.

ANno centesimo septuagesimo secūdo cōgregauit rex Demetrius exercitū suum, & abiit in Mediam ad contrahenda sibi auxilia,vt expugnaret Tryphonem. ¶2 Et audiuit Arsaces rex Persidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius cōfines suos, & misit vnū de principibus suis, vt comprehenderet eum viuum. ¶3 Et abiit,& percussit castra Demetrii:& cōprehendit eum, & duxit eum ad Arsacem,& posuit eum in custodiam. ¶4 Et siluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simōnis, & quæsiuit bona genti suæ,& placuit illis potestas eius & gloria eius omnibus diebus. ¶5 Et cum omni gloria sua accepit Ioppen in portum, & fecit introitum in insulis maris. ¶6 Et dilatauit fines gentis suæ, & obtinuit regionē. ¶7 Et congregauit captiuitatem multam, & dominatus est Gazaræ & Beth suræ, & arcis:& abstulit immunditias ex ea , & non erat qui resisteret ei. ¶8 Et vnusquisque colebat terrā suam cum pace : & terra Iuda dabat fructus suos,& ligna camporū fructum suum. ¶9 Seniores in plateis sedebant omnes,& de bonis tertæ tractabant,& iuuenes induebant se gloriam,& stolas belli. ¶10 Et ciuitatibus tribuebat alimonias , & constituebat eas vt essent vasa munitionis quoadusque nominatum est nomen gloriæ eius vsque ad extremum terræ. ¶11 Fecit pacem super terram, & lætatus est Israel lætitia magna. ¶12 Et sedit vnusquisque sub vite sua,& sub ficu sua:& non erat qui eos terreret . ¶13 Defecit impugnans eos super terram:& reges contriti sunt in diebus illis. ¶14 Et confirmauit omnes humiles populi sui,& legem exquisiuit, & abstulit omnem iniquum & malum: ¶15 Sanctā glorificauit, & multiplicauit vasa sanctorū. ¶16 Et auditū est Romæ quia defunctus esset Ionathas,& vsque in Spartiatas:& cōtristati sunt valde. ¶17 Vt audierunt autem quōd Simon frater eius factus esset summus sacerdos loco eius, & ipse obtineret omnem regionem,& ciuitates in ea, ¶18 Scripserunt ad eum in tabulis æreis , vt renouarēt amicitias & societatē quam fecerant cum Iuda & cū Ionatha fratribus eius. ¶19 Et lectæ sunt in conspectu ec-

a Demetrius rex Persidis & Mediæ.

b Demetrius rex.

c Arsaces.

d Demetrius.

e Simon.

f Simon.

g Simon.

h Simon.

i Simon.

k Simon.

l Simon.

m Simon.

n Simon.

o Simon.

p Simon.

q Simon.

r Simon.

s Simon.

t Simon.

u Simon.

x Simon.

y Simon.

z Simon.

a Simon.

b Simon.

c Simon.

d Simon.

e Simon.

f Simon.

g Simon.

cleſiæ in Ieruſalem. Et hoc exemplum epiſtolarũ quas Spartiatæ miſerunt, ¶ 10 SPARtianorum principes & ciuitates Simõni ſacerdoti magno, & ſenioribus, & ſacerdotibus, & reliquo populo Iudæorum fratribus ſalutẽ. ¶ 11 Legati qui miſſi ſunt ad populũ noſtrũ, nũtiauerũt nobis de veſtra gloria, & honore & lætitia: & gauiſi ſumus in introitu eorum. ¶ 12 Et ſcripſimus quæ ab eis erãt dicta in cõcilliis populi, ſic, Numenius Antiochi, & Antipater Iaſonis filius, legati Iudæorum, venerunt ad nos, renouãtes nobiſcum amicitiam priſtinam. ¶ 13 Et placuit populo excipere viros glorioſe, & ponere exemplum ſermonum eorũ in ſegregatis populi libris, vt ſit ad memoriam populo Spartiatarum. Exẽplum autem horum ſcripſimus Simõni magno ſacerdoti. ¶ 14 Poſt hæc autem miſit Simõ Numenium Romam, *habentem clypeum aureum* magnum, pondo mnarum mille ad ſtatuendam cum eis ſocietatem. ¶ 15 Quum autẽ audiſſet populus Romanus ſermones iſtos, dixerũt, Quam gratiarum actionem reddemus Simõni & filiis eius? ¶ 16 Reſtituit enim ipſe *fratres ſuos*, & expugnauit inimicos Iſrael ab eis, & ſtatuerunt ei libertatem, & deſcripſerunt *in tabulis æreis*, & poſuerunt in titulis in monte Sion. ¶ 17 Et hoc eſt exemplũ ſcripturæ. OCTAVA DESIMA die menſis Elul, anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, anno tertio ſub Simõne ſacerdote magno in Aſaramel, ¶ 18 in conuentu magno ſacerdotum, & populi, & principum gentis, & ſeniorum regionis, nota facta ſunt hæc, Quoniam frequenter facta ſunt prælia in regione noſtra: ¶ 19 Simon autem Mathathiæ filius ex filiis Iarib, & fratres eius dederunt ſe periculo, & reſtiterunt aduerſarijs gentis ſuæ, vt ſtarent *ſancta ipſorum* & lex, & gloria magna glorificauerunt *gentem ſuam*. ¶ 20 Et cõgregauit Ionathas gẽtem ſuam, & factus eſt illis ſacerdos magnus, & appoſitus eſt ad populũ ſuum. ¶ 21 Et voluerunt inimici eorum calcare ſancta, & atterere regionẽ ipſorum, & extendere manus in ſancta ſanctorũ. ¶ 22 Tunc reſtitit Simon, & pugnauit pro gente ſua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros virtutis gentis ſuæ, & dedit illis ſtipendia: ¶ 23 Et muniuit ciuitates Iudææ, & Bethſuram quæ erat in finibus Iudææ, vbi erant arma hoſtium antea: & poſuit illic præſidium viros Iudæos. ¶ 24 Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare: & Gazaram quæ eſt in finibus Azoti, in qua hoſtes antea habitabant, & collocauit illic Iudæos: & quæcunque apta erant ad correptionem eorum, poſuit in eis. ¶ 25 Et vidit populus actum Simõnis, & gloriã quam cogitabat facere genti ſuæ, & poſuerunt eum ducem ſuum, & principem ſacerdotum, eo quòd ipſe fecerit hæc omnia, & iuſtitiam, & fidem quam conſeruauit genti ſuæ, & exquiſiuit omni modo exaltare populum ſuum. ¶ 26 Et in diebus eius proſperatum eſt in manibus eius vt tollerentur Gentes de regione ipſorum, & qui in ciuitate Dauid erant in Ieruſalem in arce, de qua procedebant, & contaminabant omnia quæ in circuitu ſanctorũ ſunt, & *inferebant* plagã magnã caſtitati: ¶ 27 Et collocauit in ea viros Iudæos ad tutamentum regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Ieruſalem. ¶ 28 Et rex Demetrius ſtatuit illi ſummum ſacerdotium. ¶ 29 Secundũ hæc fecit eum amicum ſuum, & glorificauit eum gloria magna. ¶ 30 Audiuit enim quòd appellati ſunt Iudæi à Romanis amici, & ſocii, & fratres, & quia ſuſceperunt legatos Simõnis glorioſe: ¶ 31 Et quia Iudæi & ſacerdotes eorũ conſenſerunt eum eſſe ducem ſuũ & ſummum ſacerdotẽ in æternũ, donec ſurgat propheta fidelis: ¶ 32 Et vt ſit ſuper eos dux, & vt cura eſſet illi pro ſanctis, & vt conſtitueret præpoſitos ſuper opera eorũ & ſuper regionẽ & ſuper arma & ſuper præſidia: ¶ 33 Et cura ſit illi de ſanctis: & vt audiatur ab omnibus, & ſcribantur in nomine eius omnes conſcriptiones in regione: & vt operiatur purpura & auro: ¶ 34 Et ne liceat vlli ex populo & ex ſacerdotibus irritum facere aliquid horum, & cõtradicere his quæ ab eo dicuntur, aut cõuocare conuentum in regione ſine ipſo: & veſtiri purpura, & vti fibula aurea. ¶ 35 Qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum: reus erit. ¶ 36 Et cõplacuit omni populo ſtatuere Simõnẽ, & facere ſecundũ verba iſta. ¶ 37 Et ſuſcepit Simõ, & placuit ei vt ſummo ſacerdotio fungeretur: & eſſet dux & princeps gentis Iudæorũ & ſacerdotũ, & præeſſet omnibus. ¶ 38 Et ſcripturã iſtã dixerũt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo ſanctorũ, in loco celebri: ¶ 39 Exẽplum autẽ eorũ ponere in ærario, vt habeat Simõ & filii eius. CAP. XV.

Antiochus cũ Simone fœdus ferit, & Tryphonem perſequitur. 15 Mittit Romani epiſtolas ad reges & regiones ad Iudæorũ protectionem. 26 Miſſum à Simone auxilio recuſans Antiochus, pactum rumpit.

EMiſit rex Antiochus filius Demetrii epiſtolas ab inſulis maris Simõni ſacerdoti, & principi gentis Iudæorum, & vniuerſæ genti: ¶ 2 Et erant continentes hunc modum, Rex Antiochus Simõni ſacerdoti magno, & genti Iudæorum ſalutem. ¶ 3 Quoniam quidam peſtilentes obtinuerunt regnum patrũ noſtrorum, volo autem vendicare regnum, & reſtituere illud ſicut erat antea: & electam feci multitudinẽ exercitus, & feci naues bellicas. ¶ 4 Volo autem procedere per regionẽ, vt vleiſcar in eos qui corruperunt regionem noſtram, & qui deſolauerunt ciuitates multas in regno meo. ¶ 5 Nunc ergo ſtatuo tibi omnes oblationes quas remiſerunt tibi ante me omnes reges, & quæcunque alia dona remiſerunt tibi: ¶ 6 Et permitto tibi facere percuſſuras proprii numiſmatis in regione tua: ¶ 7 Ieruſalem autem ſanctam eſſe, & liberam, & omnia arma quæ fabricata ſunt, & præſidia quæ conſtruxiſti, quæ tenes, maneãt tibi. ¶ 8 Et omne debitum regis, & quæ futura ſũt regi, ex hoc & in totum tempus remittuntur tibi. ¶ 9 Quum autem obtinuerimus regnum noſtrum, glorificabimus te, & gentem tuam, & templum gloria magna, ita vt manifeſtetur gloria veſtra in vniuerſa terra. ¶ 10 Anno centeſimo ſeptuageſimo quarto exiit Antiochus in terrã patrũ ſuorũ, & conuenerunt

*eorum.

*fecerat

ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent cum Tryphone. ¶11 Et insecutus est eū Antiochus rex, & venit Doram fugiens per maritimam. ¶12 Sciebat enim quòd congregata sunt mala in eum, & reliquit eum exercitus. ¶13 Et applicuit Antiochus super Doram cum centum viginti millibus virorū belligeratorū, & octo millibus equitum. ¶14 Et circuluit ciuitatē, & naues à mari accesserūt: & vexabant ciuitatē à terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel egredi. ¶15 Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant, ab vrbe Roma, habentes epistolas regibus & regionibus scriptas, in quibus continebantur hæc, ¶16 L V C I V S Consul Romanorum, Ptolemæo regi salutem. ¶17 Legati Iudæorū venerunt ad nos amici nostri, renouātes pristinā amicitiā & societatē, missi à Simōne principe sacerdotum, & populo Iudæorum. ¶18 Attulerunt autē & clypeū aureum mnarū mille. ¶19 Placuit itaq; nobis scribere regibus & regionibus, vt nō inferant illis mala, neque impugnent eos, & ciuitates eorum, & regiones eorum: & vt non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos. ¶20 Visum autem est nobis accipere ab eis clypeum. ¶21 Siqui ergo pestilētes fugerint de regione ipsorū ad vos, tradite eos Simōni principi sacerdotum, vt vindicet in eos secundum legem suam. ¶22 Hæc eadē scripta sunt Demetrio regi, & Attalo, & Arabæ, & Arsaci, ¶23 Et in omnes regiones, & Sāpsamæ & Spartiatis & Delo & Mydo & Sicioni & Cariæ, & Samum & Pamphyliam & Lyciam & Halicarnassum & Rhodum & Phaselida & Coo & Side & Arado & Cortynam & Cnidum & Cyprum & Cyrenen. ¶24 Exemplum autē eorum scripserunt Simōni principi sacerdotū, & populo Iudæorū. ¶25 Antiochus autē rex applicuit castra in Doram secundo, admouens ei semper manus, & machinas faciens: & concluſit Tryphonem, ne procederet: ¶26 Et misit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium, & argentum, & aurum, & vasa copiosa: ¶27 Et noluit ea accipere, sed rupit omnia quæ pactus est cum eo antea. & alienauit se ab eo. ¶28 Et misit ad eum Athenobiū vnū de amicis suis, vt tractaret cum ipso, dicēs, Vos tenetis Joppen, & Gazaram, & arcē quæ est in Ierusalē ciuitates regni mei: ¶29 Fines earum desolastis, & fecistis plagā magnam in terra, & dominati estis per loca multa in regno meo. ¶30 Nunc ergo tradite ciuitates quas occupastis: & tributa locorū in quibus dominati estis extra fines Iudææ. ¶31 Si nautē, date pro illis quingenta talenta argenti, & extermini quod exterminastis, & tributorum ciuitatum alia talenta quingenta: si nautē venerimus, & expugnabimus vos. ¶32 Et venit Athenobius amicus regis in Ierusalē, & vidit gloriam Simōnis, & claritatem in auro & argento, & apparatum copiosum, & obstupuit: & retulit ei verba regis. ¶33 Et respondit ei Simon, & dixit ei, Neque alienam terram sumpsimus, neque alienam detinemus: sed hæreditatem patrum nostrorum, quæ iniustè ab inimicis nostris aliquo tēpore possessa est. ¶34 Nos verò tempus habentes, vendicamus hæreditatem patrum nostrorū. ¶35 Nam de Ioppe & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebāt in populo plagam magnam, & in regione nostra: horū damnus talenta centum. Et non respondit ei Athenobius verbum. ¶36 Reuersus autē cum ira ad regem, renūtiauit ei verba ista, & gloriam Simōnis, & vniuersa quæ vidit: & iratus est rex ira magna. ¶37 Tryphon autē fugit naui in Orthosiada. ¶38 Et constituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum peditum & equitum dedit illi. ¶39 Et mandauit illi mouere castra contra facié Iudææ: & mādauit ei ædificare Cedronē, & obstruere portas ciuitatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Tryphonē. ¶40 Et pervenit Cendebæus Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam, & captiuare populum, & interficere: & ædificare Cedronē. ¶41 Et collocauit illic equites, & exercitum: vt egressi perambularent viam Iudææ, sicut constituit ei rex.

CAP. XVI.

Cendebæus dux exercitus Antiochi, à filiis Simonis profligatur. 11 Ptolemæus Abobi filius, Simonem cum duobus filiis in conuiuio interficit. 19 Iohannes vitæ suæ insidiantes interimit.

ET ascendit Iohannes de Gazaris, & nunciauit Simōni patri suo quæ fecit Cendebæus in populo ipsorū. ¶2 Et vocauit Simō duos filios suos seniores, Iudam & Iohānem, & ait illis, Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diem: & prosperatum est in manibus nostris liberare Israel aliquoties. ¶3 Nunc autē senui, sed estote loco meo, & fratris mei, & egressi pugnate pro gēte nostra: auxilium verò de cælo vobiscum sit. ¶4 Et elegit de regione viginti millia virorū belligeratorum, & equites, & profecti sunt ad Cendebæum: & dormierunt in Modin. ¶5 Et surrexerunt mane, & abierunt in campum: & ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditum & equitum, & fluuius torrens erat inter medium ipsorum. ¶6 Et admouit castra contra faciem eorum ipse & populus eius, & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretauit primus: & viderunt eum viri, & transierunt post eum. ¶7 Et diuisit populum, & equites in medio peditum. erat autem equitatus aduersariorū copiosus nimis. ¶8 Et exclamauerunt sacris tubis: & in fugam conuersus est Cendebæus, & castra eius. & ceciderunt ex eis multi vulnerati: reliqui autē in munitionem fugerūt. ¶9 Tunc vulneratus est Iudas frater Iohānis: Iohannes autē insecutus est eos, donec venit Cedronē, quā ædificauit. ¶10 Et fugerunt vsq; ad turres quæ erant in agris Azoti, & succēdit eas igni. & ceciderunt ex illis duo millia virorum, & reuersus est in Iudæam in pace. ¶11 Et Ptolemæus filius Abobi constitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argentum & aurum multum. ¶12 Erat enim gener summi sacerdotis. ¶13 Et exaltatum est cor eius, & volebat obtinere regionem, & cogitabat dolum aduersus Simōnem & filios eius, vt colleret eos. ¶14 Simon autem perabulans ciuitates quæ erant in regione Iudææ, & so-

ſicitudin emigrantium eatum, deſcendit in Ieri-
cho ipſe & Mathathias filius eius, & Iudas an-
no centeſimo ſeptuageſimoſeptimo , menſe
vndecimo, hic eſt meſis Sabat. ¶15 Et ſuſcepit
eos filius Abobi in munitiúculam, quæ voca-
tur Doch, cum dolo, quam ædificauit : & fe-
cit eis conuiuium magnum, & abſcondit illic
viros. ¶16 Et quum inebriatus eſſet Simeon &
filii eius, ſurrexit Ptolemæus cũ ſuis, & ſum-
perunt arma ſua, & intrauerũt in conuiuiũ,
& occiderunt eum, & duos filios eius, & quoſ-
dam pueros eius. ¶ 17 Et fecit deceptionem
magnã in Iſrael, & reddidit mala pro bonis.
¶18 Et ſcripſit hæc Ptolemæus , & miſit regi
vt mitteret ei exercitum in auxilium , & tra-
deret ei regionem, & ciuitates eorum , & tri-
buta. ¶19 Et miſit alios in Gazarã tollere Io-
hannẽ: & tribunis miſit epiſtolas, vt venirẽt
ad ſe, & daret eis argentum, & aurum, & do-
na. ¶20 Et alios miſit occupare Ieruſalem, &
montem templi. ¶21 Et præcurrens quidam,
nuntiauit Iohanni in Gazara quia periit pa-
ter eius, & fratres eius, & quia miſit te quoq;
interfici. ¶22 Vt audiuit autem, vehementer
expauit: & comprehendit viros qui venerant
perdere eum , & occidit eos : cognouit enim
quia quærebãt eũ perdere. ¶23 Et cætera ſer-
monum Iohannis, & bellorum eius, & bona-
rum virtutum quibus fortiter geſſit , & ædi-
ficii murorum quos extruxit, & rerum geſta-
rum eius: ¶24 Ecce hæc ſcripta ſunt in libro
dierũ ſacerdotii eius, ex quo factus eſt prin-
ceps ſacerdotum poſt patrem ſuum.

# Liber ſecundus Machabæorum.

CAP. I.

Epiſtola Iudæorum habitantium Ieroſo-
lymis ad eos qui in Ægypto, qua ſuper mor-
te Antiochi Deo gratias agere eos adhortan-
tur. 19 De igne in puteo recondito.

FRatribus qui ſunt per Ægyptũ Iu-
dæis, ſalutẽ dicunt fratres qui ſunt
in Ieroſolymis Iudæi, & qui in re-
gione Iudæa, & pacẽ bonã. ¶2 Be-
nefaciat vobis Deus , & memine-
rit teſtamẽti ſui quod locutus eſt
ad Abrahã, & Iſaac, & Iacob ſeruorum ſuorũ
fidelium: ¶3 Et det vobis cor omnibus vt co-
latis eum , & faciatis eius voluntatem corde
magno & animo volenti . ¶4 Adaperiat cor
veſtrum in lege ſua, & in præceptis ſuis , &
faciat pacem. ¶5 Exaudiat orationes veſtras,
& reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tẽ-
pore malo. ¶6 Et nũc hic ſumus orantes pro
vobis. ¶7 Regnante Demetrio, anno centeſi-
mo ſexageſimonono , nos Iudæi ſcripſimus
vobis in tribulatione & impetu qui ſuperue-
nit nobis in iſtis annis, ex quo receſſit Iaſon
à ſancta terra & à regno. ¶8 Portam ſuccen-
derunt, & effuderunt ſanguinem innocentẽ:
& orauimus ad Dominũ , & exauditi ſumus,
& obtulimus ſacrificium & ſimilaginẽ, & ac-
cendimus lucernas, & poſuimus panes.
¶9 Et nunc frequentate dies ſcenopegiæ mẽ
ſis Caſleu. ¶10 Anno centeſimo octogeſimo
octauo, populus qui eſt in Ieroſolymis, & in
Iudæa, ſenatúſque & Iudas, Ariſtobolo ma-
giſtro Ptolemæi regis qui eſt de genere chri
ſtorum ſacerdotum , & his qui in Ægypto
ſunt Iudæis, ſalutem & ſanitatem. ¶11 De ma
gnis periculis à Deo liberati, magnifice gra-
tias agimus ipſi , vtpote qui aduerſus talem
regem dimicauimus. ¶ 12 Ipſe enim ebullire
fecit de Perſide eos qui pugnauerunt contra
nos & ſanctam ciuitatem. ¶13 Nam quum
in Perſide eſſet dux ipſe, & cũ ipſo immẽſus
exercitus, cecidit in templo Nanææ, conſilio
deceptus ſacerdotum Nanææ. ¶14 Etenim cũ
ea habitaturus venit ad locum Antiochus &
amici eius, & vt acciperet pecunias multas
dotis nomine. ¶15 Quũmque propoſuiſſent
eas ſacerdotes Nanææ, & ipſe cum paucis in-
greſſus eſſet intra ambitum phani, clauſerunt
templum. ¶16 Quum autem intraſſet Antio-
chus, apertóque occulto aditu templi, mittẽ-
tes lapides percuſſerunt ducem, & eos qui cũ
eo erant, & diuiſerunt membratim, & capiti-
bus amputatis foras proiecerunt. ¶17 Per o-
mnia benedictus Deus , qui tradidit impios.
¶18 Facturi igitur quinta & vicẽſima die mẽ
ſis Caſleu, purificationem templi, neceſſari-
um duximus ſignificare vobis: vt & vosquo-
que agatis diem ſcenopegiæ, & diẽ ignis, qui
datus eſt quãdo Nehemias ædificato templo
& altari obtulit ſacrificia. ¶19 Nam quum in
Perſidem ducerentur patres noſtri, ſacerdo-
tes qui tunc cultores Dei erant , acceptum i-
gnem de altari occultè abſcõderunt in valle
vbi erat puteus altus & ſiccus: & in eo contu-
tati ſunt eum, ita vt omnibus ignotus eſſet lo
eus. ¶20 Quũ autem præteriſſent anni mul-
ti, & placuit Deo vt mitteretur Nehemias à
rege Perſidis : nepotes ſacerdotum illorum
qui abſconderant, miſit ad requirendũ ignẽ:
& ſicut narrauerunt nobis , non inuenerunt
ignẽ, ſed aquã craſſam. ¶21 Et iuſſit eos hau-
rire, & afferre ſibi: & ſacrificia, quæ impoſita
erant , iuſſit ſacerdos Nehemias aſpergi ipſa
aqua, & ligna , & quæ erant ſuperpoſita.
¶22 Vtque hoc factũ eſt, & tempus affuit quo
ſol refulſit qui prius erat in nubilo, accenſus
eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur.
¶23 Orationem autem facientes omnes ſa-
cerdotes, dum conſummaretur ſacrificiũ, Io-
natha inchoãte, cæteris autẽ reſpondentibus.
¶24 Et Nehemiæ erat oratio hũc habens mo
dum, DOMINE Deus omnĩũ creator, terri
bilis & fortis, iuſte & miſericors, qui ſolus es
bonus rex, ¶25 Solus præſtãs, ſolus iuſtus, &
omnipotens, & æternus, qui liberas Iſrael de
omni malo, qui feciſti patres electos, & ſan-
ctificaſti eos: ¶ 26 Accipe ſacrificiũ pro vni-
uerſo populo tuo Iſrael , & cuſtodi partem
tuam, & ſanctifica. ¶27 Cõgrega diſperſionẽ
noſtram, libera eos qui ſeruiunt Gentibus, &
contemptos, & abominatos reſpice: vt ſciant
Gentes quia tu es Deus noſter. ¶28 Affli ge op
primentes nos, & contumeliã faciẽtes in ſu-
perbia. ¶29 Cõſtitue populũ tuũ in loco ſanc-
to tuo, ſicut dixit Moyſes. ¶30 Sacerdotes au
tẽ pſallebãt hymnos , vſquequo conſumptũ

esse sacrificiū. ¶31 Quum autem consumptū esset sacrificium, ex residua aqua Nehemias iussit lapides malores perfundi. ¶ 32 Quod vt factum est, ex eis flamma accensa est: sed & ex lumine quod refulsit ab altari, cōsumpta est. ¶33 Vt verò manifestata est eis, renuntiatum est regi Persarum quòd in loco in quo ignem abscōderant hi qui translati fuerāt sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erant, purificauerūt sacrificia. ¶ 34 Cōsiderans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templum vt prædixerat quod factum erat: ¶ 35 Et quum probassetur, sacerdotibus donauit multa bona, & alia atque alia munera, & accipiens manu sua, tribuebat eis. ¶ 36 Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

CAP. II.

Quo pacto occultarit Ieremias tabernaculum, arcam, & altare in monte. 24 De quinque libris Iasonis in vnū volumen digestis.

1 INuenitur autem in descriptionibus Ieremiæ prophetæ, quòd iussit eos ignē accipere qui trāsmigrabātur, vt significatū est, & vt mandauit transmigratis, ¶2 Et dedit illis legē ne obliuiscerentur præcepta Domini, & vt nō exerrarēt mētibus vidētes simulachra aurea & argētea, & ornamenta eorum. ¶3 Et alia huiusmodi dicens, hortabatur ne legem amouerent à corde suo. ¶4 Erat autē in ipsa scriptura quomodo tabernaculum & arcam iussit Propheta diuino responso ad se facto comitari secum, vsquequo exiit in montem, 2.2. in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hæreditatē. ¶5 Et veniens ibi Ieremias inuenit locum spelunceæ: & tabernaculum, & arcam, & altare incensi intulit illuc, & ostiū obstruxit. B ¶6 Et accesserūt quidam simul, qui sequebātur, vt notarent ubi locum: & non potuerunt inuenire. ¶7 Vt autē cognouit Ieremias, culpans illos, dixit, Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus cōgregationem populi, & propitius fiat. ¶8 Et tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit maiestas Domini, & nubes erit sicut & Moyū manifestabatur, & sicut quum Salomon petijt vt locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc. ¶9 Magnificē etenim sapientiam tractabat: & vt sapientiam habens, obtulit sacrificium dedicationis, & consummationis templi. ¶10 Sicut & Moyses orabat ad Dominum, & descendit 2.6, ignis de cælo, & cōsumpsit holocaustū: ita 1. & Salomon orauit, & descendit ignis de cæ- 24. lo, & consumpsit holocaustum. ¶11 Et dixit 2.14, C Moyses, Eo quòd non sit comestum quod e- d.16. rat pro peccato, & cōsumptum est. ¶12 Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. ¶13 Inferebantur autem in descriptionibus & commētariis Nehemiæ hæc eadem, & qualiter construens bibliothecā congregauit de regibus libros & Prophetarum & Dauid, & epistolas regū, & de donariis. ¶14 Si militer autem & Iudas ea quæ *didicerat per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & sunt apud nos. ¶15 Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferāt vobis. ¶16 Actum itaq; purificationē scripsimus vobis: bene ergo facietis si egeritis hos dies. ¶17 Deus autē D qui liberauit populū suū, & reddidit hæreditatē omnibus, & regnū, & sacerdotium, & sāctificationem, ¶18 Sicut promisit in lege, spe Deut.30.a.f. ramus quòd eitò nostri miserebitur, & cōgregabit de sub cælo in locū sanctum. ¶ 19 Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit. ¶ 20 De Iuda verò Machabæo, & fratribus eius, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione: ¶21 Sed & de prælijs quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, E & filium eius Eupatorem: ¶22 Et de illuminationibus quæ de cælo factæ sunt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerūt, ita vt vniuersam regionem, quū pauci essent, vindicarēt, & barbaram multitudinem fugarent, ¶23 Et famosissimum in toto orbe templum recuperarēt, *& & ciuitatem liberarent, "vt leges quæ abolendæ erant restituerentur, Domino cum omni trāquillitate propitio facto illis. ¶24 Itemq; ab Iasone Cyrenæo, quinque libris comprehensa, tentauimus nos vno volumine breuiare. ¶25 Consyderantes enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rerum: ¶26 Curauimus volentibus quidem F legere, vt esset animi oblectatio: studiosis verò, vt facilius possint memoriæ cōmendare: omnibus autem legentibus vtilitas cōferatur. ¶27 Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breuiandi causa suscepimus, non facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum, & sudoris assumpsimus. ¶28 Sicut hi qui præparant conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parēre propter multorū gratiam, libenter laborem sustinemus: ¶29 Verò veritatem quidem de singulis authoribus concedentes, ipsi autem secundum datam formam breuitati studentes. ¶30 Sicut enim nouæ do- G mus architecto de vniuersa structura curandum est: ita verò qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt: ita æstimandum est & in nobis. ¶ 31 Etenim intellectum colligere, & ordinare sermonem, & curiosius partes singulas quasque disquirere, historiæ congruit authori: ¶32 Breuitatē verò dictionis sectari, & executiones rerum vitare, breuitati concedēdum est. ¶33 Hinc ergo narrationem incipiemus: de præfatione tantùm dixisse sufficiat. Multum etenim est ante historiam effluere: in ipsa autem historia suę cingi.

CAP. III.

De honore templi à regibus exhibito. 4 Simon templi thesauros prodit. 8 Mittitur Heliodorus vt eos auferat. 23 Heliodorus percutitur à Deo. 31 Sanatur ad Oniæ orationem.

1 IGitur quū sancta ciuitas habiteretur in o- A mni pace, leges etiam adhuc optimè custodirentur propter Oniæ pontificis dispositionem & pietatē, & animos odio habentes mala, ¶2 Fiebat vt & ipsi reges & principes locū summo honore dignum ducerent, & templū maximis muneribus illustrarent: ¶3 Ita vt Seleucus Asiæ rex de redditibus suis præstaret omnes sumptus ad ministeriū sacrificiorum pertinentes. ¶4 Simon autem de tribu Beniamin præpositus tēpli constitutus, contendebat obstante ubi principe sacerdotum, ini-

quum aliquid in ciuitate moliri. ¶5 Sed quū vincere Oniam non posset, venit ad Apollonij Thrasææ filiam, qui eo tépore erat dux Cœlesyriæ, & Phœnices: ¶6 Et nuntiauit ei pecunijs innumerabilibus plenum esse ærarium Ierosolymis, & cōmunes copias immēsas esse quæ non pertinent ad rationē sacrificiorum: esse autem possibile, sub potestate regis cadere vniuersa. ¶7 Quūmque retulisset ad regem Apollonius de pecunijs quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorū qui erat super negotia eius, misit cum mādatis, vt prædictam pecuniā transportaret. ¶8 Statimque Heliodorus iter est aggressus, specie quidem quasi per Cœlesyriam & Phœnicen ciuitates esset peragraturus, re vera autē regis propositum perfecturus. ¶9 Sed quum venisset Ierosolymā, & benignē à summo sacerdote in ciuitate esset exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarū, & cuius rei gratia adesset aperuit: interrogabat autē si verē hæc ita essent. ¶10 Tunc summus sacerdos ostendit deposita esse hæc, & victualia viduarum & pupillorum: ¶11 Quædā verō esse Hircani Tobiæ viri valde eminentis, in his quæ detulerat impius Simō: vniuersa autē argenti talenta esse quadringēta, & auri ducenta: ¶12 Decipi verō eos qui credidissent loco & templo, quod per vniuersum mundum honoratur, pro sui veneratione & sanctitate omnino impossibile esse. ¶13 At ille pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni genere regi ea esse deferenda. ¶14 Cōstituta autē die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica ve rō per vniuersam ciuitatem erat trepidatio. ¶15 Sacerdotes autē ante altare cum stolis sacerdotalibus iactauerūt se, & inuocabant de cælo eū qui de depositis legem posuit, vt his qui deposuerant ea, salua custodiret. ¶16 Iam verō qui videbat summi sacerdotis vultum, mēte vulnerabatur: facies enim & color immutatus declarabat interni animi dolorem. ¶17 Circūfusa enim erat mœstitia quædā viro, & horror corporis: per quæ manifestus aspicientibus dolor cordis eius efficiebatur. ¶18 Alii etiā gregatim de domibus cōfluebāt: publica supplicatione obsecrantes, pro eo quōd in contemptum locus esset venturus. ¶19 Accinctæq; mulieres cilicijs pectus, per plateas confluebant: sed & virgines quæ cōclusæ erāt, procurrebāt ad Oniā, aliæ autem ad muros, quædā verō per fenestras aspiciebant: ¶20 Vniuersæ autē protendētes manus in cælū, deprecabantur. ¶21 Erat enim misera cōmistæ multitudinis, & magni sacerdotis in agone cōstituti expectatio. ¶22 Et hi quidem inuocabāt omnipotentē Deū, vt credita sibi, his qui crediderāt, cum omni integritate cōseruarentur. ¶23 Heliodorus autē, quod decreuerat, perficiebat eodē loco ipse cum satellitibus circa ærariū, præsens. ¶24 Sed Spiritus omnipotētis Dei magnam fecit suæ ostēsionis euidentiam, ita vt omnes qui ausi fuerant parēre ei, tuentes Dei virtute, in dissolutionē & formidinē conuerterentur. ¶25 Apparuit enim illis quidā equus terribile habens sessorem, optimis operimentis adornatus: isque cū impetu Heliodoro priores calces elisit. qui autē ei sedebat, videbatur arma habere aurea. ¶26 Alii etiā apparuerunt duo iuuenes virtute decori, optimi gloria, speciosique amictu: qui circunsteterunt eum, & ex vtraq; parte flagellabant, sine intermissione multis plagis verberātes. ¶27 Subitō autē Heliodorus cōcidit in terrā, eūmque multa caligine circūfusum rapuerunt, atq; in sella gestatoria positum eiecerūt. ¶28 Et is qui cū multis cursoribus & satellitibus prædictū ingressus est ærarium, portabatur nullo sibi auxilium ferēte, manifesta Dei cognita virtute: ¶29 Et ille quidem per diuinam virtutē iacebat mutus, atque omni spe & salute priuatus. ¶30 Illi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum suum: & templum quod pauló antè timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum est. ¶31 Tunc verō ex amicis Heliodori quidā rogabant cōfestim Oniam vt inuocaret Altissimum, vt vitam donaret ei qui in supremo spiritu erat constitutus. ¶32 Considerans autem summus sacerdos ne forte rex suspicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum cōsummatam, obtulit pro salute viri hostiam salutarem. ¶33 Quūmque summus sacerdos exoraret, iidem iuuenes eisdem vestibus amicti, astantes Heliodoro dixerunt, Oniæ sacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donauit. ¶34 Tu autem à Deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei & potestatē. Et his dictis, non comparuerūt. ¶35 Heliodorus antē hostia Deo oblata, & votis magnis promissis ei qui viuere illi concessit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regem. ¶36 Testabatur autē omnibus ea quæ sub oculis suis viderat opera magna Dei. ¶37 Quum autem rex interrogasset Heliodorum quis esset aptus adhuc semel Ierosolymam mitti, ait, ¶38 Si quidem habes hostem, aut regni tui insidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, si tamen euaserit: eo quōd in loco sit verē Dei quædam virtus. ¶39 Nam ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & aditor est loci illius, & venientes ad malefaciendum peruetit ac perdit. ¶40 Igitur de Heliodoro & ærarii custodia ita res se habet.

## CAP. IIII.

Oniæ Simō calumniatur. 7 Ambiēs Iason sacerdotiū, regē muneribus corrumpit. Peruersa Iasonis institutio. 13 Expulso Iasone sacerdotiū occupat Menelaus: à quo itidem deturbatur succedente Lysimacho. 34 Menelai fraus Andronicus Oniā dolo interficit. 47 Antiochi iussu occiditur Andronic⁹. 49 Lysimachum populus opprimit. 43 Accusatus Menelaus corrupto Ptolemæo absoluitur.

Simon autem prædictus pecuniarū & patriæ delator, male loquebatur de Onia, tanquam ipse Heliodorū instigasset ad hæc, & ipse fuisset incentor malorū. ¶1 Prouisoremq; ciuitatis ac defensorem gentis suæ, & æmulatorē legis Dei audebat insidiatorē regni dicere. ¶2 Sed quum inimicitiæ intantū procederēt, vt eriā per quosdā Simōnis necessarios homicidia fierent: ¶4 Considerans Onias periculū contentionis, & Apollonij

insanire, vtpote ducē Cœlesyriæ, & Phœnices, ad augendam malitiam Simōnis ad regē se contulit, ¶5 Non vt ciuium accusator, sed communem vtilitatem apud semetipsum vniuersæ multitudinis considerans. ¶6 Videbat enim sine regali prouidentia impossibile esse pacem rebus dari, nec Simōnem posse cessare à stultitia sua. ¶7 Sed post Seleuci vitæ excessum, quum suscepisset regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, amblebat Iason frater Oniæ summum sacerdotiū. ¶8 Adito rege promittens ei argenti talenta trecēta sexaginta, & ex redditibus aliis talenta octoginta. ¶9 Super hoc promittebat & alia centum quinquaginta, si potestati eius concederetur gymnasium, & ephebiā sibi constituere, & eos qui in Ierosolymis erant, Antiochenos scribere. ¶10 Quod quū rex annuisset, & obtinuisset principatum, statim ad Gentilem ritum contribules suos trāsferre cœpit: ¶11 Et ametis his quæ humanitatis causa Iudæis à regibus fuerant constituta, & per Iohannē patrē Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & societate functus est legatione legitima, eiusium iura destituens, prana instituta sanciebat. ¶12 Etenim ausus est sub ipsa arce gymnasium cōstituere, & optimos quoq; epheborū iu lupanaribus ponere. ¶13 Erat autem hoc non initium, sed incrementū quoddam, & profectus Gentilis, & alienigenæ conuersationis, propter impii & non sacerdotis Iasonis nefarium & inauditū scelus: ¶14 Ita vt sacerdotes iā non circa altaris officia dediti essent, sed contēpto templo, & sacrificiis neglectis, festinarēt participes fieri palæstræ, & præbitionis eius iniustæ, & in exercitiis discī. ¶15 Et patrios quidē honores nihil habentes, Græcas gloriās optimas arbitrabātur: ¶16 Quarum gratia periculosa eos cōtentio habebat, & eorum institutа æmulabātur, ac per omnia his consimiles esse cupiebant, quos hostes & peremptores habuerāt. ¶17 In Leges enim diuinas impiè agere impunè nō cedit: sed hoc tempus sequens declarabit.

¶18 Quū autem quinquēnalis agon Tyri celebraretur, & rex præsens esset, ¶19 Misit Iason facinorosus ab Ierosolymis viros peccatores portantes argēti didrachmas trecentas in sacrificiū Herculis, quas postulauerunt hi qui asportauerant ne in sacrificiis erogarentur, quia nō oporteret, sed in alios sumptus eas deputari. ¶20 Sed hæc oblata sunt quidē ab eo qui miserat in sacrificium Herculis: propter præsentes autē datæ sunt in fabricā nauium triremiū. ¶21 Misso autem in Aegyptū Apollonio Mneſthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis, quū cognouisset Antiochus alienum se à negotiis regni esse festū, propriis vtilitatibus consulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ierosolymā. ¶22 Et magnifice ab Iasone & ciuitate susceptus, cum facularū luminibus & laudibus ingressus est, & inde in Phœnicen exercitū cōduxit. ¶23 Et post triennii tēpus mittit Iason Menelaum supradictī Simōnis fratrem portantem pecunias regi, & de negotiis necessariis responsa perlaturum. ¶24 At ille cōmēdatus regi, quū magnificasset faciem potestatis eius, in semetipsum retorsit summū sacerdotium, superponens Iasoni talenta argenti trecēta. ¶25 Acceptisque à rege mandatis venit, nihil quidē habens dignū sacerdotio: animos verō crudelis tyranni, & feræ beluæ irā gerens. ¶26 Et Iason quidem qui proprium fratrem captiuauerat, ipse deceptus profugus in Ammanitem expulsus est regionem. ¶27 Menelaus autē principatum quidē obtinuit: de pecuniis verō regi promissis nihil agebat, quū exactionem faceret Sostratus qui arci erat præpositus. ¶28 Nam ad hunc exactio vectigaliū pertinebat: quam ob causam vtriq; ad regē sunt euocati. ¶29 Et Menelaus amotus est à sacerdotio, succedente Lysimacho fratre suo: Sostratus autem prælatus est Cyprijs. ¶30 Et quū hæc agerentur, contigit Tharsenses & Mallotas seditionē mouere, eo quōd Antiochi regis concubinæ dono essent dati. ¶31 Festinanter itaque rex venit sedare illos, relicto suffecto vno ex comitibus suis Andronico. ¶32 Ratus autē Menelaus accepisse se tempus opportunum, aurea quædā vasa è templo furatus, donauit Andronico, & alia vēdiderat Tyri, & per vicinas ciuitates. ¶33 Quod quū certissime cognouisset Onias, arguebat eū, ipse in loco tuto se continēs Antiochiæ secus Daphnē. ¶34 Vnde Menelaus accedens ad Andronicū, rogabat vt Oniā interficeret. Qui quū venisset ad Oniā, & datis dextris cum iureiurādo (quāuis esset ei suspectus) suasisset de asylo procedere, statim eum perēmit, non veritus iustitiam. ¶35 Ob quam causam non soli im Iudæi, sed etiā aliæ quoque nationes indignabantur, & moleste ferebāt de nece tanti viri iniusta. ¶36 Sed regressum regem de Silicię locis adierunt Iudæi apud Antiochiā, simul & Græci: conquerētes de iniqua nece Oniæ. ¶37 Cōtristatus itaque est animo Antiochus propter Oniā, & flexus ad misericordiam, lachrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem & modestiā. ¶38 Accensisque animis Andronicum purpura exutum, per totam ciuitatem iubet circunduci: & in eodē loco in quo in Oniam impietatem cōmiserat, sacrilegum vita priuari, Domino illi cōdignam retribuente pœnā. ¶39 Multis autem sacrilegiis in templo à Lysimacho commissis Menelai cōsilio, & diuulgata fama, cōgregata est multitudo aduersum Lysimachū multo iam auro exportato. ¶40 Turbis autē insurgentibus, & animis ira repletis, Lysimachus armatis ferē tribus millibus in iniquis manibus vti cœpit, duce quodā tyranno, ætate pariter & demētia prouecto. ¶41 Sed vt intellexerunt conatū Lysimachi, alii lapides, alii fustes validos arripuēre: quidā verō cineré in Lysimachū iecēre. ¶42 Et multi quidē vulnerati, quidam autē & prostrati, omnes verō in fugam conuersi sunt: ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerunt. ¶43 De his ergo cœpit iudicium aduersus Menelaum agitari. ¶44 Et quum venisset rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt missi tres viri à seniorib⁹. ¶45 Et quū superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendū regi. ¶46 Itaq; Ptolemæus in quodam atrio positum, quasi refrigerandi gratia

tegé adiit,& deduxit à sententia:¶ 47 Et Menelaum quidé vniuersæ malitiæ reū crimini bus absoluit : miseros autem qui etiā si apud Scythas causam dixissent,innocētes iudicarē tur,hos morte dānauit.¶ 48 Cito ergo iniu stā pœnā dederūt,qui pro ciuitate, &populo & sacris vasis causam prosecuti fūt.¶ 49 Quā ob rem Tyrli quoque indignati,erga sepultu ram eorum liberalissimi extiterunt.¶ 50 Menelaus autem propter eorum qui in potentia erant,auaritiam, permanebat in potestate,crescens in malitia ad insidias ciuium.

CAP. V.

Signa Ierosolymis visa in cælestibus.¶ 12 Ison ciues suos persequens tandem exul perimitur . 11 Persecutio Iudæorum per Antiochum. 15 Templi spoliatio per eundem.

EOdem tempore Antiochus secundā pro fectionem parauit in AEgyptū. ¶ 2 Contigit autem per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aera equites discurrentes,auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas. ¶ 3 Et cursus equorum per ordines digestos,& congressiones fieri comminus,& scutorū motus, & galeatorum multitudinem,gladiis districtis , & telorum iactus,& aureorum armorum splendorem,omniſque generis loricarum.¶ 4 Quapropter omnes rogabant in bonum monitra conuerti. ¶ 5 Sed quum falsus rumor exisset, tanquā vita excessisset Antiochus, assumptus Iason non minus mille viris,repētè aggressus est ciuitatē: & ciuibus ad murum cōuolantibus,ad vltimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem:¶ 6 Iason verò non parcebat in cæde ciuium suis,nec cogitabat prosperitatē aduersum cognatos malum esse maximum , arbitrans hostium & non ciuium sue trophæa capturum. ¶ 7 Et principatum quidem non obtinuit,finem verò infidiarū suarum confusionem accepit,& profugus iterum abiit in Ammaniten. ¶ 8 Ad vltimum in exitium sui conclusus ab Areta Arabum tyranno,fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus vt refuga legum & execrabilis,vt patriæ & ciuium hostis, in AEgyptum extrusus est:¶ 9 Et qui multos de patria sua expulerat, peregre periit, Lacedæmonas profectus,quasi pro cognatione ibi refugiū habiturus:¶ 10 Et qui insepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus , & insepultus abicitur : sepultura neque peregrina vsus, neq; patrio sepulchro participans. ¶ 11 His itaque gestis, suspicatus est rex societatem deserturos Iudæos : & ob hoc profectus ex AEgypto efferatis animis,ciuitatem quidem armis cepit.¶ 12 Iussit autem militibus interficere,nec parcere occurrentibus,& per domos ascēdentes trucidare.¶ 13 Fiebant ergo cædes iuuenum ac seniorū, & mulierum & natorum exterminia,virginūmque & paruulorum neces. ¶ 14 Erant autem toto triduo octoginta millia interfecti:quadraginta millia vincti, non minus autem vænūdati.¶ 15 Sed nec ista sufficiunt: ausus est etiam intrare templum vniuersa terra sanctius,Menelao ductore , qui legum & patriæ fuit proditor:¶ 16 Et scelestis manibus sumens sancta vasa,quæ ab aliis regibus & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci & gloriam,contrectabat indigně & contaminabat.¶ 17 Ita alienatus mente Antiochus, non cōsiderabat quōd propter peccata habitantium ciuitatem modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum despectio.¶ 18 Alioquin,nisi contigissēt eos multis peccatis esse inuolutos , sicut Heliodorus qui missus est à Seleuco rege ad expoliandum ærarium, etiam hic statim aduenies flagellatus,& repulsus vtique fuisset ab audacia. ¶ 19 Verūm nō propter locum,gentem: sed propter gentem,locū Deus elegit.¶ 20 Ideò que & ipse locus particeps factus est populi malorum,postea autem fuit socius bonorum : & qui derelictus in ira Dei omnipotentis est , iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. ¶ 21 Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regressus est,existimans se præ superbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum,deductum propter mentis elationem. ¶ 22 Reliquit autem & præpositos ad affligendam gentem:Ierosolymis quidem Philippum genere Phrygem,moribus crudeliorem eo ipso à quo constitutus est: ¶ 23 In Garizim autē Andronicū & Menelaum , qui grauius quàm cæteri imminebant ciuibus. ¶ 24 Quūmque appositus esset cōtra Iudæos, misit odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti & duob⁹ millibus, præcipiēs eis omnes perfectæ ætatis interficere , mulieres ac iuuenes vendere. ¶ 25 Qui quum venisset Ierosolymam, pacem simulans, quieuit vsque ad diem sanctum sabbathi:& tunc feriatis Iudæis,arma capere suis præcepit.¶ 26 Omnēsque simul qui ad spectaculū processerāt,trucidauit:& ciuitatē cum armatis discurrēs,ingentem multitudinem peremit.¶ 27 Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, secesserat in desertum locum , ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat:& fœni cibo vescentes,demorabantur,ne participes essent coinquinationis.

CAP. VI.

Iudæi legem Dei relinquere compelluntur. Templum violatur.11 Monentur lectores ne aduersa,quibus Domin⁹ filios suos affligit, abhorrescant.21 Eleazari passio.

SEd non post multum temporis misit rex Senem quendam Antiochenum,qui compelleret Iudæos vt se transferrent à patriis& Dei legibus: ¶ 2 Contaminare etiam quod in Ierosolymis erat templum , & cognominare Iouis Olympii: & in Garizim, prout erant hi qui locū inhabitabāt,Iouis hospitalis. ¶ 3 Pessima autem & vniuersis grauis erat malorum incutitio. ¶ 4 Nam templum luxuria & comessationibus Gentium erat plenum,& scortantium cum meretricibus , sacratisque ædibus mulieres se vitrò ingerebant , intrò ferentes ea quæ non licebat. ¶ 5 Altare etiam plenum erat illicitis,quæ legib⁹ prohibebātur. ¶ 6 Neque autem sabbatha custodiebantur , neque dies solennes patrii seruabantur, nec simpliciter Iudæum se esse quisquam confitebatur. ¶ 7 Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia : & quum

Liberi facta celebrarentur, cogebantur hæc ra coronati Libero circuire. ¶8 Decretũ autẽ exiit in proximas Gentilium ciuitates, fugge rentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipsũ aduersus Iudæos ageret, vt sacrificarent: ¶9 Eos autem qui nollent trãsire ad institutа Gentilis, interficerent. erat ergo videre miseriam. ¶10 Duæ enim mulieres delatæ sunt natos suos circuncidisse: quas infantibus ad hubera suspensis, quum publicè per ciuitatem circun duxissent, per muros præcipitauerunt. ¶11 Alii verò ad proximas occultes speluncas, & latẽter sabbathi diẽ celebrantes, quũ indicati essent Philippo, flãmis succensi sunt: eo quòd verebãtur propter religionẽ & obseruantiã, manu sibimet auxilium ferre. ¶12 Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus, sed reputent ea quæ acciderũt, non ad interitum, sed ad correptionem esse generis nostri. ¶13 Etenim multo tempore non sinere peccatoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficii est iudicium. ¶14 Non enim sicut in aliis nationibus Dominus patienter expectat, vt eas quum iudicii dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ¶15 Ita & in nobis statuit, vt peccatis nostris in finẽ deuolutis, ita demũ in nos vindicet. ¶16 Propter quod nunquã quidẽ à nobis misericordiã suam amouet: corripiens verò in aduersis, populũ suũ, nõ derelinquit. ¶17 Sed hæc nobis ad cõmonitionem legẽtium dicta sint paucis. tam autem veniẽdum est ad narrationẽ. ¶18 Igitur Eleazarus vnus de primoribus scribarum, vir ætate prouectus, & vultu bonis scribarum, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. ¶19 At ille gloriosissimam mortem magis quam odibilem vitam complectens, voluntariè præbat ad supplicium. ¶20 Intuens autem quemadmodum oporteret accedere, patienter sustinens, desti nauit non admittere illicita propter vitæ amorem. ¶21 Illi autem qui astabant, iniqua miseratione cõmoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum secretò rogabant afferri carnes, quibus vesci ei licebat, vt simula retur manducasse, sicut rex imperauerat de sacrificiĩ carnibus: ¶22 Vt hoc facto à morte liberaretur. & propter veterẽ viri amicitiam, hanc in eo faciebãt humanitatem. ¶23 At ille cogitare cœpit ætatis ac senectutis suæ eminentiam dignã, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ conuersationis actus, & secundum sanctæ & à Deo conditæ legis constituta, respondit citò, dicens præmitti se velle in infernum. ¶24 Non enim ætati nostræ dignũ est, inquit, fingere: vt multi adolescentes, arbitrantes Eleazarum nonagintа annorum trãsisse aduitã alienigenarũ: ¶25 Et ipsi propter meã simulationẽ, & propter modicum corruptibilis vitæ tẽpus decipiantur, & per hoc maculam atque execrationem meæ senectuti coquiram. ¶26 Nã etsi in præsenti tempore suppliciis hominum eripiar, sed manum Omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. ¶27 Quã ob rem fortiter vita excedendo, senectute quidẽ dignus apparebo: ¶28 Adolescentibus autẽ exemplũ forte relinquam, si prompto animo, ac fortiter pro grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis confestim ad supplicium trahebatur. ¶29 Illi autem qui eum ducebant, & paulò antè fuerant mitiores, in iram conuersi sunt propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam proiatos arbitrabantur. ¶30 Sed quum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit, Domine qui habes sanctam scientiam, manifestè tu scis quia quum à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. ¶31 Et iste quidem hoc modo vita decessit, nõ solùm iuuenibus, sed & vniuersæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

## CAP. VII.

Septem fratrũ, matrisque eorũ supplicia.

CONtigit autem septẽ fratres vnà cum matre sua apprehensos, compelli à rege edere cõtra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. ¶1 Vnus autem ex illis qui erat primus, sic ait, Quid quæris, & quid vis discere à nobis? parati sumus mori magis quam patrias Dei leges præuaricari. ¶2 Iratus itaq; rex iussit fartagines & ollas æneas succendi. Quibus statim succensis, ¶3 Iussit ei qui prior fuerat locutus, amputari linguam: & cute capitis abstracta, summas quoque manus & pedes ei præscindi, cæteris eius fratribus & matre inspicientibus. ¶4 Et quum iam per omnia inutilis factus esset, iussit ignem admoueri, & adhuc spirantem torreri in fartagine: in qua quum diu cruciaretur, cæteri vna cum matre inuicem se hortabantur mori fortiter, ¶5 Dicentes, Dominus Deus aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis, quemadmodũ in protestatione cantici declarauit Moyses: Et in seruis suis consolabitur. ¶7 Mortuo itaque illo primo hoc modo, sequentem deducebant ad illudendũ: & cute capitis eius cũ capillis abstracta, interrogabant ti manducaret prius quàm toto corpore per membra singula puniretur. ¶8 At ille respondens patria voce, dixit, Non faciam. Propter quod & iste sequẽti loco primũ tormẽta suscepit: ¶9 Et in vltimo spiritu cõstitutus, sic ait, Tu quidem scelestissime in præsenti vita nos perdis: sed Rex mũdi defunctos nos pro suis legibus, in æternæ vitæ resurrectione suscitabit. ¶10 Post hunc tertius illuditur, & linguã postulat citò protulit, & manus constanter extendit: ¶11 Et cum fiducia ait, Cælo ista possideo, sed propter Dei leges nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero. ¶12 Ita vt rex, & qui cum ipso erant, mirarentur adolescentis animum, quòd tanquam nihilum duceret cruciatus. ¶13 Et hoc ita defuncto, quartum vexabat similiter torquentes. ¶14 Et quũ iam esset ad mortem, sic ait, Bonus est ab hominibus morti datos spem expectare à Deo, iterum ab ipso resuscitandos: tibi enim resurrectio ad vitam nõ erit. ¶15 Et quum admouissent quintũ, vexabant eum. At ille respiciens in eum, ¶16 Dixit, Potestatem inter homines habes, quum sis corruptibilis, facis quod vis: noli autem putare genus nostrum à Deo esse

derelictum. ¶ 17 Tu autem patiẽter fustine, & videbis magnã potestatẽ ipsius, qualiter te & D semẽ tuũ torquebit. ¶ 18 Post hunc ducebant sextũ, & is mori incipiẽs, sic ait, Noli fruſtra errare: nos enim propter nosmetipsos hoc patimur, peccãtes in Deum nostrum, & digna admiratione facta sunt in nobis. ¶ 19 Tu autẽ ne existimes tibi impune futurum, quod contra Deum pugnare tẽtauerris. ¶ 20 Supra modum autẽ mater mirabilis, & bonorũ memoria digna, quæ percuntes septem filios sub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat propter spem quam in Deo habebat, ¶ 21 singulos illorum hortabatur voce patria fortiter, repleta sapientia: & fœminææ cogitationi masculinum animum inferens, ¶ 22 Dixit ad eos, Nescio qualiter in vtero meo apparuiſtis: neque enim ego spiritum & animã dõ naui vobis & vitam, & singulorũ membra nõ E ego ipsa compegi, ¶ 23 Sed enim mundi Creator, qui formauit hominis natiuitatem, quique omnium inuenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet & vitam, ſicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius. ¶ 24 Antiochus autem contemni se arbitratus, simul & exprobrantis voce despecta, quum adhuc adoleſcentior superesſet, non ſoldum verbis hortabatur, ſed & cum iuramento affirmabat se diuitẽ & beatum facturum, & transſlatum à patriis legibus amicum habiturum, & res neceſſarias ei præbiturum. ¶ 25 Sed ad hæc quum adoleſcẽs nequaquã inclinaretur, vocauit rex matrẽ, & suadebat ei vt adoleſcẽti ſieret in ſalutem. ¶ 26 Quum autem multis eam verbis esſet hortatus, promiſit ſuaſuram ſe filio ſuo. ¶ 27 Itaque inclinata ad illum, irridens crudelem tyrannum, ait patria voce, Fili mi miſerere mei, F quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi & alui, & in ætatem iſtam perduxi. ¶ 28 Peto*nate, vt aſpicias ad cælum & terram, & ad omnia quæ in eis ſunt: & intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus & hominum genus: ¶ 29 Ita fiet vt non timeas carnifícem iſtũ, ſed dignus fratribus tuis effectus particeps, ſuſcipe mortem, vt in illa miſericordione cum fratribus tuis te recipiã. ¶ 30 Quum hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens. Quem ſuſtinetis nõ obedio præcepto regis, ſed præcepto legis, quæ data eſt nobis per Moyſen. ¶ 31 Tu verõ qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos, nõ effugies manum Dei. ¶ 32 Nos enim pro peccatis noſtris hæc patimur. ¶ 33 Et ſi nobis propter increpationẽ, & correptionẽ Dominus Deus noſter modicum iratus eſt: ſed iterũ recõciliabitur ſeruis ſuis. ¶ 34 Tu autẽ ô ſceleſte & omniũ hominũ ſla G gitioſiſſime, noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflãmatus. ¶ 35 Nondum enim omnipotẽtis Dei & omuia inſpiciẽtis iudicĩũ effugiſti. ¶ 36 Nã fratres mei modico nũc dolore ſuſtẽtato, ſub teſtamẽto æternæ vitæ effecti ſunt: tu verõ iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exolues. ¶ 37 Ego autem ſicut & fratres mei animã & corpus meum trado pro patriis legibus, inuocans Deũ maturius genti noſtræ propitium fieri, tẽque cum tormentis & verberibus confiteri quód ipſe eſt Deus ſolus. ¶ 38 In me verõ, & in fratribus meis deſinet Omnipotẽtis ira, quæ ſuper omne genus noſtrum iuſtè ſuperducta eſt. ¶ 39 Tunc iratus accenſus ira, in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit, indignè ferẽs ſe derisum. ¶ 40 Et hic itaque mundus obiit, per omnia in Domino confidens. ¶ 41 Nouiſſimè autem poſt filios & mater cõſumpta eſt. ¶ 42 Igitur de ſacrificiis, & de nimiis crudelitatibus ſatis dictum eſt.

## CAP. VIII.

Iudas exercitum colligit. 8 Mittitur Nicanor aduerſus Iudam. 13 Iudas ſuos hortatur ad conſtantiam. 22 Vincitur Nicanor. 27 Profligatis hoſtibus agunt gratias Iudæi, ſpolia orphanis & viduis diuidẽtes. 34 Fugit ad Antiochum Nicanor.

¶ 1 Vdas verõ Machabæus, & qui cum illo e- A rant, introibant latenter in caſtella: & conuocãtes cognatos, & amicos, & eos qui permanſerunt in Iudaiſmo aſſumẽtes, eduxerũt ad ſe ſex millia virorũ. ¶ 2 Et inuocabant Dominum vt reſpiceret in populum qui ab omnibus calcabatur, & miſereretur templo quod contaminabatur ab impiis: ¶ 3 Miſereretur etiam exterminio ciuitatis, quæ eſſet illico cõplananda, & vocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret: ¶ 4 Memoraretur quoque iniquiſſimas mortes paruulorum innocentum, & blaſphemias nomini ſuo illatas, & indignaretur ſuper his. ¶ 5 At Machabæus congregata multitudine, intolerabilis Gentibus efficiebatur. Ira enim Domini in miſericordiam conuerſa eſt. ¶ 6 Et ſuperueniẽs caſtellis & ciuitatibus B improuiſus, ſuccẽdebat eas: & opportuna loca occupãs, nõ paucas hoſtiũ ſtrages dabat: ¶ 7 Maximè autẽ noctibus ad huiuſcemodi excurſus ferebatur, & fama virtutis eius vbique diffundebatur. ¶ 8 Videſs autẽ Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentius res ei cedere proſperè, ad Ptolemæum ducem Cœleſyriæ & Phœnices ſcripſit vt auxilium ferret regiis negotiis. ¶ 9 At ille velociter miſit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permiſtis gentibus, armatis non minus viginti millibus, vt vniuerſum Iudæorum genus deleret, adiuncto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientiſſimo. ¶ 10 Conſtituit autem Nicanor, C vt regi tributum quod Romanis erat dãdum, duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum ſuppleret: ¶ 11 Statimque ad maritimas ciuitates miſit, conuocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum, promittens ſe nonaginta mancipia taleuto diſtractutum, non reſpiciens ad vindictam quæ eum ab Omnipotente eſſet conſecutura. ¶ 12 Iudas autẽ vbi comperit, indicauit his qui ſecũ erãt Iudæis, Nicanoris aduentum. ¶ 13 Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei iuſtitiæ, in fugã vertebantur: ¶ 14 Alii verõ ſiquid eis ſupererat vendebãt, ſimúlque Dominum deprecabantur vt eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos prius quàm cominus veniret, vendide- D rat. ¶ 15 Et ſi non propter eos, propter teſtamentum tamẽ quod erat ad patres eorum, & propter inuocationem ſancti & magnifici nominis eius ſuper ipſos. ¶ 16 Conuocatis autem Machabæus ſeptem milibus, qui cum

ipso erant, rogabat ne hostibus reconciliarẽtur, neque metuerent iniquè venientium adversum se hostium multitudinem, sed fortiter contenderent: ¶ 17 Ante oculos habentes contumeliam quæ loco sancto ab his insultè esset illata, itémque & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam veterum institutorum nullo. ¶ 18 Nam illi quidé armis cõfidunt, ait: simul & audacia: nos autẽ in omnipotente Domino qui potest & venientes aduersum nos, & vniuersum mundum vno nutu delere, cõfidimus. ¶ 19 Admonuit autem eos & de auxiliis Dei, quæ facta sunt erga parentes: & quòd sub Sennacherib centũ octoginta quinque millia perierunt: ¶ 20 Et de prælio quod eis aduersus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rẽ ventum est, Macedonibus sociis hæsitárlbus, ipsi sex millia soli peremerunt cétum viginti millia, propter auxilium illis datum de cælo, & beneficia pro his plurima confecti sunt. ¶ 21 His verbis constantes effecti sunt, & pro legibus & patria mori parati. ¶ 22 Constituit itaque fratres suos duces vtrique ordini, Simõnem & Iosephum, & Ionathan, subiectis vnicuique millenis & quingentenis. ¶ 23 Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto Libro, & dato ligno adiutorii Dei, in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore. ¶ 24 Et facto sibi adiutore Omnipotente, interfecerunt super nouem millia hominum: maiorum autem partẽ exercitus Nicanoris vulneribus debilem factã fugere cõpulerunt. ¶ 25 Pecuniis verò eorũ qui ad emptionem ipsorum venerãt, sublatis, ipsos vsquequaque persecuti sũt, ¶ 26 Sed reuersi sunt hora concluſi. nam erat ante sabbathũ: quam ob causam non perseuerauerunt insequẽtes. ¶ 27 Arma autem ipsorum & spolia congregantes, sabbathum agebant benedicentes Dominum qui liberasset eos in isto die, misericordiæ initium stillans in eos. ¶ 28 Post sabbathum verò debilibus, & orphanis, & viduis diuiserunt spolia: & reliqua ipsi cum suis habuere. ¶ 29 His itaque gestis, & cõmuniter ab omnibus facta obsecratione, misericordem Dominum postulabant vt in finẽ seruis suis reconciliaretur. ¶ 30 Et ex his qui cum Timotheo & Bacchide erant contra se contendentes, super viginti millia interfecerunt, & munitiones excelsas obtinuerunt: & plures prædas diuiserunt, æquam portionem debilibus, pupillis & viduis, sed & senioribus facientes. ¶ 31 Et quum arma eorum diligenter collegissent, omnia composuerunt in locis opportunis, reliqua verò spolia Ierosolymam detulerunt: ¶ 32 Et Philarchen qui cum Timotheo erat, interfecerũt, virũ scelestũ, qui in multis Iudæos afflixerat. ¶ 33 Et quũ epistolia agerẽt in Ierosolymis, eos qui sacras fanuas incẽderunt, id est Callisthenem, quũ in quoddã domicilium refugissent, incenderunt, digna eis mercede pro impietatib' suis reddita. ¶ 34 Facinorosissimus autem Nicanor, qui mille negotiãtes ad Iudæorũ venditionẽ adduxerat, ¶ 35 Humiliatus auxilio Domini ab his quos nullos existimauerat, depositis veste gloriæ, per Mediterranea fugiens, solus venit Antiochiam, summam confusionem interitu sui exercitus consecutus. ¶ 36 Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captiuitate Ierosolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eo quòd sequerentur leges ab ipso constitutas.

## CAP. IX.

Antiochus Persepolim expoliare volens, in fugam vertitur. 3 Iudæos persequens, a Domino percutitur. 11 Simulata Antiochi pœnitentia. 28 Moritur Antiochus.

EOdem tempore Antiochus inhonestè reuertebatur de Persida. ¶ 2 Intrauerat enim in eam quæ dicitur Persepolis, & tentauit expoliare templum, & ciuitatẽ opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versũ sunt. & ita contigit vt Antiochus post fugam turpiter rediret. ¶ 3 Et quum venisset circa Ecbatanam, recognouit quæ erga Nicanorem & Timotheum gesta sunt. ¶ 4 Elatus autem in ira, arbitrabatur se iniuriam illorũ qui se fugauerant, posse in Iudæos retorquere: ideòque iussit agitari currum suum, sine intermissione agens iter, cælesti eum iudicio perurgente, eo quòd ita superbè locutus esset se venturum Ierosolymam, & congestem sepulchri Iudæorum eam facturũ. ¶ 5 Sed qui vniuersa cõspicit Dominus Deus Israel, percussit eum insanabili & inuisibili plaga. vt enim finiuit hanc ipsum sermonem, apprehendit eum dolor dirus viscerum, & amara internorum tormenta: ¶ 6 Et quidem satis iustè, quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. ¶ 7 Super hoc autẽ superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. ¶ 8 Itaque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & mõtium altitudines in stateræ appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans: ¶ 9 Ita vt de corpore impii, vermes scaturirẽt, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus grauaretur. ¶ 10 Et qui paulo antè sydera cæli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. ¶ 11 Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui venire, diuina admonitus plaga, per momẽta singula doloribus suis augmẽta capiẽtibus. ¶ 12 Et quum nec ipse iam fœtorẽ suum ferre posset, ita ait, Iustum est subditum esse Deo, & mortalẽ non paria Deo sentire. ¶ 13 Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. ¶ 14 Et ciuitatem ad quam festinans veniebat vt eam ad solũ deduceret, ac sepulchrũ congestorum faceret, nũc optat liberam reddere: ¶ 15 Et Iudæos quos nec sepultura quidem se dignos habiturũ, sed aulibus ac feris diripiendos crediturum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athenien sibus facturum pollicetur. ¶ 16 Templum etiã sanctũ, quod prius expoliauerat, optimis donis

A 2.Mac.3.35.
B 2.14.
C 6.
D 1.41
E 1.Para.16.c.
F
G

ornaturum,& sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis præstaturum: ¶ 17 Super hæc & Iudæum se futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei potestatē. ¶18 Sed non cessantibus doloribus fu perueneratenim in eum iustum Dei iudiciū, desperans scripsit ad Iudæos in modum deprecationis epistolā hæc continentē, ¶19 OMNIBUS ciuibus Iudæis plurimā salutem, & bene valere, & esse fœlices,rex & princeps Antiochus. ¶20 Si bene valetis,& filii vestri, & ex sententia vobis cuncta sunt , maximas agimus gratias. ¶21 Et ego in infirmitate constitutus,vestri autem memor benigne reuersus de Persidis locis, & infirmitate graui apprehensus , necessarium duxi pro communi vtilitate curā habere: ¶22 Non desperās memetipsum, sed spem multam habens effugiendi infirmitatem. ¶23 Respiciens aut ē quòd & pater meus,quibus temporibus in locis su periorib⁹ ducebat exercitum , ostendit qui post se susciperet principatū: ¶24 Vt siquid contrarium accideret,aut difficile nuntiaretur , scientes hi qui in regionibus erant, cui esset rerū summa derelicta,non turbarētur. ¶25 Adhæc, considerans de proximo porētes quosque & vicinos temporibus insidiātes,& euentum expectantes, designaui filium meū Antiochum regem , quem sæpe recurrens in superiora regna multis vestrum commendabam:& scripsi ad eū quæ subiecta sūt. ¶26 Oro itaque vos.& peto memores beneficiorum publice & priuatim,vt vnusquisque cōseruet fidem ad me & ad filium meū. ¶27 Cōfido enim cum modestiē & humanē acturum,& sequentem propositum meum, & communem vobis fore. ¶28 Igitur homicida, & blasphemus pessime percussus,& vt ipse alios tractauerat , peregre in montibus,miserabili obitu vita functus est. ¶29 Transferebat autem corpus Philippus collactaneus eius:qui metuēs filium Antiochi,ad Ptolemæum Philometorem in Aegyptum abiit.

## CAP. X.

Iudas Machabæus ciuitatem recipit & templum. 10 Eupatoris gesta narrare incipit. 16 Pugnant Iudæi aduersus Idumæos. 24 Iudæā inuadit Timotheus , cum quo prælium committit Iudas . 29 Apparent ē cælo viri quinque in auxilium Iudæorum. 37 Timotheus interimitur.

MAchabæus autem & qui cum eo erant, Domino se protegente, templum quidē & ciuitatem recepit: ¶2 Aras autem quas alienigenæ per platēas extruxerāt, itēmque delubra demolitus est. ¶3 Et purgato templo,aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne concepto sacrificia obtulerunt post biēnium, & incensum & lucernas & panes propositionis posuerunt. ¶4 Quibus gestis,rogabant Dominum prostrati in terram , ne amplius talibus malis incideremt:sed & siquādo peccassent,vt ab ipso mitius corriperētur, & nō barbaris ac blasphemis hominibus traderentur. ¶5 Qua die autē templum ab alienigenis pollutum fuerat,contigit eadē die purificationē fieri,vicesimaquinta mensis,qui fuit Casleu. ¶6 Et cum lætitia diebus octo egerūt in modum tabernaculorum:recordātes quòd ante modicū temporis diem solennem tabernaculorum in mōtibus, & in speluncis more bestiarum egerant. ¶7 Propter quod thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebāt ei qui prosperauit mundare locū suum. ¶8 Et decreuerūt communi præcepto & decreto,vniuersæ gēti Iudæorum omnibus annis agere dies istos. ¶9 Et Antiochi quidē,qui appellatus est Nobilis, vitæ excessus ita se habuit. ¶10 Nunc autem de Eupatore Antiochi impii filio,quæ gesta sunt narrabimus, breuiantes mala quæ in bellis gesta sunt. ¶11 Hic enim suscepto regno, constituit super negotia regni Lysiam quēdam Phœnices & Syriæ militiæ principē. ¶12 Nam Ptolemæus , qui dicebatur Macer, iusti tenax erga Iudæos esse cōstituit,& præcipue propter iniquitatem quæ facta erat in eos,& pacifice agere cū eis. ¶13 Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupatorem,quum frequenter proditor audiret,eo quòd Cyprū creditam sibi a Philometore deseruisset, & ad Antiochum Nobilem transfugisset,vt iam ab eo recessisset,veneno vitam finiuit. ¶14 Gorgias autem quum esset dux locorum,assumptis aduersus frequenter Iudæos debellabat. ¶15 Iudas verò qui tenebat opportunas munitiones,fugatos ab Ierosolymis suscipiebant, & bellare tentabāt. ¶16 Hi verò qui erant cū Machabæo per orationes Dominum rogantes vt esset sibi adiutor,impetum fecerūt in munitiones Idumæorū: ¶17 Multaque vi insistentes,loca obtinuerunt,occurrētes interemerūt, & omnes simul non minus viginti quinque millibus trucidauerunt. ¶18 Quidam autē quum fugissent in duas turres valde munitas, omnē apparatū ad repugnandū habentes: ¶19 Machabæus ad eorū expugnationem, relicto Simone & Iosepho,itēmque Zacchæo, cisque qui cum ipsis erant satis multis , ipse ad eas quæ amplius perurgebant,pugnas, conuersus est. ¶20 Hi verò qui cum Simōne erāt, cupiditate ducti,à quibusdam qui in turribus erant,suasi sunt pecunia:& septuagita millibus didrachmis acceptis,dimiserunt quosdam effugere. ¶21 Quum autem Machabæo nuntiatum esset quod factū est,principibus populi cōgregatis, accusauit quòd pecunia fratres vendidissent, aduersariis eorū dimissis. ¶22 Hos igitur proditores factos interfecit,& cōfestim duas turres occupauit. ¶23 Armis autem ac manibus omnia prosperē agendo, in duabus munitionibus,plus quàm viginti millia peremit. ¶24 Et Timotheus,qui prius à Iudæis fuerat superatus,conuocato exercitu peregrinæ multitudinis,& congregato equitatu Asiano, aduenit, quasi armis Iudæā capturus. ¶25 Machabæus autem & qui cum ipso erant,appropinquāte illo deprecabātur Dominū,caput terra aspergentes,lumbōsque ciliciis præcincti, ¶26 Ad altaris crepidinē prouoluti,vt sibi propitius, inimicis autem eorum esset inimicus,& aduersariis aduersaretur,sicut lex dicit. ¶27 Et ita post orationē sumptis armis,longius de ciuitate procedentes,& proximi hostibus effecti, resederunt. ¶28 Primo autē solis ortu vtrique commiserunt:isti quidē victoriæ & prosperitatis sponsorem eum virtute Dominū habeā-

tes: illi autem ducem belli animum habebãt. ¶19 Sed quũ vehemens pugna esset, apparuerunt aduersariis de cælo viri quinq; in equis, frænis aureis decori, ducatũ Iudæis præstantes: ¶20 ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis suis circũseptum incolumem conseruabant: in aduersarios autẽ tela & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate confusi, & repleti perturbatione cædebant. ¶21 Interfecti sunt autem viginti millia quingenti, & equites sexcenti. ¶22 Timotheus verò confugit in Gazaram præsidium munitum, cui præerat Chæreas. ¶23 Machabæus autem, & qui cũ eo erant, lætantes obsederunt præsidium diebus quatuor. ¶24 At hi qui intus erant, loci firmitate confisi, supra modũ maledicebant, & fermones nefandos iactabant. ¶25 Sed quum dies quinta illuxisset, vigiti iuuenes, ex his qui cum Machabæo erant, accẽsi animis propter blasphemiam, virilliter accesserunt ad murũ, & feroci animo incedentes turres ascẽdebãt. ¶26 Sed & alii simliter ascẽdentes, turres portasque succendere aggressi sunt, atque ipsos maledicos viuos concremare. ¶27 Per continuum autem biduũ præsidio vastato, Timotheum occultantem se in quodam repertum loco peremerunt: & fratrem illius Chæream, & Apollophanem occiderunt. ¶28 Quibus gestis, in hymnis & confessionibus benedicebãt Dominum, qui magna fecit in Israel, & victoriam dedit illis.

CAP. XI.

Conatur Lysias Iudæos expugnare. 6 Iudæis cælitus adiutor mittitur, quo duce Lysiã in fugam vertunt, & pactum inire compellunt. 16 Lysiæ epistola ad Iudæos. 22 Regis Antiochi epistola ad Lysiam. 27 Eiusdem epistola ad Iudæos. 34 Romanorum epistola ad populum Iudæorum.

A Sed paruo pòst tempore, Lysias procurator regis, & propinquus, ac negotiorum præpositus, grauiter ferens de his quæ acciderant: ¶1 congregatis octoginta millibus, & equitatu vniuerso, veniebat aduersus Iudæos, existimans se ciuitatem quidem captam Gentibus habitaculum facturum, ¶2 templũ verò in pecuniæ quæstum, sicut cætera delubra Gentium, habiturum, & per singulos annos venale sacerdotium: ¶3 Nusquam recogitans Dei potestatem, sed mente efferatus in multitudine peditum, & in millibus equitum, & in octoginta elephantis confidebat. ¶4 Ingressus autem Iudæam, & appropians Bethsuræ, quæ erat in angusto loco, ab Ierosolyma interuallo quinque stadiorum, illud præsidium expugnabat. ¶5 Vt autem Machabæus & qui cum eo erant, cognouerunt expugnari præsidia, cum fletu & lachrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, vt bonum Angelum mitteret ad salutem Israel. ¶6 Et ipse primus Machabæus sumptis armis, cæteros adhortatus est simul secum periculum subire, & ferre auxilium fratribus suis. ¶8 Quũmque pariter prompto animo procederent, Ierosolymis apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis hastã vibrans. ¶9 Tunc omnes simul benedixerunt misericordem Dominum, & conualuerunt animis: non soldm homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare. ¶10 Sbãt igitur prõpti, de cælo habẽtes adiutorem, & miserãtem super eos Dominum. ¶11 Leonum autẽ more impetu truentes in hostes, prostrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitũ mille sexcentos: ¶12 Vniuersos autẽ in fugam verterunt, plures autẽ ex eis vulnerati nudi euaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiẽs euasit. ¶13 Et quia non insensatus erat, secũ ipse reputans factam erga se diminutionẽ, & intelligens Iuuictos esse Hebræos, omnipotentis Dei auxilio innitentes, misit ad eos: ¶14 Promisitque se cõsensurum omnibus quæ iusta sunt, & regem cõpulsurum amicũ fieri. ¶15 Annuit autẽ Machabæus precibus Lysiæ, in omnibus vtilitati cõsulẽs: & quæcũq; Machabæus scripsit Lysiæ de Iudæis, ea rex cõcessit. ¶16 Nam B erant scriptæ Iudæis epistolæ à Lysia, siquidem hunc modũ cõtinentes, ¶ Y S I A S populo Iudæorũ salutem. ¶17 Iohannes & Absalom qui missi fuerant à vobis, tradẽtes scripta, postulabãt vt ea quæ per illos significabantur, implerem. ¶18 Quæcunque igitur regi potuerũt perferri, exposui: & quæ res permittebat, cõsensi. ¶19 Si igitur in negotiis fidem cõseruaueritis, & deinceps bonorũ vobis causa esse tentabo. ¶20 De cæteris autem per singula verba mandaui & iftis & his qui à me missi sunt colloqui vobiscũ. ¶21 Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, mẽsis Dioscori die vicesima & quarta. ¶22 Regis autem epistola, ista cõtinebat. ¶ R E X Antiochus Lysiæ fratri salutem. ¶23 Patre nostro inter deos transiato, nos volẽtes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligẽtiam, ¶24 Audiuimus Iudæos non cõsensisse patri meo vt trãsferrentur ad ritum Græcorũ, sed tenẽre velle suũ institutum, ac propterea postulare à nobis concedi sibi legitima sua. ¶25 Volẽtes igitur hãc quoque gentem quietam esse, statuentes iudicauimus tẽplum restitui illis, vt agerent secũdum suorum maiorum consuetudinem. ¶26 Bene igitur feceris, si miseris ad eos, & dexterã dederis: vt cognita nostra volũtate, bono animo sint, & vtilitatibus propriis deseruiãt. ¶27 Ad C Iudæos verò regis epistola talis erat, ¶ R E X Antiochus senatui Iudæorum, & cæteris Iudæis salutem. ¶28 Si valetis, sic ẽstis vt volumus: sed & ipsi bene valemus. ¶29 Adiit nos Menela⁹, dicẽs velle vos descẽdere ad vestros qui sunt apud nos. ¶30 His igitur qui cõmeat vsque ad diem tricesimũ mensis Xanthici, damus dexttas securitatis, ¶31 Vt Iudæi vtantur cibis, & legib⁹ suis, sicut & prius: & nemo eorum vllo modo molestiam patiatur de his quæ per ignorãtiam gesta sunt. ¶32 Mittimus autẽ & Menelaũ, qui vos alloquatur. ¶33 Valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, Xanthici mensis quintadecima die. ¶34 Miserunt autem etiã Romani epistolam ita se habentem. Q V I N T V S Mẽmius, & Titus Manilius legati Romanorũ, populo Iudæorum salutem. ¶35 De his quæ Lysias cognatus regis concessit vobis, & nos concessimus. ¶36 De quibus autem ad regem indicauit referẽdum, confestim aliquem mittite, diligentius inter vos conferentes: vt decernamus, sicut cõgruit

permittebãt, concessit.

vobis. nos enim Antiochiã accedimus. ¶37 Idcirco festinate referre, vt nos quoq; sciamus cuius estis voluntatis. ¶38 Bene valete. Anno centesimo quadragesimooctauo, quintadecima die mensis Xanthici.

## CAP. XII.

Iudæos infestat Timotheus. 3 Ioppitarũ facinus in Iudæos. 5 Iudas in eos vlciscitur. 10 In quos pugnauerit Machabæus quum Timotheũ insequeretur. 24 Capitur Timothe⁹, & dimittitur illæsus. 32 Gorgiam persequitur Iudas. 42 Iudas, oblato pro mortuis sacrificio, spem resurrectionis ostendit.

A His factis pactionibus Lysias pergebat ad regem, Iudæi autem agriculturæ operã dabant. ¶2 Sed hi qui residerãt Timothei & Apollonius Genæi filius, sed & Hieronymus, & Demophõ, & superbus & Nicanor Cypriarches, nõ sinebãt eos in silentio agere, & quiete. ¶3 Ioppitæ verò tale quoddam flagitium perpetrarũt. nogauerũt Iudæos cũ quibus habitabant, ascendere scaphas, quas parauerãt, cum vxoribus, & filiis, quasi nullis inimicitiis inter eos subiacentibus. ¶4 Secundũ cõmune itaque decretum ciuitatis, & ipsis aequiescentibus, pacisque causa nihil suspectũ habentibus: quum in altũ processissent, submerserunt non minus ducentos. ¶5 Quam crudelitatem Iudas in suæ gẽtis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant cum ipso: & inuocato iusto iudice Deo, ¶6 venit aduersus interfectores fratrum. & portum quidem nocte succendit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant, gladio peremit. ¶7 Et quũ hæc ita egisset, discessit quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus. ¶8 Sed quum cognouisset & eos qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus secũ Iudæis, ¶9 Iamnitis quoque nocte superuenit, & portum cum nauibus succendit: ita vt lumen ignis appareret Ierosolymis à stadiis ducẽtis quadraginta. ¶10 Inde quum iam abissent non minus stadiis, & iter facerent ad Timotheum, commiserunt cum eo Arabes quinque millia viri, & equites quingẽti. ¶11 Quũmque pugna valida fieret, & auxilio Dei prospere cessisset, retsidui Arabes victi, petebant à Iuda dextras sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in cæteris profuturos. ¶12 Iudas autem arbitratus vere in multis eos vtiles, promisit pacem: de extrisque acceptis, discessere ad tabernacula sua. ¶13 Aggressus est autem & ciuitatẽ quandam firmam põtibus murisque circũseptam, quæ à turbis habitabatur Gentiũ promiscuarum, cui nomẽ Casphin. ¶14 Hi verò qui intus erant, confidentes in stabilitate murorum, & apparatu alimoniarum, remissius agebãt, maledictis lacessentes Iudam, ac blasphemãtes, ac loquentes quæ fas non est. ¶15 Machabæus autem inuocato magno mundi Principe, qui sine arietib⁹ & machinis tẽporibus Iesu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris: ¶16 & capta ciuitate per Domini voluntatem innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens stagnũ stadiorum duorum latitudinis sanguine interfectorum fluere videretur. ¶17 Inde discesserunt stadia septingẽta quinquaginta, & venerunt in Characa ad eos qui dicuntur Tubiani, Iudæos: ¶18 Et Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nullòque negotio perfecto regressus est, relicto in quodã loco, firmissimo præsidio. ¶19 Dositheus autẽ & Sosipater, qui erãt duces cum Machabæo, peremerũt à Timotheo relictos in præsidio, decem millia viros. ¶20 At Machabæus ordinatis circum se sex millibus, & cõstitutis per cohortes, aduersus Timotheum processit, habentem secum centum viginti millia peditũ, equitũmque duo millia quingentos. ¶21 Cognito autem Iudæ aduentu Timotheus præmisit mulieres & filios, & reliquũ apparatũ, in præsidium quod Carnio dicitur. erat enim inexpugnabile, & accessu difficile propter locorum angustias. ¶22 Quũmque cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostib⁹ incussus est, ex præsentia Dei qui vniuersa conspicit, & in fugam versũ sunt alius ab alio, ita vt magis à suis deiceretur, & gladiorum suorum ictibus debilitarentur. ¶23 Iudas autem vehementer instabat puniens prophanos, & prostrauit ex eis triginta millia virorum. ¶24 Ipse verò Timotheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris: & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eo quòd multorum ex Iudæis parentes haberet, ac fratres, quos morte eius darentes haberet, ac fratres, quos morte eius darentes eueniret. ¶25 Et quũ fidẽ dedisset restituturum se eos secũdum constitutum, illæsum eum dimiserũt propter fratru salutẽ. ¶26 Iudas autem regressus est à Carnion, interfectis viginti quinque millibus. ¶27 Post horum fugam & necem, mouit exercitũ ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo omnisarum Gentiũ habitabat: & robusti iuuenes pro muris cõsistentes fortiter repugnabãtin hac autem machinæ multæ, & telorũ erat apparatus. ¶28 Sed quum Omnipotentem inuocassent, qui potestate sua vires hostium confringit, ceperunt ciuitatem: & ex eis qui intus erant, viginti quinque millia prostrauerunt. ¶29 Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ierosolymis sexcentis stadiis aberat. ¶30 Contestantibus autem his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benigne ab eis haberẽtur, etiã tẽporibus infœlicitatis quòd modestè secum egerint: ¶31 Gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus suum benignos esse, venerunt Ierosolymã die solenni septimanarum instante. ¶32 Et post Pentecosten abierunt contra Gorgiam præpositum Idumææ. ¶33 Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. ¶34 Quibus congressis, cõtigit paucos ruere Iudæorum. ¶35 Dositheus verò quidam de Bacenoris eques, vir fortis, Gorgiam tenebat: & quum vellet illum capere vsuũ, eques quidam de Thracibus irruit in eũ, humerũmque eius amputauit: atque ita Gorgias effugit in Mariſa. ¶36 At illis qui eum Esdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominum adiutorẽ, & ducem belli fieri: ¶37 Insipiens voce patria, & cum hymnis cãmorem extollẽs, fugam Gorgiæ militibus incussit. ¶38 Iudas autẽ collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam: & quũ septima dies superueniret, secundum consuetudinem purificati, in eodẽ loco sabbathũ egerunt. ¶39 Et sequẽti die venit cũ suis Iudas, vt corpora pro-

vobis. nos enim Antiochiã accedimus. ¶37 Idcirco festinate referre, vt nos quoq; sciamus cuius estis voluntatis. ¶38 Bene valete. Anno centesimo quadragesimooctauo, quintadecima die mensis Xanthici.

## CAP. XII.

Iudæos infestat Timotheus. 3 Ioppitarũ facinus in Iudæos. 5 Iudas in eos vlciscitur. 10 In quos pugnauerit Machabæus quum Timotheũ insequeretur. 24 Capitur Timothe⁹, & dimittitur illæsus. 32 Gorgiam persequitur Iudas. 42 Iudas, oblato pro mortuis sacrificio, spem resurrectionis ostendit.

A His factis pactionibus Lysias pergebat ad regem, Iudæi autem agriculturæ operã dabant. ¶2 Sed hi qui residerãt Timothei & Apollonius Genæi filius, sed & Hieronymus, & Demophõ, & superbus & Nicanor Cypriarches, nõ sinebãt eos in silentio agere, & quiete. ¶3 Ioppitæ verò tale quoddam flagitium perpetrarũt. nogauerũt Iudæos cũ quibus habitabant, ascendere scaphas, quas parauerãt, cum vxoribus, & filiis, quasi nullis inimicitiis inter eos subiacentibus. ¶4 Secundũ cõmune itaque decretum ciuitatis, & ipsis aequiescentibus, pacisque causa nihil suspectũ habentibus: quum in altũ processissent, submerserunt non minus ducentos. ¶5 Quam crudelitatem Iudas in suæ gẽtis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant cum ipso: & inuocato iusto iudice Deo, ¶6 venit aduersus interfectores fratrum. & portum quidem nocte succendit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant, gladio peremit. ¶7 Et quũ hæc ita egisset, discessit quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus. ¶8 Sed quum cognouisset & eos qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus secũ Iudæis, ¶9 Iamnitis quoque nocte superuenit, & portum cum nauibus succendit: ita vt lumen ignis appareret Ierosolymis à stadiis ducẽtis quadraginta. ¶10 Inde quum iam abissent non minus stadiis, & iter facerent ad Timothẽum, commiserunt cum eo Arabes quinque millia viri, & equites quingẽti. ¶11 Quũmque pugna valida fieret, & auxilio Dei prospere cessisset, residui Arabes victi, petebant à Iuda dextras sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in cæteris profuturos. ¶12 Iudas autem arbitratus vere in multis eos vtiles, promisit pacem: de extrisque acceptis, discessere ad tabernacula sua. ¶13 Aggressus est autem & ciuitatẽ quandam firmam põtibus murisque circũseptam, quæ à turbis habitabatur Gentiũ promiscuarum, cui nomẽ Caſphin. ¶14 Hi verò qui intus erant, confidentes in stabilitate murorum, & apparatu alimoniarum, remissius agebãt, maledictis lacessentes Iudam, ac blasphemãtes, ac loquentes quæ fas non est. ¶15 Machabæus autem inuocato magno mundi Principe, qui sine arietib⁹ & machinis tẽporibus Iesu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris: ¶16 & capta ciuitate per Domini voluntatem innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens stagnũ stadiorum duorum latitudinis sanguine interfectorum fluere videretur. ¶17 Inde discesserunt stadia septingẽta quinquaginta, & venerunt in Characa ad eos qui dicuntur Tubianæi, Iudæos: ¶18 Et Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nullòque negotio perfecto regressus est, relicto in quodã loco, firmissimo præsidio. ¶19 Dositheus autẽ & Sosipater, qui erãt duces cum Machabæo, peremerũt à Timotheo relictos in præsidio, decem millia viros. ¶20 At Machabæus ordinatis circum se sex millibus, & cõstitutis per cohortes, aduersus Timotheum processit, habentem secum centum viginti millia peditũ, equitũmque duo millia quingentos. ¶21 Cognito autem Iudæ aduentu Timotheus præmisit mulieres & filios, & reliquũ apparatũ, in præsidium quod Carnio dicitur. erat enim inexpugnabile, & accessu difficile propter locorum angustias. ¶22 Quũmque cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostib⁹ incussus est, ex præsentia Dei qui vniuersa conspicit, & in fugam versũ sunt alius ab alio, ita vt magis à suis deiceretur, & gladiorum suorum ictibus debilitarentur. ¶23 Iudas autem vehementer instabat puniens prophanos, & prostrauit ex eis triginta millia virorum. ¶24 Ipse verò Timotheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris: & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eo quòd multorum ex Iudæis parentes haberet, ac fratres, quos morte eius darentes haberet, ac fratres, quos morte eius darentes eueniret. ¶25 Et quũ fidẽ dedisset restituturum se eos secũdum constitutum, illæsum eum dimiserũt propter fratru salutẽ. ¶26 Iudas autem regressus est à Carnion, interfectis viginti quinque millibus. ¶27 Post horum fugam & necem, mouit exercitũ ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo omnisarum Gentiũ habitabat: & robusti iuuenes pro muris cõsistentes fortiter repugnabãtin hac autem machinæ multæ, & telorũ erat apparatus. ¶28 Sed quum Omnipotentem inuocassent, qui potestate sua vires hostium confringit, ceperunt ciuitatem: & ex eis qui intus erant, viginti quinque millia prostrauerunt. ¶29 Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ierosolymis sexcentis stadiis aberat. ¶30 Contestantibus autem his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quòd benigne ab eis haberẽtur, etiã tẽporibus infœlicitatis quòd modestè secum egerint: ¶31 Gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus suum benignos esse, venerunt Ierosolymã die solenni septimanarum instante. ¶32 Et post Pentecosten abierunt contra Gorgiam præpositum Idumææ. ¶33 Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. ¶34 Quibus congressis, cõtigit paucos ruere Iudæorum. ¶35 Dositheus verò quidam de Bacenoris eques, vir fortis, Gorgiam tenebat: & quum vellet illum capere vsuũ, eques quidam de Thracibus irruit in eũ, humerũmque eius amputauit: atque ita Gorgias effugit in Mariſa. ¶36 At illis qui eum Esdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominum adiutorẽ, & ducem belli fieri: ¶37 Insipiens voce patria, & cum hymnis cãmorem extollẽs, fugam Gorgiæ militibus incussit. ¶38 Iudas autẽ collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam: & quũ septima dies superueniret, secundum consuetudinem purificati, in eodẽ loco sabbathũ egerunt. ¶39 Et sequẽti die venit cũ suis Iudas, vt corpora pro-

super hos

infectum

Iosue 8. c. 20.

stratorum tolleret, & cum parentibus poneret in sepulchris paternis. ¶40 Inuenerũt autem sub tunicis interfectorũ de donariis idolorum, quæ apud Iamniam fuerũt. Id quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifestum factum est ob hãc causam eos corruisse. ¶41 Omnes itaque benedixerunt iustum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta. ¶42 Atque ita ad preces conuersi, rogauerunt vt id quod factum erat delictũ, obliuioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. ¶43 Et facta collatione, duodecim millia drachmas argẽti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificiũ, bene & religiose de resurrectione cogitans. ¶44 (Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis.) ¶45 Et quia considerabat quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiã. ¶46 Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. CAP. XIII.

Eupatoris aduẽtus in Iudæam. 3 Menelai interitus. 10 Machabæus pugnaturus aduersus Eupatorẽ, suos ad orationẽ hortatur. 15 Quatuordecim hominum millia interficit in castris Antiochi. 21 Rhodocus Iudæorum proditor comprehenditur. 23 Antiochus cum Iudæis redit in gratiam.

ANno centesimo quadragesimonono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine aduersus Iudæã, ¶2 Et cum eo Lysiam procuratorem & præpositum negotiorum, secum habentem peditum centum decem millia, & equitum quinque millia, & elephantos viginti duos, currus cũ falcibus trecentos. ¶3 Commiscuit autem se illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabatur Antiochũ, non pro patria salute, sed sperans se constitui in principatum. ¶4 Sed Rex regum suscitauit animos Antiochi in peccatorem: & suggerente Lysia hunc esse causam omnium malorum, iussit (vt eis est consuetudo) apprehensum in eodem loco necari. ¶5 Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestũ vndique habens cineris: hæc prospectum habebat in præceps. ¶6 Inde in cinerem delici iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum. ¶7 Et tali lege præuaricatorem legis cõtigit mori, nec terræ dari Menelaum. ¶8 Et quidem satis iuste. nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cuius ignis & cinis erat sanctus: ipse in cineris morte dãnatus est. ¶9 Sed rex mente efferãtus veniebat, nequiorem se patre suo Iudæis ostensurus. ¶10 Quibus Iudas cognitis, præcepit populo vt die ac nocte Dominum inuocarent, quo sicut semper, & nũc adiuuaret eos: ¶11 Quippe qui lege & patria, sanctóque templo priuari verentur, ac populum qui nuper paululum respirasset, ne ũneret blasphemis rursus nationibus subdi. ¶12 Omnibus itaque simul id facientibus, & petentibus à Domino misericordiã cum fletu & ieiunio per triduum continuũ prostratis, hortatus est eos Iudas vt se præpararent. ¶13 Ipse verò cum senioribus cogitauit prius quàm rex admoueret exercitum ad Iudæam, & obtineret eluitatem, exire, & Domini iudicio committere exitum rei. ¶14 Dans itaque potestatem omnium Deo mundi creatori, & hortatus suos vt fortiter dimicarent, & vsque ad mortem pro legibus, templo, ciuitate, patria, & ciuibus starẽt: circa Modin exercitum constituit. ¶15 Et dato signo suis Dei victoriæ, iuuenibus fortissimis electis, noctẽ aggressus aulam regiam, in castris interfecit viros quatuordecim millia, & maximum elephantorũ cum his qui superpositi fuerant: ¶16 Summóque metu ac perturbatione hostium castra repleuerunt, rebúsque prospere gestis abierũt. ¶17 Hoc autem factum est die illucescente, adiuuante eum Domini protectione. ¶18 Sed rex accepto gustu audaciæ Iudæorum, arte difficultatem locorum tentabat: ¶19 Et Bethsuræ quæ erat Iudæorum præsidium munitum, castra admouebat: sed fugabatur, impingebat, minorabatur. ¶20 His autem qui intus erant, Iudas necessaria mittebat. ¶21 Enuntiauit autem mysteria hostibus Rhodocus quidam de Iudaico exercitu, qui requisitus comprehensus est, & conclusus. ¶22 Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant in Bethsuris, dextram dedit, accepit, abiit. ¶23 Commiscit cum Iuda: superatus est. Et autẽ cognouit rebellasse Philippum Antiochiæ, qui relictus erat super negotia, mente conturbatus Iudæos deprecans, subditúsque eis iurat de omnibus quibus iustum visum est: & reconciliatus obtulit sacrificiũ, honorauit templum, & munera posuit. ¶24 Machabæũ amplexatus est, & fecit eum à Ptolemaide vsque ad Gerrenos ducem & principem. ¶25 Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter ferebãt Ptolemenses amicitiæ conuentionem, indignantes ne forte fœdus irrumperent. ¶26 Tunc ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationẽ, & populum sedauit, regressúsque est Antiochiam: & hoc modo regis profectio & reditus processit.

CAP. XIIII.

Institutu Alcimi Demetrius Nicanorem ad interficiendum Iudæos mittit. 17 Nicanor pactum init cum Iudæis: quod tamen rege impellente soluit. 37 Raziam iubet Nicanor comprehẽdi. 41 Raziæ magnanimitas.

POst triennii tempus cognouit Iudas & qui cum eo erãt, Demetrium Seleuci cum multitudine valida, & nauibus per portum Tripolis ascendisse ad loca opportuna, ¶2 Et tenuisse regiones aduersus Antiochum & ducem eius Lysiam. ¶3 Alcimus autẽ quidam, qui summus sacerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus est temporibus commistionis, considerans nullo modo sibi esse salutẽ, neque accessum ad altare, ¶4 Venit ad regẽ Demetrium centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, super hæc & talos qui tẽpli esse videbantur. Et ipsa quidem die siluit. ¶5 Tempus autem opportunum dementiæ suæ nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus quibus rebus & consiliis Iudæi niterẽtur: ¶6 Respon-

dit, Ipſũ qui dicuntur Aſſidæi Iudæorum, quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nutriũt, & ſeditiones mouent, nec patiuntur regnum
B eſſe quietum. ¶7 Nam & ego defraudatus patrentum gloria (dico autem ſummũ ſacerdotio) huc veni: ¶8 Primò quidem vtilitatibus negĝis fidem ſeruans, ſecundò autem etiam ciuibus conſulens, nam illorum pranitate vniuerſum genus noſtrum non minime vexatur. ¶9 Sed oro his ſingulis ō rex cognitis, & regioni, & generi ſecundum humanitatem tuam promulgatam omnibus proſpice. ¶10 Nã quandiu ſupereſt Iudas, impoſſibile eſt pacem eſſe negotiis. ¶11 Talibus autem ab hoc dictis, & cæteri amici hoſtiliter ſe habentes aduerſus Iudam, inflammauerunt Demetrium. ¶12 Qui ſtatim Nicanorem præpoſitum elephantorum ducem miſit in Iudæã: ¶13 Datis mandatis vt ipſum quidem Iudam caperet, diſperget, & conſtitueret Alcimum maximi templi ſummum ſacerdotẽ. ¶14 Tunc gẽtes quæ de Iudæa fugerant Iudã, congregatim ſe Nicanori miſcebant, miſerias & clades Iudæorum, proſperitates rerum ſuarum exiſtimantes. ¶15 Audito itaque Iudæi Nicanoris aduentu, & conuentu nationum, & conſperſũ terra rogabant eum qui populum ſuum conſtituit, in æternũ cuſtodiret, quique ſuam portionem ſignis euidentibus protegit. ¶16 Imperante autem duce, ſtatim inde mouerunt, cõuenerũtque ad caſtellum Deſſau. ¶17 Simon verò frater Iudæ commiſerat cum Nicanore: ſed conterritus eſt repentino aduentu aduerſariorum. ¶18 Nicanor tamen audiens virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem quam pro patriæ certaminibus habebant, ſanguine iudiciũ facere metuebat. ¶19 Quam ob rem præmiſit Poſidonium, & Theodotium, & Matthiam, & vt darẽt dextras atque acciperent. ¶20 Et quum diu de his conſilium ageretur, & ipſe dux ad multitudinem retuliſſet: omnium vna fuit ſententia amicitiis annuere. ¶21 Itaque diem conſtituerunt qua ſecreto inter ſe agerent: & ſinguD lis ſellæ prolatæ ſunt & poſitæ. ¶22 Præcepit autem Iudas armatos eſſe locis opportunis, ne fortè ab hoſtibus repẽte mali aliquid oriretur: & congruum colloquium fecerunt. ¶23 Morabatur autem Nicanor Ieroſolymis, nihilque inique agebat, congẽſque turbarum quæ congregatæ fuerant, dimiſit. ¶24 Habebat autem Iudã ſemper charum ex animo, & erat viro inclinatus. ¶25 Rogauitque eum ducere vxorem, filiõſque procreare. Nuptias fecit: quiete egit, comitẽrq; vinebant. ¶26 Alcimus autem videns charitatem illorum adinuicem & conuentiones, venit ad Demetrium, & dicebat Nicanorẽ rebus alienis aſſentire, Iudãmque regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe. ¶27 Itaque rex exaſperatus, & peſſimis huius criminationibus irritatus, ſcripſit Nicanori, dicens grauiter quidẽ ſe ferre de amicitiæ conuentione, iubere tamen Machabæum citius vinctũ mittere Antiochiam. ¶28 Quibus cognitis Nicanor conſternabatur, & grauiter ferebat, ſi ea quæ cõuenerant irrita faceret, nihil læſus à viro.

¶29 Sed quia regi reſiſtere non poterat, opportunitatem obſeruabat qua præceptum perficeret. ¶30 At Machabæus videns ſecuta auſterius agere Nicanorem, & conſuetum oc curſum ferocius exhibentem, intelligens nõ ex bono eſſe auſteritatem iſtam, pauciſ ſuorum congregatis occultauit ſe à Nicanore. ¶31 Quod quum ille cognouit fortiter ſe à viro præuẽtum, venit ad maximum & ſanctiſſimũ templũ: & ſacerdotibus ſolitas hoſtias offerentibus, iuſſit ſibi tradi virum. ¶32 Quibus eum iuramento dicentibus neſcire ſe vbi eſſet qui quærebatur, extendens manũ ad tẽplum, ¶33 Iurauit, dicens, Niſi Iudam mihi vinctum tradideritis, iſtud Dei phanũ in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri cõſecrabo. ¶34 Et his dictis abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in cælum, inuocabant eum qui ſemper propugnator eſſet gentis ipſorũ, hæc dicẽtes. ¶35 Tu Domine vniuerſorum, qui nullius indiges, voluiſti templum habitationis tuæ fieri in nobis. ¶36 Et nũc Sancte ſanctorum omnium Domine, conſerua in æternum impolluta domum iſtam, quæ nuper mundata eſt. ¶37 Razias autem quidam de ſenioribus ab Ieroſolymis delatus eſt Nicanori, vir amator ciuitatis, & bene audiens: qui pro affectu, Pater Iudæorum appellabatur. ¶38 Hic multis temporibus continentiæ propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpuſque & animã tradere contentus pro perſeuerantia. ¶39 Volẽs autem Nicanor manifeſtare odium quod habebat in Iudæos, mittit milites quingentos, vt eum comprehenderent. ¶40 Putabat enim ſe illum decepiſſet, eſſe eladem Iudæis maximã illaturum. ¶41 Turbis autem irruere in domũ eius, & ianuam diſrumpere, atque ignem admouere cupientibus, quum iam comprehenderetur, gladio ſe petiit: ¶42 Eligẽs nobiliter mori, potius quàm ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales ſuos indigniſ iniuriis agi. ¶43 Sed quum per feſtinationẽ non certo ictu plagam dediſſet, & turbæ intra oſtia irrumperent, recurrens audacter ad murum præcipitauit ſemetipſum viriliter in turbas. ¶44 Quibus velociter locum dantibus caſui eius, venit per mediam cauiſeam. ¶45 Et quũ adhuc ſpiraret, accenſus animo, ſurrexit: & quum ſanguis eius magno fluxu defueret, & grauiſſimis vulneribus eſſet faucius, curſu turbam pertranſiit. ¶46 Et ſtans ſupra quandam petram præruptam, & iam exanguis effectus, complexus inteſtina ſua, vtriſque manibus proiecit ſuper turbas, inuocans Dominatorem vitæ ac ſpiritus, vt hæc illi iterum reddereẽtur quæ ita vita defunctus eſt.

## C. & P. XV.

Nicanor die Sabbathi Iudam aggredi cẽtat. 3 Eius blaſphemiæ. 12 Machabæus viſione Iudæis expoſita, animos eorum cõfortat. 22 Oratio Machabæi. 25 Proſtrato Nicanoris exercitu. Machabæus caput eius cum manibus præſcindi iubet, & linguam particulatim auibus dari.

Nicanor autem vt comperit Iudam eſſe in locis Samariæ, cogitauit eum omni impetu die ſabbathi committere bellũ. ¶2 Iu

cæis verò qui illum per necessitatem sequebantur, dicentibus, Ne ita ferociter & barbarè fecerîs, sed honorem tribue dei sanctificationis, & honora eum qui vniuersa cõspicit:
2.
¶ 3 Ille infœlix interrogauit ti est potens in cælo qui imperauit agi diem sabbathorum
e.b.8.
¶ 4 Et respondentibus illis, Est Dominus viuus ipse in cælo potẽs, qui iussit agi septimã diem. ¶ 5 At ille ait, Et ego potens sum super terrã, qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit vt consilium perficeret. ¶ 6 Et Nicanor quidẽ cum summa superbia erectus, cogitauerat commune trophæum statuere de Iuda. ¶ 7 Machabæus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturum, ¶ 8 Et hortabatur suos ne formidarent ad aduentum nationũ, sed in mente haberent adiutoria sibi facta de cælo, & nunc sperarent ab Omnipotente sibi affuturam victoriam. ¶ 9 Et allocutus eos de Lege & Prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant prius, promptiores constituit eos: ¶ 10 Et ita animis eorũ erectis simul ostendebat gẽtium fallaciam, & iuramentorum præuaricationem. ¶ 11 Singulos autem illorum armauit, non clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis & exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod vniuersos lætificauit. ¶ 12 Erat autem huiusce modi visus: Oniam qui fuerat summus sacerdos, virum bonum & benignum, verecundũ
c visu, modestum moribus, & eloquio decõrũ, & qui à puero in virtutibus exercitatus ũt, manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum. ¶ 13 Post hoc apparuisse & aliũ virum ætate & gloria mirabilem, & magni decõris habitudinem circa illum. ¶ 14 Respondentem verò Oniam dixisse, Hic est fratrum amator, & populi Israel: hic est qui multum orat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. ¶ 15 Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem, ¶ 16 Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deiicies aduersarios populi mei Israel. ¶ 17 Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, & animi iuuenũ cõfortari,
d statuerunt dimicare & confligere fortiter: vt virtus de negotiis iudicaret, eo quòd ciuitas sancta, & templum periclitarentur. ¶ 18 Erat enim pro vxoribus & filiis, itémque pro fratribus & cognatis minor solicitudo: maximus verò & primus pro sanctitate timor erat tẽpli. ¶ 19 Sed & eos qui in ciuitate erant, non minima solicitudo habebat pro his qui congressuri erant. ¶ 20 Et quum iam omnes sperarent iudicium futurum, hostẽsque adesse, atque exercitus esset ordinatus, bestiæ equitẽsque opportuno in loco compositi, ¶ 21 Cõsideranς Machabæus aduẽtum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cælum, prodigia faciẽtem Dominum inuocauit, qui non secũdum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. ¶ 22 Dixit autem inuocans hoc modo, Tu Domine qui misisti Angelum tuum sub Ezechia rege Iuda, & interfecisti de castris Sennacherib centum octoginta quinque millia: ¶ 23 Et nunc Dominator cælorum mitte Angelum tuum bonum ante nos in timore & tremore magni tudinis brachii tui, ¶ 24 Vt metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidẽ ita perorauit. ¶ 25 Nicanor autem, & qui cum ipso erant, cum tubis, & canticis admouebant. ¶ 26 Iudas verò, & qui cum eo erant, inuocato Deo, per orationes congressi sunt, ¶ 27 Manu quidem pugnãtes, sed Dominum cordibus orantes, prostrauerunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnificè delectati. ¶ 28 Quũque cessassent, & cum gaudio rediirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis.
¶ 29 Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotentem Dominum benedicebant. ¶ 30 Præcepit autem Iudas, qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam, Ierosolymã perferri. ¶ 31 Quò quum peruenissent, conuocatis cõtribulibus, & sacerdotibus ad altare, accessit & eos qui in arce erant. ¶ 32 Et ostenso capite Nicanoris, & manu nefaria quam extenderat contra domum sanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus est. ¶ 33 Linguam etiam impii Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari: manum autem dementis contra templum suspendi. ¶ 34 Omnes igitur cæli benedixerunt Dominum, dicentes, Benedictus qui locum suum incontaminatum seruauit. ¶ 35 Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce, vt euidẽs esset, & manifestum signum auxilii Dei. ¶ 36 Itaq; omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absq; celebritate præterire: ¶ 37 Habere autem celebritatem tertiadecima die mensis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi diei. ¶ 38 Igitur his erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermonis. ¶ 39 Et si quidẽ bene, & vt historiæ competit, hoc & ipse velim: si autem minus digne, concedendum est mihi. ¶ 40 Sicut enim vinũ semper bibere aut semper aquam, contrarium est, alternis autem vti delectabile: ita legentibus si semper exactus ũt sermo, non erit gratus. Hic ergo erit consummatus.

F 4. Reg. 19. g. tob. 1. d. 11. eccli 48. d. 1. esa. 37. g. 36.

Voicy la Bible Vulgate; ou paris
par Robert Estienne, le plus habile
Imprimeur de son temps.

# Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Matthæum.

Bibl. vulgat.

CAP. I.

A

Luc.3.c.24. Gen.21.a.2. Gen.25.c.24. Gen.29.d.35. Gen.38.d.27. 1.Para.2.a.5. ruth 4.d.18.

LIBER GENERATIONIS Iesu Christi filii Dauid, filii Abrahã. ¶2 Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autẽ genuit Iudam & fratres eius. ¶3 Iudas autẽ genuit Phares & Zarã de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esron autem genuit Aram. ¶4 Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autẽ genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. ¶5 Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. ¶6 Iesse autem genuit Dauid regem. Dauid autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. ¶7 Salomon autem genuit Roboam. Roboam autẽ genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. ¶8 Asa autem genuit Iosaphat. Iosaphat autem genuit Ioram. Ioram autẽ genuit Oziam. ¶9 Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam. ¶10 Ezecias autẽ genuit Manassem. Manasses autem genuit Amõ. Amon autem genuit Iosiam. ¶11 Iosias autem genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis. ¶12 Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. ¶13 Zorobabel autẽ genuit Abiud. Abiud autẽ genuit Eliacim. Eliacim autẽ genuit Azor. ¶14 Azor autẽ genuit Sadoc. Sadoc autẽ genuit Achin. Achin autem genuit Eliud. ¶15 Eliud autẽ genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autem genuit Iacob. ¶16 Iacob autẽ genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. ¶17 Omnes itaque generationes ab Abrahã vsque ad Dauid, generationes quatuordecim: & à Dauid vsq; ad trãsmigrationẽ Babylonis, generationes quatuordecim: & à transmigratione Babylonis vsque ad Christũ, generationes quatuordecim.

1.Reg.16.a.1, & 17.b.12. 2.Reg.12.f.24 1.Reg.11.g.43. 1.para.3.b.10.

B

4.Reg.20.d.21 & 21.d.18. 1.para.3.b.13. 4.Reg.23.g.34 & 24.a.1. 1.para.36.a.4. 4.Reg.24.b.6. 1.para.7.c.16. 2.para.36.b.9. 1.Esdr.1.a.2, & 5.a.1.

C

¶18 Christi autem generatio sic erat, Quum esset desponsata mater eius Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habẽs de Spiritu sancto. ¶19 Ioseph autem vir eius quũ esset iustus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam. ¶20 Hæc autem eo cogitãte, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicẽs, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugẽ tuam. quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. ¶21 Pariet autem filium, & vocabis nomen eius IESVM. Ipse enim saluũ faciet populũ suum à peccatis eorum. ¶22 Hoc autem totũ factum est, vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem, ¶23 Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium: & vocabitur nomẽ eius Emmanuel: quod est interpretatum, Nobiscum Deus.) ¶24 Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam. ¶25 Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit nomẽ eius IESVM.

Luc.1.c.27. eius

Deut.24.a.1.

D

ei,

Luc.1.c.31. Act.4.b.12.

Isa.7.c.14.

vocabunt

Luc.1.c.31.

CAP. II.

A

QVum ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce Magi ab Oriente venerunt Ierosolymam, ¶2 Dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. ¶3 Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. ¶4 Et congregans omnes principes sacerdotum & Scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. ¶5 At illi dixerunt ei, In Bethlehem Iudæ: sic enim scriptum est per Prophetam, ¶6 Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet Dux, qui regat populum meũ Israel. ¶7 Tunc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis. ¶8 Et mittens illos in Bethlehem, dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. ¶9 Qui cum audissent regem, abierũt: & ecce stella quam viderãt in Oriente, antecedebat eos, vsquedum veniẽs staret supra vbi erat puer. ¶10 Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. ¶11 Et intrãtes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerũt ei munera, aurum, thus & myrrham. ¶12 Et respõso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam vlam reuersi sunt in regionem suam. ¶13 Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge, & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in Ægyptũ, & esto ibi vsquedum dicam tibi. futurũ est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendũ eum. ¶14 Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius nocte: & recessit in Ægyptũ. ¶15 Et erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam, dicentem, Ex Ægypto vocaui filium meum. ¶16 Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethlehem & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infrà, secundum tempus quod exquisierat à Magis. ¶17 Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem, ¶18 Vox in Rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. ¶19 Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, ¶20 Dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel: defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. ¶21 Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius, & venit in terram Israel. ¶22 Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Gallilææ. ¶23 Et veniens habitauit in ciuitate quæ

Mic.5.a.2

Ier.31.d.15

vocatur Nazareth: vt adim-pleretur quod dictum est per Prophetas, quoniam Nazaræus vocabitur. CAP. III.

IN diebus autem illis venit Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, ¶2 Et dicens, ‖ Pœnitentiã agite: *appropinquabit enim regnum cælorũ. ¶3 Hic est enim de quo dictum est per Esaiam Prophetam, dicẽtem, ‖ Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. ¶4 Ipse autẽ Iohannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autẽ eius erat locustæ & mel syluestre. ¶5 ‖ Tunc exibat ad eũ Ierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: ¶6 Et baptizabantur ab eo in Iordane, cõfitentes peccata sua. ¶7 Videns autem multos Pharisæorũ & Sadducæorum venientes ad baptismum suũ, dixit eis, Progenies viperarũ, quis *demõstrabit vobis fugere a vẽtura ira? ¶8 Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. ¶9 Et ne velitis dicere intra vos, ‖ Patrem habemus Abrahã. dico enim vobis quoniã *potens est' Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. ¶10 Iam enim securis ad radicem arborũ posita est. ‖ Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum' excidetur, & in ignem mittetur. ¶11 Ego quidẽ baptizo vos in aqua in pœnitẽtiam: qui autem post me venturus est' fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. ¶12 Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & cõgregabit triticũ *in horreum suum,' paleas autẽ comburet igni inextinguibili. ¶13 ‖ Tũc venit Iesus a Galilæa in Iordanem, ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo. ¶14 Iohannes autẽ prohibebat eum, dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? ¶15 Respondens autem Iesus, dixit ei, Sine modo. hic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. ¶16 Baptizatus autem' Iesus,' confestim ascendit de aqua. & ecce aperti sunt ei cæli: & vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbã, & venientem super' se.' ¶17 Et ecce vox de cælis dicẽs, ‖ Hic est Filius meus ‖ dilectus in quo mihi complacui. CAP. IIII.

TVnc ‖ Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. ¶2 Et quum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. ¶3 ‖ Et accedens tentator, dixit ei, Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. ¶4 Qui respondens dixit, Scriptũ est, ‖ Non in solo pane *viuit' homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. ¶5 Tũc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatẽ, & statuit eum super pinnaculum templi. ¶6 Et dixit ei, Si Filius Dei es, mitte te deorsum. scriptum est enim, ‖ Quia Angelis suis, *mandauit' de te, & in manibus tollent te, ne fortè offẽdas ad lapidem pedem tuum. ¶7 Ait illi Iesus, Rursum scriptum est, ‖ Non tentabis Dominũ Deum tuum. ¶8 Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, ¶9 Et dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. ¶10 Tunc dicit ei Iesus, Vade *Satana: scriptum est enim, ‖ Dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. ¶11 Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei. ¶12 ‖ Quum autem audisset Iesus quòd Iohannes traditus esset, secessit in Galilæam: ¶13 Et relicta ciuitate' Nazareth, vẽnit, & habitauit in ciuitate' Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephthali. ¶14 Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam, ¶15 ‖ Terra Zabulon & terra Nephthali, *via' maris trans Iordanem' Galilææ' Gentium: ¶16 Populus qui' ambulabat' in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione *vmbræ' mortis, lux orta est eis. ¶17 ‖ Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitẽtiam agite: *appropinquabit' enim regnum cælorum. ¶18 ‖ Ambulãs autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrẽ eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores.) ¶19 Et ait illis, Venite post me: & faciam vos fieri piscatores hominum. ¶20 At illi continuò relictis retibus sequuti sunt eum. ¶21 Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Iohãnem fratrem eius in nauicum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos. ¶22 Illi autem statim relictis retibus & patre, sequuti sunt eum. ¶23 Et circuibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni: & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. ¶24 Et abiit *opinio' eius in totam Syriam. & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus & tormẽtis comprehensos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: ¶25 Et sequutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem. CAP. V.

VIdens autem ‖ Iesus' turbas, ascendit in montem: & quum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius, ¶2 Et aperiẽs os suum, docebat eos, dicens, ¶3 ‖ Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cælorum. ¶4 ‖ Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. ¶5 Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. ¶6 ‖ Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. ¶7 Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam cõsequentur. ¶8 ‖ Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. ¶9 Beati pacifici: quoniã *filii Dei vocabuntur. ¶10 ‖ Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. ¶11 Beati estis quum maledixerint vobis' homines,' & persequuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersum vos, ‖ mentientes, propter me. ¶12 Gaudete & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cælis. sic enim persequuti sũt Prophetas qui fuerũt ante vos. ¶13 ‖ Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus. ¶14 Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. ¶15 ‖ Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. ¶16 Sic luceat lux vestra coram hominibus: ‖ vt videãt opera vestra bo-

Mare.1.b.14.
luc.4.c.14.
Iohan.4.f.45.
C
Esa.9.a.1.
*viam
*Galilæa
*sedebat
*& vmbra
Marc.1.b.15.
*appropinquauit
Marc.1.b.16.
D
*famæ
A
Luc.6.c.20.
psal.38.c.12.
Luc.6.c.21.
esa.61.2.1.
Esa.65.b.13.
Psal.24.a.4.
*ipsi
1.Pet.3.c.14.
B
1.Pet.4.d.14.
Marc.9.g.50.
luc.14.g.34.
Marc.4.c.22.
luc.8.c.16
& 11.c.33.
1.Pet.2.b.12.

na, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est. ¶17 Nolite putare quoniam veni soluere Legem, aut Prophetas. Non veni soluere: sed adimplere. ¶18 ‖ Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à Lege, donec omnia fiant. ¶19 ‖ Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines minimus vocabitur in regno cælorum. qui autem fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. ¶20 Dico 'autem' vobis quia nisi abundauerit iustitia vestra 'plusquam Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cælorum. ¶21 Audistis quia dictum est antiquis, ‖ Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. ¶22 Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, Raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, Fatue: reus erit gehennæ ignis. ¶23 Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: ¶24 Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade 'prius reconciliari' fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. ¶25 Esto consentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mitteris. ¶26 Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimũ quadrantem. ¶27 Audistis quia dictum est antiquis, ‖ Non mœchaberis. ¶28 Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. ¶29 ‖ Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proijce abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam 'ignis.' ¶30 Et si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam. ¶31 Dictum est autem, ‖ Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij. ¶32 Ego autem dico vobis quia omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. ¶33 Iterum audistis quia dictum est antiquis, ‖ Non periurabis: reddes autem Domino iuramenta tua. ¶34 Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cælum: quia thronus Dei est. ¶35 Neque per terram: quia scabellum est pedum eius. neque per Ierosolymam: quia ciuitas est magni Regis. ¶36 Neque per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum capillum album facere aut nigrum. ¶37 Sit autem sermo vester, Est est, Non nõ: quod autem his abundantius est, à Malo est. ¶38 Audistis quia dictum est, ‖ Oculum pro oculo, & dentem pro dente. ¶39 Ego autem dico vobis, ‖ non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram. ¶40 Et ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere: dimitte ei & pallium. ¶41 Et qui cunque te angariauerit mille passus, vade cũ illo & alia duo. ¶42 ‖ Qui 'autem' petit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris. ¶43 Audistis quia dictum est, ‖ Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. ¶44 Ego autem dico vobis, ‖ diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: ‖ & orate pro persequentibus & calumniantibus vos: ¶45 Vt sitis filij Patris vestri qui in cælis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. ¶46 Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quã mercedem 'habebitis?' nõne & publicani hoc faciunt? ¶47 Et si salutaueritis fratres vestros tantùm, quid amplius facitis? nõnne & ethnici hoc faciunt? ¶48 Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester 'cælestis' perfectus est.

CAP. VI.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est. ¶2 Quum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. amen dico vobis, receperunt mercedem suam. ¶3 Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: ¶4 Vt sit eleemosyna tua in abscondito, & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* ¶5 Et quum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. amen dico vobis, receperunt mercedem suam. ¶6 Tu autem, quum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito: & Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. ¶7 Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici 'faciunt:' putant enim quòd in multiloquio suo exaudiatur. ¶8 Nolite ergo assimilari eis. scit enim Pater vester quid opus sit vobis, antequam petatis eũ. ¶9 Sic ergo vos orabitis, ‖ Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. ¶10 Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. ¶11 Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. ¶12 Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. ¶13 Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à Malo. *Amen. ¶14 Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra. ¶15 Si autem non dimiseritis hominibus, nec Pater vester dimittet vobis peccata vestra. ¶16 Quum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperũt mercedẽ suã. ¶17 Tu autẽ quũ ieiunas, unge caput tuũ, & faciẽ tuã laua: ¶18 Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo q est in abscõso: & Pater tuus qui videt in abscõso, reddet tibi. ¶19 ‖ Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. ¶20 Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furantur. ¶21 Vbi *est thesaurus tuus, ibi est cor tuum.

¶22 ‖Lucerna corporis tui, est oculus. Si* oculus tuus fuerit simplex : totum corpus tuum lucidum erit. ¶23 Si autem oculus tuus fuerit nequam, totū corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? ¶24 Nemo potest duobus dominis seruire : aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget : aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. non potestis Deo seruire & mammonæ. ¶25 ‖Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca, & corpus plus quàm vestimentum? ¶26 Respicite volatilia cæli: quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea : & Pater vester cælestis pascit illa. nonne vos magis pluris estis illis? ¶27 Quis autem vestrûm cogitans, potest adiicere ad staturam suam cubitum vnum? ¶28 Et de *vestimentis' quid solliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt, non laborant neque nent. ¶29 Dico autem vobis quoniam, nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. ¶30 Si enim fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quãto magis vos, *modicæ fidei? ¶31 Nolite ergo solliciti esse, dicentes, Quid manducabimus aut quid bibem, aut quo operiemur? ¶32 Hæc enim omnia Gentes inquirũt. Scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis. ¶33 Quærite ergo primùm regnum Dei & iustitiam ejus, & hæc omnia adiicientur vobis. ¶34 Nolite ergo solliciti esse in crastinum: crastinus enim dies solicitus erit sibiipsi. sufficit diei malitia sua.

CAP. VII.

NOlite iudicare, *& non iudicabimini.' nolite condemnare, & non condemnabimini. ¶2 In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: ‖& in qua mensura mensi fueritis, *remetietur vobis. ¶3 Quid autẽ vides festucã in oculo fratris tui: & trabẽ in oculo tuo non vides? ¶4 Aut quomodo dicis fratri tuo, `Frater, sine eiiciam fe stucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? ¶5 Hypocrita, eiice primùm trabem de oculo tuo, & tunc vi debis eiicere festucam de oculo fratris tui. ¶6 Nolite dare sanctum canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos: ne forte conculcent eas pedibus suis. & `canes' conuersi dirumpant vos. ¶7 ‖Petite, & dabitur vo bis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. ¶8 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti, aperietur. ¶9 Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei? ¶10 Aut si piscem petierit, nunquid serpentẽ porriget ei? ¶11 Si ergo vos, qui sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se? ¶12 Omnia ergo quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, *& vos facite illis. hæc est enim Lex & ꝓphetæ. ¶13 ‖Intrate per angustam portam : quia lata porta, & spatiosa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrãt per eam. ¶14 Quàm' angusta porta, & arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eã. ¶15 Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. ¶16 A fructibus eorum cognoscetis eos. ‖Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? ¶17 Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: malus autem arbor malos fructus facit. ¶18 Non potest autem arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere. ¶19 ‖Omnis arbor quæ non facit fructum bonũ, excidetur, & in ignẽ mittetur. ¶20 Igitur ex fructibus eorũ cognoscetis eos. ¶21 Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatẽ Patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnũ cælorũ. ¶22 Multi dicẽt mihi in illa die, Domine Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? ¶23 ‖Et tunc confitebor illis, Quia nunquam noui vos: ‖ discedite à me `oẽs' qui operamini iniquitatẽ. ¶24 Omnis ergo qui audit verba mea hæc, & facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam super petram: ¶25 Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam: & non cecidit. fundata enim erat super petram. ¶26 Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea: similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam. ¶27 Et descendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt vẽti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. ¶28 ‖Et factũ est, quũ consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius. ¶29 Erat enim docens eos, sicut potestatem habẽs, & non sicut Scribæ eorum & Pharisæi.

CAP. VIII.

QVum autem descendisset `Iesus' de monte, sequutæ sunt eũ turbæ multæ. ¶2 ‖Et ecce leprosus veniens adorabat eũ, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. ¶3 Et extendens Iesus manum, tetigit eum, dicens, Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. ¶4 Et ait illi Iesus, Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te sacerdoti, & offer munus `tuũ,' quod præcepit Moyses, In testimopiũ illis. ¶5 ‖Quum autẽ introisset Capharnaum, accessit ad eum Centurio, rogans eum, ¶6 Et dicẽs, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & malè torquetur. ¶7 Et ait illi Iesus, Ego veniam, & curabo eum. ¶8 Et respondens Centurio, ait, Domine, non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. ¶9 Nam & ego homo sum sub potestate `cõstitutus,' habens sub me milites: & dico huic, Vade, & vadit: & alii, Veni, & venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. ¶10 Audiens autem Iesus, miratus est: & sequẽtibus se dixit, Amen dico vobis, non inueni tantam fidem in Israel. ¶11 Dico autem vobis quòd multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbẽt cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum: ¶12 Filii autem regni eiicientur ‖ in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. ¶13 Et dixit Iesus Centurioni, Vade, & sicut credidisti, fiat tibi. Et sanatus est puer `ex' illa hora. ¶14 ‖Et quum venisset

C Luc.5.f.g.4.f. 44

Supra 3.b.10

Rom.12.b.17. Iacobi 1.d.11.

Luc.13.e.16.17. Psal.6.b.9. Luc.6.g.47.

D

Marc.1.b.11. luc.4.c.1.

A Marc.1.d.40. luc.5.c.12.

Leuit.14.a.2.4. Luc.17.a.1.

B

Infrà 11.b. *in Marc.1.c.31. luc.4.f.31.

Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem & febricitantem: ¶ 15 Et tetigit manum eius, & dimisit eam febris: & surrexit, & ministrabat eis. ¶16 Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiiciebat spiritus verbo: & omnes malè habentes curabat. ¶17 Vt adimpleretur quod dictũ est per Esaiam Prophetam, dicentem, ‖ Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. ¶ 18 ‖ Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum. ¶19 Et accedens vnus Scriba, ait illi, Magister, sequar te quocunq; ieris. ¶20 Et dicit ei Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: Filius autem hominis non habet vbi caput suũ reclinet. ¶21 Alius autẽ de discipulis eius ait illi, Domine, permitte me primùm ire, & sepelire patrem meum. ¶ 22 Iesus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos. ¶23 Et ascendente eo in nauiculam, sequuti sunt eum discipuli eius: ¶ 24 Et ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus: ipse verò dormiebat. ¶25 Et accesserunt ad eum discipuli eius, & suscitauerunt eum, dicentes, Domine, salua nos, perimus. ¶26 Et dicit eis Iesus, Quid timidi estis modicæ fidei? Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. ¶27 Porrò homines mirati sunt, dicentes, Qualis est hic, quia venti & mare obediunt ei? ¶28 ‖ Et quum venisset Iesus trans fretum in regionem Gerasenorũ, occurrerũt ei duo habentes dæmonia, de monumẽtis exeuntes, sæui nimis, ita vt nemo posset trãsire per viã illã. ¶29 Et ecce clamauerunt, dicentes, Quid nobis & tibi, Iesu Fili Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos? ¶30 Erat autem non lõgè ab illis grex multorum porcorum pascens. ¶31 Dæmones autem rogabant eum, dicentes, Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. ¶32 Et ait illis, Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos: & ecce magno impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui sunt in aquis. ¶ 33 Pastores autem fugerunt, & venientes in ciuitatem, nunciauerũt hæc omnia, & de his qui dæmonia habuerãt. ¶34 Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Iesu: & viso eo, rogabant eũ vt trãsiret à finibus eorum.

Marc.1.c.32. luc.4.g.40.

Esa.53.b.4. c 1.pet.2.d.24. Luc.7.g.57.

Marc.4.d.35. luc.8.d.22.

d

Marc.5.a.1. luc.8.d.26

## CAP. IX.

Marc.2.a.2. luc.5.d.34.

A Et ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatẽ suam. ¶1 Et ecce, offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. & videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. ¶2 Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se, Hic blasphemat. ¶ 4 Et quum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit, Quid cogitatis mala in cordibus vestris? ¶ 5 Quid est facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge, & ambula? ¶6 Vt autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. ¶7 Et surrexit, & abiit in domum suam. ¶8 Videntes autem turbæ, timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatẽ talem hominibus. ¶9 ‖ Et quum trãsiret inde Iesus, vidit hominẽ sedẽtem in telõnio, Matthæum nomine. Et ait illi, Sequere me. Et surgens, sequutus est eum. ¶10 Et factum est, discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores, venientes discumbebant cum Iesu & discipulis eius. ¶ 11 Et videntes Pharisæi, dicebãt discipulis eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat Magister vester? ¶12 At Iesus audiens, ait, Non est opus valẽtibus medicus, sed male habẽtibus. ¶13 Euntes autem discite quid est, ‖ Misericordiam volo, & non sacrificium. non enim veni vocare iustos, ‖ sed peccatores*. ¶14 ‖ Tunc accesserunt ad eum discipuli Iohannis, dicentes, Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autem tui non ieiunant? ¶15 Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filii Sponsi luget quamdiu cum illis est Sponsus? veniẽt autem dies, quum auferetur ab eis Sponsus: & tunc ieiunabunt. ¶16 Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimẽtũ vetus. tollit enim plenitudinem eius à vestimẽto: & peior scissura fit. ¶17 Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt: sed vinum nouum in vtres nouos mittunt: & ambo conseruantur. ¶18 ‖ Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & *adorabat eũ, dicẽs, Domine Filia mea modò defuncta est: sed veni, impone manũ tuã super eam, & viuet. ¶19 Et surgens Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius. ¶20 Et ecce mulier quæ sanguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, accessit retrò, & tetigit fimbriã vestimenti eius. ¶21 Dicebat enim intrà se, Si tetigero tantùm vestimẽtum eius, salua ero. ¶ 22 At Iesus conuersus, & videns eam, dixit, Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. ¶23 Et quum veniſſet Iesus in domum principis, & vidisset tibicines & turbam tumultuantem, ¶24 Dicebat, Recedite, non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. ¶25 Et quũ eiecta esset turba, intrauit, & tenuit manum eius, & dixit, Puella, surge. Et surrexit puella. ¶ 26 Et exiit fama hæc in vniuersam terrã*. ¶27 Et trãseunte inde Iesu, sequuti sunt eum duo cæci, clamantes, & dicentes, Miserete nostri, Fili Dauid. ¶28 Quum autem venisset domum, accesserunt ad eum cæci: & dicit eis Iesus, Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei, Vtique, Domine. ¶ 29 Tunc tetigit oculos eorum, dicens, Secundum tidẽ vestrã fiat vobis. ¶30 Et aperti sunt oculi eorum, & comminatus est illis Iesus, dicens, Videte nequis sciat. ¶31 Illi autem exeuntes, diffamauerunt eum in tota terra illa. ¶32 ‖ Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habentem. ¶33 Et eiecto dæmonio, loquutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, dicentes, Nunquam apparuit sic in Israel. ¶34 Pharisæi autem dicebant, ‖ In principe dæmoniorum eiicit dæmones. ¶35 Et circuibat Iesus omnes ciuitates, & castella, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem & omnem infirmitatem. ¶36 ‖ Videns autem tut bas, misertus est eis: quia erant ve xati & ia-

*enim

Marc.2.b.14.

centes ſicut oues non habentes paſtorem.
¶37 Tunc dicit diſcipulis ſuis, Meſſis quidem multa, operarii autem pauci. ¶38 Rogate ergo dominũ meſſis vt *mittat' operarios in meſſem ſuam.

CAP. X.

ET conuocatis duodecim diſcipulis ſuis, de dit illis poteſtatem ſpirituum immundorum, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem. ¶2 Duodecim autem *diſcipulorum nomina ſunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Philippus & Bartholomæus, ¶3 Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius, Thomas & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi & *Thaddæus, ¶4 Simon Cananæus, & Iudas Iſcariotes, qui & tradidit eum. ¶5 Hos duodecim miſit Ieſus, præcipiens eis, dicens, In viam Gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: ¶6 Sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Iſrael. ¶7 Euntes autem prædicate, dicentes, Quia *appropinquabit regnum cælorum. ¶8 Infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leprоſos mundate, dæmones eiicite. gratis accepiſtis, gratis date. ¶9 Nolite poſſidere aurũ, neque argentũ, neq; pecuniã in zonis veſtris: ¶10 Nõ peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgam, dignus enim eſt operarius cibo ſuo. ¶11 In quamcunque autẽ ciuitatem aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit: & ibi manete donec exeatis. ¶12 Intrantes autem in domum, ſalutate eã, dicentes, Pax huic domui. ¶13 Et ſiquidem fuerit domus illa digna, veniat pax veſtra ſuper eam. & autem non fuerit digna, pax veſtra reuertatur ad vos. ¶14 Et quicunque non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros: exeuntes foras de domo vel ciuitate*, excutite puluerem de pedibus veſtris. ¶15 Amẽ dico vobes, tolerabilius erit Terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicii, quàm illi ciuitati. ¶16 Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporũ. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut colũbæ. ¶17 Cauete autem ab hominibus. Tradẽt enim vos in conciliis, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos: ¶18 Et ad præſides & ad reges ducemini propter me, in teſtimonium illis & Gentibus. ¶19 Quũ autẽ tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. ¶20 Nõ enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis. ¶21 Tradet autem frater frattem in mortem, & pater filium: & inſurgent filii in parentes, & morte eos afficient, ¶22 Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. ¶23 Quum autem perſequentur vos in ciuitate iſta: Fugite in aliam. amen dico vobis, non cõſummabitis ciuitates Iſrael, donec veniat Filius hominis. ¶24 Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec ſeruus ſuper dominũ ſuum. ¶25 Sufficit diſcipulo vt ſit ſicut magiſter eius: & ſeruo, ſicut dominus eius. Si Patremfamiliãs Beel zebub vocauerũt: quanto magis domeſticos eius? ¶26 Ne ergo timueritis eos. Nihil enim eſt opertum, quod non *reueletur: & occultum, quod non ſciatur.' ¶27 Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate ſuper tecta. ¶28 Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autẽ nõ poſſunt occidere: ſed potius timete eũ qui poteſt & animã & corpus perdere in gehẽnã. ¶29 Nõne duo paſſeres aſſe væneunt: & vnus ex illis non cadet ſuper terrã ſine Patre veſtro? ¶30 Veſtri autem & capilli capitis omnes numerati ſunt. ¶31 Nolite ergo timere: multis paſſeribus meliores eſtis vos. ¶32 Omnis ergo qui cõfitebitur me coram hominibus, cõfitebor & ego eũ coram Patre meo qui in cælis eſt. ¶33 Qui autẽ negauerit me coram hominibus: negabo & ego eum coram Patre meo qui in cælis eſt. ¶34 Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terrã. nõ veni pacem mittere: ſed gladiũ. ¶35 Veni enim ſeparare hominẽ aduerſus patrem ſuum, & filiã aduerſus matrẽ ſuã, & nurum aduerſus ſocrũ ſuã: ¶36 Et inimici hominis, domeſtici eius. ¶37 Qui amat patrẽ aut matrẽ plus quàm me: nõ eſt me dignus. & qui amat filiũ aut filiã ſuper me: nõ eſt me dignus. ¶38 Et qui nõ accipit crucem ſuã, & ſequitur me: nõ eſt me dign'. ¶39 Qui inuenit animã ſuã, perdet illam. & qui perdiderit animam ſuã propter me: inueniet eã. ¶40 Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eum qui me miſit. ¶41 Qui recipit Prophetã in nomine Prophetæ: mercedẽ Prophetæ accipiet. & qui recipit iuſtũ in nomine iuſti: mercedem iuſti accipiet. ¶42 Et quicunque potũ dederit vni ex minimis iſtis ſalicem aquæ frigidæ, tãtum in nomine diſcipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.

CAP. XI.

ET factum eſt, quum conſummaſſet Ieſus præcipiẽs duodecim diſcipulis ſuis, tranſiit inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. ¶2 Iohannes autem quum audiſſet in vinculis opera Chriſti: mittens duos de diſcipulis ſuis, ¶3 Ait illi, Tu es qui venturus es, an alium expectamus? ¶4 Et reſpõdens Ieſus ait illis, Euntes renuntiate Iohanni quæ auditis & videtis. ¶5 Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizantur. ¶6 Et beatus eſt qui non fuerit ſcãdalizatus in me. ¶7 Illis autem abeuntibus, cœpit Ieſus dicere ad turbas de Iohãne. Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento agitatam? ¶8 Sed quid exiſtis videre? hominẽ mollibus veſtitum? Ecce qui mollibus veſtiũtur, in domibus regum ſunt. ¶9 Sed quid exiſtis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & pluſquam Prophetam. ¶10 Hic eſt enim de quo ſcriptum eſt, Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viã tuam ante te. ¶11 Amen dico vobis, non ſurrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptiſta. qui autem minor eſt in regno cælorũ, maior eſt illo. ¶12 A diebus autem Iohãnis Baptiſtæ vſque nunc, regnum cælorum vim patitur, & violenti *rapiunt illud. ¶13 Omnes enim Prophetæ & Lex, vſque ad Iohannem prophetauerũt: ¶14 Et ſi vultis recipere, ipſe eſt Elias qui venturus eſt. ¶15 Qui habet aures

*reuelabitur: & occultum, quod non ſciletur.

1. Reg. 14. c. 21. act. 27. f. 34.
Marc. 8. d. 38. luc. 9. c. 26. & 12. b. 8.
2 tim. 2. b. 12.
D
Luc. 12. f. 51.
Mich. 7. b. 6.
Luc. 14. c. 26.
Luc. 16. d. 24.
marc. 8. d. 34.
& 14. f. 27.
Luc. 16. d. 25.
marc. 8. d. 35.
luc. 9. c. 24.
iohan. 12. d. 25.
Marc. 9. f. 41.
A
Luc. 7. c. 20.
Malach. 3. a. 1.
Luc. 16. d. 16.
*diripiunt
Mala. 4. b. 5.

Luc.7.e.31. audiendi, audiat. ¶16 ❡Cui autem similē æstimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coæqualibus ¶17 Dicunt. Cecinimus vobis, & non saltastis: lamētauimus, & non plāxistis. ¶18 Venit enim Iohannes neque manducans, neque bibens: & dicunt, Dæmonium habet. ¶19 Venit Filius hominis māducās & bibēs: & dicūt, Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorū amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis. ¶20 ❡Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia non egissent pœnitentiā. ¶21 Væ tibi Corozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent. ¶22 Verumtamē dico vobis: Tyro & Sidoni remissiū erit in die iudicii, quàm vobis. ¶23 Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsq; in infernum descendes. quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, forte manssissent vsque in hanc diem. ¶24 Verumtamen dico vobis quia Terræ Sodomorum remissius erit in die iudicii, quam tibi. ¶25 ❡In illo tempore respondens Iesus dixit, *Confitebor tibi Pater Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. ¶26 Ita Pater: quoniā sic fuit placitum ante te. ¶27 ❡Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. ❡Et nemo nouit Filium, nisi Pater: neque Patrē quis nouit, nisi Filiꝰ, & cui voluerit Filius reuelare. ¶28 Venite ad me omnes qui laboratis, & oneratiestis: & ego reficiā vos. ¶29 Tollite iugū meū super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: & inuenietis requiē animabus vestris. ¶30 Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

Luc.10.e.13.

D

Luc.10.d.21.
*Confitebor

Iohan.3.d.35.
Iohan. 6.c.46

Ierem. 6.d.16.
1.Iohan.5.a.3.

CAP. XII.

Marc.2.d.23.
Luc. 6.a.1. A
deut.23.d.25.

IN illo tempore abiit Iesus per sata sabbatho: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare. ¶2 Pharisæi autem vidētes, dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet ēis facere sabbathis. ¶3 At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit Dauid quādo esurijt, & qui cū eo erant: ¶4 Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comēdit, quos non licebat

1.Reg.21.b.6.

Exod. 29.e.32.
leuit.8.f.31,
& 24.b.9.
Num.28. b.9.

ei edere, neque his qui eum eo erant, nisi solis sacerdotibus? ¶5 Aut non legistis in lege quia sabbathis sacerdotes in tēplo sabbathū violant, & sine crimine sunt? ¶6 Dico autem vobis quia templo maior est hic. ¶7 Si autē scīretis quid est, ❡Misericordiam volo, & nō sacrificium: nunquam condemnassetis innocentes. ¶8 Dominus enim est Filius hominis etiam sabbathi. ¶9 ❡Et quum inde transisset, venit in synagōgam eorum. ¶10 Et ecce homo manum habens aridam. & interrogabāt eum, dicentes, Si licet sabbathis curare? vt accusarēt eum. ¶11 Ipse autem dixit illis, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam: & si ceciderit hæc sabbathis in foueam. nōne tenebit & leuabit eam? ¶12 Quanto magis melior est homo one? itaque licet sabbathis benefacere. ¶13 Tunc ait homini, Extēde manum tuam. Et extēdit: & restituta est sanitati sicut altera. ¶14 Exeūtes autē Phariſæi, cōsilium faciebant aduersus eum quomodo perderēt eū. ¶15 Iesus autem sciēs, recessit inde: ❡ & secuti sunt eū multi, & curauit eos omnes: ¶16 Et præcepit eis ne manifestū eū facerent: ¶17 Vt adimpleretur quod dictū est per Esaiam prophetā, dicētem, ¶18 ❡Ecce puer meus quē elegi, dilectus meus in quo bene complacuit anima mea. Ponam Spiritū meū super eum, & iudiciū Gentibus nuntiabit. ¶19 Non contendet, neque clamabit: neque audiet aliquis in platēis vocem eius. ¶20 Arundinem quassatam nō confringet, & linū fumigans non extinguet: donec eliciat ad victoriā iudiciū: ¶21 Et in nomine eius Gētes sperabunt. ¶22 ❡Tūc oblatus est ei dæmonū habens, cæcus & mutus: & curauit eū, ita vt loqueretur & videret. ¶23 Et stupebant omnes turbæ, & dicēbāt, Nūquid hic est filius Dauid? ¶24 Pharisæi autem audientes, dixerunt, ❡Hic non eiicit dæmones nisi in Beel-zebub principe dæmoniorum. ¶25 Iesus autem sciēs cogitationes eorū, dixit eis, Omne regnū diuisum cōtra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. ¶26 Et si Satanas Satanam eiicit, aduersus se diuisus est. quomodo ergo stabit regnū eius? ¶27 Et si ego in Beel zebub eiicio dæmones: filii vestri in quo eiiciūt? ideo ipsi, iudices vestri erunt. ¶28 Si autē ego in Spiritu Dei eiicio dæmones: igitur peruenit in vos regnū Dei. ¶29 Aut quomodo potest quisquā intrare in domum fortis, & vasa eius diripere: nisi prius alligauerit fortē, & tūc domū illiꝰ diripiet? ¶30 Qui nō est mecū, contra me est: & qui non cōgregat mecū, spargit. ¶31 ❡Ideo dico vobis: omne peccatū & blasphemia remittetur hominib', Spiritus autē "blasphemiæ non remittetur. ¶32 Et quicūque dixerit verbū cōtra Filium hominis, remittetur ei: qui autē dixerit contra Spiritū sanctū, non remittetur ei neq; in hoc seculo, neq; in futuro. ¶33 Aut facite arborē bonam, & fructū eius bonū: aut facite arborem malā, & fructū eius malum. siquidē ex fructu arbor agnoscitur. ¶34 Progenies viperarū, quomodo potestis bona loqui, quum sitis malī? ex abūdātia enim cordis os loquitur. ¶35 Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona: & malus homo de malo thesauro profert mala. ¶36 Dico autē vobis, quoniā omne verbū otiosum, quod locuti fuerint homines, reddēt rationem de eo in die iudicii. ¶37 Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condēnaberis. ¶38 ❡Tunc respondērūt ei quidam de Scribis & Pharisæis, dicētes, Magister, volumus à te signū videre. ¶39 Qui respondens, ait illis, Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. ¶40 ❡Sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. ¶41 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ: & ecce plus quam Ionas hic. ¶42 ❡Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam, quia venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus

Luc.

Esa.

Luc

Luc.9.
mar
luc.

Mat
Luc.10
*bla

Luc

Luc

Inf
luc
t.cc

Ion

Ion

Luc

Luc.11.
t.p
D

quam Salomon hîc. ¶43 ‖Quum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem: & non inuenit. ¶44 Tunc dicit, Reuertar in domũ meã vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacãtem, scopis mundatam & ornatam. ¶45 Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum, nequiores se, & intrantes habitant ibi: ‖& fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. sic erit & generationi huic pessimæ. ¶46 ‖Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærẽtes loqui ei. ¶47 Dixit autem ei quidã, Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærentes te*. ¶48 At ipse respondens dicẽti sibi, ait, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? ¶49 Et extendens manum in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei. ¶50 Quicunque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse *meus frater, soror' & mater est.

CAP. XIII.

IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus mare. ¶1 Et congregatæ sunt ad eũ turbæ multæ, ita vt in nauiculam ascendens sederet: & omnis turba stabat in litore. ¶2 Et loquutus est eis multa in parabolis, dicens, Ecce exiit qui seminat, seminare `semen suum. ¶3 Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam: & venerunt volucres cæli, & comederunt ea. ¶4 Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terrã multam: & cõtinuò exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. ¶5 Sole autem orto, æstuauerũt: & quia non habebant radicem, aruerunt. ¶6 Alia autem ceciderunt in spinas, & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. ¶7 Alia autẽ ceciderunt in terrã bonã, & dabant fructum: aliud* cẽtesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. ¶8 Qui habet aures audiendi, audiat. ¶9 Et accedentes discipuli, dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis? ¶10 Qui respondens, ait illis, Quia vobis datum est nosse *mysterium' regni cælorum, illis autem non est datum. ¶11 ‖Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem nõ habet, & quod habet, auferetur ab eo. ¶12 Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt. ¶13 *Vt adimpleatur' in eis prophetia Esaiæ, *dicentis, ‖Auditu audietis, & nõ intelligetis: & videntes videbitis, & non videbitis. ¶15 Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserũt, nequando videant oculis, & auribus audiunt, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. ¶16 Vestri autem beati oculi, quia vident: & aures vestræ, quia audiunt. ¶17 ‖Amen quippe dico vobis, quia multi Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. ¶18 ‖Vos ergo audite parabolam seminantis. ¶19 Omnis qui audit verbum regni, & non intelligit, venit Malus, & rapit quod seminatũ est in corde eius: hic est qui secus viam seminatus est. ¶20 Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum `Dei' audit, & continuò cũ gaudio accipit illud. ¶21 Non habet autẽ in se radicem, sed est temporalis: facta autem tribulatione & persequutione propter verbum, continuò scandalizatur. ¶22 Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit, & sollicitudo seculi istius, & fallacia diuitiarum suffocat verbum, & sine fructu efficitur. ¶23 Qui verò in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit, aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum. ¶24 Aliam parabolam proposuit illis, dicens, Simile factum est regnum cælorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. ¶25 Quum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminauit zizania in medio tritici: & abiit. ¶26 Quum autem creuisset herba, & fructum f: cisset, tunc apparuerunt & zizania. ¶27 Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei, Domine, nõne bonum semen seminasti in agro tuo? vnde ergo habet zizania? ¶28 Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis* imus, & colligimus ea? ¶29 Et ait, Nõne fortè colligentes zizania, eradicetis simul *& triticũ. ¶30 Sinite vtraque crescere vsque ad messem: & in tempore messis dicam messoribus, Colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum autem congregate in horreum meum. ¶31 ‖Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Simile est regnum cælorum grano sinapis, quod accipiens homo, seminauit in agro suo: ¶32 Quod minimum quidem est omnibus seminibus: quũ autem creuerit, maius est omnibus oleribus: & fit arbor, ita vt volucres cæli veniãt, & habitẽt in ramis eius. ¶33 ‖Aliã parabolã loquut' est eis, Simile est regnũ cælorũ fermento, quod acceptum mulier abscõdit in farinæ satis tribus: donec fermentatũ est totũ. ¶34 ‖Hæc omnia loquutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: ¶35 Vt impleretur quod dictũ erat per Prophetã, dicẽtem, ‖Aperiã in parabolis os meũ, eructabo abscondita à constitutione mundi. ¶36 Tunc dimissis turbis venit in domũ: & accesserunt ad eum discipuli eius, dicẽtes, *Edissere' nobis parabolam zizaniorum agri. ¶37 Qui respondens, ait illis, Qui seminat bonum semen, est Filius hominis. ¶38 Ager autem, est mũdus. Bonum verò semen, hi sunt filii regni. zizania autem, filii sunt nequam. ¶39 Inimicus autem qui seminauit ea, est diabolus. ‖Messis verò, cõsumatio seculi est. Messores autẽ, Angeli sunt. ¶40 Sicut ergo colliguntur zizania, & igni cõburuntur: sic erit in consummatione seculi. ¶41 Mittet Filius hominis Angelos suos, & colligẽt de regno eius omnia scãdala, & eos qui faciunt iniquitatem: ¶42 Et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium, ¶43 ‖Tunc iusti fulgebũt sicut sol in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. ¶44 Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo, abscondit. & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. ¶45 Iterum simile est regnum cælorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. ¶46 Inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit, & ven-

Marc. 4. d. 30 Luc. 13. d. 18.

Luc. 11. e. 20

Marc. 4. d. 33.

Psal. 77. a. 2.

Apoc. 14. c. 15. Ioel 3. c. 13.

Sapien. 3. b. 7. Daniel. 12. b. 3

dldit omnia quæ habuit,& emit eam.¶ 47 Iterum simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare ,& ex ōni genere ꝯpisciū congreganti.
¶ 48 Quā,quū impleta esset,educētes,& sec' li tus sedētes,elegerunt bonos in vasa,malos aūt
G foras miserunt.¶ 49 Sic erit in consummatione seculi:exibunt Angeli,& separabunt malos de medio iustorum.¶ 50 Et mittent eos in caminū ignis:ibi erit fletus & stridor dentium.¶ 51 Intel lexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam Domine.
¶ 52 Ait illis,Ideo omnis Scriba doctus in regno cælorum,similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. ¶ 53 Et factum est:quum cōsummasset Iesus parabolas istas,transiit inde.¶ 54 Et veniēs in patriā suā, docebat eos in synagogis eorum,ita vt mirarētur,& dicerent,Vnde huic sapientia hæc,& virtutes? ¶ 55 Nōnne hic est fabri filius? nōnne mater eius dicitur Maria:& fratres eius,Iacobus& Ioseph,& Simō & Iudas? ¶ 56 Et sorores eius nōne omnes apud nos sunt? vnde ergo huic omnia istæ? ¶ 57 Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis,|| Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua & in domo sua. ¶ 58 Et non fecit ibi virtutes multas,propter incredulitatem illorum.

## CAP. XIIII.

A In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu:¶ 2 Et ait pueris suis,|| Hic est Iohannes Baptista:ipse surrexit à mortuis,& ideo virtutes operantur in eo.¶ 3 Herodes enim tenuit Iohannē,& alligauit eum,& posuit in carcere propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui.¶ 4 Dicebat enim illi Iohannes, Non licet tibi habere eam.¶ 5 Et volēs illum occidere,timuit populum:|| quia sicut Prophetam eū habebant.¶ 6 Die autem natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio:& placuit Herodi.
¶ 7 Vnde cum iuramento pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo.¶ 8 At illa prænomina à matre sua,|| Da mihi,inquit, hic in disco caput Iohānis Baptistæ.¶ 9 Et contristatus est rex:propter iuramentum autem, & eos qui pariter recumbebant,iussit dari.¶ 10 Misitque, & decollauit Iohannem in carcere.¶ 11 Et allatū est caput eius in disco, & datum est puellæ: & illa attulit matri suæ.¶ 12 Et accedētes discipuli B eius,tulerūt corpus eius',& sepelierūt illud:& venientes nuntiauerūt Iesu.¶ 13 Quod quū audisset Iesus, se cessit inde in nauicula,in locum desertum seorsum .& quum audissent turbæ, sequutæ sūt eū pedestres de ciuitatibus.¶ 14 Et exiens vidit turbam multam:& misertus est eis, & curauit languidos eorum. ¶ 15 || Vespere autē facto accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Desertus est locus,& hora iam præterijt:dimitte turbas,& euntes in castella,emant sibi escas.¶ 16 Iesus autem dixit eis, Non habent necesse ire.date illis vos māducare.¶ 17 Et respondentes ait,Nō habemus hic nisi quinque panes & duos pisces. ¶ 18 Qui ait eis,|| Afferte mihi illos huc.¶ 19 Et quum iussisset turbam discumbere super fœnū. acceptis quinque panibus & duobus piscibus,aspiciens in cælū benedixit,& fregit, & dedit discipulis panes,' discipuli autem turbis.¶ 20 Et manducauerunt omnes,& saturati sunt.Et tulerunt reliquiæ,duodecim cophinos fragmentorum plenos.¶ 21 Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. ¶ 22 Et statim ꝑcon
'iussit' Iesus discipulos ascendere in nauiculam , & præcedere eum trans fretum donec dimitteret turbas.¶ 23 Et dimissa turba,ascendit in montem solus orare.|| Vespere autem facto solus erat ibi.¶ 24 Nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus,erat enim contrarius ventus.¶ 25 Quarta autē vigilia noctis,venit ad eos ambulans super mare.¶ 26 Et videntes eum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes, Quia phātasma est:& præ timore clamauerūt.
¶ 27 Statimque Iesus loquutus est eis,dicēs,Habete fiduciam:ego sum,nolite timere. ¶ 28 Respondens autē Petrus dixit,|| Domine,si tu es,iube me ad te venire super aquā. ¶ 29 At ipse ait, Veni.Et descendens Petrus de nauicula,ambulabat super aquam vt veniret ad Iesum. ¶ 30 Videns verō ventum validum,timuit:& quum cœpisset mergi,clamauit,dicens, Domine saluum me fac.¶ 31 Et continuō Iesus extendens manū, apprehendit eum,& ait illi,|| Modicæ fidei,quare dubitasti?¶ 32 Et quum ascendissēt in nauiculam,cessauit ventus. ¶ 33 Qui autem in nauicula erant,venerunt,& adorauerunt eum, dicentes,Vere Filius Dei es. ¶ 34 Et quum trāsfretassent,venerunt in terram Genesar. ¶ 35 Et quum cognouissent eum viri loci illius , miserunt in vniuersam regionem illam,& obtulerunt ei omnes malè habentes.¶ 36 Et rogabant eū vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent:& quicunque tetigerunt,salui facti sunt.

## CAP. XV.

Tunc accesserunt ad eū ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi,dicentes, ¶ 2 Quare discipuli eui transgrediuntur' traditiones' seniorum? non enim lauant manus suas quū panem māducant. ¶ 3 Ipse autem respondens ait illis,Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? ¶ 4 Nam Deus dixit, || Honora patrem & matrem. &, || Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur.
¶ 5 Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri vel matri, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit. ¶ 6 Et nō honorificabit patrem suum,aut matrem suā:& irritum fecistis mādatū Dei propter traditionē vestram. ¶ 7 Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Esaias,dicens, ¶ 8 || Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum lōgè est à me. ¶ 9 Sine causa autem colunt me,docentes doctrinas, '& mādata hominum. ¶ 10 || Et conuocatis ad se turbis,dixit eis, Audite & intelligite, ¶ 11 Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. ¶ 12 Tunc accedentes discipuli eius,dixerunt ei,Sci, quia Pharisæi,audito verbo hoc, scandalizati sunt? ¶ 13 At ille respondens,ait, || Omnis plātatio quam non plantauit Pater meus cælestis, eradicabitur. ¶ 14 Sinite illos: || cæci sunt, '& duces cæcorum. cæcus autem si cæco ducatum præstet , ambo in foueā cadunt. ¶ 15 || Respondēs autem Petrus,dixit ei, Edissere nobis parabolam istam. ¶ 16 At ille dixit,Adhuc & vos sine intellectu estis? ¶ 17 Nō intelligitis quia ōne quod in os intrat,in ventrem vadit,& in secessum emittitur? ¶ 18 Quæ autem procedunt de ore,de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. ¶ 19 De corde enim

exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. ¶ 20 Hæc sunt quæ coinquinant hominē. Non lotis autē manibus manducare, non coinquinat hominem. ¶ 21 Et egressus inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidōnis. ¶ 22 Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit, dicēs ei, Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur. ¶ 23 Qui nō respōdit ei verbū. Et accedētes discipuli eius, rogabāt eū dicētes, Dimitte eam, quia clamat post nos. ¶ 24 Ipse autē respōndēs, ait, Non sū missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. ¶ 25 At illa venit, & adorauit eum, dicens, Domine, adiuua me. ¶ 26 Qui respōdens, ait, Non est bonū sumere panē filiorū, & mittere canibus. ¶ 27 At illa dixit, etiā Domine: nā & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorū suorum. ¶ 28 Tunc respondēs Iesus, ait illi, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora. ¶ 29 Et quū trāsisset inde Iesus, venit secus Mare-Galilææ: & ascendēs in montē, sedebat ibi. ¶ 30 Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habētes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos. ¶ 31 Ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabāt Deū Israel. ¶ 32 Iesus autē conuocatis discipulis suis, dixit, Misereor turbæ: quia triduo iam perseuerāt mecum, & non habēt quod māducent: & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiāt in via. ¶ 33 Et dicunt ei discipuli, Vnde ergo nobis in deserto panes tātos, vt saturemus turbam tantam? ¶ 34 Et ait illis Iesus, Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septem, & paucos pisciculos. ¶ 35 Et præcepit turbæ vt discumberēt super terram. ¶ 36 Et accipiens septem panes, & pisces, & gratias agens fregit, & dedit discipulis suis, & discipuli dederunt populo. ¶ 37 Et comederunt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmētis, tulerūt septē sportas plenas. ¶ 38 Erant autem qui māducauerunt, quatuor millia hominum, extra paruulos & mulieres. ¶ 39 Et dimissa turba, ascendit in nauiculam: & venit in fines Magedan.

## CAP. XVI.

Et accesserunt ad eum Phariſæi & Sadducæi tentātes: & rogauerūt eū vt ostēdi de cælo ostenderet eis. ¶ 2 At ille respōdēs, ait illis, Facto vespere dicitis, Serenum erit: rubicundum est enim cælum. ¶ 3 Et mane, Hodie tempestas: rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli diiudicare nostis: signa autem temporum non potestis? ¶ 4 Generatio mala & adultera signum quærit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abiit. ¶ 5 Et quum venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. ¶ 6 Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermēto Phariſæorū & Sadducæorum. ¶ 7 At illi cogitabant inter se, dicentes, Quia panes non accepimus. ¶ 8 Sciēs autem Iesus, dixit, Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? ¶ 9 Nondum intelligitis, neque recordamini quinque panū, & quinque millium hominū, & quot cophinos sūpsistis? ¶ 10 Neque septem panum, & quatuor millium hominum, & quot sportas sumpsistis? ¶ 11 Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorūpē? ¶ 12 Tunc intellexerunt quia nō dixerit cauēdū à fermēto panū, sed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum. ¶ 13 Venit autem Iesus in partes Cæsareæ-Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens, Quem dicunt homines esse, Filium hominis? ¶ 14 At illi dixerunt, Alii Iohannem Baptistam, alii autē Eliam, alii verō Ieremiā, aut vnum ex Prophetis. ¶ 15 Dicit illis Iesus, Vos autem quem me esse dicitis? ¶ 16 Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus Filius Dei viui. ¶ 17 Respondēs autem Iesus, dixit ei, Beatus es Simon Bar-Iōna: quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed Pater meus qui in cælis est. ¶ 18 Et ego dico tibi, quia tu es Petrus: & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. ¶ 19 Et tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris super terrā, erit ligatum & in cælis: & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis. ¶ 20 Tunc præcepit discipulis suis vt nemini dicerēt quia ipse esset Iesus Christus. ¶ 21 Exinde cœpit Iesus ostēdere discipulis suis quia oporteret eum ire Ierosolymā, & multa pati à senioribus & Scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. ¶ 22 Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illū, dicens, Absit à te Domine: non erit tibi hoc. ¶ 23 Qui cōuersus, dixit Petro, Vade post me Satana, scandalū es mihi: quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominū. ¶ 24 Tunc Iesus dixit discipulis suis, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. ¶ 25 Qui enim voluerit animā suam saluam facere, perdet eā. qui autē perdiderit animā suam propter me, inueniet eam. ¶ 26 Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verō suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationē pro anima sua? ¶ 27 Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui cum Angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. ¶ 28 Amē dico vobis, sunt quidam de hīc stantibus qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo.

## CAP. XVII.

Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacōbum & Iohannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum: ¶ 2 Et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimēta autē eius facta sunt alba sicut nix. ¶ 3 Et ecce apparuerūt illis Moyses & Elias cū eo loquentes. ¶ 4 Respondens autē Petrus dixit ad Iesum, Domine, bonum est nos hīc esse: si vis, faciamus hīc tria tabernacula, tibi vnū, & Moysi vnum, & Eliæ vnum. ¶ 5 Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obūbrauit eos: & ecce vox de nube, dicens, Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. ¶ 6 Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam,

2.6,7. 1. c.24. C 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. D 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. e

5.15.d.34.

Marc.8.c.27. luc.9.c.18. * me

C

Iohā.6.g.69.

Iohan.1.f.42.

Iohā.10.c.21.

D

5.10.d.18. marc.8.d.34. luc.9.c.23, & 14.f.27. 5.10.d.39. marc.8.d.35. Luc.9.c.24, & 17.g.33. Iohā.12.d.25. Marc.8.d.36. luc.9.c.25. Psal.61.c.13. rom.1.2.6. Marc.9.a.1. luc.9.d.27.

A Marc.9.a.2. luc.9.d.28. *assumit *subducit

5.2.d. 2.pet.1.d.17.

& timuerunt valde. ¶7 Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitque eis, Surgite, & nolite timere. ¶8 Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum. ¶9 Et descendentibus illis de monte, præcepit eis Iesus, dicēs, Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat. ¶10 Et interrogauerunt eum discipuli, dicētes, Quid ergo Scribæ dicunt quòd eliam oporteat primùm venire? ¶11 At ille respondens, ait eis, Elias quidē venturus est, & restituet omnia. ¶12 Dico autem vobis quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerūt in eo quæcunque voluerunt. Sic & Filius hominis passurus est ab eis. ¶13 Tūc intellexerūt discipuli quia de Iohanne Baptista dixisset eis. ¶14 Et quum venissent ad turbā, accessit ad eū homo genibus prouolutus ante eum, ¶15 Dicēs, Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur: nam sæpe cadit in ignē, & crebrò in aquam. ¶16 Et obtuli eū discipulis tuis: & nō potuerunt curare eū. ¶17 Respondēs autem Iesus, ait, O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscū? usquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. ¶18 Et increpauit illum Iesus: & exiit ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. ¶19 Tunc accesserūt discipuli ad Iesum secretò, & dixerūt, Quare nos nō potuimus eiicere illum? ¶20 Dixit illis Iesus, Propter incredulitatem vestrā. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis mōti huic, Trāsi hinc illuc: & trānsibit, & nihil impossibile erit vobis. ¶21 Hoc autē genus nō eiicitur nisi per orationē & ieiunium. ¶22 Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus est in manus hominum: ¶23 Et occident eum, & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer. ¶24 Et quū venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister vester nō soluit didrachma? ¶25 Ait, Etiam. Et quū intrasset in domū, præuēnit eū Iesus, dicēs, Quid tibi videtur Simō? reges terræ à quibus accipiūt tributū vel cēsum? à filiis suis, an ab alienis? ¶26 Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus, Ergo liberi sunt filii. ¶27 Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem qui primus ascenderit tolle: & aperto ore eius, inuenies stātērem: illum sumens, da eis pro me & te.

## CAP. XVIII.

In illa hora accesserūt discipuli ad Iesum, dicentes, Quis, putas, maior est in regno cælorum? ¶2 Et aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, ¶3 Et dixit, Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnū cælorum. ¶4 Quicunque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste, hic est maior in regno cælorū. ¶5 Et qui susceperit vnū paruulū talē in nomine meo, me suscipit. ¶6 Qui autē scādalizauerit vnū de pusillis istis qui in me credūt, expedit ei vt suspēdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. ¶7 Væ mūdo à scādalis. Necesse est enim vt veniāt scādala: verūtamē væ homini illi per quē scandalū venit. ¶8 Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum, & proīce abs te: bonum tibi est ad vitā ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. ¶9 Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proīce abs te. bonum tibi est vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. ¶10 Videte ne contemnatis vnum ex pusillis. dico enim vobis quia Angeli eorum in cælis semper vident faciem Patris mei qui in cælis est. ¶11 Venit enim Filius hominis saluare quod perierat. ¶12 Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum oues, & errauerit vna ex eis: nōne relinquit nonaginta nouem in montibus, & vadit quærere eam quæ errauit? ¶13 Et si contigerit vt inueniat eam: amen dico vobis quia gaudet super eam magis, quàm super nonaginta nouē quæ non errauerūt. ¶14 Sic non est voluntas ante Patrem vestrum qui in cælis est vt pereat vnus de pusillis istis. ¶15 Si autem peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te & ipsum solū. si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. ¶16 Si autē te non audierit: adhibe tecum adhuc vnū vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet omne verbum. ¶17 Quòd si non audierit eos: dic ecclesiæ. si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. ¶18 Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cælo: & quæcunque solueritis super terrā, erūt soluta & in cælo. ¶19 Iterum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo qui in cælis est. ¶20 Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. ¶21 Tunc accedens Petrus ad eū, dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittā ei? vsque septies? ¶22 Dixit illi Iesus, Non dico tibi vsque septies: sed vsque septuagies septies. ¶23 Ideo assimilatum est regnū cælorū homini regi, qui voluit rationē ponere cū seruis suis. ¶24 Et quū cœpisset rationē ponere, oblatus est ei vnus qui debebat ei decē millia talenta. ¶25 Quū autē non haberet vnde redderet, iussit eū dominus eius vendūdari, & vxorē eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. ¶26 Procidēs autē serus ille, orabat eū, dicēs, Patiētiam habe in me, & omnia reddā tibi. ¶27 Misertus autē dominus serui illi, dimisit eū, & debitū dimisit ei. ¶28 Egressus autē seruus ille, inuēnit vnū de conseruis suis qui debebat ei cētū denarios: & tenēs suffocabat eū, dicens, Redde quod debes. ¶29 Et procidēs cōseruus eius, rogabat eū, dicēs, Patiētiā habe in me, & omnia reddā tibi. ¶30 Ille autē noluit: sed abiit, & misit eū in carcerē, donec redderet debitū. ¶31 Videntes autem conserui eius quæ fiebant, contristati sunt valde: & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. ¶32 Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: ¶33 Nōnne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? ¶34 Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusque redde

ret vnluersum debitū. ¶ 11 Sic & Pater meus cæ-
lestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquis-
que fratri suo de cordibus vestris.

CAP. XIX.

ET factum est, quū consummasset Iesus ser-
mones istos, migrauit à Galilæa, & venit in
fines Iudææ trans Iordanē, ¶ 2 Et sequutæ sunt
eū turbæ multæ: & curauit eos ibi. ¶ 3 Et acces-
serunt ad eum Pharisæi tentantes eum, & dice-
tes. Si licet homini dimittere vxorem suā qua-
cunque ex causa? ¶ 4 Qui respondens ait eis,
Non legistis quia qui fecit hominē ab initio,
masculū & fœminā fecit eos? ¶ 5 Et dixit, Pro-
pter hoc dimittet homo patrem & matrem, &
adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne
vna. ¶ 6 Itaque iam non sunt duo, sed vna caro.
Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.
¶ 7 Dicunt illi, Quid ergo Moyses mandauit da
re libellum repudii, & dimittere? ¶ 8 Ait illis,
Quoniam Moyses ad duritiā cordis vestri per-
misit vobis dimittere vxores vestras: ab initio
autem nō fuit sic. ¶ 9 Dico autē vobis quia qui
cunque dimiserit vxorem suam, nisi ob forni-
cationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui
dimissam duxerit, mœchatur. ¶ 10 Dicunt ei di-
scipuli eius, Si ita est causa hominis cum vxo-
re, non expedit nubere. ¶ 11 Qui dixit illis, Non
omnes capiunt verbum istud, sed quibus datū
est. ¶ 12 Sunt enim eunuchi qui de matris vtero
sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt ab
hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castra-
uerunt propter regnum cælorum. Qui potest
capere, capiat. ¶ 13 Tunc oblati sunt ei paruuli,
vt manus eis imponeret, & oraret: discipuli au-
tem increpabant eos. ¶ 14 Iesus verò ait eis, Sinite
te paruulos, & nolite eos prohibere ad me ve-
nire: talium est enim regnum cælorum. ¶ 15 Et
quum imposuisset eis manus, abiit inde. ¶ 16 Et
ecce vnus accedens, ait illi, Magister bone, quid
boni faciam vt habeam vitam æternā? ¶ 17 Qui
dixit ei, Quid me interrogas de bono? vnus est
bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, ser-
va mandata. ¶ 18 Dicit illi, Quæ? Iesus autem di
xit, Non homicidium facies. Non adulterabis.
Non facies furtum. Non falsum testimonium di-
ces. ¶ 19 Honora patrem tuum & matrem tuam.
Diliges proximum tuum sicut teipsum. ¶ 20 Di
cit illi adolescēs, Omnia hæc custodiui à iuuē-
tute mea. quid adhuc mihi deest? ¶ 21 Ait illi Ie-
sus, Si vis perfectus esse, vade, vende ōnia quæ
habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in
cælo, & veni, sequere me. ¶ 22 Quū audisset aūt
adolescens verbum, abiit tristis: erat enim ha-
bens multas possessiones. ¶ 23 Iesus autem dixit
discipulis suis, Amē dico vobis, quia diues diffi-
cilē intrabit in regnum cælorum. ¶ 24 Et iterū
dico vobis, facilius est camelum per foramen
acus trānsire, quām diuitem intrare in regnum
cælorum. ¶ 25 Auditis autem his, discipuli mira
bantur valde, dicentes, Quis ergo poterit sal-
uus esse? ¶ 26 Aspiciens autem Iesus, dixit illis,
Apud homines hoc impossibile est: apud Deum
autem omnia possibilia sunt. ¶ 27 Tūc respon-
dens Petrus dixit ei, Ecce, nos reliquimus om-
nia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis?
¶ 28 Iesus autē dixit illis, Amē dico vobis: quōd
vos qui sequuti estis me in regeneratione, quū
sederit Filius hominis in sede maiestatis suæ,
sedebitis & vos super sedes duodecim iudi-
cantes duodecim tribus Israel. ¶ 29 Et omnis qui re
liquerit domum vel fratres, aut sorores, aut pa
trem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut a-
gros propter nomen meum, centuplum acci-
piet, & vitam æternā possidebit. ¶ 30 Multi au-
tem erunt primi, nouissimi: & nouissimi primi.

CAP. XX.

SImile est regnum cælorum homini patri-
familiās, qui exit primo mane conducere
operarios in vineam suam. ¶ 2 Cōuentione au-
tem facta cū operariis ex denario diurno, mi-
sit eos in vineam suam. ¶ 3 Et egressus circa ho-
ram tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos.
¶ 4 Et dixit illis, Ite & vos in vineam meā, & quod iustū fuerit, dabo vobis. ¶ 5 Illi autē abie-
rūt. Iterū autē exiit circa sextam & nonam ho
ram: & fecit similiter. ¶ 6 Circa vndecimam ve-
rō exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis,
Quid hīc statis tota die otiosi? ¶ 7 Dicunt ei,
Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos
in vineā meā. ¶ 8 Quū serō autē factum esset,
dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca o-
perarios, & redde illis mercedem, incipiens à
nouissimis vsque ad primos. ¶ 9 Quum veniſſet
ergo qui circa vndecimam horam venerant, ac
ceperunt singulos denarios. ¶ 10 Venientes au-
tem & primi, arbitrati sunt quōd plus effent
accepturi: acceperūt autem & ipsi singulos de-
narios. ¶ 11 Et accipientes murmurabant aduer-
sus patremfamiliās, ¶ 12 Dicentes, Hi nouissimi
vna hora fecerunt, & pares illos nobis fe cisti,
qui portauimus pondus diei & æstus. ¶ 13 At ille
respondens, vni eorum dixit, Amice, non fa
cio tibi injuriam: nōnne ex denario conuenisti
mecum? ¶ 14 Tolle quod tuum est, & vade: volo
autē & huic nouissimo dare sicut & tibi. ¶ 15 Aut
nō licet mihi quod volo facere? an oculus tu
nequam est quia ego bonus sum? ¶ 16 Sic erūt
nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Multi e-
nim sūt vocati, pauci verō electi. ¶ 17 Et ascē
dens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim
discipulos secretō, & ait illis, ¶ 18 Ecce ascendi-
mus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur
principibus Sacerdotum & Scribis, & condem-
nabunt eum morte: ¶ 19 Et tradent eum Gen-
tibus ad illudendum, & flagellandum, & cruci-
figendum: & tertia die resurget. ¶ 20 Tunc ac-
cessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum fi-
liis suis, adorās, & petēs aliquid ab eo. ¶ 21 Qui
dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo
filii mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad si-
nistram, in regno tuo. ¶ 22 Respondens autem
Iesus dixit, Nescitis quid petatis: potestis bi-
bere calicem quem ego bibiturus sum? Dicūt
ei, Possumus. ¶ 23 Ait illis, Calicem quidem meū
bibetis: sedere autem ad dexteram meā vel si-
nistram, non est meum dare vobis, sed quibus
paratum est à Patre meo. ¶ 24 Et audientes de-
cem, indignati sunt de duobus fratribus. ¶ 25 Ie-
sus autē vocauit eos ad se, & ait, Scitis quia pri
cipes Gentiū dominātur eorū: & qui maiores
sūt, potestatē exercēt inter eos. ¶ 26 Nō ita
erit inter vos: sed quicunque voluerit inter
vos maior fieri, sit vester minister: ¶ 27 Et qui
voluerit inter vos prim esse, erit vester seruus.
¶ 28 Sicut Filius hominis non venit ministrāri,
sed ministrare, & dare animā suam redemptio-

Luc. 22. c. 30

Infrà 20. b.
marc. 10. f.
luc. 13. f. 30

A

Simile est regnum cælorum homini patri-familiās, qui exit primo mane conducere operarios in vineam suam. ¶ 2 Cōuentione autem facta cū operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. ¶ 3 Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stātes in foro otiosos. ¶ 4 Et dixit illis, Ite & vos in vineam meā, & quod iustū fuerit, dabo vobis. ¶ 5 Illi autē abierūt. Iterū autē exiit circa sextam & nonam horam: & fecit similiter. ¶ 6 Circa vndecimam verō exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis, Quid hīc statis tota die otiosi? ¶ 7 Dicunt ei, Quia nemo nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineā meā. ¶ 8 Quū serō autē factum esset, dicit dominus vineæ procuratori suo, Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos. ¶ 9 Quum veniſſet ergo qui circa vndecimam horam venerant, ac B
ceperunt singulos denarios. ¶ 10 Venientes autem & primi, arbitrati sunt quōd plus effent accepturi: acceperūt autem & ipsi singulos denarios. ¶ 11 Et accipientes murmurabant aduersus patremfamiliās, ¶ 12 Dicentes, Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fe cisti, qui portauimus pondus diei & æstus. ¶ 13 At ille respondens, vni eorum dixit, Amice, non facio tibi injuriam: nōnne ex denario conuenisti mecum? ¶ 14 Tolle quod tuum est, & vade: volo autē & huic nouissimo dare sicut & tibi. ¶ 15 Aut nō licet mihi quod volo facere? an oculus tu nequam est quia ego bonus sum? ¶ 16 Sic erūt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. Multi enim sūt vocati, pauci verō electi. ¶ 17 Et ascē dens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secretō, & ait illis, ¶ 18 Ecce ascendimus Ierosolymam, & Filius hominis tradetur principibus Sacerdotum & Scribis, & condemnabunt eum morte: ¶ 19 Et tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum: & tertia die resurget. ¶ 20 Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filiis suis, adorās, & petēs aliquid ab eo. ¶ 21 Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeant hi duo filii mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram, in regno tuo. ¶ 22 Respondens autem Iesus dixit, Nescitis quid petatis: potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicūt ei, Possumus. ¶ 23 Ait illis, Calicem quidem meū bibetis: sedere autem ad dexteram meā vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. ¶ 24 Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. ¶ 25 Iesus autē vocauit eos ad se, & ait, Scitis quia principes Gentiū dominātur eorū: & qui maiores sūt, potestatē exercēt inter eos. ¶ 26 Nō ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: ¶ 27 Et qui voluerit inter vos prim esse, erit vester seruus. ¶ 28 Sicut Filius hominis non venit ministrāri, sed ministrare, & dare animā suam redemptio-

Su prà 19. d.
marc. 10. e.
luc. 13. f. 30
infrà 22. b.
Marc. 10. e.
luc. 10. c.

C

Iohan. 18. f.
Marc. 10. e.

Marc. 10. g.
luc. 22. c.

D
in ea.

Philip. 2. a. 7.

nem pro multis. ¶19 ‖Egredientibus illis ab Ie-
richo, sequuta est eũ turba multa. ¶20 Et ecce
duo cæci sedentes secus viam, audierunt quia
Iesus transiret, & clamauerunt dicentes, Domi
ne, miserere nostri, fili Dauid. ¶21 Turba autem
increpabat eos vt tacerent. at illi magis clama-
bant, dicentes, Domine, miserere nostri, fili Da
uid. ¶22 Et ſtetit Ieſ', & vocauit eos, & ait, Quid
vultis vt faciam vobis? ¶23 Dicunt illi, Domine,
vt aperiantur oculi nostri. ¶24 Misertus autẽ e-
orum Iesus, tetigit oculos eorum: & confeſtim
viderunt, & sequuti sunt eum.

CAP. XXI.

ET quum appropinquaſſent Ieroſolymis,
& veniſſent Beth-phage ad montem Oli-
ueti, tunc Iesus miſit duos diſcipulos, ¶2 Dicẽs
eis, Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſta-
tim inuenietis aſinam alligatam, & pullum cũ
ea: ſoluite, & adducite mihi. ¶3 Et ſiquis vobis
aliquid dixerit, dicite quia Dominus iſis opus
habet: & confeſtim dimittet eos. ¶4 Hoc autẽ
factum eſt vt adimpleretur quod dictum eſt
per Prophetam, dicentem, ¶5 Dicite filiæ Siõ,
‖Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens
ſuper aſinã & pullũ filium ſubiugalis. ¶6 Eun-
tes autem diſcipuli fecerunt ſicut præcepit illis Ie-
ſus. ¶7 Et adduxerunt aſinam & pullũ: & im-
poſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum
deſuper ſedere fecerunt. ¶8 Plurima autẽ tur-
ba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via: alii autem
cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in
via. ¶9 Turbæ autẽ quæ præcedebãt & quæ ſe-
quebãtur, clamabãt dicẽtes, Hoſanna filio Da-
uid: benedictus qui venit in nomine Domini:
Hoſana in altiſſimis. ¶10 Et quũ intraſſet Iero-
ſolymam, cõmota eſt vniuerſa ciuitas, dicens,
Quis eſt hic? ¶11 Populi autẽ dicebant, Hic eſt
Iesus Propheta, à Nazareth Galilææ. ¶12 Et
intrauit Iesus in templũ Dei: & eiiciebat oẽs
‖vendẽtes & emẽtes in tẽplo, & mẽſas numu-
lariorũ, & cathedras vendẽtium colũbas eue-
tit. ¶13 Et dicit eis, Scriptum eſt, ‖Domus mea,
domus orationis vocabitur: ‖vos autem feciſtis
illam ſpeluncã latronum. ¶14 ‖Et acceſſerũt
ad eum cæci & claudi in tẽplo: & ſanauit eos.
¶15 Videntes autem principes Sacerdotum, &
Scribæ mirabilia quæ fecit, & pueros claman-
tes in templo, & dicẽtes, Hoſan-na filio Dauid:
indignati ſunt, ¶16 Et dixerunt ei, Audis quid
iſti dicunt? Iesus autem dixit eis, Vtique: nun-
quam legiſtis, ‖Quia ex ore infantium & lactẽ-
tium perfeciſti laudẽ? ¶17 Et relictis illis, abiit
foras extra Ciuitatẽ in Bethaniam: ibique mã-
ſit. ¶18 Mane autem reuertens in ciuitatem, e-
furiit. ¶19 Et videns ſici arborem vnam ſecus
viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea niſi
folia tantũm: & ait illi, Nũquam ex te fructus
naſcatur in ſempiternum. Et arefacta eſt con-
tinuõ ficulnea. ¶20 Et videntes diſcipuli mirati
ſunt, dicẽtes, Quomodo cõtinuõ aruit? ¶21 Re-
ſpondens autem Iesus ait eis, Amẽ dico vobis:
ſi habueritis fidẽ, & non hæſitaueritis, non ſo-
lum de ficulnea facietis, ſed & ſi mõti huic di-
xeritis, Tolle & iacta te in mare: fiet. ¶22 Et o-
mnia quæcunque petieritis in oratione credẽ-
tes, accipietis. ¶23 Et quũ veniſſet in templũ,
acceſſerunt ad eum docẽtem, principes Sacer-
dotum & Seniores populi, dicentes. In qua po-
teſtate hæc facis? & quis tibi dedit hanc poteſ-
tatem? ¶24 Reſpondens Iesus dixit eis, Interro
gabo vos & ego vnum ſermonẽ: quem ſi dixe-
ritis mihi, & ego vobis dicam in qua poteſtate
facio. ¶25 Baptiſmus Iohannis vnde erat? è cæ-
lo an ex hominibus? At illi cogitabãt inter ſe,
dicentes, Si dixerimus, È cælo: dicet nobis, Quare
ergo non credidiſtis illi? ¶26 Si autem dixe-
rimus, Ex hominibus: timemus turbã. ‖Omnes
enim habebãt Iohannẽ ſicut Prophetã. ¶27 Et
reſpondentes Iesu dixerunt, Neſcimus. Ait il-
lis & ipſe Nec ego dico vobis in qua poteſtate
hæc facio. ¶28 Quid autẽ vobis videtur? Homo
quidam habebat duos filios: & accedẽs ad pri-
mum dixit, Fili, vade hodie ‖operari in vinea
mea. ¶29 Ille autẽ reſpondens ait, Nolo. poſtea
autem pœnitentia motus, abiit. ¶30 Accedens
autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpõ
dens, ait, Ego domine. & non iuit. ¶31 Quis ex
duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, Pri-
mus. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis quia pu
blicani & meretrices præcedent vos in regno
Dei. ¶32 Venit enim ad vos Iohannes in via iuſti-
tiæ, & non credidiſtis ei: publicani autẽ & me-
retrices crediderunt ei. vos autẽ videntes nec
pœnitẽtiam habuiſtis poſtea, vt crederetis ei.
¶33 Aliam parabolã audite. ‖Homo erat pater-
familias qui plantauit vineam, & ſepem circũ
dedit ei, & fodit in ea torcular, & ædificauit tur
rim, & locauit eam agricolis: & peregre profe
ctus eſt. ¶34 Quum autem tempus fructũ ap-
propinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas
vt acciperent fructus eius. ¶35 Et agricolæ ap-
prehenſi ſeruis eius, alium ceciderunt, alium
occiderunt, alium verò lapidauerunt. ¶36 Iterũ
miſit alios ſeruos plures prioribus: & fecerunt
illis ſimiliter. ¶37 Nouiſſimè autẽ miſit ad eos
Filium ſuũ, dicens, Verebũtur forte Filiũ meũ.
¶38 Agricolæ autem videntes Filium, dixerunt
intra ſe, ‖Hic eſt hæres, venite, occidamus eum,
& habebimus hæreditatem eius. ¶39 Et appre-
henſum eum eiecerunt extra vineam, & occi-
derunt. ¶40 Quum ergo venerit dominus vi-
neæ, quid faciet agricolis illis? ¶41 Aiunt illi,
Malos malè perdet: & vineam ſuam locabit a-
liis agricolis, qui reddent ei fructum tempori-
bus ſuis. ¶42 Dicit illis Iesus, ‖Nunquam legi-
ſtis in Scripturis, Lapidem quẽ reprobauerũt
ædificantes, hic factus eſt in caput anguli: A
Domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in ocu
lis noſtris? ¶43 Ideo dico vobis, quia auferetur
à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti
fructus eius. ¶44 Et qui ceciderit ſuper lapi-
dem iſtum, confringetur: ſuper quem verò ce
ciderit, conteret eum. ¶45 Et quum audiſſent
principes Sacerdotum & Phariſæi parabolas
eius, cognouerũt quòd de ipſis diceret. ¶46 Et
quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quo-
niam ſicut Prophetam eum habebant.

CAP. XXII.

ET reſpondens Iesus dixit iterum in para-
bolis eis, dicens. ¶2 Simile factum eſt re-
gnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias
filio ſuo. ¶3 Et miſit ſeruos ſuos vocare in-
uitatos ad nuptias: & nolebant venire. ¶4 Ite
rum miſit alios ſeruos, dicens. Dicite inuita-
tis, Ecce, prãdium meum paraui, tauri mei &
altilia occiſa ſũt, & omnia parata, venite ad

C

Supra 4 habet

A

operẽ

præ vos in

Marc luc. 12 eſa. 5 ierem. D

Infra & 27 Ioha

Pſal. act. rom. 1. pe

A

Lu ape

nuptias. ¶5 Illi autē neglexerūt,& abierunt: alius in villam suam , alius verò ad negotiationem suam: ¶6 Reliqui verò tenuerūt seruos eius , & contumeliis affectos occiderunt. ¶7 Rex autem quū audisset,iratus est:& missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succendit. ¶8 Tunc ait seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt:sed qui inuitati erāt,non fuerūt digni. ¶9 Ite ergo ad exitus viarum: & quoscūque inueneritis,vocate ad nuptias. ¶10 Et egressi serui eius in vias, congregauerunt omnes quos inuenerūt,malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbētium. ¶11 Intrauit autem rex vt videret discumbentes:& vidit ibi hominem nō vestitum veste nuptiali: ¶12 Et ait illi, Amice quomodo huc intrasti non habens vestē nuptialem? At ille obmutuit. ¶13 Tunc dixit rex ministris, Ligatis manibus & pedibus eius mittite eū in tenebras exteriores: ibi erit fletus & stridor dentium. ¶14 Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. ¶15 Tunc abeuntes Pharisæi, consilium inierunt vt caperent eū in sermone. ¶16 Et mittūt ei discipulos suos cū Herodianis, dicētes, Magister, scimus quia verax es,& viam Dei in veritate doces,& nō est tibi cura de aliquo.non enim respicis personam hominum: ¶17 Dic ergo nobis quid tibi videtur,licet censum dare Cæsari,an non? ¶18 Cognita autē Iesus nequitia eorum, ait, Quid me tētatis hypocritæ? ¶19 Ostēdite mihi numisma cēsus. At illi obtulerūt ei denarium. ¶20 Et ait illis Iesus, Cui est imago hæc, & superscriptio? ¶21 Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis, Reddite ergo quæ sūt Cæsaris, Cæsari:& quæ sunt Dei, Deo. ¶22 Et audiētes mirati sunt,& relicto eo abierūt. ¶23 In illo die accesserunt ad eū Sadducæi , qui dicūt non esse resurrectionem:& interrogauerunt eum, ¶24 Dicētes, Magister, Moyses dixit, Si quis mortuus fuerit non habēs filiū, vt ducat frater eius vxorē illius, & suscitet semen fratri suo. ¶25 Erant autē apud nos septē fratres:& primus vxore ducta defunctus est , & nō habēs semē,reliquit vxorē suā fratri suo. ¶26 Similiter secūdus & tertius vsque ad septimū. ¶27 Nouissime autē omniū & mulier defuncta est. ¶28 In resurrectione ergo, cuius erit de septē, vxor? omnes enim habuerunt eam. ¶29 Respōdens autē Iesus ait illis, Erratis, nescientes Scripturas, neq; virtutē Dei. ¶30 In resurrectione enim neq; nubent, neq; nubētur: sed sicut Angeli Dei in cælo. ¶31 De resurrectione autē mortuorū nō legistis quod dictum est à Deo dicēte vobis, ¶32 Ego sum Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Nō est Deus mortuorū, sed viuentiū. ¶33 Et audientes turbæ,mirabātur in doctrina eius. ¶34 Pharisæi autem audientes quòd silentium imposuisset Sadducæis, cōuenerunt in vnū: ¶35 Et interrogauit eū vnus ex eis legis doctor,tentās eū, ¶36 Magister,quod est mādatū magnū in Lege? ¶37 Ait illi Iesus, Diliges Dominū Deū tuū ex toto corde tuo, & in tota anima tua,& in tota mēte tua. ¶38 Hoc est maximū & primū mandatū. ¶39 Secundū autē simile est huic, Diliges proximū tuum sicut teipsum. ¶40 In his duobus mandatis vniuersa lex pēdet & Prophetæ. ¶41 Cōgregatis autē Pharisæis, interrogauit eos Iesus, ¶42 Dicens , Quid vobis videtur de Christo? cuius filius est? Dicūt ei, Dauid. ¶43 Ait illis, Quomodo ergo Dauid in Spiritu vocat eum dominū, dicens, ¶44 Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, Donec ponā inimicos tuos scabellū pedū tuorū? ¶45 Si ergo Dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius est? ¶46 Et nemo poterat ei respondere verbū: neq; ausus fuit quisquā ex illa die eū amplius interrogare.

Marc.12.d.
luc.20.g.41.

CAP. XXIII.

Tunc Iesus locutus est ad turbas & ad discipulos suos, ¶2 Dicens , Super cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. ¶3 Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate & facite : secundum opera verò eorū nolite facere: dicūt enim, & nō faciūt. ¶4 Alligāt autem onera grauia & importabilia, & imponūt in humeros hominū :digito autem suo nolunt ea mouere. ¶5 Omnia verò opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. dilatant enim phylacteria sua, & magnificāt fimbrias. ¶6 Amant autem primos recubitus in cœnis , & primas cathedras in synagogis, ¶7 Et salutationes in foro, & vocari ab hominibus, Rabbi. ¶8 Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus est enim magister vester: omnes autem vos, fratres estis. ¶9 Et patrem nolite vocare vobis super terrā: vnus est enim Pater vester qui in cælis est. ¶10 Nec vocemini magistri: quia magister vester, vnus est, Christus. ¶11 Qui maior est vestrum, erit minister vester. ¶12 Qui autē se exaltauerit, humiliabitur: & q se humiliauerit, exaltabitur. ¶13 Væ autem vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum cælorū ante homines. vos enim non intratis: nec introeuntes finitis intrare. ¶14 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui comeditis domos viduarū, orationes longas orantes. propter hoc, amplius accipietis iudicium. ¶15 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridā, vt faciatis vnum proselytū: & quum fuerit factus, facitis eum filium gehēnæ duplo quam vos. ¶16 Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Qui cunque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debitor est. ¶17 Stulti & cæci, quid enim maius est, aurū, an templū, quod sanctificat aurū? ¶18 Et quicūque iurauerit in altare, nihil est: quicunq; autē iurauerit in dono quod est super illud, debet. ¶19 Cæci, quid enim maius est, donum, an altare quod sanctificat donum? ¶20 Qui ergo iurat in altari, iurat in eo & in omnibus quæ super illud sunt: ¶21 Et quicunque iurauerit in tēplo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipso: ¶22 Et qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet sup eū. ¶23 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui decimatis mentā & anethum & cyminū, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiā, & fidē. hæc oportuit facere, & illa nō omittere. ¶24 Duces cæci, excolantes culicē, camelū autē glutiētes. ¶25 Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: qui mundatis quod dēforis est, calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia.

A
1.Esdr.8.a.
Luc.11.f.46.
Act.15.b.10.
enim
Deut.6.b.8,
& 11.b.18.
num.15.d.38
Marc.12.d.38
luc.11.f.47.
& 20.g.46.
Iacob.3.a.1.
Mala.1.b.6.
B
Luc.14.c.11.
& 18.c.14.
Luc.11.g.52.
Mar.12.d.40.
luc.20.g.45.
quia
debet.
C
3.Reg.8.b.63.
2.par.6.a.5.
Luc.11.f.42.
quia
plena sunt

¶26 Phariſæe cæce,munda prius quod intus eſt,calicis & paropſidis,vt fiat & id quod deforis eſt, mundum. ¶27 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ:quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ ꝺforis parent hominibus ſpecioſa,intus verò plena ſunt oſſibus mortuorũ, & omni ſpurcitia. ¶28 Sic & vos ꝺforis quidẽ paretis hominibus iuſti: intus autẽ pleni eſtis hypocriſi & iniq; itate. ¶29 Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ:quia ædificatis ſepulchra prophetarũ,& ornatis monumenta iuſtorũ, ¶30 Et dicitis, Si fuiſſemus in diebus patrũ noſtrorũ,nõ eſſemus ſocii eorũ in ſanguine prophetarũ. ¶31 Itaq; teſtimonio eſtis vobiſmetipſis quia filii eſtis eorum qui prophetas occiderũt. ¶32 Et vos implete mẽſurã patrũ veſtrorũ. ¶33 Serpẽtes ‸ & geſmina viperarũ, quomodo fugietis à iudicio gehẽnæ? ¶34 Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas & ſapiẽtes, & Scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in ſynagogis veſtris, & perſequemini de ciuitate in ciuitatẽ: ¶35 Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terram, à ſanguine Abel iuſti vſq; ad ſanguinẽ Zachariæ filii Barachiæ, quẽ occidiſtis inter templũ & altare. ¶36 Amẽ dico vobis, venient hæc omnia ſuper generationem iſtam. ¶37 Ieruſalẽ Ieruſalẽ, quæ occidis prophetas,& lapidas eos qui ad te miſſi ſunt, quoties volui cõgregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas, & noluiſti? ¶38 Ecce relinquetur vobis dom' veſtra deſerta. ¶39 Dico enim vobis, Nõ me videbitis ámodo donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

## CAP. XXIIII.

Et egreſſus Ieſus de tẽplo,ibat. Et acceſſerunt diſcipuli eius vt oſtenderent ei ædificationes templi. ¶2 Ipſe autẽ reſpõdens dixit illis, Videtis hæc omnia? Amen dico vobis, ſnon relinquetur hic lapis ſuper lapidẽ qui non deſtruatur. ¶3 Sedente autẽ eo ſuper Montem-oliueti, acceſſerũt ad eum diſcipuli ſecretò,dicentes, Dic nobis,quãdo hæc erũt? & quod ſignum aduentus tui, & conſummationis ſeculi? ¶4 Et reſpõdens Ieſus dixit eis, ſVidete ne quis vos ſeducat. ¶5 Multi enim venient in nomine meo,dicẽtes, Ego ſum Chriſtus:& multos ſeducent. ¶6 Audituri enim eſtis prælia & opiniones præliorũ. Videte ne turbemini.oportet enim hæc fieri:ſed nondũ eſt finis. ¶7 Conſurget enim gens in gentem, & regnum in regnum:& erunt peſtilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. ¶8 Hæc autem omnia,initia ſunt dolorum. ¶9 Tunc tradẽt vos in tribulationem,& occidẽt vos:& eritis odio omnibus gentibus propter nomen meũ. ¶10 Et tunc ſcandalizabuntur multi: & inuicem tradent,& odio habebunt inuicẽ. ¶11 Et multi pſeudoprophetæ ſurgent , & ſeducent multos. ¶12 Et quoniam abundabit iniquitas : refrigeſcet charitas multorum. ¶13 Qui autẽ perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. ¶14 Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo orbe, in teſtimonium omnibus gentibus: & tunc veniet conſummatio.

¶15 Quem ergo videritis abominationẽ deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele prophe-

ta, ſtantẽ in loco ſancto(qui legit intelligat,) ¶16 Tunc qui in Iudæa ſunt,fugient ad montes: ¶17 Et qui in tecto,non deſcendat tollere aliquid de domo ſua: ¶18 Et qui in agro,nõ reuertatur tollere tunicam ſuam. ¶19 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. ¶20 Orate autem vt nõ fiat fuga veſtra in hyeme vel ſſabbatho. ¶21 Erit enim tunc tribulatio magna , qualis non fuit ab initio mundi vſque modò , neque fiet. ¶22 Et niſi breuiati fuiſſent dies illi : non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. ¶23 ſTunc ſiquis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic:nolite credere. ¶24 Surgent enim pſeudochriſti & pſeudoprophetæ : & dabunt ſigna magna & prodigia,ita vt in errorẽ inducãtur(ſi fieri poteſt) etiam electi. ¶25 Ecce prædixi vobis. ¶26 ſSi ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt: nolite exire.ecce in penetralibus:nolite credere. ¶27 Sicut enim fulgur exit ab Oriẽte, & paret vſq; in Occidentẽ : ita erit & aduentus Filii hominis. ¶28 ſUbicunq; fuerit corpus, illuc cõgregabuntur & aquilæ. ¶29 ſStatim autem poſt tribulationẽ dierũ illorũ ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumẽ ſuũ, & ſtellæ cadẽt de cælo, & virtutes cælorũ cõmouebuntur: ¶30 Et tunc parebit ſignũ Filii hominis in cælo. & tunc plãgent omnes tribus terræ: ſ & videbũt Filiũ hominis venientẽ in nubibus cæli cũ virtute multa & maieſtate. ¶31 Et mittet Angelos ſuos cũ tuba & voce magna: & cõgregabũt electos eius à quatuor vẽtis, à ſũmis cælorũ vſq; ad terminos eorũ. ¶32 Ab arbore autẽ ficũ diſcite parabolã. quũ ſit ramꝰ eius tener fuerit, & folia nata,ſcitis quia propẽ eſt æſtas. ¶33 Ita & vos,quũ videritis hæc omnia,ſcitote quia propẽ eſt ſ ianuis. ¶34 Amen dico vobis quia nõ præteribit generatio hæc donec omnia ‸fiãt. ¶35 ſCælum & terra trãſibunt: verba autẽ mea non præteribunt. ¶36 De die autẽ illa & hora nemo ſcit,neque Angeli cælorũ,nſi ſolus Pater. ¶37 Sicut autem in diebus Noe:ita erit & aduentus Filii hominis. ¶38 ſSicut enim erãt in diebus ante diluuiũ comedẽtes & bibẽtes , nubentes & nuptui tradentes, vſq; ad eũ diem quo intrauit Noe in arcã, ¶39 Et nõ cognouerũt donec veniit diluuiũ,& tulit omnes:ita erit & aduentus Filii hominis. ¶40 ſTũc duo erũt in agro:vnus aſſumetur,& vnus relinquetur. ¶41 Duæ molentes in mola:vna aſſumetur, & vna relinquetur. ¶42 ſDuo in lecto:vnus aſſumetur, & vnus relinquetur. ¶43 ſVigilate ergo:quia neſcitis qua hora Dominus veſter venturus ſit. ¶44 ſIllud autẽ ſcitote quoniã ſi ſciret pater familiãs qua hora fur vẽturus eſſet, vigilaret vtique , & non fineret perfodi domum ſuam. ¶45 Ideo & vos eſtote parati:quia qua neſcitis hora Filius hominis venturus eſt. ¶46 ſQuis,putas,eſt fidelis ſeruus & prudẽs, quem conſtituit dominus ſuus ſuper familiã ſuam,vt det illis cibũ in tempore? ¶47 Beatus ille ſeruus,quẽ cum venerit dominus eius, inuenerit ſic facientem. ¶48 Amen dico vobis,quoniã ſuper omnia bona ſua conſtituet eum. ¶49 Si autem dixerit malus ſeruus ille in corde ſuo,Moram facit dominus meus venire: ¶50 Et cœperit percutere cõſeruos ſuos

a

D

Act.1.b.11

Marc.13.c

C

Luc.17.c

Luc.17.

Marc.13.

luc.21.c

ezech.3

eſaiæ 13

ioel.3.c

& c.15.

Apoc.1

1.cor.15

1.theſ.c

Hæc Marc.

D

Gen.7

luc.17

1.pet.

Luc.1

1.theſ

Marc

Luc.1

1.the

apoc

Luc.

a.

D

Marc.13.b.14

luc.21.d.24.

Dan.9.g.27.

mandducet autem & bibat cũ ebriosis: ¶ 51Veniet dominus serui illius in die qua non spe-
rat, & hora qua ignorat, ¶ 52Et diuidet eum, 51.f.42.
partemq; eius ponet cũ hypocritis. ‖illic erit 51.b.30.
fletus & stridor dentium. CAP. XXV.

TVnc simile erit regnum cælorũ decẽ virginibus: quæ accipientes lãpades suas, e-
xierunt obuiã sponso & sponsæ. ¶ 2Quinque
autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes. ¶ 3Sed quinque fatuæ, accepta lampadibus
non sumpserunt oleum secum. ¶ 4Prudentes
verò acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. ¶ 5Moram autem faciẽte sponso, dormi-
tauerũt omnes & dormierunt. ¶ 6Media au-
tem nocte clamor factus est, Ecce, sponsus ve-
nit, exite obuiam ei. ¶ 7Tunc surrexerunt om-
nes virgines illæ: & ornauerunt lampades suas.
¶ 8Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date no
bis de oleo vestro: quia lampades nostræ ex-
tinguntur. ¶ 9Respondernnt prudentes, dicẽ-
tes, Ne forte non sufficiat nobis & vobis: ite po
tius ad vendentes, & emite vobis. ¶ 10Dum au-
tem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ
erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clau-
sa est ianua. ¶ 11Nouissimè verò veniũt & reli
quæ virgines, dicẽtes, Domine, Domine, aperi
nobis. ¶ 12At ille respõdẽs ait, Amẽ dico vobis,
nescio vos. ¶ 13 ‖ Vigilate itaque, quia nescitis
diem neque horam. ¶ 14‖Sicut enim homo pe-
regre proficiscens, vocauit seruos suos, & tra-
didit illis bona sua: ¶ 15Et vni dedit quinque
talenta, alii autem duo, alii verò vnum: vnicui
que secundum propriam virtutem. & profe-
ctus est statim. ¶ 16Abiit autem qui quinque ta
lenta acceperat, & operatus est in eis: & lucra
tus est alia quinque. ¶ 17 Similiter & qui duo
acceperat, lucratus est alia duo. ¶ 18Qui autem
vnum acceperat, abiens fodit in terram, & ab-
scondit pecuniam domini sui. ¶ 19Post multum
verò temporis venit dominus seruorum illo-
rum, & posuit rationẽ cum eis. ¶ 20Et accedẽs
qui quinque talenta acceperat, obtulit alia
quinque talenta, dicens, Domine, quinque ta-
lenta tradidisti mihi: ecce, alia quinque super-
lucratus sum. ¶ 21 Ait illi dominus eius, Euge
serue bone & fidelis. quia super pauca fuisti fi-
delis, super multa te constituam: intra in gau-
dium domini tui. ¶ 22Accessit autẽ & qui duo
talenta acceperat, & ait, Domine, duo talenta
tradidisti mihi: ecce alia duo lucratus sum.
¶ 23Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fi-
delis: quia super pauca fuisti fidelis, super mul
ta te cõstituam: intra in gaudium domini tui.
¶ 24Accedens autem & qui vnum talentũ ac-
ceperat, ait, Domine, scio quia homo durus es;
metis vbi non seminasti, & congregas vbi non
sparsisti. ¶ 25Et timens abii, & abscondi talen-
tum tuum in terra: ecce habes quod tuum est.
¶ 26Respondens autem dominus eius, dixit ei,
Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non
semino, & congrego vbi non sparsi: ¶ 27Oportuit ergo te committere pecuniam meam nu-
mularijs, & veniens ego recepissẽ vtique quod
meum est, cum vsura. ¶ 28Tollite itaque ab eo
talentum, & date ei qui habet decem talenta.
¶ 29 ‖ Omni enim habenti dabitur, & abunda-
bit: ei autem qui nõ habet, & quod videtur ha-
bere, auferetur ab eo. ¶ 30Et inutilem seruũ eji-
cite ‖in tenebras exteriores: illic erit fletus & Supra 8.b
stridor dentium. ¶ 31 Quum autem venerit Fi- & 12.b.19
lius hominis in maiestate sua, & omnes Ange- & 24.d.32
li cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis
suæ: ¶ 32Et congregabũtur ante eum omnes gẽ
tes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor se-
gregat oues ab hœdis. ¶ 33Et statuet oues qui-
dem à dextris suis, hœdos autem à sinistris.
¶ 34 Tunc dicet Rex his qui à dextris eius erũt,
Venite benedicti Patris mei, possidete paratũ
vobis regnum à constitutione mundi. ¶ 35‖Esu- Esa.58.b.7
rui enim, & dedistis mihi manducare: sitiui, & ezech.18.b
dedistis mihi bibere: hospes eram, & collegistis
me. ¶ 36Nudus, & operuistis me: ‖infirmus, & Eccli 7.d.
visitastis me: in carcere erã, & venistis ad me.
¶ 37 Tunc respondebunt ei iusti, dicentes, Do- D
mine, quando te vidimus esurientem, & pau-
mus: aut sitientem, & dedimus tibi potum?
¶ 38Quando autem te vidimus hospitem, & col
legimus te: aut nudum, & cooperuimus te?
¶ 39Aut quando te vidimus infirmum, aut in
carcere, & venimus ad te? ¶ 40Et respondens
Rex dicet illis, Amen dico vobis, quandiu feci-
stis vni de his fratribus meis minimis, mihi fe
cistis. ¶ 41Tunc dicet & iis qui à sinistris erũt, Psal.16.c.4
‖Discedite à me maledicti in ignem æternũ, suprà 7.c.
qui paratus est diabolo & angelis eius. ¶ 42Esu- luc.13.f.27
rui enim, & non dedistis mihi manducare: si-
tiui, & non dedistis mihi potum. ¶ 43Hospes
eram, & non collegistis me: nudus, & non ope-
ruistis me: infirmus, & in carcere, & non visi-
tastis me. ¶ 44Tunc respondebunt ei & ipsi,
dicentes, Domine, quando te vidimus esurien-
tem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum,
aut infirmum, aut in carcere, & non ministra-
uimus tibi? ¶ 45Tunc respondebit illis, dicens,
Amen dico vobis, quandiu non fecistis vni de
minoribus his, nec mihi fecistis. ¶ 46‖Et ibũt hi Dan.12.a.2
in supplicium æternum: iusti autem in vitam Iohan.5.c.29
æternam. CAP. XXVI. A
ET factum est quũ consummasset Iesus ser- Marc.14.a.1
mones hos omnes, dixit discipulis suis: luc.22.a.1
¶ 2‖Scitis quia post biduũ Pascha fiet, & Filius Iohan. 11.f.
hominis tradetur vt crucifigatur. ¶ 3‖Tũc con-
gregati sunt principes Sacerdotum & Senio-
res populi in atrium principis Sacerdotũ, qui
dicebatur Caiphas: ¶ 4Et consilium fecerunt vt
Iesum dolo tenerent, & occiderẽt. ¶ 5Dicebãt
autem, Non in die festo, ne fortè tumultus fie-
ret in populo. ¶ 6‖Quum autem Iesus esset in Iohan.12.a.2
Bethania in domo Simonis Leprosi, ¶ 7Acces- & 13.a.1.
sit ad eum mulier habens alabastrum vnguẽ- mar.14.a.3
ti pretiosi: & effudit super caput ipsius recum-
bentis. ¶ 8Videntes autem discipuli, indignati
sunt, dicentes, Vt quid perditio hæc? ¶ 9Potuit
enim istud venundari multo, & dari pauperi-
bus. ¶ 10Sciens autem Iesus, ait illis, Quid mo-
lesti estis huic mulieri? opus* bonum opera- *enim
ta est in me. ¶ 11‖Nam semper pauperes habe- Deut.15.b
tis vobiscum: me autem nõ semper habebitis.* *habetis.
¶ 12Mittens enim hæc vnguentum hoc in cor-
pus meum, ad sepeliendum me fecit. ¶ 13Amen
dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc
Euangelĩũ in toto mũdo, dicetur & quod hæc
fecit, in memoriam eius. ¶ 14‖Tunc abiit vnus Marc.14.b.10
de duodecim q*dicebatur Iudas Iscariotes, ad luc.22.c.4
principes Sacerdotum, ¶ 15Et ait illis, Quid vul B *dicitur
tis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi

constituerãt et triginta argenteos. ¶16 Et exinde quærebat opportunitatem vt eũ traderet. ¶17 Prima autẽ die Azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere pascha? ¶18 At Iesus dixit, Ite in ciuitatem ad quendam: & dicite ei, Magister dicit, Tempus meum propè est, apud te facio pascha cum discipulis meis. ¶19 Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus: & parauerunt pascha. ¶20 Vespere autẽ facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. ¶21 Et edentibus illis dixit, Amen dico vobis quia vnus vestrum me traditurus est. ¶22 Et cõtristati valde, cœperũ singuli dicere, Nũquid ego sum Domine? ¶23 At ipse respõdẽs, ait, Qui intingit mecum manũ in paropside, hic me tradet. ¶24 Filius quidem hominis vadit, sicut scriptũ est de illo: væ autẽ homini illi per quem Filius hominis traditur. bonũ erat ei, si natus non fuisset homo ille. ¶25 Respondens autẽ Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum, Rabbi? Ait illi, Tu dixisti.

¶26 Cœnantibus autẽ eis, accepit Iesus panẽ, & benedixit, ac fregit: deditq; discipulis suis, & ait, Accipite, & comedite: hoc est corpus meũ. ¶27 Et accipiẽs calicẽ, gratias egit: & dedit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes. ¶28 Hic est enim sanguis meus noui testamẽti, qui p multis effunditur in remissionẽ peccatorũ. ¶29 Dico autẽ vobis, non bibã amodo de hoc genimine vitis vsque in diem illũ, quũ illud bibã vobiscum nouum, in regno Patris mei. ¶30 Et hymno dicto, exierunt in Montẽ Oliueti. ¶31 Tũc dicit illis Iesus, Omnes vos scãdalum patiemini in me, in ista nocte. Scriptũ est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. ¶32 Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. ¶33 Respõdens autem Petrus, ait illi, Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. ¶34 Ait illi Iesus, Amẽ dico tibi quia in hac nocte antequam gallus cãtet, ter me negabis. ¶35 Ait illi Petrus, Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerũt. ¶36 Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani: & dixit discipulis suis, Sedete hic, donec vadam illuc, & orem. ¶37 Et assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. ¶38 Tũc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum. ¶39 Et progressus pusillũ, prõcidit in faciem suã, orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu. ¶40 Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro, Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? ¶41 Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem. spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. ¶42 Iterum secundò abiit: & orauit, dicẽs, Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illũ: fiat voluntas tua. ¶43 Et venit iterũ, & inuenit eos dormientes. erant enim oculi eorũ grauati. ¶44 Et relictis illis, iterũ abiit: & orauit tertiò, eundem sermonem dicens. ¶45 Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & Filius hominis tradetur in manus peccatorum. ¶46 Surgite, eamus: ecce appropinquabit qui me tradet. ¶47 Adhuc eo loquẽte, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladiis & fustibus, missi à principibus sacerdotũ & senioribus populi. ¶48 Qui autem tradidit eũ, dederat illis signum, dicens, Quencunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. ¶49 Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue Rabbi. Et osculatus est eum. ¶50 Dixitque illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Tunc accesserũt, & iniecerũt in Iesum: & tenuerũt eũ. ¶51 Et ecce vnus ex his qui erãt cum Iesu, extendẽs manum, exemit gladium suum: & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. ¶52 Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladiũ tuum in locum suũ. omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. ¶53 An putas quia non possum rogare Patrem meũ: & exhibebit mihi modò plus quàm duodecim legiones Angelorũ? ¶54 Quomodo ergo implebũtur Scripturæ, quia sic oportet fieri? ¶55 In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquã ad latronem existis cum gladiis & fustibus comprehendere me: quotidie apud vos sedebã docens in templo: & non me tenuistis. ¶56 Hoc autem totum factum est, vt adimplerentur Scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes, relicto eo fugerunt. ¶57 At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caiphan principem sacerdotum, vbi Scribæ & seniores conuenerant. ¶58 Petrus autem sequebatur eũ à longe, vsq; in atriũ principis sacerdotũ. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris, vt videret finem. ¶59 Principes autem sacerdotum, & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eũ morti traderẽt: ¶60 Et nõ inuenerunt, quum multi falsi testes accessissent. Nouissime autem venerunt duo falsi testes: ¶61 Et dixerunt, Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. ¶62 Et surgens princeps sacerdotum, ait illi, Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? ¶63 Iesus autẽ tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi, Adiuro te per Deũ viuũ, vt dicas nobis si tu es Christus Filius Dei. ¶64 Dicit illi Iesus, Tu dixisti. verumtamen dico vobis, amodo videbitis Filium hominis sedentẽ à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. ¶65 Tunc princeps sacerdotum scidit vestimẽta sua, dicẽs, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiam, ¶66 Quid vobis videtur? At illi respondentes dixerũt, Reus est mortis. ¶67 Tunc expuerũt in faciẽ eius: & colaphis eum cecidẽrunt, alii autem palmas in faciẽ eius dederunt. ¶68 Dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? ¶69 Petrus verò sedebat foris, in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicẽs, Et tu cũ Iesu Galilæo eras. ¶70 At ille negauit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicis. ¶71 Exeũte autem illo ianuam, vidit eũ alia ancilla: & ait his qui erant ibi, Et hic erat cũ Iesu Nazaræno. ¶72 Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem. ¶73 Et post pusillum accesserunt qui stabãt: & dixerunt Pe-

ero, verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. ¶74 Tunc cœpit detestari & iurare quia non nouisset hominem. Et continuò gallus cantauit. ¶75 Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat, Priusquam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè. CAP. XXVII.

A MAne autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotũ & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderẽt. ¶2 Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderũt Pontio Pilato præsidi. ¶3 ¶ Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset: pœnitentia ductus, retulit triginta argẽteos principibus sacerdotum & senioribus, ¶4 Dicens, Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. ¶5 Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. ¶6 Principes autẽ sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, Nõ licet eos mittere in "corbanam:' quia pretiũ sanguinis est. ¶7 Consilio autẽ inito emerũt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. ¶8 Propter hoc vocatus est ager ille, ‖Haceldama, hoc est ager sanguinis, vsque in hodiernũ diẽ. ¶9 Tunc impletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam, dicentem, ‖Et acceperunt triginta argenteos pretium apprẽciati quem apprẽciauerunt à filiis Israel: ¶10 Et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. ¶11 Iesus autẽ stetit ante præsidẽ, & interrogauit eum præses, dicens, Tu es rex Iudæorum? Dixit illi Iesus, Tu dicis. ¶12 Et quũ accusaretur à principibus sacerdotũ & senioribus, nihil respondit. ¶13 Tunc dicit ili Pilatus, Nõ audis quãta aduersum te dicunt testimonia? ¶14 Et nõ respondit ei ad vllum verbũ: ita vt miraretur præses vehementer. ¶15 ‖Per diem autem solennem consueuerat præses populo dimittere vnum vinctum quem' voluissent. ¶16 Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. ¶17 Cõgregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittam vobis: Barabbam, an Iesum qui dicitur Christus? ¶18 Sciebat enim quòd per inuidiã tradidissent eũ. ¶19 Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum hodie per visum propter eum. ¶20 Principes autem sacerdotũ & seniores persuaserunt populis vt peteret Barabbam, Iesum verò perderẽt. ¶21 Respondens autẽ præses, ait illis, Quẽ vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barabbã. ¶22 Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciã de Iesu qui dicitur Christus? Dicũt omnes, Crucifigatur. ¶23 Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur. ¶24 Videns autẽ Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus corã populo, dicens, Innocens ego sũ à sanguine iusti huius: vos videritis. ¶25 Et respondens vniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos & super filios nostros. ¶26 Tũc dimisit illis Barabbam: Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. ¶27 ¶ Tunc milites prætũdis suscipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem. ¶28 Et exuentes eum, chlamydẽ coccineam circundederunt ei: ¶29 Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinẽ in dextra eius. Et genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes, Aue Rex Iudæorum. ¶30 Et expuentes in eum, acceperũt arundinem, & percutiebant caput eius. ¶31 Et postquã illuserãt ei, exuerunt eũ chlamydẽ: & induerunt eum vestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. ¶32 ‖Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum, nomine Simõnem: hunc angariauerũt vt tolleret crucem eius. ¶33 ‖Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Caluariæ locus. ¶34 Et dederunt ei vinũ bibere cum felle mistũ: & quũ gustasset, noluit bibere. ¶35 ‖Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes: vt impleretur quod dictum est per Prophetam dicẽtem, Diuiserunt sibi vestimẽta mea: & super vestem meam miserunt sortem. ¶36 Et sedentes seruabãt eum. ¶37 Et imposuerunt super caput eius causã ipsius scriptã, HIC EST IESVS REX IVDÆORVM. ¶38 Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus à dexteris, & vnus à sinistris. ¶39 Prætereuntes autem blasphemabãt eum: mouentes capita sua, ¶40 Et dicentes, Vah' qui destruis templum Dei,' & in triduo illud reædificas, salua temetipsum: si Filius Dei es, descende de cruce. ¶41 Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus, dicebãt, ¶42 Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluum facere: si Rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credemus ei. ¶43 Confidit in Deo: liberet nunc eum si vult: dixit enim, Quia Filius Dei sum. ¶44 Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabãt ei. ¶45 A sexta autẽ hora, tenebræ factæ sũt super vniuersam Terrã, vsque ad horam nonã. ¶46 Et circa horã nonã clamauit Iesus voce magna, dicẽs, Eli, eli, lamma sabacthani? hoc est, ‖Deus meus, Deus meus, vt quid derelisti me? ¶47 Quidam autem illic stantes & audientes, dicebant, Eliam vocat iste. ¶48 Et cõtinuò currens vnus ex eis, ‖acceptã spongiã impleuit aceto: & imposuit arundini, & dabat ei bibere. ¶49 Cæteri verò dicebãt, Sine, videamus an veniat Elias liberans eum. ¶50 Iesus autẽ iterum clamans voce magna, emisit spiritum. ¶51 Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsq; deorsum. & terra mota est, & petræ scissæ sunt, ¶52 Et monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierant, surrexerunt. ¶53 Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem: & appa reuerunt multis. ¶54 Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræ motu & his quæ fiebant, timuerunt valde, dicentes, Verè Filius Dei erat iste. ¶55 Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrãtes ei: ¶56 inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. ¶57 Quum autẽ serò factum esset, vẽnit quidam homo diues ab Arimathæa, nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Ie-

Act.2.1. 3.66. 17.6.20

Mare.15.b.1 luc.23.d.26

Marc.15.b.2

Marc.15.b.2

Psal.21.c.19

Psal.11.b.5 Sapiẽ.2.a

Psal.11.a.1

Psal.61.e.1

1.Para.1.

Marc.16.d. luc.24.g.50 Iohã.19.g.

a.11. .18. m: .19. .11.c.12. .2.3. .2.6. .17. ilent: .2.11. .18. .40. 14.

.b.16. 19.21.

fu. ¶58 Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus.
¶59 Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda: ¶60 Et posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abiit. ¶61 Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrum. ¶62 Altera autem die, quæ est post Parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & Phariſæi ad Pilatum, ¶63 dicentes, Domine, recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam. ¶64 Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicāt plebi, Surrexit a mortuis: & erit nouissimus error peior priore. ¶65 Ait illis Pilatus, Habetis custodiā? ite, custodite sicut scitis. ¶66 Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum: signātes lapidē cum custodibus. CAP. XXVIII.

A Vespere autem sabbathi quæ lucescit in prima sabbathi, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre sepulchrum. ¶2 Et ecce: terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo: & accedēs, reuoluit lapidē, & sedebat super eum. ¶3 Erat autem aspectus eius sicut fulgur: & "vestimēta eius, sicut nix. ¶4 Præ timore autem eius, exterriti sunt custodes, & facti sūt velut mortui. ¶5 Respondens autem Angelus dixit mulieribus, Nolite timere vos: scio enim quòd Iesum qui crucifixus est, quæritis. ¶6 Non est hic: surrexit enim, sicut dixit. venite, & videte locum vbi positus erat Dominus. ¶7 Et citò euntes, dicite discipulis eius quia surrexit: & ecce "præcedet vos in Galilæam, ibi eū videbitis, ecce prædixi vobis. ¶8 Et exeuntes citò de monumēto cum timore & gaudio magno, currēte, nūtiare discipulis eī. ¶9 Et ecce Iesus occurrit illis, dicens, Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. ¶10 Tunc ait illis Iesus, Nolite timere. Ite, nuntiate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. ¶11 Quæ cum abiissent, ecce quidam de custodibus venerūt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotū omnia quæ facta fuerant. ¶12 Et congregati sum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, ¶13 Dicētes, Dicite, Quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. ¶14 Et si hoc auditū fuerit a præside, nos suadebimus ei, & securos vos faciemus. ¶15 At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos, vsque in hodiernum diē. ¶16 Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus. ¶17 Et videntes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. ¶18 Et accedens Iesus locutus est eis, dicens, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. ¶19 Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus sancti. ¶20 Docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.

# Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Marcum.

CAP. I.

A INITIVM Euangelii Iesu Christi Filii Dei, ¶2 sicut scriptū est in Esaia propheta, (Ecce "mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.) ¶3 Vox clamantis in deserto, Parate viā Domini, rectas facite semitas eius: ¶4 Fuit Iohannes in deserto baptizans, & prædicās baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. ¶5 Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Hierosolymitæ vniuersi: & baptizabātur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua. ¶6 Et erat Iohānes vestitus pilis "camelorū, & zona pellicea circa lūbos eius: & locustas & mel syluestre edebat. ¶7 Et prædicabat, dicens, "Venit fortior me post me: cuius non sum dignus procūbens soluere corrigia calceamentorū eius. ¶8 Ego baptizaui vos aqua: ille verò baptizabit vos Spiritu sancto. ¶9 Et factum est in diebus illis venit Iesus a Nazareth Galilææ: & baptizatus est a Iohanne in Iordane. ¶10 Et statim ascēdēs de aqua, vidit cælos apertos, & Spiritum "sanctum tanquā columbā descēdentem & manentem in ipso. ¶11 Et vox facta est de cælis, Tu es Filius meus dilectus, in te cōplacui. ¶12 Et statim Spiritus expulit eum in desertū. ¶13 Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tētabatur a Satana. erat que cum bestiis, & Angeli ministrabant illi. ¶14 Postquā autē traditus est Iohānes, venit Iesus in Galilæā, prædicās Euangelium regni Dei. ¶15 Et dicēs, Quoniā impletū est tēpus, & "appropinquabit regnum Dei: pœnitemini, & credite euangelio. ¶16 Et præteriens secus Mare Galilææ, vidit Simōnem & Andreā fratrē eius, mittentes retia in mare: erat enim piscatores. ¶17 Et dixit eis Iesus, Venite post me, & faciā vos fieri piscatores hominū. ¶18 Et protinus relictis retibus, secuti sunt eū. ¶19 Et progressus inde pusillum, vidit Iacōbum Zebedæi & Iohannem fratrē eius, & ipsos cōponētes retia in nauī. ¶20 Et statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in nauī cum mercenariis, secuti sunt eum. ¶21 Et ingrediuntur Capharnaum: & statim sabbathis ingressus in Synagogā, docebat eos. ¶22 Et stupebāt super doctrina eius. erat enim docēs eos quasi potestatē habēs, & nō sicut Scribæ. ¶23 Et erat in synagoga eorū homo in spiritu immūdo: & exclamauit. ¶24 Dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarænē venisti "ante tēpus perdere nos? scio "quòd sis Sanctus Dei. ¶25 Et cōminat eī Iesus, dicens, Obmutesce, & exi de homine. ¶26 Et discerpēs eum spiritus immūd, & exclamās voce magna, exiit ab eo. ¶27 Et mirati sūt omnes: ita vt cōquirerēt inter se, dicētes, Quidnā est hoc? quæ nā doctrina hæc noua:

quia in potestate *spirit' immudis imperat, & obediunt ei? ¶ 28 Et processit rumor eius statim in omnē Regionē Galilææ. ¶ 29 ‖ Et protinus egredientes de synagōga, venerūt in domum Simōnis & Andreæ cum Iacōbo & Iohanne. ¶ 30 Recumbebat autem socrus Simōnis febricitās: & statim dicūt ei de illa. ¶ 31 Et accedens eleuauit eā apprehensa manu eius: & continuō dimisit eam febris, & ministrabat eis. ¶ 32 Vespere autē facto, quū occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes: & dæmonia habentes: ¶ 33 Et erat omnis ciuitas cōgregata ad ianuam. ¶ 34 Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus: & dæmonia multa eiiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. ¶ 35 Et diluculo valde surgēs, egressus abiit in desertum locū: ibiq; orabat. ¶ 36 Et prosecutus est eū Simon, & qui cum illo erāt. ¶ 37 Et quum inuenissent eum, dixerunt ei, Quia omnes quærunt te. ¶ 38 Et ait illis, ‖ Eamus in proximos vicos & ciuitates, vt & ibi prædicē: ad hoc enī veni. ¶ 39 Et erat prædicans in synagōgis eorum, & in omni Galilæa: & dæmonia eiiciens. ¶ 40 ‖ Et venit ad eum leprosus deprecans eum: & genu flexo dicit el, Si vis, potes me mundare. ¶ 41 Et Iesus autē misertus eius, extendit manum suā: & tāgens eum, ait illi, Volo, Mundare. ¶ 42 Et quum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. ¶ 43 Et comminatus est ei, statimque eiecit illū: ¶ 44 Et dicit ei, Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotū, & offer pro emundatione tua ‖ quæ præcepit Moyses, in testimonium illis. ¶ 45 Et' egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem: ita vt iam non posset manifestē introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esset, & conueniebant ad eum vndique.

C A P. II.

ET iterum intrauit Caphar-naū post dies *octo, & auditū est quōd in domo esset, ¶ 2 Et *conuenerunt multi, ita vt non caperet neque ad ianuam: & loquebatur eis verbum. ¶ 3 Et venerūt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. ¶ 4 Et quum non possent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat: & patefacientes submiserunt grabbatū in quo paralyticus iacebat. ¶ 5 Quum autē vidisset Iesus fidem illorū, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua. ¶ 6 Erant autem illic quidā de Scribis sedētes: & cogitātes in cordibus suis, ¶ 7 Quid hic sic loquitur? blasphemat. ‖ Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? ¶ 8 Quo statim cognito Iesus Spiritu suo quia sic cogitarent intra se, dicit illis, Quid ista cogitatis in cordibus vestris? ¶ 9 Quid est facilius, dicere paralytico, Dimittuntur tibi peccata `tua: an dicere, Surge, tolle grabbatū tuum & ambula? ¶ 10 Vt autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittēdi peccata (ait paralytico) ¶ 11 Tibi dico surge, tolle grabbatū tuū, & vade in domū tuam. ¶ 12 Et statim surrexit ille: & sublato grabbato abiit `inde coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes, Quia nunquam sic vidimus. ¶ 13 ‖ Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos. ¶ 14 Et quum præteriret, vidit *Leui' Alphæi sedentem ad telōnium: & ait illi, Sequere me. Et surgens secutus est eum. ¶ 15 Et factum est: quū accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius. erant enim multi qui `sequebantur eū. ¶ 16 Et Scribæ & Pharisæi videntes quia manducaret cum publicanis & peccatoribus, *dixerunt' discipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit `magister vester? ¶ 17 Hoc audito Iesus ait illis, Non necesse habent sani, medico: sed qui malè habent. ‖ nō enim veni vocare iustos, sed peccatores. ¶ 18 ‖ Et erant discipuli Iohannis & Pharisæi ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi, Quare discipuli Iohannis & Pharisæorum ieiunant: tui autem discipuli non ieiunant? ¶ 19 Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filii nuptiarum quandiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quāto tempore habent secum sponsum, non possunt ieiunare. ¶ 20 Venient autem dies quum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus. ¶ 21 Nemo assumentū panni rudis affuit vestimento veteri: alioquin aufert supplementum nouum à veteri, & maior scissura fit. ¶ 22 Et nemo mittit vinū nouum in vtres veteres: alioquin dirūpet vinū vtres, & vinū effundetur, & vtres perībūt. sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet. ¶ 23 ‖ Et factum est iterum quū `Dominus' sabbathis ambularet per sata, & discipuli eius cœperunt progredi & vellere spicas. ¶ 24 Pharisæi autē dicebant ei, Ecce, quid faciunt `discipuli tui' sabbathis quod non licet? ¶ 25 Et ait illis, ‖ Nūquam legistis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit, & esurilit ipse & qui cumeo erant? ¶ 26 Quomodo introiuit in domū Dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare, nisi `solis' sacerdotibus, & dedit eis `& qui cum eo erant? ¶ 27 Et dicebat eis, Sabbathum propter hominem factum est: & non homo propter sabbathum. ¶ 28 Itaque dominus est Filius hominis etiam sabbathi.

C A P. III.

ET introiuit iterum in synagōgam: & erat ibi homo habens manum aridā. ¶ 2 Et observabant eum ſi sabbathis curaret: vt accusarent illum. ¶ 3 Et ait homini habenti manum aridam, Surge in medium. ¶ 4 Et dicit eis, Licet sabbathis benefacere, an male? animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant. ¶ 5 Et circumspiciens eos cum ira, contristatus *super cæcitate cordis eorū, dicit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus illi. ¶ 6 Exeūtes autē Pharisæi, statim cū Herodianis consilium faciebāt aduersus eum quomodo eum perderent. ¶ 7 Iesus autem cū discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum, ¶ 8 Et ab Ierosolymis & ab Idumæa & trans Iordanem. & qui circa Tyrum, & Sidōnem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum. ¶ 9 Et dixit `Iesus' discipulis suis * vt in nauicula sibi deseruirent' propter turbam, ne comprimerent eū. ¶ 10 Multos enim sanabat, ita vt irruerēt in eum vt illum tāgerēt quotquot habebāt plagas. ¶ 11 Et spiri-

*Leuis

*&

*dicebant

C

Matth.9.b.
1.timot.1.c.
Matt.9.b.
luc 5.f.33.

D

Matth.12.a.
luc.6.a.1.

1.Sam.21.b.

Exod.19.c.
Leuitic.1.f.
& 24.b.9.

A

Matth.12.a.
luc 6.a.6.

B

*vt nauicula sibi deseruiq

1.a.
2.a.
2.b.
3.a.
3.b.
4.a.
5.a.
2.a.
2.b.
3.a.
3.b.
4.a.
4.b.
5.a.
5.b.
6.a.
6.b.
7.a.
7.b.
8.a.
8.b.
9.a.
9.b.
10.a.
10.b.
11.a.
11.b.
12.a.
12.b.
13.a.
13.b.
14.a.
14.b.
15.a.
15.b.
16.a.
16.b.
17.a.
17.b.
18.a.
18.b.
19.a.
19.b.
20.a.
20.b.
21.a.
21.b.
22.a.
22.b.
23.a.
23.b.
24.a.
24.b.
25.a.
25.b.
26.a.
26.b.
27.a.
27.b.
28.a.
28.b.
29.a.
29.b.
30.a.
30.b.
31.a.
31.b.
32.a.
32.b.
33.a.
33.b.
34.a.
34.b.
35.a.
35.b.
36.a.
36.b.
37.a.
37.b.
38.a.
38.b.
39.a.
39.b.
40.a.
40.b.
41.a.
41.b.
42.a.
42.b.
43.a.
43.b.
44.a.
44.b.
45.a.
45.b.
46.a.
46.b.
47.a.
47.b.
48.a.
48.b.
49.a.
49.b.
50.a.
50.b.
51.a.
51.b.
52.a.
52.b.
53.a.
53.b.
54.a.
54.b.
55.a.
55.b.
56.a.
56.b.
57.a.
57.b.
58.a.
58.b.
59.a.
59.b.
60.a.
60.b.
61.a.
61.b.
62.a.
62.b.
63.a.
63.b.
64.a.
64.b.
65.a.
65.b.
66.a.
66.b.
67.a.
67.b.
68.a.
68.b.
69.a.
69.b.
70.a.
70.b.
71.a.
71.b.
72.a.
72.b.
73.a.
73.b.
74.a.
74.b.
75.a.
75.b.
76.a.
76.b.
77.a.
77.b.
78.a.
78.b.
79.a.
79.b.
80.a.
80.b.
81.a.
81.b.
82.a.
82.b.
83.a.
83.b.
84.a.
84.b.
85.a.
85.b.
86.a.
86.b.
87.a.
87.b.
88.a.
88.b.
89.a.
89.b.
90.a.
90.b.
91.a.
91.b.
92.a.
92.b.
93.a.
93.b.
94.a.
94.b.
95.a.
95.b.
96.a.
96.b.
97.a.
97.b.
98.a.
98.b.
99.a.
99.b.
100.a.
100.b.
101.a.
101.b.
102.a.
102.b.
103.a.
103.b.
104.a.
104.b.
105.a.
105.b.
106.a.
106.b.
107.a.
107.b.
108.a.
108.b.
109.a.
109.b.
110.a.
110.b.
111.a.
111.b.
112.a.
112.b.
113.a.
113.b.
114.a.
114.b.
115.a.
115.b.
116.a.
116.b.
117.a.
117.b.
118.a.
118.b.
119.a.
119.b.
120.a.
120.b.
121.a.
121.b.
122.a.
122.b.
123.a.
123.b.
124.a.
124.b.
125.a.
125.b.
126.a.
126.b.
127.a.
127.b.
128.a.
128.b.
129.a.
129.b.
130.a.
130.b.
131.a.
131.b.
132.a.
132.b.
133.a.
133.b.
134.a.
134.b.
135.a.
135.b.
136.a.
136.b.
137.a.
137.b.
138.a.
138.b.
139.a.
139.b.
140.a.
140.b.
141.a.
141.b.
142.a.
142.b.
143.a.
143.b.
144.a.
144.b.
145.a.
145.b.
146.a.
146.b.
147.a.
147.b.
148.a.
148.b.
149.a.
149.b.
150.a.
150.b.
151.a.
151.b.
152.a.
152.b.
153.a.
153.b.
154.a.
154.b.
155.a.
155.b.
156.a.
156.b.
157.a.
157.b.
158.a.
158.b.
159.a.
159.b.
160.a.
160.b.
161.a.
161.b.
162.a.
162.b.
163.a.
163.b.
164.a.
164.b.
165.a.
165.b.
166.a.
166.b.
167.a.
167.b.
168.a.
168.b.
169.a.
169.b.
170.a.
170.b.
171.a.
171.b.
172.a.
172.b.
173.a.
173.b.
174.a.
174.b.
175.a.
175.b.
176.a.
176.b.
177.a.
177.b.
178.a.
178.b.
179.a.
179.b.
180.a.
180.b.
181.a.
181.b.
182.a.
182.b.
183.a.
183.b.
184.a.
184.b.
185.a.
185.b.
186.a.
186.b.
187.a.
187.b.
188.a.
188.b.
189.a.
189.b.
190.a.
190.b.
191.a.
191.b.
192.a.
192.b.
193.a.
193.b.
194.a.
194.b.
195.a.
195.b.
196.a.
196.b.
197.a.
197.b.
198.a.
198.b.
199.a.
199.b.
200.a.
200.b.
201.a.
201.b.
202.a.
202.b.
203.a.
203.b.
204.a.
204.b.
205.a.
205.b.
206.a.
206.b.
207.a.
207.b.
208.a.
208.b.
209.a.
209.b.
210.a.
210.b.
211.a.
211.b.
212.a.
212.b.
213.a.
213.b.
214.a.
214.b.
215.a.
215.b.
216.a.
216.b.
217.a.
217.b.
218.a.
218.b.
219.a.
219.b.
220.a.
220.b.
221.a.
221.b.
222.a.
222.b.
223.a.
223.b.
224.a.
224.b.
225.a.
225.b.
226.a.
226.b.
227.a.
227.b.
228.a.
228.b.
229.a.
229.b.
230.a.
230.b.
231.a.
231.b.
232.a.
232.b.
233.a.
233.b.
234.a.
234.b.
235.a.
235.b.
236.a.
236.b.
237.a.
237.b.
238.a.
238.b.
239.a.
239.b.
240.a.
240.b.
241.a.
241.b.
242.a.
242.b.
243.a.
243.b.
244.a.
244.b.
245.a.
245.b.
246.a.
246.b.
247.a.
247.b.
248.a.
248.b.
249.a.
249.b.
250.a.
250.b.
251.a.
251.b.
252.a.
252.b.
253.a.
253.b.
254.a.
254.b.
255.a.
255.b.
256.a.
256.b.
257.a.
257.b.
258.a.
258.b.
259.a.
259.b.
260.a.
260.b.
261.a.
261.b.
262.a.
262.b.
263.a.
263.b.
264.a.
264.b.
265.a.
265.b.
266.a.
266.b.
267.a.
267.b.
268.a.
268.b.
269.a.
269.b.
270.a.
270.b.
271.a.
271.b.
272.a.
272.b.
273.a.
273.b.
274.a.
274.b.
275.a.
275.b.
276.a.
276.b.
277.a.
277.b.
278.a.
278.b.
279.a.
279.b.
280.a.
280.b.
281.a.
281.b.
282.a.
282.b.
283.a.
283.b.
284.a.
284.b.
285.a.
285.b.
286.a.
286.b.
287.a.
287.b.
288.a.
288.b.
289.a.
289.b.
290.a.
290.b.
291.a.
291.b.
292.a.
292.b.
293.a.
293.b.
294.a.
294.b.
295.a.
295.b.
296.a.
296.b.
297.a.
297.b.
298.a.
298.b.
299.a.
299.b.
300.a.
300.b.
301.a.
301.b.
302.a.
302.b.
303.a.
303.b.
304.a.
304.b.
305.a.
305.b.
306.a.
306.b.
307.a.
307.b.
308.a.
308.b.
309.a.
309.b.
310.a.
310.b.
311.a.
311.b.
312.a.
312.b.
313.a.
313.b.
314.a.
314.b.
315.a.
315.b.
316.a.
316.b.
317.a.
317.b.
318.a.
318.b.
319.a.
319.b.
320.a.
320.b.
321.a.
321.b.
322.a.
322.b.
323.a.
323.b.
324.a.
324.b.
325.a.
325.b.
326.a.
326.b.
327.a.
327.b.
328.a.
328.b.
329.a.
329.b.
330.a.
330.b.
331.a.
331.b.
332.a.
332.b.
333.a.
333.b.
334.a.
334.b.
335.a.
335.b.
336.a.
336.b.
337.a.
337.b.
338.a.
338.b.
339.a.
339.b.
340.a.
340.b.
341.a.
341.b.
342.a.
342.b.
343.a.
343.b.
344.a.
344.b.
345.a.
345.b.
346.a.
346.b.
347.a.
347.b.
348.a.
348.b.
349.a.
349.b.
350.a.
350.b.
351.a.
351.b.
352.a.
352.b.
353.a.
353.b.
354.a.
354.b.
355.a.
355.b.
356.a.
356.b.
357.a.
357.b.
358.a.
358.b.
359.a.
359.b.
360.a.
360.b.
361.a.
361.b.
362.a.
362.b.
363.a.
363.b.
364.a.
364.b.
365.a.
365.b.
366.a.
366.b.
367.a.
367.b.
368.a.
368.b.
369.a.
369.b.
370.a.
370.b.
371.a.
371.b.
372.a.
372.b.
373.a.
373.b.
374.a.
374.b.
375.a.
375.b.
376.a.
376.b.
377.a.
377.b.
378.a.
378.b.
379.a.
379.b.
380.a.
380.b.
381.a.
381.b.
382.a.
382.b.
383.a.
383.b.
384.a.
384.b.
385.a.
385.b.
386.a.
386.b.
387.a.
387.b.
388.a.
388.b.
389.a.
389.b.
390.a.
390.b.
391.a.
391.b.
392.a.
392.b.
393.a.
393.b.
394.a.
394.b.
395.a.
395.b.
396.a.
396.b.
397.a.
397.b.
398.a.
398.b.
399.a.
399.b.
400.a.
400.b.
401.a.
401.b.
402.a.
402.b.
403.a.
403.b.
404.a.
404.b.
405.a.
405.b.
406.a.
406.b.
407.a.
407.b.
408.a.
408.b.
409.a.
409.b.
410.a.
410.b.
411.a.
411.b.
412.a.
412.b.
413.a.
413.b.
414.a.
414.b.
415.a.
415.b.
416.a.
416.b.
417.a.
417.b.
418.a.
418.b.
419.a.
419.b.
420.a.
420.b.
421.a.
421.b.
422.a.
422.b.
423.a.
423.b.
424.a.
424.b.
425.a.
425.b.
426.a.
426.b.
427.a.
427.b.
428.a.
428.b.
429.a.
429.b.
430.a.
430.b.
431.a.
431.b.
432.a.
432.b.
433.a.
433.b.
434.a.
434.b.
435.a.
435.b.
436.a.
436.b.
437.a.
437.b.
438.a.
438.b.
439.a.
439.b.
440.a.
440.b.
441.a.
441.b.
442.a.
442.b.
443.a.
443.b.
444.a.
444.b.
445.a.
445.b.
446.a.
446.b.
447.a.
447.b.
448.a.
448.b.
449.a.
449.b.
450.a.
450.b.
451.a.
451.b.
452.a.
452.b.
453.a.
453.b.
454.a.
454.b.
455.a.
455.b.
456.a.
456.b.
457.a.
457.b.
458.a.
458.b.
459.a.
459.b.
460.a.
460.b.
461.a.
461.b.
462.a.
462.b.
463.a.
463.b.
464.a.
464.b.
465.a.
465.b.
466.a.
466.b.
467.a.
467.b.
468.a.
468.b.
469.a.
469.b.
470.a.
470.b.
471.a.
471.b.
472.a.
472.b.
473.a.
473.b.
474.a.
474.b.
475.a.
475.b.
476.a.
476.b.
477.a.
477.b.
478.a.
478.b.
479.a.
479.b.
480.a.
480.b.
481.a.
481.b.
482.a.
482.b.
483.a.
483.b.
484.a.
484.b.
485.a.
485.b.
486.a.
486.b.
487.a.
487.b.
488.a.
488.b.
489.a.
489.b.
490.a.
490.b.
491.a.
491.b.
492.a.
492.b.
493.a.
493.b.
494.a.
494.b.
495.a.
495.b.
496.a.
496.b.
497.a.
497.b.
498.a.
498.b.
499.a.
499.b.
500.a.
500.b.
501.a.
501.b.
502.a.
502.b.
503.a.
503.b.
504.a.
504.b.
505.a.
505.b.
506.a.
506.b.
507.a.
507.b.
508.a.
508.b.
509.a.
509.b.
510.a.
510.b.
511.a.
511.b.
512.a.
512.b.
513.a.
513.b.
514.a.
514.b.
515.a.
515.b.
516.a.
516.b.
517.a.
517.b.
518.a.
518.b.
519.a.
519.b.
520.a.
520.b.
521.a.
521.b.
522.a.
522.b.
523.a.
523.b.
524.a.
524.b.
525.a.
525.b.
526.a.
526.b.
527.a.
527.b.
528.a.
528.b.
529.a.
529.b.
530.a.
530.b.
531.a.
531.b.
532.a.
532.b.
533.a.
533.b.
534.a.
534.b.
535.a.
535.b.
536.a.
536.b.
537.a.
537.b.
538.a.
538.b.
539.a.
539.b.
540.a.
540.b.
541.a.
541.b.
542.a.
542.b.
543.a.
543.b.
544.a.
544.b.
545.a.
545.b.
546.a.
546.b.
547.a.
547.b.
548.a.
548.b.
549.a.
549.b.
550.a.
550.b.
551.a.
551.b.
552.a.
552.b.
553.a.
553.b.
554.a.
554.b.
555.a.
555.b.
556.a.
556.b.
557.a.
557.b.
558.a.
558.b.
559.a.
559.b.
560.a.
560.b.
561.a.
561.b.
562.a.
562.b.
563.a.
563.b.
564.a.
564.b.
565.a.
565.b.
566.a.
566.b.
567.a.
567.b.
568.a.
568.b.
569.a.
569.b.
570.a.
570.b.
571.a.
571.b.
572.a.
572.b.
573.a.
573.b.
574.a.
574.b.
575.a.
575.b.
576.a.
576.b.
577.a.
577.b.
578.a.
578.b.
579.a.
579.b.
580.a.
580.b.
581.a.
581.b.
582.a.
582.b.
583.a.
583.b.
584.a.
584.b.
585.a.
585.b.
586.a.
586.b.
587.a.
587.b.
588.a.
588.b.
589.a.
589.b.
590.a.
590.b.
591.a.
591.b.
592.a.
592.b.
593.a.
593.b.
594.a.
594.b.
595.a.
595.b.
596.a.
596.b.
597.a.
597.b.
598.a.
598.b.
599.a.
599.b.
600.a.
600.b.
601.a.
601.b.
602.a.
602.b.
603.a.
603.b.
604.a.
604.b.
605.a.
605.b.
606.a.
606.b.
607.a.
607.b.
608.a.
608.b.
609.a.
609.b.
610.a.
610.b.
611.a.
611.b.
612.a.
612.b.
613.a.
613.b.
614.a.
614.b.
615.a.
615.b.
616.a.
616.b.
617.a.
617.b.
618.a.
618.b.
619.a.
619.b.
620.a.
620.b.
621.a.
621.b.
622.a.
622.b.
623.a.
623.b.
624.a.
624.b.
625.a.
625.b.
626.a.
626.b.
627.a.
627.b.
628.a.
628.b.
629.a.
629.b.
630.a.
630.b.
631.a.
631.b.
632.a.
632.b.
633.a.
633.b.
634.a.
634.b.
635.a.
635.b.
636.a.
636.b.
637.a.
637.b.
638.a.
638.b.
639.a.
639.b.
640.a.
640.b.
641.a.
641.b.
642.a.
642.b.
643.a.
643.b.
644.a.
644.b.
645.a.
645.b.
646.a.
646.b.
647.a.
647.b.
648.a.
648.b.
649.a.
649.b.
650.a.
650.b.
651.a.
651.b.
652.a.
652.b.
653.a.
653.b.
654.a.
654.b.
655.a.
655.b.
656.a.
656.b.
657.a.
657.b.
658.a.
658.b.
659.a.
659.b.
660.a.
660.b.
661.a.
661.b.
662.a.
662.b.
663.a.
663.b.
664.a.
664.b.
665.a.
665.b.
666.a.
666.b.
667.a.
667.b.
668.a.
668.b.
669.a.
669.b.
670.a.
670.b.
671.a.
671.b.
672.a.
672.b.
673.a.
673.b.
674.a.
674.b.
675.a.
675.b.
676.a.
676.b.
677.a.
677.b.
678.a.
678.b.
679.a.
679.b.
680.a.
680.b.
681.a.
681.b.
682.a.
682.b.
683.a.
683.b.
684.a.
684.b.
685.a.
685.b.
686.a.
686.b.
687.a.
687.b.
688.a.
688.b.
689.a.
689.b.
690.a.
690.b.
691.a.
691.b.
692.a.
692.b.
693.a.
693.b.
694.a.
694.b.
695.a.
695.b.
696.a.
696.b.
697.a.
697.b.
698.a.
698.b.
699.a.
699.b.
700.a.
700.b.
701.a.
701.b.
702.a.
702.b.
703.a.
703.b.
704.a.
704.b.
705.a.
705.b.
706.a.
706.b.
707.a.
707.b.
708.a.
708.b.
709.a.
709.b.
710.a.
710.b.
711.a.
711.b.
712.a.
712.b.
713.a.
713.b.
714.a.
714.b.
715.a.
715.b.
716.a.
716.b.
717.a.
717.b.
718.a.
718.b.
719.a.
719.b.
720.a.
720.b.
721.a.
721.b.
722.a.
722.b.
723.a.
723.b.
724.a.
724.b.
725.a.
725.b.
726.a.
726.b.
727.a.
727.b.
728.a.
728.b.
729.a.
729.b.
730.a.
730.b.
731.a.
731.b.
732.a.
732.b.
733.a.
733.b.
734.a.
734.b.
735.a.
735.b.
736.a.
736.b.
737.a.
737.b.
738.a.
738.b.
739.a.
739.b.
740.a.
740.b.
741.a.
741.b.
742.a.
742.b.
743.a.
743.b.
744.a.
744.b.
745.a.
745.b.
746.a.
746.b.
747.a.
747.b.
748.a.
748.b.
749.a.
749.b.
750.a.
750.b.
751.a.
751.b.
752.a.
752.b.
753.a.
753.b.
754.a.
754.b.
755.a.
755.b.
756.a.
756.b.
757.a.
757.b.
758.a.
758.b.
759.a.
759.b.
760.a.
760.b.
761.a.
761.b.
762.a.
762.b.
763.a.
763.b.
764.a.
764.b.
765.a.
765.b.
766.a.
766.b.
767.a.
767.b.
768.a.
768.b.
769.a.
769.b.
770.a.
770.b.
771.a.
771.b.
772.a.
772.b.
773.a.
773.b.
774.a.
774.b.
775.a.
775.b.
776.a.
776.b.
777.a.
777.b.
778.a.
778.b.
779.a.
779.b.
780.a.
780.b.
781.a.
781.b.
782.a.
782.b.
783.a.
783.b.
784.a.
784.b.
785.a.
785.b.
786.a.
786.b.
787.a.
787.b.
788.a.
788.b.
789.a.
789.b.
790.a.
790.b.
791.a.
791.b.
792.a.
792.b.
793.a.
793.b.
794.a.
794.b.
795.a.
795.b.
796.a.
796.b.
797.a.
797.b.
798.a.
798.b.
799.a.
799.b.
800.a.
800.b.
801.a.
801.b.
802.a.
802.b.
803.a.
803.b.
804.a.
804.b.
805.a.
805.b.
806.a.
806.b.
807.a.
807.b.
808.a.
808.b.
809.a.
809.b.
810.a.
810.b.
811.a.
811.b.
812.a.
812.b.
813.a.
813.b.
814.a.
814.b.
815.a.
815.b.
816.a.
816.b.
817.a.
817.b.
818.a.
818.b.
819.a.
819.b.
820.a.
820.b.
821.a.
821.b.
822.a.
822.b.
823.a.
823.b.
824.a.
824.b.
825.a.
825.b.
826.a.
826.b.
827.a.
827.b.
828.a.
828.b.
829.a.
829.b.
830.a.
830.b.
831.a.
831.b.
832.a.
832.b.
833.a.
833.b.
834.a.
834.b.
835.a.
835.b.
836.a.
836.b.
837.a.
837.b.
838.a.
838.b.
839.a.
839.b.
840.a.
840.b.
841.a.
841.b.
842.a.
842.b.
843.a.
843.b.
844.a.
844.b.
845.a.
845.b.
846.a.
846.b.
847.a.
847.b.
848.a.
848.b.
849.a.
849.b.
850.a.
850.b.
851.a.
851.b.
852.a.
852.b.
853.a.
853.b.
854.a.
854.b.
855.a.
855.b.
856.a.
856.b.
857.a.
857.b.
858.a.
858.b.
859.a.
859.b.
860.a.
860.b.
861.a.
861.b.
862.a.
862.b.
863.a.
863.b.
864.a.
864.b.
865.a.
865.b.
866.a.
866.b.
867.a.
867.b.
868.a.
868.b.
869.a.
869.b.
870.a.
870.b.
871.a.
871.b.
872.a.
872.b.
873.a.
873.b.
874.a.
874.b.
875.a.
875.b.
876.a.
876.b.
877.a.
877.b.
878.a.
878.b.
879.a.
879.b.
880.a.
880.b.
881.a.
881.b.
882.a.
882.b.
883.a.
883.b.
884.a.
884.b.
885.a.
885.b.
886.a.
886.b.
887.a.
887.b.
888.a.
888.b.
889.a.
889.b.
890.a.
890.b.
891.a.
891.b.
892.a.
892.b.
893.a.
893.b.
894.a.
894.b.
895.a.
895.b.
896.a.
896.b.
897.a.
897.b.
898.a.
898.b.
899.a.
899.b.
900.a.
900.b.
901.a.
901.b.
902.a.
902.b.
903.a.
903.b.
904.a.
904.b.
905.a.
905.b.
906.a.
906.b.
907.a.
907.b.
908.a.
908.b.
909.a.
909.b.
910.a.
910.b.
911.a.
911.b.
912.a.
912.b.
913.a.
913.b.
914.a.
914.b.
915.a.
915.b.
916.a.
916.b.
917.a.
917.b.
918.a.
918.b.
919.a.
919.b.
920.a.
920.b.
921.a.
921.b.
922.a.
922.b.
923.a.
923.b.
924.a.
924.b.
925.a.
925.b.
926.a.
926.b.
927.a.
927.b.
928.a.
928.b.
929.a.
929.b.
930.a.
930.b.
931.a.
931.b.
932.a.
932.b.
933.a.
933.b.
934.a.
934.b.
935.a.
935.b.
936.a.
936.b.
937.a.
937.b.
938.a.
938.b.
939.a.
939.b.
940.a.
940.b.
941.a.
941.b.
942.a.
942.b.
943.a.
943.b.
944.a.
944.b.
945.a.
945.b.
946.a.
946.b.
947.a.
947.b.
948.a.
948.b.
949.a.
949.b.
950.a.
950.b.
951.a.
951.b.
952.a.
952.b.
953.a.
953.b.
954.a.
954.b.
955.a.
955.b.
956.a.
956.b.
957.a.
957.b.
958.a.
958.b.
959.a.
959.b.
960.a.
960.b.
961.a.
961.b.
962.a.
962.b.
963.a.
963.b.
964.a.
964.b.
965.a.
965.b.
966.a.
966.b.
967.a.
967.b.
968.a.
968.b.
969.a.
969.b.
970.a.
970.b.
971.a.
971.b.
972.a.
972.b.
973.a.
973.b.
974.a.
974.b.
975.a.
975.b.
976.a.
976.b.
977.a.
977.b.
978.a.
978.b.
979.a.
979.b.
980.a.
980.b.
981.a.
981.b.
982.a.
982.b.
983.a.
983.b.
984.a.
984.b.
985.a.
985.b.
986.a.
986.b.
987.a.
987.b.
988.a.
988.b.
989.a.
989.b.
990.a.
990.b.
991.a.
991.b.
992.a.
992.b.
993.a.
993.b.
994.a.
994.b.
995.a.
995.b.
996.a.
996.b.
997.a.
997.b.
998.a.
998.b.
999.a.
999.b.
1000.a.
1000.b.

tus immundi quũ illũ videbãt, procidebãt eĩ: & clamabãt, dicẽtes, Tu es filius Dei. ¶12 Et ve
h.10.a.2. hemẽter comminabatur eis ne manifestarent illũ. ¶13 Et ascendẽs in montem vocauit ad
7. se quos voluit ipse: & venerunt ad eũ. ¶14 Et
a.2. fecit vt essent duodecim cũ illo: & vt mitteret eos prædicare. ¶15 Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eiiciendi dæmonia. ¶16 Et imposuit Simõni nomen Petrus: ¶17 Et Iacobum Zebedæi, & Iohannẽ fratrẽ Iacobi: & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filii tonitrui, ¶18 Et Andreã & Philippum & Bartholomæum & Matthæum & Thomam & Iacobum Alphæi, & Thaddæũ & Simõnem Cananæum, ¶19 Et Iudam Iscarioten qui & tradidit illum. ¶20 ‖Et veniunt ad domũ: & cõmenit iterum turba, ita vt nõ "posset neque panem mãducare. ¶21 Et quũ audissent sui, exierunt tenere eum. dicebant enim, Quoniam in furorem versus est. ¶22 Et Scribæ qui ab Ierosolymis descenderant, dicebant, Quoniam Beel-zebub habet: & quia in principe dæmoniorum eiicit dæmonia.

¶23 Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest satanas satanam eiicere? ¶24 Et si regnũ in se diuidatur, nõ potest regnum illud stare: ¶25 Et si domus super semetipsam diuidatur, non potest domus illa stare: ¶26 Et si satanas consurrexerit in semetipsum, diuisus est, & non potest stare, sed finẽ habet. ¶27 Nemo potest vasa fortis ingressus in domũ "diripere, nisi prius fortẽ alliget, & tunc domũ eius diripiet. ¶28 Amen dico vobis quoniam omnia dimittentur filiis hominũ peccata, & blasphemiæ quibus blasphemauerũt: ¶29 Qui autẽ blasphemauerit in Spiritum sanctũ, nõ "habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. ¶30 Quoniã dicebant, Spiritũ immundũ habet. ¶31 Et veniunt mater eius & fratres: & foris stantes miserũt ad eum vocantes eum. ¶32 Et sedebat circa eũ turba: & dicũt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quærũt te. ¶33 Et respõdens eis, ait, Quæ est mater mea & fratres mei? ¶34 Et circũspiciẽs eos qui in circuitu eius sedẽbãt, ait, Ecce mater mea & fratres mei. ¶35 Qui enĩ fecerit volũtatẽ Dei: hic, frater me' & soror mea & mater est. CAP. IIII.

ET iterum cœpit docere ad mare: & congregata est ad eũ turba multa, ita vt nauim ascẽdens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terrã erat: ¶2 Et docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua, ¶3 Audite: ecce exiit seminans ad seminandum: ¶4 Et dum seminat, aliud cecidit circa viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt illud. ¶5 Aliud verò cecidit super petrosa, vbi non habuit terrã multam: & statim exortũ est, quoniam nõ habebat altitudinẽ terræ: ¶6 Et quando exortus est sol, exæstauit: & eo quòd non habebat radicẽ, exaruit. ¶7 Et aliud cecidit in spinas: & ascẽderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructum non dedit. ¶8 Et aliud cecidit in terrã bonã: & dabat fructũ ascendentem & crescentẽ, & afferebat vnũ "trigesimũ, & vnũ sexagesimũ, & vnũ centesimũ. ¶9 Et dicebat, Qui habet aures audiẽdi, audiat. ¶10 Et quũ esset singularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam. ¶11 Et dicebat eis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: ¶12 ‖Vt videntes videãt, & non videãt: & audientes audiãt, & nõ intelligãt: nequãdo cõuertãtur, & dimittãtur eis peccata. ¶13 Et ait illis, Nescitis parabolã hãc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? ¶14 Qui seminat: verbũ seminat. ¶15 Hi autẽ sũt qui circa viã: vbi seminatur verbũ, & quum audierint, cõsẽtim venit satanas, & aufert verbũ quod seminatũ est in cordibus eorũ. ¶16 Et hi sũt simili ter qui super petrosa seminãtur: qui quũ audierint verbũ, statim cũ gaudio accipiunt illud: ¶17 Et non habent radicẽ in se, sed tẽporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbũ, confestim scandalizantur. ¶18 Et alii sunt qui in spinis seminãtur: hi sunt qui verbũ audiunt, ¶19 Et ærumnæ seculi & deceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiscẽtiæ introeuntes suffocãt verbũ, & sine fructu efficitur. ¶20 Et hi sunt qui super terram bonã seminati sunt: qui audiunt verbum & suscipiunt, & fructificant, vnũ trigesimum, vnum sexagesimũ, & vnum centesimũ. ¶21 Et dicebat illis, Nunquid venit lucerna vt sub modio ponatur, aut sub lecto? nõne vt super candelabrum ponatur? ¶22 Nonest enim aliquid absconditum quod non manifestetur: nec factum est occultum, "quod non veniat in palãm. ¶23 Si quis habet aures audiendi, audiat. ¶24 Et dicebat illis, Videte quid audiatis. ‖In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, "& adijcietur vobis". ¶25 Quienim habet, dabitur illi: & qui nõ habet, etiam quod habet auferetur ab eo. ¶26 Et dicebat, Sic est regnum Dei quẽadmodum si homo iaciat sementem in terram, ¶27 Et dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat dum nescit ille. ¶28 Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. ¶29 Et quũ "ex'se produxerit fructus: statim mittit falcẽ quoniã adest messis. ¶30 Et dicebat, ‖Cui assimilabimus regnũ Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud? ¶31 Sicut granum sinãpis: quod quũ seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra: ¶32 Et quũ "natũ fuerit, ascẽdit "in arborẽ", & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cæli habitare. ¶33 Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire: ¶34 Sine parabola autem nõ loquebatur eis. seorsum autem discipulis suis differebat ómia. ¶35 Et ait illis in illa die, quum serò esset factum, Transeamus contrà. ¶36 Et dimittentes turbã, assumunt eum ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo. ¶37 Et facta est procella magna vẽti, & fluctus "mittebat in nauim, ita vt impleretur naui, ¶38 Et erat ipse in puppi super cervical dormiẽs: & excitãt eũ, & dicunt illi, Magister, nõ a te pertinet quia peritimus? ¶39 Et exurgẽs comminatus est vento, & dixit mari, Tace, obmutesce. Et cessauit vẽtus: & facta est trãquillitas magna. ¶40 Et ait illis, Quid timidi

estis? necdum habetis fidem? ¶ Et timuerunt timore magno: & dicebant ad alterutrū. Quis, putas, est iste, quia ventus & mare obediunt ei?

CAP. V.

¶ Et venerunt trans fretum maris in Regionem Gerasenorū. ¶ 2 Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo, ¶ 3 Qui domicilium habebat in monumentis, & neque catenis iam quisquā poterat eum ligare: ¶ 4 Quoniam sæpe compedib⁹ & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset: & nemo poterat eū domare. ¶ 5 Et semper die ac nocte in monumentis & in montibus erat, clamans & cōcidens se lapidibus. ¶ 6 Videns autem Iesum alonge, cucurrit, & adorauit eū: ¶ 7 Et clamās voce magna dixit, Quid mihi & tibi Iesu Fili Dei⁹ altissimi? adiuro te per Deū ne me torqueas. ¶ 8 (Dicebat enim illi. Exi spiritus immunde ab homine ⁊isto.) ¶ 9 Et interrogabat eū, Quod tibi nomē est? Et dicit ei, Legio mihi nomen est: quia multi sumus. ¶ 10 Et ⁹deprecabantur eum multum, ne se expelleret extra regionem. ¶ 11 Erat autem ibi circa montem grex porcorū magnus, pascēs ⁊in agris. ¶ 12 Et deprecabantur eum spiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus.

¶ 13 Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi, introierunt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare, ad duo millia, & suffocati sunt in mari.

¶ 14 Qui autē pascebant eos, fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt videre quid esset factū. ¶ 15 Et ⁹⁹ueruntad Iesum, & vident illum qui à dæmonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis: & timuerunt. ¶ 16 Et narrauerunt illis, qui viderant, qualiter factum esset ei qui dæmonio habebatur: & de porcis. ¶ 17 Et rogare cœperūt eum vt discederet de finibus eorū. ¶ 18 Quūmque ascenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat vt esset cū illo. ¶ 19 Et non admisit eum, sed ait illi, Vade in domū tuā ad tuos, & annuntia illis quāta tibi Dominus fecerit, & misertus tui. ¶ 20 Et abiit, & cœpit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabātur. ¶ 21 ‖ Et quum⁹ascēdisset Iesus in nauim⁹rursum trās fretum conuēnit turba multa ad eum, & erat circa mare. ¶ 22 Et venit quidam de archisynagōgis nomine ⁊aitus: & videns eum procidit ad pedes eius, ¶ 23 Et deprecabatur eū multum, dicens, Quoniam filia mea in extremis est, veni, impone ⁹manū tuam⁹super eam, vt salua sit & viuat. ¶ 24 Et abiit cum illo, & sequebatur eū turba multa, & cōprimebant eū. ¶ 25 Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim, ¶ 26 Et ⁹⁹erat multa perpessa à cōpluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquā profecerat, sed magis deterius habebat: ¶ 27 Quum audisset de Iesu, ⁹⁹nit in turba retrō, & tetigit ⁹⁹stimētum eius. ¶ 28 Dicebat enim, Quia si ⁹⁹l ⁹⁹stimentū eius tetigero, salua ero. ¶ 29 Et cōfestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quia sanata esset a plaga. ¶ 30 Et statim Iesus in semetipso cognoscens ⁹⁹rtutē quæ exierat de illo, cōuersus ad turbā aiebat, Quis tetigit ⁹⁹stimēta mea? ¶ 31 Et dicebāt ei discipuli sui, Vides turbā comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit? ¶ 32 Et circumspiciebat videre eam quæ hoc fecerat. ¶ 33 Mulier verò timēs & tremens, sciēs quod factū esset in se: venit & prōcidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. ¶ 34 Ille autē dixit ei, Filia, fides tua te saluā fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua.) ¶ 35 Adhuc eo loquente venūt ⁹nūtii ⁹⁹ad archisynagōgum, dicētes, Quia filia tua mortua est: quid vltrà vexas Magistrū? ¶ 36 Iesus autem audito verbo quod dicebatur, ait archisynagōgo, Noli timere: tantūmodo crede. ¶ 37 Et non admisit quenquam se sequi, nisi Petrum & Iacōbum & Iohannem fratrē Iacobi. ¶ 38 Et veniunt in domū archisynagōgi, & ⁹vidit ⁹tumultum, & flētes, & eiulātes multū. ¶ 39 Et ingressus ait illis, Quid turbamini & ploratis? puella nō est mortua, sed dormit. ¶ 40 Et irridebant eum. Ipse verò ejectis omnibus, assumit patrem & matrē puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacēns. ¶ 41 Et tenens manum puellæ, ait illi, ⁹Tabitha ⁹cumi, quod est interpretatū, Puella (tibi dico) surge. ¶ 42 Et cōfestim surrexit puella: & ambulabat. erat autē annorum duodecim. Et obstupuerunt ⁊stupore magno. ¶ 43 Et præcepit illis vehementer vt nemo id sciret: & ⁹iussit dari illi manducare.

CAP. VI.

¶ Et egressus inde, abiit in patriam suā: & sequebantur eum discipuli sui. ¶ 2 Et facto sabbatho cœpit in synagoga docere: & multi audiētes admirabantur in doctrinā eius, dicētes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapiēta quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? ¶ 3 Nōne hic est⁹faber, filius Mariæ⁹ frater Iacōbi & Ioseph & Iudæ & Simōnis? nōne & sorores eius hic nobiscū sunt? Et scandalizabantur in illo. ¶ 4 Et dicebat illis Iesus, Quia nō est prophēta ⁊ine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. ¶ 5 Et nō poterat ibi ⁹⁹rtutem vllam facere: nisi paucos ⁊infirmos impositis manibus curauit: ¶ 6 Et mirabatur propter incredulitatē eorum. ‖ & circuibat castella in circuitu, docens. ¶ 7 Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatē spirituum immundorū. ¶ 8 Et præcepit eis ne quid tollerēt in via, nisi virgam tantū: non pera, non panē, neq; in zonā æs. ¶ 9 Sed calceatos ‖ landaliis, & ne induerētur duabus tunicis. ¶ 10 Et dicebat eis, Quocunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde. ¶ 11 Et quicunque non receperint vos, nec audierint: ‖ exeuntes inde excutite pulueré de pedibus vestris in testimonium illis. ¶ 12 Et exeuntes prædicabant vt pœnitēdam agerent: ¶ 13 Et dæmonia multa eiiciebant, & ‖ vngebant oleo multos ægros, & ⁹sanabātur. ¶ 14 Et audiit rex Herōdes (manifestū enim factū est nomē ei⁹) & dicebat, ‖ Quia Iohānes Baptista resurrexit à mortuis: & propterea virtutes operantur in illo. ¶ 15 Alii autē dicebant, Quia Elias est. Alii verò dicebant, Quia prophēta est, quasi vn⁹ex prophetis. ¶ 16 Quo audito, Herōdes ait, ‖ Quē ego decollaui Iohannē, hic à mortuis resurrexit. ¶ 17 Ipse enim Herōdes mīsit ac tenuit Iohannē, & vin-

*ab archisynagōgo, D

*videt

*Talitha

*dixit A

Matt.11.g.7 luc.4.c.16.

*fabri filius & Mariæ

Iohā.4.f.4

Matth.9.d.1 luc.11.e.23 Matt.10.a.1 ⁊.3.b.14. luc.9.a.1.

Act.11.b.3 B

Matt.10.b.8 luc.4.a.2.5. Act.13.g.6 & 18.b.6.

Iaco.5.c.14 *sanabat. Matth.4.a.1 luc.9.a.7.

C

Luc.3.dag.

ait eum in carcere propter Herodiadē vxorē Philippi fratris sui, quia duxerat eā. ¶18 Dicebat enim Iohānes Herōdi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. ¶19 Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. ¶20 Herōdes autem metuebat Iohānem, sciens eum virum iustum & sanctum: & custodiebat eū, & audito eo multa faciebat: & libēter eum audiebat. ¶21 Et quum dies opportunus accidisset, Herodes natalis suis cenā fecit principibus & tribunis & primis Galilææ: ¶22 Quūmque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herōdi, & simūl, recumbentibus: rex ait puellæ, Pete à me quod vis: & dabo tibi. ¶23 Et iurauit illi, Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. ¶24 Quæ quum exisset, dixit matri suæ, Quid petā? at illa dixit, Caput Iohannis Baptistæ. ¶25 Quūmque introisset statim cum festinatione ad regē, petiuit dicens, Volo vt protinus des mihi in disco caput Iohannis Baptistæ. ¶26 Et contristatus est rex. Propter iusiurandū & propter simul discūbentes noluit eam contristare: ¶27 Sed missō speculatore præcepit afferri caput eius in disco, & decollauit eū in carcere. ¶28 Et attulit caput eius in disco: & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. ¶29 Quo audito, discipuli eius venerūt, & tulerunt corpus eius: & posuerūt illud in monumēto. ¶30 Et conuenientes Apostoli ad Iesum, renūtiauerunt ei omnia quæ egerāt & docuerāt. ¶31 Et ait illis, Venite seorsum in desertū locū, & requiescite pusillū. Erant enim qui veniebāt & redibāt multi: & nec spatium manducādi habebant. ¶32 Et ascēdentes in nauim, abierūt in desertum locū seorsum. ¶33 Et viderūt eos abeuntes, & cognouerūt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerūt illuc, & præuenerūt eos. ¶34 Et exiēs vidit turbā multā Iesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oues nō habentes pastorē, & cœpit illos docere multa. ¶35 Et quū iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes, Desertus est locus hic, & iam hora præterlit: ¶36 Dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emāt sibi cibos quos manducent. ¶37 Et respōdens ait illis, Date illis manducare. Et dixerunt ei, Būtes emamus ducētis denarīis panes: & dabim illis māducare? ¶38 Et dicit eis, Quot panes habetis? ite, & videte. Et quū cognouissent, dicunt, Quinque: & duos pisces. ¶39 Et præcepit illis vt accūbere facerēt omnes, secundum cōtubernia super viride fœnum. ¶40 Et discubuerūt in partes per cētenos & quinquagenos. ¶41 Et acceptis quinq; panibus, & duobus piscibus: intuēs in cælum benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis vt ponerēt ante eos: & duos pisces diuisit omnibus. ¶42 Et māducauerūt omnes, & saturati sunt. ¶43 Et sustulerūt reliquias, fragmētorū duodecim cophinos plenos: & de piscibus. ¶44 Erāt autē qui māducauerāt, quinq; millia virorū. ¶45 Et statim coegit discipulos suos ascēdere nauim, vt præcederēt eū trans fretū ad Bethsaidam: dum ipse dimitteret populum. ¶46 Et quum dimisisset eos, abiit in mōtem orare. ¶47 Et quū serò esset, erat navis in medio mari, & ipse sol' in terra. ¶48 Et vidēs eos laborantes in remigādo erat enim ventus cōtrarius eis) & circa quartam vigiliā noctis vēnit ad eos ambulans supra mare: & volebat præterire eos. ¶49 At illi vt viderunt eum ambulantē supra mare, putauerūt phāsma esse: & exclamauerūt. ¶50 Omnes enim viderunt eum, & cōturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: & dicit eis, Confidite, ego sum: nolite timere. ¶51 Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit vētus. Et plus magis intra se stupebāt. ¶52 Non enim intellexerunt de panibus, erat enim cor eorū obcæcatum. ¶53 Et quum tranfretassent, venerunt in Terram Genezareth: & applicuerunt. ¶54 Quūmque egressi essent de nauī, continuō cognouerunt eum: ¶55 Et percurrentes vniuersam regionem illā, cœperunt in grabbātis eos qui se malè habebant circunferre vbi audiebāt eum esse. ¶56 Et quocunque introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

## CAP. VII.

ET conueniunt ad eum Pharisæi, & quidā de Scribis, venientes ab Ierosolymis. ¶2 Et quum vidissent quosdā ex discipulis eius cōmunibus manibus, id est non lotis, māducare panes, vituperauerunt. ¶3 Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebrō lauerint manus, nō manducant, tenentes traditionem seniorum: ¶4 Et à foro venientes, nisi baptizentur, nō comedūt. & alia multa sunt quæ tradita sūt illis seruare, baptismata calicū & vrceorū & æramentorum & lectorū. ¶5 Et interrogabāt eum Pharisæi & Scribæ, Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panē? ¶6 At ille respondens dixit eis, Bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptū est, Populus hic, labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. ¶7 In vanum autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominū. ¶8 Relinquētes enim mandatū Dei, tenetis traditiones hominum, baptismata vrceorum & calicum: & similia his facitis multa. ¶9 Et dicebat illis, Bene, irritū fecistis præceptū Dei, vt traditionē vestram seruetis. ¶10 Moyses enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur: ¶11 Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri aut matri, Corban (quod est donum) quodcunq; ex me, tibi profuerit. ¶12 Et vltrā non dimittitis eū quicquam facere patri suo aut matri, ¶13 Rescindentes verbum Dei per traditionem vestram quam tradidistis. & similia huiusmodi multa facitis. ¶14 Et aduocans iterum turbas dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite: ¶15 Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare: sed quæ de homine procedunt, illa sunt quæ cōmunicant hominem. ¶16 Si quis habet aures audiendi, audiat. ¶17 Et quum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolā. ¶18 Et ait illis, Sic & vos imprudentes estis? Nō intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominē, non potest eum

communicare: ¶19 Quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes escas? ¶20 Dicebat autē quoniam quæ de homine exeunt, illa communicant hominem. ¶21 ‖ Abintus enim, de corde hominū malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, ¶22 furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. ¶23 Omnia hæc mala abintus procedunt, & communicant hominē. ¶24 ‖ Et inde surgēs abiit in fines Tyri & Sidōnis: & ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere.

¶25 Mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritū immundū, intrauit, & prōcidit ad pedes eius. ¶26 Erat enim mulier Gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt dæmonium ejiceret de filia eius. ¶27 Qui dixit illi, Sine prius saturari filios. non est enim bonū sumere panē filiorum, & mittere canibus. ¶28 At illa respondit, & dixit illi, Vtique Domine. nam & catelli comedūt sub mensa de micis puerorum. ¶29 Et ait illi, Propter hunc sermonem vade, exit dæmoniū a filia tua. ¶30 Et quum abiisset domū suā, inuenit puellam iacentem supra lectum, & dæmoniū exisse. ¶31 Et iterum exiens de finibus Tyri, venit per Sidōnē ad Mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. ¶32 Et adducunt ei surdum & mutū: & deprecabātur eū vt imponat illi manū. ¶33 Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius. ¶34 Et suspiciens in cælū, ingemuit: & ait illi, Ephphetha, quod est, adaperire. ¶35 Et statim apertæ sunt aures eius: & solutū est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectē. ¶36 Et præcepit illis ne cui dicerent. Quantō autem eis præcipiebat, tātō magis plus prædicabāt, ¶37 Et eō amplius admirabantur, dicentes, ‖ Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

CAP. VIII.

IN diebus illis iterū quum turba multa esset, cum Iesu, nec haberent quod manducarent: conuocatis discipulis, ait illis, ¶2 Misereor super turbā: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod mādūcent. ¶3 Et si dimisero eos ieiunos in domū suam, deficient in via. quidam enim ex eis delōnge venerūt. ¶4 Et respōderunt ei discipuli sui, Vnde illos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? ¶5 Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerunt, Septē. ¶6 Et præcepit turbæ discūbere super terrā. Et accipiens septē panes, gratias agēs fregit: & dabat discipulis suis vt apponerent, & apposuerunt turbæ. ¶7 Et habebāt pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. ¶8 Et māducauerūt & saturati sunt: & sustulerūt quod superauerat de fragmētis, septē sportas. ¶9 Erāt autē qui māducauerant, quasi quatuor millia: & dimisit eos. ¶10 Et statim ascendēs nauim cū discipulis suis, venit in partes Dalmanūtha. ¶11 Et exierūt Pharisæi, & cœperunt conquirere cū eo, quærentes ab illo signū de cælo, tentantes eū. ¶12 Et ingemiscēs spiritu, ait, Quid generatio ista signū quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signū,

¶13 ‖ Et dimittens eos, ascendit iterum nauim, & abiit trans fretū. ¶14 Et obliti sunt panē sumere: & nisi vnum panē nō habebant secū in naui. ¶15 Et præcipiebat eis, dicēs, Videte, & cauete a fermēto Pharisæorū, & fermento Herōdis. ¶16 Et cogitabant ad alterutrum, dicentes, ‖ Quia panes nō habemus. ¶17 Quo cognito, ait illis Iesus, Quid cogitatis quia panes non habetis? nōdum cognoscitis nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum? ¶18 Oculos habentes non videtis? & aures habentes non auditis? nec recordamini: ¶19 Quando quinque panes fregi in quinque millia: & quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis? Dicunt ei, Duodecim.

¶20 Quādo & septem panes in quatuor millia, quot sportas fragmentorum sustulistis? Et dicunt ei, Septē. ¶21 Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis? ¶22 Et veniunt Bethsaidam: & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret. ¶23 Et apprehensa manu cæci eduxit eum extra vicū: & expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eum siquid videret. ¶24 Et aspiciens ait, video homines velut arbores, ambulantes. ¶25 Deinde iterum imposuit manus super oculos eius: & cœpit videre, & restitutus est, ita vt claré videret omnia. ¶26 Et misit illum in domum suam, dicens, Vade in domū tuā: & si in vicū introieris, nemini dixeris. ¶27 Et egressus est Iesus & discipuli eius in castella Cæsareæ Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis, Quē me dicunt esse homines? ¶28 Qui respondentes illi, dicētes, Alii Iohannem Baptistam, alii Eliam, alii vero quasi vnum de Prophetis. ¶29 Tunc dicit illis, Vos verō quem me esse dicitis? Respondens Petrus ait ei, Tu es Christus. ¶30 Et cōminatus est eis, ne cui dicerent de illo. ¶31 Et cœpit docere eos quoniam oportet Filiū hominis pati multa, & reprobari a senioribus & a summis sacerdotibus & Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere. ¶32 Et palam verbū loquebatur. Et apprehendens eū Petrus, cœpit increpare eum. ¶33 Qui conuersus, & videns discipulos suos, comminatus est Petro, dicens, Vade retro me Satana, quoniam non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. ¶34 Et conuocata turba cum discipulis suis, dixit eis, ‖ Siquis vult me sequi, deneget semetipsum: & tollat crucem suā, & sequatur me. ¶35 Qui enim voluerit animam suam saluā facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & Euangelium, saluā faciet eam. ¶36 Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totum: & detrimentum animæ suæ faciat? ¶37 Aut, quid dabit homo cōmutationis pro anima sua? ¶38 ‖ Qui enim me confessus fuerit, & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & Filius hominis cōfitebitur eum quū venerit in gloria Patris sui cū Angelis sanctis.

CAP. IX.

ET dicebat illis, Amē dico vobis, quia sūt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortē, donec videāt regnū Dei veniens in virtute. ¶2 ‖ Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacōbum & Iohannem: & duxit illos in montem excelsum solos, & trās-

Matth.16.8.9.

panes

Matth.16.8.10

Iohan.6.11.12

Matt.16.b.13.
luc.9.c.18.

Matt.10.d.38.
& 16.d.24.
luc.9.c.23,
& 14.d.27.

Matt.10.d.33.
luc.9.c.26,
& 12.b.8.
confusus
cōfundetur
Matt.16.d.18.
luc.9.d.17.
Matt.17.a.1.
luc.9.d.27.
assumit
seorsum

figuratus est coram ipsis. ¶3 Et vestimenta ei-
us facta sunt splendētia & candida nimis ve-
lut nix, qualia fullo non potest super terram
candida facere. ¶4 Et apparuit illis Elias cum
Moyse: & erant loquentes cum Iesu. ¶5 Et re-
spondens Petrus, ait Iesu, Rabbi, bonū est nos
hic esse: & faciam' tria tabernacula, tibi vnū,
& Moysi vnum, & Eliæ vnum. ¶6 Non enim
sciebat quid diceret: erant enim timore exter-
riti. ¶7 Et facta est nubes obumbrans eos: &
Matth.17.b.5. venit vox de nube, dicēs, ‖Hic est Filius meus
charissimus: audite illum. ¶8 Et statim circū-
spicientes, neminem amplius viderūt nisi Ie-
Matth.17.b.9. sum tantūm secum. ¶9 ‖Et descendentibus il-
quæ lis de mōte, præcepit illis ne cuiquam quod'
vidissent, narrarent: nisi quum Filius hominis
resurrexerit à mortuis 'resurrexit.' ¶10 Et verbum conti-
nuerunt apud se: cōquirentes quid esset, Quū
à mortuis resurrexerit. ¶11 Et interrogabant
eum dicentes, Quid ergo dicunt Pharisæi &
Malach.4.b.5. Scribæ quia ‖Eliam oporteat' venire primū?
oportet ¶12 Qui respondens, ait illis, Elias quū vene-
Esa.53.a.4. rit primò restituet omnia: & quomodo ‖ scri-
ptum est in Filiū hominis, vt multa patiatur
& contemnatur. ¶13 Sed dico vobis quia & E-
Malach.4.b.5. lias venit & fecerunt illi quæcunque voluе-
Matth.17.c.14 runt; sicut ‖scriptum est de eo. ¶14 Et veniens
Luc.9.c.33. ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa
C eos, & Scribas conquirentes cū illis. ¶15 Et
confestim omnis populus videns Iesum, stu-
pefactus est, & expauerunt, & accurrentes sa-
lutabant eum. ¶16 Et interrogauit eos, Quid
inter vos conquiritis? ¶17 Et respōdens vnus
de turba, dixit, Magister, attuli filium meū ad
te habentem spiritum mutū: ¶18 Qui vbicun-
que eum apprehenderit, allidit illum, & spu-
mat, & frīdet dentibus, & arescit: & dixi discі-
pulis tuis vt eiicerent illū, & non potuerunt.
¶19 Qui respondens eis, dixit, O generatio in-
credula, quandiu apud vos ero? quandiu vos
patiar? afferte illum ad me. ¶20 Et attulerunt
eum. Et quum vidisset eum, statim spiritus
conturbauit illum: & elisus in terram, volu-
tabatur spumans. ¶21 Et interrogauit patrē e-
jus, Quantū tēporis est ex quo ei hoc accidit?
D At ille ait, Ab infantia: ¶22 Et frequenter eum
Vaquas in ignem & in aquam' misit vt eum perderet.
Sed ūquid potes, adiuua nos, misertus nostri.
¶23 Iesus autem ait illi, Si potes credere, om-
nia possibilia sunt credenti. ¶24 Et continuò
exclamans pater pueri, cū lachrymis aiebat,
Credo Domine: adiuua incredulitatē meam.
¶25 Et quum vidisset Iesus concurrentem tur-
bam, comminatus est spiritui immundo, di-
cens illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio
tibi, exi ab eo: & amplius ne introeas in eum.
¶26 Et exclamans & multum discerpēs eum,
exiit ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt
multi dicerent, Quia mortuus est. ¶27 Iesus
autem tenēs manum eius, eleuauit eum: & sur
rexit. ¶28 Et quum introisset in domum, di-
scipuli eius secretò interrogabant eum, Qua-
re nos non potuimus eiicere eum? ¶29 Et dixit
Matt.17.d.21. illis, ‖Hoc genus in nullo potest exire, nisi in
Luc.9.c.22. E oratione & ieiunio. ¶30 Et inde profecti præ-
tergrediebātur Galilæam: nec volebat quen-
quam scire. ¶31 Docebat autem discipulos su-
os: & dicebat illis, Quoniam Filius hominis
tradetur in manus hominum, & occident eū:
& occisus, tertia die resurget. ¶32 At illi igno
rabant verbum: & timebant interrogare eum.
¶33 ‖Et venerunt Caphar-naum. Qui quum Matth
domi * essent, interrogabat eos, Quid in via Luc.9.
tractabatis? ¶34 At illi tacebant. Siquidem in * esset
via inter se disputauerant quis eorum maior
esset. ¶35 Et residens vocauit duodecim: & ait
illis, Siquis vult primus esse, erit omnium no-
uissimus, & omnīū minister. ¶36 Et accipiens
puerum, statuit eum in medio eorum. quem
quum complexus esset, ait illis, ¶37 Quisquis
vnum ex huiusmodi pueris receperit in no-
mine meo, me recipit. & quicunque me susce-
perit: non me suscipit, sed eum qui misit me.
¶38 ‖Respondit illi Iohannes, dicēs, Magister, Luc.
vidimus quendam in nomine tuo eiicientem
dæmonia, qui non sequitur nos, & prohibui-
mus eum. ¶39 Iesus autem ait, Nolite prohi-
bere eum. Iuemo est enim qui faciat virtutem 1.Co
in nomine meo, & possit citò malè loqui de
me. ¶40 Qui enim non est aduersum vos, pro
vobis est. ¶41 ‖Quisquis enim potum dederit Mat
vobis calicem aquæ frigidæ in nomine meo,
quia Christi estis: amen dico vobis nō perdet
mercedē suā. ¶42 ‖Et quisquis scādalizauerit Mat
vnum ex his pusillis credentibus in me: bo- Luc.
num est ei magis si circumdaretur mola asi- G
naria collo ei, & in mare mitteretur. ¶43 ‖Et Mat
si scandalizauerit te manus tua, abscinde il- & 18
lam. bonum est tibi debilē introire in vitam,
quàm duas manus habentē ire in gehennam,
in ignem inextinguibilem. ¶44 ‖Vbi vermis Esa.
eorum non moritur, & ignis nō extinguitur.
¶45 Et si pes tuus te scādalizat, amputa illū.
bonum est tibi claudum introire in vitam æ-
ternam, quàm duos pedes habentem mitti in
gehennam ignis inextinguibilis, ¶46 Vbi ver
mis eorum non moritur, & ignis non extin-
guitur. ¶47 Quòd si oculus tuus scandalizat
te, eiice eum. bonū est tibi luscū introire in re
gnum Dei, quàm duos oculos habentem, mit-
ti in gehennam ignis, ¶48 Vbi vermis eorum
non moritur, & ignis nō extinguitur. ¶49 O-
mnis enim igne salietur: & omnis victima sa- Lev
le salietur. ¶50 ‖Bonum est sal. quòd si sal in- Mat
sulsum fuerit: in quo illud condietis? Habete luc.
in vobis sal, & pacem habete inter vos.

## CAP. X.

ET inde exurgens, venit in fines Iudææ vl-
tra Iordanem: & conueniunt iterum tur-
bæ ad eum: & sicut consueuerat, iterum doce-
bat illos. ¶2 Et accedentes Pharisæi interro-
gabant eum, Si licet viro vxorem dimittere?
tentantes eū. ¶3 At ille respondens dixit eis,
Quid vobis præcepit Moyses? ¶4 Qui dixe-
runt, ‖Moyses permisit libellum repudii scri- De
bere, & dimittere. ¶5 Quibus respondēs Iesus Ge
ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis ma
præceptū istud. ¶6 Ab initio autē creaturæ Ge
masculū & fœminā fecit eos Deus. ¶7 ‖Pro- 1.Co
pter hoc relinquet homo patrē suū & matrē: epl
& adhærebit ad vxorē suam, ¶8 Et erunt duo B
in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed 1.Co
vna caro. ¶9 ‖Quod ergo Deus coniunxit, ho Ma
mo non separet. ¶10 Et in domo iterum di- & 5
scipuli eius de eodem interrogauerunt eum. luc
¶11 Et ait illis, ‖Quicunque dimiserit vxo- 16

rem suam, & aliam duxerit: adulterium commit-
b.12 mittit super eam. ¶11 Et si vxor dimiserit vi-
rum suum, & alii nupserit, mœchatur. ¶12 Et
offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Di-
scipuli autem comminabantur offerentibus.
¶13 Quos quum videret Iesus, indignè tulit,
& ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne
prohibueritis eos: talium enim est regnū Dei.
¶15 Amen dico vobis: quisquis non receperit
regnū Dei velut paruulus, non intrabit in il-
lud. ¶16 Et cōplexans eos, & imponens manus
b.16 super illos, benedicebat eos. ¶17 Et quum e-
a. gressus esset in *via, procurrens quidam ge-
nu flexo ante eum, rogabat eum, dicens, Ma-
gister bone, quid faciam vt vitam æternam
percipiā? ¶18 Iesus autem dixit ei, Quid me di-
C cis bonū? Nemo bonus, nisi vnus Deus. ¶19 Præ
c.13. cepta nosti, Ne adulteres, Ne occidas, Ne fu-
rēris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraū-
dem feceris, Honora patrē tuum & matrem?
¶20 At ille respondens ait illi, Magister, hæc
omnia obseruaui à iuuentute mea. ¶21 Iesus au-
tem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei, Vnū
tibi deest: vade, quæcunque habes vende, &
da pauperibus, & habebis thesaurum in cæ-
lo: & veni, sequere me. ¶22 Qui contristatus
in verbo, abiit mœrens. erat enim habēs mul
tas possessiones. ¶23 Et circunspiciens Iesus
ait discipulis suis, Quàm difficilè qui pecuni
as habent, in regnum Dei introibunt! ¶24 Di-
scipuli autem obstupescebant in verbis eius.
At Iesus rursus respondens ait illis, Filioli,
quàm difficile est confidentes in pecuniis, in
regnum Dei introire! ¶25 Facilius est camēlum
D per foramen acus transire, quàm diuitem in-
trare in regnum Dei. ¶26 Qui magis admira-
bantur, dicentes ad semetipsos, Et quis potest
saluus fieri? ¶27 Et intuens illos Iesus ait, A-
pud homines impossibile est: sed nō apud De
um. omnia enim possibilia sunt apud Deum.
¶28 Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce nos dimi-
simus omnia, & secuti sumus te. ¶29 Respon-
dens Iesus ait, Amē dico vobis, nemo est qui
reliquerit domum, aut fratres, aut sorores,
aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros
propter me & propter Euangelium: ¶30 Qui
non accipiet centies tantūm nunc in tempo
re hoc: domos, & fratres, & sorores, & matres,
b & filios, & agros, cum persecutionibus, & in
seculo futuro vitam æternam. ¶31 Multi au-
tem erunt primi, nouissimi: & nouissimi, pri-
mi. ¶32 Erant autem in via ascendentes Iero
solymam: & præcedebat illos Iesus, & stupe-
bant: & sequentes timebant. Et assumens ite-
rum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent
ei *ventura, ¶33 Quia ecce ascendimus Iero-
solymam, & Filius hominis tradetur principi-
bus sacerdotum & Scribis & senioribus: &
damnabunt eum morte, & tradent eum Gen-
tibus, ¶34 Et illudent ei, & conspuent eum,
& flagellabunt eum, & interficient eum, &
tertia die resurget. ¶35 Et accedūt ad eū, Ia-
cōbus & Iohannes filii Zebedæi, dicentes, Ma
gister, volumus vt quodcunque petierimus
facias nobis. ¶36 At ille dixit eis, Quid vultis
vt faciam vobis? ¶37 Et dixerūt, Da nobis vt
vnus ad dexterā tuā, & alius ad sinistrā tuam
sedeamus in gloria tua. ¶38 Iesus autem ait
eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere calī-
cem quē ego bibo: aut baptismo quo ego ba-
ptizor, baptizari? ¶39 At illi dixerunt ei, Pos-
sumus. Iesus autem ait eis, Calicem quidem
quem ego bibo bibetis, & baptismo quo ego
baptizor baptizabimini: ¶40 Sedere autem
ad dexteram meam vel ad sinistram, non est
meum dare vobis, sed quibus paratum est.
¶41 Et audientes decem, indignati sunt de Ia
cōbo & Iohanne. ¶42 Iesus autem vocans eos
ait illis, Scitis quia hi qui videntur principa-
ri Gentibus, dominantur eis: & principes eo-
rum potestatem habēt ipsorum. ¶43 Non ita
est autem in vobis: sed quicunque voluerit fie-
ri maior, erit vester minister: ¶44 Et qui cun-
que voluerit in vobis primus esse, erit omniū
G seruus. ¶45 Nam & Filius hominis non venit
vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & da-
ret animam suam redēptionem pro multis.
¶46 Et veniunt Iericho: & proficiscente eo
Mat.20.d.29. de Iericho, & discipulis eius & plurima multi
luc.18.f.35. tudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sede-
bat iuxta viam mendicās. ¶47 Qui quum au-
disset quia Iesus Nazarænus est, cœpit clamare,
& dicere, Iesu fili Dauid, miserere mei. ¶48 Et
comminabantur ei multi vt taceret. At ille
multo magis clamabat, Fili Dauid, miserere
mei. ¶49 Et stās Iesus præcepit illum vocari.
Et vocant cæcum, dicentes ei, Animæquior
esto, surge, vocat te. ¶50 Qui proiecto ve sti-
mento suo exiliens, venit ad eum. ¶51 Et re-
spondēs Iesus dixit illi, Quid tibi vis faciam?
Cæcus autem dixit ei, Rabbōni, vt videam.
¶52 Iesus autem ait illi, Vade, fides tua te sa-
luum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur
eum in via.

## CAP. XI.

ET quum appropinquarēt Ierosolymæ & A
Bethaniæ ad Montem oliuarum, misit Matth.21.a.1.
duos ex discipulis suis, ¶2 Et ait illis, Ite in ca luc.19.d.29.
stellum quod contra vos est, & statim intro-
euntes illuc, inuenietis pullum ligatum, super
quem nemo adhuc hominum sedit: soluite il-
lum, & adducite. ¶3 Et si quis vobis dixerit,
Quid facitis? dicite quia Domino necessarius
est, & continuō illum dimittet huc. ¶4 Et ab-
euntes inuenerūt pullum ligatum ante ianuā
foris in biuio: & soluunt eum. ¶5 Et quidā de illic stantibus, *dicebant illis, Quid fa-
citis soluentes pullum? ¶6 Qui dixerunt eis *dicebat
sicut præceperat illis Iesus: & dimiserūt eos.
¶7 Et duxerunt pullum ad Iesum: & impo- Iohā.12.b.14.
nunt illi vestimenta sua, & sedit super eum.
¶8 Multi autē vestimēta sua strauerūt in via:
alii autem frondes cædebant de arboribus, & B
sternebant in via. ¶9 Et qui præibant, & qui
sequebantur clamabāt, dicētes, Hosan-na,
Benedictus qui venit in nomine Domini! ¶10 Be
nedictum quod venit regnū patris nostri Da
uid: hosan-na in excelsis. ¶11 Et introiit Ie- Matt.21.b.11.
rosolymā in tēplum: & circunspectis omni- luc.19.g.46
bus, quum iam vespera esset hora, exiit in Be-
thaniam cum duodecim. ¶12 Et alia die quum
exirent à Bethania, esuriit. ¶13 Quūmque vi- Matt.21.b.19.
disset à longe ficū habentē folia, venit, si quid
forte inueniret in ea. Et quū veniisset ad eam,
nihil inuēnit præter folia. nō enim erat tem-
pus ficorum. ¶14 Et respondens dixit ei, Iam

non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. Et audiebant discipuli eius.
¶11 Et veniunt iterum Ierosolymam. Et cùm intrasset in templū, cœpit eicere vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit: ¶16 Et non sinebat ut quisquam trāsferret vas per templum: ¶17 Et docebat, dicens eis, Nonne scriptū est, Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eā speluncā latronū. ¶18 Quo audito, principes sacerdotum & Scribæ quærebant quomodo eum perderent. timebant enim eum: quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. ¶19 Et quum vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. ¶20 Et quum mane transirent, viderunt sicū aridam factam à radicibus. ¶21 Et recordatus Petrus dixit ei, Rabbi, ecce tu cui maledixisti, aruit. ¶22 Et respondēs Iesus ait illis, Habete fidem Dei. ¶23 Amen dico vobis quia quicunque dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & nō hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcūque dixerit, fiat: fiet ei. ¶24 Propterea dico vobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accepistis, & euenient vobis. ¶25 Et quū stabitis ad orandū, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & Pater vester qui in cælis est, dimittat vobis peccata vestra. ¶26 Quòd si vos non dimiseritis, nec Pater vester qui in cælis est, dimittet vobis peccata vestra. ¶27 Et veniunt rursus Ierosolymā. Et cùm ambularet in templo, accedunt ad eū summi sacerdotes & Scribæ & seniores, ¶28 Et dicunt ei, In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hāc potestate vt ista facias? ¶29 Iesus autem respondens ait illis, Interrogabo vos & ego vnū verbū, & respondete mihi & dicā vobis in qua potestate hæc faciā. ¶30 Baptisma Iohannis, de cælo erat, an ex hominibus? Respondete mihi. ¶31 At illi cogitabant secū, dicentes, Si dixerimus de cælo, dicet nobis, Quare ergo nō credidistis ei? ¶32 Si dixerimus ex hominibus: timemus populū. omnes enim habebant Iohannem quia verè Prophēta esset. ¶33 Et respondētes dicunt Iesu, Nescimus. Et respondens Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam.

Matt. 11. b. 19.
Matth. 7. a. 7. Luc. 11. b. 9.
Matth. 6. b. 14.
Matt. 11. b. 14. Luc. 10. a. 1.
timebant

## CAP. XII.

Esa. 5. a. 1. Ierem. 2. d. 21. matt. 21. c. 33. luc. 20. b. 9.

ET cœpit illis in parabolis loqui, Vineam plantauit homo, & circūdedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus est. ¶2 Et misit ad agricolas in tempore seruū, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. ¶3 Qui apprehensum eum ceciderūt: & dimiserunt vacuū. ¶4 Et iterum misit ad illos alium seruum: & illum in capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt. ¶5 Et rursum alium misit, & illum occiderunt: & plures alios: quosdam cædentes, alios verò occidentes. ¶6 Adhuc ergo vnum habens filium charissimum: & illū misit ad eos nouissimum, dicens, Quia reuerebūtur filium meum. ¶7 Coloni autem dixerunt ad inuicem, Hic est hæres: venite, occidamus eum: & nostra erit hæreditas. ¶8 Et apprehendentes eum, occiderunt: & eiecerunt extra vineam. ¶9 Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineā aliis. ¶10 Nec scripturam hanc legistis, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. ¶11 A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? ¶12 Et quærebant eum tenere: & timuerunt turbam. cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hāc dixerit. Et relicto eo, abierūt. ¶13 Et mittunt ad eum quosdā ex Phariseis & Herodianis, vt eum caperent in verbo. ¶14 Qui venientes dicunt ei, Magister, scimus quia verax es, & non curas quenquam: nec enim vides in faciem hominū, sed in veritate viam Dei doces. licet dare tributum Cæsari: an non dabimus? ¶15 Qui sciēs versutiā illorum, ait illis, Quid me tentatis? afferte mihi denarium vt videam. ¶16 At illi obtulerunt ei. Et ait illis, Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. ¶17 Respondens autē Iesus, dixit illis, Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo. ¶18 Et venerūt ad eum Sadducæi qui dicūt resurrectionem non esse: & interrogabāt eum dicentes, ¶19 Magister, Moyses nobis scripsit, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorē, & filios non reliquerit: accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo. ¶20 Septem ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine. ¶21 Et secundus accepit eam, & mortuus est: & nec ille reliquit semen: & tertius similiter. ¶22 Et acceperunt eam similiter septem: & non reliquerunt semen. Nouissima omnium defuncta est & mulier. ¶23 In resurrectione ergo quū resurrexerint, cuius de his erit vxor? septem enim habuerunt eam vxorem. ¶24 Et respondens Iesus ait illis, Nonne ideo erratis, nō scientes Scripturas, neque virtutem Dei? ¶25 Quū enim à mortuis resurrexerint, neque nubēt neque nubētur, sed sunt vt angeli Dei in cælis. ¶26 De mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Moyū, super rubū quomodo dixerit illi Deus, inquiens, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? ¶27 Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Vos ergo multum erratis. ¶28 Et accessit vnus de Scribis qui audierat illos conquirentes: & videns quoniam bene illis respondērit, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum. ¶29 Iesus autem respondit ei, Quia primum omnium mandatum est, Audi Israel, Dominus Deus vester, Deus vnus est. ¶30 Et diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatum. ¶31 Secundum autem simile est illi, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum non est. ¶32 Et ait illi Scriba, Bene magister, in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & nō est alius præter eū. ¶33 Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximum tanquam teipsum: maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificiis. ¶34 Iesus autem videns quòd sapienter respondisset, dixit illi, Nō es lōgè à regno Dei.

Et nemo iam audebateum interrogare. ¶ 35 ‖Et respondens Iesus dicebat, docens in templo, Quomodo dicunt Scribæ Christum filium esse Dauid? ¶ 36 Ipse enim Dauid dicit in Spiritu sancto, ‖Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorū. ¶ 37 Ipse ergo Dauid dicit eum dominum: & vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit.

¶ 38 ‖Et dicebat eis in doctrina sua, Cauete à Scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, ¶ 39 Et in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis: ¶ 40 Qui deuorāt domos viduarū sub obtētu prolixæ orationis: hi accipiēt prolixius iudicium. ¶ 41 ‖Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. ¶ 42 Quū veniſſet autē vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. ¶ 43 Et cōuocās discipulos suos, ait illis, Amen dico vobis quoniā vidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserunt in gazophylaciū. ¶ 44 Omnes enim ex eo quod abūdabat illis, miserūt: hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victū suum.

## CAP. XIII.

Et quū egrederetur de tēplo, ait illi vnus ex discipulis suis, Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. ¶ 2 Et respōdens Iesus, ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? non relinquetur lapis super lapidē qui nō destruatur. ¶ 3 Et quū sederet in Monte oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacōbus & Iohannes & Andreas. ¶ 4 Dic nobis, quando ista fient? & quod signum erit quando hæc omnia incipient cōsummari? ¶ 5 Et respondens Iesus, cœpit dicere illis, ‖Videte ne quis vos seducat. ¶ 6 Multi enim venient in nomine meo dicētes quia ego sum: & multos seducēt. ¶ 7 Quum audieritis autē bella & opiniones bellorū, ne timuerītis: oportet enim fieri: sed nondum finis. ¶ 8 Exurget enim gens contra gentem, & regnū super regnum: & erunt terræmotus per loca, & fames. Initiū dolorum, hæc. ¶ 9 Videte autem vosmetipsos. tradent enim vos in conciliis, & in synagogis vapulabitis, & ante præsides & reges stabitis propter me, in testimoniū illis. ¶ 10 Et in omnes gentes primum oportet prædicari Euangelium. ¶ 11 ‖Et quū duxerint vos tradētes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. nō enim vos estis loquētes, sed Spiritus sāctus. ¶ 12 Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & consurgent filii in parentes, & mortē afficient eos. ¶ 13 Et eritis odio omnibus, propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit. ¶ 14 ‖Quum autē videritis abominationem desolationis *stantem ‖vbi non debet (qui legit, intelligat) ‖tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes. ¶ 15 Et qui super tectū, ne descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua. ¶ 16 Et qui in agro erit: non reuertatur retrò tollere vestimentum suum. ¶ 17 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. ¶ 18 Orate verò vt hyeme non fiāt. ¶ 19 Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus vsque nunc, neque fient. ¶ 20 Et nisū breuiasset Dominus dies, nō fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit, breuiauit dies. ¶ 21 ‖Et tunc siquis vobis dixerit, Ecce, hic est Christus, ecce illic: ne crediderītis. ¶ 22 Exurgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa & portēta ad seducēdos, si fieri potest, etiā electos. ¶ 23 Vos ergo videte. ecce prædixi vobis omnia. ¶ 24 ‖Sed in illis dieb' post tribulationē illā sol contenebrabitur, & luna non dabit splendorē suū, ¶ 25 Et stellæ cæli erunt decidētes, & virtutes quæ in cælis sunt, mouebuntur. ¶ 26 Et tunc videbunt Filiū hominis venientem in nubibus, cum virtute multa & gloria. ¶ 27 ‖Et tūc mittet Angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor vētis, à summo terræ vsque ad summū cæli. ¶ 28 A ficu autem discite parabolam. Quum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sūt æstas. ¶ 29 Sic & vos quum videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostiis. ¶ 30 Amen dico vobis quoniā nō trānsibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. ¶ 31 Cælum & terra trānsibunt: verba autem mea nō trānsibūt. ¶ 32 De die autem illo vel hora nemo scit, neque Angeli in cælo, neque Filius, nisi Pater. ¶ 33 ‖Videte, vigilate, & orate. nescitis enim quando tempus sit. ¶ 34 Sicut homo qui peregre profectus reliquit domū suā: & dedit seruis suis potestātē cuiusque operis, & ianitori præcepit vt vigiler. ¶ 35 vigilate ergo: nescitis enim quādo Dominus domus veniat: serò, an media nocte, an galli cātu, an mane) ¶ 36 Ne quum venerit repentè, inueniat vos dormiētes. ¶ 37 Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

## CAP. XIIII.

Erat autem Pascha & Azyma post biduū: & quærebāt summi sacerdotes & Scribæ quomodo dolo eū tenerēt & occiderēt. ¶ 2 Dicebāt enim, Non in Die festo: ne forte tumultus fieret in populo. ¶ 3 Et quū esset Bethaniæ in domo Simōnis Leproū, & recūberet, venit mulier habens alabastrū vnguēti nardi *spicati' pretiosi: & fracto alabastro effudit super caput eius. ¶ 4 ‖Erant autē quidā indigne ferentes intra semetipsos, & dicentes, Vt quid perditio ista vnguenti facta est? ¶ 5 Poterat enim vnguētū istud vænūdari plus quām trecentis denariis, & dari pauperibus. Et fremebant in eam. ¶ 6 Iesus autem dixit, Sinite eā: quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. ¶ 7 Semper enim pauperes *habebitis' vobiscum: & quum volueritis, potestis illis benefacere: me autem non semper habetis. ¶ 8 Quod habuit hæc, fecit: præuēnit vngere corpus meum in sepulturam. ¶ 9 Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. ¶ 10 ‖Et Iudas Iscariōtes vnus de duodecim abiit ad summos sacerdotes, vt proderet eum illis. ¶ 11 Qui audientes gauisi sunt: & promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet. ¶ 12 ‖Et primo

A Matth.26.a.14. luc.22.a.1.
B Matth.24.d.15. Dan.9.c.27. 1.Mac.1.b.54.
C Matth.24.d.41.
D Matth.26.a.1. luc.22.a.1.
E Matth.26.a.6. iohan.12.a.1.
F Matth.26.b.14. luc.22.a.4.
G Matth.26.b.17 luc.22.a.7.

die Azymorum quando Pascha immolabãt, dicũt ei discipuli, Quò vis eamus, & paremus tibi vt manduces Pascha? ¶13 Et mittit duos ex discipulis suis: & dicit eis, Ite in Ciuitatẽ: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum: ¶14 Et quocũque introlerit, dicite domino domus quia Magister dicit, vbi est refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem? ¶15 Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grãde, stratum: & illic parate nobis. ¶16 Et abierunt discipuli eius, & venerunt in Ciuitatem: & inuenerũt sicut dixerat illis, & parauerũt Pascha. ¶17 Vespere autem facto venit cũ duodecim. ¶18 Et discumbentibus eis & mãducantibus, ait ¶ Iesus, Amẽ dico vobis quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. ¶19 At illi cœperunt cõtristari, & dicere ei singulatim, Nũquid ego? ¶20 Qui ait illis, Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. ¶21 Et Filius quidẽ hominis vadit, sicut scriptum est de eo: væ autem homini illi per quẽ Filius hominis tradetur. bonũ erat ei, si non esset natus homo ille. ¶22 Et manducantibus illis accepit Iesus panem: & benedicẽs fregit, & dedit eis, & ait, Sumite, hoc est corpus meum. ¶23 Et accepto calice, gratias agens dedit eis: & biberunt ex illo omnes. ¶24 Et ait illis, Hic est sanguis meus noui Testamenti, qui pro multis effundetur. ¶25 Amen dico vobis quia iam non bibam de hoc genimine vitis vsque in diem illum quum illud bibam nouum in regno Dei. ¶26 Et hymno dicto exierunt in Montem oliuarum. ¶27 Et ait eis Iesus, Omnes scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est, Percutiam pastorem: & dispergentur oues. ¶28 Sed postquam resurrexero, præcedam vos in Galilæã. ¶29 Petrus autem ait illi, Et si omnes scandalizati fuerint: sed non ego. ¶30 Et ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me negaturus. ¶31 At ille amplius loquebatur, Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebãt. ¶32 Et veniũt in prædium cui nomen Gethsemani. Et ait discipulis suis, Sedete hic donec orem. ¶33 Et assumit Petrũ & Iacobum & Iohannem secum: & cœpit pauere & tædere. ¶34 Et ait illis, Tristis est anima mea vsq; ad mortem: sustinete hic, & vigilate. ¶35 Et quũ processisset paululum, procidit super terram: & orabat vt si fieri posset transiret ab eo hora. ¶36 Et dixit, Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me, sed nõ quod ego volo, sed quod tu. ¶37 Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro, Simon, dormis? nõ potuisti vna hora vigilare? ¶38 Vigilate, & orate vt non intretis in tẽtationem. Spiritus quidem promptus est: caro verò infirma. ¶39 Et iterum abiens orauit, eundẽ sermonem dicens. ¶40 Et reuersus, denuò inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei. ¶41 Et venit tertiò. & ait illis, Dormite iam, & requiescite. Sufficit, venit hora, ecce Filius hominis tradetur in manꝰ peccatorũ. ¶42 Surgite, eamus, ecce, qui me tradet, propè est.

Matt.26.b.20. Luc.22.b.14. Iohan.13.c.21.

Psal.40.c.10. Iohan.13.b.18. Act.1.c.16. *traditur. Matt.26.b.21. 1.Cor.11.c.24.

Zacha.13.c.7. Ioh.16.d.32. 1.16.b.7.

*In te Luc.22.d.34. Ioh.13.d.38.

Matt.26.d.30. Luc.22.d.39.

¶43 Et adhuc eo loquente venit Iudas Iscariõtes vnus de duodecim, & cũ eo turba multa cũ gladiis & lignis, missi à summis sacerdotibus & Scribis & senioribus. ¶44 Dederat autem traditor eis signum, dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite cautè. ¶45 Et quum venisset, statim accedens ad eum, ait Aue rabbi. & osculatus est eum. ¶46 At illi manus iniecerũt in Iesum: & tenuerunt eum. ¶47 Vnus autem quidã de circunstantibus educens gladium, percussit seruũ summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam. ¶48 Et respõdens Iesus, ait illis, Tanquam ad latronem existis cũ gladiis & lignis comprehendere me? ¶49 Quotidie eram apud vos in templo docens, & nõ me tenuistis. Sed vt impleantur scripturæ. ¶50 Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerũt. ¶51 Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerũt eum. ¶52 At ille relicta sindone, nudus profugit ab eis. ¶53 Et adduxerũt Iesum ad summum sacerdotem: & conuenerunt omnes sacerdotes & Scribæ & seniores. ¶54 Petrus autem à longe secutus est eum vsque intrò in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. ¶55 Summi verò sacerdotes & omnes concilium quærebant aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderent: nec inueniebant. ¶56 Multi autem testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia nõ erant. ¶57 Et quidam surgentes, falsum testimonium ferebant aduersus eum, dicentes, ¶58 Quoniam nos audiuimus eum dicentem, Ego dissoluam templum hoc manufactum, & post triduũ aliud non manufactum ædificabo. ¶59 Et non erat conueniens testimonium illorum. ¶60 Exurgens autem summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens, Non respõdes quicquam ad ea quæ tibi obiiciũtur ab his? ¶61 Ille autem tacebat: & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum: & dixit eis, Tu es Christus filius Dei benedicti? ¶62 Iesus autem dixit illi, Ego sum: & videbitis Filium hominis sedentẽ à dextris virtutis Dei, & venientem cum nubibus cæli. ¶63 Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait, Quid adhuc desideramus testes? ¶64 Audistis blasphemiam. quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reũ mortis. ¶65 Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei, Prophetiza. & ministri alapis eum cædebant. ¶66 Et quum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: ¶67 Et quum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait, Et tu cum Iesu Nazareno eras. ¶68 At ille negauit, dicens, Neque scio, neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium: & gallus cantauit. ¶69 Rursus ancilla cum vidisset illum cœpit dicere circunstantibus, Quia hic ex illis est. ¶70 At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebant Petro, Verè ex illis es: nam & Galilæus es. ¶71 Ille autem cœpit anathematizare & iurare, Quia nescio hominem istum quem dicitis. ¶72 Et statim gallus

Mat. luc. ioh.

eius.

eum

F Mat. luc. ioh.

eum

Io. p.

E

G Mat. M luc. Io

iterum cantauit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Prius quàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

CAP. XV.

A Et confestim, mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & Scribis & vniuerso concilio, vinctentes Iesum duxerunt, & tradiderunt Pilato. ¶2 Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi, Tu dicis. ¶3 Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. ¶4 Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicens, Non respondes quicquam? vide in quantis te accusant. ¶5 Iesus autem amplius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus. ¶6 Per diem autem festum solebat dimittere illis vnũ ex vinctis quemcunque petiissent. ¶7 Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditionis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidiũ. ¶8 Et quum ascendisset turba, cœpit rogare: sicut semper faciebat illis. ¶9 Pilatus autem respõdit eis, & dixit, Vultis dimittam vobis Regem Iudæorum? ¶10 Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes.

¶11 Pontifices autem concitauerunt turbam vt magis Barabban dimitteret eis. ¶12 Pilatus autem iterum respõdens, ait illis, Quid ergo B vultis faciam Regi Iudæorum? ¶13 At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum. ¶14 Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt, Crucifige eum. ¶15 Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabban: & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur. ¶16 Milites autem duxerũt eum in atrium prætorii, & conuocant totam cohortem: ¶17 Et induunt eum purpura, & imponunt ei, plectentes, spineam coronam. ¶18 Et cœperunt salutare eum, Aue Rex Iudæorum. ¶19 Et percutiebant caput eius arundine: & conspuebant eum. & ponentes genua, adorabant eum. ¶20 Et postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerũt eum vestimentis suis: & educunt illum vt crucifigerent eum. ¶21 Et angariauerũt prætereuntem quempiam, Simõnem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexãdri & Rufi, vt tolleret crucem eius. ¶22 Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatũ, Caluariæ locus. ¶23 Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit. ¶24 Et crucifigentes eum, diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis, quis quid tolleret. ¶25 Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. ¶26 Et erat titul' causæ eius inscriptus, REX IVDAEORVM. ¶27 Et cum eo crucifigũt duos latrones: vnum à dextris, & aliũ à sinistris eius. ¶28 Et impleta est scriptura quæ dicit, Et cum iniquis reputatus est. ¶29 Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicẽtes, Vah qui destruis templũ Dei, & in tribus diebus reædificas: ¶30 Saluũ fac temetipsum descẽdens de cruce. ¶31 Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cũ Scribis dicebant, Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluũ facere ¶32 Christus Rex Israel descendat nunc de cruce, vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. ¶33 Et facta hora sexta tenebræ factæ sunt per totã Terram vsque in horã nonam. ¶34 Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens, Eloi, eloi, lamma sabacthani? quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? ¶35 Et quidam de circumstantibus audientes dicebant, Ecce, Eliã vocat. ¶36 Currens autem vnus, & implens spongiã aceto, circumponẽnsque calamo, potũ dabat ei, dicens, Sinite: videamus si veniat Elias ad deponẽdum eum. ¶37 Iesus autem emissa voce magna expirauit. ¶38 Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum. ¶39 Videns autem centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset: ait, Verè hic homo filius Dei erat. ¶40 Erant autem & mulieres de longe aspicientes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacõbi minoris, & Ioseph mater, & Salomæ, ¶41 Et quum esset in Galilæa, sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam. ¶42 Et quum iam serò esset factum: quia erat Parasceue, quod est Antesabbathum, ¶43 Venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectãs regnum Dei: & audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu. ¶44 Pilatus autem mirabatur si iam obiisset. Et accersito centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset. ¶45 Et quum cognouisset à centurione: donauit corpus Ioseph. ¶46 Ioseph autem mercatus sindonem, & deponẽs eum involuit sindone, & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & advoluit lapidẽ ad ostium monumenti. ¶47 Maria autem Magdalene & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur.

CAP. XVI.

Et quum transisset sabbathũ, Maria Magdalene & Maria Iacõbi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. ¶2 Et valde mane vna sabbathorum, veniunt ad monumẽtum, orto iam sole: ¶3 Et dicebãt adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? ¶4 Et respicientes, viderunt reuolutum lapidẽ: erat quippe magnus valde. ¶5 Et introeuntes in monumentũ, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: & obstupuerunt. ¶6 Qui dicit illis, Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarænum, crucifixum: surrexit, non est hic: ecce locus vbi posuerũt eum. ¶7 Sed ite, dicite discipulis eius & Petro quia præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis, sicut dixit vobis. ¶8 Et illæ exeũtes, fugerunt de monumento. Inuaserat enim eas tremor & pauor: & nemini quicquam dixerunt: timebant enim. ¶9 Surgens autem Iesus mane prima sabbathi, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua ejecerat septem dæmonia. ¶10 Illa vadens nuntauit his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus. ¶11 Et illi audientes quia viueret & visus esset ab ea, non creduerunt. ¶12 Posthæc autem duobus ex his ambulantibus ostensus est in alia effigie, euntibus in villam. ¶13 Et illi euntes nuntiauerunt cæteris: nec illis crediderunt. ¶14 Nouissime autem recũbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit incredulitatem eorũ & duritiam cordis, quia iis qui viderant eum resur-

Psal.21.2.
matt.27.c.46.
Psal.68.c.22.
Luc.1.2.1.
Matt.27.g.57
luc.23.g.50.
Ioh.19.g.38.
Luc.24.2.1.
Ioh.20.2.1.
Matth.28.2.
Ioh.20.c.21.
præcedit
Matt.26.c.32
& 14.c.28.
Ioh.20.d.26.
Luc.24.2.1.
Luc.24.b.
Luc.24.c.36.
Ioh.20.c.28.

rexisse non crediderũt. ¶15 ‖Et dixit eis, Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. ¶16 Qui crediderit, & baptizatus fuerit: saluus erit. ‖qui verò non crediderit: condemnabitur. ¶17 Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo ‖dæmonia eiicient, ‖linguis loquentur nouis, ¶18 ‖serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. ‖super ægros manus imponent: & bene habebunt.

¶19 Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælũ, & ‖sedet ‖à dextris Dei. ¶20 Illi autem profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.

# Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Lucam.

CAP. I.

QVoniam quidem multi conati sũt ordinare narrationes quæ in nobis completæ sunt rerum: ¶2 sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipũ & viderunt & ministri fuerunt Sermonis: ¶3 visum est & mihi assequuto omnia à principio diligenter, ex ordine tibi scribere optime Theophile, ¶4 vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem.

¶5 FVit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidã nomine Zacharias, de vice Abiæ: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabeth. ¶6 Erãt autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. ¶7 Et non erat illis filius: eo quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.

¶8 Factum est autem: quũ sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante Deum ¶9 secũdum consuetudinem sacerdotii, sorte exiit vt incensum poneret ingressus in templum Domini. ¶10 Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi. ¶11 Apparuit autẽ illi Angelus Domini, stans à dextris altaris incensi. ¶12 Et Zacharias turbatus est, videns: & timor irruit super eũ. ¶13 Ait autem ad illũ Angelus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Iohannem: ¶14 Et erit gaudium tibi & exultatio, & multi in nativitate eius gaudebunt. ¶15 Erit enim magnus coram Domino: & vinũ & ciceram nõ bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: ¶16 Et multos filiorum Israel convertet ad Dominũ Deum ipsorum. ¶17 Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Eliæ: vt convertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. ¶18 Et dixit Zacharias ad Angelũ, Vnde hoc sciam? ego enim sum senex: & vxor mea progressit in diebus suis. ¶19 Et respondens Angelus, dixit ei, Ego sũ Gabriel, qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. ¶20 Et ecce, eris tacẽs & non poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant: pro eo quòd nõ credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. ¶21 Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quòd tardaret ipse in templo. ¶22 Egressus autẽ non poterat loqui ad illos: & cognouerũt quòd visionem vidisset in templo. Et ipse erat innuens illis: & permãsit mutus. ¶23 Et factũ est: vt impleti sunt dies officii eius, abiit in domũ suam. ¶24 Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius: & occultabat se mensibus quinque, dicens, ¶25 Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meũ inter homines. ¶26 In mense autem sexto missus est Angel⁹ Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ cui nomẽ Nazareth. ¶27 Ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. ¶28 Et ingressus Angelus, ad eam dixit, Ave gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. ¶29 Quæ quum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. ¶30 Et ait Angelus ei, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. ¶31 Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. ¶32 Hic erit magnus: & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedẽ Dauid patris eius: ¶33 Et regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. ¶34 Dixit autem Maria ad Angelũ, Quomodo fiet istud: quoniã virũ non cognosco? ¶35 Et respondẽs Angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideòque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur fili⁹ Dei. ¶36 Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis, sextus est illi quæ vocatur sterilis: ¶37 Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. ¶38 Dixit autẽ Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuũ. Et discessit ab illa Angelus. ¶39 Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in mõtana cum festinatione in ciuitatem Iudæ: ¶40 Et intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. ¶41 Et factum est: vt audiuit salutationẽ Mariæ Elisabeth, exultauit infãs in vtero eius. & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: ¶42 Et exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. ¶43 Et vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? ¶44 Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. ¶45 Et beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sũt tibi à Domino. ¶46 Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominũ. ¶47 Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, ¶48 Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatã me dicẽt omnes generationes. ¶49 Quia fecit mihi magna qui potẽs est, & sanctũ nomẽ eius. ¶50 Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eũ. ¶51 Fecit potẽtiam in ‖brachio suo: ‖dispersit superbos mente cordis sui.

A narrationẽ

B Exod.20.2.7. Deuit.10.d.17.

C Malac.4.b.5. matt.11.b.14. Matth.2.a.1. Malac.4.b.6.

D oh.11.g.48.

E ct.16.d.18. ct 2.a.4. 10.g.46. ct.18.b.c. ct.18.b.8. redit uc.24.g.51. ebr.2.2.4.

F Matt.

G vid

H Esa. 7.1. mat D Dan & g mic

I

J

¶52 Depositum potentes de sede, & exaltauit humiles. ¶53 Esurientes implenit bonis: & diuites dimisit inanes. ¶54 Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ, ¶55 (Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius) in secula. ¶56 Mansit autē Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domum suam. ¶57 Elisabeth autem impletum est tempus pariendi: & peperit filiū. ¶58 Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & cōgratulabātur ei. ¶59 Et factum est: in die octauo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. ¶60 Et respōdens mater eius dixit, Nequaquam, sed vocabitur Iohannes. ¶61 Et dixerunt ad illā, Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. ¶62 Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eū. ¶63 Et postulans pugillarem, scripsit, dicens, Iohannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. ¶64 Apertum est autem illico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. ¶65 Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia mōtana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc: ¶66 Et posuerūt omnes qui audierant in corde suo, dicentes, Quis, putas, puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. ¶67 Et Zacharias Pater eius repletus est Spiritu sancto: & prophetauit, dicens, ¶68 Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ: ¶69 Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui: ¶70 Sicut locutus est per os sanctorum qui a seculo sunt Prophetarum eius, ¶71 Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderūt nos: ¶72 Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti: ¶73 Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, ¶74 Daturum se nobis, vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi ¶75 In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. ¶76 Et tu puer, Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, ¶77 Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissione peccatorum eorum. ¶78 Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto, ¶79 Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. ¶80 Puer autem crescebat, & confortabatur Spiritu, & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.

CAP. II.

FActum est autem, in diebus illis exiit edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. ¶1 Hæc descriptio prima, facta est a præside Syriæ Cyrino. ¶3 Et ibant omnes vt profiterētur, singuli in suam ciuitatem. ¶4 Ascendit autem & Ioseph a Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, in ciuitatem Dauid quæ vocatur Beth-lehem: eo quòd esset de domo & familia Dauid, ¶5 Vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore, prægnante. ¶6 Factum est autē: cum essent ibi, impleti sunt dies vt parēret. ¶7 Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eū in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio. ¶8 Et pastores erant in regione eadē vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum. ¶9 Et ecce, Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circunfulsit illos, & timuerūt timore magno. ¶10 Et dixit illis Angelus, Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnū quod erit omni populo: ¶11 Quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus, in Ciuitate Dauid. ¶12 Et hoc vobis signum, Inuenietis infantem pannis inuolutum: & positum in præsepio. ¶13 Et subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis, laudantium Deum & dicentium, ¶14 Gloria in altissimis Deo: & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. ¶15 Et factum est: vt discesserunt ab eis Angeli in cælum, pastores loquebantur adinuicē, Trāseamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbū quod factum est, quod fecit Dominus & ostendit nobis. ¶16 Et venerunt festinantes: & inuenerūt Mariam & Ioseph, & infantem positum in præsepio. ¶17 Videntes autem cognouerūt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. ¶18 Et omnes qui audierant, mirati sunt & de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. ¶19 Maria autem conseruabat omnia verba hæc, cōferēs in corde suo. ¶20 Et reuertū sunt pastores, glorificātes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant, & videtant sicut dictum est ad illos. ¶21 Et postquā consummati sunt dies octo vt circuncideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatū est ab Angelo prius quàm in vtero cōciperetur. ¶22 Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moysi, tulerūt illum in Ierusalem, vt sisterent eum Domino, ¶23 (Sicut scriptū est in lege Domini, Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur.) ¶24 Et vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. ¶25 Et ecce: homo erat in Ierusalem, cui nomen Simeō, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationē Israel: & Spiritus sanctus erat in eo. ¶26 Et responsum acceperat a Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. ¶27 Et vēnit in Spiritu in templum. Et quum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: ¶28 Et ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit, ¶29 Nunc dimittis seruum tuum Domine, secūdum verbum tuum in pace: ¶30 Quia viderunt oculi mei Salutare tuum, ¶31 Quod parasti ante faciem omnium populorum: ¶32 Lumen ad reuelationē Gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. ¶33 Et erat pater eius & mater eius mirantes super his quæ dicebantur de illo. ¶34 Et benedixit illis Simeō: & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce positus est hic in ruinā, & in resurrectionē multorum in Israel, & in signum cui contradicetur: ¶35 (Et tuam ipsius animam pertransibit gladius) vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. ¶36 Et erat Anna prophetissa, filia

4.b.11. 2.b.5. 7.c.19. 16. 1.b.11. d.28. 3. 5. 2.29. 1.

d.21.

2.27. 2.11.

2.6. 1.

16. 1.33. 13.

2.25.

2.22 1.29.

8.

A

B

*eis

*In

C

*audierunt

Gen.17.b.12. Leuit.12.a.3. matth.1.d.25. 5.1.c.31. Iohan.7.a.23. D Leu.12.b Exod.13.a.2. num.8.c.16.

Leuit.12.c.8.

E

Esa.8.c.14. rom.9.g.33. 1.petr.2.b.6.

Phanuel, de tribu Aser: hæc proiecerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. ¶37 Et hæc vidua vsque ad annos octoginta quatuor: quæ nō discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. ¶38 Et hæc, ipsa hora superueniens, confitebatur Domino: & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. ¶39 Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuersi sunt in Galilæam, in ciuitatē suam Nazareth. ¶40 Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo. ¶41 Et ibant parentes eius per omnes annos in Ierusalem, in die solenni Paschæ. ¶42 Et quum factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis in Ierosolymam secundum consuetudinem Diei festi, ¶43 Consummatisque diebus quum redirent, remansit puer Iesus in Ierusalem, & non cognouerūt parentes eius. ¶44 Existimātes autē illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. ¶45 Et non inuenētes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. ¶46 Et factum est, post triduum inuenerūt illum in templo sedentem in medio doctorum, audiētem illos, & interrogantem eos. ¶47 Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudētia & responsis eius. ¶48 Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolētes quærebamus te. ¶49 Et ait ad illos, Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia i his quæ Patris mei sunt, oportet me esse? ¶50 Et ipsi non intellexerunt verbū quod locutus est ad eos. ¶51 Et descendit cum eis, & venit Nazareth: & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo. ¶52 Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines.

CAP. III.

ANno autem quintodecimo imperii Tyberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudææ, tetrarcha autem Galliæ Herōde, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, ¶2 sub principibus sacerdotum Anna & Caipha: factum est verbum Domini super Iohānem Zachariæ filium, in deserto. ¶3 Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: ¶4 Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ prophetæ, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. ¶5 Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur. & erūt prauа in directa: & aspera, in vias planas: ¶6 Et videbit omnis caro Salutare Dei. ¶7 Dicebat ergo ad turbas quæ exibant vt baptizarentur ab ipso, Genimina viperarum, quis ostēdit vobis fugere à ventura ira? ¶8 Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. & ne cœperitis dicere, Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. ¶9 Iam enim securis ad radicem 'arboris' posita est. Omnis ergo arbor non faciens fructū bonum, 'excidetur, & in ignem mittetur.' ¶10 Et interrogabant eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? ¶11 Respondens autē dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det no habenti: & q habet escas, similiter faciat. ¶12 Venerunt autem & publicani vt baptizarentur: & dixerūt ad illum, Magister, quid faciemus? ¶13 At ille dixit ad eos, Nihil amplius quām quod constitutum est vobis, faciatis. ¶14 Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminē cōcutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris. ¶15 Existimante autem populo, & cogitantibus omnibus in cordibus suis de Iohanne, ne forte ipse esset Christus: ¶16 Respondit Iohānes, dicens omnibus, Ego quidem aqua baptizo vos: veniet autē fortior me, cuius nō sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius: ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni. ¶17 Cuius vētilabrum in manu eius, & purgabit aream suā: & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. ¶18 Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. ¶19 Herōdes autē tetrarcha quum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit Herōdes: ¶20 Adiecit & hoc super omnia, & inclusit Iohannem in carcerem. ¶21 Factum est autem quū baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cælum: ¶22 Et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum: & vox de cælo facta est, Tu es filius meus dilectus: in te cōplacuit mihi. ¶23 Et ipse Iesus erat incipiēs quasi annorū triginta: vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, ¶24 Qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianne, qui fuit Ioseph, ¶25 Qui fuit Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Hesli, qui fuit Nagge, ¶26 Qui fuit Mahath, qui fuit Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, ¶27 Qui fuit Iohanna, qui fuit Resa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, ¶28 Qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmadā, qui fuit Her, ¶29 Qui fuit Iesu, qui fuit Eliēzer, qui fuit Iorim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui. ¶30 Qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, ¶31 Qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid, ¶32 Qui fuit Iesse, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui fuit Naasson, ¶33 Qui fuit Aminadab, qui fuit Aram, qui fuit Esron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, ¶34 Qui fuit Iacob, qui fuit Isaac, qui fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, ¶35 Qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, ¶36 Qui fuit Cainan, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech. ¶37 Qui fuit Mathusale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit Malaleel, qui fuit Cainā. ¶38 Qui fuit Henos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

CAP. IIII.

IEsus autē plenus Spiritu sancto, regressus est à Iordane: & agebatur in Spiritu in deserto ¶2 Diebus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et nihil māducauit in diebus illis: &



'Ierusalem.
'Spiritu
Deut.16.a.11.
Act.4.a.6.
Matth.3.a.1.
Marc.1.a.4.
Isa.40.a.3.
Iohan.1.c.23.
Matth.3.b.7.
'arborum
'excidituꝝ &
in ignem mit
tituꝝ.

consummatis illis*cessarlit. ¶13 Dixit autem illi diabolus, Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. ¶4 Et respondit ad illum Iesus, Scriptū est, Quia non in solo pane*viuit'homo, sed in omni verbo Dei. ¶5 Et duxit illum diabolus in montē excelsum, & ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis: ¶6 Et ait illi, Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorū: quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. ¶7 Tu ergo ‖prōcidens'si adorauerīs coram me, erunt tua omnia. ¶8 Et respondens Iesus, dixit illi, Scriptū est, ‖Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruies. ¶9 Et duxit illū in Ierusalē, & statuit eum super pinnam tẽpli: & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. ¶10 Scriptū est enim quōd ‖angelis suis mandauit de te, vt conseruent te: ¶11 Et quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedē tuum. ¶12 Et respondens Iesus, ait illi, Dictum est, ‖Non tentabis Dominum Deū tuū. ¶13 Et cōsummata omni tẽtatione diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. ¶14 ‖Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam & fama exiit per vniuersam regionem de illo. ¶15 Et C ipse docebat in synagogis eorum: & magnificabatur ab omnibus. ¶16 ‖Et vēnit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit secundū consuetudinem suam die sabbathi in synagogam: & surrexit legere. ¶17 Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuēnit locum vbi scriptū erat, ¶18 ‖Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me, euāgelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, ¶19 Prædicare captiuis remissionē, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. ¶20 Et quum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. D ¶21 Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. ¶22 Et omnes testimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant, Nonne hic est filius Ioseph? ¶23 Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice, cura teipsum: quanta audiuimus facta in Caphar-naum, fac & hic in patria tua. ¶24 Ait autem, Amen dico vobis ‖ quia nemo Propheta acceptus est in patria sua. ¶25 In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, quum facta esset fames magna in omni terra: ¶26 Et ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ, ad mulierē viduam. ¶27 Et ‖multi leprosi erant in Israel sub Eliæo Propheta. & nemo eorum mūdatus est nisi Naamā Syrus. ¶28 Et repleti sunt omnes in synagōga, ira, hæc audientes. ¶29 Et surrexerunt. & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium montis super quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. ¶30 Ipse autem transiens per medium illorum, ibat. ¶31 ‖Et descendit in Caphar-naum ciuitatem Galilææ: ibique docebat illos sabbathis. ¶32 ‖Et stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat sermo ipsius. ¶33 Et in synagōga erat homo habens dæmonium immundum: & exclamauit voce magna, ¶34 Dicens, Sine, quid no bis & tibi Iesu Nazarænē? venisti perdere nos? scio te qui ūs, Sanctus Dei. ¶35 Et increpauit illum Iesus, dicens, Obmutesce, & exi ab eo. Et quum proiecisset illum dæmonū in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. ¶36 Et factus est pauor in omnibus, & colloquebantur adinuicem dicentes, Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? ¶37 Et diuulgabatur fama de illo in omnem locū regionis. ¶38 ‖Surgens autem Iesus de synagōga, introiuit in domum Simōnis. Socrus autē Simōnis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. ¶39 Et stans super illam imperauit febri: & dimisit illam. Et continuō surgens ministrabat illis. ¶40 Quū autem sol occidisset, omnes qui habebāt infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponēs curabat eos. ¶41 Exibant autem dæmonia à multis, clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei. & increpans non finebat ea loqui quia sciebant ipsum esse Christum. ¶42 Facta autē die, egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebāt eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab eis. ¶43 Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnū Dei: qa ideo missus sum. ¶44 Et erat prædicans in synagōgis Galilææ.

CAP. V.

FActum est autem: quum turbæ irruerent A in eum vt audirent verbum Dei, & ipse stabat secus stagnum Genesareth: ¶2 Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. ¶3 Ascendens autem in vnam nauim quæ erat Simōnis, rogauit eum à terra reducere pusillum: & sedens, docebat de nauicula turbas. ¶4 Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simōnem, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. ¶5 Et respōdens Simon, dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete. ¶6 Et quum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinem copiosam. rumpebatur autem rete B eorum. ¶7 Et annuerunt socijs qui erant in alia naui vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt pene mergerētur. ¶8 Quod quum videret Simon Petrus, prōcidit ad genua Iesu, dicens, Exi à me, quia homo peccator sum Domine. ¶9 Stupor enim circundederat eum & omnes qui cum illo erāt, in captura piscium quam ceperāt. ¶10 Similiter autē Iacōbum & Iohannē filios Zebedæi, qui erant socii Simōnis. Et ait Simōnem Iesus, Noli timere: ex hoc iam, homines eris capiens. ¶11 Et subductis ad terram naubus, relictis omnibus secuti sunt eum. ¶12 Et factum est: quum esset in vna ciuitatum, & ecce vir plenus lepra videns Iesum, & prōcidens in faciem ‖suam, rogauit eum, dicens, Domine, si vis, potes me mundare. ¶13 Et extendens manum, tetigit eum, dicens, Volo: Mundare. Et confestim lepra discessit ab illo. ¶14 Et ipse præcepit illi

Marc.1.c.e.f.g.

Matt.8.b.c.

marc.1.c.

Marc.1.d.

Matt.4.c.d.

marc.1.b.c.

Matth.8.

marc.1.d.

*&

vt nemini diceret: sed, Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua sicut præcepit Moyses, in testimonium illis. ¶15 Perambulabat autem magis sermo de illo: & cōueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. ¶16 Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. ¶17 Et factū est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erant Pharisæi sedentes & Legis doctores qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Ierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos. ¶18 Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & quærebat eum inferre, & ponere ante eum. ¶19 Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectū, & per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium, ante Iesum. ¶20 Quorum fidem vt vidit, dixit, Homo, remittuntur tibi peccata tua. ¶21 Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi, dicentes, Quis est hic qui loquitur blasphemias? quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?

¶22 Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus vestris? ¶23 Quid est facilius, dicere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula? ¶24 Vt autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, (ait paralytico) tibi dico, surge, tolle lectum tuum, & vade in domū tuam. ¶25 Et confestim consurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat: & abiit in domum suam, magnificans Deum. ¶26 Et stupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie. ¶27 Et post hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui, sedentem ad Telōnium, & ait illi, Sequere me. ¶28 Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. ¶29 Et fecit ei cōuiuium magnū Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorū, & aliorum qui cum illis erant discumbentes. ¶30 Et murmurabant Pharisæi & Scribæ eorum, dicentes ad discipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis & bibitis? ¶31 Et respondens Iesus, dixit ad illos, Non egent qui sani sunt, medico: sed qui malè habent. ¶32 Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. ¶33 At illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorum: tui autem edunt & bibunt? ¶34 Quibus ipse ait, Nunquid potestis filios Sponsi, dum cum illis est Sponsus, facere ieiunare? ¶35 Venient autem dies: & quum ablatus fuerit ab illis Sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus. ¶36 Dicebat autem & similitudinem ad illos, Quia nemo cōmissuram à nouo vestimento immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri nō cōuenit commissura à nouo. ¶37 Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpit vinum nouum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt. ¶38 Sed vinum nouum in vtres nouas mittendum est: & vtraque conseruantur. ¶39 Et nemo bibens vetus, statim vult nouum. dicit enim, Vetus melius est.

CAP. VI.

FActum est autem in Sabbatho secundo-primo, quum transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas, & manducabant confricātes manibus. ¶2 Quidā autem Pharisæorū dixerunt illis, Quid facitis quod non licet in sabbathis? ¶3 Et respondens Iesus ad eos, dixit, Nec hoc legistis, quod fecit Dauid, quū esuriisset ipse & qui cum illo erāt: ¶4 Quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant, quos non licet manducare nisi tantū sacerdotibus. ¶5 Et dicebat illis, Quia dominus est Filius hominis, etiam sabbathi. ¶6 Factum est autem & in alio sabbatho vt intraret in synagōgam, & doceret. Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida. ¶7 Obseruabāt autē Scribæ & Pharisæi si in sabbatho curaret: vt inuenirent vnde accusarent eum. ¶8 Ipse verò sciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manū aridam, Surge, & sta in medium. Et surgens stetit. ¶9 Ait autem ad illos Iesus, Interrogo vos, si licet sabbathis benefacere an malefacere? animam saluam facere, an perdere? ¶10 Et circumspectis omnibus dixit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus eius. ¶11 Ipsi autem repleti sunt insipientia: & colloquebantur ad inuicem quidnam facerent de Iesu. ¶12 Factum est autem in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. ¶13 Et quū dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit: ¶14 Simōnem quem cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, Iacōbum & Iohannem, Philippum, & Bartholomæum, ¶15 Matthæū & Thomam, Iacōbū Alphæi & Simōnē qui vocatur Zelōtes, ¶16 & Iudā Iacōbi, & Iudam Iscariōten qui fuit proditor. ¶17 Et descendens cum illis, stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Ierusalē: & maritima & Tyri & Sidōnis, ¶18 Qui venerāt vt audirent eum, & sanarētur à languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis, curabātur. ¶19 Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. ¶20 Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes: quia vestrum est regnū Dei. ¶21 Beati qui nūc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. ¶22 Beati eritis quū vos oderint homines, & quum separauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquā malum, propter Filium hominis. ¶23 Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces vestra multa est in cælo. Secundum hæc enim faciebāt Prophetis patres eorū. ¶24 Verumtamen væ vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. ¶25 Væ vobis qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis. ¶26 Væ quū benedixerint vobis omnes homines. Secūdū hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. ¶27 Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros: benefacite his qui oderunt vos. ¶28 Benedicite maledicentibus vobis & ora-

te pro calumniãtibꝰ vos. ¶29 ℣Et qui te percutit in maxillam, præbe illi & alteram. ℣Et ab eo qui aufert tibi vestimẽtum, etiam tunicam noli prohibere. ¶30 Omni autem petenti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas. ¶31 ℣Et prout vultis vt faciãt vobis homines, & vos facite illis similiter. ¶32 ℣Et ſi diligitis eos qui vos diligunt: quæ vobis est gratiã nam & peccatores, diligentes se, diligunt. ¶33 Et ſi benefeceritis his qui vobis benefaciunt: quæ vobis est gratia? quidem & peccatores hoc faciunt. ¶34 ℣Et ſi mutuum dederitis his à quibus speratis recipere: quæ gratia est vobis? nam & peccatores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. ¶35 Verumtamen diligite inimicos vestros: benefacite & mutuũ date, nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos. ¶36 ℣Estote ergo misericordes sicut & Pater vester misericors est. ¶ 37 ℣Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. ℣Dimittite, & dimittemini. ¶38 Date, & dabitur vobis. ℣Mensuram bonã, & confertam & coagitatam & superefluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. ¶39 Dicebat autem illis & similitudinem. ℣Nunquid potest cæcus cæcum ducere? nõne ambo in foueam ✠cadunt? ¶40 ℣Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit ſi ſit sicut magister eius. ¶41 ℣Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem autem quæ in oculo tuo est, non consyderas? ¶42 Aut quomodo potes dicere fratri tuo, Frater, ſine eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in oculo tuo trabem non ✠vides? Hypocrita, eiice primũm trabem de oculo tuo: & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui. ¶ 43 ℣Non est enim arbor bona quæ facit fructus malos: neque arbor mala, faciens fructum bonum. ¶ 44 ℣Vnaquæque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus: neque de rubo vindemiant vuam. ¶ 45 Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: & malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundantia enim cordis os loquitur. ¶ 46 ℣Quid autem vocatis me Domine, Domine: & nõ facitis quæ dico? ¶47 Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis ſit. ¶ 48 Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram. Inundatione autem facta illisum est flumen domui illi, & nõ potuit eam mouere: fundata enim erat supra petram. ¶49 Qui autem audit, & non facit: ſimilis est homini ædificanti domum suam supra terram ſine fundamento: in quam illisus est fluuius, & continuò cecidit, & facta est ruina domus illius magna.

## CAP. VII.

¶1 QVum autem impleſſet omnia verba sua in aures plebis, intrauit Caphar-naum. Centurionis autem cuiusdam seruus malè habens, erat moriturus: qui illi erat pretiosus. ¶2 Et quum audiſſet de Ieſu, miſit ad eum seniores Iudæorum, rogãs eum vt veniret, & ✠ſaluaret seruũ eius. ¶4 At illi quũ ✠sanare veniſſent ad Ieſum, rogabant eum ſollicitè, dicentes ei, Quia dignus est vt hoc illi præstes: ¶5 Diligit enim gentem nostram: & ſynagogam ipſe ædificauit nobis. ¶6 Ieſus autẽ ibat cum illis. Et quum iam non longe eſſet à domo, miſit ad eum centurio amicos, dicẽs, Domine, noli vexari. Non enim ſum dignus vt ſub tectum meum intres. ¶7 Propter quod & meipſum nõ ſum dignũ arbitratus vt venirẽ ad te: ſed dic verbo, & ſanabitur puer meus. ¶8 Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alii, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit. ¶9 Quo audito, Ieſus miratus est: & conuerſus, ſequẽtibus ſe turbis dixit, Amen dico vobis, nec in Iſrael tantam fidem inueni. ¶10 Et reuerſi qui miſſi fuerant, domum: inuenerũt ſeruum qui langueràt, ſanum. ¶11 Et factum est: deinceps ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim: & ibãt cum eo diſcipuli eius & turba copioſa. ¶12 Quum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris ſuæ: & hæc vidua erat: & turba ciuitatis multa cũ illa. ¶13 Quam quum vidiſſet Dominus, miſericordia motus ſuper eam, dixit illi, Noli flere. ¶14 Et acceſſit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, ſteterunt. Et ait, Adoleſcens, tibi dico, surge. ¶15 Et reſedit qui erat mortuꝰ, & cœpit loq. Et dedit illũ matri ſuæ. ¶16 Accepit autem omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes, Quia Propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus viſitauit plebem ſuam. ¶17 Et exiit hic ſermo in vniuerſam Iudæam de eo, & in omnẽ circã regionẽ. ¶18 Et Matth.11.2 nuntiauerunt Iohanni diſcipuli eius de omnibus his. ¶19 Et conuocauit duos de diſcipulis ſuis Iohannes: & miſit ad Ieſum, dicens, Tu es qui venturus es: an alium expectamus? ¶20 Quum autem veniſſent ad eum viri, dixerunt, Iohãnes Baptiſta miſit nos ad te, dicẽs, Tu es qui venturus es: an alium expectamus? ¶21 In ipſa autem hora multos curauit à languoribus ſuis & plagis, & ſpiritibus malis: & cæcis multis donauit viſum. ¶22 Et reſpõdẽs dixit illis, Euntes renũtiate Iohanni quæ audiſtis & vidiſtis, Quia cæci vident, claudi ambulant, le proſi mũdantur, ſurdi audiũt, mortui reſurgunt, pauperes euangelizãtur: ¶23 Et beatus est quicunque nõ fuerit ſcandalizatus in me. ¶24 Et quum diſceſſiſſent nũtii Iohannis, cœpit de Iohanne dicere ad turbas, Quid exiſtis in deſertum videre? arundinem vento ✠agitatã? ¶25 Sed quid exiſtis videre? homi- ✠mouerit nem mollibus veſtimentis indutum? Ecce, qui in veſte pretioſa ſunt & delicijs, in domibus regum ſunt. ¶26 Sed quid exiſtis videre? Prophetã? utique: dico vobis & pluſquã Prophetam. ¶27 Hic est de quo ſcriptũ est, ℣Ecce mit- Malac.3.1 to Angelum meũ ante faciẽ tuã, qui præparabit viam tuã ante te. ¶28 Dico enim vobis, maior inter natos mulierũ Propheta Iohãne Baptiſta nemo est. qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. ¶ 29 Et omnis populus audiẽs & publicani, iuſtificauerũt Deũ, baptizati baptiſmo Iohãnis: ¶30 Phariſæi autẽ

& Legisperiti, consilium Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. ¶31 ‖ Ait autem Dominus, Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? ¶32 Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus, Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non plorastis. ¶33 Venit autem Iohannes Baptista neque manducans panē, neque bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet. ¶34 Venit Filius hominis manducans & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator & bibens vinum, amicus publicanorum & peccatorū. ¶35 Et iustificata est Sapientia ab omnibus filiis suis. ¶36 Rogabat autē illum quidam de Pharisæis vt manducaret cum illo. Et ingressus domū Pharisæi discubuit. ¶37 Et ecce mulier quæ erat in Ciuitate peccatrix, vt cognouit * quòd Iesus accubuit in domo Pharisæi, attulit alabastrū vnguenti: ¶38 ‖ Et stans retrò secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguēto vngebat. ¶39 Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset Propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. ¶40 Et respondens Iesus dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic. ¶41 Duo debitores erant cuidā creatori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. ¶42 Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? ¶43 Respondens Simon dixit, Æstimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti. ¶44 Et conuersus ad mulierem dixit Simōni, Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. ¶45 Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. ¶46 Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. ¶47 Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. ¶48 Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata. ¶49 Et cœperunt qui simul accumbebāt, dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit? ¶50 Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

CAP. VIII.

ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, ¶2 Et mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, ¶3 Et Iohanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis. ¶4 Quum autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum: dixit per similitudinem. ¶5 Exiit qui seminat, seminare semen suum. & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. ¶6 Et aliud cecidit supra petrā: & natum aruit, quia nō habebat humorem. ¶7 Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. ¶8 Et aliud cecidit in terrā bonam: & ortum, fecit fructum centuplum. Hæc dicēs clamabat, Qui habet aures audiēdi audiat. ¶9 Interrogabant autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. ¶10 Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videāt, & audientes non intelligant. ¶11 ‖ Est autem hæc parabola: Semen, est verbū Dei. ¶12 Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. ¶13 Nam qui supra petram: qui cū audierint, cum gaudio suscipiunt verbum, & hi radices non habent: * quia ad tempus credunt, & in tempore tētationis recedunt. ¶14 Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt, & a solicitudinibus & diuitijs & voluptatib' vitæ, euntes, suffocantur, & non referunt fructum. ¶15 Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. ¶16 ‖ Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. ¶17 ‖ Non est enim occultum quod non manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur & in palam veniat. ¶18 ‖ Videte ergo * quid' audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo. ¶19 ‖ Venerūt autē ad illū mater & fratres eius: & non poterāt adire eum præ turba. ¶20 Et nunciatū est illi, Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre. ¶21 Qui respondens dixit ad eos, Mater mea & fratres mei: hi sunt qui verbū Dei audiunt & faciūt. ¶22 ‖ Factum est autem in vna dierum: & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius: & ait ad illos, Trāsfretemus trās stagnum. Et ascenderunt. ¶23 Et nauigantibus illis obdormiuit: & descendit procella vēti in stagnum, & * compellebantur. & periclitabantur. ¶24 Accedētes autem suscitauerūt eum, dicentes, Præceptor, perimus. At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas. ¶25 Dixit autem illis, Vbi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt, adinuicem dicentes, Quis, putas, hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei? ¶26 ‖ Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. ¶27 Et quum * de naui' egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. ¶28 Is vt vidit Iesum, prōcidit ante illum: & exclamans voce magna dixit, Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? obsecro te ne me torqueas. ¶29 Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. ¶30 Interrogauit autem illum Iesus, dicens, Quod

tibi nomen est? At ille dixit, Legio. quia intrauerant dæmonia multa in eum. ¶ 31 Et rogauerunt illum ne imperaret illis vt in abyssum irent. ¶ 32 Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. ¶ 33 Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. ¶ 34 Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas. ¶ 35 Exierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem a quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente, ad pedes eius: & timuerunt.

¶ 36 Nuntiauerunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus esset a Legione. ¶ 37 Et rogauerunt illum omnis multitudo Gerasenorum vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. ¶ 38 Et rogauit illum vir a quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens, ¶ 39 Redi in domum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus. ¶ 40 Factum est autem: quum rediisset Iesus, excepit illum turba. erant autem omnes expectantes eum. ¶ 41 Et ecce venit vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum eius, ¶ 42 Quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit, dum iret, a turbis comprimebatur. ¶ 43 Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit curari: ¶ 44 Accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. ¶ 45 Et ait Iesus, Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant, Præceptor, turbæ te comprimunt & affligunt: & dicis, Quis me tetigit? ¶ 46 Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis. nam & ego noui virtutem de me exisse. ¶ 47 Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit. ¶ 48 At ipse dixit ei, Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace.) ¶ 49 Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei, Quia mortua est filia tua, noli vexare illum. ¶ 50 Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ, Noli timere: crede tantùm, & salua erit. ¶ 51 Et quum venisset domum, non permisit intrare secum quenquam, nisi Petrum & Iacobum & Iohannem, & patrem & matrem puellæ. ¶ 52 Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit, Nolite flere: non est mortua puella, sed dormit. ¶ 53 Et deridebant eum, scientes quòd mortua esset. ¶ 54 Ipse autem tenēs manum eius clamauit, dicens, Puella, surge. ¶ 55 Et reuersus est spiritus eius: & surrexit continuò. Et iussit illi dare manducare. ¶ 56 Et stupuerunt parentes eius: quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat.

CAP. IX.

Conuocatis autem Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent. ¶ 2 Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos. ¶ 3 Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam: neque duas tunicas habeatis. ¶ 4 Et in quancunque domum intraueritis, ibi manete, & inde exeatis. ¶ 5 Et quicunque non receperint vos: exeuntes de ciuitate illa, etiam pulueremper pedes vestrorum excutite in testimonium super illos. ¶ 6 Egressi autem circuibant per castella euangelizantes & curantes vbique. ¶ 7 Audiit autē Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæsitabat, eo quòd diceretur à quibusdam, Quia Iohannes surrexit à mortuis: ¶ 8 A quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab aliis autem, Quia Propheta vnus de antiquis surrexit. ¶ 9 Et ait Herodes, Iohannē ego decollaui: quis est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eum. ¶ 10 Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæcunque fecerunt & assumptus illis secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ. ¶ 11 Quod quum cognouisset turbæ, secutæ sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant sanabat. ¶ 12 Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in castella villasque quæ circà sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. ¶ 13 Ait autem ad illos, Vos date illis manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quàm quinque panes & duo pisces: nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas. ¶ 14 Erant autem ferè viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discumbere per conuiuia quinquagenos. ¶ 15 Et ita fecerunt. Et discubuerunt omnes. ¶ 16 Acceptis autē quinque panibus & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit discipulis suis vt ponerēt ante turbas. ¶ 17 Et manducauerunt omnes: & saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim. ¶ 18 Et factū est: quū solus esset orans, erant cum illo & discipuli: & interrogauit illos, dicens, Quem me dicūt esse turbæ? ¶ 19 At illi respondentes, & dixerunt, Iohannē Baptistam, alii autem Eliam, alii verò quia vnus Propheta de priorib' surrexit. ¶ 20 Dixit autem illis, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Christum Dei. ¶ 21 At ille increpans illos, præcepit necui dicerēt hoc: ¶ 22 Dicēs, Quia oportet Filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus & principibus sacerdotum & Scribis, & occidi, & tertia die resurgere.

¶ 23 Dicebat autē ad omnes, Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. ¶ 24 Qui enim voluerit animam suam saluam facere: perdet illam. nam qui perdiderit animam suam propter me: saluam faciet illā. ¶ 25 Quid

Matth. 10. a. 1.
Matth. 10. a. 7.
& 6. a. 7.
Matth. 10. a. 7.
Matth. 10. a. 9.
marc. 6. b. 8.
in viam,
Matt. 10. b. 14.
marc. 6. b. 11.
Luc. 10. b. 11.
act. 13. g. 51.
Matth. 14. a. 1.
marc. 6. b. 14.
Matt. 14. b. 21.
marc. 6. c. 42.
Matth. 14. b. 16.
marc. 6. c. 38.
Iohan. 6. a. 6.
fecerunt discumbere
Matt. 16. b. 13.
marc. 8. c. 27.
Matt. 10. d. 38.
& 16. d. 24.
marc. 8. d. 34.
Luc. 14. f. 27.
& 17. g. 33.
Iohā. 12. d. 25.

enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimẽ-
Matt. 10. d. 33. tum sui faciat? ¶ 26 ‖ Nam qui me erubuerit & marc. 8. d. 38. meos sermones, hunc Filius hominis erube- 12. b. 0. scet quum venerit in maiestate sua & Patris tim. 2. b. 11. & sanctorum Angelorum. ¶ 27 ‖ Dico autem
D vobis verè, sunt aliqui hic stantes, qui non
Matt. 16. d. 28. gustabunt mortem donec videant regnum marc. 9. a. 1. Dei. ¶ 28 §Factum est autem post hæc verba Matth. 17. a. 1. ferè dies octo, & assumpsit Petrum & Iacó- marc 9. a. 2. bum & Iohannem, & ascendit in montem vt oraret. ¶ 29 Et facta est, dum oraret, species vultus eius, altera: & vestitus eius albus & te fulgens. ¶ 30 Et ecce duo viri loquebantur cũ illo: erant autem Moyses & Elias, ¶ 31 Visi in maiestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem. ¶ 32 Petrus ve ró & qui cum illo erant, grauati erant somno. Et euigilantes, viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo. ¶ 33 Et factum est: quum discederẽt ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ. nesciens quid diceret. ¶ 34 Hæc autem illo loquente, facta est
E nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt, in trantibus illis in nubem. ¶ 35 Et vox facta est de nube, dicens, Hic est Filius meus dilectus: ipsum audite. ¶ 36 Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini di xerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant. ¶ 37 Factum est autem: in sequenti
Matt. 17. b. 14. die, descendentibus illis de monte, occurrit marc. 9. c. 17. illi turba multa. ¶ 38 Et ecce vir de turba exclamauit, dicens, Magister, obsecro te, respice in filiũ meum, quia vnicus est mihi: ¶ 39 Et ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & diffigat eum cum spuma: & vix discedit dilaniãs eum. ¶ 40 Et rogaui discipulos tuos vt eiicerent illum: & non potuerunt. ¶ 41 Respondens autem Iesus, dixit, O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos, & patiar vos? Addue huc filium tuum. ¶ 42 Et quum accederet, rupit illum dæmonium, & diffipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum: & reddidit illum patri eius. ¶ 43 Stupebant autem omnes in magnitudine Dei. Omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos, ¶ 44 ‖ Ponite vos in cordibus vestris sermones istos, Filius enim hominis futurũ est vt tradatur in manus hominum. ¶ 45 At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de quo verbo. ¶ 46 ‖ Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. ¶ 47 At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum: & statuit illum iuxta se, ¶ 48 Et ait illis, Quicunque susceperit puerũ istum in nomine meo, me recipit. & quicunque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est. ¶ 49 ‖ Respondens autem Iohannes dixit, Præceptor, vidimus quendam in nomine tuo eiicientem dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. ¶ 50 Et ait ad illos Iesus, Nolite prohibere. qui enim non est aduersum vos, pro vobis est. ¶ 51 Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Ierusalem. ¶ 52 Et misit nuntios ante conspectum suum: & euntes intrauerũt in ciuitatem Samaritanorum vt pararent illi. ¶ 53 Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Ierusalem. ¶ 54 Quum vidissent autem discipuli eius Iacobus & Iohannes, dixerunt, Domine, vis dicimus vt ignis descendat de cælo, & consumat illos? ¶ 55 Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis. ¶ 56 Filius hominis nõ venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum. ¶ 57 ‖ Factum est autem: Matth. ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te quocunque ieris*. ¶ 58 Dixit il- *Dom li Iesus, vulpes foueas habent. & volucres cæli nidos. Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. ¶ 59 Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autem dixit, Domine permitte mihi primum ire, & sepelire patrẽ meum. ¶ 60 ‖ Dixitque ei Iesus, Sine vt mortui Matth. sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annuntia regnum Dei. ¶ 61 Et ait alter, Sequar te Domine. sed permitte mihi primum renũtiare his qui domi sunt. ¶ 62 Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manum suam ad aratrũ, & respiciens retrò, aptus est regno Dei.

CAP. X.

POst hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos A ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus. ¶ 2 Et dicebat illis, ‖ Messis quidem multa: operarii autẽ, pauci. Rogate ergo Dominum messis vt mittat operarios in messem*. ¶ 3 ‖ Ite: ecce ego mitto *suar vos sicut agnos inter lupos. ¶ 4 ‖ Nolite por Matt tare sacculum, neque peram, neque calceamen marc ta: & neminem per viã salutaueritis. ¶ 5 ‖ In 4. Re quancũque domũ intraueritis, primũm dicite, Matt Pax huic domui. ¶ 6 Et ũ ibi fuerit filius pa marc cis, requiescet super illũ pax vestra: sin autẽ, ad vos reuertetur. ¶ 7 In eadẽ autẽ domo manete edẽtes & bibentes quæ apud illos sunt. B ‖ dignus est enim operarius mercede sua. No Deu lite trantire de domo in domũ. ¶ 8 Et in quã- matt cũq; ciuitatẽ intraueritis, & susceperit vos, 1. tim cũq; ciuitatẽ intraueritis, & susceperit vos, mãducate quæ apponuntur vobis: ¶ 9 Et cura te infirmos qui in illa sunt, & dicite illis, *Ap Appropinquabit in vos regnũ Dei. ¶ 10 In quã- quat cunque autẽ ciuitatẽ intraueritis, & non susceperint vos, exeũtes in plateas eius, dicite, ¶ 11 Etiã puluerẽ qui adhæsit nobis de ciuita- 2. 9. te vestra, extergimus in vos. tamen hoc scito act. 1. te vestra, extergimus in vos. tamen hoc scito & 18 te quia appropinquauit regnũ Dei. ¶ 12 Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati. ¶ 13 ‖ Væ tibi Chorozaim, Mat væ tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidone C factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedẽtes pœnitere. ¶ 14 Veruntamẽ Tyro & Sidoni remissius erit in iudicio, quàm vobis. ¶ 15 Et tu Capharnaũ vsque ad cælũ exaltata: vsq; ad infernũ demergẽris ¶ 16 ‖ Qui vos audit, me audit: & q Ma vos spernit, me spernit. Qui autem me sper- loh nit: spernit eum qui misit me. ¶ 17 Reuersi sunt autem septuaginta duo cum gaudio

C. INI.

dicentes, Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. ¶18 Et ait illis, Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentē. ¶19 Ecce, dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutē inimici: & nihil vobis nocebit. ¶20 Verumtamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cælis. ¶21 In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit, Confitebor tibi Pater, Domine cæli & terræ quòd abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam Pater, quoniam sic placuit ante te. ¶22 Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Et nemo scit quis sit Filius, nisi Pater: & quis sit Pater, nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. ¶23 Et conuersus ad discipulos suos dixit. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. ¶24 Dico enim vobis quòd multi Prophetæ & Reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. ¶25 Et ecce quidam Legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens, Magister, quid faciēdo vitam æternam possidebo? ¶26 At ille dixit ad eum, In Lege quid scriptum est? quomodo legis? ¶27 Ille respondens dixit. Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & Proximum tuum sicut teipsum. ¶28 Dixitque illi, Rectè respondisti: hoc fac, & viues. ¶29 Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? ¶30 Suscipiēs autē Iesus dixit, Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. ¶31 Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præteriit. ¶32 Similiter & Leuita, quum esset secus locum, & videret eum, pertransiit. ¶33 Samaritanus autem quidam iter faciens, venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. ¶34 Et appropians, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum, & curam eius egit. ¶35 Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunque supererogaueris, ego quum rediero reddā tibi. ¶36 Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? ¶37 At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter.

¶38 Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam, ¶39 Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedēs secus pedes Domini, audiebat verbum illius. ¶40 Martha autē satagebat circa frequens ministerium. quæ stetit, & ait, Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet. ¶41 Et respondens dixit illi Dominus, Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. ¶42 Porrò vnū est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

ET factum est: quum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, sicut docuit Iohannes discipulos suos. ¶2 Et ait illis, Quum oratis dicite, Pater, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. ¶3 Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. ¶4 Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & nos dimittimus omni debēti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. ¶5 Et ait ad illos, Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice commoda mihi tres panes, ¶6 Quòniā amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: ¶7 Et ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecū sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi. ¶8 Et tū ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens eo quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. ¶9 Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. ¶10 Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. ¶11 Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentem dabit illi? ¶12 Aut si petierit ouum: nunquid porriget illi scorpionem? ¶13 Si ergo vos quum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quāto magis Pater vester cælestis de cælo dabit Spiritū bonū petentibus se? ¶14 Et erat eiiciens dæmoniū: & illud erat mutū. Et quū eiecisset dæmonium, locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. ¶15 Quidā autē ex eis dixerunt, In Beel-zebub principe dæmoniorū eiicit dæmonia. ¶16 Et alii tentantes, signum de cælo quærebant ab eo. ¶17 Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in se diuisum, desolabitur: & domus supra domum cadet. ¶18 Si autem & satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beel-zebub me eiicere dæmonia. ¶19 Si autem ego in Beel-zebub eiicio dæmonia: filii vestri in quo eiiciunt? ideo ipsi, iudices vestri erunt. ¶20 Porrò si in digito Dei eiicio dæmonia: profectò peruēnit in vos regnum Dei. ¶21 Quum fortis armatus custodit atrium suum: in pace sunt ea quæ possidet. ¶22 Si autem fortior eo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. ¶23 Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecū, dispergit. ¶24 Quū immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem. Et non inueniēs dicit, Reuertar in domum meā vnde exiui. ¶25 Et quum venerit, inuenit eam scopis mundatā. ¶26 Tūc vadit, & assumit septē alios spiritus secum nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora priorib'. ¶27 Factū est autē: quū hæc diceret, extollens vocem quædā mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ suxisti. ¶28 At il-

Matth. 6.b.9.

Flat voluntas tua sicut in cælo sic in terra.

quotidie.

ipsū

Matt.7.a.7. & 21.c.22. marc.11.c.24. Iohā.14.b.13. & 16.c.23. Iac.1.a.10. Matth.7.b.9.

Matt.9.d.35. & 11.b.21. marc.3.c.20.

seipsum desolatur. cadit.

aufert distribuit.

perambulat

ornatam.

le dixit, Quinimò, beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. ¶ 29 Turbis autem
Matt.11.c.18. cõcurrentibus cœpit dicere, ‖ Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, ‖ nisi signum Ionæ*.
onæ 2.a.2. Prophetæ ¶ 30 Nã sicut fuit Ionas signũ Niniuitis: ita erit & Filius hominis generationi isti. ¶ 31 ‖ Regina Austri surget in iudicio cum viris gene
4.Reg.10.a.1.
Par.9.a.1. rationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plus quàm Salomon hic. ¶ 32 Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam: ‖ quia pœnitentiam egerunt* in prædicatione* Ionæ. & ecce plus quàm Ionas hic. ¶ 33 ‖ Nemo lucernã accendit, & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. ¶ 34 Lucerna corporis tui, est oculus tuus. ‖ Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. ‖ autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. ¶ 35 Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. ¶ 36 Si ergo corpus tuũ totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. ¶ 37 Et quum loqueretur rogauit illum quidã Pharisæus vt pranderet apud se. Ingressus autem recubuit. ¶ 38 Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere quare non baptizatus esset ante prandium. ¶ 39 Et ait Dominus ad illum, ‖ Nunc vos Pharisæi quod deforis est calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. ¶ 40 Stulti, nõne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est, fecit? ¶ 41 Verumtamen quod superest, date eleemosynam: F & ecce omnia munda sunt vobis. ¶ 42 Sed væ vobis Pharisæis, *qui' decimatis mentam & rutam & omne olus: & præteritis iudicium & charitatem Dei. hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. ¶ 43 ‖ Væ vobis Pharisæis, qui diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. ¶ 44 ‖ Væ vobis quia estis vt monumenta quæ non *parent, & homines ambulãtes suprà, nesciũt. ¶ 45 Respondens autem quidam ex Legisperitis, ait illi, Magister, hæc dicens etiam cõtumeliam nobis facis. ¶ 46 At ille ait, Et vobis Legisperitis væ: ‖ quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis farcinas. ¶ 47 Væ vobis, qui ædificatis monumẽta Prophetarũ: patres autẽ vestri occiderunt illos. ¶ 48 Profectò testificamini quòd consentitis operibus patrũ vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. ¶ 49 Propterea & Sapientia Dei dixit, Mittam ad illos Prophetas & Apostolos, & ex illis occidẽt, & persequentur: ¶ 50 Vt inquiratur sanguis omnium Prophetarum, qui effusus est à cõstitutione mundi à generatione ista, ¶ 51 A sanguine Abel, vsque ad sanguinẽ Zachariæ, ‖ qui perijt inter altare & ædem. Ita, dico vobis, requiretur ab hac generatione. ¶ 52 Væ vobis Legisperitis, *qui' tulistis clauẽ scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibãt prohibuistis. ¶ 53 Quum autẽ hæc ad illos diceret, cœperũt Pharisæi & Legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, ¶ 54 Insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.

## CAP. XII.

Matt.11.c.18. Mvltis autem turbis *concurrentibus' ita vt inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos, Attendite à fermento Pharisæorũ quod est hypocrisis. ¶ 2 Nihil* enim' opertum est, quod non reueletur: neq; absc5di tum, quod non sciatur. ¶ 3 Quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. ¶ 4 ‖ Dico autẽ vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidũt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. ¶ 5 Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum qui postquam occiderit, habet potestate mittere in gehennam. ita dico vobis, hunc timete. ¶ 6 ‖ Nõne quinque passeres væneũt dimpõdio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? ¶ 7 Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis vos. ¶ 8 ‖ Dico autẽ vobis, omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. ¶ 9 Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram Angelis Dei. ¶ 10 Et omnis qui dicit verbũ in Filium hominis, remittetur illi: ei autẽ qui in Spiritum sanctũ blasphemauerit, non remittetur. ¶ 11 Quũ autem inducent vos in synagõgas, & ad Magistratus & potestates, nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondeatis, aut quid dicatis. ¶ 12 Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere. ¶ 13 Ait autem ei quidam de turba, Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem. ¶ 14 At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? ¶ 15 Dixitque ad illos, Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundãtia cuiusquã vita eius est, ex his quæ possidet. ¶ 16 Dixit autem similitudinem ad illos, dicens, ‖ Hominis cuiusdam diuitis huberes fructus ager attulit: ¶ 17 Et cogitabat intra se, dicens, Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? ¶ 18 Et dixit, Hoc faciam, Destruã horrea mea, & maiora faciam: & illuc cõgregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, ¶ 19 Et dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. ¶ 20 Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuã repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erũt? ¶ 21 Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deũ diues. ¶ 22 Dixitque ad discipulos suos, Ideo dico vobis, ‖ Nolite solliciti esse animæ vestræ quid manducetis: neque corpori, quid induamini. ¶ 23 Anima plus est quàm esca: & corpus plus quàm vestimentum. ¶ 24 Considerate coruos, quia non seminant neque metunt, quibus non est cellarium neque horreum, & Deus pascit illos. Quantò magis vos pluris estis illis? ¶ 25 Quis autem vestrum cogitando potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? ¶ 26 Si ergo neque quod minimũ est potestis: quid de cæteris solliciti estis? ¶ 27 Considerate lilia quomodo crescunt: nõ

A Matt. marc. *circ bus
Mat. marc. *aure *aure Mat.
Mat.
B Mat mar 2.tit
Mat mat
Mar ma.
Ecc C
pſ. ma 1.p
D

laborant, neque nent. dico autē vobis nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. ¶28 Si autē fœnum quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos pusillæ fidei? ¶29 Et vos nolite quærere quid manducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. ¶30 Hæc autem omnia gentes mūdi quærūt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. ¶31 Verumtamen quærite 'primùm' regnū Dei '& iustitiā eius:' & hæc omnia adijcientur vobis. ¶32 Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. ¶33 Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurū non deficientem, in cælis: quō fur non appropiat, neque tinea corrumpit. ¶34 Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. ¶35 Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. ¶36 Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum quādo reuertatur à nuptiis: vt quum venerit, & pulsauerit, cōfestim aperiant ei. ¶37 Beati serui illi, quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes. amen dico vobis quōd præcinget se, & faciet illos discumbere, & trāsiens ministrabit illis. ¶38 Et si venerit in secūda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. ¶39 Hoc autem scitote quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. ¶40 Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, Filius hominis 'veniet.' ¶41 Ait autem ei Petrus, Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? ¶42 Dixit autem Dominus, Quis, putas, est fidelis dispensator & prudens, quem 'constituit' dominus supra familiam suam, vt det illis in tempore, tritici mensuram? ¶43 Beatus ille seruus, quem, quū venerit dominus, inuenerit ita facientem. ¶44 Verè dico vobis quoniam supra omnia quæ possidet, constituet illum. ¶45 Quōd si dixerit seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari: ¶46 Veniet dominus seruī illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partēmque eius cum infidelibus ponet. ¶47 Ille autem seruus qui cognouit voluntatem domini sui, & non 'se' præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius: vapulabit multis. ¶48 Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Omni autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multa, plus petent ab eo. ¶49 Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi vt accendatur? ¶50 Baptismā autem habeo baptizari. & quomodo coarctor, vsquedum perficiatur? ¶51 Putatis quia pacē veni mittere in terrā? Non, dico vobis: sed separationem. ¶52 Erunt enim ex hoc, quinq; in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres: ¶53 Diuidētur pater in filiū, & filius in patrē suum: mater in filiam, & filia in matrē: socrus in nurum suam, & nurus in socrū suam. ¶54 Dicebat autē 'ad turbas,' Quū videritis nubē Orientē ab Occasu, statim dicitis, Nimbus venit: & ita fit. ¶55 Et quū austrū flantē dicitis, Quia æstus erit: & fit. ¶56 Hypocritæ, facie cæli & terræ nostis probare: hoc autē tempus quomodo nō probatis? ¶57 Quid autem & à vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? ¶58 Quum autē vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operā liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerē. ¶59 Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutū reddas.

Matth. 5. d.

## CAP. XIII.

A Derant autem quidam ipso in tempore, A
nunciātes illi de Galilæis, quorū sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum.
¶2 Et respondens dixit illis, Putatis quōd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? ¶3 Non: dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes simiter peribitis. ¶4 Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ierusalem? ¶5 Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non 'habueritis,' omnes similiter peribitis. ¶6 Dicebat autem & hanc similitudinem, Arborē fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. ¶7 Dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illā: vt quid etiā terram occupat? ¶8 At ille respondens dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vsquedum fodiam circa illam, & mittam stercora, ¶9 Et si quidem fecerit fructum: ūnautem, in futurum succides eam. ¶10 Erat autem docens in synagōga eorum sabbathis. ¶11 Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decē & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. ¶12 Quam quum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi, Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. ¶13 Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deū. ¶14 Respōdens autem archisynagōgus, indignans quia 'sabbathis' curasset Iesus, dicebat turbæ, Sex dies sunt in quibus oportet operari. in his ergo venite, & curamini, & nō in die sabbathi. ¶15 Respondens autem ad illum Dominus dixit, 'Hypocritæ,' vnusquisque vestrū sabbatho non soluit bouē suum, aut asinum à præsepio, & ducit adaquare?
¶16 Hanc autē filiam Abrahæ quam alligauit satanas, ecce, decē & octo annis, nō oportuit solui à vinculo isto die sabbathi? ¶17 Et quū hæc diceret, erubescebant omnes aduersarii eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriosè fiebāt ab eo. ¶18 Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei, & cui simile æstimabo illud? ¶19 Simile est grano sinapis, quod acceptū homo misit in ortum suū, & creuit: & factū est in arborem magnam, & volucres cæli requieuerunt in ramis eius. ¶20 Et iterū dixit, Cui simile æstimabo regnū Dei? ¶21 Simile est fermento: quod acceptū, mulier abscondit in farinæ sata tria: donec fermentatum est totū. ¶22 Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Ierusalē. ¶23 Ait au-

Matt. 11. d.
Matt. 13. c.
Matt. 13. e.

10. 8 14. 24 15. F t C 29. 30. G 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59.

'egeritis,
'sabbatho
'Hypocrite
D

tem illi quidam, Domine, ſi pauci ſunt qui
att.7.b.22. ſaluantur? Ipſe autē dixit ad illos, ¶24 ‖Contendite intrare per angustam portam: quia
multi, dico vobis, quærēt intrare, & nō poterunt. ¶25 Quū autē intrauerit paterfamilias,
& clauſerit oſtium, ‖incipietis foris ſtare, & pulſare oſtiū, dicentes, Domine aperi nobis:
& reſpondens dicet vobis, Neſcio vos vnde ſitis: ¶26 Tunc incipietis dicere, Māducauimus
coram te & bibimus, & in platēis noſtris docatt.7.c.23, tis, ‖diſcedite à me omnes operarii iniquita-
15.d.41. F tis. ¶28 Ibi erit fletus & ſtridor dentium: quū
ſal.6.c.9. videritis Abraham & Iſaac & Iacob, & omnes
Prophetas in regno Dei, vos autē expelli foras. ¶29 Et venīēt ab Oriente & Occidente &
Aquilone & Auſtro: & accūbēt in regno Dei.
att.19.d.30, ¶30 ‖Et ecce, ſunt nouiſſimi qui erāt primi, &
10.b.16. ſunt primi qui erant nouiſſimi. ¶31 In ipſa
arc.10.c.31. die accēſſerunt quidam Phariſæorū, dicentes
erunt illi, Exi, & vade hinc: quia Herōdes vult te occidere. ¶32 Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ec-
ce eiicio dæmonia, & ſanitates perficio hodie
G & cras, & tertia die cō ſummor. ¶33 Verūtamē
oportet me hodie & cras & ſequenti die ambulare: quia nō capit Prophetā perire extra
att.23.d.37. Ieruſalē. ¶34 ‖Ieruſalē Ieruſalē, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittūtur ad te,
quoties volui cōgregare filios tuos quēadmodum auis nidū ſuum ſub pēnis, & noluiſtiē
Matt.23.d.38. ¶35 ‖Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico autem vobis quia nō videbitis me
donec veniat quū dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

intraret A

CAP. XIIII.

ET factum eſt: quum introiſſet Ieſus in domum cuiuſdam principis Phariſæorum
ſabbatho manducare panem, & ipſi obſeruabant eum. ¶2 Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. ¶3 Et reſpondens Ieſus
dixit ad Legiſperitos & Phariſæos, dicens, Si licet ſabbatho curare? ¶4 At illi tacuerunt.
Ipſe, verō apprehēſum ſanauit eum: ac dimiſit. ¶5 Et reſpondens ad illos dixit, Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteum cadet: & nō
continuō extrahet illum die ſabbathi? ¶6 Et
B non poterant ad hæc reſpondere illi. ¶7 Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intēdens quomodo primos accubitus eligerēt, dicens ad illos, ¶8 Quum inuitatus fueris ad nu-
prias, non diſcumbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo: ¶9 Et veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da
huic locū, & tunc incipias cum rubore nouiſſimum locū tenere. ¶10 ‖Sed quū vocatus fue-
Prou. 25.a.7. ris, vade, recumbe in nouiſſimo loco: vt quum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram
Matth.23.a.12. ſimul diſcumbentibus. ¶11 ‖Quia omnis qui ſe
Luc.18.c.14. exaltat, humiliabitur: & qui ſe humiliat, exaltabitur. ¶12 Dicebat autem & ei qui ſe in-
C Tob.4.b.7. uitauerat, ‖Quum facis prandium aut cœnam,
Prou.3.b.9. noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos, ne quæ diuites: ne forte te & ipſi reuocent, & fiat tibi retributio. ¶13 Sed quum facis conuiuium, voca
pauperes, debiles, claudos, & cæcos. ¶14 Et beatus eris, quia nō habent retribuere tibi. retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorū.

¶15 ‖Hæc quum audiſſet quidam de ſimul diſ- Matth
cumbentibus, dixit illi, Beatus qui manducabit panem in regno Dei. ¶16 At ipſe dixit apoc.
ei, Homo quidā fecit cœnam magnam: & vocauit multos. ¶17 Et miſit ſeruum ſuum hora
cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata ſunt omnia. ¶18 Et cœperunt ſimul o-
mnes excuſare. Primus dixit ei, Villam emi: & neceſſe habeo exire & videre illā: rogo te habe me excuſatum. ¶19 Et alter dixit, Iuga bouū
emi quinque: & eo probare illa: rogo te habe me excuſatū. ¶20 Et alius dixit, Vxorem duxi: & ideo non poſſum venire. ¶21 Et reuerſus
ſeruus, nūtiauit hæc domino ſuo. Tūc iratus paterfamilias dixit ſeruo ſuo, Exi citō in platēas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc. ¶22 Et ait
ſeruus, Domine, factū eſt vt imperaſti: & adhuc locus eſt. ¶23 Et ait dominus ſeruo, Exi in
vias & ſepes: & compelle intrare, vt impleatur domus mea. ¶24 Dico autem vobis quōd
nemo virorū illorum qui vocati ſunt, guſtabit cœnam meā. ¶25 Ibant autē turbæ multæ
cum eo: & conuerſus dixit ad illos, ¶26 Si quis venit ad me, & non odit patrē ſuum & matrem, & vxorē & filios, & fratres & ſorores,
adhuc autē & animā ſuam: non poteſt meus eſſe diſcipulus. ¶27 Et qui non baiulat crucē Matt
ſuā, & venit poſt me: non poteſt meus eſſe 16.
ſuam, & venit poſt me: non poteſt meus eſſe marc
diſcipulus. ¶28 Quis enim ex vobis volēs turrim ædificare, nonne prius ſedens cōputat nor
ſumptus qui neceſſarii ſunt, ſi habeat ad perficiendum: ¶29 Ne poſtquam poſuerit fun- poſ
damentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, ¶30 Dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare, & non
potuit conſummare? ¶31 Aut quis rex iturus committere bellū aduerſus alium regem, nō
ſedens prius cogitat ſi poſſit cum decē milli bus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad ſe? ¶32 Alioquin adhuc illo lōge agēte, legationē mittēs rogat ea quæ pacis ſunt.
¶33 Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ poſſidet, non poteſt meus
eſſe diſcipulus. ¶34 ‖Bonum eſt ſal. Si autem Mat
ſal quoq; euanuerit: in quo cōdietur? ¶35 Neque in terrā, neque in ſterquilinīū vtile eſt, mar
ſed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

CAP. XV.

HAut autem appropinquātes ei publicani & peccatores vt audirent illum. ¶2 Et A
murmurabant Phariſæi & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cū illis. ¶3 Et ait ad illos parabolā iſtam, dicens,
¶4 ‖Quis ex vobis homo qui habet centū oues: & ſi perdiderit vnā ex illis, nōne dimittit Mat
nonagintanouem in deſerto, & vadit ad illā quæ perierat, donec inueniat eam? ¶5 Et quū
inuenerit eam, imponit in humeros ſuos gaudens: ¶6 Et veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Congratulamini B
mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. ¶7 Dico vobis quōd itagaudium erit in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente, quā ſuper nonagintanouem iuſtis qui non indigent pœnitentia. ¶8 Aut quæ
mulier habens drachmas decē: ſi perdiderit drachmā vnam, nonne accēdit lucernam, &

euertit' domum,& quærit diligenter, donec inueniat eam:' ¶9 Et quum inuenerit, conuocat amicas & vicinas,dicens, Congratulamini mihi , quia inueni drachmam quã perdideram. ¶10 Ita,dico vobis,gaudium erit coram Angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. ¶11 Ait autem,Homo quidã habuit duos filios: ¶12 Et dixit adolescentior ex illis patri, Pater,da mihi portionẽ substãtiæ quæ me contingit.Et diuisit illis substantiam. ¶13 Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregrè profectus est in regionem longinquam:& ibi dif sipauit substantiam suam viuẽdo luxuriosè. ¶14 Et postquam omnia consummasset,facta est fames valida in regione illa , & ipse cœpit egere. ¶15 Et abiit,& adhæsit vni ciuiũ regionis illius: & misit illum in villam suam vt pasceret porcos. ¶16 Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabant:& nemo illi dabat. ¶17 In se autem reuersus dixit,Quanti mercenarii in domo patris mei abũdant panibus: ego autem hic fame pereo/¶18 surgam,& ibo ad patrẽ meum, & dicam ei, Pater, peccaui in cælũ & coram te: ¶19 Iam nõ sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnũ de mercenariis tuis. ¶20 Et surgẽs vẽit ad patrẽ suum. Quum autẽ adhuc longè esset, vidit illũ pater ipsius,& misericordia motus est, & accurrens cẽcidit super collũ eius,& osculatus est eum. ¶21 Dixitque ei filius, Pater, peccaui in cælũ & coram te:iam nõ sum dignus vocari filius tuus: ¶22 Dixit autẽ pater ad seruos suos, Cito proferte stolam primam, & induite illum,& date annulũ in manum eius,& calceamentum in pedes eius: ¶23 Et adducite vitulũ saginatum,& occidite,& mãducemus & epulemur: ¶24 Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat,& inuentus est. Et cœperunt epulari. ¶25 Erat autem filius eius senior in agro.& quum veniret,& appropinquaret domui,audiuit symphoniam & chorum: ¶26 Et vocauit vnum de seruis,& interrogauit quid hæc essent. ¶27 Iq; dixit illi, Frater tuus venit:& occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluũ illum recepit. ¶28 Indignatus est autem:& nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. ¶29 At ille respõdens dixit patri suo, Ecce,tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterlui, & nunquam dedisti mihi hœdum vt cũ amicis meis epularer: ¶30 Sed postquã filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cũ meretricibus,venit,occidisti illi vitulum saginatum. ¶31 At ipse dixit illi, Fili,tu semper mecum es, & omnia mea, tua sunt. ¶32 Epulari autem & gaudere oportebat:quia frater tuus hic, mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est.

CAP. XVI.

Dicebat autem & ad discipulos suos, Homo quidam erat diues qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. ¶2 Et vocauit illum,& ait illi,Quid hoc audio de te?redde rationem villicationis tuæ:iam enim non poteris villicare? ¶3 Ait autẽ villicus intra se,Quid faciã, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubesco, ¶4 Scio quid faciam: vt quum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. ¶5 Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui,dicebat primo, Quantum debes domino meo? ¶6 At ille dixit, Centum cados olei. Dixitque illi, Accipe cautionem tuam: & sede, citò scribe quinquaginta. ¶7 Deinde alii dixit, Tu verò quantũ debes? Qui ait,Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta. ¶8 Et laudauit dominus villicum iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filii huius seculi, prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. ¶9 Et ego vobis dico , Facite vobis amicos de mammõna iniquitatis:vt quum defeceritis,recipiant vos in æterna tabernacula. ¶10 Qui fidelis est in minimo,& in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est,& in maiori iniquus est. ¶11 Si ergo in iniquo mammõna fideles non fuistis: quod verum est quis credet vobis? ¶12 Et si in alieno fideles non fuistis : quod vestrum est quis dabit vobis? ¶13 Nemo seruꝰ potest duobus dominis seruire. aut enim vnum odiet, & alterum diliget:aut vni adhærebit, & alterum contemnet. non potestis Deo seruire & mammõnæ. ¶14 Audiebant autẽ omnia hæc Pharisæi qui erant auari :& deridebãt illum. ¶15 Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra. quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deum. ¶16 Lex & Prophetæ, vsq; ad Iohannẽ.ex eo regnũ Dei euãgelizatur,& omnis in illud vim facit. ¶17 Facilius est autẽ cælum & terram præterire:quàm de Lege vnum apicẽ cadere. ¶18 Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur:& qui dimissam à viro ducit,mœchatur. ¶19 Homo quidam erat diues qui induebatur purpura & byſſo : & epulabatur quotidie splendide. ¶20 Erat autẽ quidam mendicus nomine Lazarus,qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus , ¶21 Cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. sed & canes veniebant,& lingebãt vlcera eius. ¶22 Factum est autem vt moreretur mendicus,& portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues:& sepultus est in inferno. ¶23 Eleuans autem oculos suos quũ esset in tormentis,videt Abraham à longe,& Lazarum in sinu eius: ¶24 Et ipse clamans dixit, Pater Abraham, miserere mei,& mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meã,quia crucior in hac flamma. ¶25 Et dixit illi Abrahã,Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua,& Lazarus similiter mala:nũc autẽ hic consolatur,tu verò cruciaris. ¶26 Et in his omnibus , inter nos & vos chaos magnum firmatum est : vt hi qui volunt hinc transire ad vos,non possint, neque inde huc transmeare. ¶27 Et ait, Rogo ergo te pater vt mittas eum in domũ patris mei. ¶28 Habeo enim quinq; fratres, vt testetur illis,ne & ipsi veniant in hunc locũ tormentorũ. ¶29 Et ait illi Abrahã, Habent Moysen & Prophetas:audiant illos. ¶30 At ille dixit, Nõ, pater Abraham: sed siquis ex mortuis ierit ad eos,pœni

Matt.6.c.24

Matt.11.b.28

Matth.5.c.18

Matth.5.e.32 & 19.b.9. & 1.cor.7.b.11

Matt.11.b.28

sentiam agẽt. ¶ 32 Ait autem illi, Si Moysen & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. CAP. XVII.

A ET ait ad discipulos suos, Impossibile est vt non veniant scandala: væ autẽ illi per quem veniunt. ¶ 2 Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiicia tur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis. ¶ 3 Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. ¶ 4 Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: dimitte illi. ¶ 5 Et dixerunt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem. ¶ 6 Dixit autem Dominus, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, Eradicare & trãsplãtare in mare: & obediet vobis. ¶ 7 Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, & recumbe: ¶ 8 Et non dicit ei, Para quod cœnẽ, & præcinge te & ministra mihi donec manducẽ & bibam, & post hæc tu mãducabis & bibes? ¶ 9 Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. ¶ 10 Sic & vos quum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. ¶ 11 Et factum est, dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. ¶ 12 Et quum ingrederetur quoddã castellum, occurrerũt ei decem viri leprosi, qui steterunt alonge: ¶ 13 Et leuauerunt vocẽ dicẽtes, Iesu præceptor, miserere nostri. ¶ 14 Quos vt vidit, dixit, Ite, ostendite vos sacerdotibus. D Et factũ est: dum irent, mũdati sunt. ¶ 15 Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est: reuersus est, cum magna voce magnificãs Deũ, ¶ 16 Et cecidit in faciẽ ante pedes eius, & gratias agens: & hic erat Samaritanus. ¶ 17 Respõdens autem Iesus, dixit, Nõne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? ¶ 18 Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. ¶ 19 Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te saluũ fecit. ¶ 20 Interrogatus autem à Phariseis quando veniet regnum Dei, respõdit eis & dixit, Non veniet regnum Dei cum obseruatione: ¶ 21 Neque dicẽt, Ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnũ Dei intra vos est. ¶ 22 Et ait ad discipulos suos, Venient dies quando desideretis videre vnum diẽ Filii hominis: & non videbitis. ¶ 23 Et dicent vobis, Ecce hic, & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. ¶ 24 Nam sicut fulgur coruscans de sub cælo, in ea quæ sub cælo sunt fulget: ita erit Filius hominis in die sua. ¶ 25 Primũm autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. ¶ 26 Et sicut factũ est in diebus Noe, ita erit & in diebus Filii hominis. ¶ 27 Edebant & bibebant, vxores ducebãt, & dabantur ad nuptias, vsque in diẽ qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. ¶ 28 Similiter sicut factum est in diebus Lot: edebant & bibebãt, emebãt & vendebant, plantabant & ædificabant: ¶ 29 Qua die autem exiit Lot a Sodomis, pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit. ¶ 30 Secundum hæc erit qua die Filius hominis reuelabitur. ¶ 31 In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descẽdat tollere illa: & qui in agro, similiter nõ redeat retrò. ¶ 32 Memores estote vxoris Lot. ¶ 33 Quicũque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicunque perdiderit illã, viuificabit eam. ¶ 34 Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno: vnus assumetur, & alter relinquetur. ¶ 35 Duæ erunt molẽtes in vnum: vna assumetur, & altera relinquetur. ¶ duo in agro: vnus assumetur, & alter relinquetur. ¶ 36 Respõdentes dicunt illi, Vbi Domine? ¶ 37 Qui dixit illis, Vbicunque fuerit corpus, illuc cõgregabuntur & aquilæ. CAP. XVIII.

A DIcebat autem & parabolã ad illos quoniam oportet semper orare & non deficere, ¶ 2 Dicens, Iudex quidã erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. ¶ 3 Vidua autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduersario meo. ¶ 4 Et nolebat per multum tẽpus. Posthæc autẽ dixit intra se, Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor: ¶ 5 Tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam: ne in nouissimo veniẽs fugillet me. ¶ 6 Ait autem Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit. ¶ 7 Deus autem B non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiam habebit in illis? ¶ 8 Dico vobis quia citò faciet vindictam illorum. Veruntamen Filius hominis veniẽs, putas inueniet fidẽ in terra? ¶ 9 Dixit autem & ad quosdã qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, dicens, ¶ 10 Duo homines ascendebant in templum vt orarẽt: vnus Phariseus, & alter publican. ¶ 11 Phariseus stãs, hæc apud se orabat, Deo gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum: raptores, iniusti, adulteri: velut etiã hic Publicanus. ¶ 12 Ie C iuno bis in sabbatho: decimas do omniũ quæ possideo. ¶ 13 Et Publicanus alonge stans nolebat nec oculos ad cælum leuare: sed percutiebat pectus suũ, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. ¶ 14 Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur. & qui se humiliat, exaltabitur. ¶ 15 Afferebant autem ad illum & infantes, vt eos tãgeret. Quod quum viderent discipuli, increpabãt illos. ¶ 16 Iesus autem conuocans illos dixit, Sinite pueros venire ad me: & nolite vetare eos, talium est enim regnum Dei. ¶ 17 Amen dico vobis: quicunque nõ acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. ¶ 18 Et interrogauit eum quidam princeps, dicens, Magister bone, quid faciens vitam æternã possidebo? ¶ 19 Dixit autem ei Iesus, Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus Deus. ¶ 20 Mandata nosti, Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum & matrem? ¶ 21 Qui ait, Hæc õnia custodiui à iuuẽtute mea. ¶ 22 Quo audito Iesus ait ei, Adhuc vnum tibi deest: omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. ¶ 23 His ille auditis contristatus est: quia diues erat valde. ¶ 24 Videns autem

Luc.12.a.7.
Mat.10.c.30.

Mat.18.c.21.

Luc.17.c.10.
Haberetis
Ceretis
Bediret

Exult.14.a.11.

Respõdit eis, & dixit,
Venit

Mat.24.b.23.
Marc.13.c.21.

Gene.7.b.17.
Matt.24.d.38.
1.Pet.3.d.20.

Genc.19.c.14.

Gene.32.
Matt.16.d.
Marc.8.
9.c.2.
Iohan.
Matt.2
Ibef.

Matt.

Iesus illum tristem factū, dixit, Quàm difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt? ¶ 25 Facilius est enim camēlum per foramē acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. ¶ 26 Et dixerunt qui audiebant, Et quis potest saluus fieri? ¶ 27 Ait illis, Quæ impossibilia sūt apud homines, possibilia sūt apud Deū. ¶ 28 Ait autē Petrus, Ecce, nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. ¶ 29 Qui dixit eis, Amē dico vobis, nemo est qui reliquit domū aut parētes, aut fratres, aut vxorē, aut filios propter regnū Dei, ¶ 30 Et non recipiat multo plura in hoc tēpore, & in seculo futuro vitā æternā. ¶ 31 Assūpsit autē Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymā, & cōsummabūtur omnia quæ scripta sūt per Prophetas de Filio hominis. ¶ 32 Tradetur enim Gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & cōspuetur: ¶ 33 Et postquā flagellauerint, occidēt eū, & tertia die resurget. ¶ 34 Et ipsi nihil horū intellexerūt: & erat verbum istud abscondituʒ ab eis, & nō intelligebāt quæ dicebātur. ¶ 35 Factū est autē: quū appropin quaret Iericho, cæc⁹ quidā sedebat secus viā, mendicās. ¶ 36 Et quū audiret turbā præteruntem, interrogabat quid hoc esset. ¶ 37 Dixerunt autē ei quòd Iesus Nazarænus trāsiret. ¶ 38 Et clamauit, dicēs, Iesu fili Dauid misere te mei. ¶ 39 Et qui præibant, increpabāt eū vt taceret: ipse verò multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei. ¶ 40 Stās autē Iesus iussit illum adduci ad se. Et quū appropinquasset interrogauit illum, ¶ 41 Dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine vt videam. ¶ 42 Et Iesus dixit illi, Respice: fides tua te saluum fecit. ¶ 43 Et confestim vidit: & sequebatur illū magnificās Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

## CAP. XIX.

ET ingressus perambulabat Iericho. ¶ 2 Et ecce vir nomine Zachæus, & hic princeps erat publicanorū, & ipse diues, ¶ 3 Et quærebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. ¶ 4 Et præcurrēs ascēdit in arborē sycomorū vt vi deret eū: quia inde erat trāsiturus. ¶ 5 Et quū venisset ad locū, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum, Zachæe, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. ¶ 6 Et festinans descendit: & excepit illū gaudens. ¶ 7 Et quum viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominē peccatorem diuertisset. ¶ 8 Stans autem Zachæus dixit ad Iesum, Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & si quid aliquem de fraudaui, reddo quadruplum. ¶ 9 Ait Iesus ad eum, Quia hodie salus domui huic facta est: eo quòd & ipse filius sit Abrahæ. ¶ 10 Venit enim Filius hominis quærere & saluum face re quod perierat. ¶ 11 Hæc illis audientibus adiciens dixit parabolam, eo quòd esset propè Ierusalem, & quia existimarent quòd confestim regnum Dei manifestaretur. ¶ 12 Dixit ergo, Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. ¶ 13 Vocatis autem decem seruis suis dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio. ¶ 14 Ciues autem eius oderant eum: & miserunt legationē post illum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos. ¶ 15 Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit, vocari seruos, quibus dedit pecuniā: vt sciret quantum quisque negotiatus esset. ¶ 16 Venit autē primus, dicens, Domine, mna tua decē mnas acquisiuit. ¶ 17 Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. ¶ 18 Et alter venit, dicens, Domine, mna tua fecit quinque mnas. ¶ 19 Et huic ait. Et tu esto super quinque ciuitates. ¶ 20 Et alter venit, dicens, Domine, ecce mna tua quam habui repositam in sudario. ¶ 21 Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod nō posuisti, & metis quod nō seminasti. ¶ 22 Dicit ei, De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas quòd ego homo austerus sum, tollēs quod non posui, & metens quod non seminaui: ¶ 23 Et quare non dedisti pecuniam meā ad mensam, & ego veniens cū vsurīs vtique exegissem illud? ¶ 24 Et astantibus dixit, Auferte ab illo mnā, & date illi qui decem mnas habet. ¶ 25 Et dixerunt ei, Domine, habet decē mnas. ¶ 26 Dico autem vobis quia omni habenti dabitur: & abundabit: ab eo autē qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. ¶ 27 Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me. ¶ 28 Et his dictis præcedebat ascēdens Ierosolymā. ¶ 29 Et factum est: quum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, ad Montem qui vocatur oliueti, misit duos discipulos suos. ¶ 30 Dicens, Ite in castellum quod contrà vos est: in quod introeūtes inuenietis pullum asinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum sedit: soluite illum, & adducite. ¶ 31 Et si quis vos interrogauerit, Quare soluitis? sic dicetis el, Quia Dominus operam eius desiderat. ¶ 32 Abierūt autem qui missi erant: & inuenerunt sicut dixit illis, stantem pullum. ¶ 33 Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, Quid soluitis pullū? ¶ 34 At illi dixerunt, Quia Dominus eum necessarij habet. ¶ 35 Et duxerunt illū ad Iesum. Et iactātes vestimenta sua supra pullū, imposuerūt Iesum. ¶ 36 Eunte autem illo substernebant vestimēta sua in via. ¶ 37 Et quūm appropinquaret iam ad descensum Montis oliueti, cœperunt omnes turbæ descendentium gaudētes laudare Deum voce magna, super omnibus quas viderant virtutibus, ¶ 38 Dicentes, Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cælo: & gloria in excelsis. ¶ 39 Et quidam Phariseorum de turbis dixerunt ad illū, Magister, increpa discipulos tuos. ¶ 40 Quibus ipse ait, Dico vobis quia si hi tacuerint, lapides clamabūt. ¶ 41 Et vt appropinquauit, vidēs ciuitatē fleuit super illam, dicens, ¶ 42 Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacē tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. ¶ 43 Quia venient dies in te, & circumdabūt te inimici tui vallo, & circundabūt te, & coangustabunt te vndique. ¶ 44 Et ad terrā prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. & nō relinquent in te lapidē super lapidē: eo quòd nō cognoueris tempus visitationis tuæ. ¶ 45 Et ingressus in templum cœpit eiicere vendentes & ementes, ¶ 46 Dicens illis,

d.27 d.28

b.27. c.32

D

1.29. 5.4.6

E

Matt.27.b.11 & 21.c.29. marc.4.c.25 5.d.c.18.

F

Matth.21.a.2 marc.11.a.2

Iohā.12.b.14

G

*discēsiū, vel discipulorū

Matth.24.a marc.13.a.c 1.11.a.6.

*illam

*in illo

Scriptum est, ¶Quia domus mea, domus orationis est, ¶Vos autem fecistis illam, speluncam latronum. ¶47 Et erat docens quotidie in templo. ¶Principes autem sacerdotum & Scribæ & principes plebis quærebant illum perdere: ¶48 Et non inueniebant quid facerent ipsi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

## CAP. XX.

ET factum est in vna dierum docente illo populum in templo & euangelizãte, conuenerunt principes sacerdotum & Scribæ cũ senioribus, ¶2 Et aiunt, dicentes ad illum, Die nobis in qua potestate hæc facis? aut, quis est qui dedit tibi hanc potestatẽ? ¶3 Respondẽs autem Iesus dixit ad illos, Interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi, ¶4 Baptismus Iohannis de cælo erat, an ex hominibus? ¶5 At illi cogitabant intra se, dicentes, Quia si dixerimus, De cælo: dicet, Quare ergo non credidistis illi? ¶6 Si autẽ dixerimus, Ex hominib': plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim Iohannem Prophetã esse. ¶7 Et respondentes se nescire vnde esset. ¶8 Et Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio. ¶9 Cœpit autẽ dicere ad plebem parabolam hanc, ¶Homo quidã plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipse peregrè fuit multis temporibus. ¶10 Et in tempore ill' misit ad cultores seruũ, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. ¶11 Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoque cædentes & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. ¶12 Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes eiecerunt. ¶13 Dixit autem Dominus vineæ, Quid faciam? mittã Filium meum dilectũ: forsitan quum hunc viderint, verebuntur.

¶14 Quem quum vidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes, Hic est hæres, occidamus illum, vt nostra fiat hæreditas. ¶15 Et eiectum illum extra vineam, occiderũt. Quid ergo faciet illis Dominus vineæ? ¶16 Veniet, & perdet colonos istos, & dabit vineã aliis. Quo audito dixerũt illi, Absit. ¶17 Ille autẽ aspiciens eos, ait, Quid est ergo hoc quod scriptum est, ¶Lapidem quẽ reprobauerunt ædificãtes, hic factus est in caput anguli? ¶18 Omnis qui ceciderit super illũ lapidem, conquassabitur: super quem autem ceciderit, cõminuet illum. ¶19 Et quærebant principes sacerdotũ & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populum, cognouerunt enim quòd ad ipsos dixerit similitudinem hanc. ¶20 Et obseruantes, miserunt insidiatores qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, & traderent illum principatui & potestati præsidis. ¶21 Et interrogauerunt eum dicentes, ¶Magister, scimus quia rectè dicis & doces: & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces: ¶22 Licet nobis tributum dare Cæsari an non? ¶23 Considerans autẽ dolũ illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis? ¶24 Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondẽtes dixerũt, Cæsaris. ¶25 Et ait illis, ¶Reddite ergo quæ sũt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. ¶26 Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius, tacuerunt. ¶27 ¶Accesserunt autem quidam Sadducæorum qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, ¶28 Dicentes, Magister, ¶Moyses scripsit nobis, Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo. ¶29 Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filiis. ¶30 Et sequẽs accepit illam: & ipse mortuus est sine filio. ¶31 Et tertius accepit illã: similiter & omnes septem: & nõ reliquerũt semẽ, & mortui sũt. ¶32 Nouissimè omnium mortua est & mulier. ¶33 In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? quidem septẽ habuerunt eam vxorem. ¶34 Et ait illis Iesus, Filii huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias: ¶35 Illi verò qui digni habebuntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent' vxores: ¶36 Neque vltrà mori poterunt. æquales enim Angelis sunt: & filii sunt Dei, quum sint filii resurrectionis. ¶37 Quia verò resurgant mortui, & Moyses ostẽdit secus rubum, sicut dicit Dominum Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. ¶38 Deus autem non est mortuorum, sed viuorum. omnes enim viuũt ei. ¶39 Respondentes autem quidam Scribarum dixerunt ei, Magister, bene dixisti. ¶40 Et amplius non audebant eum quicquam interrogare. ¶41 Dixit autem ad illos, ¶Quomodo dicunt Christum, filium esse Danid: ¶42 Et ipse Dauid dicit in libro Psalmorum: ¶Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, ¶43 Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ? ¶44 Dauid ergo dominum illum vocat: & quomodo filius eius est? ¶45 Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis, ¶46 ¶Attendite à Scribis qui volunt ambulare in stolis, & amãt salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiuiis. ¶47 Qui deuorãt domos viduarum: simulantes longã orationem. Hi accipient damnationem maiorem.

## CAP. XXI.

RESpiciens autem vidit eos qui mittebant munera sua in gazophylacium diuites. ¶2 Vidit autẽ & quandam viduam paupercu lã mittentẽ æra minuta duo. ¶3 Et dixit, Verè dico vobis quia vidua hæc pauper, plꝰ quàm omnes misit. ¶4 Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei: hæc autẽ ex eo quod deest illi, omne victũ suũ quem habuit misit. ¶5 Et quibusdam dicentibus de templo quòd bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit, ¶6 Hæc quæ videtis, ¶venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. ¶7 Interrogauerunt autem illum, dicentes, ¶Præceptor, quando hæc erunt: & quod signum quum fieri incipient? ¶8 ¶Qui dixit, Videte ne seducamini. multi enim venient in nomine meo, dicẽtes quia ego sum: & tempus appropinquauit: nolite ire post eos. ¶9 Quum autem audieritis ¶præliã & seditiones, nolite terreri: oportet primùm hæc fieri, sed nõdũm statim finis. ¶10 Tũc dicebat illis, ¶Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum: ¶11 Et terræmotus

Matt. 1
marc.
Deut.
nubũ
ducu
Exod
G
Mat.
marc
Psal
Matt
marc
A
Mar
Mat
mar
B
ſ.19.
Eph
1.th
erg
C

magni erunt per loca, & pestilentiæ & fames, terroresque de cælo, & signa magna erunt. ¶12 Sed ante hæc omnia iniicient vobis manus suas: & persequentur tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsides propter nomen meum. ¶13 Continget autem vobis in testimonium. ¶14 Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodū respondeatis. ¶15 Ego enim dabo vobis os & sapientiam: cui non poterunt resistere & cōtradicere omnes aduersarii vestri. ¶16 Trademini autem à parentibus & fratribus & cognatis & amicis: & morte afficient ex vobis: ¶17 Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: ¶18 Et capillus de capite vestro nō peribit. ¶19 In patiētia vestra possidebitis animas vestras. ¶20 Quum autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem: tunc scitote quia appropinquauit desolatio eius. ¶21 Tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam: ¶22 Quia dies vltionis hi sūt, vt impleātur omnia quæ scripta sunt. ¶23 Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. ¶24 Et cadēt in ore gladii: & captiui ducētur in omnes gētes, & Ierusalē calcabitur à Gentibus: donec impleantur tempora nationum. ¶25 Et erunt signa in sole & luna & stellis: & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, ¶26 Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cælorum mouebuntur: ¶27 Et tunc videbunt Filiū hominis venientē in nube cum potestate magna & maiestate. ¶28 His autē fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio vestra. ¶29 Et dixit illis similitudinem, Videte ficulneam & omnes arbores: ¶30 Quum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est æstas. ¶31 Ita & vos quum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnum Dei. ¶32 Amen dico vobis, quia nō præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. ¶33 Cælum & terra transibunt: verba autē mea non trānsibunt. ¶34 Attendite autem vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ: & superueniat in vos repentina dies illa. ¶35 Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terræ. ¶36 Vigilate itaque, omni tempore orantes, vt digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sūt, & stare ante Filiū hominis. ¶37 Erat autem diebus docens in templo: noctibus verò exiens, morabatur in Monte qui vocatur Oliueti. ¶38 Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

## CAP. XXII.

A Propinquabat autem dies festus Azimorum, qui dicitur Pascha: ¶1 Et quærebant principes sacerdotum & Scribæ quomodo eum interficerent: timebant verò plebem. ¶3 Intrauit autem Satanas in Iudam qui cognominabatur Iscariotes, vnū de duodecim: ¶4 Et abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quēadmodum illum traderet eis. ¶5 Et gauisi sunt: & pacti sunt pecuniam illi dare. ¶6 Et spopondit. Et quærebat opportunitatem vt traderet illum sine turbis. ¶7 Venit autē dies Azimorum, in qua necesse erat occidi pascha. ¶8 Et misit Petrū & Iohannem, dicens, Euntes parate nobis pascha, vt manducemus. ¶9 At illi dixerunt, vbi vis paremus? ¶10 Et dixit ad eos, Ecce introeūtibus vobis in Ciuitatē, occurret vobis homo quidā amphorā aquæ portans: sequimini eum in domū in quā intrat, ¶11 Et dicetis patrifamiliās domus, dicit tibi Magister, vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis manducem? ¶12 Et ipse ostendet vobis cœnaculum magnum stratum: & ibi parate. ¶13 Euntes autem inuenerunt sicut dixit illis: & parauerūt pascha. ¶14 Et quum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cū eo, ¶15 Et ait illis, Desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscū, antequam patiar. ¶16 Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei. ¶17 Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite, & diuidite inter vos. ¶18 Dico enim vobis quòd nō bibā de generatione vitis, donec regnū Dei veniat. ¶19 Et accepto pane gratias egit, & fregit: & dedit eis, dicens, Hoc est corpus meū quod pro vobis datur. hoc facite in mei cōmemorationem. ¶20 Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicēs, Hic est calix nouum testamentū in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. ¶21 Verūtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mēsa. ¶22 Et quidem Filius hominis secundum quod definitum est, vadit: verumtamē væ homini illi per quem tradetur. ¶23 Et ipsi cœperunt quærere inter se quis esset ex eis qui hoc facturus esset. ¶24 Facta est autē & contentio inter eos, quis eorū videretur esse maior. ¶25 Dixit autē eis, Reges Gentiū dominantur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. ¶26 Vos autem non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. ¶27 Nā quis maior est, qui recūbit, an qui ministrat? nonne qui recūbit? ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat. ¶28 Vos autē estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. ¶29 Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum: ¶30 Vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. ¶31 Ait autem Dominus Simōni, Simon, ecce satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: ¶32 Ego autem rogaui pro te vt nō deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. ¶33 Qui dixit ei, Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. ¶34 Et ille dixit, Dico tibi Petre, non, cant abit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. ¶35 Et dixit eis, Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis: numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. ¶36 Dixit ergo eis, Sed nūc qui habet sacculum tollat, similiter & peram: & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladiū. ¶37 Dico enim vobis quoniam adhuc hoc quod scriptū est, oportet impleri in me, Et

Matt.26.b
marc.14.b

Matt. 26.b
marc.14.b

Matt.26.c
marc.14.c
1.cor.11.e.24

Matt.26.d
marc.14.d
johan.13.b
Psal.40.c.10

traditur.

Matt.20.d
marc.10.f

iunior.

Simō, Sim
1.Pet.5.e.8

Esa.53.d.12.

eum iniquis deputatus est. ¶ Etenim ea quæ fúr
de me, finem habent. ¶ 38 At illi dixerunt, Do
e mine, ecce duo gladii hic. At ille dixit eis, Sa-
Matt.26.d.56. tis est. ¶ 39 ‖ Et egressus ibat secundum consue
marc.14.d.32. tudinem in Montem-oliuarum. Secuti sunt
Iohan.18.a.1. autem illum & discipuli. ¶ 40 ‖ Et quum per-
Matt.26.d.41. uenissent ad locum, dixit illis, Orate ne intretis
marc.14.d.38. in tentationem. ¶ 41 Et ipse auulsus est ab eis
quantùm iactus est lapidis: & positis genibus
orabat. ¶ 42 Dicés, Pater, si vis, transfer calicé
istum à me. Verùtamen non mea volùtas, sed
tua fiat. ¶ 43 Apparuit autem illi Angelus de
cælo confortans eũ. ¶ 44 Et factus in agonia,
prolixiùs orabat. Et factus est sudor eius sicut
guttæ sanguinis decurrétis in terram. ¶ 45 Et
quũ surrexisset ab oratione, & venisset ad di-
scipulos suos, inuẽnit eos dormientes præ tri
stitia. ¶ 46 Et ait illis, Quid dormitis? surgite, o-
Mat.26.e.47. rate ne intretis in tentatiõné. ¶ 47 ‖ Adhuc eo
marc.14.e.43 loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas,
Iohan.18.a.3. vnus de duodecim, antecedebat eos, & appro
pinquauit Iesu vt oscularetur eum. ¶ 48 Iesus
autem dixit illi, Iuda, osculo Filium hominis
tradis? ¶ 49 Videntes autẽ hi qui circa ipsum
erant quod futurũ erat, dixerunt ei, Domine,
si percutim' in gladio? ¶ 50 Et percussit vnus
ex illis seruum principis sacerdotum: & am-
putauit auriculam eius dexterã. ¶ 51 Respon-
dens autẽ Iesus, ait, Sinite, vsque huc. Et quũ
tetigisset auriculam eius, sanauit eum. ¶ 52 Di-
xit autem Iesus ad eos qui venerant ad se,
principes sacerdotum & magistratus templi
& seniores, Quasi ad latronem existis cũ gla-
diis & fustibus? ¶ 53 Quum quotidie vobiscum
fuerim in templo, non extendistis manus in
me. sed hæc est hora vestra, & potestas tene-
Matt.26.f.57. brarum. ¶ 54 ‖ Comprehendentes autem eum,
marc.14.f.53. duxerunt ad domum principis sacerdotum:
Iohan.18.c.24 Petrus verò sequebatur álonge. ¶ 55 ‖ Accen-
Matt.26.g.69. so autem igne in medio atrii, & circunsedẽ-
marc.14.g.66 tibus illis, erat Petrus in medio eorũ. ¶ 56 Quẽ
Iohan.18.c.25. quum vidisset ancilla quædam sedentem ad
lumen, & eum fuisset intuita, dixit, Et hic
cum illo erat. ¶ 57 At ille negauit eum, dicés,
Mulier, non noui illum. ¶ 58 Et post pusillum
alius videns eũ, dixit, Et tu de illis es. Petrus
verò ait, O homo, non sum. ¶ 59 Et interuallo
facto, quasi horæ vnius, alius quidam affirma
bat, dicens, Verè & hic cum illo erat. nam &
Galilæus est. ¶ 60 Et ait Petrus, Homo, nescio
quid dicis. Et continuò, adhuc illo loquente,
cantauit gallus. ¶ 61 Et conuersus Dominus
respexit Petrum: & recordatus est Petrus ver
bi Domini, sicut dixerat, ‖ Quia prius quàm
Matt.26.c.34. gallus cantet, ter me negabis. ¶ 62 Et egressus
Iohã.13.d.38. foras Petrus fleuit amarè. ¶ 63 Et viri qui te-
nebant Iesum, illudebant ei, cædentes. ¶ 64 Et
velauerunt eum, & percutiebant faciem eius,
& "interrogauerunt' eum, dicentes, Prophe-
tiza, quis est qui te percussit? ¶ 65 Et alia mul-
ta blasphemantes dicebant in eum. ¶ 66 ‖ Et
vt factus est dies, conuenerunt seniores ple-
bis, & principes sacerdotum & Scribæ, & du-
xerunt illum in concilium suum, ¶ 67 Dicen-
tes, Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis, Si
vobis dixero, non credetis mihi: ¶ 68 Si autem
& interrogauero, non respondebitis mihi, ne-
que dimittetis. ¶ 69 Ex hoc autem erit Filius
hominis sedens à dextris virtutis Dei. ¶ 70 Di-
xerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei?
Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. ¶ 71 At illi
dixerunt, Quid adhuc desideramus testimo-
nium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

CAP. XXIII.

ET surgens omnis multitudo eorum, du- A
xerunt illum ad Pilatum. ¶ 2 Cœperunt
autem illum accusare, dicentes, Hunc inuẽ-
nimus subuertentem gẽtem nostram, & ‖ pro- Ma
hibentem tributa dare Cæsari, & dicentem ma
se Christum regem esse. ¶ 3 ‖ Pilatus autem in- Ma
terrogauit eum, dicens, Tu es Rex Iudæo- ioh
rum? At ille respondens ait, Tu dicis. ¶ 4 Ait
autem Pilatus ad principes sacerdotũ & tur-
bas, Nihil inuenio causæ in hoc homine.
¶ 5 At illi inualescebant, dicentes, "Commo- 'Co
uit' populum, docens per vniuersam Iudæ-
am, incipiens à Galilæa vsque huc. ¶ 6 Pila-
tus autem audiens Galilæam, interrogauit si B
homo Galilæus, esset. ¶ 7 Et vt cognouit quòd
de Herõdis potestate esset, remisit eum ad He
rõdem, qui & ipse Ierosolymis erat illis die-
bus. ¶ 8 Herõdes autem viso Iesu, gauisus est
valde. erat enim cupiens ex multo tempore
videre eum, eo quòd audiret multa de eo: &
sperabat signum aliquod videre ab eo fieri.
¶ 9 Interrogabat autem eum multis sermo-
nibus. At ipse nihil illi respondebat. ¶ 10 Sta-
bant autem principes sacerdotum & Scribæ
constanter accusantes eum. ¶ 11 Spreuit au-
tem illum Herõdes cum exercitu suo: & illu-
sit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.
¶ 12 Et facti sunt amici Herõdes & Pilatus in
ipsa die nam antea inimici erant adinuicem.
¶ 13 Pilatus autem conuocatis principibus sa-
cerdotum & magistratibus & plebe, ¶ 14 ‖ Di- Mat
xit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem, mar
quasi auertentem populum: & ecce, ego co- ioh
ram vobis interrogans, nullam causam & 19
inuenio' in homine isto ex his in quibus eum C
accusatis. ¶ 15 Sed neque Herõdes. nam remi- 'inu
si vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte
actum est ei. ¶ 16 Emendatum ergo illum di-
mittam. ¶ 17 Necesse autem habebat dimit-
tere eis per diem festum, vnum. ¶ 18 Excla-
mauit autem simul vniuersa turba, dicens,
Tolle hũc, & dimitte nobis Barabbã: ¶ 19 Qui
erat propter seditionem quandam factam in
Ciuitate & homicidium, missus in carcerem.
¶ 20 Iterum autem Pilatus locutus est ad eos,
volens dimittere Iesum. ¶ 21 At illi succla-
mabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum.
¶ 22 Ille autem tertiò dixit ad illos, Quid e-
nim mali fecit iste? nullã causam mortis in-
uenio in eo. corripiam ergo illum, & dimit-
tam. ¶ 23 At illi instabant vocibus magnis po D
stulantes vt crucifigeretur: & inualescebant
voces eorum. ¶ 24 Et Pilatus adiudicauit fieri
petitionem eorũ. ¶ 25 Dimisit autem illis eum
qui propter homicidium & seditionem mis-
sus fuerat in carcerem, quem petebant: Ie-
sum verò tradidit voluntati eorum. ¶ 26 ‖ Et Matt
quum ducerent eum, apprehenderunt Simõ- mar
nem quendam Cyrenensem venientem de vil-
la: & imposuerunt illi crucem portare post

CAP. XXIIII.

Iesum. ¶ 17 Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. ¶ 28 Conuersus autem ad illas Iesus. dixit, Filiæ Ierusalem, nolite flere super me: sed super vosipsas flete, & super filios vestros. ¶ 29 Quoniam, ecce, venient dies in quibus dicent, Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & hubera quæ non lactauerunt. ¶ 30 Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos. ¶ 31 Quia si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet? ¶ 32 Ducebantur autem & alii duo nequam, cum eo, vt interficerentur.

¶ 33 Et postquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum: & latrones, vnum à dextris, *alterum à sinistris. ¶ 34 Iesus autem dicebat, Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes. ¶ 35 Et stabat populus *expectans, & deridebant eum principes cum eis dicentes, Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus, Dei electus. ¶ 36 Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, ¶ 37 *Dicentes, Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac. ¶ 38 Erat autem & superscriptio scripta super eum literis Græcis & Latinis & Hebraicis, Hic est Rex Iudæorum. ¶ 39 Vnus autem de his qui pendebât latronibus, blasphemabat eum, dicens, Si tu es Christus, saluum fac *tetipsum & nos. ¶ 40 *Respondens autem alter, increpabat eum, dicens, Neque tu times Deum, *qui in eadē damnatione es? ¶ 41 Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. ¶ 42 Et dicebat ad Iesum, Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. ¶ 43 Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. ¶ 44 Erat autem ferè hora sexta: & tenebræ factæ sunt in vniuersam Terram vsque in horam nonam. ¶ 45 Et obscuratus est sol: & velum templi scissum est medium. ¶ 46 Et clamans voce magna Iesus, ait, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens, expirauit. ¶ 47 Videns autem centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens, Vere, hic homo iustus erat. ¶ 48 Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. ¶ 49 Stabant autem omnes noti eius longe: & mulieres quæ secutæ eum erant à Galilæa hæc videntes. ¶ 50 Et ecce, vir nomine Ioseph qui erat decurio, vir bonus & iustus, ¶ 51 Hic non cõsenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei: ¶ 52 Hic accessit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu: ¶ 53 Et depositum inuoluit sindone, & posuit eũ in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. ¶ 54 Et dies erat Parasceues, & Sabbathum illucescebat.

¶ 55 Subsecutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentũ, & quemadmodum positum erat corpus eius. ¶ 56 Et reuertẽtes parauerunt aromata & vnguenta: & Sabbatho quidem siluerunt secundum mandatum.

VNa autem Sabbathi valde diluculo venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata, ¶ 2 Et inuenerunt lapidem reuolutũ à monumento. ¶ 3 Et ingressæ, non inuenerunt corpus Domini Iesu. ¶ 4 Et factum est: dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri sterẽtũ secus illas in veste fulgenti. ¶ 5 Quũ timerent autẽ, & declinarẽt vultum in terrã, dixerunt ad illas, Quid quæritis viuentem cum mortuis? ¶ 6 Non est hic, sed surrexit. recordamini qualiter locutus est vobis, quum adhuc in Galilæa esset, ¶ 7 Dicens, Quia oportet Filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi: & die tertia resurgere. ¶ 8 Et recordatæ sunt verborum eius. ¶ 9 Et regressæ à monumento, nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. ¶ 10 Erat autem Maria Magdalène, & Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. ¶ 11 Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis. ¶ 12 Petrus autem surgẽs cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit, secum mirans quod factũ fuerat. ¶ 13 Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Ierusalẽ, nomine Emmaũs: ¶ 14 Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant. ¶ 15 Et factum est: dum fabularentur & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis. ¶ 16 Oculi autem illorum tenebãtur ne eum agnoscerẽt. ¶ 17 Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem, ambulantes, & estis tristes? ¶ 18 Et respondẽs vnus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Ierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa, his diebꝰ? ¶ 19 Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerũt, De Iesu Nazarẽo, qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo. ¶ 20 Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerũt eũ. ¶ 21 Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nũc super hæc omnia, tertia dies est hodie quòd hæc facta sunt. ¶ 22 Sed & mulieres quædam ex nostris, terruerũt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, ¶ 23 Et non inuento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam vitionem Angelorum vidisse qui dicunt eum viuere. ¶ 24 Et abierunt quidam ex nostris ad monumẽtum: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerũt: ipsum verò nõ inuenerunt. ¶ 25 Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti fũt Prophetæ! ¶ 26 Nõne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriã suã? ¶ 27 Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibꝰ Scripturis, quæ de ipso erant. ¶ 28 Et appropinquauerunt castello quò ibant: & ipse se finxit longius ire. ¶ 29 Et coegerũt illum, dicentes, Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. ¶ 30 Et factum est: dum recũberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. ¶ 31 Et

aperti sunt oculi eorũ, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorũ. ¶ 32 Et dixérũt ad inuicem, Nõne cor nostrum ardens erat in nobis, dũ loqueretur in via, & aperiret nobis Scripturas? ¶ 33 Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, ¶ 34 Dicentes, Quòd surrexit Dominus vere, & apparuit Simõni. ¶ 35 Et ipsi narrabãt quæ gesta erãt in via: & quomodo cognouerũt eũ in fractione panis. ¶ 36 Dũ autẽ hæc loquũtur, stetit Iesus in medio eorũ, & dicit eis, Pax vobis: ego sum, nolite timere. ¶ 37 Conturbati verò & conterriti, existimabant se spiritum videre. ¶ 38 Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascẽdunt in corda vestra? ¶ 39 Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. palpate & videte: quia spiritus carnẽ & ossa non habet, sicut me videtis habere. ¶ 40 Et quum hæc dixisset, ostendit eis manus & pedes. ¶ 41 Adhuc autẽ illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur? ¶ 42 At illi obtulerunt ei partẽ piscis assi, & fauũ mellis. ¶ 43 Et quum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. ¶ 44 Et dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos quum adhuc essem vobiscum, quoniã necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis, de me. ¶ 45 Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent Scripturas, ¶ 46 Et dixit eis, Quoniam sic scriptũ est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, ¶ 47 Et prædicare in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. ¶ 48 Vos autem testes estis horum. ¶ 49 Et ego mittã promissum Patris mei in vos: vos autem sedete in Ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto. ¶ 50 Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis. ¶ 51 Et factum est: dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. ¶ 52 Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalẽ cum gaudio magno: ¶ 53 Et erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum. Amen.

Marc. 16. c. 14. Iohã. 20. c. 19.

hoc

Psal. 21. b. 7.

prædicari

Iohã. 15. d. 20. act. 1. a. 4.

ecce

Marc. 16. d. 19. act. 1. b. 9.

# Sanctũ Iesu Christi Euangelium secundũ Iohannem.

CAP. I.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. ¶ 2 Hoc erat in principio apud Deum. ¶ 3 Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est. ¶ 4 In ipso vita erat, & Vita erat lux hominum: ¶ 5 Et Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. ¶ 6 Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Iohannes. ¶ 7 Hic vẽit in testimoniũ, vt testimonio perhiberet de Lumine, vt omnes crederent per illum. ¶ 8 Non erat ille Lux: sed vt testimonium perhiberet de Lumine. ¶ 9 Erat Lux vera quæ illuminat omnem hominẽ venientem in hunc mundum. ¶ 10 In mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. ¶ 11 In propria vẽnit: & sui eum non receperunt. ¶ 12 Quot quot autẽ receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credũt in nomine eius. ¶ 13 Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. ¶ 14 Et Verbum caro factum est: & habitauit in nobis: (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis. ¶ 15 Iohannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens, Hic erat quẽ dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. ¶ 16 Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiã pro gratia: ¶ 17 Quia lex per Moysẽ data est, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. ¶ 18 Deum nemo vidit vnquã: vnigenitus Filius qui est in sinu Patris ipse enarrauit. ¶ 19 Et hoc est testimoniũ Iohannis, quãdo miserũt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eũ, vt interrogarent eũ, Tu quis es? ¶ 20 Et confessus est, & non negauit: & confessus est, Quia non sum ego Christus. ¶ 21 Et interrogauerũt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Non sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. ¶ 22 Dixerunt ergo ei, Quis es, vt responsũ demus his qui miserũt nos: quid dicis de teipso? ¶ 23 Ait, Ego vox clamantis in deserto, Dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias propheta. ¶ 24 Et qui missi fuerãt, erãt ex Pharisæis. ¶ 25 Et interrogauerũt eũ, & dixerũt ei, Quid ergo baptizas, si tu nõ es Christus, neque Elias, neq; Propheta? ¶ 26 Respondit eis Iohannes, dicẽs, Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. ¶ 27 Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego nõ sum dignus vt soluam eius corrigiam calceamenti. ¶ 28 Hæc in Beth-ania facta sũt trans Iordanem, vbi erat Iohannes baptizãs. ¶ 29 Altera die vidit Iohannes Iesum venientẽ ad se, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. ¶ 30 Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est: quia prior me erat. ¶ 31 Et ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. ¶ 32 Et testimonium perhibuit Iohannes, dicens, Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. ¶ 33 Et ego nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. ¶ 34 Et ego vidi: & testimonium perhibui quia hic, est Filius Dei. ¶ 35 Altera die iterum stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo. ¶ 36 Et respiciens Iesum ambulantẽ dicit, Ecce agnus Dei. ¶ 37 Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. ¶ 38 Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi, (quod dicitur interpretatum, magister) vbi habitas?

Matth. 3. a. 11. Marc. 1. a. 28. Luc. 3. a. 3.

Mat. 3. Marc. 1. Luc. 3. Col. 1. 1. Tim. 1. 2. Tim. 1. Act. 2. Esa. 40. Mat. 3. Marc. 1. Luc. 3. Ioh. 3. Ioh. 1. 1. Ioh. 4. Ioh. 5. Ioh. 1. 1. Ioh. 4. Ioh. 5. Ioh. 1. Esa. 40. Mat. 3. Marc. 1. Luc. 3. Ioh. 3

vidérunt vbi manéret, & apud eum mánserunt die illo: hora autem erat quasi decima. ¶ 40 Erat autē Andreas frater Simónis Petri vnus ex duobus qui audierat à Iohanne, & secuti fuerant eum, ¶ 41 Inuenit hic primum fratrem suum Simónem, & dicit ei, Inuenimus Messíam, quod est interpretatum, Christus. ¶ 42 Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autē eum Iesus, dixit, Tu es Simon filius Iohánna: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. ¶ 43 In crastinum voluit exire in Galilæam & inuenit Philippum. Et dicit ei Iesus, Sequere me. ¶ 44 Erat autē Philippus à Bethsáida, ciuitate Andreæ & Petri. ¶ 45 Inuenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quem scripsit Moyses in Lege, & Prophetæ: inuenimus Iesum filium Ioseph, à Nazareth. ¶ 46 Et dixit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni, & vide. ¶ 47 Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo, Ecce verè Israelita in quo dolus non est. ¶ 48 Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Prius quàm te Philippus vocaret, quum esses sub ficu, vidi te. ¶ 49 Respōdit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Israel. ¶ 50 Respōdit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. ¶ 51 Et dicit ei, Amen amen dico vobis, *videbitis cælū apertū, & Angelos Dei ascendentes & descendentes supra Filium hominis.

CAP. II.

ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. ¶ 2 Vocat' est autē & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. ¶ 3 Et deficiente vino dicit mater Iesu ad eū, Vinum non habent. ¶ 4 Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi mulier? nondum venit hora mea. ¶ 5 Dicit mater eius ministris, Quodcunque dixerit vobis, facite. ¶ 6 Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex, positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metrētas binas vel ternas. ¶ 7 Dicit eis Iesus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. ¶ 8 Et dicit eis Iesus, Haurite nunc, & ferte architriclino. Et tulerunt. ¶ 9 Vt autē gustauit architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autē sciebant qui hauserant aquā: vocat sponsum architriclinus, ¶ 10 Et dicit ei, Omnis homo primum bonum vinum ponit: & quum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. ¶ 11 Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. ¶ 12 Post hæc' descendit Caphar-naum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi mānserunt non multis diebus. ¶ 13 Et propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam: ¶ 14 Et inuēnit in templo vendentes oues & boues & columbas, & numularios sedentes. ¶ 15 Et quum feciſſet quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorū effudit æs, & mensas subuertit. ¶ 16 Et his qui columbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis. ¶ 17 Recordati sūt verò discipuli eius quia scriptum est, Zelus domus tuæ comēdit me. ¶ 18 Respónderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signum ostendis nobis quia hæc facis? ¶ 19 Respondit Iesus, & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. ¶ 20 Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? ¶ 21 Ille autē dicebat de templo corporis sui. ¶ 22 Quum ergo resurrexisset à mortuis, recordati sunt discipuli eius quia hoc dicebat: & crediderūt Scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. ¶ 23 Quū autem esset Ierosolymis in Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. ¶ 24 Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset omnes. ¶ 25 Et quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

CAP. III.

ERat autem homo ex Phariſæis, Nicodēmus nomine, princeps Iudæorum. ¶ 2 Hic vēnit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister. nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, niū fuerit Deus cum eo. ¶ 3 Respondit Iesus, & dixit ei, Amen amē dico tibi, niū quis renatus fuerit denuò, nō potest videre regnū Dei. ¶ 4 Dicit ad eum Nicodēmus, Quomodo potest homo nasci quū sit senex? nunquid potest in vētrem matris suæ iterato introire & renasci? ¶ 5 Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, niū quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. ¶ 6 Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex Spiritu, spiritus est. ¶ 7 Non mireris quia dixi tibi, Oporter vos nasci denuò. ¶ 8 Spiritus vbi vult spirat: & vocē eius audis, sed nescis vnde veniat aut quò vadat: sic est omnis qui natus est ex Spiritu. ¶ 9 Respondit Nicodēmus, & dixit ei, Quomodo possūt hæc fieri? ¶ 10 Respōdit Iesus, & dixit ei, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? ¶ 11 Amē amē dico tibi quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimoniū nostrū non accipitis. ¶ 12 Si terrena dixi vobis, & nō creditis: quomodo si dixero vobis cælestia, credetis? ¶ 13 Et nemo ascendit in cælū niū qui descēdit de cælo Filius hominis, qui est in cælo. ¶ 14 Et sicut Moyses exaltauit serpētē in deserto: ita exaltari oportet Filium hominis: ¶ 15 Vt omnis qui credit in ipso, nō pereat, sed habeat vitā æternā. ¶ 16 Sic enim Deus dilexit mundū, vt Filiū suū vnigenitū daret: vt omnis qui credit in eū, non pereat, sed habeat vitā æternā. ¶ 17 Nō enim misit Deus filiū suū in mūdū vt iudicet mūdū, sed vt saluetur mūdus per ipsū. ¶ 18 Qui credit in eū, nō iudicatur. qui autē non credit, iā iudicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti Filii Dei. ¶ 19 Hoc est autē iudicīū quia Luxvenit in mūdū, & dilexerūt homines magis tenebras quā Lucē: erāt enim eorū mala opera. ¶ 20 Omnis enim qui malē agit, odit Lucem, & nō venit ad Lucē, vt nō arguātur opera eius. ¶ 21 Qui autē facit veritatē, venit ad Lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.

Psal. 68. b. 10.

Matt. 26. f. 61. & 27. c. 40.

marc. 14. g. 58. & 15. c. 29.

natus

iterū vel rursus nascit

&

Num. 21. e. 9. Ioh. 12. c. 32.

1. Ioh. 4. b. 9.

credidit

mala

*demorabatur

¶ 22 Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram: & illic *morabatur cum eis, & ‖baptizabat. ¶ 23 Erat autem & Iohannes baptizans in Ænon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant, & baptizabantur tur. ¶ 24 Nondum enim missus fuerat Iohannes in carcerem. ¶ 25 Facta est autem quæstio ex discipulis Iohannis cum Iudæis de purificatione: ¶ 26 Et venerunt ad Iohannem, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu ‖testimonii perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. ¶ 27 Respondit Iohannes, & dixit, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo. ¶ 28 Ipsi vos mihi testimonium perhibetis ‖quòd dixerim, Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illū. ¶ 29 Qui habet sponsam, Sponsus est: amicus autem Sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem Sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. ¶ 30 Illum oportet crescere, me autē minui. ¶ 31 Qui desursum venit, super omnes est. Qui de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cælo venit, super omnes est. ¶ 32 Et quod vidit & audiuit, hoc testatur: & testimonium eius nemo accipit. ¶ 33 Qui autem accepetit eius testimonium, ‖signauit quia Deus verax est. ¶ 34 Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. non enim ad mēsuram dat Deus Spiritum. ¶ 35 Pater diligit Filium: & omnia dedit in manu eius. ¶ 36 Qui credit in Filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

CAP. IIII.

A VT ergo cognouit Iesus quia audierunt Pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit, & ‖baptizat, quàm Iohannes ¶ 2 (Quanquā Iesus non baptizaret, sed discipuli eius) ¶ 3 Reliquit Iudæam, & abiit iterum in Galilæam. ¶ 4 Oportebat autem eum transire per `mediam Samariam. ¶ 5 Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar: iuxta prædium quod dedit Iacob, Ioseph filio suo. ¶ 6 Erat autem ibi fons Iacob. Iesus `autem `fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem. Hora `autē erat quasi sexta. ¶ 7 Venit `autem` mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. ¶ 8 Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. ¶ 9 Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu, Iudæus quum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? (non enim cōmutuntur Iudæi Samaritanis.) ¶ 10 Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires donum Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquā viuam. ¶ 11 Dicit ei mulier, Domine, neque in quo haurias habes, & puteus altus est: vnde ergo habes aquā viuam? ¶ 12 Nūquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii eius, & pecora eius? ¶ 13 Respondit Iesus, & dixit ei, Omnis qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: ¶ 14 Sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternā. ¶ 15 Dicit ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquam, vt non sitiam, neque veniam huc haurire. ¶ 16 Dicit ei Iesus, Vade, voca virum tuum, & veni huc. ¶ 17 Respondit mulier, & dixit. Non habeo virū. Dicit ei Iesus, Bene dixisti, Quia nō habeo virū. ¶ 18 Quinque enim viros habuisti: & nūc quē habes, nō est tuus vir. hoc verè dixisti. ¶ 19 Dicit ei mulier, Domine, video quia Propheta es tu. ¶ 20 Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia ‖Ierosolymis est locus vbi adorare oportet. ¶ 21 Dicit ei Iesus, Mulier, crede mihi quia `venit `hora quando neque in mōte hoc, neque in Ierosolymis adorabitis Patrem. ¶ 22 ‖Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. ¶ 23 Sed venit hora, & nūc est, quādo veri adoratores adorabūt Patrē in Spiritu & veritate. Nā & Pater tales quærit, qui adorent eum. ¶ 24 ‖Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare. ¶ 25 Dicit ei mulier, Scio quia Messias venit qui dicitur Christus. quū ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia. ¶ 26 Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecum. ¶ 27 Et continuò venerunt discipuli eius: & mirabantur quia cum muliere loquebatur. nemo tamē dixit, Quid quæris, aut quid loqueris cum ea? ¶ 28 Reliquit ergo hydriā suā mulier: & abiit in ciuitatem, & dicit illis hominibus, ¶ 29 Venite, & videte hominem qui dicit mihi omnia quæcunque fecī. nunquid ipse est Christus? ¶ 30 Exierunt ergo de ciuitate, & veniebant ad eum. ¶ 31 Interea rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi, manduca. ¶ 32 Ille autem dixit eis, Ego cibum habeo manducare quē vos nescitis. ¶ 33 Dicebāt ergo discipuli adinuicem, Nunquid aliquis attulit ei mādūcare? ¶ 34 Dicit eis Iesus, Meus cibus est vt faciam voluntatem eius qui misit me, vt perficiā opus eius. ¶ 35 Nōnne vos dicitis quòd adhuc quatuor menses sunt, & messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. ¶ 36 Et qui metit, mercedem accipit, & cōgregat fructum in vitam æternā: vt & qui seminat, simul gaudeat & qui metit. ¶ 37 In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, & alius est qui metit. ¶ 38 Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alii laborauerunt, & vos in labores eorum introistis. ¶ 39 Ex ciuitate autem illa multi crediderūt in eum Samaritanorū, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunque fecī. ¶ 40 Quum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum vt ibi maneret. Et mansit ibi duos dies: ¶ 41 Et multō plures crediderūt `in eum propter sermonem eius. ¶ 42 Et mulieri dicebant, Quia *nō propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus, & scimus quia hic est verè Saluator mundi. ¶ 43 Post duos autē dies exiit inde, & abiit in Galilæā. ¶ 44 Ipse enim Iesus ‖testimonium perhibuit quia Propheta in sua patria honorem nō habet. ¶ 45 Quum ergo venisset in Galilæā, exceperunt eum Galilæi, quum omnia vidissent quæ fecerat Ierosolymis in Die festo. & ipsi enim venerant ad Diem festum. ¶ 46 Venit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit ‖aquam vinum. Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur, Capharnaū. ¶ 47 Hic quū audiss



*demorabatur

3.4.2.4.

2.ad.2.17,2.3.4.

‖Qui accepit

Rom.3.2.4.

Matt.10.d.16.

Mabac.2.2.4.

1.Ioh.5.b.10.

3.3.c.12.

Gene.33.c.19, & 42.c.19.

Ios.14.g.31.

`ergo

set quia Iesus aduenit a Iudæa in Galilæã, abiit ad eum: & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius. incipiebat enim mori. ¶48 Dixit ergo Iesus ad eũ, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. ¶49 Dicit ad eũ regulus, Domine, descende priusquàm moriatur filius meus. ¶50 Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quẽ dixit ei Iesus, & ibat. ¶51 Iam autem eo descendente, serui occurrerunt ei: & nuntiauerunt dicẽtes quia filius eius viueret. ¶52 Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei, Quia heri hora septima reliquit eum febris. ¶53 Cognouit ergo pater quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, Filius tuus viuit. & credidit ipse & domus eius tota. ¶54 Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, quũ venisset à Iudæa in Galilæam.

CAP. V.

A 1.re. POst hæc erat Dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. ¶2 Est autem Ierosolymis Probatica, piscina quæ cognominatur Hebraicè Beth-saida, quinque porticus habens. ¶3 In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum. ¶4 Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate. ¶5 Erat autem quidã homo ibi, triginta & octo annos habens in infirmitate sua. ¶6 Hunc quum vidisset Iesus iacentem, & cognouisset quia iam multum tempus haberet: dicit ei, Vis sanus fieri? ¶7 Respondit ei languidus, Domine, hominem non habeo, vt quũ turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. ¶8 Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabbatum tuũ, & ambula. ¶9 Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabbatũ suũ, & ambulabat. Erat autem Sabbathum in die illo. ¶10 Dicebant ergo Iudæi, illi qui sanatus fuerat, Sabbathum est, non licet tibi tollere grabbatum tuum. ¶11 Respondit eis, Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, Tolle grabbatum tuum, & ambula. ¶12 Interrogauerunt ergo eum, Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabbatum tuum, & ambula? ¶13 Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Iesus enim declinauit à turba constituta in loco. ¶14 Postea inuenit eum Iesus in templo, & dixit illi, Ecce sanus factus es: iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõtingat. ¶15 Abiit ille homo: & nuntiauit Iudæis quia Iesus esset qui fecit eum sanum. ¶16 Propterea persequebantur Iudæi Iesum, quia hæc faciebat in Sabbatho. ¶17 Iesus autem respondit eis, Pater meus vsque modò operatur: & ego operor. ¶18 Propterea ergo magis quærebant eũ Iudæi interficere: quia non solùm soluebat Sabbathum, sed & Patrem suum dicebat Deũ, æqualem se faciens Deo. ¶19 Respondit itaque Iesus, & dixit eis, Amen amẽ dico vobis, non potest Filius à se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem. quæcunque enim ille fecerit, hæc & Filius similiter facit. ¶20 Pater enim diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. ¶21 Sicut enim Pater suscitat mortuos & viuificat: sic & Filius quos vult viuificat. ¶22 Neque enim Pater iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit Filio, ¶23 Vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum. ¶24 Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternã: & in iudicium non venit: sed translatus est à morte in vitam. ¶25 Amen amen dico vobis quia venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem Filii Dei: & qui audierint, viuent. ¶26 Sicut enim Pater habet vitam in semetipso: sic dedit & Filio habere vitam in semetipso: ¶27 Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est. ¶28 Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, ¶29 Et procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicii. ¶30 Non possum ego à meipso facere quicquã. sicut audio, iudico: & iudicium meum iustum est. quia non quæro voluntatem meã, sed voluntatem eius qui misit me. ¶31 Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meũ nõ est verũ. ¶32 Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium eius quod perhibet de me. ¶33 Vos misistis ad Iohannem, & testimonium perhibuit veritati. ¶34 Ego autẽ non ab homine testimonium accipio: sed hæc dico vt vos salui sitis. ¶35 Ille erat lucerna ardẽs & lucens: vos autẽ voluistis ad horã exultare in luce eius. ¶36 Ego autẽ habeo testimoniũ maius Iohãne. Opera enim quæ dedit mihi Pater vt perficiã ea: ipsa opera quæ ego facio, testimoniũ perhibẽt de me quia Pater misit me. ¶37 Et qui misit me Pater, ipse testimoniũ perhibuit de me. neque vocem eius vnquam audistis, neque speciem eius vidistis. ¶38 Et verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis. ¶39 Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: & illæ sunt quæ testimoniũ perhibent de me: ¶40 Et non vultis venire ad me vt vitam habeatis. ¶41 Claritatem ab hominibus non accipio. ¶42 Sed cognoui vos quia dilectionẽ Dei non habetis in vobis. ¶43 Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. ¶44 Quomodo vos potestis credere, qui gloriã ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à solo Deo est, non quæritis? ¶45 Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud Patrẽ. est qui accusat vos, Moyses, in quo vos speratis. ¶46 Si enim credere tis Moysi: crederetis forsitã & mihi. de me enim ille scripsit. ¶47 Si autẽ illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

CAP. VI.

POst hæc abiit Iesus trans Mare Galilææ, quod est Tiberiadis: ¶2 Et sequebatur eũ multitudo magna, quia videbãt signa quæ faciebat super his qui infirmabantur. ¶3 Subiit ergo in montẽ Iesus: & ibi sedebat cũ discipulis suis. ¶4 Erat autẽ proximum Pascha, dies festus Iudæorũ. ¶5 Quũ subleuasset ergo oculos

transijt

*&, vel, etiam

eius,

Mat.15.d.45.

b

Mat.3.d.17.

Deut.4.b.12.

c

Mat.3.d.17. & 17.a.5.

*accipitis

*ſum

Gen.1.c.5. & 12.d.12. & 49.b.10. deut.18.c.15.

A

Leuit.11.a. deut.16.a.1. Mat.14.b.16. marc.6.c.34. luc.9.b.10.

Ies Iesus, & vidisset quia multitudo maxima
venit ad eū, dicit ad Philippū, vnde ememus
panes, vt manducent hi? ¶6 Hoc autem dice-
bat tentans eum. ipse enim sciebat quid esset
facturus. ¶7 Respondit ei Philippus, Ducē-
torum denariorum panes non sufficiunt eis, vt
vnusquisque modicum quid accipiat. ¶8 Di-
cit ei vnus ex discipulis eius, Andreas, frater
Simōnis Petri, ¶9 Est puer vnus hic qui habet
quinque panes hordeaceos, & duos pisces: sed
B hæc quid sunt inter tantos? ¶10 Dicit ergo Ie-
sus, Facite homines discumbere. Erat autē fœ
num multum in loco. Discubuerūt ergo viri,
numero quasi quinque millia. ¶11 Accepit er-
go Iesus panes: & cum gratias egisset, distri-
buit discumbentibus. similiter & ex piscibus
quātum volebat. ¶12 Vt autem impleti sunt,
dixit discipulis suis, Colligite quæ superauer-
unt fragmenta, ne pereant. ¶13 Collegerunt
ergo, & impleuerūt duodecim cophinos fra-
gmentorū ex quinque panibus hordeaceis & &
duobus piscibus, quæ superfuerunt his qui
manducauerant. ¶14 Illi ergo homines quum
vidissent quod fecerat signum, dicebāt, Quia
hic est verè Propheta qui vēturus est in mū-
dum. ¶15 Iesus ergo quum cognouisset quia
venturi essent vt raperent eū, & facerent eum
regē, fugit iterū in mōtem ipse solus. ¶16 Vt
Matt.14.c.23. marc.6.f.47. autem serò factum est, descēderunt discipuli
eius ad mare. ¶17 Et quū ascendissent nauim,
venerunt trans mare in Caphar-naum. & te-
nebræ iam factæ erant: & non venerat ad eos
C Iesus. ¶18 Mare autē vēto magno flante, exur-
gebat. ¶19 Quū remigassent ergo quasi stadia
vigintiquinque aut triginta, vidēt Iesum am-
bulantem supra mare, & proximū naui fieri,
& timuerunt. ¶20 Ille autē dicit eis, Ego sum,
nolite timere. ¶21 Voluerūt ergo accipere eū
in nauim: & statim nauis fuit ad terrā quam
ibant. ¶22 Altera die, turba quæ stabat trans
mare vidit quia nauicula alia non erat ibi nisi
vna, & quia nō introisset cum discipulis suis
Iesus in nauim, sed soli discipuli eius abiissēt:
¶23 Aliæ verò superuenerūt naues à Tiberia-
de iuxta locum vbi manducauerant panem,
*gratias agen te Domino. *gratias agētes Deo.' ¶24 Quum ergo vidisset
turba quia Iesus non esset ibi, neque discipuli
eius, ascenderunt in nauiculas, & venerūt Ca-
phar-naum quærentes Iesum. ¶25 Et quū in-
uenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi,
quando huc venisti? ¶26 Respondit eis Iesus,
& dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me
non quia vidistis signa, sed quia manducastis
ex panibus, & saturati estis. ¶27 Operamini
nō cibum qui perit, sed qui permanet in vitā
æternam, quē Filius hominis dabit vobis. hūc
enim Pater signauit Deus. ¶28 Dixerūt ergo
Matt.3.d.17, & 17.a.5. D ad eum, Quid faciemus vt operemur opera
Deī? ¶29 Respondit Iesus, & dixit eis, Hoc est
1.Ioh.3.d.23. opus Dei, vt credatis in eum quem misit ille.
¶30 Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis si-
gnū, vt videamus, & credamus tibi? quid ope-
raris? ¶31 Patres nostri manducauerūt man-
na in deserto, sicut scriptum est, Panē de cæ-
Exod.16.c.14. num.11.b.7. psal.77.c.24. sapiē.16.c.20. lo dedit eis manducare. ¶32 Dixit ergo eis Ie-
sus, Amen amen dico vobis, nō Moyses dedit
vobis Panē de cælo, sed Pater meus dat vobis
Panē de cælo verū. ¶33 Panis enim verus est
qui de cælo descēdit, & dat vitā mūdo. ¶34 Di-
*Dei xerunt ergo ad eū, Domine, semper da nobis
Panem hunc. ¶35 Dixit autem eis Iesus, Ego
sum Panis vitæ: qui venit ad me, nō esuriet:
& qui credit in me, non sitiet in æternum.'
¶36 Sed dixi vobis quia & vidistis me, & non
*credidistis.' ¶37 Omne quod dat mihi Pater,
ad me veniet: & eū qui venit ad me, nō eiiciā
foras. ¶38 Quia descēdi de cælo, nō vt faciam
voluntatē meā, sed volūtatem eius qui mīsit
me. ¶39 Hæc est enim voluntas eius qui mīsit
me, Patris: vt omne quod dedit mihi nō per-
dā ex eo, sed resuscitē illud in nouissimo die.
¶40 Hæc est enim voluntas Patris mei qui mi- E
sit me: vt omnis qui videt Filium, & credit in
eum, habeat vitam æternā, & ego resuscitabo
eum in nouissimo die. ¶41 Murmurabāt ergo
Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis vi-
uus, q de cælo descendi: ¶42 Et dicebāt, Non Mat
ne hic est filius Ioseph, cuius nos nouim patrem & matrē? Quomodo ergo dicit hic, Quia Ies
de cælo descendi? ¶43 Respondit ergo Iesus, &
dixit eis, Nolite murmurare in iuicē. ¶44 Ne
mo potest venire ad me, nisi Pater qui misit
me, traxerit eum: & ego resuscitabo eū in no-
uissimo die. ¶45 Est scriptum in Prophetis,
*Et erūt omnes docibiles Dei. Omnis qui audi- *Et
uit à Patre, & didicit: venit ad me. ¶46 Non Esa.
quia Patrem vidit quisquam, nisi is qui est à Iere
Deo: hic vidit Patrē. ¶47 Amen amē dico vo- Ma
bis, q credit in me, habet vitā æterna. ¶48 Ego
sum panis vitæ. ¶49 Patres vestri māducaue-
runt manna in deserto: & mortui sūt. ¶50 Hic Exo
est panis de cælo descēdens: vt siquis ex ipso F
māducauerit, nō moriatur. ¶51 Ego sum Panis
viu', qui de cælo descēdi. Si quis māducauerit
ex hoc pane, viuet in æternū: & panis quem
ego dabo, caro mea est pro mūdi vita. ¶52 Li-
tigabant ergo Iudæi adinuicē, dicentes, Quo-
modo potest hic nobis carnem suam dare ad
manducandū? ¶53 Dixit ergo eis Iesus, Amen
amen dico vobis, nisi māducaueritis carnē Fi
lii hominis, & biberitis eius sanguinē, nō ha-
bebitis vitā in vobis. ¶54 Qui manducat meā 1.C.
carnem, & bibit meū sanguinem, habet vitam
æternā: & ego resuscitabo eum in nouissimo
die. ¶55 Caro enim mea, verè est cibus: & san-
guis meus, verè est potus. ¶56 Qui manducat
meā carnē, & bibit meū sanguinē, in me ma-
net, & ego in illo. ¶57 Sicut mīsit me viuēs Pa
ter, & ego viuo ꝓpter Patrē: & qui māducat
me, & ipse viuet propter me. ¶58 Hic est panis
qui de cælo descendit. Non sicut māducaue-
runt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui
manducat hunc panem, viuet in æternum.
¶59 Hæc dixit in synagōga docēs, in Caphar-
naum. ¶60 Multi ergo audientes ex discipulis G
eius, dixerūt, Durus est hic sermo, & quis po-
test eum audire? ¶61 Sciens autem Iesus apud
semetipsum quia murmurarent de hoc disci-
puli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat? ¶62 Si
ergo videritis Filium hominis ascendentem
ꝗbi erat prius? ¶63 Spiritus est qui viuificat: H
caro non prodest quicquā. verba quæ ego lo-
cutus sum vobis, spiritus & vita sunt. ¶64 Sed
sunt quidā ex vobis qui non credunt. Sciebat
enim ab initio Iesus qui essent *credentes, & *
quis traditurus esset eum. ¶65 Et dicebat, Pro-
pterea dixi vobis quia nemo potest venire ad

me, nisi fuerit el datum à Patre meo. ¶66 Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò, & iam nõ cũ illo ambulabãt. ¶67 Dixit ergo Iesus ad duodecim, Nũquid & vos vultis abire? ¶68 Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes. ¶69 Et nos credimus, & cognouimus quia tu es Christus filius Dei. ¶70 Respondit eis Iesus, Nõne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est? ¶71 Dicebat autem de Iuda Simõnis Iscariõte: hic enim erat traditurus eum, qui esset vnus ex duodecim.

CAP. VII.

Post hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam. non enim volebat in Iudæa ambulare: quia quærebãt eum Iudæi interficere. ¶2 Erat autem in proximo Dies festus Iudæorum, Scenopegia. ¶3 Dixerũt autem ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. ¶4 Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta teipsum mundo. ¶5 Neque enim fratres eius credebant in eum. ¶6 Dicit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. ¶7 Non potest mũdus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo quòd opera eius mala sunt. ¶8 Vos ascendite ad Diem festum hunc: ego non ascendam ad Diem festum istum: quia meum tẽpus nondum impletũ est. ¶9 Hæc quum dixisset, ipse mansit in Galilæa. ¶10 Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad Diem festum, non manifestè, sed quasi in occulto. ¶11 Iudæi ergo quærebant eum in Die festo, & dicebant, vbi est ille? ¶12 Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, Quia bonus est. Alii autem dicebant, Non, sed seducit turbas. ¶13 Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metũ Iudæorum. ¶14 Iam autẽ Die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. ¶15 Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas scit, quum non didicerit? ¶16 Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. ¶17 Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina, vtrum ex Deo sit, an ego à meipso loquar. ¶18 Qui à semetipso loquitur, gloriam propriã quærit: qui autem quærit gloriã eius qui misit eũ, hic verax est, & iniustitia in illo nõ est. ¶19 Nõne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legẽ? Quid me quæritis interficere? ¶20 Respõdit turba, & dixit, Dæmonium habes: quis te quærit interficere? ¶21 Respõdit Iesus, & dixit eis, Vnum opus feci: & omnes miramini. ¶22 Propterea Moyses dedit vobis circuncisionẽ: (nõ quia ex Moyse est, sed ex patribus,) & in sabbatho circuncidítis hominẽ. ¶23 Si circuncisionẽ accipit homo in sabbatho, vt nõ soluatur lex Moysi: mihi indignamini quia totum hominẽ sanum feci in sabbatho? ¶24 Nolite iudicare secundũ faciem: sed iustum iudicii iudicate. ¶25 Dicebãt ergo quidam ex Ierosolymis, Nõnne hic est quem quærunt interficere? ¶26 Ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicũt. Nunquid verè cognouerunt principes quia hic est Christus? ¶27 Sed hunc scimus vnde sit: Christus autẽ quum venerit, nemo scit vnde sit. ¶28 Clamabat ergo Iesus in templo docẽs, & dicẽs, Et me scitis, & vnde sim scitis. & à meipso nõ veni, sed est verus q misit me, quẽ vos nescitis. ¶29 Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. ¶30 Quærebant ergo eũ apprehendere: & nemo misit in illũ manus, quia nõdum venerat hora eius. ¶31 De turba autẽ multi crediderunt in eũ, & dicebant, Christus quũ venerit, nũquid plura signa faciet quàm quæ hic fecit? ¶32 Audierũt Pharisæi turbam murmurantem de illo hæc: & miserũt principes & Pharisæi ministros vt apprehenderẽt Iesum. ¶33 Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum qui me misit. ¶34 Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos nõ potestis venire. ¶35 Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est, quia non inueniemus eũ? nunquid in dispersionẽ Gentium iturus est, & docturus Gentes? ¶36 Quis est hic sermo quẽ dixit, Quæretis me, & nõ inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire? ¶37 In nouissimo autẽ die magno Festiuitatis stabat Iesus: & clamabat, dicens, Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. ¶38 Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. ¶39 Hoc autem dixit de Spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum. nondum enim erat Spiritus datus: quia Iesus nondum erat glorificatus.) ¶40 Ex illa ergo turba quũ audissent hos sermones eius, dicebãt, Hic est verè Propheta. ¶41 Alii dicebant, Hic est Christus. Quidam autẽ dicebãt, Nũquid à Galilæa venit Christus? ¶42 Nonne scriptura dicit quia ex semine Dauid, & de Beth-lehem castello vbi erat Dauid, venit Christus? ¶43 Dissensio itaq; facta est in turba propter eũ. ¶44 Quidã autem ex ipsis volebãt apprehendere eũ: sed nemo misit super eũ manũ. ¶45 Venerũt ergo ministri ad pontifices & Pharisæos. Et dixerũt eis illi, Quare nõ adduxistis illũ? ¶46 Respõderũt ministri, Nũquã sic locutus est homo, sicut hic loquitur. ¶47 Respõderunt ergo eis Pharisæi, Nũquid & vos seducti estis? ¶48 Nũquid ex principibus aliquis credidit in eũ, aut ex Pharisæis? ¶49 Sed turba hæc quæ non nouit legẽ, maledicti sunt. ¶50 Dixit Nicodẽm ad eos, (ille qui vẽnit ad eũ nocte, qui vnus erat ex ipsis, ¶51 Nũquid lex nostra iudicat hominẽ, nisi prius audierit ab ipso, & cognouerit quid faciat? ¶52 Respõderũt, & dixerũt ei, Nũquid & tu Galilæus es? Scrutare Scripturas, & vide quia à Galilæa Propheta nõ surgit. ¶53 Et reuersi sunt vnusquisq; in domũ suã.

CAP. VIII.

Iesus autem perrexit in Montem-oliueti: ¶1 Et diluculo iterum vẽnit in templum, & omnis populus vẽnit ad eum, & sedens docebat eos. ¶2 Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, ¶4 Et dixerunt ei, Magister, hæc mulier modo deprehẽsa est in adulterio. ¶5 In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid

*:47.
*imõ
toté:
A
*:49.
B
scẽ
non
C
D
*:3.
*:10
E
*:6.
*:8.
F
*:12.
*:20.
*:30.
*:37.
*:44.
G
*:52.
*:53.
*:1.
A
*:2.
*:3.
*:4.
*:5.
*:6.
*:7.
*:8.
*:9.
*:10.
*:11.
*:12.
*:13.
*:14.
*:15.
*:16.
*:17.
*:18.
*:19.
*:20.
*:21.
*:22.
*:23.
*:24.
*:25.
*:26.
*:27.
*:28.
*:29.
*:30.
*:31.
*:32.
*:33.
*:34.
*:35.
*:36.
*:37.
*:38.
*:39.
*:40.
*:41.
*:42.
*:43.
*:44.
*:45.
*:46.
*:47.
*:48.
*:49.
*:50.
*:51.

dicis? ¶6 Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum. Iesus autem inclinãs se deorsum, digito scribebat in terram.
¶7 Quum ergo perseuerarent interrogãtes: erexit se, & dixit eis, Qui sine peccato est ve strum, primus in illam lapidem mittat. ¶8 Et iterũ se inclinans scribebat in terrã. ¶9 Audientes autẽ hæc, vnus post vnum exibant, incipientes a senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. ¶10 Erigens autem se Iesus, dixit ei, Mulier, vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? ¶11 Quæ dixit, Nemo Domine. Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. ¶12 Iterum ergo locutus est eis Iesus, dicens, Ego sum lux mundi. qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. ¶13 Dixerunt ergo ei Pharisæi, Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. ¶14 Respondit Iesus, & dixit eis, Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quò vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado.
¶15 Vos secundum carnem iudicatis: ego non iudico quenquam. ¶16 Et si iudico ego, iudicium meum verum est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me, Pater. ¶17 Et in Lege vestra scriptum est, quia duorum hominũ testimonium verum est. ¶18 Ego sum qui testimonium perhibeo de meipso: & testimonium perhibet de me qui misit me, Pater.
¶19 Dicebant ergo ei, Vbi est pater tuus? Respondit Iesus, Neque me scitis, neque Patrẽ meum. si me sciretis, forsitan & Patrẽ meum sciretis. ¶20 Hæc verba locutus est Iesus in Gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. ¶21 Dixit ergo iterum eis Iesus, Ego vado: & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire. ¶22 Dicebant ergo Iudæi, Nunquid interficiet semetipsum, quia dicit, Quò ego vado, vos nõ potestis venire? ¶23 Et dicebat eis, Vos de deorsum estis, ego de supernis sum: vos de mũdo hoc estis, ego non sum de hoc mũdo. ¶24 Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim nõ crediderit is quia ego sum, moriemini in peccato vestro. ¶25 Dicebãt ergo ei, Tu quis es? Dixit eis Iesus, Principium quia & loquor vobis. ¶26 Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. ¶27 Et non cognouerũt quia Patrem eius dicebat Deum. ¶28 Dixit ergo eis Iesus, Quum exaltaueritis Filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor. ¶29 Et qui me misit, mecum est: & non reliquit me solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. ¶30 Hæc illo loquẽte multi crediderunt in eum. ¶31 Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderunt ei, Iudæos, Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: ¶32 Et cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. ¶33 Responderunt ei, Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. quomodo tu dicis, liberi eritis?

¶34 Respondit eis Iesus, Amen amen dico vobis quia omnis qui facit peccatũ, seruus est peccati. ¶35 Seruus autẽ non manet in domo in æternũ: Filius autem manet in æternum. ¶36 Si ergo vos Filius liberauerit: verè liberi eritis. ¶37 Scio quia filii Abrahæ estis: sed quæritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. ¶38 Ego quod vidi apud Patrem, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrũ, facitis. ¶39 Respondẽrũt, & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Dicit eis Iesus, Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. ¶40 Nunc autem quæritis me interficere hominẽ, qui veritatem vobis locutus sum, quã audiui à Deo. hoc Abraham non fecit. ¶41 Vos facitis opera patris vestri. Dixerũt itaque ei, Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnũ patrẽ habemus Deũ. ¶42 Dixit ergo eis Iesus, Si Deus pater vester esset: diligeretis vtiq; me. ego enim ex Deo processi, & veni: neque enim a meipso veni, sed ille me misit. ¶43 Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonẽ meum. ¶44 Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. quum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. ¶45 Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi. ¶46 Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare non creditis mihi? ¶47 Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non estis. ¶48 Respondentes dixerunt Iudæi, & dixerunt ei, Nõne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? ¶49 Respondit Iesus, Ego dæmonium nõ habeo: sed honorifico Patrem meũ, & vos inhonorastis me. ¶50 Ego autem non quæro gloriam meam: est qui quærat, & iudicet. ¶51 Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum. ¶52 Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmonium habes. Abraham mortuus est & Prophetæ: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. ¶53 Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt. Quem teipsum facis? ¶54 Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est: est Pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus noster est: ¶55 Et non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio eum, & sermonem eius seruo. ¶56 Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauisus est. ¶57 Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nõ dum habes, & Abraham vidisti? ¶58 Dixit eis Iesus, Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. ¶59 Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

CAP. IX.

ET præterlens Iesus vidit hominem cæcũ à natiuitate: ¶2 Et interrogauerunt eũ discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? ¶3 Respõdit Ie-

Deut.17.b.7.
terra.
eum:
terra.
1.1.2.9.
1.9.2.5.
ambulabit
9.5.e.32.
Deut.17.a.6. & 19.c.15.
matt. 18.c.16. 2.cor.13.a.1.
Hebr. 10.e.28.
1.7.b.8.
de
quia, vel quod
eis

Rom 2.pet
1.Ioh
qui
ar
vc
1.1
A

fas, Neque hic peccauit, neque parẽtes eius: sed vt manifestẽtur opera Dei in illo. ¶4 Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est: venit nox, quando nemo potest operari. ¶5 Quandiu fum in mundo, Lux sũ mundi. ¶6 Hoc cum dixisset, expuit in terram, & fecit lutum ex sputo, & linivit lutum super oculos eius, ¶7 Et dixit ei. Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur Missus. Abiit ergo, & lauit: & venit videns. ¶8 Itaque vicini & qui viderant eum prius quia mendicus erat, dicebant, Nonne hic est qui sedebat & mendicabat? Alii dicebant, Quia hic est. ¶9 Alii autem, Nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat, Quia ego sum. ¶10 Dicebãt ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi? ¶11 Respondit, Ille homo qui dicitur Iesus, lutũ fecit: & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoriã Siloe: & laua. Et abii, & laui, & video. ¶12 Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait, Nescio. ¶13 Adducunt eum ad Pharisæos qui cæcus fuerat. ¶14 Erat autem sabbathum quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos eius. ¶15 Iterum ergo interrogabant eũ Pharisæi quomodo vidisset. Ille autem dixit eis, Lutum mihi posuit super oculos, & laui: & video. ¶16 Dicebant ergo ex Pharisæis quidam, Non est hic homo à Deo, qui sabbathũ non custodit. Alii autem dicebant, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? & schisma erat inter eos. ¶17 Dicunt ergo cæco iterum, Tu, quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, Quia Propheta est. ¶18 Non crediderunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat: ¶19 Et interrogauerunt eos, dicentes, Hic est filius vester quem vos dicitis quia cæcus natus est? Quomodo ergo nunc videt? ¶20 Responderunt eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: ¶21 Quomodo autem nunc videat, nescimus: aut quis eius aperuit oculos, nos nescimus: ipsum interrogate: ætatem habet, ipse de se loquatur. ¶22 Hæc dixerunt parentes eius, quoniã timebant Iudæos. Iam enim cõspiraverant Iudæi, vtiquis eũ cõfiteretur esse Christum, extra synagõgam fieret. ¶23 Propterea parẽtes eius dixerunt, Quia ætatem habet, ipsum interrogate. ¶24 Vocauerũt ergo rursum hominẽ qui fuerat cæcus, & dixerũt ei, Da gloriã Deo. nos scimus quia hic homo, peccator est. ¶25 Dixit ergo eis ille, Si peccator est, nescio: vnum scio, quia cæcus quũ essem, modò video. ¶26 Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? quomodo aperuit tibi oculos? ¶27 Respondit eis, Dixi vobis iã, & audistis: quid iterũ vultis audire? nũquid & vos vultis discipuli eius fieri? ¶28 Maledixerũt ergo ei: & dixerunt, Tu discipulus illius sis: nos autẽ Moysi discipuli sumus. ¶29 Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autẽ nescimus vnde sit. ¶30 Respondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile est quia vos nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. ¶31 Scimus autẽ quia peccatores Deus non audit: sed si quis Deũ cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. ¶32 A seculo non est auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. ¶33 Nisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquã. ¶34 Respondérunt, & dixerunt ei, In peccatis natus es totus, & tu doces nos? Et eiecerũt eũ foras. ¶35 Audiuit Iesus quia eiecerunt eũ foras: & quũ inuenisset eum, dixit ei, Tu credis in Filiũ Dei? ¶36 Respondit ille, & dixit, Quis est Domine, vt credã in eum? ¶37 Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum: & qui loquitur tecũ, ipse est. ¶38 At ille ait, Credo Domine. Et procidens adorauit eum. ¶39 Et dixit ei Iesus, In iudicium ego in hunc mundũ veni: vt qui non vident, videãt: & qui vident, cæci fiãt. ¶40 Et audierunt quidã ex Pharisæis qui cum ipso erant: & dixerunt ei, Nunquid & nos cæci sumus? ¶41 Dixit eis Iesus, Si cæci essetis, nõ haberetis peccatum. nunc verò dicitis, Quia videmus. Peccatum vester manet.

CAP. X.

¶1 Amen amen dico vobis, qui nõ intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. ¶2 Qui autem intrat per ostiũ, pastor est ouium. ¶3 Huic ostiarius aperit: & oues vocem eius audiunt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. ¶4 Et quum proprias oues emiserit, ante eas vadit: & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. ¶5 Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non nouerunt vocem alienorum. ¶6 Hoc prouerbium dixit eis Iesus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. ¶7 Dixit ergo eis iterum Iesus, Amen amen dico vobis quia ego sum ostium ouũ. ¶8 Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones: sed non audierunt eos oues. ¶9 Ego sum ostium. Per me ũquis introierit, saluabitur: & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. ¶10 Fur non venit nisi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni vt vitam habeãt, & abundantius habeant. ¶11 Ego sum Pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. ¶12 Mercenarius autẽ & qui nõ est pastor, cuius nõ sunt oues proprię, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit: & lupus rapit, & dispergit oues. ¶13 Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est: & nõ pertinet ad eũ de ouibus. ¶14 Ego sum Pastor bonus: & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. ¶15 Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. ¶16 Et alias oues habeo quæ nõ sunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile & vnus Pastor. ¶17 Propterea me diligit Pater: quia ego pono animam meam, vt iterum sumam eam. ¶18 Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à meipso. potestatem habeo ponendi eam: & potestatem habeo iterũ sumendi eam. Hoc mandatum accepi à Patre meo. ¶19 Dissensio iterũ facta est inter Iudæos propter sermones hos. ¶20 Dicebant autem multi ex ipsis, Dæmonium habet & insanit: quid eum auditis? ¶21 Alii dicebant, Hæc verba non sunt dæmonium habẽtis. nũquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? ¶22 Facta sunt autẽ Encænia in Ierosolymis: & hyems erat. ¶23 Et ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. ¶24 Circumdederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei, Quous-

A Ezech. 34. f. 11.

B

C

D Ezech. 37. f. 21.

E Esa. 53. b. 7.

F Act. 2. d. 24.

G

1. Mac. 4. g. 59.

que animam nostram tollis? ¶ tu es Christus, die nobis palàm. ¶25 Respondit eis Iesus, Loquor vobis: & non creditis. opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc testimonium perhibent de me. ¶ 26 Sed vos non creditis, quia nō estis ex ouibus meis*. ¶27 Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognosco eas, & sequuntur me. ¶ 28 Et ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternum, & nō rapiet eas quisquam de manu mea. ¶ 29 Pater meus *quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu Patris mei. ¶30 Ego & Pater vnū sumus. ¶31 Sustulerūt* lapides Iudæi, vt lapidarent eū. ¶32 Respōdit eis Iesus, Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum o pus me lapidatis? ¶33 Responderunt ei Iudæi, De bono opere nō lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo quī tis, facis teipsum Deum. ¶34 Respōdit eis Iesus, Nōnne scriptū est in Lege vestra, Iquia Ego dixi, Dii estis? ¶35 Si los dixit deos ad quos sermo Dei factus est, & non potest solui Scriptura: ¶36 Quē Pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis Quia blasphemas: quia dixi Filius Dei sum? ¶37 Si non facio opera Patris mei, nolite credere mihi. ¶38 Si autem facio: & si mihi non vultis credere, operibus credite: vt cognoscatis & credatis quia Pater in me est, & ego in Patre. ¶39 Quærebāt ergo eum apprehendere: & exiuit de manibus eorum. ¶40 Et ablit iterum trans Iordanem in eum locum vbi erat Iohannes baptizans primum: & manſit illic. ¶41 Et multi venerunt ad eum, & dicebant, Quia Iohānes quidem ſignum fecit nullum. Omnia autem quæcūque dixit Iohannes de hoc, vera erant. ¶42 Et multi crediderunt in eum.

O A P. XI.

ERat autem quidam* languens Lazarus, à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ *sororum eius. ¶2 (Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis suis: cuius frater Lazarus infirmabatur.) ¶3 Miserūt ergo sorores eius ad eū, dicentes, Domine, ecce quem amas, infirmatur. ¶4 Audiens autem Iesus dixit eis, Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei: vt glorificetur Filius Dei per eam. ¶5 Diligebat autē Iesus Martham, & sororem eius Mariā, & Lazarum. ¶6 Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidem māſit in eodem loco duobus diebus, ¶7 Deinde post hæc dicit discipulis suis, Eamus in Iudæā iterum. ¶8 Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebāt te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc? ¶9 Respōdit Iesus, Nōnne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. ¶10 Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo. ¶11 Hæc ait: & post *hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno exsuſcitem eum. ¶12 Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, sī dormit, salu* erit. ¶13 Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autē putauerunt quia de dormitione somni diceret. ¶14 Tunc ergo Iesus dixit eis manifeſtē, Lazarus mortuus est: ¶15 & gaudeo propter vos vt credatis, quoniam non erā ibi. sed eamus ad eum. ¶16 Dicit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad cōdiſcipulos, Eamus & nos, & moriamur cum eo. ¶17 Venit itaque Iesus: & inuēnit eum quatuor dies iam in monumento habentem. ¶18 (Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi ſtadiis quindecim.) ¶19 Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. ¶20 Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. ¶21 Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine, si fuiſſes hic, frater meus non fuiſſet mortuus. ¶22 Sed & nunc scio quia quæcunque popoſceris à Deo, dabit tibi Deus. ¶23 Dixit illi Iesus, Resurget frater tuus. ¶24 Dicit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione, in nouiſſimo die. ¶25 Dicit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita: Iqui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet. ¶26 Et omnis qui viuit, & credit in me: non morietur in æternum. Credis hoc? ¶27 Ait illi, Vtique Domine, ego credidi quia tu es Christus Filius Dei* vi qui in hunc mundum venisti. ¶28 Et quū hæc dixiſſet, abiit, & vocauit Mariam sororē suam silentio, dicens, Magiſter adeſt, & vocat te. ¶29 Illa vt audiuit* surrexit* citō, & venit ad eum. ¶30 Nondum enim venerat Iesus in castellum. sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. ¶31 Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, quū vidiſſent Mariam quia citō surrexit & exiit, secuti sunt eam, dicentes, Quia vadit ad monumentum, vt ploret ibi. ¶32 Maria ergo quū veniſſet vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, si fuiſſes hic, non esset mortuus frater meus. ¶33 Iesus ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui venerant cum ea, plorantes, infremuit spiritu, & turbauit teipsum. ¶34 Et dixit, Vbi posuiſtis eum? Dicunt ei, Domine, veni & vide. ¶35 Et lachrymatus est Iesus. ¶36 Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eū. ¶37 Quidam autē ex ipſis dixerunt, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati facere vt hic non moreretur? ¶38 Iesus ergo rursum fremens in semetipso, venit ad monumentum. erat autē spelūca: & lapis superpoſitus erat ei. ¶39 Ait Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha soror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam fœtet, quatriduanus est enim. ¶40 Dicit ei Iesus, Nōnne dixi tibi quoniā si crederis, videbis gloriam Dei? ¶41 Tulerunt ergo lapidē. Iesus autē eleuatis sursum oculis dixit, Pater, gratias ago tibi quoniam audiſti me. ¶42 Ego autē sciebā quia semper me audis, sed propter populū qui circunſtat, dixi, vt credant quia tu me miſiſti. ¶43 Hæc quū dixiſſet, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. ¶44 Et ſtatim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus* manus & pedes institus, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus, Soluite eū, & ünite abire. ¶45 Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariā & Martha, & viderant quæ fecit Iesus: crediderunt in eum. ¶46 Quidam autē ex ipſis abierunt ad Phariſæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. ¶47 Collegerunt ergo pontifices & Phariſæi concilium, & dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa ſigna facit.

*ſicut dixi vobis.

*qui dedit mihi, maior

*ergo iterum

Pſal. 81. b. 6.

*infirmus *sororis Matth. 26. a. 7 Ioan. 12. a. 1.

*hoc

¶ 48 Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentē. ¶ 49 Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, quū esset pōtifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquā, ¶ 50 Nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. 4.

¶ 51 Hoc autem à semetipso nō dixit: sed quū esset pontifex anni illius, prophetauit quòd Iesus moriturus erat pro gente: ¶ 52 Et non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erat dispersū, congregaret in vnum. ¶ 53 Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum. C

¶ 54 Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionē iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. ¶ 55 Proximum autem erat Pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante Pascha, vt sanctificarent seipsos. ¶ 56 Quærebant ergo Iesum: & colloquebantur adinuicem, in templo stantes, Quid putatis quia non venit ad Diem festum istum? ¶ 57 Dederant autem pontifices & Pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

## CAP. XII.

A Iesus ergo ante sex dies Paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus quē suscitauit Iesus. ¶ 2 Fecerunt autem ei cœnam ibi: & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. ¶ 3 Maria ergo accepit libram vnguēti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. ¶ 4 Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eū traditurus, ¶ 5 Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis? 6.

¶ 6 Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habēs, ea quæ mittebātur portabat: ¶ 7 Dixit ergo Iesus, Sinite illam, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. ¶ 8 Pauperes enim semper habebitis vobiscum: me autem non semper habebitis. ¶ 9 Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt non propter Iesum tantùm, sed vt Lazarum viderent quem suscitauit à mortuis. ¶ 10 Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent: ¶ 11 Quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. ¶ 12 In crastinum autē turba multa quæ venerat ad Diem festum, quū audissent quia venit Iesus Ierosolymam: ¶ 13 Acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel. ¶ 14 Et inuenit Iesus asellum: & sedit super eum, sicut scriptum est, ¶ 15 Noli timere filia Sion: ecce Rex tuus venit sedens super pullū asinæ. ¶ 16 Hæc non cognouerunt discipuli eius primùm: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. ¶ 17 Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumento, & suscitauit eū à mortuis. ¶ 18 Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierūt eum fecisse hoc signū. ¶ 19 Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. ¶ 20 Erant autē quidā Gentiles ex his qui ascenderant vt adorarēt in Die festo: ¶ 21 Hi ergo accesserunt ad Philippū qui erat à Beth-saida Galilææ: & rogabant eū, dicentes, Domine, volumus Iesum videre. ¶ 22 Venit Philippus, & dicit Andreæ, Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. ¶ 23 Iesus autem respōdit eis, dicēs, Venit hora vt clarificetur Filius hominis. ¶ 24 Amen amē dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terrā, mortuū fuerit: ipsum solum manet. Si autem mortuū fuerit, multū fructū affert. ¶ 25 Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eā. ¶ 26 Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. ¶ 27 Nunc anima mea turbata est: & quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc: ¶ 28 Pater, clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo, dicens, Et clarificaui, & iterum clarificabo. ¶ 29 Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii ante dicebāt, Angelus ei locutus est. ¶ 30 Respondit Iesus, & dixit, Nō propter me hæc vox venit, sed propter vos. ¶ 31 Nūc iudiciū est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras. ¶ 32 Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsū. ¶ 33 (Hoc autē dicebat, significans qua morte esset moriturus) ¶ 34 Respondit ei turba, Nos audiuimus ex Lege quia Christus manet in æternū: & quomodo tu dicis, Oportet exaltari Filiū hominis? Quis est iste Filius hominis? ¶ 35 Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum Lumen in vobis est. Ambulate dum Lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. ¶ 36 Dum Lucem habetis, credite in Lucē, vt filii Lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abiit, & abscondit se ab eis. ¶ 37 Quum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eū: ¶ 38 Vt sermo Esaiæ impleretur quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro? & brachium Domini cui reuelatum est? ¶ 39 Propterea non poterant credere, quia iterū dixit Esaias, ¶ 40 Excæcauit oculos eorū, & indurauit cor eorū: vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. ¶ 41 Hæc dixit Esaias quādo vidit gloriā eius, & locutus est de eo. ¶ 42 Veruntamen & ex principibus multi crediderūt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagōga non eiicerentur. ¶ 43 Dilexerunt enim gloriam hominū magis, quàm gloriā Dei. ¶ 44 Iesus autē clamauit, & dixit, Qui credit in me, nō credit in me, sed in eum qui misit me. ¶ 45 Et qui videt me, videt eū qui misit me. ¶ 46 Ego Lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. ¶ 47 Et si quis audierit verba mea, & nō custodierit: ego non iudico eū. nō enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum. ¶ 48 Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Sermo quem

Matt. 10. d. 39. & 16. d. 25. marc. 8. d. 35. luc. 9. e. 24. & 17. g. 33. 1. 17. d. 14.

Psal. 88. e. 37. & 109. b. 4. & 116. a. 1. esa. 40. b. 8. ezech. 37. g. 25.

* Prophetæ

Esa. 53. a. 1. rom. 10. c. 16.

Esa. 6. c. 9. matt. 13. b. 14. marc. 4. b. 11. luc. 8. b. 11. act. 28. f. 26. rom. 11. a. 8.

Mare. 16. d. 14.

locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die: ¶49 Quia ego ex meipso non sum locutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. ¶50 Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor: sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAP. XIII.

A NTe diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: quum dilexisset suos qui erant in mundo, in finē dilexit eos. ¶2 Et cœna facta, (quum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simōnis Iscariotes:) ¶3 Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deum vadit: ¶4 Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. & quū accepisset linteum, præcinxit se. ¶5 Deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat præcinctus. ¶6 Venit ergo ad Simōnem Petrum. Et dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes? ¶7 Respōdit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modō: scies autem postea. ¶8 Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Si non lauero te, non habebis partem mecum. ¶9 Dicit ei Simon Petrus, Domine, non tantūm pedes meos, sed & manus & caput. ¶10 Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Et vos mūdi estis, sed non omnes. ¶11 Sciebat enim quisnā esset qui traderet eum. propterea dixit, Non estis mundi omnes. ¶12 Postquā ergo lauit pedes eorū, accepit vestimenta sua: & quum recubuisset, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? ¶13 Vos vocatis me, Magister & Domine: & benè dicitis. sum etenim. ¶14 Si ergo ego laui pedes vestros, Dominus & Magister: & vos debetis alter alterī lauare pedes. ¶15 Exēplum enim dedi vobis, vt quēadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. ¶16 Amen amē dico vobis, nō est seruus maior domino suo, neque Apostolus maior est eo qui misit illū. ¶17 Si hæc scitis: beati eritis si feceritis ea.

¶18 Nō de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim. sed vt adimpleatur scriptura, Qui manducat mecum panem, leuabit cōtra me calcaneū suum. ¶19 A modo dico vobis, prius quàm fiat: vt quū factum fuerit, credatis quia ego sum. ¶20 Amen amen dico vobis, qui accipit quem cunque misero, me accipit: qui autē me accipit, accipit eum qui me misit. ¶21 Quum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit, Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me. ¶22 Aspiciebāt ergo adinuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. ¶23 Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. ¶24 Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis est de quo dicit? ¶25 Itaque quum recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei, Domine, quis est? ¶26 Respōdit Iesus, Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et quū intinxisset panem, dedit Iudæ Simōnis, Iscariōtæ. ¶27 Et post buccellā, introiuit in eū Satanas. Et dicit ei Iesus, Quod facis, fac citiū. ¶28 Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. ¶29 Quidā enim putabāt, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt aliquid daret. ¶30 Quū ergo accepisset ille buccellā, exiuit continuō. Erat autem nox. ¶31 Quum ergo exisset, dixit Iesus, Nunc clarificatus est Filius hominis: & Deus clarificatus est in eo. ¶32 Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & cōtinuō clarificabit eum. ¶33 Filioli, adhuc modicūm vobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Iudæis, Quò ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo. ¶34 Mandatum nouum do vobis, Vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. ¶35 In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. ¶36 Dicit ei Simō Petrus, Domine, quò vadis? Respondit Iesus, Quò ego vado, non potes me modō sequī, sequēris autem postea. ¶37 Dicit ei Petrus, Quare non possum te sequi modō? animam meam pro te ponā. ¶38 Respondit ei Iesus, Animā tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

CAP. XIIII.

ET ait discipulis suis, Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. ¶2 In domo Patris mei mansiones multæ sunt. si quō minus: dixissem vobis, Quia vado parare vobis locum: ¶3 Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum veniō, & accipiam vos ad meipsum. vt vbi sum ego, & vos sitis: ¶4 Et quò ego vado, scitis, & viam scitis. ¶5 Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quò vadis: & quomodo possumus viā scire? ¶6 Dicit ei Iesus, Ego sū Via, & Veritas, & Vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me. ¶7 Si cognouissetis me, & Patrem meum vtique cognouissetis: & amodo cognoscetis eum, & vidistis eum. ¶8 Dicit ei Philippus, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. ¶9 Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis, Ostende nobis Patrem? ¶10 Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? verba quæ ego loquor vobis, à meipso non loquor: Pater autem in me manens, ipse facit opera. ¶11 Non creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? alioquin propter opera ipsa credite. ¶12 Amen amē dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad Patrē vado. ¶13 Et quodcunque petieritis `Patrem' in nomine meo, hoc faciā: vt glorificetur Pater in Filio. ¶14 Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. ¶15 Si diligitis me: mandata mea seruate. ¶16 Et ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum. ¶17 Spiritum veritatis, quē mundus nō potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum. vos autem cognoscetis eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. ¶18 Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. ¶19 Adhuc modicūm: & mundus me iam non videt. Vos autē videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. ¶20 In illo die vos cognoscetis quia ego sū in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis

¶11 Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille
est qui diligit me. qui autem diligit me, dili-
getur a Patre meo: & ego diligam eum, & ma
nifestabo ei meipsum. ¶12 Dicit ei Iudas, non
ille Iscariotes, Domine, quid factum est quia
manifestaturus es nobis teipsum, & non mū-
do? ¶13 Respondit Iesus, & dixit ei, Siquis di-
ligit me, sermonem meum seruabit, & Pater
meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mā-
sionem apud eum faciemus. ¶14 Qui non di-
ligit me, sermones meos non seruat. Et sermo
nem quem audistis, nō est meus: sed eius qui
misit me, Patris. ¶15 Hæc locutus sum vobis,
apud vos manens. ¶16 Paracletus autem, Spi
ritus sanctus, quem mittet Pater in nomine
meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vo-
bis omnia quæcunque dixero vobis. ¶17 Pacē
relinquo vobis: pacem meam do vobis. non
quomodo mūdus dat, ego do vobis. Non tur
betur cor vestrum, neque formidet. ¶18 Au-
distis quia ego dixi vobis, Vado & venio ad
vos. Si diligeretis me, gauderetis vtique quia
vado ad Patrem: quia Pater maior me est.
¶19 Et: nūc dixi vobis prius quàm fiat: vt quū
factum fuerit, credatis. ¶20 Iam nō multa lo-
quar vobiscum. venit enim princeps mundi
huius, & in me non habet quicquam. ¶21 Sed
vt cognoscat mundus quia diligo Patrem: &
sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio:
surgite, eamus hinc. CAP. XV.

EGo sum vitis vera: & Pater me agricola
est. ¶2 Omnem palmitem in me, non fe-
rentem fructum, tollet eum: & omnem qui
fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus
afferat. ¶3 Iam vos mundi estis propter ser-
monem quem locutus sum vobis. ¶4 Manete
in me: & ego in vobis. Sicut palmes non po-
test ferre fructum à semetipso, nisi manserit
in vite: sic nec vos nisi in me mānseritis. ¶5 Ego
sum vitis: vos palmites. qui manet in me, &
ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine
me nihil potestis facere. ¶6 Si quis in me non
manserit: mittetur foras sicut palmes, & are-
scet, & colligent eum, & in ignem mittent,
& ardet. ¶7 Si mānseritis in me, & verba mea
in vobis manserint: quodcunque volueritis
petetis, & fiet vobis. ¶8 In hoc clarificatus est
Pater meus: vt fructum plurimum afferatis,
& efficiamini mei discipuli. ¶9 Sicut dilexit
me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dile-
ctione mea. ¶10 Si præcepta mea seruaueri-
tis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego
Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius
dilectione. ¶11 Hæc locutus sum vobis: vt gau-
dium meum in vobis sit, & gaudium vestrū
impleatur. ¶12 Hoc est præceptum meum, vt
diligatis inuicem, sicut dilexi vos. ¶13 Maio-
rem hac dilectionem nemo habet, quàm vt
animam suam ponat quis pro amicis suis.
¶14 Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego
præcipio vobis. ¶15 Iam non dicam vos ser-
uos: quia seruus nescit quid faciat dominus
eius. Vos autē dixi amicos: quia omnia quæ-
cunque audiui à Patre meo, nota feci vobis.
¶16 Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: &
posui vos vt eatis, & fructum afferatis: & fru
ctus vester maneat: vt quodcunque petieritis
Patrē in nomine meo, det vobis. ¶17 Hæc mā-
do vobis, vt diligatis inuicem. ¶18 Si mundus
vos odit: scitote quia me priorem vobis odio
habuit. ¶19 Si de mundo fuissetis: mūdus quod
suum erat, diligeret. quia verò de mundo nō
estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea
odit vos mundus. ¶20 Mementote sermonis
mei, qué ego dixi vobis, Non est seruus ma-
ior domino suo. Si me persecuti sunt: & vos
persequentur. si sermonē meum seruauerunt,
& vestrum seruabūt. ¶21 Sed hæc omnia fa-
cient vobis propter nomen meum: quia ne-
sciunt eum qui misit me. ¶22 Si non venissē
& locutus fuissem eis: peccatū non haberent.
nunc autem excusationē non habent de pec-
cato suo. ¶23 Qui me odit, & Patrem meum
odit. ¶24 Si opera non fecissem in eis quæ ne
mo alius fecit: peccatum non haberent. nunc
autem & viderunt, & oderunt & me & Patrē
meū. ¶25 Sed vt adimpleatur sermo qui in le-
ge eorū scriptus est, Quia odio habuērūt me
gratis. ¶26 Quum autem venerit Paracletus,
quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum
veritatis qui à Patre procedit: ille testimo-
nium perhibebit de me. ¶27 Et vos testimo-
nium perhibebitis: quia ab initio mecū estis.
CAP. XVI.

HAEc locutus sum vobis, vt non scandali-
zemini. ¶2 Absque synagogis faciēt vos:
sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, ar
bitretur obsequiū se præstare Deo. ¶3 Et hæc
facient vobis: quia non nouerunt Patrē, neq;
me. ¶4 Sed hæc locutus sum vobis: vt quum
venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego
dixi vobis. Hæc autē vobis ab initio non di-
xi: quia vobiscum eram. ¶5 Et nunc vado ad
eū qui misit me: & nemo ex vobis interrogat
me, Quò vadis? ¶6 Sed quia hæc locutus sum
vobis, tristitia impleuit cor vestrum. ¶7 Sed
ego veritatē dico vobis, expedit vobis vt ego
vadā. Si enim non abiero, Paracletus non ve-
niet ad vos: si autē abiero, mittam eū ad vos.
¶8 Et quum venerit ille, arguet mundum de
peccato, & de iustitia, & de iudicio. ¶9 De pec
cato quidem: quia non crediderunt in me.
¶10 De iustitia verò: quia ad Patrem vado, &
iam nō videbitis me. ¶11 De iudicio autē: quia
princeps huius mundi iam iudicatus est.
¶12 Adhuc multa habeo vobis dicere: sed nō
potestis portare modò. ¶13 Quū autē venerit
ille Spiritus veritatis, docebit vos omnē ve-
ritatem. non enim loquetur à semetipso: sed
quæcunque audiet, loquetur, & quæ ventura
sunt annuntiabit vobis. ¶14 Ille me clarifica-
bit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vo-
bis. ¶15 Omnia quæcunque habet Pater, mea
sunt. Propterea dixi, quia de meo accipiet, &
annuntiabit vobis. ¶16 Modicum, & iam non
videbitis me: & iterum modicum, & videbitis
me: quia vado ad Patrem. ¶17 Dixerunt ergo
ex discipulis eius adinuicem, Quid est hoc
quod dicit nobis, Modicum, & non videbitis
me: & iterum modicum, & videbitis me: &,
quia vado ad Patrē? ¶18 Dicebāt ergo, Quid
est hoc quod dicit, Modicum? nescimus quid
loquitur. ¶19 Cognouit autem Iesus quia
volebant eum interrogare: & dixit eis, De
hoc quæritis inter vos quia dixi, Modicum,
& non videbitis me: & iterum modicum, &

d.21.

Matt.10.c.24
Luc.6.b.40
Ioā.13.b.16.
Matt.24.a.9.
Ioā.16.a.24.

D

6.

Psal.34.c.19.
Luc.24.g.47
Ioā.14.d.26.

*perhibetis.

A

b.23.

vel

eos
&

B

.9.
.1.

C

.19.

*ego

*credunt

B

*videtis

C

videbitis me. ¶16 Amen amẽ dico vobis quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia
vestra vertetur in gaudium. ¶21 Mulier quũ parit, tristitiam habet, quia venit hora eius:
quum autem peperit it puerum, iam nõ meminit pressuræ propter gaudium, quia natus
est homo in mundũ. ¶22 Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudiũ
vestrũ nemo tollet a vobis. ¶23 Et in illo die me nõ interrogabitis quicquã. Amen amen
dico vobis, siquid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis. ¶24 Vsque modò non petistis quicquam in nomine meo: petite, & accipietis: vt gaudiũ vestrum sit plenũ. ¶25 Hæc
in prouerbiis locutus sum vobis: venit hora quum iam non in prouerbiis loquar vobis,
sed palàm de Patre annuntiabo vobis. ¶26 In illo die in nomine meo petetis: & non dico
vobis quia ego rogabo Patrẽ de vobis. ¶27 Ipse enim Pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à Deo exiui. ¶28 Exiui a Patre, & veni in mũdum: iterũ relinquo
mundũ & vado ad Patrẽ. ¶29 Dicũt ei discipuli eius, Ecce, nunc palàm loqueris, & proverbiũ nullũ dicis. ¶30 Nunc scimus quia scis
omnia, & non opus est tibi vt quis te interrogẽt. in hoc credimus quia à Deo existi. ¶31 Respondit eis Iesus, Modò creditis. ¶32 Ecce, venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solũ relinquatis &
non sum solus, quia Pater mecũ est. ¶33 Hæc locutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis. In
mundo pressuram habebitis: sed cõfidite, ego vici mundum.

CAP. XVII.

HÆc locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cælum, dixit, Pater, veni thora, clarifica Filium tuum, vt Filius tuus clarificet
te: ¶2 Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitã æternam. ¶3 Hæc est autẽ vita æterna, vt cognoscant te solum, Deum verum, & quem misisti
Iesum Christum. ¶4 Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi
vt faciam. ¶5 Et nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate quam habui prius
quàm mundus fieret, apud te. ¶6 Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo (tui erant: & mihi eos dedisti)
& sermonem meum seruauerunt. ¶7 Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi,
abs te sunt. ¶8 Quia verba quæ dedisti mihi,
dedi eis: & ipsi acceperũt, & cognouerũt vere quia à te exiui, & crediderũt quia tu me misisti. ¶9 Ego pro eis rogo: nõ pro mundo rogo,
sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt.
¶10 Et mea omnia, tua sũt: & tua, mea sunt: &
clarificatus sum in eis. ¶11 Et iam non sum in
mũdo: & hi in mũdo sunt, & ego ad te venio,
Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos
dedisti mihi: vt sint vnũ sicut & nos. ¶12 Quũ
essem cũ eis, ego seruabã eos in nomine tuo.
Quos dedisti mihi, ego custodiui: & nemo
ex eis periit, nisi filius perditionis, vt Scriptura impleatur. ¶13 Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeãt gaudium meum impletum in semetipsis. ¶14 Ego
dedi eis sermonem tuum: & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego
non sum de mũdo. ¶15 Nõ rogo vt tollas eos
de mundo, sed vt serues eos à malo. ¶16 De
mũdo non sunt: sicut & ego non sum de mũdo. ¶17 Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus,
veritas est. ¶18 Sicut tu me misisti in mundũ:
& ego misi eos in mũdum. ¶19 Et pro eis
ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. ¶20 Non pro eis autem rogo tantùm, sed & pro eis qui crediturí sunt
per verbum eorum in me. ¶21 Vt omnes vnũ
sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnũ sint: vt credat mundus quia
tu me misisti. ¶22 Et ego claritatem quã tu
dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnũ sicut & nos
vnũ sumus. ¶23 Ego in eis, & tu in me: vt sint
consummati in vnum, & cognoscat mundus
quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me
dilexisti. ¶24 Pater, quos dedisti mihi, volo
vt vbi sum ego, & illi sint mecum: vt videãt
claritatem meam quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mũdi. ¶25 Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autem
te cognoui: & hi cognouerunt quia tu me misisti. ¶26 Et notum feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio qua dilexisti me, in
ipsis sit, & ego in ipsis.

CAP. XVIII.

HAEc quum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans Torrentem cedrõ,
vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. ¶2 Sciebat autẽ & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conueniebat illuc cum discipulis suis. ¶3 Iudas
ergo quum accepisset cohortem, & à pontificibus & Pharisæis ministros: venit illuc cum
laternis & facibus & armis. ¶4 Iesus ita que
sciens omnia quæ ventura erant super se,
processit, & dixit eis, Quem quæritis? ¶5 Respondẽrunt ei, Iesum Nazarænũ. Dicit eis Iesus, Ego sum. stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cũ ipsis. ¶6 Vt ergo dixit eis, Ego
sum: abierũt retrorsum, & ceciderũt in terrã.
¶7 Iterũ ergo interrogauit eos, Quẽ quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarænum.
¶8 Respondit Iesus, Dixi vobis quia ego sum.
Si ergo me quæritis, sinite hos abire. ¶9 Vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quẽquam. ¶10 Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: & percussit pontificis seruum, & abscidit
auriculam eius dexteram. Erat autem nomen
seruo, Malchus. ¶11 Dixit ergo Iesus Petro,
Mitte gladium tuũ in vaginam. Calicem quẽ
dedit mihi Pater, non vis vt bibam illum?
¶12 Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorũ comprehenderunt Iesum, & ligauerũt
eum. ¶13 Et adduxerunt eum ad Annam primum. erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. ¶14 Erat autem Caiphas qui
consilium dederat Iudæis, Quia expedit vnũ
hominem mori pro populo. ¶15 Sequebatur
autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis:
¶16 Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ: & introduxit Petrum.

ollit
gabitis
atth. 7.a.7.
11.b.12.
arc.11.e.24.
ac.11.b.9.
4.b.13.
15.b.7.
cob.1.a.5.
17.b.2.
ego
att.16.e.21.
arc.14.c.17
Matt.21.d.21.
esset.
suum
sal.101.2.1.

¶17 Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum. ¶18 Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frig' erat: & calefaciebant se. erat autem cum eis & Petrus, stans & calefaciens se. ¶19 Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis & de doctrina eius. ¶20 Respondit ei Iesus, Ego palàm locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in cœlo quò omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. ¶21 Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis: ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. ¶22 Hæc autem quum dixisset, vnus astantium ministrorū dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes pontifici? ¶23 Respondit ei Iesus, Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?

¶24 (Misit ergo eum Annas ligatum ad Caiphā pontificem.) ¶25 Erat autē Simon Petrus stans & calefaciēs se. Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit, Non sum. ¶26 Dicit ei vnus ex seruis pōtificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam, Nōne ego te vidi in horto cū illo? ¶27 Iterū ergo negauit Petrus: & statim gallus cantauit. ¶28 Adducunt ergo Iesum ad Caiphā in prætorium. Erat autem mane: & ipsi non introierunt in prætorium, vt non cōtaminarentur, sed vt manducarent pascha.

¶29 Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? ¶30 Respondérunt, & dixerūt ei, Si non esset hic malefactor, nō tibi tradidissemus eum. ¶31 Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eū vos, & secundū legem vestram iudicate eū. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquam. ¶32 Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significās qua morte esset moriturus. ¶33 Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus: & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es Rex Iudæorū? ¶34 Respondit Iesus, A temetipso hoc dicis, an alii dixerūt tibi de me? ¶35 Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices, tradiderūt te mihi. quid fecisti? ¶36 Respondit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo. si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent vt non traderer Iudæis. nunc autem regnum meum non est hinc. ¶37 Dixit itaque ei Pilatus, Ergo Rex es tu? Respōdit Iesus, Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. ¶38 Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et quum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullam inuenio in eo causam. ¶39 Est autem consuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in Pascha. vultis ergo dimittam vobis Regem Iudæorum? ¶40 Clamauerunt rursum omnes, dicentes, Non hunc, sed Barabbam. Erat autem Barabbas, latro. CAP. XIX.

TVnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. ¶2 Et milites plectentes coronā de spinis, impo suerūt capiti eius: & veste purpurea circundederunt eum. ¶3 Et veniebant ad eum, & dicebant, Aue Rex Iudæorū: & dabant ei alapas. ¶4 Exiuit iterum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco vobis eū foras, vt cognoscatis quia nullā inuenio in eo causam. ¶5 Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimētum. Et dicit eis, Ecce Homo. ¶6 Quum ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos: & crucifigite. ego enim nō inuenio in eo causam. ¶7 Respondérunt ei Iudæi, Nos legem habemus: & secundum legē debet mori, quia Filium Dei se fecit. ¶8 Quū ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. ¶9 Et ingressus est prætorium iterum: & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. ¶10 Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? nescis quia potestatē habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? ¶11 Respondit Iesus, Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. ¶12 Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autē clamabant, dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris. omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. ¶13 Pilatus autem quū audisset hos sermones, adduxit foras Iesum: & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraicè autē Gabbatha. ¶14 Erat autem parasceue Paschæ, hora quasi sexta: & dicit Iudæis, Ecce Rex vester. ¶15 Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem vestrū crucifigam? Respōderunt pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem. ¶16 Tunc ergo tradidit eis illum, vt crucifigeretur. Susceperunt autem Iesum: & eduxerunt. ¶17 Et bajulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locū, Hebraicè autem Golgotha: ¶18 vbi crucifixerunt eum, & cum eo alios duos hinc & hinc, medium autem Iesum. ¶19 Scripsit autem & titulum Pilatus: & posuit super crucē. Erat autem scriptum, Iesus Nazarænus Rex Iudæorum. ¶20 Hunc ergo titulum multi Iudæorum legerunt: quia prope Ciuitatem erat locus vbi crucifixus est Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. ¶21 Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudæorum, Noli scribere Rex Iudæorum. sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. ¶22 Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. ¶23 Milites ergo quum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius: & fecerunt quatuor partes: vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. ¶24 Dixerunt ergo adinuicem, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. vt scriptura impleretur, dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi: & in vestem meam miserūt sortem. Et milites quidē hæc fecerūt. ¶25 Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalēne. ¶26 Quum vidisset ergo Iesus matrē & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filii tuus. ¶27 Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam. ¶28 Postea sciens Iesus quia omnia consum-

Matt.27.d.35 marc.15.b.24 luc.23.c.26a

Matt.27.d.34 marc.15.b.23 luc.23.d.33

Psal.21.e.19

Psal.68.c.22. matæ sunt, vt confummaretur Scriptura, dicit, Sitio. ¶ 29 Vas erat positum aceto
Matt.27.f.48. plenum. Illi autem spongiam plenā aceto, hyssopo circumponētes, obtulerunt ori eius.
¶ 30 Quū ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. ¶ 31 Iudæi ergo (quoniam Parasceue erat) vt non remanerent in cruce corpora Sabbathotertiæ enim magn' dies ille Sabbathi) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. ¶ 32 Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. ¶ 33 Ad Iesum autem quum venissent, vt viderūt eum iam mortuū, non fregerūt eius crura: ¶ 34 Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. ¶ 35 Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt
G & vos credatis. ¶ 36 Facta sunt enim hæc vt
Exod.12.g.46 Scriptura impleretur, Os non comminuetis
num.9.b.12. ex eo. ¶ 37 Et iterum alia Scriptura dicit, Vi-
Zach.12.c.10. debunt in quem transfixerunt. ¶ 38 Post hæc
mat.27.g.57. autē rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathæa
marc.15.d.42. (eo quòd esset discipulus Iesu, occultus autem
luc.23.g.50. propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo, & tulit corpus Iesu. ¶ 39 Venit autē & Nicodēmus
3.2.2. qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloes, quasi libras centum. ¶ 40 Acceperunt autem corpus Iesu, &
*ergo ligauerūt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. ¶ 41 Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquā positus erat. ¶ 42 Ibi ergo propter Parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentū, posuerunt Iesum.

CAP. XX.

A Vna autem Sabbathi, Maria Magdalēne
Marc.16.a.12. venit mane quum adhuc tenebræ essent,
luc.24.a.1. ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento. ¶ 2 Cucurrit ergo, & venit ad Simonē Petrum, & ad alium discipulū quem amabat Iesus: & dicit illis, Tulerunt Dominū de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. ¶ 3 Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monumētum. ¶ 4 Currebant autem duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & venit primus
B ad monumentum. ¶ 5 Et quum se inclinasset, vidit posita linteamina: non tamē introiuit. ¶ 6 Venit ergo Simon Petrus sequēs eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, ¶ 7 Et sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum. ¶ 8 Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit. ¶ 9 Nondū enim sciebant Scripturā, quia *oportuit eum à mortuis resurgere.
*oporteret C ¶ 10 Abierunt ergo iterum discipuli ad semet
Matt.28.a.1. ipsos. ¶ 11 Maria autem stabat ad monumē-
marc.16.b.5. tum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum: ¶ 12 Et
*videt †fuerat *vidit duos Angelos in albis, sedentes, vnū ad caput, & vnū ad pedes, vbi positū †erat corp' Iesu. ¶ 13 Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominum meum: & nescio vbi posuerunt eum. ¶ 14 Hæc quū dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesū stantem: & non sciebat quia Iesus est. ¶ 15 Dicit ei D
Iesus, Mulier, quid ploras? quem quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei. Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum: & ego eum tollam. ¶ 16 Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni (quod dicitur magister.) ¶ 17 Dicit ei Iesus, Noli me tangere (nondum enim ascendi ad Patrem meum.) Vade autē ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrū, Deum meum, & Deum vestrū. ¶ 18 Venit Maria Magdalēne annuntians discipulis, Quia E Ma
vidi Dominum, & hæc dixit mihi. ¶ 19 Quū inc.
ergo serò esset die illo, vna sabbathorum, & to.
fores essent clausæ, vbi erant discipuli cōgregati propter metum Iudæorum: venit Iesus, *ho
& stetit in medio, & dicit eis, Pax vobis. ¶ 20 Et *Ie
quum hæc' dixisset, ostendit eis manus & la- *et
tus. Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino. Ma
¶ 21 Dixit ergo eis Iesus, Pax vobis: sicut mi- inc.
sit me Pater, & ego mitto vos. ¶ 22 Hæc' quū to.
dixisset, insufflauit: & dicit eis, Accipite Spiritum sanctum. ¶ 23 Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorū retinueritis, re- Mat.
tenta sunt. ¶ 24 Thomas autem vnus ex duo- F
decim, qui dicitur Didymus, non erat cū eis quando venit Iesus. ¶ 25 Dicerunt ergo ei alii discipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit ei, Nisi videro in manibus eius *fixuram' *fig
clauorum, & mittam digitum meum in locū fixi.
clauorum, & mittam manū meam in latus eius: non credam. ¶ 26 Et post dies octo, iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cū eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit 'eis,' Pax vobis. ¶ 27 Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide G
manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. ¶ 28 Respondit Thomas, & dixit, *Do- *el,
minus meus & Deus meus. ¶ 29 Dicit ei Iesus, Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt, & crediderunt. ¶ 30 Multa 7.11.
quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. ¶ 31 Hæc autem scripta sunt, vt credatis quia Iesus est *filius Dei: & vt credē- *Chi
tes, vitam habeatis in nomine eius.

CAP. XXI.

*Postea' manifestauit se iterum Iesus* ad A *Po
Mare Tiberiadis. Manifestauit autē sic, *dis
¶ 2 Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ: & filii Zebedæi, & alii ex discipulis eius duo. ¶ 3 Dicit eis Simon Petrus, Vado piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierunt, & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. ¶ 4 Mane autem *fa- *Iam
cto stetit Iesus in litore: non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. ¶ 5 Dicit ergo eis Iesus, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, Non. ¶ 6 Dicit eis, Mittite in dexteram nauigii rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. ¶ 7 Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simō Petrus qui audiffet quia B

Dominus est: tunica succinxit se & erat enim nudus) & misit se in mare. ¶3 Alii autem discipuli nauigio venerunt (non enim longe erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. ¶9 Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. ¶10 Dicit eis Iesus, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. ¶11 Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus centũ quinquaginta tribus. Et quum tanti essent, nõ est scissum rete. ¶12 Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Et nemo audebat discumbẽtium' interrogare eum, Tu quis es? scientes quia Dominus est. ¶13 Et venit Iesus, & accepit' panẽ, & dabat' eis, & piscem similiter. ¶14 Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis quum surrexisset à mortuis. ¶15 Quum ergo prandissent, dicit Simõni Petro Iesus, Simon Iohannis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. ¶16 Dicit ei iterum, Simon Iohannis, diligis me? Ait illi, Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei ¯iterum,' Pasce agnos meos. ¶17 Dicit ei tertiò, Simon Iohannis, amas me? Contristatus est Petrus quia dixit ei tertiò, amas me? & dixit ei, Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas. ¶18 Amen amen dico tibi, quum esses iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: quum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. ¶19 Hoc autẽ dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et quum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me. ¶20 Cõuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine, quis est qui tradet te? ¶21 Hunc ergo quum vidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autem quid? ¶22 Dicit ei Iesus, Sic' eum volo manere donec veniã, quid ad te? tu me sequere. ¶23 Exiuit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, Non moritur: sed Sic' eum volo manere donec veniã, quid ad te? ¶24 Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia verũ est testimonium eius. ¶25 Sũt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

# Acta Apostolorum.

CAP. I.

PRimum quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere, ¶2 Vsq; in diem qua præcipiens Apostolis per Spiritum sanctũ, quos elegit, assumpt' est: ¶3 Quibus & præbuit seipsum viuum post passionẽ suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. ¶4 Et conuescens, præcepit eis ab Ierosolymis ne discederẽt, sed expectarent promissionẽ Patris, Quã audistis (inquit) per os meũ: ¶5 Quia Iohannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto nõ post multos hos dies. ¶6 Igitur qui cõuenerant, interrogabant eum, dicentes, Domine, ti in tempore hoc restitues regnum Israel? ¶7 Dixit autem eis, Non est vestrum nosse tẽpora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: ¶8 Sed accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. ¶9 Et quũ hæc dixisset, videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. ¶10 Quũmque intuerentur in cælum euntem illum, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, ¶11 Qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quẽadmodum vidistis eum euntem in cælum. ¶12 Tunc reuersi sunt Ierosolymam à monte qui vocatur Oliueti, qui est iuxta Ierusalem, Sabbathi habẽs iter. ¶13 Et quum introissent, in cœnaculum ascenderunt vbi manebat' Petrus & Iohannes, & Iacõbus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacõbus Alphæi & Simon Zelõtes, & Iudas Iacõbi. ¶14 Hi omnes erant perseuerãtes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius. ¶15 In diebus illis exurgens Petrus in medio fratrũ, dixit (erat autem turba hominum' simul, ferè centum viginti.) ¶16 Viri fratres, oportet impleri Scripturam quã prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Iesum: ¶17 Qui cõnumeratus erat in nobis & sortitus est sortem ministerii huius. ¶18 Hic quidẽ possedit agrũ de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera eius. ¶19 Et notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorũ, Hacel-dema, hoc est, ager sanguinis. ¶20 Scriptum est enim in libro Psalmorum, Fiat commoratio eorum deserta: & non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. ¶21 Oportet ergo ex his virsis qui nobiscum sunt cõgregati in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, ¶22 Incipiens à baptismate Iohãnis vsque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscũ fieri vnum ex istis. ¶23 Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocatur Barsabas, qui cognominatus est Iustus: & Mathiam. ¶24 Et orantes dixerunt, Tu Domine qui corda nosti omniũ, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, ¶25 Accipere locum ministerii huius & Apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas vt abiret in locũ suũ. ¶26 Et dederunt sortes eis: & cecidit sors super Mathiã, & annumeratus est cũ vndecim Apostolis. CAP. II.

ET quum complerentur dies Pentecostes, erãt omnes pariter in eodem loco: ¶2 Et factus est repentè de cælo sonus, tanquã aduenientis spiritus vehemẽtis, & replenit tota domum vbi erant sedentes. ¶3 Et apparuerũt

Luc.24.g.¶1. Iohã.14.d.16. Matt.3.c.8. marc.1.c.16. luc.3.c.12. Iohan.1.d.16. Act.1.a.2. & 11.b.16. & 19.a.4. Act.1.a.1. Luc.24.g.51.

manebant

nominum

Psal.40.b.9. Iohã.13.b.18. Iohan.18.a.1.

Matt.27.a.5.

Hacel-dama

Psal.68.f.26.

eius

Psal.108.a.8.

vocabatur

Matth.1.c.18. marc.1.a.1. luc.3.c.16. Act.1.a.5. 1.a.b.15. & 19.a.6.

Alis dispertitæ linguæ tãquam ignis, sediti, supra singulos eorum: ¶4 Et repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis. ¶5 Erant autem in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cælo est. ¶6 Facta autem hac voce conuenit multitudo, & mente cõfusa est, quo niam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. ¶7 Stupebãt autem omnes, & mirabantur, dicẽtes, Nonne, ecce, omnes isti qui loquuntur, Galilæi sunt? ¶8 Et quomodo nos audiuimus vnusquisque linguã nostram, in qua nati sumus? ¶9 Parthi, & Medi, & Aelamitæ, & qui habitant Mesopotamiam, Iudæã, & Cappadociam, Pontum, & Asiam, ¶10 Phrygiam, & Pamphyliam, AEgyptum & partes Libyæ quæ est circa Cyrẽnen, & aduenæ Romani, ¶11 Iudæi quoque, & Prosely ti, Cretes, & Arabes: audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. ¶12 Stupebant autẽ omnes, & mirabantur, adinuicẽ dicẽtes, Quidnam vult hoc esse? ¶13 Alii autem irridentes dicebant, Quia musto pleni sunt isti. ¶14 Stãs autẽ Petrus cum vndecim, leuauit vocẽ suã, & locutus est eis, viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. ¶15 Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt, quũ sit hora diei tertia: ¶16 Sed hoc est quod dictũ est per prophetã Ioel, ¶17 Et erit, in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundã de Spiritu meo super omnẽ carnem: & prophetabunt filii ve stri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbũt, & seniores vestri somnia somniabũt. ¶18 Et quidem super seruos meos, & ancillas meas in diebus illis effundã de Spiritu meo, & prophetabũt: ¶19 Et dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. ¶20 Sol cõuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus & manifestus. ¶21 Et omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. ¶22 Viri Israelitæ audite verba hæc, Iesum Nazarænũ virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigiis & signis quæ fecit Deus per illũ in medio vestri, sicut & vos scitis: ¶23 Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes, interemistis. ¶24 Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. ¶25 Dauid enim dicit in eũ, Prouidebam Dominũ in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commouear. ¶26 Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe, ¶27 Quoniã non derelinques animam meam in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionẽ. ¶28 Notas mihi fecisti vias vitæ: & replebis me iucunditate cũ facie tua. ¶29 Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniam defunctus est, & sepultus est: & sepulchrũ eius est apud nos vsque in hodiernũ diẽ. ¶30 Propheta igitur quum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedẽ eius: ¶31 Prouidens locutus est de resurrectione Christi quia neque derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionẽ. ¶32 Hunc Iesum resuscitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus. ¶33 Dextera igitur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit hoc donum quod vos videtis & auditis. ¶34 Non enim Dauid ascendit in cælũ: dicit autẽ ipse, Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, ¶35 Donec ponã inimicos tuos scabellum pedũ tuorum. ¶36 Certissimè sciat ergo omnis domus Israel quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quẽ vos crucifixistis. ¶37 His autem auditis cõpuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fratres? ¶38 Petrus autem ad illos, Pœnitentiam inquit agite, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donũ Spiritus sancti. ¶39 Vobis enim est repromissio, & filiis vestris, & omnibus qui lõge sunt, quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster. ¶40 Aliis etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos, dicens, Saluamini à generatione ista prana. ¶41 Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria milia. ¶42 Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & cõmunicatione fractionis panis, & oratiõnibus. ¶43 Fiebat autem omni animæ timor: multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Ierusalem fiebant, & metus erat magnus in vniuersis. ¶44 Omnes etiã qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. ¶45 Possessiones & substãtias vendebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. ¶46 Quotidie quoque perdurantes vnanimiter in templo, & frãgentes circa domos panem, sumebant cibũ cum exultatione & simplicitate cordis, ¶47 Collaudantes Deum, & habentes gratiã ad omnem plebem. Dominus autem augebat qui salui fierent quotidie in idipsum.

## CAP. III.

Petrus autem & Iohannes ascendebant in templum, ad horam orationis nonã. ¶2 Et quidam vir qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynam ab introeuntibus in templum. ¶3 Is quum vidisset Petrum & Iohannem incipientes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet. ¶4 Intuẽs autem in eum Petrus cum Iohanne, dixit, Respice in nos. ¶5 At ille intendebat in eos, sperãs se aliquid accepturum ab eis. ¶6 Petrus autẽ dixit, Argentum & aurum nõ est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazaræi surge, & ambula. ¶7 Et apprehensa manu eius dextra, allleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ. ¶8 Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cũ illis in templũ ambulans, & exiliens, & laudans Deum. ¶9 Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantẽ Deum. ¶10 Cognoscebant autẽ illum quòd ipse esset qui ad eleemosynã sedebat ad Speciosã por-

tam templi: & impleti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi. ¶11 Quũ viderent autem Petrum & Iohannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum quæ appellatur Salomonis, stupentes. ¶12 Videns autem Petrus, respondit ad populum, Viri Israelitæ quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hũc ambulare? ¶13 Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorũ glorificauit Filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis & negastis ante faciẽ Pilati, iudicante illo, dimitti. ¶14 Vos autem sanctum & iustum negastis, & petistis virum homicidam donari vobis: ¶15 Authorem verò vitæ interfecistis, quẽ Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus. ¶16 Et in fide nominis eius, hunc quem vos vidistis & nostis, confirmauit nomen eius: & fides quæ per eũ est, dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. ¶17 Et nunc fratres scio quia per ignorantiã fecistis, sicut & principes vestri. ¶18 Deus autem qui prænuntiauit per os omnium Prophetarum, pati Christum suum, sic impleuit. ¶19 Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra: ¶20 Vt quum venerint tempora refrigerii à cõspectu Domini, & miserit eũ qui prædicatus est vobis Iesum Christum, ¶21 Quem oportet quidem cælum recipere vsque in tẽpora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorũ suorum, à seculo, Prophetarum. ¶22 Moyses quidem dixit, Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris tãquam me: ipsum audietis iuxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis. ¶23 Erit autem: omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. ¶24 Et omnes Prophetæ à Samuel, & deinceps qui locuti sunt, annuntiauerunt dies istos. ¶25 Vos estis filii Prophetarum & testamẽti quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham, & in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. ¶26 Vobis primùm Deus, suscitans Filium suum, misit eum benedicentem vobis: vt conuertat se vnusquisque à nequitia sua.

CAP. IIII.

¶1 Loquentibus autem illis ad populum, superuenerunt sacerdotes & magistratus templi & Sadducæi, ¶2 Dolentes quòd docerent populum, & annuntiarent in Iesum resurrectionem ex mortuis: ¶3 Et iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum. erat autem iam vespera. ¶4 Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt. & factus est numerus eorum quinque millia. ¶5 Factum est autem in crastinum vt congregarentur principes eorum, & seniores & Scribæ in Ierusalem, ¶6 Et Annas princeps sacerdotum, & Caiphas, & Iohannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali. ¶7 Et statuentes eos in medio, interrogabant. In qua virtute aut in quo nomine fecistis hoc vos? ¶8 Tunc repletus Spiritu sancto Petrus, dixit ad eos, Principes populi & seniores audite, ¶9 Si nos hodie iudicamur in benefacto hominis infirmi, in quo iste salvus factus est, ¶10 Notum sit omnibus vobis & omni plebi Israel, quia in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazaræni quẽ vos crucifixistis, quẽ Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. ¶11 Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: ¶12 Et non est in allo aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. ¶13 Videntes autem Petri cõstantiam & Iohannis, comperto quòd homines essent sine literis & idiotæ, admirabãtur, & cognoscebant eos quoniam cum Iesu fuerant: ¶14 Hominem quoque videntes stantem cum eis qui curatus fuerat, nihil poterant cõtradicere. ¶15 Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere: & conferebant adinuicẽ, ¶16 Dicentes, Quid faciemus hominibus istis? quoniam quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Ierusalem manifestum est, & nõ possumus negare. ¶17 Sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis ne vltrà loquãtur in nomine hoc vlli hominum. ¶18 Et vocantes eos, denũtiauerunt ne omnino loquerentur, neque docerent in nomine Iesu. ¶19 Petrus verò & Iohannes respondentes dixerunt ad eos, Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire quàm Deum, iudicate. ¶20 Non enim possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. ¶21 At illi comminantes, dimiserunt eos: nõ inuenientes quomodo punirent eos propter populum, quia omnes clarificabant id quod factum fuerat, in eo quod accidebat. ¶22 Annorum enim erat amplius quadraginta homo, in quo factum fuerat signum istud sanitatis. ¶23 Dimissi autem venerunt ad suos: & annuntiauerunt eis quanta ad eos principes sacerdotũ & seniores dixissent. ¶24 Qui quũ audissent, vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum, & dixerunt, Domine, tu es quẽ fecisti cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt, ¶25 Qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti, Quare fremuerunt Gentes, & populi meditati sunt inania? ¶26 Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnũ aduersus Dominũ, & aduersus Christũ eius. ¶27 Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus Sanctũ puerũ tuum, Iesum, quẽ vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum Gentibus & populis Israel, ¶28 Facere quæ manus tua & consilium tuum decreuerũt fieri. ¶29 Et nunc Domine respice in minas eorũ, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuũ. ¶30 In eo quòd manum tuã extẽdas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomẽ sancti Filii tui Iesu. ¶31 Et quũ orasse nt, motus est locus in quo erant cõgregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & loquebantur verbũ Dei cũ fiducia. ¶32 Multitudinis autẽ credentium erat cor vnum & anima vna: nec quisquã eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. ¶33 Et virtute magna reddebant Apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis. ¶34 Neq; enim quisquã egẽs erat inter illos. Quotquot enim possessores

agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, ¶ 35 Et ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat. ¶ 36 Ioseph autem qui cognominatus est Barsabas ab Apostolis, (quod est interpretatum, filius consolationis) Leuites, Cyprius genere, ¶ 37 Qui habens agrum, vendidit eũ, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.

Vt, Diuidebatur

Barnabas

## CAP. V.

A VIr autem quidam nomine Ananias cum Sapphira vxore sua vendidit agrũ, ¶ 2 Et fraudauit de pretio agri, conscia vxore sua: & afferens partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit. ¶ 3 Dixit autem Petrus ad Ananiam, Anania, cur tẽtauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agri? ¶ 4 Nonne manẽs tibi manebat, & venũdatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo. ¶ 5 Audiens autem Ananias hæc verba, cõcidit, & expirauit. Et factus est timor magn' super omnes qui audierunt. ¶ 6 Surgentes autẽ iuuenes amouerunt B eum, & efferẽtes sepelierũt. ¶ 7 Factũ est autẽ quasi horarũ trium spatiũ, & vxor ipsius, nesciens quod factũ fuerat, introiuit. ¶ 8 Dixit autẽ ei Petrus, Dic mihi mulier, ' ſi tãti agrũ vendidistis? Et illa dixit, etiam, tanti. ¶ 9 Petrus autem ad eam, Quid vtique conuenit vobis tentare Spiritum Domini? Ecce, pedes eorum qui sepelierunt virum tuum, ad ostium, & efferent te. ¶ 10 Confestim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrãtes autem iuuenes, inuenerunt illam mortuam: & extulerunt, & sepelierunt ad virum suum. ¶ 11 Et factus est timor magnus in vniuersa ecclesia, & in omnes qui audierunt hæc. ¶ 12 Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe, (& erãt vnanimiter omnes in porticu Salomonis. ¶ 13 Cæterorũ autem nemo audebat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. ¶ 14 Magis autem augebatur credentium in Domino multitudo virorum ac mulierum: ¶ 15 Ita vt in plateas eicerent infirmos, & ponerent in lectulis ac grabbatis: vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. ¶ 16 Cõcurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem, afferentes ægros & vexatos à spiritibus immundis: qui curabantur omnes. ¶ 17 Exurgens autem princeps sacerdotum & omnes D qui cum illo erant, quæ est hæresis Sadducæorum, repleti sunt zelo: ¶ 18 Et iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. ¶ 19 Angelus autẽ Domini per noctem apertens fanuas carceris, & educens eos, dixit, ¶ 20 Ite: & stãtes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. ¶ 21 Qui quum audissent, intrauerũt diluculo in templum, & docebant. Adueniens autem princeps sacerdotum, & qui cum eo erant, conuocauerunt cõcilium & omnes seniores filiorum Israel: & miserunt ad carcerem vt adducerentur. ¶ 22 Quũ autẽ venissent ministri, & apertio carcere nõ inuenissent illos: reuerũ nũtiauerunt, ¶ 23 Dicẽtes, Carcerẽ quidem inuenimus clausum cũ omni diligentia, & custodes stantes ante fanuas: aperiẽtes autẽ, neminem intus inuenimus. ¶ 24 Vt autem audierũt hos sermones magistratus templi & principes sacerdotũ, ambigebant de illis quidnam fieret. ¶ 25 Adueniens autem quidam nuntiauit eis, Quia ecce viri quos posuistis in carcerẽ, sunt in templo stãtes, & docẽtes populũ. ¶ 26 Tunc abiit magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi. Timebant enim populum ne lapidarentur. ¶ 27 Et quũ adduxissent illos, stauerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, ¶ 28 Dicens, Præcipiendo præcepimus vobis ne docereti is in nomine isto: & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. ¶ 29 Respondens autem Petrus & Apostoli, dixerunt, Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. ¶ 30 Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis suspendentes in ligno. ¶ 31 Hunc Principem & Saluatorem Deus exaltauit dextera sua, ad dandam pœnitentiam Israeli, & remissionem peccatorum. ¶ 32 Et nos sumus testes horum verborũ, & Spiritus sanctus, quẽ dedit Deus omnibus obedientibus sibi. ¶ 33 Hæc quum audissent, dissecabantur: & cogitabant interficere illos. ¶ 34 Surgens autem quidam in concilio Pharisæus nomine Gamaliel, Legisdoctor honorabilis vniuersæ plebi, iussit "foras ad breue homines fieri: ¶ 35 Dixitque ad illos, Viri Israelitæ, attendite vobis super hominib' istis quid acturi sitis. ¶ 36 Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est: & omnes qui' credebant ei, dissipati sunt, & redacti ad nihilum. ¶ 37 Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum post se, & ipse periit: & omnes quotquot cõsentiebant ei, dispersi sunt. ¶ 38 Et nũc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis, & sinite illos: quoniam si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur: ¶ 39 Si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne forte & Deo repugnare videamini. Consenserunt autem illi. ¶ 40 Et conuocantes Apostolos, cæsis denuntiauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos. ¶ 41 Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. ¶ 42 Omni autem die non cessabant in templo & circa domos docentes & euangelizantes Christum Iesum.

Respondit

"vt

"quidam

"qui

## CAP. VI.

IN diebus autem illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorũ aduersus Hebræos, eo quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. ¶ 2 Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt, Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. ¶ 3 Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonii septem, plenos Spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus: ¶ 4 Nos verò, orationi & ministe-

rio verbi Instantes etimus. ¶ 5 Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenũ fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. ¶ 6 Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus. ¶ 7 Et verbum 'Domini' crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei. ¶ 8 Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. ¶ 9 Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ 'appellabatur' Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano: ¶ 10 Et non poterant resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur: propter quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia. ¶ 11 Tunc summiserunt viros, qui dicerent se audiuisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen & Deum. ¶ 12 Commouerunt itaque plebem, & seniores, & Scribas: & concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium, ¶ 13 Et statuerunt falsos testes qui dicerent, Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctũ & Legem. ¶ 14 Audiuimus enim eum dicentem quoniam Iesus Nazarænus hic destruet locum istum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. ¶ 15 Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tanquam faciem Angeli.

CAP. VII.

Dixit autem princeps sacerdotum, Si hæc ita se habeant? ¶ 2 Qui ait, Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ quum esset in Mesopotamia, prius quàm moraretur in Charã, ¶ 3 Et dixit ad illum, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi. ¶ 4 Tunc exiit de Terra Chaldæorum, & habitauit in Charan. Et inde, postquã mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis. ¶ 5 Et non dedit illi hæreditatem in ea nec passum pedis: 'sed' repromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, quum non haberet filium. ¶ 6 Locutus est autem 'ei' Deus, Quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiicient, & malè tractabunt eos annis quadringentis: ¶ 7 Et Gentem cui seruierint, iudicabo ego, 'dicit Dominus.' & post hæc exibunt, & seruient mihi in loco isto. ¶ 8 Et dedit illi testamentum circumcisionis. & sic genuit Isaac, & circuncidit eum die octauo: & Isaac, Iacob: & Iacob, duodecim Patriarchas. ¶ 9 Et Patriarchæ æmulantes, Ioseph venumdederũt in Aegyptum: & erat Deus cum eo: ¶ 10 Et eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius, & dedit ei gratiam & sapientiam in conspectu Pharaonis regis 'Aegyptiorum,' & constituit eum præpositum super Aegyptum & super omnem domum suam. ¶ 11 Venit autem fames in vniuersam Aegyptum & Chanaan, & tribulatio magna: & non inueniebant cibos patres nostri. ¶ 12 Quum audisset autem Iacob esse frumẽtum in Aegypto, misit patres nostros primùm: ¶ 13 Et in secundo cognitus est Ioseph à fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus eius. ¶ 14 Mittens autem Ioseph, accersiuit Iacob patrẽ suum, & omnem cognationem 'suam' in animabus septuaginta quinque. ¶ 15 Et descendit Iacob in Aegyptum: & defunctus est ipse & patres nostri. ¶ 16 Et translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filii Sichem. ¶ 17 Quum autem appropinquaret tempus promissionis, quam confessus erat Deus Abrahæ, creuit populũ & multiplicat' est in Aegypto, ¶ 18 Quoadusque surrexit alius rex in Aegypto, qui non sciebat Ioseph. ¶ 19 Hic circunueniens genus nostrum, affixit patres nostros: vt exponerent infantes suos, ne viuificarentur. ¶ 20 Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. ¶ 21 Exposito autem illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi in filium. ¶ 22 Et eruditus est Moyses omni sapientia Aegyptiorum: & erat potens in verbis & in operibus suis. ¶ 23 Quum autem impleretur ei quadraginta annorum tẽpus, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios Israel. ¶ 24 Et quum vidisset quendam iniuriam patientem, vindicauit illum: & fecit vltionem ei qui iniuriam sustinebat, percusso Aegyptio. ¶ 25 Existimabat autem intelligere fratres quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexerunt. ¶ 26 Sequenti verò die apparuit illis litigantibus: & reconciliabat eos in pace, dicens, Viri, fratres estis: vt quid nocetis alter alterum? ¶ 27 Qui autem iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens, Quis te constituit principem & iudicem super nos? ¶ 28 Nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Aegyptium? ¶ 29 Fugit autem Moyses in verbo isto: & factus est aduena in Terra-Madian, vbi generauit filios duos. ¶ 30 Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flammæ rubi. ¶ 31 Moyses autem videns, admiratus est vitum. Et accedente illo vt consideraret, facta est ad eum vox Domini, 'dicens,' ¶ 32 Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moyses, non audebat considerare. ¶ 33 Dixit autem illi 'Deus,' Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est. ¶ 34 Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Aegypto, & gemitum eorum audiui, & descendi liberare eos. & nunc veni, '& mittam te in Aegyptũ. ¶ 35 Hunc Moysen quem negauerunt, dicentes, Quis te constituit principem & iudicem? hunc, Deus principem & redemptorem misit, cum manu Angeli qui apparuit illi in rubo. ¶ 36 Hic eduxit illos, faciens prodigia & signa in Terra-Aegypti, & in Rubro-mari, & in deserto annis quadraginta. ¶ 37 Hic est Moyses qui dixit filiis Israel, Propheram suscitabit vobis Deus de fratribus vestris tanquam me: ipsum audietis. ¶ 38 Hic est qui fuit

Gene.42.2.
Gene.45.2.
Gene.46.2.
Gen.49.d.
Gene.50.b.7.
Ios.24 g.11.
Gene.15.d.16.
Exod.1.a.7.
Exod.1.a.2.
Hebr.11.a.23.
Exod.2.b.12.
Exod.2.c.15.
Exod.3.a.
Dominus.
Exod.7.a.5.
19.11.14.
Exod.16.a.2.
Deut.18.c.15.
7.3.d.22.
Exod.19.a.2.

in ecclesia in solitudine ,cum Angelo qui loquebatur ei in monte Sina , & cum patribus nostris : qui accepit verba vitæ dare nobis . ¶39 Cui noluerunt obedire patres nostri:sed repulerunt,& auersi sũt cordibus suis in AEgyptũ, ¶40 dicentes ad Aaron, Fac nobis de
Exod.32.a.1. *Moy se enim huic
os qui præcedant nos:*Moysi enim huic qui eduxit nos de Terra AEgypti, nescimus quid factum sit ei. ¶41 Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabantur in operibus manuum suarum. ¶42 Conuertit autem Deus,& tradidit eos seruire militiæ cæli , sicut scriptum est in libro
Amos 5.g.25. Prophetarũ, Nunquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? ¶43 Et suscepistis tabernaculũ
F Moloch, & sydus dei vestri Remphan,figuras quas fecistis,adorare eas . Et transferam vos trans Babylonem. ¶44 Tabernaculum testimonii fuit cum patribus nostris in deserto,
Exod.25.d.40 sicut disposuit illis Deus, loquens ad Moyheb.8.b.5. sen vt faceret illud secundum formã quã vi-
Iosue 3.c.14. derat. ¶45 Quod & induxerunt,susceptentes patres nostri cũ Iesu in possessionẽ Gentiũ, quas expulit Dtus à facie patrum nostrorũ,
2.Reg.16.c.13. usque in diebus Dauid, ¶46 Qui inuenit gra
psal.131.a.4. tiam ante Deum,& petiit vt inueniret tabe
2.Reg.7.a.2. naculum Deo Iacob. ¶47 Salomon autem æ
psal.131.a.4. dificauit illi domum. ¶48 Sed nõ Excelsus in
3.Reg.6.a.1. manufactis habitat,sicut propheta dici-
1.par.17.b.12. t, ¶49 Cælum mihi sedes est:terra autẽ,sca
Es.17.f.24. bellũ pedum meorum. Quamdomum ædifica
*Propheta bitis mihi,dicit Dominus? aut quis locus re-
Esa.66.a.1. quietionis meæ est? ¶50 Nonne manus mea
Iere.6.b.10. fecit hæc omnia? ¶51 Dura cervice, & incir-
Ezech.44.c.9 cuncisi cordibus & auribus,vos semper Spiri
*incircuncisus tui sancto resistitis:sicut patres vestri & vos.
*resistitis: G ¶52 Quẽ Prophetarũ nõ sũt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui prænuntiabãt de aduentu Iusti,cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis: ¶53 Qui accepistis legẽ in dispositione Angelorũ, & nõ custodistis. ¶54 Audientes autem hæc,dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. ¶55 Quum autem esset plenus Spiritu sancto,intendens
Exod.19.a.3. in cælum,vidit gloriam Dei , & Iesum stantem à Dextris virtutis Dei. ¶56 Et ait, Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. ¶57 Exclamantes autem voce magna,continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. ¶58 Et eiicientes eum extra Ciuitatem,lapidabant:& testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus. ¶59 Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem. Domine Iesu, suscipe spiritum meum. ¶60 Positis autẽ genibus,clamauit voce magna, dicens,Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et quũ hoc dixisset,obdormiuit in Domino. Saulus autem erat consentiens neci eius.

CAP. VIII.

A Facta est autem in illa die persecutio magna in ecclesia,quæ erat Ierosolymis,& omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ,præter Apostolos. ¶2 Curauerunt autem Stephanum viri timorati , & fecerunt planctum magnum super eum. ¶3 Saulus autem deuastabat ecclesiam:per domos intrans, & trahens viros ac mulieres , tradebat in custodiam. ¶4 Igitur qui dispersi erant,pertrãsibãt,euãgelizantes verbũ Dei. ¶5 Philippus autem descẽdens in ciuitatẽ Samariæ,prædicabat illis Christũ. ¶6 Intẽdebant autẽ turbæ his quæ à Philippo dicebãtur,vnanimiter audientes,& videntes signa quæ faciebat. ¶7 Multi enim eorũ qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exibant. Multi autem B paralytici & claudi curati sunt . ¶8 Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. ¶9 Vir autem quidam nomine Simon, qui antè fuerat in ciuitate magus, seducens gentẽ Samariæ,dicẽs se esse aliquẽ magnũ: ¶10 Cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum,dicentes, Hic,est virtus Dei.quæ vocatur magna . ¶11 Attendebant autem eum, propter quòd multo tẽpore magicis suis dementasset eos . ¶12 Quum verò credidissent C & Philippo euangelizanti de regno Dei:in nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres. ¶13 Tunc Simon & ipse credidit:& quũ baptizatus esset, adhærebat Philippo . videns etiã signa & virtutes maximas nẽri, studens admirabatur . ¶14 Quam autem audissent Apostoli qui erant in Ierosolymis,quòd recepisset Samaria verbum Dei : miserunt ad eos Petrum & Iohannem. ¶15 Qui quum venissent,orauerunt pro ipsis,vt acciperent Spiritum sanctum. ¶16 Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tãtũm erant in nomine Domini Iesu. ¶17 Tunc imponebant manus super illos , & accipiebant Spiritum sanctum. ¶18 Quum vidisset autem Simon quia per impositionem manus Apostolorũ daretur Spiritus sanctus , obtulit eis D pecuniam, ¶19 Dicens, Date & mihi hanc potestatem, vtcuicunque imposuero manus,accipiat Spiritum sanctum. ¶20 Petrus autem dixit ad eum , Pecunia tua tecũ sit in perditionem: quoniã donum Dei existimasti pecunia possideri. ¶21 Non est enim tibi pars,neque sors in sermone isto. cor enim tuũ nõ est rectum corã Deo. ¶22 Pœnitentiam itaque age ab hac nequitia tua:& roga Deum,si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. ¶23 In felle enim amaritudinis , & obligatione iniquitatis video te esse. ¶24 Respondens autem Simon, dixit, Precamini vos pro me ad Dominum vt nihil veniat super me horum quæ dixistis. ¶25 Et illi quidem testificati & locuti E verbum Dei, redibant Ierosolymam, & multis regionibus Samaritanorũ euangelizabant. ¶26 Angelus autem Domini locutus est ad Philippum,dicens, Surge,& vade contra meridianũ . ad viam quæ descẽdit ab Ierusalem in Gazam:hæc est deserta. ¶27 Et surgens abiit . Et ecce, vir AEthiops, eunũchus, potens Candaces reginæ AEthiopum, qui erat super omnes gazas eius:venerat adorare in Ierusalem: ¶28 Et reuertebatur sedẽs super currum suũ,legẽnsque Esaiã prophetã. ¶29 Dixit autẽ Spiritus Philippo, Accede,& adiunge te ad currum istũ. ¶30 Accurrens autẽ Philippus, audiuit eum legentem Esaiam prophetam, &

dixit, Putásne intelligis quæ legis? ¶ 31 Qui ait, Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippum vt ascenderet, & sederet secũ. ¶ 32 Locus autẽ Scripturæ quam legebat, erat hic, ¶ Tanquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. ¶ 33 In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit, quoniam* tolletur de terra vita eius? ¶ 34 Respondens autẽ eunuchus Philippo, dixit, Obsecro te, de quo Propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? ¶ 35 Aperiẽs autem Philippus os suũ, & incipiẽs à Scriptura ista, euãgelizauit illi Iesum. ¶ 36 Et dum irent per viã, venerunt ad quandã aquã: & ait eunuchus, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? ¶ 37 Dixit autẽ Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait, Credo Filium Dei esse Iesum Christum. ¶ 38 Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquam, Philippus & eunuchus, & baptizauit eum. ¶ 39 Quum autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius nõ vidit eum eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. ¶ 40 Philippus autem inuentus est in Azoto: & pertransiens euãgelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

## CAP. IX.

SAulus autem adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, ¶ 2 Et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem. ¶ 3 Et quum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subitò circumfulsit eum lux de cælo. ¶ 4 Et cadens in terram, audiuit vocem dicentem sibi, Saule, Saule, quid me persequeris? ¶ 5 Qui dixit, Quis es Domine? Et ille, Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulũ calcitrare. ¶ 6 Et tremens ac stupens dixit, Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eũ, Surge, & ingredere ciuitatẽ, & ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. ¶ 7 Viri autem illi qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. ¶ 8 Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. ¶ 9 Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit neque bibit. ¶ 10 Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illũ in visu Dominus, Anania. At ille ait, Ecce ego sum Domine. ¶ 11 Et Dominus ad eum, Surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine, Tarsensem, ecce enim orat. ¶ 12 Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem & imponẽtem sibi manus vt visum recipiat. ¶ 13 Respondit autẽ Ananias, Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalẽ. ¶ 14 Et hic habet potestatem à principibus sacerdotũ alligandi omnes qui inuocãt nomen tuũ. ¶ 15 Dixit autẽ ad eum Dominus, Vade, quoniã vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram Gentibus & regibus & filiis Israel. ¶ 16 Ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. ¶ 17 Et abiit Ananias, & introiit in domũ: & imponens ei manus, dixit, Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas, & implearis Spiritu sancto. ¶ 18 Et cõtestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit. & surgẽs baptizatus est. ¶ 19 Et quum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autẽ cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot. ¶ 20 Et continuò ingressus in synagõgas, prædicabat Iesum quoniam hic est Filius Dei. ¶ 21 Stupebãt autem omnes qui eum audiebant, & dicebãt, Nõne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotũ? ¶ 22 Saulus autẽ multò magis conualescebat, & cõfundebat Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. ¶ 23 Quum autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in vnum Iudæi vt eum interficerent. ¶ 24 Notæ autẽ factæ sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte, vt eũ interficerẽt. ¶ 25 Accipientes autem eum discipuli eius nocte, per murũ demiserunt eum, submittentes in sporta. ¶ 26 Quum autem veniisset in Ierusalem, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes quòd esset discipulus. ¶ 27 Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominum, & quia locutus est ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu. ¶ 28 Et erat cum illis intrans & exiens in Ierusalem, fiducialiter agens in nomine Domini. ¶ 29 Loquebatur quoque Gentibus: & disputabat cum Græcis: illi autem quærebãt occidere eum. ¶ 30 Quod quum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tarsum. ¶ 31 Ecclesia quidem per totam Iudæam, & Galilæam & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione Sancti spiritus replebatur. ¶ 32 Factum est autem, vt Petrus dum transiret vniuersos, deueniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ. ¶ 33 Inuenit autem ibi hominem quendam, nomine Æneam, ab annis octo iacentem in grabbato, qui erat paralyticus. ¶ 34 Et ait illi Petrus, Ænea, sanet te Dominus Iesus Christus: surge, & sterne tibi. Et continuò surrexit. ¶ 35 Et viderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: qui conuersi sunt ad Dominum. ¶ 36 In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. ¶ 37 Factum est autem in diebus illis vt infirmata moreretur. Quam quum lauissent, posuerunt eam in cœnaculo. ¶ 38 Quum autẽ propè esset Lydda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogãtes, Ne pigriteris venire vsq; ad nos. ¶ 39 Exurgens autem Petrus venit cum illis. Et quum aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum: &

*in synagogis

1. Cor. 11. g. 18.

*& fiducialiter

*sanat

eleeunsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes quas faciebat illis Dorcas. ¶40 Ejectis autem omnibus foras, etrus ponens genua orauit: & conuersus ad corpus, dixit, Tabitha, surge. Ac illa aperuit oculos: & vîso Petro resedit. ¶41 Dans autem illi manum, erexit eam. Et quũ vocasset sanctos & viduas, assignauit eam viuam.

¶42 Notum autem factum est per vniuersam Ioppe: & credidérũt multi in Domino. ¶43 Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simõnem quendam coriarium.

CAP. X.

A VIr autem quidam erat in Cæsarèa, nomine Cornelius, centurio cohortis quæ dicitur Italica, ¶2 Religiosus ac timeus Deum cum omni domo sua, faciés eleemosynas multas plebi. Et deprecans Deum semper, ¶3 Is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi, Cornéli. ¶4 At ille intuens eum, timore correptus dixit. Quis es Domine? Dixit autem illi. Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Dei. ¶5 Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simõnem quendam qui cognominatur Petrus. ¶6 Hic hospitatur apud Simõnem quendam coriarium, cuius est domus iuxta mare. hic dicet tibi quid te oporteat facere. ¶7 Et quum discessisset Angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militem metuentem Dominũ ex his qui illi parebant. ¶8 Quibus quum narrasset omnia, misit illos in Ioppen. ¶9 Postera autem die iter illis facientibus, & appropinquantibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret, circa horam sextam. ¶10 Et quum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mẽtis excessus: ¶11 Et videt cælum apertum, & descendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis submitti de cælo in terram, ¶12 In quo erãt omnia quadrupedia & serpẽtia terræ, & volatilia cæli. ¶13 Et facta est vox ad eum, Surge Petre: occide, & manduca. ¶14 At autem Petrus, Absit Domine, quia nunquam mãducaui omne commune & immundum. ¶15 Et vox iterum secundò ad eum, Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. ¶16 Hoc factum est per ter. Et statim receptum est vas in cælum. ¶17 Et dum intra se hæsitaret Petrus quidnam esset visio quam vidisset, ecce, viri qui missi erant à Cornelio, inquirentes domum Simõnis, astitérũt ad ianuam. ¶18 Et quum vocassent, interrogabant si Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium. ¶19 Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei, Ecce viri tres quærunt te. ¶20 Surge itaque, & descende, & vade cum eis, nihil dubitans: quia ego misi illos. ¶21 Descendens autem Petrus ad viros, dixit, Ecce, ego sum quem quæritis. quæ causa est propter quam venistis? ¶22 Qui dixerunt, Cornelius centurio, vir iustus & timens Deũ, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudæorum, responsum accepit ab Angelo sancto accersiri te in domum suã, & audire verba abs te. ¶23 Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequenti autem die surgens, profectus est cum illis: & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum. ¶24 Altera autem die introiuit Cæsaream. Cornelius verò expectabat illos, conuocatis cognatis suis & necessariis amicis. ¶25 Et factum est, quum introisset Petrus, obulus venit ei Cornelius: & prócidens ad pedes eius adorauit eum. ¶26 Petrus verò eleuauit eum, dicens, Surge, & ego ipse homo sum. ¶27 Et loquens cum illo, intrauit, & inuenit multos qui conuenerant, ¶28 Dixitque ad illos, Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo cõsungi, aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostẽdit Deus, neminem communem aut immundum dicere hominem. ¶29 Propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo, quam ob causam accersistis me? ¶30 Et Cornelius ait, A nudiustertiana die, vsque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida, ¶31 Et ait, Cornéli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei. ¶32 Mitte ergo in Ioppen, & accersi Simõnem qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simõnis coriarii iuxta mare. ¶33 Confestim ergo misi ad te, & tu bene feceisti venièdo. Nunc ergo omnes nos in cõspectu tuo adsumus, audire omnia quæcunque tibi præcepta sunt à Domino. ¶34 Aperiens autem Petrus os suum, dixit, In veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus: ¶35 Sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiã, acceptus est illi. ¶36 Verbum misit Deus filiis Israel, annuncians pacem per Iesum Christum: (hic est omnium Dominus.) ¶37 Vos scitis, ¶38 Quod factum est verbum per vniuersam Iudæam, incipiens enim à Galilæa, post baptismum quod prædicauit Iohannes: ¶39 Iesum à Nazareth quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransiit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. ¶40 Et nos testes sumus omniũ quæ fecit in regione Iudæorum & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno. ¶41 Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri ¶42 Non omni populo, sed testibus prædestinatis à Deo, nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo postquã resurrexit à mortuis. ¶43 Et præcepit nobis prædicare populo & testificari quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. ¶44 Huic omnes Prophetæ testimonium perhibẽt, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eũ. ¶45 Adhuc loquẽte Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. ¶46 Et obstupuerunt ex circumcisione fideles qui venerant cum Petro, quia & in Nationes gratia Spiritus sancti effusa est. ¶47 Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respõdit Petrus, ¶48 Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperunt sicut & nos? ¶49 Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum vt maneret apud eos aliquot diebus.

suos

videt

Quæ autem

accersire

Deu 1. p
Iob
F
eccl
com
gal.
eph
col
1. p
Luc

Ier
mi
7.15

CAP. XI.

Audierunt autem Apostoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniã & Gentes receperunt verbũ Dei. ¶2 Quum autẽ ascendisset Petrus Ierosolymã, disceptabãt aduersus illum qui erant ex circumcisione, ¶3 Dicẽtes, Quare introisti ad viros præputium habẽtes, & manducasti cum illis? ¶4 Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens, ¶5 Ego eram in ciuitate Ioppe orãs, & vidi in excessu mentis meæ visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initiis summitti de cælo, & venit vsq; ad me. ¶6 In quod intuens, consyderabam & vidi quadrupedia terræ & bestias & reptilia, & volatilia cæli. ¶7 Audiui autẽ & vocem dicẽtem mihi, Surge Petre, occide & mãduca. ¶8 Dixi autẽ, Nequaquam Domine: quia cõmune aut immundum nunquã introiuit in os meũ. ¶9 Respondit autem vox secundò, de cælo, Quæ Deus mundauit, tu ne cõmune dixeris. ¶10 Hoc autem factum est per ter: & recepta sunt omnia rursum in cælũ. ¶11 Et ecce, viri tres cõfestim astiterunt in domo in qua eram, missi à Cæsarea ad me. ¶12 Dixit autem Spiritus mihi vt irem cum illis, nihil hæsitans. Venerunt autẽ mecum & sex fratres isti: & ingressi sumus in domũ viri. ¶13 Narrauit autẽ nobis quomodo vidisset Angelum in domo sua, stantem & dicentẽ sibi, Mitte in Ioppen, & accersi Simõnem qui cognominatur Petr⁹, ¶14 Qui loquetur tibi verba in quibus saluus eris tu & vniuersa domus tua. ¶15 Quũ autẽ cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos initio. ¶16 Recordat⁹ sum autẽ verbi Domini, sicut dicebat, Iohannes quidẽ baptizauit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto. ¶17 Si ergo eãdem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis qui credidim⁹ in Dominũ Iesum Christũ: ego quis eram qui possem prohibere Deũ? ¶18 His auditis tacuerũt: & glorificauerunt Deũ, dicentes, Ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad vitã. ¶19 Et illi quidem qui dispersi fuerãt à tribulatione quæ facta fuerat sub Stẽphano, perambulauerunt vsque Phœnicen & Cyprum & Antiochiam, nemini loquentes verbũ, nisi solis Iudæis. ¶20 Erant autem quidam ex eis viri Cyprii & Cyrenæi, qui quum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos, annũtiantes Dominũ Iesum. ¶21 Et erat manus Domini cum eis: multúsque numerus credentium conuersus est ad Dominum. ¶22 Peruenit autem sermo ad aures ecclesiæ quæ erat Ierosolymis, super istis: & miserũt Barnabam vsque ad Antiochiam. ¶23 Qui quum peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino. ¶24 Quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto & fide. Et apposita est multa turba Domino. ¶25 Profectus est autem Tarsum vt quæreret Saulum: ¶26 Quẽ quum inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annum totũ cõuersati sunt ibi in ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christiani. ¶27 In his autem diebus superuenerunt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiam; ¶28 Et surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum famem magnã futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio⁹. ¶29 Discipuli autem prout quis habebat, proposuerunt⁹ in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus: ¶30 Quod & fecerũt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli.

CAP. XII.

Eodem autem tempore misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdam de ecclesia. ¶2 Occidit autem Iacobum frattem Iohannis gladio. ¶3 Videns autem quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum, (erant autem dies Azymorum) ¶4 Quem quum apprehendisset, misit in carcerẽ, ⁹tradẽsque quatuor quaternionibus militũ ad custodiẽdum eum, volens post Pascha producere eum populo. ¶5 Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autẽ fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. ¶6 Quum autẽ producturus eũ esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem. ¶7 Et ecce, Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo: percussóque latere Petri, excitauit eum, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. ¶8 Dixit autem Angelus ad eum, Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi, Circunda tibi vestimentum tuum, & sequere me. ¶9 Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est quod fiebat per Angelum: existimabat autem se visum videre. ¶10 Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam Ferream quæ ducit ad Ciuitatem, quæ vltrò aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnũ: & cõtinuò discessit Angelus ab eo. ¶11 Et Petrus ad se reuersus dixit, Nunc scio verè quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herõdis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. ¶12 Consyderánsque, venit ad domum Mariæ matris Iohánis, qui cognominatus est Marcus, vbi erant multi congregati & orantes. ¶13 Pulsante autem eo ad ostium ianuæ, processit puella ad videndum, nomine Rhode. ¶14 Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio nõ aperuit ianuam, sed intrò currens nuntiauit stare Petrum ante ianuam. ¶15 At illi dixerunt ad eam, Insanis. Illa autẽ affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant, Angelus eius est. ¶16 Petrus autem perseuerabat pulsans. Quum autem aperuissent ostium, viderunt eum: & obstupuerunt. ¶17 Annuens autẽ eis manu vt tacerẽt, narrauit quomodo Dominus eduxisset eũ de carcere: dixitque, Nuntiate Iacobo & Fratribus hæc. Et egressus, abiit in alium locum. ¶18 Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites quidnam factum esset de Petro. ¶19 Herodes autem quum requisisset eum, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci: descendénsque à Iudæa in Cæsarẽam, ibi commoratus est. ¶20 Erat autem iratus Tyriis & Sidoniis. At illi vnanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum regis, postulabant pacẽ, eo quòd alerentur regiones eorũ ab illo. ¶Sta-

*Cæsare,

*singuli eorũ

*tradens

tuto autem die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos.
¶12 Populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis. ¶13 Confestim autem percussit eum Angelus Domini, eo quòd non dedisset honorem Deo: & cõsumptus à vermibus, expirauit. ¶14 Verbum autem Domini crescebat & multiplicabatur. ¶15 Barnabas autẽ & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis expleto ministerio, assumpto Iohanne qui cognominatus est Marcus.

CAP. XIII.

¶1 Erant autem in ecclesia quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simõ qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahẽ, qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus. ¶2 Ministrãtibus autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. ¶3 Tunc ieiunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. ¶4 Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprũ. ¶5 Et quũ venissent Salaminam, prædicabant verbũ Dei in synagogis Iudæorum. Habebant autem & Iohannem in ministerio. ¶6 Et quum perambulassent vniuersam insulam vsque ad Paphum, inuenerunt quendam virum magum pseudoprophetam, Iudæum, cui nomen erat Bar-Iesu, ¶7 Qui erat cũ Proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnaba & Saulo, desiderabat audire verbũ Dei. ¶8 Resistebat autem illis Elymas, magus (sic enim interpretatur nomen eius) quærens auertere Proconsulem à fide. ¶9 Saulus autem qui & Paulus, repletus Spiritu sancto, intuĩs in eũ, ¶10 Dixit, O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, nõ desinis subuertere vias Domini rectas? ¶11 Et nũc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, non videns solem vsque ad tempus. Et confestim cecidit in eũ caligo & tenebræ, & circuiens quærebat qui ei manum daret. ¶12 Tunc Proconsul quum vidisset factum, credidit, admirans super doctrina Domini. ¶13 Et quũ à Papho nauigassent Paulus & qui cũ eo erãt, venerunt Pergen Pamphyliæ. Iohannes autem discedens ab eis reuersus est Ierosolymã. ¶14 Illi verò pertranseuntes Pergen, venerũt Antiochiam Pisidiæ: & ingressi synagogam die Sabbathorum, sederunt. ¶15 Post lectionẽ autem Legis & Prophetarum, miserunt principes synagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. ¶16 Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait, Viri Israelitæ, & qui timens Deum, audite. ¶17 Deus plebis Israel elegit patres nostros, & plebem exaltauit quum esset incolæ in Terra Aegypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea, ¶18 Et per quadraginta annorũ tempus mores eorũ sustinuit in deserto. ¶19 Et destruens Gentes septẽ in Terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum, ¶20 Quasi post quadringentos & quinquaginta annos: & post hæc dedit iudices, vsque ad Samuel prophetam. ¶21 Et exinde postulauerunt regem: & dedit illis Saul filium Cis, virũ de tribu Beniamin, annis quadraginta. ¶22 Et amoto illo, suscitauit illis Dauid regem: cui testimonium perhibens dixit, Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes volũtates meas. ¶23 Huius Deus ex semine secundum promissionẽ eduxit Israel saluatorem Iesũ, ¶24 Prædicante Iohanne ante faciem aduentus eius baptismum pœnitentiæ omni populo Israel. ¶25 Quum impleret autem cursum suum, dicebat, Quem me arbitramini esse non sum ego, sed ecce venit post me, cuius non sum digna calceamẽta pedum soluere. ¶26 Viri fratres, filii generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est. ¶27 Qui enim habitabant Ierusalem & principes eius hũc ignorãtes, & voces Prophetarum quæ per omne Sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt: ¶28 Et nullam causam mortis inuenientes in eo, petierunt à Pilato vt interficerent eum. ¶29 Quũque consummassent omnia quæ de eo scripta erant, deponẽtes eum de ligno, posuerunt eũ in monumento. ¶30 Deus autem suscitauit eũ à mortuis tertia die: ¶31 Qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cũ eo de Galilæa in Ierusalem, qui vsque nunc sũt testes eius ad plebem. ¶32 Et nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est: ¶33 Quoniam hanc Deus adimpleuit filiis eorũ nostris, resuscitans Iesum, sicut & in psalmo secundo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. ¶34 Quòd autẽ suscitauit eum à mortuis, amplius iã non reuersurum in corruptionem, ita dixit, Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia. ¶35 Ideoque & alibi dicit, Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. ¶36 Dauid enim in sua generatione quum administrasset, voluntati Dei dormiuit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem. ¶37 Quem verò Deus suscitauit à mortuis, non vidit corruptionẽ. ¶38 Notũ igitur sit vobis viri fratres, quia per hũc vobis remissio peccatorum annuntiatur ab omnibus quibus nõ potuistis in lege Moysi iustificari. ¶39 In hoc omnis qui credit, iustificatur. ¶40 Videte ergo ne superueniat vobis quod dictum est in Prophetis. ¶41 Videte cõtemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod nõ creditis si quis enarrauerit vobis. ¶42 Exeuntibus autẽ illis rogabant vt sequenti Sabbatho loquerẽtur sibi verba hæc. ¶43 Quumque dimissa esset synagoga, secuti sũt multi Iudæorũ & colẽtium Deũ aduenarũ Paulũ & Barnabã, qui loquẽtes suadebãt eis vt permanerent in gratia Dei. ¶44 Sequẽti verò Sabbatho pene vniuersa ciuitas cõuenit audire verbũ Dei. ¶45 Videntes autẽ turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. ¶46 Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primũm loqui verbũ Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad Gentes. ¶47 Sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. ¶48 Audientes autem Gentes gauisi sunt, & glorificabant verbũ

Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. ¶ 49 Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionem. ¶ 50 Iudæi autē cōcitauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionē in Paulū & Barnabam: & eiecerūt eos de finibus suis. ¶ 51 At illi excusso pulvere pedum in eos, venerunt Iconium. ¶ 52 Discipuli quoque replebantur gaudio & Spiritu sancto. CAP. XIIII.

FActum est autē in Iconio vt simul introirent synagōgam Iudæorum, & loquerentur ita vt crederet Iudæorum & Græcorū copiosa multitudo. ¶ 2 Qui verò increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt, & ad iracundiam concitauerunt animas Gentium aduersus fratres. ¶ 3 Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agentes in Domino testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum. ¶ 4 Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant cum Iudæis, quidam verò cum Apostolis. ¶ 5 Quum autem factus esset impetus Gentilium & Iudæorū cum principibus suis, vt contumelijs afficerent & lapidarent eos, ¶ 6 Intelligentes cōfugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi euangelizantes erāt. ¶ 7 Et commota est omnis multitudo in doctrina eorū: Paulus autem & Barnabas morabantur Lystris. ¶ 7 & 8 Et quidā vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ: qui nunquam ambulauerat. ¶ 9 Hic audiuit Paulum loquentē. Qui intuitus eum, & videns quia fidem haberet vt saluus fieret, ¶ 10 Dixit magna voce, Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit: & ambulabat. ¶ 11 Turbæ autem quum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam, Lycaonicè dicentes, Dii similes facti hominibus, descenderunt ad nos. ¶ 12 Et vocabant Barnabam, Iouem: Paulum verò, Mercurium: quoniā ipse erat dux verbi. ¶ 13 Sacerdos quoque Iouis qui erat ante ciuitatē, tauros & coronas ante ianuas affer̄s, cū populis volebat sacrificare. ¶ 14 Quod vbi audierunt Apostoli Barnabas & Paulus, cōscissis tunicis suis exiliērūt i turbas, clamātes, ¶ 15 Et dicētes, Viri, quid hæc facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis cōuerti ad Deum viuum, qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt: ¶ 16 Qui in præteritis generationibus dimisit omnes Gentes ingredi vias suas. ¶ 17 Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, bene faciens, de cælo dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum. ¶ 18 Et hæc dicentes, vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent. ¶ 19 Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi: & persuasis turbis, lapidantes Paulum, traxerunt extra ciuitatem, æstimātes eum mortuum esse. ¶ 20 Circundantibus autem eū discipulis, surgens intrauit ciuitatem: & postera die profectus est cum Barnaba in Derben. ¶ 21 Quumque euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium, & Antiochiam, ¶ 22 Confirmantes animas discipulorum, exhortantēsque vt permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. ¶ 23 Et quū constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino in quem crediderunt. ¶ 24 Transeuntēsque Pisidiam, venerūt in Pamphyliam. ¶ 25 Et loquentes verbum Domini in Pergen, descenderunt in Italiam: ¶ 26 Inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus quod compleuerunt. ¶ 27 Quum autem venissent, & cōgregassent ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium fidei. ¶ 28 Morati sunt autē tempus non modicum cum discipulis.

CAP. XV.

ET quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres, Quia nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari. ¶ 2 Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex aliis ad Apostolos & presbyteros in Ierusalem, super hac quæstione. ¶ 3 Illi ergo deducti ab ecclesia, pertranſibant Phœnicen & Samariam, narrantes conuersionem Gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. ¶ 4 Quum autem venissent Ierosolymam, suscepti sunt ab ecclesia & ab Apostolis & seniorib⁹, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis. ¶ 5 Surrexerunt autem quidam de hæresi Phariseorum qui crediderunt, dicentes, Quia oportet circuncidi eos, præcipere quoque seruare Legem Moysi. ¶ 6 Conuenerūtque Apostoli & seniores videre de verbo hoc. ¶ 7 Quum autem magna conquisitio fieret, surgēs Petrus dixit ad eos, Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelii, & credere. ¶ 8 Et qui nouit corda Deus, testimoniū perhibuit, dans illis Spiritum sanctū sicut & nobis, ¶ 9 Et nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorū. ¶ 10 Nūc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorū, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? ¶ 11 Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. ¶ 12 Tacuit autē omnis multitudo, & audiebāt Barnabam & Paulum narrantes quāta Deus fecisset signa & prodigia in Gentibus per eos. ¶ 13 Et postquam tacuerunt, respōdit Iacōbus, dicens, Viri fratres audite me, ¶ 14 Simon narrauit quemadmodū primum Deus visitauit sumere ex Gentibus populū nomini suo. ¶ 15 Et huic concordant verba Prophetarū, sicut scriptū est, ¶ 16 Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculū Dauid, quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigā illud: ¶ 17 Vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes Gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc. ¶ 18 Notum à seculo est Domino opus suum. ¶ 19 Propter quod ego iudico, nō inquietari eos qui ex Gētibus cōuertūtur ad Deū. ¶ 20 Sed scribere ad eos vt abstineāt se à cōtaminationibus simulachrorū, & fornica-

*Pisidiam,
*Perge,
*Attaliam:
*Ili, Natalia
*13.act.

*illis

2.Cor.11.2.
*10.g.43.
Matt.23.a.4.

Amos 9.c.8.

tione, & suffocatis, & sanguine. ¶ 21 Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbathum legitur. ¶ 22 Tunc placuit Apostolis & senioribus cum omni Ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam qui cognominabatur Barsabas, & Silam viros primos in fratribus, ¶ 23 scribentes per manus eorum: APOSTOLI & seniores, fratres, his qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus, salutem. ¶ 24 Quoniã audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, euertentes animas vestras, quibus non mandauimus: ¶ 25 Placuit nobis collectis in vnum, eligere viros, & mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba & Paulo, ¶ 26 hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi. ¶ 27 Misimus ergo Iudã & Silam, qui & ipsi vobis verbis referent eadem. ¶ 28 Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris quàm hæc necessaria: ¶ 29 Vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione: à quibus custodientes vos, bene agetis. Valete. ¶ 30 Illi ergo dimissi descenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epistolam. ¶ 31 Quam quum legissent, gauisi sunt super consolatione. ¶ 32 Iudas autem & Silas & ipsi quum essent Prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt. ¶ 33 Facto autem ibi aliquanto tempore, dimissi sunt cum pace à fratribus ad eos qui miserant illos. ¶ 34 Visum est autem Silæ ibi remanere. Iudas autem solus abiit Ierusalem. ¶ 35 Paulus autem & Barnabas demorabantur Antiochiæ, docentes, & euangelizantes cũ aliis pluribus verbũ Domini. ¶ 36 Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates in quibus prædicauimus verbũ Domini, quomodo se habeant. ¶ 37 Barnabas autem volebat secum assumere & Iohannem qui cognominabatur Marcus. ¶ 38 Paulus autem rogabat, ne eum (vt qui discessisset ab eis de Pamphylia, & non isset cum eis in opus) non debere recipi. ¶ 39 Facta est autem dissensio, ita vt discederent ab inuicem, & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum: ¶ 40 Paulus verò electo Silã profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus. ¶ 41 Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans Ecclesias: præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum.

CAP. XVI.

A Peruenit autem in Derben & Lystram: & ecce discipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris viduæ fidelis, patre Gentili. ¶ 2 Huic testimonium bonum reddebant qui in Lystris erant & Iconio fratres. ¶ 3 Hunc voluit Paulus secum proficisci: & assumens circuncidit eum propter Iudæos qui erant in illis locis. Sciebãt enim omnes quòd pater eius erat Gentilis. ¶ 4 Quum autem pertransirent ciuitates, tradebãt eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erãt Ierosolymis. ¶ 5 Et Ecclesiæ quidem confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. ¶ 6 Transeuntes autẽ Phrygiam & Galatiæ regionem, vetati sunt à Spiritu sancto loqui verbũ Dei in Asia. ¶ 7 Quũ venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eos Spiritus Iesu. ¶ 8 Quum autem pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem. ¶ 9 Et visio per noctem Paulo ostensa est: Vir Macedo quidam erat stans & deprecans eum, & dicens, Transiens in Macedoniam, adiuua nos. ¶ 10 Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quòd vocasset nos Deus euangelizare eis. ¶ 11 Nauigantes autem à Troade, recto cursu venimus Samothraciã, & sequenti die Neapolim: ¶ 12 Et inde Philippos: quæ est prima partis Macedoniæ ciuitatis, colonia. Eramus autẽ in hac vrbe diebus aliquot conferentes. ¶ 13 Die autem sabbathorum egressi sumus foras portam iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse: & sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant. ¶ 14 Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deũ, audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo. ¶ 15 Quum autem baptizata esset, & domus eius, deprecata est, dicens, Si iudicastis me fidelem Domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos. ¶ 16 Factũ est autem euntibus nobis ad orationem, puellam quandam habentem spiritum pythõnem obuiare nobis, quæ quæstum magnum præstabat dominis suis diuinãdo. ¶ 17 Hæc subsecuta Paulum & nos, clamabat dicens, Isti homines, serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis. ¶ 18 Hoc autem faciebat multis diebus. Dolẽs autẽ Paulus, & conuersus, spiritui dixit, Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exiit eadem hora. ¶ 19 Videntes autem dominii eius quia exiuit spes quæstus eorum, apprehendentes Paulum & Silam perduxerunt in forum ad principes: ¶ 20 Et offerentes eos magistratibus dixerunt, Hi homines conturbant ciuitatẽ nostram, quũ sint Iudæi: ¶ 21 Et annuntiant morem quem non licet nobis suscipere, neque facere, quum simus Romani. ¶ 22 Et cucurrit plebs aduersus eos: & magistratus scissis tunicis eorum, iusserunt eos virgis cædi. ¶ 23 Et quum multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi vt diligẽter custodiret eos. ¶ 24 Qui quum tale præceptum accepisset, misit eos in interiorem carcerẽ, & pedes eorum strinxit ligno. ¶ 25 Media autem nocte Paulus & Silas orantes laudabant Deum. Et audiebant eos, qui in custodia erant. ¶ 26 Subitò verò terræmotus factus est magnus, ita vt moueretur fundamenta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia: & vniuersorum vincula soluta sunt. ¶ 27 Expergefactus autẽ custos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat se interficere, æstimans fugisse vinctos. ¶ 28 Clamauit autẽ Paulus voce magna, dicens, Nihil tibi malì feceris: vniuersi enim hìc sumus. ¶ 29 Petitoq; lumine introgressus est: & tremefactus prõcidit Paulo & Silæ ad pedes: ¶ 30 Et producens

ciuitatis
consi

eos foras, ait, Domini, quid me oportet facere vt saluus fiam? ¶31 At illi dixerunt, Crede in Dominum Iesum: & saluus eris tu, & domus tua. ¶32 Et locuti sunt ei verbum Domini cū omnibus qui erant in domo eius. ¶33 Et tollens eos in illa hora noctis, lauit plagas eorum: & baptizatus est ipse, & omnis domus eius cōtinuō. ¶34 Quūmque perduxisset eos in domum suam, appositi eis mensam, & lætatus est cū omni domo sua credens Deo. ¶35 Et quum dies factus esset, miserunt magistratus lictores, dicentes, Dimitte homines illos.

¶36 Nuntiauit autem custos carceris verba hæc Paulo, Quia miserunt magistratus vt dimittamini. nunc igitur exeuntes, ite in pace. ¶37 Paulus autem dixit eis, Cæsos nos publicè, indemnatos, homines Romanos miserūt in carcerem, & nūc occultè nos eiiciunt? Nō ita: sed veniant, & ipsi nos eiiciant. ¶38 Nuntiauerunt autem magistratibus lictores verba hæc. Timuerūtque audito quòd Romani essent: ¶39 Et venientes deprecati sunt eos, & educentes rogabant vt egrederentur de vrbe. ¶40 Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam: & visis fratribus, consolati sunt eos, & profecti sunt.

## CAP. XVII.

QVum autem perambulassent Amphipolin & Apolloniam, venerunt Thessalonicam, vbi erat synagōga Iudæorū. ¶2 Secundum consuetudinem autem Paulus introiuit ad eos: & per sabbatha tria disserebat eis de Scripturis, ¶3 Adaperiens & insinuans quia Christum oportuit pati & resurgere à mortuis: & quia hic est Iesus Christus, quē ego annuntio vobis. ¶4 Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti sunt Paulo & Silæ, & de colētibus Gentilibus multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. ¶5 Zelantes autem Iudæi, assumentēsque de vulgo viros quosdā malos, & turba facta, concitauerunt ciuitatē: & assistentes domui Iasonis, quærebant eos producere in populum. ¶6 Et quum non inuenissent eos, trahebant Iasonem & quosdā fratres ad principes ciuitatis, clamātes, Quoniam hi qui orbem concitant, & huc venerunt, ¶7 Quos suscepit Iason, & hi omnes cōtra decreta Cæsaris faciunt, Regem alium dicentes esse, Iesum. ¶8 Concitauerunt autem plebem, & principes ciuitatis audientes hæc. ¶9 Et accepta satisfactione à Iasone & à cæteris, dimiserunt eos. ¶10 Fratres verò confestim per noctem dimiserunt Paulum & Silā in Beroam. Qui quum venissent in synagōgam Iudæorum introierunt. ¶11 Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent. ¶12 Et multi quidem crediderunt ex eis, & mulierum Gentilium honestarum, & viri non pauci.) ¶13 Quum autem cognouissent in Thessalonica Iudæi, quia & Beroæ prædicatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, commouentes & turbantes multitudinē. ¶14 Statimque tunc Paulum dimiserunt fratres, vt iret vsque ad mare: Silas autem & Timōtheus remanserunt ibi. ¶15 Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum vsque ad Athēnas, & accepto mandato ab eo ad Silam & Timōtheum, vt quamcelerius venirent ad illum: profecti sunt. ¶16 Paulus autem quū Athēnis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatem. ¶17 Disputabat igitur in synagōga cum Iudæis, & colentibus, & in foro, per omnes dies ad eos quī audierant. ¶18 Quidam autem Epicurei & Stoici Philosophi disserebant cum eo: & quidam dicebant, Quid vult seminiuerbius hic, dicere? Alii verò, Nouorum dæmoniorū videtur annuntiator esse, quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis. ¶19 Et apprehensum eum, ad Areōpagum duxerunt, dicētes, Possumus scire quæ est hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina? ¶20 Noua enim quædam infers auribus nostris. Volumus ergo scire quidnam velint hæc esse. ¶21 (Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere, aut audire aliquid nouī.) ¶22 Stans autem Paulus in medio Areōpagi, ait, Viri Athenienses, per omnia quasi superstitiosos vos video. ¶23 Prætereuns enim & videns simulachra vestra, inueni & aram in qua scriptum erat, IGNOTO DEO. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. ¶24 Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cæli & terræ quum sit, Deus, non in manufactis templis habitat, ¶25 Nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, quum ipse det omnibus vitam & inspirationē & omnia: ¶26 Fecitque ex vno omne genus hominum, inhabitare super vniuersam faciem terræ, definiens statuta tempora & terminos habitationis eorum, ¶27 Quærere Deum si fortè attrectēt eum aut inueniant: quanuis non lōge sit ab vnoquoque nostrum. ¶28 In ipso enim viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidā vestrorum poetarum dixerunt, Ipsius enim & genus sumus. ¶29 Genus ergo quū sim Dei, non debemus æstimare auro & argento, aut lapidi, sculpturæ artis & cogitationis hominis, Diuinum esse simile. ¶30 Et tēpora quidē huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus vt omnes vbique pœnitētiam agant, ¶31 Eo quòd statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitās eum à mortuis. ¶32 Quum audissent autē resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt, Audiemus te de hoc iterū. ¶33 Sic Paulus exiuit de medio eorum. ¶34 Quidam verò viri adhærētes ei, credidērunt in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cū eis.

## CAP. XVIII.

POst hæc egressus ab Athēnis, venit Corinthum: ¶2 Et inueniens quēdam Iudæum, nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius: eo quòd præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma, accessit ad eos. ¶3 Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur. (erant autem scenefactoriæ artis.) ¶4 Et disputabat in synagōga per omne sabbathum, interponens nomen Domini Iesu, suadebātque Iudæis & Græcis. ¶5 Quū ve-

*qui audierāt.

*seminator verborum

*superstitiosiores

Psal.49.b.2. 7.7.f.42.

*Dominus

*& *aut

Esa.42.d.8.

Rom.16.a.26

B nissent autem de Macedonia Silas & Timótheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum, Iesum. ¶6 Contradicentibus autem eis & blasphemantibus, excutiés vestiméta sua, dixit ad eos, Sanguis vester sup per caput vestrũ: mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam. ¶7 Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdam, nomine Titi Iusti, colentis Deum, cuius domus erat cõiuncta synagógæ. C ¶8 Crispus autem archisynagógus credidit Domino, cum omni domo sua: & multi Corinthiórum audientes credebant, & baptizabantur. ¶9 Dixit autem Dominus nocte per visiónem Paulo, Noli timere: sed loquere, & ne taceas, ¶10 Propter quod ego sum tecum: & nemo apponetur tibi vt noceat te: quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate. ¶11 Sedit autem ibi annum & sex menses, docens apud eos verbum Dei. ¶12 Gallióne autem proconsule Achaiæ, insurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal, ¶13 Dicentes, Quia contra Legem hic persuadet hominibus colere Deũ. ¶14 Incipiente autem Paulo aperire os, dixit Gallio ad Iudæos, Si quidem esset iniquum aliquid, aut factinus pessimum, ô viri Iudæi, recte vos sustinerem. ¶15 Si verò quæstiones sunt de verbo & nominibus, & Legis vestræ, vos ipsi videritis: iudex ego horum nolo esse. ¶16 Et minauit eos à tribunali. ¶17 Apprehendentes autem omnes Sosthenem principem synagógæ, percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum Gallióni curæ erat. ¶18 Paulus verò quum adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valefaciens, naulgauit Syriam, (& cum eo Priscilla & Aquila,) qui sibi totóderat in Cénchris caput. habebat enim votum. ¶19 Deuenitque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse verò ingressus synagógam, disputabat cum Iudæis. ¶20 Rogantibus autem eis vt ampliori tempore maneret, non consensit, ¶21 Sed valefaciés, & dicés, Iterũ reuertar ad vos, D Deo volente: profectus est ab Epheso. ¶22 Et descendens Cæsaream, ascédit, & salutauit Ecclesiã, & descendit Antiochiam. ¶23 Et facto ibi aliquanto tépore profectus est, perambulans ex ordine Galatiam regionem & Phrygiam, cõfirmãs omnes discípulos. ¶24 Iudæus autem quidam, Apollos nomine, Alexãdrinus natione, vir eloquens, deuenit Ephesum, potés in Scripturis. ¶25 Hic erat edoctus viam Domini: & feruẽs Spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantum baptísma Iohannis. ¶26 Hic ergo cœpit fiducialiter agere in synagóga. Quẽ quum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerũt ei viam Domini. ¶27 Quum autem vellet ire Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discípulis vt susciperent eum. Qui quum venisset, contulit multũ his qui credíderunt. ¶28 Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, ostẽdens per Scripturas, esse Christum, Iesum.

Matt.10.b.14. 13.g.51.

Cor.1.b.14.

& nullus no ere poterit ibi:

&

Num.6.c.21. 1.11.d.24.

.Cor.4.d.19. Iacob.4.d.15.

Galatiam

.Cor.1.b.12. genere,

Rom.16.a.3. Dei.

crediderant.

CAP. XIX.

A Factum est autem quum Apollos esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus venisset Ephesum, & inuenisset quosdam discípulos: ¶2 Dixitque ad eos, Si Spiritum sanctũ accepistis credentes? At illi dixerũt ad eum, Sed neque ũ Spiritus sanctus est, audiuimus. ¶3 Ille verò ait, In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Iohánis baptísmate. ¶4 Dixit autẽ Paulus, Iohannes baptizauit baptísmo pœnitentiæ populum, dicés, in eum qui venturus esset post ipsum vt crederent, hoc est, in Iesum. ¶5 His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu. ¶6 Et quũ imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. ¶7 Erant autẽ omnes viri ferè duodecim. ¶8 Introgressus autem synagógã, cũ fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens de regno Dei. ¶9 Quũ autem quidã indurarẽtur, & non crederent, maledicẽtes viã Domini coram multitudine, discedés ab eis, segregauit discípulos, quotidie disputans in schola Tyránni cuiusdam. ¶10 Hoc autem factum est per biennium, ita vt omnes qui habitabant in Asia, audirent verbũ Domini, Iudæi atque Gentiles. ¶11 Virtutẽ quoque nõ modicas, quasli bet faciebat Deus per manũ Pauli: ¶12 Ita vt etiam super languidos deferrẽtur à corpore eius sudaria & semicinctia, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. ¶13 Tentauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis exorcístis, inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes, Adiuro vos per Iesum quem Paulus prædicat. ¶14 Erant autem cuiusdam Sceuæ Iudæi principis sacerdotum septẽ filii, qui hoc faciebant. ¶15 Respondens autem spiritus nequam dixit eis, Iesum noui, & Paulum scio: vos autem qui estis? ¶16 Et insiliens homo in eos, in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborum, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. ¶17 Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis atque Gentilibus qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iesu. ¶18 Multique credentium veniebant confitentes & annuntiantes actus suos. ¶19 Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & cõbusserunt eos coram omnibus. & computatis pretiis illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. ¶20 Ita fortiter crescebat verbum Dei & confirmabatur. ¶21 His autem expletis proposuit Paulus in Spiritu, transita Macedonia & Achaia ire Ierosolymam, dicens, Postquam fuero ibi, oportet me & Romam videre. ¶22 Mittens autem in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timótheum & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia. ¶23 Facta est autem illo tempore turbatio non minima de via Domini. ¶24 Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum: ¶25 Quos conuocans & eos qui huiusmodi erant opifices, dixit, Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio: ¶26 Et videtis, & auditis quia non soldm Epheſi, sed penè totius Asiæ, Paulus hic suadens auertit multam turbam, dicens, Quonia non sunt dii qui manibus fiunt. ¶27 Non soldm autem

Matth. marc. luc.3.c. iohan 1.12.5. & 2.a. & 11.c.

viæ c

C vel

quic næ It cipis

dista

D

con tur.

hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, & destrui incipiet maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit.
¶28 His auditis repleti sunt ira, & exclamauerunt dicentes, Magna Diana Ephesiorum.
¶29 Et impleta est ciuitas tota confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Gaio & Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli. ¶30 Paulo autem volente intrare in populū, non permiserūt discipuli. ¶31 Quidam autem & de Asiæ principibus qui erant amici eius, miserunt ad eum, rogantes ne se daret in theatrum: ¶32 Alii autē aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa: & plures nesciebant qua ex causa conuenissent. ¶33 De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autē manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo. ¶34 Quem vt cognouerunt Iudæum esse, vox facta vna est omnium, quasi per horas duas clamantium, Magna Diana Ephesiorum. ¶35 Et quum sedasset scriba turbas, dixit, Viri Ephesii, quis enim est hominū qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Iouisque prolis? ¶36 Quū ergo his contradici non possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temerè agere. ¶37 Adduxistis enim homines istos, neque sacrilegos, neque blasphemantes deam vestrā. ¶38 Quòd si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquem causam, conuentus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent inuicem. ¶39 Si quid autem alterius rei quæritis: in legitima ecclesia poterit absolui.
¶40 Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ: quum nullus obnoxius sit (de quo possimus reddere rationem) concursus istius. Et quum hæc dixisset, dimisit ecclesiam.

CAP. XX.

POstquam autem cessauit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est vt iret in Macedoniam. ¶2 Quum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam: ¶3 vbi quum fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ a Iudæis nauigaturo in Syriam, habuitque consilium vt reuerteretur per Macedoniam. ¶4 Comitatus est autem eum Sosipater Pyrrhi, Beroensis: Thessalonicensium verò Aristarchus, & Secundus, & Gaius Derbēus, & Timōtheus: Asiani verò Tychicus & Trophimus. ¶5 Hi quum præcessissent, sustinuerunt nos Troade: ¶6 Nos verò nauigauimus post dies Azymorum à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinque, vbi demorati sumus diebus septem. ¶7 Vna autem sabbathi quum venissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinū, protraxitque sermonem vsque in mediā noctem. ¶8 Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo vbi eramus congregati. ¶9 Sedens autem quidam adolescēs nomine Eutychus, super fenestram, quum mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. ¶10 Ad quem quum descendisset Paulus, incubuit super eum: & complexus dixit, Nolite turbari: anima enim ipsius in ipso est. ¶11 Ascendens autem, frangensq; panem & gustans, satisque allocutus est vsque in lucem, & sic profectus est. ¶12 Adduxerunt autem puerum viuentem, & consolati sunt non mini mè. ¶13 Nos autem ascendēntes nauem, nauigauimus in Asson, inde suscepturi Paulum. Sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus. ¶14 Quum autem conuenissemus in Asson, assumpto eo venimus Mitylenen. ¶15 Et inde nauigantes, sequenti die venimus contra Chium & alia die applicuimus Samum: & sequenti die venimus Miletum. ¶16 Proposuerat enim Paulus transnauigare Ephesum, ne qua mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si possibile sibi esset, vt diem Pentecosten faceret Ierosolymis. ¶17 A Mileto autem mittens Ephesum, vocauit maiores natu ecclesiæ. ¶18 Qui quum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis, Vos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiā, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, ¶19 Seruiens Domino cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudæorum: ¶20 Quomodo nihil subtraxerim vobis vtilium, quominus annuntiarem vobis, & docerem vos publicè & per domos, ¶21 Testificās Iudæis atque Gētilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Iesum Christum. ¶22 Et nūc ecce alligatus ego Spiritu, vado in Ierusalē: quæ in ea ventura sint mihi ignotum. ¶23 Nisi quòd Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicens quoniam vincula & tribulationes Ierosolymis me manent. ¶24 Sed nihili horum vereor: nec facio animā meam pretiosiorem quàm me, dummodo cōsummem cursum meum & ministerium verbi quod accepi à Domino Iesu testificari Euangelium gratiæ Dei. ¶25 Et nunc ecce ego scio quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes per quos trānsiui prædicans regnum Dei. ¶26 Quapropter contestor vos hodierna die quia mundus sum à sanguine omnium. ¶27 Non enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis. ¶28 Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. ¶29 Ego scio quoniam introibunt post discessionē meam lupi rapaces in vos, non parcētes gregi. ¶30 Et ex vobismetipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. ¶31 Propter quod vigilate, memoria retinētes quoniā per triennium nocte & die non cessaui, cum lachrimis monens vnūquenque vestrū. ¶32 Et nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ ipsius, qui potēs est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. ¶33 Argentum & aurum, aut vestem nullius concupiui. ¶34 Sicut ipsi scitis, quoniā ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. ¶35 Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, (quoniam ipse dixit,) Beatius est magis dare, quàm accipere. ¶36 Et quum hæc dixis-

*conueniſſet nobiſcum

*Pentecoſten

*graues

*aut

1.Cor.4.c.11. 1.theſ.2.b.9. 2.theſ.3.b.8.

set, positis genibus suis orauit cum omnibus illis. ¶37 Magnus autem factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli osculabantur eum, ¶38 dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciē eius non essent visuri. Et deducebant eum ad nauem.

CAP. XXI.

A QVum autē factum esset vt nauigaremus abstracti ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Patarā. ¶2 Et quum inuenissemus nauem trāsfretantem in Phœnicen, ascendentes nauigauimus. ¶3 Quum apparuissemus autē Cypro, relinquentes eam ad sinistram, nauigauimus in Syriam, & venimus Tyrum. ibi enim nauis expositura erat onus. ¶4 Inuentis autem discipulis, mansimus ibi diebus septē: qui Paulo dicebant per Spiritum, ne ascenderet Ierosolymam. ¶5 Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum vxoribus & filiis vsque foras ciuitatem: & positis genibus in litore, orauimus. ¶6 Et quum valefecissemus inuicem, ascendimus nauem, illi
B autem redierunt in sua. ¶7 Nos verō nauigatione *explicita, à Tyro descendimus Ptolemaidam: & salutatis fratribus, mansimus die vna apud illos. ¶8 Alia autē die profecti, venimus Cæsaream. Et intrantes domum Philippi Euāgelistæ, qui erat vnus de septem, mansimus apud eum. ¶9 Huic autem erant quatuor filiæ virgines, prophetantes. ¶10 Et quum morarentur per dies aliquot, superuenit quidā vir à Iudæa Propheta nomine Agabus. ¶11 qui venisset ad nos, tulit zonam Pauli: & alligans sibi pedes & manus dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, virū cuius est zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem Iudæi, &
C tradent in manus Gentium. ¶12 Quod quum audissemus, rogabamus nos & qui loci illius erant, ne ascenderet Ierosolymā. ¶13 Tūc respondit Paulus, & dixit, Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego autē non solū alligari, sed & mori in Ierusalē paratus sum propter nomen Domini Iesu. ¶14 Et quū ei suadere non possemus, quieuimus, dicentes, Domini voluntas fiat. ¶15 Post dies autē istos præparati, ascendebamus in Ierusalē. ¶16 Venerunt autem quidā ex discipulis à Cæsarea nobiscum, adducentes secum apud quem hospitaremur, Mnasonem quendā Cyprium, antiquum discipulum. ¶17 Et quum venissemus Ierosolymā, libenter excepernt nos fratres.
D ¶18 Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacōbum, omnēsque collecti sunt seniores. ¶19 Quos quum salutasset, narrabat per singula, quæ Deus fecisset in Gētibus per ministerium ipsius. ¶20 At illi quū audissent, magnificabant Deum, dixerūntque ei, Vides, frater, quot millia sunt in Iudæis qui crediderūt: & omnes æmulatores sūt Legis. ¶21 Audierunt autem de te quia discessionē doceas à Moyse eorum qui per Gētes sunt Iudæorū, dicens non debere eos circuncidere filios suos, neque secundum consuetudinem ingredi. ¶22 Quid ergo est? vtique oportet conuenire multitudinē: audient te superuenisse. ¶23 Hoc ergo fac quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quatuor, votum habentes super se. ¶24 His assumptis sanctifica te cum illis: & impēde in illis, vt radant capita: & scient omnes quia quæ de te audierūt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens Legem. ¶25 De his autem qui crediderunt ex Gētibus, nos scripsimus, iudicantes vt abstineant se ab idolis immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. ¶26 Tunc Paulus assumptis viris, postera die purificatus cum illis intrauit in templū, annuntiās expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorū oblatio. ¶27 Dum autem septem dies consummarentur, hi qui de Asia erant Iudæi, quum vidissent eum in templo, concitauerunt omnē populum, & iniecerunt ei manus, ¶28 Clamātes, Viri Israelitæ, adiuuate: hic est homo qui aduersus populum & Legem & locum hūc, omnes vbique docens, insuper & Gentiles induxit in templum, & violauit sanctum locū istum. ¶29 (Viderant enim Trophimum Ephesium in Ciuitate cum ipso, quem æstimauerunt quoniam in tēplum introduxisset Paulus.) ¶30 Commotāque est Ciuitas tota: & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eum extra templum: & statim clausæ sunt ianuæ. ¶31 Quærentibus autem eum occidere, nuntiatum est tribuno cohortis, Quia tota conturbatur Ierusalem. ¶32 Qui statim assumptis militibus & centurionibus, decurrit ad illos. Qui quum vidissent tribunum & milites, cessauerunt percutere Paulum. ¶33 Tunc accedens tribunus, apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis esset, & quid fecisset. ¶34 Alii autem aliud clamabant in turba. Et quum non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra. ¶35 Et quum venisset ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi. ¶36 Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eum. ¶37 Et quum cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit, Græcè nostis? ¶38 Nonne tu es Aegyptius qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorū sicariorū? ¶39 Et dixit ad eum Paulus, Ego homo sum quidem Iudæus à Tarso, Ciliciæ non ignotæ ciuitatis municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. ¶40 Et quum ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem. & magno silentio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens,

CAP. XXII.

Viri fratres & patres, audite quam ad vos A
nunc reddo rationem. ¶1 Quū audissent autē quia Hebræa lingua loquitur ad illos, magis præstiterunt silentium. ¶2 Et dicit, Ego sum vir Iudæus, natus Tarso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate, secus pedes Gamaliel, eruditus iuxta veritatem paternæ Legis, æmulator Legis sicut & vos omnes estis hodie: ¶3 qui hanc viam persecutus sum vsque ad mortem, alligans & tradens in custodias viros ac mulieres, ¶4 sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit, & omnes maiores natu: à quibus & epistolas accipiēs ad fratres, Damascum pergebam, vt ad-

ducerem inde vinctos in Ierusalem, vt puniren-
tur. ¶6 Factum est autem eunte me, & ap-
propinquante Damasco media die, subitò
de cælo circunfulsit me lux copiosa: ¶7 Et
decidens in terram, audiui vocem dicentem
mihi, Saule, Saule, quid me persequeris? ¶8 Ego autē respondi, Quis es Domine? Dixitque
ad me, Ego sum Iesus Nazarænus quem tu
persequeris. ¶9 Et qui mecū erant, lumē quidem viderunt, vocem autē nō audierūt eius
qui loquebatur mecū. ¶10 Et dixi, Quid faciā
Domine? Dominus autē dixit ad me, Surgēs
vade Damascū: & ibi tibi dicetur de omnibus
quæ te oporteat facere. ¶11 Et quum non vi-
derem præ claritate luminis illius, ad manū
deductus à comitibus veni Damascū. ¶12 Ananias autem quidā, vir *secundum Legem,
testimonium habens ab omnibus *cohabitan-
tibus Iudæis, ¶13 veniens ad me, & *stans, dixit mihi, Saule frater, respice. Et ego eadem
hora respexi in eum. ¶14 At ille dixit, Deus
patrum nostrorum præordinauit te, vt co-
gnosceres voluntatem eius, & videres Iustū,
& audires vocē ex ore eius: ¶15 Quia eris testis
illius ad omnes homines, eorum quæ vidisti
& audisti. ¶16 Et nunc quid moraris? *Exurge,
& baptizare, & *abluē peccata tua Inuocato
nomine ipsius. ¶17 Factum est autem reuerē-
ti mihi in Ierusalem, & oranti in templo, fieri
me in stupore mentis, ¶18 Et videre illum di-
centem mihi, Festina, & exi velociter ex Ieru
salem: quoniam non recipient testimonium
tuum de me. ¶19 Et ego dixi, Domine, ipsi sci
unt quia ego eram concludens in carcerem,
& cædes per synagōgas eos qui credebant in
te: ¶20 Et quum funderetur sanguis Stephani
testis tui, ego *astabam, & consentiebam, & cu
stodiebam vestimēta interficientium illum.
¶21 Et dixit ad me, Vade, quoniam ego in Na
tiones longè mittam te. ¶22 Audiebant autē
eum vsque ad hoc verbum, & leuauerunt vo
cem suā, dicentes, Tolle de terra huiusmodi:
non enim fas est eum viuere. ¶23 Vociferan-
tibus autem eis, & proicientibus vestimenta
sua, & pulueren iactātibus in aerē, ¶24 iussit
tribunus induci eum in castra, & flagellis cæ
di, & torqueri eum: vt sciret propter quā cau
sam sic acclamarent ei. ¶25 Et quum *astrin-
xisset eum loris, dicit astanti sibi centurioni
Paulus, Si hominem Romanum & indemna-
tū licet vobis flagellare? ¶26 Quo audito, cen
turio accessit ad tribunum, & nuntiauit ei,
dicens, Quid acturus es? hic enim homo, ciuis
Romanus est. ¶27 Accedens autem tribunus
dixit illi, Die mihi, si tu Romanus es? At ille
dixit, Etiam. ¶28 Et respondit tribunus, Ego
multa summa *ciuilitatem hanc consecutus
sum. Et Paulus ait, Ego autem & natus sum.
¶29 Protinus ergo discesserunt ab illo qui eū
torturi erant. Tribunus quoque timuit post-
quam resciuit quia ciuis Romanus esset, &
quia alligasset eum. ¶30 Postera autem die
volens scire diligentius quæ ex causa accusa-
retur à Iudæis, soluit eum, & iussit sacerdotes
conuenire & omne concilium: & producens
Paulū, statuit inter illos. CAP. XXIII.

INtendens autē in concilium Paulus, ait,
Viri fratres, ego omni conscientia bona cō
uersatus sum ante Deum, vsque in hodiernū
diem. ¶2 Princeps autem sacerdotum Anani-
as, præcepit astantibus sibi percutere os eius.
¶3 Tunc Paulus dixit ad eum, Percutiet te
Deus, paries dealbate. Et tu sedēs iudicas me
secundum Legem, & contra Legem iubes me
percuti? ¶4 Et qui astabant dixerunt, Summū
sacerdotem Dei maledicis? ¶5 Dixit autem
Paulus, Nesciebam fratres quia princeps est
sacerdotum. Scriptum est enim, Principem
populi tui non maledices. ¶6 Sciens autem
Paulus quia vna pars esset Sadducæorum, &
altera Pharisæorum, exclamauit in concilio,
Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Phari
sæorum: de spe & resurrectione mortuorū
ego iudicor. ¶7 Et quum hæc dixisset, facta
est dissensio inter Pharisæos & Sadducæos,
& soluta est multitudo. ¶8 Sadducæi autē
dicunt non esse resurrectionem mortuorū,
neque Angelum, neque spiritum: Pharisæi
autem vtraque confitētur. ¶9 Factus est autē
clamor magnus. Et exurgentes quidam Pha-
risæorum, pugnabant dicentes, Nihil mali
inuenimus in homine isto. quid si Spiritus lo
cutus est ei, aut Angelus? ¶10 Et quum magna
dissensio facta esset, timens tribunus ne di-
scerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites de-
scendere, & rapere eum de medio eorum, ac
deducere eum in castra. ¶11 Sequenti autem
nocte assistens ei Dominus, ait, Constans e-
sto. sicut enim testificatus es de me in Ieru-
salem, sic te oportet & Romæ testificari.
¶12 Facta autem die collegerunt se quidam
ex Iudæis, & deuouerunt se, dicentes neque
māducaturos, neq; bibituros, donec occiderēt
Paulum. ¶13 Erant autem plus quàm quadra-
ginta viri, qui hanc coniurationem fece-
rant: ¶14 Qui accesserunt ad principem sa-
cerdotum & seniores, & dixerunt, Deuotio-
ne deuouimus nos, nihil gustaturos, donec
occidamus Paulum. ¶15 Nunc ergo vos no-
tum facite tribuno cum concilio, vt produ-
cat illum ad vos, tanquam aliquid certius co
gnituri de eo. Nos verò, prius quàm appro-
piet, parati sumus interficere illū. ¶16 Quod
quum audisset filius sororis Pauli insidias, ve
nit, & intrauit in castra, nuntiauitque Pau-
lo. ¶17 Vocans autem Paulus ad se vnum ex
centurionibus, ait, Adolescentē hunc abduc
ad tribunum: habet enim aliquid indicare il-
li. ¶18 Ille quidem assumens eum, duxit ad
tribunum, & ait, Vinctus Paulus rogauit me
hunc adolescentem perducere ad te, haben-
tem aliquid loqui tibi. ¶19 Apprehēdēs autē
tribunus manum illius, secessit cum eo seor-
sum, & interrogauit illum, Quid est quod ha
bes indicare mihi? ¶20 Ille autē dixit, Iudæis
conuēnit rogare te, vt crastina die producas
Paulum in concilium, quasi aliquid certius
inquisituri sint de illo. ¶21 Tu verò ne credi-
deris illis. insidiantur enim ei ex eis viri am-
plius quàm quadraginta, qui se deuouerunt
non manducare neque bibere, donec interfi-
ciant eum: & nunc parati sunt expectantes
promissum tuum. ¶22 Tribunus igitur dimi-
sit adolescentem, præcipiens ei ne cui loque
retur quoniam hæc nota sibi fecisset. ¶23 Et
vocatis duobus centurionibus, dixit illis, Pa-

*sedes iudicas

Exod. 22.

Philip. 3.

14. 5. 12.

*Pharisæi

Matt. 22.

*enim

*surgentes

*principes

*perdu

*vocat

*conuo

sate milites ducentos, vt eant vsque Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis ¶ 24 Et iumenta præparate. vt imponentes Paulum, *saluum perducerent ad Felicē præsidē, ¶ 25 & 26 Timuit enim ne forte raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam acceptaturus pecuniam.' scribens ei epistolā continentem hæc. CLAVDIVS Lysias optimo præsidi Felici salutē. ¶ 27 Virum hunc comprehensum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, superueniens cū exercitu, eripui, cognito quia Romanus est: ¶ 28 Volēsque scire causam quā obiiciebant illi, deduxi eum in cōcilium eorum. ¶ 29 Quē inueni accusari de quæstionibus Legis ipsorum: nihil verō dignum morte aut vinculis habentem crimen. ¶ 30 Et quum mihi perlatū esset de insidiis quas parauerāt illi, misi eum ad te, denuntians & accusatoribus vt dicant apud te. Vale. ¶ 31 Milites verō, secundū præceptum sibi, assumentes Paulū, duxerunt per noctem in Antipatridem. ¶ 32 Et postera die dimissis equitibus vt cū eo irent, reuersi sunt ad castra. ¶ 33 Qui quū venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum & Paulum. ¶ 34 Quum legisset autem, & interrogasset de qua prouincia esset: & cognoscens quia de Cilicia, ¶ 35 Audiam te, inquit, quum *accusatores tui venerint. Iussit que in prætorio Herōdis custodiri eum.

CAP. XXIIII.

POst quinque autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias, cū senioribus quibusdam & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem aduersus Paulum. ¶ 2 Et citato Paulo cœpit accusare Tertullus, dicens, Quum in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam prouidentiam: ¶ 3 Semper & vbique suscipimus, optime Felix, cum omni gratiarum actione. ¶ 4 Ne diutius autem te protraham, oro breuiter vt audias nos pro tua clementia. ¶ 5 Inuenimus hunc hominem pestiferum & concitantem *seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & authorē seditionis sectæ Nazarænorū. ¶ 6 Qui etiam templum violare conatus est, *quem & apprehendimus, à quo poteris, &c. nobis iustis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. ¶ 9 Adiecerunt autem & Iudæi, dicentes hæc ita se habere. ¶ 10 Respondit autē Paulus, (annuente sibi præside dicere,) Ex multis annis te esse iudicem genti huic scies, bono animo pro me satisfaciam. ¶ 11 Potes enim cognoscere quia nō plus sunt mihi dies quàm duodecim, ex quo ascendi adorare in Ierusalem. ¶ 12 Et neque in templo inuenerūt me cum aliquo disputantem, aut concursum facientem turbæ, neque in synagogis, neque in ciuitate: ¶ 13 Neque probare possūt tibi de quibus nunc me accusant. ¶ 14 Confiteor autē hoc tibi, quòd secundum sectam, quam dicūt hæresim, sic deseruio *patri & Deo meo, credens omnibus quæ in Lege & Prophetis scripta sunt: ¶ 15 Spem habens in Deum, quam & hi ipsi expectant, resurrectionem futurā iustorum & iniquorum. ¶ 16 In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiam habere ad Deum, & ad homines semper. ¶ 17 Post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam veni, & oblationes, & vota, ¶ 18 In quibus inuenerunt me purificatū in templo non cū turba, neq; cū tumultu. ¶ 19 & 20 Et apprehenderunt me, clamantes, & dicentes, Tolle inimicum nostrū.' Quidam autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præsto esse, & accusare, si quid haberent aduersum me: ¶ 21 Aut hi ipsi dicant, si quid inuenerunt in me iniquitatis, quū stē in concilio: ¶ 22 Nisi de vna hac solummodo voce, qua clamaui inter eos stans, Quoniam de resurrectione mortuorū ego iudicor hodie à vobis. ¶ 23 Diffulit autem illos Felix, certissimè sciens de via hac, dicens, Quum tribunus Lysias descenderit, audiam vos. ¶ 24 Iussitque cēturioni custodire eum, & habere requiem, nec quenquā de suis prohibere ministrare ei. ¶ 25 Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem quæ est in Christum Iesum. ¶ 26 Disputante autem illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, Quod nūc attinet, vade: tempore autem opportuno accersiam te. ¶ 27 Simul & sperans quōd pecunia ei daretur a Paulo, propter quod & frequenter accersiens eum, loquebatur cum eo. ¶ 28 Biennio autem expleto accepit successorem Felix, Portium Festum. Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

CAP. XXV.

FEstus ergo quum venisset in prouinciam, post triduum ascendit Ierosolymam à Cæsarea. ¶ 2 Adierūntque eum principes sacerdotum, & primi Iudæorum aduersus Paulum: & rogabant eum, ¶ 3 Postulantes gratiam aduersus eum, vt iuberet perduci eum in Ierusalem, insidias tendentes vt interficerent eū in via. ¶ 4 Festus autē respondit, seruari quidem Paulum in Cæsarea: se autem maturius profecturum. ¶ 5 Qui ergo in vobis, ait, potentes sunt, descendentes simul, si quod est in viro crimen, accusent eum. ¶ 6 Demoratus autem inter eos dies non amplius quàm octo aut decem, descendit Cæsaream, & altera die sedit pro tribunali: & iussit Paulum adduci. ¶ 7 Qui quum perductus esset, circunsteterūt eum qui ab Ierosolyma descenderant Iudæi, multas & graues causas obiicientes, quas non poterant probare, ¶ 8 Paulo rationem reddente, Quoniam neque in Legem Iudæorum, neque in templum, neque in Cæsarem quicquam peccaui. ¶ 9 Festus autem volens gratiam præstare Iudæis, respondens Paulo, dixit, Vis Ierosolyma ascendere, & ibi de his iudicari apud me? ¶ 10 Dixit autē Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, vbi me oportet iudicari, Iudæis non nocui, sicut tu melius nosti. ¶ 11 Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori. si verō nihil est eorū quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem appello. ¶ 12 Tūc Festus

cum cõtũlio locutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis. ¶13 Et quum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum. ¶14 Et quum dies plures ibi morarẽtur, Festus regi indicauit de Paulo, dicens, Vir quidam est derelictus à Felice, vinctus, ¶15 De quo quũ essem Ierosolymis, adierunt me principes sacerdotũ & seniores Iudæorũ, postulãtes aduersus illũ dinationẽ. ¶16 Ad quos respondi, Quia non est Romanis cõsuetudo donare aliquem hominem prius quàm is qui accusatur, præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluẽda crimina quæ ei obiiciuntur. ¶17 Quũ ergo huc conuenissent, sine vlla dilatione lu sequenti die sedens pro tribunali, iussi adduci virum. ¶18 De quo quum stetissent accusatores, nullã causam deferebãt de quibus ego suspicabar malũ: ¶19 Quæstiones verò quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere. ¶20 Hæsitãs autem ego de huiusmodi quæstione, dicebam si vellet ire Ierosolymã, & ibi iudicari de istis. ¶21 Paulo autem appellante vt seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruari eum, donec mittam eum ad Cæsarem. ¶22 Agrippa autem dixit ad Festum, Volebam & ipse homine audire. Cras, inquit, audies eum. ¶23 Altera autẽ die quũ veniisset Agrippa & Bernice cum multa ambitione, & introissent in auditorium cũ tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubẽte Festo adductus est Paulus. ¶24 Et dixit Festus, Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc homiuem, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Ierosolymis, petentes, & acclamãtes non oportere eum viuere amplius. ¶25 Ego verò comperi, nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustũ, iudicaui mittere. ¶26 De quo quid certũ scribam domino, non habeo. Propter quod perduxi eũ ad vos, & maximè ad te, rex Agrippa, vt interrogatione facta, habeam quid scribam. ¶27 Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctũ, & causas eius nõ significare.

CAP. XXVI.

AGrippa verò ad Paulum ait, Permittitur tibi loqui pro temetipso. Tũc Paulus extenta manu, cœpit rationem reddere. ¶2 De omnibus quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, æstimo me beatum apud te quũ sim defensurus me hodie. ¶3 Maximè te sciẽte omnia quæ apud Iudæos sunt, cõsuetudines & quæstiones. propter quod obsecro, patienter me audias. ¶4 Et quidem vitam meam à iuuentute, quæ ab initio fuit iu gente mea in Ierosolymis, nouerunt omnes Iudæi: ¶5 Præsciẽtes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis, vixi Phariszus. ¶6 Et nunc in spe quæ ad patres nostros repromissionis facta est à Deo. sto iudicio subiectus, ¶7 in qua duodecim tribus nostræ nocte & die deseruientes, sperant deuenire. De qua spe accusor à Iudæis, rex. ¶8 Quid incredibile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat?

¶9 Et ego quidem existimaueram me aduersus nomẽ Iesu Nazaræni debere multa contraria agere: ¶10 Quod & feci Ierosolymis, & multos sanctorum ego in carceribus inclusi, à principibus sacerdotum potestate accepta: & quum occiderentur, detuli sententiam. ¶11 Et per omnes synagõgas frequenter puniens eos, cõpellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar vsque in exteras ciuitates. ¶12 In quibus dum irem Damascum cum potestate & permissu principum sacerdotũ, ¶13 Die media, in via, vidi, rex, de cælo supra splendorem solis circunfulsisse me lumen, & eos qui mecum simul erant. ¶14 Omnesque nos quum decidissemus in terram, audiui vocẽ loquentem mihi Hebraica lingua, Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi cõtra stimulum calcitrare. ¶15 Ego autem dixi, Quis es Domine? Dominus autem dixit, Ego sum Iesus Nazarænus quem tu persequeris. ¶16 Sed exurge & sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi vt constituam te ministrum & testem eorum quæ vidisti, & eorũ quibus apparebo tibi, ¶17 Eripiens te de populis & gentibus in quas nunc ego mitto te, ¶18 Aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucẽ, & de potestate Satanæ ad Deum, vt accipiant remissionem peccatorũ, & sortem inter sanctos per fidem quæ est in me. ¶19 Vnde, rex Agrippa, non fui incredulus cælestì visioni: ¶20 Sed his qui sunt Damasci primùm, & Ierosolymis: & in omnem regionem Iudææ, & Gentibus annuntiabam vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. ¶21 Hac ex causa me Iudæi, quum essem in templo, comprehensum tentabant volentes me interficere. ¶22 Auxilio autẽ adiutus Dei, vsque in hodiernum diem sto, testificans mihi nori atque maiori, nihil extrà dicens, quàm ea quæ Prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses, ¶23 Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorũ, lumen annuntiaturus est Populo & Gentibus. ¶24 Hæc loquẽte eo & rationem reddente, Festus magna voce dixit, Insanis Paule: multæ te literæ ad insaniam conuertunt. ¶25 Et Paulus, Non insanio (inquit) optime Feste: sed veritatis & sobrietatis verba loquor. ¶26 Scit enim de his rex, ad quem constanter loquor. latere enim eum nihil horũ arbitror. Neque enim in angulo quicquam horum gestum est. ¶27 Credis rex Agrippa Prophetis? Scio quia credis. ¶28 Agrippa autem ad Paulum, In modico suades me Christianũ fieri. ¶29 Et Paulus, Opto apud Deum & in modico, & in magno: non tantùm te, sed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri tales qualis & ego sum, exceptis vinculis his. ¶30 Et exurrexit rex, & præses, & Bernice, & qui assidebant eis. ¶31 Et quum secessissent, loquebantur ad inuicem, dicentes, Quia nihil morte aut vinculis dignum quid fecit homo iste. ¶32 Agrippa autem Festo dixit, Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

CAP. XXVII.

VT autem iudicatum est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis custodiis centurioni nomine Iulio, cohor-

Cor.11.f.12. tis Augustæ, ¶ 1 Ascendentes nauem Adru-
incipientes metinam' incipientem nauigare' circa Asiæ
loca sustulimus, perseuerante nobiscum Aris-
starcho Macedone Thessalonicēsi. ¶ 2 Sequēti
deuenimus autem die' venimus' Sidonem. Humanè autē
tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos
ire, & curam sui agere. ¶ 4 Et inde quum sustu
lissemus, subnauigauimus Cyprū: propterea
quòd essent venti contrarii. ¶ 5 Et pelagus Ci
liciæ & Pamphyliæ nauigantes, venimus Ly
stram, quæ est Lycix: ¶ 6 Et ibi inuentes cē
turio nauem Alexandrinam nauigantem in
Italiam, transposuit nos in eam. ¶ 7 Et quum
multis diebus tardè nauigaremus, & vix de
uenissemus contra Gnidum prohibente nos
vento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonē:
¶ 8 Et vix iuxta nauigantes, venimus in locū
quendam qui vocatur Boni-portus, cui iuxtā
erat ciuitas Thalassa. ¶ 9 Multo autem tēpo
re peracto, & quum iam non esset tuta naui
gatio, eo quòd ieiunium iam præteriisset, con
solabatur eos' Paulus, ¶ 10 Dicens eis, Viri, vi
deo quoniā cum iniuria & multo damno, nō
solùm oneris & nauis, sed etiam animarum
nostrarum incipit esse nauigatio. ¶ 11 Centu
rio autē gubernatori & nauclēro magis cre
debat, quàm his quæ à Paulo dicebantur.
¶ 12 Et quum aptus portus non esset ad hye
mandum, plurimi statuerunt cōsilium naui
gare inde, si quo modo possent deuenientes
Phœnicem, hyemare: portū Cretæ respicien
tem ad Africum & ad Corum. ¶ 13 Aspirante
autem Austro æstimantes propositum se te
nere, quū sustulissent de Asson, legebant Cre
tam. ¶ 14 Non post multum autē misit se cōtra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur
Eurōaquilo. ¶ 15 Quumq; arrepta esset nauis,
& non posset conari in ventū, data naue fla
tibus, ferebamur. ¶ 16 In insulam autē quan
dam decurrentes, quæ vocatur Clauda, potui
mus vix obtinere scapham. ¶ 17 Qua sublata,
adiutoriis vtebantur, accingentes nauem, "ti
mentes ne in Syrtim inciderent, summisso va
se sic ferebantur. ¶ 18 'Valida' autem nobis tē
pestate iactatis, sequenti die iactum fecerūt:
¶ 19 Et tertia die suis manibus armamenta na
uis proiecerunt. ¶ 20 Neque autem sole, neq;
syderibus apparentibus per plures dies, & tē
pestate non exigua imminente, iam ablata e
rat spes omnis salutis nostræ. ¶ 21 Et quum
multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in
medio eorū, dixit, Oportebat quidem, ō viri,
audito me, non tollere à Creta, lucriq; facere
iniuriam hanc & iacturam. ¶ 22 Et nunc suā
deo vobis bono animo esse, amissio enim nul
lius animæ erit ex 'nobis, præterquā nauis.
¶ 23 Astitit enim mihi hac nocte Angelus Dei
cuius sum ego, & cui deseruio, ¶ 24 Dicens,
Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere:
& ecce donauit tibi Deus omnes qui naugāt
tecum. ¶ 25 Propter quod bono animo estote
viri: credo enim Deo quia sic erit quemadmo
dum dictum est mihi. ¶ 26 In insulam autem
quandā oportet nos deuenire. ¶ 27 Sed post
eaquam quartadecima nox superuenit, na
uigantibus nobis in Adria circa mediam no
ctem, suspicabantur nautæ apparere sibi ali
quā regionem. ¶ 28 Qui & summittētes bolli
dem, inuenerunt passus vigīnti: & pusillum
inde separati, inuenerunt passus quindecim.
¶ 29 Timētes autem ne in aspera loca incide
remus, de puppi mittētes anchoras quatuor,
optabant diem fieri. ¶ 30 Nautis verò quærē
tibus fugere de naui, quum misissent scaphā
in mare, sub obtētu quasi inciperet à proran
charas extendere. ¶ 31 Dixit Paulus centurioni
& militib', Nisi hi in naui manserint, vos salui
fieri non potestis. ¶ 32 Tunc absciderūt mili
tes funes scaphæ: & passi sunt eam excidere.
¶ 33 Et quum lux inciperet fieri, rogabat Pau
lus omnes sumere cibum, dicens, Quartadecī
ma die hodie expectantes ieiuni permanetis,
nihil accipiētes. ¶ 34 Propter quod rogo vos
accipere cibum pro salute vestra: quia nulli
us vestrum capillus de capite peribit. ¶ 35 Et
quum hæc dixisset, sumens panem gratias e
git Deo in conspectu omnium: & quū fregis
set, cœpit manducare. ¶ 36 Animæquiores au
tem factī omnes, & ipsi sumpserunt cibum.
¶ 37 Eramus verò vniuersæ animæ in naui du
centæ septuaginta sex. ¶ 38 Et satiati cibo alle
uiabant nauem, iactantes triticum in mare.
¶ 39 Quum autem dies factus esset, terrānō a
gnoscebant: sinum verò quendam considera
bant habentem litus, in quem cogitabant, si
possent elicere nauem. ¶ 40 Et quū anchoras
sustulissent, committebant se mari, simul la
xantes iunctiuras gubernaculorum: & leuato
artēmone secundum auræ flatum, tendebant
ad litus. ¶ 41 Et quum incidissemus in locum
dithalassum, impegerunt nauem, & prora qui
dem fixa, manebat immobilis: puppis verò
soluebatur à vi maris. ¶ 42 Militū autem con
silium fuit vt custodias occiderent: nequis
quū enatasset, effugeret. ¶ 43 Centurio autem
volens seruare Paulum, prohibuit fieri: iussit
que eos qui possēt natare, emittere se primos
& euadere, & ad terram exire. ¶ 44 Et cæteros
alios in tabulis ferebāt: quosdā super ea quæ
de naui erant. Et sic factū est vt omnes animæ
euaderent ad terram.

## CAP. XXVIII.

ET quū euasissemus, tūc cognouimus quia
'Mitylene, insula vocabatur. ¶ 2 Barbari
verò præstabant non modicā humanitatem
nobis. Accensa enim pyra receperunt nos om
nes, propter imbrē qui imminebat, & frigus.
¶ 3 Quum congregasset autem Paulus sarmē
torum aliquantum multitudinem, & imposu
isset super ignem, vipera à calore quum pro
cessisset, inuasit manum eius. ¶ 4 Vt verò vide
runt Barbari pendentem bestiam de manu
eius, adinuicem dicebāt, vtique homicida est
homo hic, qui quum 'euasit de mari, vltio
non sinit eum viuere. ¶ 5 Et ille quidem ex
cutiens bestiam in ignem, nihil mali passus
est. ¶ 6 At illi existimabant eum in tumorem
conuertendum, '& subitō casurum & mori.
Diu autem illis 'expectantibus' & videntibus
nihil mali in eo fieri, conuertentes se dice
bant eum esse Deum. ¶ 7 In locis autem illis
erant prædia principis insulæ, nomine Pu
blii, qui nos susceperus, triduo benignè exhi
buit. ¶ 8 Contigit autem patrem Publii febri
bus & dysenteria vexatum iacere. Ad quem
Paulus in rauit, & qui orasset, & imposuisset
ei manus, saluauit eū. ¶ 9 Quo facto, 'omnes

qui in insula habebãt infirmitates, accedebãt & curabantur: ¶10 Qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus impositurunt quæ necessaria erant. ¶11 Post mẽses autem tres, nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne Castrorum. ¶12 Et quum uenissemus Syracusam, mansimus ibi triduo. ¶13 Inde circunlegentes deuenimus Rhegium: & post unũ diem flante Austro, secunda die uenimus Puteolos, ¶14 Vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic uenimus Romam. ¶15 Et inde quum audissent fratres, occurrerunt nobis usque ad Appiiforum, ac Tres-tabernas. Quos quum uidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam. ¶16 Quum autem uenissemus Romã, permissum est Paulo permanere sibimet cum custodiente se milite. ¶17 Post tertium autem diẽ conuocauit primos Iudæorum. Quumq; uenissent, dicebat eis, Ego, uiri fratres, nihil aduersus legem faciens, aut morem paternum, uinctus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum. ¶18 Qui quum interrogationem de me habuissent, uoluerũt me dimittere, eo quòd nulla esset causa mortis in me. ¶19 Contradicentibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem: non quasi gentem meam habens aliquid accusare. ¶20 Propter hanc igitur causam rogaui uos uidere & alloqui. Propter spem enim Israel, catena hac circundatus sum. ¶21 At illi dixerũt ad eum, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa, neque adueniens aliquis fratrum nuntiauit, aut locutus est quid de te malum. ¶22 Rogamus autem à te audire quæ sentis: nam de secta hac notum est nobis quia ubique ei contradicitur. ¶23 Quum constituissent autẽ illi diem, uenerunt ad eum in hospitiũ plurimi: quibus exponebat, testificans regnum Dei, suadẽnsque eis de Iesu ex Lege Mosi & Prophetis, à mane usque ad uesperã. ¶24 Et quidam credebant his quæ dicebantur: quidam uerò non credebant. ¶25 Quũmque inuicem non essent consentientes, discedebant, dicẽte Paulo unum uerbum. Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros, ¶26 Dicens, Vade ad populũ istum, & dic, Aure audietis, & non intelligetis: & uidentes uidebitis, & non perspicietis. ¶27 Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. ¶28 Notum ergo sit uobis quoniã Gentibus missum est hoc Saluta te Dei, & ipsi audiẽt. ¶29 Et quum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem. ¶30 Mansit autẽ biennio toto in suo cõducto: & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, ¶31 Prædicans regnum Dei, & docẽs quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni fiducia, sine prohibitione.

# Epistola Pauli Apostoli ad Romanos.

CAP. I.

PAVLVS seruus Iesu Christi, A
vocatus Apostolus, segregatus Act.13.2.3.
in Euangeliũ Dei, ¶1 Quod antè
promiserat per Prophetas suos
in Scripturis sanctis,) ¶ 3 De Fi-
lio suo, | qui factus est ei ex se- Luc.1.1.d.32.
mine Dauid secundum carnem, ¶4 Qui prædestinatus est Filius Dei in uirtute, secundũ
Spiritum sanctificationis, ex resurrectione
mortuorũ Iesu Christi Domini nostri, ¶5 Per
quem accepimus gratiam, & apostolatum ad
obediendum fidei in omnibus gentibus pro
nomine eius, ¶6 In quibus estis & uos uocati
Iesu Christi:) ¶7 Omnibus qui sunt Romæ di
lectis Dei, | uocatis sanctis. Gratia uobis & 1.Cor.1.2.1.
pax à Deo patre & Domino nostro, Iesu ephes.1.2.1.
Christo. ¶8 Primùm quidem gratias ago Deo 1.tim.1.c.9.
meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, *nostro, &
quia fides uestra annuntiatur in uniuerso Domino,
mundo. ¶9 Testis enim mihi est Deus, cui ser B
uio in spiritu meo in Euangelio Filii eius,
quòd sine intermissione memoriam uestri facio. ¶10 Semper in orationibus meis, obsecrans 1.Thes.3.c.10.
si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in uolũtate Dei, ueniendi ad uos.
¶11 Desidero enim uidere uos, ut aliquid im- 1.15.c.24.
pertiar uobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos uos: ¶12 Id est, simul consolari in uobis per eam quæ inuicem est, fidem uestram
atque meam. ¶13 Nolo autem uos ignorare
fratres, | quia sæpe proposui uenire ad uos, (& 1.Thess.2.d.17.
prohibitus sum usque adhuc,) ut aliquē fructum habeã in uobis, sicut & in cæteris gen- *&
tibus. ¶14 Græcis ac barbaris, sapientibus &
insipientibus debitor sum: ¶15 Ita (quod in *Itaque
me) prõptũ est, & uobis qui Romæ estis, euãgelizare. ¶16 Non enim erubesco Euangelii.
| Virtus enim Dei est in salutẽ omni credẽti, 1.Cor.1.c.18.
Iudæo primùm & Græco. ¶17 | Iustitia enim 3.3.c.11.
Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est, | Iustus autem ex fide uiuit. ¶18 Re- Abac.2.2.4.
uelatur enim ira Dei de cælo, super omnem heb.10.g.37.
impietatem & iniustitiã hominum eorũ qui galat.3.b.11.
ueritatẽ Dei in iniustitia detinent: ¶19 Quia *uiuet.
quod notum est Dei, manifestum est in illis. C
Deus enim illis *reuelauit. ¶20 | Inuisibilia e- *manifestauit
nim ipsius, à creatura mundi, per ea quæ fac- Heb.11.a.3.
ta sunt intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas: ita ut ephes.4.d.18.
sint inexcusabiles. ¶21 Quia quum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt,
aut gratias egerunt: sed euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor
eorum. ¶22 Dicentes enim se esse sapientes, Sapié.12.d.24
stulti facti sunt. ¶23 | Et mutauerunt gloriam
incorruptibilis Dei, in similitudinẽ imaginis
corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentiũ. ¶24 Propter quod
tradidit illos Deus in desideria cordis eorum,
in immũditiam: ut cõtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.) ¶25 Quia cõmutauerunt ueritatẽ Dei in mẽdacium: & coluerũt, *qui
*mendacio

& seruierũt creaturæ potius quàm Creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen. ¶16 Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalẽ vsum, in eum vsum qui est contra naturam. ¶17 Similiter autem & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desideriis suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes. ¶18 Et sicut non probauerũt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum sensum: vt faciant ea quæ nõ conueniũt, ¶19 Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidiis, contentione, dolo, malignitate, susurrones, ¶20 Detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, ¶21 Insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. ¶21 Qui quum iustitiã Dei cognouissent, nõ intellexerunt quoniam qui talia agũt, digni sunt morte: non solũm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt faciẽtibus.

CAP. II.

¶1 Propter quod inexcusabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. ¶2 Scimus enim quoniã iudicium Dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. ¶3 Æstimas autem hoc ô homo qui iudicas eos qui talia agũt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? ¶4 An diuitias bonitatis eius, & patientiæ & longanimitatis cõtemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? ¶5 Secũdum autem duriciam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram, in die iræ & revelationis iusti iudicii Dei, ¶6 Qui reddet vnicuique secundum opera eius. ¶7 Iis quidẽ qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionẽ quærũt: vitam æternam. ¶8 Iis autem qui sunt ex contẽtione & qui non acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati: ira & indignatio. ¶9 Tribulatio & angustia in omnem animã hominis operantis malum, iudæi primũm & Græci: ¶10 Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, iudæo primũm & Græco. ¶11 Nõ est enim acceptio personarũ apud Deũ. ¶12 Quicunque enim sine lege peccauerũt, sine lege peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. ¶13 Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabũtur. ¶14 (Quum enim Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt: eiusmodi legem nõ habẽtes, ipsi sibi sunt lex: ¶15 Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conciẽtia ipsorum, & inter se inuicem cogitationũ accusantium, aut etiam defendẽtium,) ¶16 In die quũ iudicabit Deus occulta hominum, secũdum Euangelĩũ meũ, per Iesum Christum. ¶17 Si autem tu iudæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, ¶18 Et nosti voluntatem eius, & probas vtiliora instructus per legẽ, ¶19 Cõfidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, ¶20 Eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. ¶21 Qui ergo aliũ doces, teipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: ¶22 Qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idõla, sacrilegium facis: ¶23 Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. ¶24 (Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, sicut scriptum est.) ¶25 Circũcisio quidem prodest, si legem obserues: si autem præuaricator legis fis, circuncisio tua præputium facta est. ¶26 Si igitur præputium iustitias legis custodiat: nonne præputium illius in circuncisionẽ reputabitur? ¶27 Et iudicabit id quod ex natura est præputium, legem cõsummans, te, qui per literam & circuncisionem præuaricator legis es? ¶28 Non enim qui in manifesto, Iudæus est: neque quæ in manifesto in carne, est circuncisio: ¶29 Sed qui in abscondito, Iudæus est: & circuncisio cordis, in spiritu, non litera, cuius laus nõ ex hominibus, sed ex Deo est.

CAP. III.

Quid ergo amplius Iudæo est? aut quæ vtilitas circuncisionis? ¶2 Multũm per omnem modum. Primum quidẽ quia credita sunt illis eloquia Dei. ¶3 Quid enim, si quidam illorum nõ crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? ¶4 Absit. Est autem Deus verax: omnis autem homo mendax, sicut scriptum est, Vt iustificeris in sermonibus tuis: & vincas quum iudicaris. ¶5 Si autem iniquitas nostra iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nũquid iniquus est Deus qui infert iram? (secundum hominem dico.) ¶6 Absit. alioquin quomodo iudicabit Deus, hunc mundum? ¶7 Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit, in gloriam ipsius: quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor, ¶8 Et non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? quorũ damnatio iusta est. ¶9 Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse: ¶10 Sicut scriptum est, Quia nõ est iustus quisquam, ¶11 Non est intelligẽs, non est requirẽs Deũ. ¶12 Omnes declinauerũt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonũ, non est vsque ad vnum. ¶13 Sepulchrũ patẽs est guttur eorũ, linguis suis dolose agebant. Venenũ aspidum sub labiis eorũ. ¶14 Quorum os maledictione & amaritudine plenũ est. ¶15 Veloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinẽ. ¶16 Cõtritio & infœlicitas in viis eorum, ¶17 Et viã pacis non cognouerunt. ¶18 Non est timor Dei ante oculos eorum. ¶19 Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur: vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo: ¶20 Quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. ¶21 Nunc autẽ sine lege iustitia Dei manifestata est: testificata à Lege & Prophetis. ¶22 Iustitia autẽ Dei per fidem Iesu Christi, in omnes & super omnes qui credũt in eũ. nõ enim est distinctio. ¶23 Omnes enim peccauerunt

& egent gloria Dei. ¶14 Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, ¶15 Quem proposuit Deus propitiatorem,' per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, propter remissionē præcedentium delictorum. ¶16 In sustentatione Dei, ad ostensionē iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi. ¶17 Vbi est ergo gloriatio tua? exclusa est. Per quam legem? factorū? Non: sed per legē fidei. ¶18 Arbitramur enim iustificari hominē per fidem sine operibus legis. ¶19 An Iudæorum Deus tantum? nonne & Gentium? Imó & Gentium. ¶20 Quoniā quidē vnus est Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidē. ¶21 Legē ergo destruimus per fidē? Absit: sed legem statuimus. C A P. IIII.

Quid ergo dicemus inuenisse Abrahā patrem nostrum secundū carnem? ¶2 Si enim Abrahā ex operib' legis iustificatus est: habet gloriam, sed nō apud Deum. ¶3 Quid enim dicit Scriptura? Credidit Abraham Deo: & reputatum est illi ad iustitiā. ¶4 Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. ¶5 Ei verō qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei. ¶6 Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus, ¶7 Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. ¶8 Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum. ¶9 Beatitudo ergo hæc in circumcisione tantum manet,' an etiā in præputio? Dicimus enim quia reputata est Abrahæ fides ad iustitiam. ¶10 Quomodo ergo reputata est? in circumcisione, an in præputio? Non in circumcisione, sed in præputio. ¶11 Et signum accepit circumcisionis, signaculū iustitiæ fidei quæ est in præputio: vt sit pater omnium credētium per præputium, vt reputetur & illis ad iustitiam: ¶12 Et sit pater circumcisionis, non his tantūm qui sunt ex circumcisione, sed & iis qui sectantur vestigia fidei quæ est in præputio patris nostri Abrahæ. ¶13 Non enim per legem promissio Abrahæ, aut semini eius vt hæres esset mundi: sed per iustitiā fidei. ¶14 Si enim qui ex lege, hæredes sūt: exinanita est fides, abolita est promissio. ¶15 Lex enim irā operatur. Vbi enim non est lex: nec præuaricatio. ¶16 Ideo ex fide: vt secūdum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est solū, sed & ei qui ex fide est Abrahæ, qui pater est omnium nostrum, ¶17 (Sicut scriptum est, Quia patrem multarum gentium posui te) ante Deū, cui credidit sī, qui viuificat mortuos: & vocat ea quæ non sunt, tanquā ea quæ sunt. ¶18 Qui contra spem in spem credidit: vt fieret pater multarū gentiū secūdum quod dictū est ei, Sic erit semen tuum, sicut stellæ cæli & arena maris. ¶19 Et non infirmatus est in fide: nec cōsiderauit corpus suū emortuum, quū iam ferē centū esset annorum, & emortuum vulvam Sarræ. ¶20 In repromissione etiā dei non hæsitauit diffidentia: sed confortatus est fide, dans gloriam Deo: ¶21 Plenissimē sciens quia quæcūq; promisit Deus, potens est & facere. ¶22 Ideo & reputatum est illi ad iustitiam. ¶23 Nō est autem scriptum tātūm propter ipsū, quia reputatū est illi ad iustitiā: ¶24 Sed & propter nos, quib' reputabitur credētibus in eū, qui suscitauit Iesum Christū Dominū nostrū à mortuis. ¶25 Qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit Propter iustificationē nostram. C A P. V.

Iustificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominū nostrum Iesum Christum: ¶2 Per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei. ¶3 Non soldm autem: sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, ¶4 Patientia autem probationem, probatio verò spem. ¶5 Spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. ¶6 Vt quid enim Christus, quū adhuc infirmi essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? ¶7 Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori. ¶8 Commendat autem charitatem suam Deus in nobis: quoniam cū adhuc peccatores essemus, secundum tempus Christus pro nobis mortuus est. ¶9 Multo igitur magis nunc iustificati in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. ¶10 Si enim quū inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filii eius: multò magis reconciliati, salui erimus in vita ipsius. ¶11 Nō soldm autē sed & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. ¶12 Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertransiit in quo omnes peccauerūt. ¶13 Vsque ad legem enim peccatum erat in mundo: peccatum autem non imputabatur quum lex non esset. ¶14 Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerūt in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. ¶15 Sed non sicut delictum, ita & donū. Si enim vnius delicto multi mortui sunt: multò magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. ¶16 Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum. nam iudicium quidem ex vno, in condemnationem: gratia autem ex multis delictis, in iustificationem. ¶17 Si enim vnius delicto mors regnauit per vnum: multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. ¶18 Igitur sicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem: sic & per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ. ¶19 Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores constituti sunt multi: ita & per vnius obedientiem, iusti constituentur multi. ¶20 Lex autem subintrauit vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, superabūdauit & gratia. ¶21 Vt sicut regnauit peccatum in mortem: ita & gratia

atio.
D
ablit
b.6.
1.6.
3.13.
12.
ie B
b.n.
C
.4.
dit.
4.
D
A
B
C
D
*fide
Ephes.1.d.18.
Iacob.1.a.3.
Heb.9.d.15.
1.Pet.3.c.18.
*imputatur quum lex nō est.
*peccantem
*in
*in morte

regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum.

CAP. VI.

Quid ergo dicemus? Manebimus in peccato vt gratia abundet? ¶ 2 Abūt. Si enim mortui sum' peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? ¶ 3 An ignoratis fratres' quia quicūq; baptizati sum' in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? ¶ 4 Consepulti enim sumus cū illo per baptismū in mortē: vt quemodo Christus surrexit a mortuis per gloriā Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. ¶ 5 Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius: simul & resurrectionis erimus. ¶ 6 Hoc scientes quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltrā non seruiamus peccato. ¶ 7 Qui enim mortuus est: iustificatus est a peccato. ¶ 8 Si autem mortui sumus cum Christo: credimus quia simul etiam viuemus cum Christo. ¶ 9 Scientes quòd Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltrā non dominabitur. ¶ 10 Quod enim mortuus est, peccato mortu' est semel: quod autē viuit, viuit Deo. ¶ 11 Ita & vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato: viuentes autem Deo in Christo Iesu. ¶ 12 Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore vt obediatis concupiscētiis eius. ¶ 13 Sed neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tāquā ex mortuis viuentes: & membra vestra, arma iustitiæ Deo. ¶ 14 Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim sub lege estis, sed sub gratia. ¶ 15 Quid ergo? peccabimus, quoniā non sum' sub lege, sed sub gratia? Abūt. ¶ 16 An nescitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui 'obedistis,' siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam? ¶ 17 Gratias autem Deo quòd fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ in qua traditi estis. ¶ 18 Liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ. ¶ 19 Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationē. ¶ 20 Quum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. ¶ 21 Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, 'in quibus: nunc erubescitis? nam finis illorum, mors est. ¶ 22 Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationē, finem verò vitam æternā. ¶ 23 Stipendia enim peccati, mors. Gratia autē Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro. CAP. VII.

An ignoratis fratres (scientibus enim legē, loquor) quia lex in homine dominatur quāto tēpore vluit? ¶ 2 Nā quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi. si autē mortuus fuerit vir' eius, 'soluta' est à lege viri. ¶ 3 Igitur viuente viro vocabitur adultera ū fuerit cū alio viro. Si autē mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege 'viri:' vt non sit adultera ū fuerit cū alio viro. ¶ 4 Itaque fratres mei & vos mortificati estis legi per corp' Christi. vt ūtis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt 'fructificetis' Deo. ¶ 5 Quū enim essemus in carne, passiones peccatorū quæ per legē erant, operabātur in mēbris nostris, vt fructificarent morti. ¶ 6 Nunc autē soluti sumus à lege mortis in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate Spiritus, & nō in vetustate literæ. ¶ 7 Quid ergo dicemus? lex peccatū est? Abūt. Sed peccatū non cognoui, nisi per legē. nam concupiscentiā nesciebā nisi lex diceret. ¶ Non cōcupisces. ¶ 8 Occasione autem accepta, peccatū per mandatū operatum est in me omnē concupiscentiā. Sine lege enim peccatum mortuum erat. ¶ 9 Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed quum venisset mandatū: peccatū reuixit. ¶ 10 Ego autē mortuus sum: & inuentū est, mihi mandatū quod erat ad vitam, hoc esse ad mortē. ¶ 11 Nam peccatum occasione accepta per mandatū, seduxit me, & per illud occidit. ¶ 12 Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. ¶ 13 Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Abūt: sed peccatum. vt appareat peccatum, per bonū operatum est mihi mortem: vt fiat supra modum peccans peccatum per mādatum. ¶ 14 Scimus enim quòd lex spiritualis est: ego autē carnalis sum, vænundatus sub peccato. ¶ 15 Quod enim operor, non intelligo. non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi, malum, illud facio. ¶ 16 Si autē quod nolo, illud facio: consentio legi quoniam bona est. ¶ 17 Nūc autē iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. ¶ 18 Scio enim quia nō habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autē bonum, non inuenio. ¶ 19 Non enim quod volo, bonum, hoc facio: sed quod nolo, malum, hoc ago. ¶ 20 Si autē quod nolo, illud facio: iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. ¶ 21 Inuenio igitur, legē, volenti mihi facere bonū, quoniam mihi malū adiacet. ¶ 22 Condelector enim legi Dei secundū interiorē hominem: ¶ 23 Video autē aliam legē in mēbris meis, repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in mēbris meis. ¶ 24 Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ¶ 25 Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrū. Igitur ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem legi peccati.

CAP. VIII.

Nihil ergo nūc dānationis est iis qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem ambulant. ¶ 2 Lex enim Spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. ¶ 3 Nā quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnē: Deus Filiū suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, ¶ 4 Vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui nō secundum carnem ambulamus, sed secūdum Spiritum. ¶ 5 Qui enim secundum carnē sunt: quæ carnis sunt sapiunt. qui verò secundum Spiritum sunt, quæ sunt Spiritus sentiunt. ¶ 6 Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem Spiritus, vita & pax. ¶ 7 Quoniam sapientia carnis, 'inimica est Deo: legi enim Dei nō 'est subiecta: nec enim potest. ¶ 8 Qui autē in carne sunt, Deo placere non possunt.

A
Germanebimus
Qui
Gal. 3. d. 27.
Coloss. 2. c. 12.
Phes. 4. c. 23.
Coloss. 3. b. 8.
Hebr. 12. a. 1.
2. Pet. 2. a. 1.
2. Cor. 1. c. 14.
1. Tim. 2. b. 11.
B
Domino nostro
C
Iohā. 8. d. 34.
2. Pet. 2. d. 19.
obeditis,
D
fructificetis
E
liberata
2. Cor. 7. g. 19.
1. Tim. 4
F
in
in
G
su

¶ 9 Vos autem in carne non estis, sed in Spiritu: si tamen Spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem Spiritum Christi non habet: hic non est eius. ¶ 10 Si autem Christus in vobis est: corpus quidē mortuum est propter peccatū, spiritus verō viuit propter iustificationem. ¶ 11 Quòd si Spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum a mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. ¶ 12 Ergo fratres, debitores sumus: non carni, vt secundū carnē viuamus. ¶ 13 Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem Spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. ¶ 14 Quicunque enim Spiritu Dei agūtur: hi sunt filii Dei. ¶ 15 Non enim accepistis Spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis Spiritum adoptionis filiorū Dei, in quo clamamus, Abba, (Pater.) ¶ 16 Ipse enim Spiritus, testimonium reddit spiritui nostro quòd sumus filii Dei. ¶ 17 Si autē filii: & hæredes. hæredes quidē Dei: cohæredes autē Christi: si tamen cōpatimur, vt & conglorificemur. ¶ 18 Existimo enim quòd nō sunt cōdignæ passiones huius tēporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.

¶ 19 Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorū Dei expectat. ¶ 20 Vanitati enim creatura subiecta est, nō volēs, sed propter eū qui subiecit eam in spe: ¶ 21 Quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis, in libertatē gloriæ filiorū Dei. ¶ 22 Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. ¶ 23 Nō solùm autem illa, sed & nosipsi primitias Spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorū Dei expectantes, redēptionē corporis nostri. ¶ 24 Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes. nam quod videt quis, quid sperat? ¶ 25 Si autem quod nō videmus, sperамus: per patientiā expectamus. ¶ 26 Similiter autē & Spiritus adiuuat infirmitatē nostram. nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse Spirit⁹ postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. ¶ 27 Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis. ¶ 28 Scimus autē quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. ¶ 29 Nā quos præscivit: & prædestinauit cōformes fieri imaginis Filii sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. ¶ 30 Quos autem prædestinauit, hos & iustificauit: & quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit.

¶ 31 Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis cōtra nos? ¶ 32 Qui etiā proprio Filio suo nō pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo nō etiā cum illo omnia nobis donauit? ¶ 33 Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. ¶ 34 Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. ¶ 35 Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? ¶ 36 (Sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sum sicut oues occisionis.)

¶ 37 Sed in his omnibus superamus propter eū qui dilexit nos. ¶ 38 Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, ¶ 39 Neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

## CAP IX.

VEritatem dico in Christo Iesu, nō mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, ¶ 2 Quoniā tristitia mihi magna est & cōtinuus dolor cordi meo. ¶ 3 Optabā enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sūt cognati mei secundum carnē. ¶ 4 Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, ¶ 5 Quorum patres, ex quibus est Christus secundū carnē, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen. ¶ 6 Non autem quòd exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex circuncisione sunt Israel, hi sunt Israelitæ: ¶ 7 Neque quia semen sunt Abrahæ, omnes filii: sed in Isaac vocabitur tibi semē. ¶ 8 Id est, non qui filii carnis, hi filii Dei: sed qui filii sunt promissionis, æstimantur in semine. ¶ 9 Promissionis enim verbum hoc est, Secundum hoc tempus veniam: & erit Saræ filius. ¶ 10 Non solùm autem illa: sed & Rebecca ex vno concubitu habens) Isaac patris nostri. ¶ 11 Quum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, (vt secundum electionem propositum Dei maneret,) ¶ 12 Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Quia maior seruiet minori. ¶ 13 Sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. ¶ 14 Quid ergo dicemus? nūquid iniquitas apud Deū? Absit. ¶ 15 Moysi enim dicit, Miserebor cui misertus fuī: & misericordiā præstabo cui miserebor. ¶ 16 Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Deī. ¶ 17 Dicit enim Scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostēdā in te virtutem meam: & vt annuntietur nomen meū in vniuersa terra. ¶ 18 Ergo cui vult misereturi: & quem vult indurat. ¶ 19 Dicis itaque mihi, Quid adhuc queritur? voluntati enim eius quis resistit? ¶ 20 O homo, tu quis es qui respōdeas Deo? Nūquid dicit figmētum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? ¶ 21 An nō habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verō in contumeliam? ¶ 22 Quòd si Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa iræ aptā in interitum, ¶ 23 Vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriā: ¶ 24 (Quos & vocauit, non solùm ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus, ¶ 25 Sicut in Osee dicit, Vocabo non plebem meā, plebem meam: & nō dilectam, dilectam: & nō misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. ¶ 26 Et erit: in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filii Dei viui. ¶ 27 Isaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum

A
Act. 9. 2. 2.
1. cor. 15. 2. 8.

B
2. 1. c. 17.
Ephes. 2. c. 12.
*testamenta,
*& 3. 2. 3.

B
*quia
Gene. 21. b. 12.
hebr. 11. d. 18.
Galat. 4. d. 28.

C
Gene. 18. b. 10.

C
Gene. 25. c. 21.
*patre nostro

Gene. 25. c. 21.
malach. 1. 2. 2.

D
Exod. 33. d. 19.
*cuius misere or:

Exod. 9. d. 16.

*Dices

Sapiē. 15. b. 7.
esa. 45. b. 9.
ierem. 18. 2. 6.

E
*aptata

*nos:

F
Osee 2. d. 23.
1. pet. 2. b. 10.
Osee 1. d. 10.

Esa. 10. d. 22.

Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. ¶12 Verbum enim consummans, & abbreuians in æquitate: quia verbum breuiatū faciet Dominus super terrā. ¶13 Et sicut prædixit Esaias, Nisi Dominus sabbaoth reliquisset nobis semen: sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissem⁹.) ¶14 Quid ergo dicemus? Quòd Gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est: ¶15 Israel verò sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. ¶16 Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. offenderunt enim in lapidem offensionis, ¶17 sicut scriptum est, Ecce pono in Sion Lapidem offensionis, & Petram scandali: & omnis qui credit in eum, nō confundetur.

Isa.1.c.9. C

sectans

Psal.117.c.22. Isa.8.c.14, & 28.d.16. 1.pet.2.a.6.

CAP. X.

A FRatres, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio ad Deum fit pro illis in salutem. ¶2 Testimonium enim perhibeo illis quòd æmulationem ¶quidem Dei habent, sed non secundum scientiam. ¶3 Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere: iustitiæ Dei non sunt subiecti. ¶4 Finis enim legis, Christus: ad iustitiam omni credenti. ¶5 Moyses enim scripsit, quoniā iustitiam quæ ex lege est, qui fecerit homo, viuet in ea. ¶6 Quæ autē ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cælum? id, est Christum deducere. ¶7 Aut quis descendet in abyssum? hoc, est Christum à mortuis reuocare. ¶8 Sed quid dicit Scriptura? Prope est verbū, in ore tuo, & in corde tuo. hoc est verbū fidei quod prædicamus. ¶9 Quia si confiteris in ore tuo Dominū Iesū, & in corde tuo credideris quòd Deus illum⁹ suscitauit à mortuis: saluus eris. ¶10 Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. ¶11 Dicit enim Scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. ¶12 Non enim est distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocāt illum. ¶13 Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. ¶14 Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierūt? Quomodo autem audient sine prædicante? ¶15 Quomodo verò prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum est, ¶Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona! ¶16 Sed non omnes obediunt 'Euangelio. Esaias enim dicit, ¶Domine, quis credidit auditui nostro? ¶17 Ergo fides, ex auditu: auditus autē per verbum Christi. ¶18 Sed dico, Nunquid non audierunt? Et quidē in omnem terram exiuit sonus eorū: & in fines orbis terræ verba eorū. ¶19 Sed dico, Nūquid Israel nō cognouit? Primus Moyses dicit, Ego ad æmulationē vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos immittam. ¶20 Esaias autem audet, & dicit, Inuentus sum à non quærentibus me: palàm apparui iis qui me non interrogabant. ¶21 Ad Israel autem dicit, ¶Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, 'sed' contradicentem 'mihi.'

Galat.3.d.14.

Leuit.18.a.5. Mech.10.b.11. Galat.3.b.12. Deut.30.c.11. B

Deut.30.c.14.

*excitauit

Isa.28.d.16. C

Joel.2.g.32. Act.2.c.11. *qui

Isa.52.b.7. Nahum 1.d.15. *obedierunt Isa.53.a.1. Joh.12.f.38.

D

Psal.18.a.2.6.

Deut.32.c.21.

Isa.65.a.1.

Isa.65.a.1. *&

CAP. XI.

A DIco ergo, Nūquid Deus repulit populū suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Bēlamin. ¶2 Nō repulit Deus plebem suam quam præscíuit. An nescitis in Elia quid dicit Scriptura: quēadmodum interpellat Deum aduersum Israel? ¶3 Domine Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus, & quærunt animam meā. ¶4 Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. ¶5 Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt. ¶6 Si autē gratia: iam non ex operibus. aliòquin gratia iam non est gratia. ¶7 Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc nō est consecutus: electio autem cōsecuta est. cæteri verò excæcati sunt: ¶8 Sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos, vt non videāt: & aures, vt non audiant vsque in hodiernum diem. ¶9 Et Dauid dicit, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum & in captionē & in scādalum & in retributionem illis. ¶10 Obscurētur oculi eorum, ne videāt: & dorsum eorum semper incurua. ¶11 Dico ergo, Nūquid sic offenderunt vt caderent? Absū. Sed illiorum delicto, salus est Gentibus, vt illos æmulentur. ¶12 Quòd si delictum illiorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ Gentium: quanto magis plenitudo eorū? ¶13 Vobis enim dico Gentibus, quādiu quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerii meum honorificabo. ¶14 Si quo modo ad æmulandū prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. ¶15 Si enim amissio eorum, reconciliatio est mūdi: quæ assūptio, nisi vita ex mortuis? ¶16 Quòd si delibatio sancta est, & massa: & si radix sācta, & rami. ¶17 Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autē quum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, ¶18 Noli gloriari aduersus ramos. Quòd si gloriaris: non tu radicē portas, sed radix te. ¶19 'Dicis' ergo, Fracti sūt rami, vt ego inserar. ¶20 Bene: propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time. ¶21 Si enim Deus naturalib⁹ ramis nō pepercit: ne forte nec tibi parcat. ¶22 Vide ergo benignitatē & severitatem Dei: in eos quidē qui ceciderūt, severitatē: in te autē benignitatē Dei, si permāseris in benignitate: aliòquin & tu excideris. ¶23 Sed & illi, si nō permanserint in incredulitate, inserētur. potēs est enim Deus iterū inserere illos. ¶24 Nā si 'ex tu ex naturali excisus es oleastro, & cōtra naturā insertus es in bonā oliuā: quātò magis ii qui secundū naturā, inserentur suæ oliuæ? ¶25 Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, (vt nō sitis vobisipsis sapientes,) quia cæcitas ex parte cōtigit in Israel, donec plenitudo Gētium intraret: ¶26 Et sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptū est, Veniet ex Siō, qui eripiat, & auertat impietatē à Iacob. ¶27 Et hoc illis à me testamentum, quum abstulero peccata eorum. ¶28 Secundū Euangelium quidem, inimici propter vos: secundum electionem autem charissimi propter patres. ¶29 Sine pœnitētia enim sūt dona & vocatio Dei. ¶30 Sicut enim aliquādo & vos non credidistis Deo, nunc autem miseri-

Psa.6. matt. Joh.12. act.28 Psal.

*Dic

*cor

Esa.

cordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ¶ 31 Ita & isti nunc non credidere runt in vestrā misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. ¶ 32 Concluſit enim Deus omnia in incredulitate: vt omniū misereatur. ¶ 33 O altitudo diuitiarum sapiētiæ & scientiæ Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia ei, & inuestigabiles viæ ei? ¶ 34 Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis cōsiliarius ei fuit? ¶ 35 Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? ¶ 36 Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor & gloria in secula seculorum. Amen.

CAP. XII.

OBsecro itaque vos fratres per misericordiā Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequiū vestrum. ¶ 2 Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit volūtas Dei, bona, & beneplacēs, & perfecta. ¶ 3 Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, nō plus sapere quàm oporteat sapere, sed sapere adsobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mēsuram fidei. ¶ 4 Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra nō eundem actum habent: ¶ 5 ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. ¶ 6 Habentes donationes, secūdum gratiam quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundum rationem fidei: ¶ 7 Siue ministerium, in ministrando: siue qui docet, in doctrina: ¶ 8 Qui exhortatur, in exhortando: qui tribuit, in simplicitate: qui præsest, in solicitudine: qui miseretur, in hilaritate. ¶ 9 Dilectio, sine simulatione. Odientes malum: adhærentes bono. ¶ 10 Charitatem fraternitatis inuicem diligentes. Honore inuicē præuenientes. ¶ 11 Solicitudine nō pigri. Spiritu feruentes. Domino seruiētes. ¶ 12 Spe gaudentes. In tribulatione patientes. Orationi instantes. ¶ 13 Necessitatibus sanctorū communicantes. Hospitalitatē sectātes. ¶ 14 Benedicite persequētibus vos: benedicite, & nolite maledicere. ¶ 15 Gaudere cū gaudentibus, flere cū flētibus. ¶ 16 Idipsū inuicē sentiētes. Non alta sapiētes, sed humilibus cōsentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. ¶ 17 Nulli malū pro malo reddētes. Prouidētes bona nō tātum corā Deo, sed etiā corā omnibus hominibus. ¶ 18 Si fieri potest, quod ex vobis est, cū omnibus hominibus pacē habentes. ¶ 19 Nō vosmetipsos defendētes charissimi, sed date locum iræ. Scriptū est enim, Mihi vindictam: & ego retribuam, dicit Dominus. ¶ 20 Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. ¶ 21 Noli vinci a malo: sed vince in bono malum.

CAP. XIII.

OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo. quæ autem sunt, a Deo ordinata sunt. ¶ 2 Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt, ipsi sibi dānationē acquirūt. ¶ 3 Nā principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatē? Bonū fac: & habebis laudē ex illa. ¶ 4 Dei enim minister est tibi in bonum. Si autē malū feceris: time, non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram, ei qui malum agit. ¶ 5 Idcirco necessitate' subditi esse oportet non solum propter iram, sed etiam propter conscientiā. ¶ 6 Ideo enim & tributa præstatis. ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. ¶ 7 Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorē. ¶ 8 Nemini quicquam debeatis: nisi vt inuicem diligatis. qui enim diligit proximum, Legem impleuit. ¶ 9 Nam, Non adulterabis, Non occides, Non furabis, Non falsum testimonium dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatum: in hoc verbo instauratur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. ¶ 10 Dilectio proximi, malum non operatur. Plenitudo ergo Legis, est dilectio. ¶ 11 Et hoc, scientes tempus quia hora est iā nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quàm quum credidimus. ¶ 12 Nox præcessit: dies autē appropinquabit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. ¶ 13 Sicut in die, honestē ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, nō in contentione & æmulatione: ¶ 14 Sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curā ne feceritis in desideriis.

CAP. XIIII.

INfirmum autem in fide assumite: non in disceptationibus cogitationum. ¶ 2 Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. ¶ 3 Is qui manducat: non manducantem non spernat. & qui non manducat: manducantem non iudicet. Deus enim illum assumpsit. ¶ 4 Tu quis es, qui iudicas alienū seruum? Domino suo stat aut cadit, stabit autē: potēs est enim Deus statuere illum. ¶ 5 Nam alius iudicat diem inter diem: alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. ¶ 6 Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui manducat: Domino manducat. gratias enim agit Deo. Et qui non manducat: Domino non manducat, & gratias agit Deo. ¶ 7 Nemo enim nostrū sibi viuit: & nemo sibi moritur. ¶ 8 Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur: Domini sumus. ¶ 9 In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt & viuorum & mortuorum dominetur. ¶ 10 Tu autē quid iudicas fratrem tuum? aut tu, quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. ¶ 11 Scriptum est enim, Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua confitebitur Deo. ¶ 12 Itaque vnusquisque nostrum pro se rationē reddet Deo. ¶ 13 Non ergo amplius inuicem iudicemus. sed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scādalum. ¶ 14 Scio, & confido in Domino Iesu quia nihil cōmune per ipsum: nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commune est. ¶ 15 Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam non secundum charitatem am-

2

'Ideo necessitati

Matt. 22. b. 37.

C

Exod. 20. c. 14.
deut. 5. b. 18.

Leui. 19. d. 18.
matt. 22. d. 39.
marc. 12. c. 31.
gal. 5. c. 14.
Iacob. 2. b. 8.

'proximo

1. Tim. 1. a. 5.

D

'appropinquauit.

Luc. 21. f. 34.

Gal. 5. c. 16.
1. pet. 2. c. 11.

'induite

A

'manducat.

Iacob. 4. c. 12.

3

*&

'mortuorum & viuorum

1. Cor. 5. b. 10.
esa. 45. d. 23.
philip. 2. b. 10.
'flectet. sub. se

C

1.Cor.1.d.11. bulas. ¶Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. ¶16 Non ergo blasphe metur bonum nostrum. ¶17 Non est enim regnum Dei esca & potus: sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. ¶18 Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probat' est hominibus. ¶19 Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt inuicem, custodiamus. ¶20 Noli propter escā destrue re opus Dei. ¶Omnia quidē sunt munda: sed malum est homini qui per offendiculum mādacat. ¶21 ¶Bonum est non manducare carnem, & non bibere vinum, neque in quo frater tuus offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. ¶22 Tu fidem ~quam~ habes, penes temetipsum habe coram Deo. Beat' qui non iudicat semetipsū in eo quod probat. ¶23 Qui autem discernit si manducauerit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.

CAP. XV.

A Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. ¶2 Vnusquisque vestrum proximo suo placeat in bonū, ad ædificationē. ¶3 Etenim Christus non sibi placuit: sed sicut scriptum est, ¶Improperia improperantium tibi, ceciderunt super me. ¶4 Quæcunque enim scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt: vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeamus. ¶5 Deus autem patientiæ & solatii, ¶det vobis idipsum sapere in alterutrum secundū Iesum Christum: ¶6 Vt vnanimes, vno ore honorificetis Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi. ¶7 Propter quod suscipite inuicem: sicut & Christus suscepit vos in honorē Dei. ¶8 Dico enim Christum Iesum, ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: ¶9 Gentes autem super misericordia honorare Deum, sicut scriptū est, ¶Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cāтabo. ¶10 Et iterum dicit, Lætamini Gentes cum plebe eius. ¶11 Et iterum, ¶laudate omnes Gentes Dominum: & magnificate eum omnes populi. ¶12 Et rursus Esaias ait, ¶Erit radix Iesse: & qui exurget regere Gentes, 'in eum' Gentes sperabunt. ¶13 Deus autē spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt abundetis in spe '&' virtute Spiritus sancti. ¶14 Certus sum autē fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. ¶15 Audacius autē scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducēs: propter gratiam quæ data est mihi à Deo, ¶16 Vt sim minister Christi Iesu in Gentibus, sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium acceptа, '&' sanctificata in Spiritu sancto. ¶17 Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. ¶18 Non enim audeo aliquid loqui eorū quæ per me non 'efficit' Christus in obedientiam Gentium, verbo & factis, ¶19 In virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti: ita vt ab Ierusalem per circuitum vsque ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi. ¶20 Sic autem prædicaui Euangeliū hoc, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem: ¶21 Sed sicut scriptum est, ¶'Quoniam' quibus non est annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt 'de eo,' intelligent. ¶22 ¶Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos: '&' prohibitus sum vsque adhuc.' ¶23 ¶Nunc verò vltrius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis: ¶24 Quū in Hispaniā proficiscī cœpero, spero quòd prætereins videam vos, & à vobis deducar illuc, ū vobis primū ex parte fruitus fuero. ¶25 Nunc igitur proficiscar in Ierusalē ministrare sanctis. ¶26 Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Ierusalem. ¶27 Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. ¶Nam si spiritualiū eorum participes facti sunt Gentiles: debent & in carnalibus ministrare illis. ¶28 Hoc igitur quū cōsummauero, & assignauero eis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam. ¶29 ¶Scio autem quoniā veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam. ¶30 Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem 'sancti' Spiritus, vt ¶adiuuetis me in orationibus 'vestris' pro me ad Deum, ¶31 Vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & ob sequi mei oblatio accepta fiat in Ierusalem Sanctis, ¶32 Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei, vt refrigerer vobiscum. ¶33 Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen.

CAP. XVI.

Commendo autē vobis Phœben sororem nostram, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est in Cenchris: ¶2 Vt eam suscipiatis in Domino dignè Sanctis: & assistatis ei in quocunque negotio vestri indiguerit. etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi. ¶3 Salutate ¶Priscam & Aquilā adiutores meos in Christo Iesu, ¶4 (Qui pro anima mea suas ceruices suppo fuerunt: quibus non solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentiū. ¶5 Et domesticam ecclesiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi: qui est primitiuus 'ecclesiæ' Asiæ in Christo 'Iesu.' ¶6 Salutate Mariam, quæ multum laborauit 'in vobis'. ¶7 Salutate Andronicum & 'Iuliam' cognatos & concaptiuos meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerūt in Christo. ¶8 Salutate Ampliatum dilectissimum mihi in Domino. ¶9 Salutate Vrbanum adiutorem nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum. ¶10 Salutate Apellen probum in Christo 'Iesu.' Salutate eos qui sunt ex Aristoboli 'domo.' ¶11 Salutate Herodiōnem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcissi domo, qui sunt in Domino. ¶12 Salutate Tryphænam & Tryphōsam: quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in Domino. ¶13 Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius & meam. ¶14 Salutate 'Asyncretum,' Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen: & qui cum eis sunt, fratres. ¶15 Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius & Olympiadem: & omnes qui cum eis sunt, Sanctos.

Psal.61.b.10.
2.Cor.1.b.10.
Philip.3.d.16.
Psal.17.d.50.
2.Reg.22.d.50.
Psal.116.a.1.
Esa.11.c.10.
*in eo
*in
*effecit

¶16 Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes ecclesiæ Christi. ¶17 Rogo autem vos fratres vt obseruetis eos qui dissensiones & offendiculapræter doctrinā, quam vos didicistis, faciunt: & declinate ab illis. ¶18 Huiusmodi enim Christo Domino nostro nō seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducūt corda innocentiū. ¶19 Vestra enim obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur i vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono: & simplices in malo. ¶20 Deus autem pacis conteret satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. ¶21 Salutat vos Timōtheus adiutor meus: & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei. ¶22 Saluto vos ego Tertius, qui scripsi epistolam, in Domino. ¶23 Salutat vos Caius hospes meus & vniuersa ecclesia. Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quart, frater. ¶24 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen. ¶25 Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secūdum reuelationem mysterii tēporibus æternis taciti, ¶26 (Quod nunc patefactum est per Scripturas Prophetarum secundum præceptum æterni Dei, ad obeditionē fidei in cunctis Gentibus cogniti) ¶27 Soli sapienti Deo, per Iesum Christū, cui honor & gloria in secula seculorum. Amē.

In codicibus Græcis in fine epistolæ sic legitur,

Ad Romanos.

Scripta fuit à Corintho, per Phœben ministram Cenchreensis ecclesiæ. (sub. Missa per, &c.

# Epistola Pauli Apostoli ad Corinthios prima.

CAP. I.

PAVLVS vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater: ¶2 Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomē Domini nostri Iesu Christi in omni loco, ipsorum & nostro: ¶3 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo. ¶4 Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu, ¶5 Quòd in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, ¶6 (sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis) ¶7 Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, ¶8 Qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus Domini nostri Iesu Christi. ¶9 Fidelis Deus: per quem vocati estis in societatem Filii eius Iesu Christi Domini nostri. ¶10 Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & nō sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodē sensu, & in eadem sciētia. ¶11 Significatū est enim mihi de vobis fratres mei, ab iis qui sunt Chloes, quia contēctiones sunt inter vos. ¶12 Hoc autem dico, quòd vnusquisque vestrū dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autē Christi. ¶13 Diuisus est Christus? Nūquid Paul' crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? ¶14 Gratias ago Deo meo quòd neminem vestrum baptizauī, nisi Crispum & Caium: ¶15 Nequis dicat quòd in nomine meo baptizati estis. ¶16 Baptizaui autem & Stephanæ domū: cæterum, nescio siquem aliū vestrum baptizauerim. ¶17 Nō enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. ¶18 Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est: ilis autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus est. ¶19 Scriptum est enim, Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudentium reprobabo. ¶20 Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nōnne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? ¶21 Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes. ¶22 Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: ¶23 Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam: ¶24 Ipsis autem vocatis, Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. ¶25 Quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. ¶26 Videte enim vocationem vestram, fratres, quia non multi sapientes secundum carnē, non multi potentes, non multi nobiles: ¶27 Sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt cōfundat fortia: ¶28 Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: ¶29 Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. ¶30 Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: ¶31 Vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur.

CAP. II.

ET ego quum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntians vobis testimonium Christi. ¶2 Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos: nisi Iesum Christum, & hūc crucifixum. ¶3 Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos: ¶4 Et sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostēsione Spiritus & virtutis: ¶5 Vt fides vestra non sit in sapientia hominū, sed in virtute Dei. ¶6 Sapientiam autē loquimur inter perfectos, sapientiā

verò, non huius seculi, neque principum huius seculi, qui destruuntur: ¶7 Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostrã, ¶8 Quam nemo principũ huius seculi cognouit. Si enim cognouissent: nũquam Dominũ gloriæ crucifixissent. ¶9 *Sicut scriptum est, ‖Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit quæ præparauit Deus iis qui diligũt illũ: ¶10 Nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. ¶11 Quis enim hominũ scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis, qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt nemo cognouit nisi Spiritus Dei. ¶12 Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritũ qui ex Deo est: vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. ¶13 ‖Quæ & loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis: sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. ¶14 Animalis autẽ homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter *examinatur. ¶15 ‖Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur, ‖sicut scriptum est, ¶16 ‖Quis enim cognouit sensum *Domini? aut quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

*Sed
‖Isa.64.1.2.4.
C
*examinatur.
Prou.27.c.19.
Exod.40.d.13.
Sapien.9.c.13.
rom.11.d.34.
*Domini qui instruat eum

CAP. III.

A Ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam parvulis in Christo, ¶2 Lac vobis potũ dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec nũc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. ¶3 Quum enim sit inter vos æmulatio & contentio, nõne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? ¶4 Quum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli: alius autem, Ego Apollo: nõnne *homines estis? Quid igitur est Apollo? ¶5 Quid verò Paul? Ministri eius cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus dedit.

*carnales

B ¶6 Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. ¶7 Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui incrementum dat, Deus. ¶8 ‖Qui autem plantat & qui rigat, vnum sunt. Vnusquisque autẽ propriam mercedem accipiet secũdum suũ laborem. ¶9 Dei enim sumus adiutores: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis. ¶10 Secundũ gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autẽ superædificat. Vnusquisque autem videat quomodo superædificet. ¶11 Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est: quod est Christus Iesus. ¶12 Si quis autem superædificat super fundamentũ hoc, aurum, argẽtum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, ¶13 Vniuscuiusque opus manifestum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. ¶14 Si cuius opus mãserit quod superædificauit: mercedem accipiet. ¶15 Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autẽ saluus erit, sic tamen quasi per ignem. ¶16 Nescitis quia templum Dei

‖Psal.61.d.13.
galat.6.b.5.

*qui

D estis: & Spiritus Dei habitat in vobis? ¶17 Si quis autem templum Dei violauerit: disperdet illum Deus. ‖Templum enim Dei sanctũ est:

‖1.c.17.
2.petr.1.c.16.

quod estis vos. ¶18 Nemo se seducat: si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt sit sapiens. ¶19 Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Scriptum est enim, ‖Comprehendam sapientes in astutia eorum. ¶20 Et iterum, ‖Deus nouit cogitationes sapientium quoniam vanæ sunt. ¶21 Nemo itaque glorietur in hominibus. Omnia enim vestra sunt: ¶22 Siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura. omnia enim vestra sunt: ¶23 Vos autem Christi: Christus autem Dei.

10 Pr
1

CAP. IIII.

A Sic nos æstimet homo vt ministros Christi, & dispensatores *mysteriorum Dei. ¶2 Hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. ¶3 Mihi autem pro minimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque meipsũ iudico. ¶4 Nihil enim mihi conscius sũ: sed non in hoc iustificatus sum. qui autẽ iudicat me, Dominus est. ¶5 Itaque nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat Dominus, qui ‖illuminabit abscõdita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiũ: & tũc laus erit vnicuique à Deo. ¶6 Hæc autem fratres transfiguraui in me & Apollo, propter vos: vt in *vobis discatis, ne suprà quàm scriptum est, vnus aduersus alterum insiletur pro allo. ¶7 Quis enim te discernit? Quid autẽ habes quod non accepisti? Si autẽ accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? ¶8 Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis: & vtinam *regnetis, vt & nos vobiscũ regnemus. ¶9 Puto enim quòd Deus nos Apostolos nouissimos ostendit tanquam morti destinatos: quia spectaculum facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus. ¶10 Nos stulti propter Christum, vos autem prudentes in Christo: nos infirmi, vos autem fortes: vos nobiles, nos autem ignobiles.

*mysteriorum

*vobis

*regnetis

¶11 Vsque in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, ¶12 & laboramus operantes manibus nostris: ‖maledicimur: & benedicimus. persecutionem patimur: & sustinem*. ¶13 Blasphemamur: & obsecramus. tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omni peripsema vsque adhuc. ¶14 Non vt cõfũdam vos, hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. ¶15 Nam si decem millia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Iesu, per Euangelium ego vos genui. ¶16 Rogo ergo vos imitatores mei estote, sicut & ego Christi. ¶17 Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus, & fidelis in Domino: qui vos commonefaciet vias meas quæ sunt in Christo Iesu, sicut vbique in omni ecclesia doceo. ¶18 Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. ¶19 Veniã autem ad vos cito, si Dominus voluerit: & cognoscam non sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. ¶20 Non enim in sermone est regnum Dei: sed in virtute. ¶21 Quid vultis? in virga veniam ad vos an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

CAP. V.

OMnino auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter Gẽtes: ita

¶.6.d.19.
1.cor.6.d.18.

vt vxorē patris ˇsui aliquis habeat. ¶2 Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, vt tolleatur de medio vestrū qui hoc opus fecit.

1.cor.5. ¶3 Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, eum qui sic operatus est, ¶4 In nomine Domini nostri Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cum virtute Domini ˇnostri Iesu, ¶5 Tradere huiusmodi hominem ˇsatanæ in interitū carnis, vt spiritus salu ˇuus in die Domini ˇnostri Iesu ˇChristi. ¶6 Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum, totam massam corrumpit? ¶7 Expurgate ˇvetus fermentum, vt sitis noua cōspersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. ¶8 Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermēto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis syncerit atis & veritatis.

1.cor.17. ¶9 Scripsi vobis in epistola, Ne commisceamini fornicariis. ¶10 Non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse. ¶11 Nunc autem scripsi vobis non cōmisceri, si is qui frater nominatur inter vos, ˇest fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum eiusmodi nec cibū sumere. ¶12 Quid enim mihi de iis qui foris sut iudicare? Nonne de iis qui intus sunt vos iudicatis? ¶13 Nā eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.

## CAP. VI.

Audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud Sanctos? ¶2 An nescitis quoniā Sancti de hoc mundo iudicabunt? et si in vobis iudicabitur mundus: indigni estis qui de minimis iudicaeritis? ¶3 Nescitis quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis seculariа? ¶4 Secularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum. ¶5 Ad verecundiam vestram dico. sic non est inter vos sapiēs quisquam, qui possit iudicare inter fratrē suum? ¶6 Sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles? ¶7 Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniustam accipitis? quare nō magis fraudē patimini? ¶8 Sed vos iniuriam facitis & fraudatis: & hoc fratribus. ¶9 An nescitis quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare: neque fornicarii, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neq; masculorū cōcubitores, ¶10 Neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. ¶11 Et hæc ˇaliquādo ˇquidē fuistis: sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. ¶12 Omnia mihi licēt: sed non omnia expediunt. Omnia mihi licēt: sed ego sub nullius redigar potestate. ¶13 Esca ventri, & venter escis: Deus autem & hunc & ˇhanc destruet. corpus autem nō fornicationi, sed Domino: & Dominus corpori. ¶14 Deus verò & Dominum suscitauit: & nos suscitabit per virtutem suam. ¶15 Nescitis quoniā corpora vestra, membra sunt Christi? Tollēs ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. ¶16 An nescitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erūt enim (inquit) duo in carne vna. ¶17 Qui autem adhæret Domino: vnus spiritus est. ¶18 Fugite fornicationē. Omne enim peccatū quodcunque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suū peccat. ¶19 An nescitis quoniam membra vestra, templum ˇsunt Spiritus sancti qui in vobis est, quē habetis à Deo, & non estis vestri? ¶20 Empti enim estis pretio magno. Glorificate, & portate Deum in corpore vestro.

## CAP. VII.

De quibus autem scripsistis mihi, Bonum est homini mulierē nō tangere. ¶2 Propter fornicationem autē vnusquisque suam vxorem habeat, & vna quæque suum virū habeat. ¶3 Vxori vir debitum reddat: similiter autē & vxor viro. ¶4 Mulier, sui corporis potestatem non habet: sed vir. Similiter autem & vir, sui corporis potestatē non habet: sed mulier. ¶5 Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex cōsensu ad tempus, vt vacetis ˇorationi: & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiā vestram. ¶6 Hoc autem dico secundum indulgentiam, ˇnō secundum imperium. ¶7 Volo autem omnes ˇvos homines esse sicut meipsum: sed vnusquisque proprium donū habet ex Deo, alius quidem sic, alius verò sic. ¶8 Dico autem nō nuptis & viduis: bonum est illis, si sic permāserint sicut & ego. ¶9 Quòd si non se continent: nubant. melius est enim nubere, quàm vri. ¶10 Iis autē qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: ¶11 Quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxorem ˇnon dimittat. ¶12 Nam cæteris, ego dico, non Dominus, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cū illo: non dimittat illam. ¶13 Et siqua mulier ˇfidelis habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa: non dimittat virum. ¶14 Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem: & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. alioquin filii vestri immūdi essent: nūc autē sancti sūt. ¶15 Quòd si infidelis discedit: discedat. non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. in pace autem vocauit ˇvos Deus. ¶16 Vnde enim scis mulier, si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si mulierem saluam facies? ¶17 Nisi vnicuique sicut diuisit Dominus, vnumquēque sicut vocauit Deus, ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesiis doceo. ¶18 Circumcisus aliquis vocatus est? nō adducat præputium. In præputio aliquis vocatus est? non circumcidatur. ¶19 Circumcisio nihil est, & præputium nihil est: sed obseruatio mādatorum Dei. ¶20 Vnusquisque in qua vocatione vocatus est in ea permaneat. ¶21 Seruus vocatus es? non sit tibi curæ. sed & si potes fieri liber: magis vtere. ¶22 Qui enim in Domino vocatus est seruus, libertus est Domini: similiter qui liber vocatus est, seruus est Christi. ¶23 Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum. ¶24 Vnusquisque ˇergo in quo vocatus est, ˇfrater, in hoc permaneat apud Deū. ¶25 De virginibus autē præceptum Domini non ha-

Gen.2.d.18.
matth.19.a.6.
marc.10.a.7.
ephes.5.g.31.
1.cor.3.d.17.
1.cor.6.d.16.
est
1.pet.4.d.10.
Et
1.Pet.3.b.7.
ieiunio &
B maneant
Matth.5.c.32.
19.b.9.
marc.10.b.11.
luc.16.d.18.
ne
C
nos
D
Ephes.4.a.26.
hæc
1.c.
E
fratres
maneat

beo: consilium autem do, tanquam misericordiam cõsecutus à Deo vt sim fidelis. ¶ 26 Existimo enim hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. ¶ 27 Alligatus es vxori, noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem. ¶ 28 Si autem acceperis vxorem: non peccasti. Et si nupserit virgo: non peccauit. tribulationem tamen carnis habebũt huiusmodi. Ego autem vobis parco. ¶ 29 Hoc itaque dico fratres, tempus breue est: reliquũ est vt & qui habent vxores, tanquam non habẽtes sint. ¶ 30 Et qui flent, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: ¶ 31 Et qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. præterit enim figura huius mundi. ¶ 32 Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine vxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo: ¶ 33 Qui autem cũ vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. ¶ 34 Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini sunt: vt sit sancta corpore & spiritu. Quæ autem nupta est, cogitat quæ sunt mũdi: quomodo placeat viro. ¶ 35 Porrò hoc ad vtilitatẽ vestrã dico: non vt laqueũ vobis iniiciam, sed ad id quod honestum est, & quod facultatẽ præbeat sine impedimento Dominum obsecrandi. ¶ 36 Si quis autem turpem se videri existimat super virginẽ suã, quòd sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat: non peccat, cũ nubat. ¶ 37 Nam qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginẽ suã: bene facit. ¶ 38 Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit: & qui non iungit, melius facit. ¶ 39 Mulier alligata est legi quanto tempore vir eius viuit. quòd si dormierit vir eius, liberata est à lege, cui autem vult nubat: tãtùm in Domino. ¶ 40 Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium. Puto autem quòd & ego Spiritum Dei habeam.

CAP. VIII.

De iis autem quæ idolis immolãtur, scimus quia omnes scientiã habemus. Scientia inflat: charitas verò ædificat. ¶ 2 Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eum scire. ¶ 3 Si quis autem diligit Deum: hic cognitus est ab eo. ¶ 4 De escis autẽ quæ idolis immolantur, scimus quia nihil est idolum in mundo, & quòd nullus est Deus nisi vnus. ¶ 5 Nam etsi sunt qui dicantur dii, siue in cælo, siue in terra (sicut sunt dii multi, & domini multi) ¶ 6 Nobis tamen vnus Deus, Pater, ex quo omnia, & nos in illo: & vnus Dominus, Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum. ¶ 7 Sed non in omnibus est scientia. Quidam autem cum cõscientia vsque nũc idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum quum sit infirma, polluitur. ¶ 8 Esca autem nos non commendat Deo. Neque enim si manducauerimus, abũdabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus. ¶ 9 Videte autem ne forte hæc licentia nostra, offendiculum fiat infirmis. ¶ 10 Si enim quis viderit eum qui habet scientiam, in idolio recumbentem: nõnne conscientia eius quum sit infirma ædificabitur ad manducandum idolothyta? ¶ 11 Et peribit infirmus in tua conscientia, frater, propter quẽ Christus mortuus est? ¶ 12 Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorũ infirmam: in Christo peccatis. ¶ 13 Quapropter si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

CAP. IX.

Non sum liber? non sum Apostolus? nõne Christum Iesum Dominum nostrum vidi? Nõnne opus meũ vos estis in Domino? ¶ 2 Et si aliis non sum Apostolus: sed tamen vobis sum. nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino. ¶ 3 Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est. ¶ 4 Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? ¶ 5 Nunquid non habemus potestatem mulierculam sororem circunducendi, sicut & cæteri Apostoli & fratres Domini, & Cephas? ¶ 6 Aut ego solus aut Barnabas, nõ habemus potestatem hoc operandi? ¶ 7 Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantauit vineam, & de fructu eius non edit? Qui pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? ¶ 8 Nunquid secundum hominem hæc dico? an & Lex hæc non dicit? ¶ 9 Scriptũ est enim in Lege Moysi. Non alligabis os boui trituranti. Nũquid de bobus cura est Deo: ¶ 10 An propter nos vtique hoc dicit? Nam propter nos vtique scripta sunt, quoniã debet in spe qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. ¶ 11 Si nos vobis spiritualia seminauimus: magnum est si nos carnalia vestra metamus? ¶ 12 Si alii potestatis vestræ participes sunt: quare non potius nos? Sed non vsi sum hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculũ demus Euangelio Christi. ¶ 13 Nescitis quoniam qui in sacrario operantur: quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiũt, cum altario participant? ¶ 14 Ita & Dominus ordinauit iis qui Euangelium annuntiant, de Euãgelio viuere. ¶ 15 Ego autem nullo horum vsus sum. Non autẽ scripsi hæc vt ita fiant in me: bonum est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. ¶ 16 Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas enim mihi incumbit: væ enim mihi est si non euangelizauero. ¶ 17 Si enim volens hoc ago, mercedem habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi creditа est. ¶ 18 Quæ est ergo merces meа? vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponam Euangelium, vt non abutar potestate mea in Euangelio. ¶ 19 Nam quũ liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci: vt plures lucrifacerem. ¶ 20 Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus: vt Iudæos lucrarer. iis qui sub lege sũt, quasi sub lege essem (quum ipse nõ essem sub lege) vt eos qui sub lege erant, lucrifacerem. ¶ 21 iis qui sine lege erant, tanquam sine lege essem (quum sine lege Dei non essem: sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. ¶ 22 Factus sum infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum: vt omnes facerem saluos.

¶21 Omnia autem facio propter euangelium: vt particeps eius efficiar. ¶24 Nescitis quòd ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis. ¶25 Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiãt: nos autem incorruptam. ¶26 Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: ¶27 Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte quum aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

CAP. X.

A ¶1 NOlo enim vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes ‖sub nube fuerunt, & ‖omnes mare transierunt, ¶2 Et ‖omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. ¶3 Et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt, ¶4 Et ‖omnes eundem potum spiritalem biberunt. (bibebant autem de spirituali, consequente eos, petra: Petra autem erat Christus.) ¶5 Sed non ‖in pluribus eorum, beneplacitum est Deo. ‖Nã prostrati sunt in deserto. ¶6 Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non ‖simus concupiscentes malorum, ‖sicut & illi concupierunt. ¶7 Neque *idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodũ scriptum est, ‖Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. ¶8 Neque fornicemur: ‖sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. ¶9 ‖Neque tentemus Christum: sicut quidam eorum tentauerũt, & à serpentibus perierũt. ¶10 Neque murmurauerimus: sicut quidam eorũ murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. ¶11 Hæc autem omnia, in figura contingebãt illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos, fines seculorum deuenerunt.

¶12 Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat. ¶13 Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. ¶14 Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolõrum cultura. ¶15 Vt prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quod dico. ¶16 Calix benedictionis cui benedicimus: nõne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nõne participatio corporis Domini est? ¶17 Quoniam vnus panis, ‖&* vnum corpus multi sumus. *omnes qui* de vno pane ‖& de vno calice* participamus. ¶18 Videte Israel secundum carnem: nõne qui edũt hostias, participes sunt altaris? ¶19 Quid ergo dico quòd idolũ immolatum, ‖sit aliquid? aut quòd idolũ ‖sit aliquid? ¶20 Sed quæ immolant Gentes, dæmoniis immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. ¶21 ‖Quia non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. ¶22 An æmulamur Dominũ? Nunquid fortiores illo sumus?

F ¶23 Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed nõ omnia ædificant. ¶24 Nemo quod ‖suum est quærat: sed quod alteri'. ¶25 Omne quod in macello væ‖nit, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. ¶26 ‖Domini* est terra, & plenitudo eius. ¶27 Si quis vocat vos infidelium ‖ad cœnam, & vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogãtes propter conscientiam. ¶28 Si quis autem dixerit, Hoc* immolatum* est idolis: nolite manducare propter illũ qui indicauit, & propter conscientiam. ¶29 Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab *aliena* conscientia? ¶30 Si ego cum gratia participo: quid blasphẽmor pro eo quod gratias ago? ¶31 ‖Sue ergo manducatis, siue bibitis, *vel aliud* quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. ¶32 Sine offensione estote ‖iudæis & Gẽtibus, & ecclesiæ Dei: ¶33 ‖sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, ‖sed quod multis: vt salui fiant.

CAP. XI.

‖IMitatores mei estote, ‖sicut & ego Christi. ¶1 Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores estis: & ‖sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. ¶2 Volo autem vos scire, ‖quòd omnis viri caput, Christus est. caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus. ¶4 Omnis vir orans aut prophetãs velato capite, deturpat caput suum. ¶5 Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput ‖suũ. vnum enim est ‖& decaluetur. ¶6 Nam ‖& si non velatur mulier, *tondeatur. Si verò turpe est mulieri *& tonderi aut decaluari: velet caput suũ. ¶7 Vir quidem nõ debet velare caput ‖suum: ‖quoniam imago & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. ¶8 Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. ¶9 ‖Etenim nõ est creatus vir propter mulierẽ: sed mulier propter virum. ¶10 (Ideo debet mulier *velamẽ habere ‖supra caput suum, ‖& propter Angelos.) ¶11 Verũtamen neque vir ‖sine mulliere: neque mulier ‖sine viro in Domino. ¶12 Nã ‖sicut mulier de viro ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo. ¶13 Vos ‖ipsi iudicate. Decet mulierem nõ velatam orare Deum? ¶14 Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidẽ ‖si comã nutriat, ignominia est illi: ¶15 Mulier verò ‖si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. ¶16 Si quis autem videtur cõtentiosus esse: nos talẽ consuetudinẽ nõ habemus, neque* ecclesiæ Dei. ¶17 Hoc autem præcipio: non laudans quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. ¶18 Primũm quidem conuenientibus vobis in ecclesiã, audio ‖scissuras esse inter vos, & ex parte credo. ¶19 Nam oportet *hæreses esse: vt & qui probati sunt, manifesti fiant ‖in vobis. ¶20 Cõuenientibus ergo vobis in vnũ, iam non est Dominicam cœnam manducare. ¶21 Vnusquisque enim suã cœnam præsumit ad manducandũ. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. ¶22 Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis: & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? laudo vos in hoc? nõ laudo. ¶23 Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem: ¶24 Et gratias agens fregit, & dixit, ‖Accipite & manducate, hoc est corpus meũ quod pro vobis tra-

sal.15.8.c4 *enim

*Immolatitiũ G

*alia

Colos.3.c.17 *siue

A 1.Thes.3.b.9

Ephes.5.e.23

B

*& Gen.1.c.26.27 & 5.a.1. & 9.b.6. Colos.3.b.10. Genes.2.d.23 *potestatem G

D

*ecclesiæ

*& E

Matt.26.c.26 marc.14.c.22 luc.22.b.19

detur: hoc facite in meam commemorationē. ¶25 Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens, Hic calix, nouum testamentum est in meo sanguine. hoc facite, quotiescunque bibetis, in meā commemorationem. ¶26 Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. ¶27 Itaque quicunque manducauerit panem*, & biberit calicē Domini indignē: reus erit corporis & sanguinis Domini. ¶28 § Probet autem seipsum homo: & sic, de pane illo edat, & de calice bibat.

Iohan.6.f.55. *hunc *vel 1.Cor.13.b.5.

¶29 Qui enim manducat & bibit indignē: iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicās corpus Domini. ¶30 Ideo inter vos multi infirmi & ibecilles, & dormiūt multi. ¶31 Quòd si nosmetipsos diiudicaremus: non vtique iudicaremur. ¶32 Dum iudicamur autem: à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. ¶33 Itaque fratres mei, quum cōuenitis ad māducandum, inuicem expectate. ¶34 Si quis esurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem, quū venero, disponam.

CAP. XII.

DE spiritualibus autē, nolo vos ignorare fratres. ¶2 Scitis autem quoniam quum Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes. ¶3 Ideo notum vobis facio, quòd nemo in Spiritu Dei loquēs, dicit anāthema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominꝰ Iesus: nisi in Spiritu sancto. ¶4 Diuisiones verò gratiarum sunt: idem autem Spiritus. ¶5 Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem Dominus. ¶6 Et diuisiones operationū sunt: idē verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. ¶7 Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus, ad vtilitatem. ¶8 Alii quidē per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autē sermo scientiæ secundum eundem Spiritum: ¶9 Alteri fides in eodem Spiritu: alii gratia sanitatum, in vno Spiritu: ¶10 Alii operatio virtutum, alii prophetia, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. ¶11 Hæc autē omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. ¶12 Sicut enim corpus vnum est, & mēbra habet multa, omnia autem mēbra corporis quum sint multa, vnū tamē corpus sunt: ita & Christus. ¶13 Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnū baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gētiles, siue serui, siue liberi: & omnes in vno Spiritu potati sumus. ¶14 Nam & corpus non est vnum mēbrum, sed multa. ¶15 Si dixerit pes, Quoniā non sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? ¶16 Et si dixerit auris, Quoniā non sum oculus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? ¶17 Si totum corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus? ¶18 Nūc autem posuit Deus membra, vnūquodque eorum in corpore sicut voluit. ¶19 Quòd si essent omnia vnū membrum, vbi corpus? ¶20 Nunc autem multa quidem membra: vnum autem corpus. ¶21 Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo. aut iterum ca put pedibus, Nō estis mihi necessarii. ¶22 Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt: ¶23 Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus: & quæ inhonesta sūt nostra, abundātiorem honestatem habent. ¶24 Honesta autē nostra, nullius egent: sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat, abundantiorem tribuēdo honorem: ¶25 Vt nō sit schisma in corpore, sed in'idipsum pro inuicem solicita sint mēbra. ¶26 Et siquid patitur vnum membrū, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. ¶27 Vos autē estis corpus Christi, & mēbra de membro. ¶28 Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primùm Apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. ¶29 Nunquid omnes Apostoli? nunquid omnes prophetæ? nūquid omnes doctores? ¶30 Nūquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? ¶31 Æmula mini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

Marc.9.f.39. Iesum. Iohan.13.b.11. 1.2.b.6. Philip.2.b.10.

CAP. XIII.

SI linguis hominum loquar & Angelorū, charitatem autē non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. ¶2 Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidē, ita vt montes transferā, charitatem autem non habuero, nihil sū. ¶3 Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum 'ita' vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. ¶4 Charitas patiēs est, benigna est. Charitas non æmulatur, nō agit perperam, non inflatur, ¶5 Non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum: ¶6 Non gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati: ¶7 Omnia suffert, omnia credit, ōnia sperat, omnia sustinet. ¶8 Charitas nunquam excidit: siue prophetiæ euacuabūtur, siue linguæ cessabūt, siue scientia destruetur. ¶9 Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetam. ¶10 Quū autē venerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. ¶11 Quum essem paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruul', cogitabam vt paruulus: quando autē factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. ¶12 Videmus nunc per speculum in ænigmate: tūc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. ¶13 Nūc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.

1.Cor.12.a.1. ephes.4.b.2. *vnum Spiritum potauimus.

CAP. XIIII.

SECTAMINI charitatem, æmulamini spiritualia: magis autem vt prophetetis. ¶2 Qui enim loquitur lingua, nō hominib loquitur, sed Deo: nemo enim audit. Spiritus autem loquitur mysteria. ¶3 Nam qui prophētat hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. ¶4 Qui loquitur lingua, sesipsum ædificat: qui autem prophētat, ecclesiam Dei ædificat. ¶5 Volo autem omnes vos loqui linguis: magis autē

Gal.

B prophetare. Nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: nisi forte interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat.
¶6 Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquès: quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in revelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? ¶7 Tamé quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue citharа: nisi distinctionē sonituū dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? ¶8 Etenim si incertā vocē det tuba: quis parabit se ad bellū? ¶9 Ita & vos per linguam nisi manifestū sermonē dederitis: quomodo scietur id quod dicitur? eritis enim in C aera loquētes. ¶10 Tam multa, vt fortassis, genera linguarū sint in hoc mūdo: & nihil sine voce est. ¶11 Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquar barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus. ¶12 Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum: ad ædificationē ecclesiæ quærite vt abundetis. ¶13 Et ideo qui loquitur lingua, oret vt interpretetur. ¶14 Nā si orem lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. ¶15 Quid ergo est? orabo spiritu, orabo & mente: psallā spiritu, psallam & mente. ¶16 Cæterum si benedixeris spiritu: quis D supplet locum idiōtæ, quomodo dicet, Amē, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas, nescit. ¶17 Nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur. ¶18 Gratias ago Deo, quòd omnium vestrum lingua loquor. ¶19 Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam: quàm decem 2.a. millia verborum in lingua. ¶20 Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli E estote, sensibus autem perfecti estote. ¶21 In lege enim scriptum est, Quoniā in aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic: & nec sic exaudient me, dicit Dominus. ¶22 Itaque linguæ in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem, nō infidelibus, sed fidelibus. ¶23 Si ergo cōueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idiōtæ aut infideles, nonne dicēt quid insanitis? ¶24 Si autem omnes prophetent, intret autē quis infidelis vel idiōta: conuincitur ab omnib, diiudicatur ab omnibus. ¶25 Occulta enim cordis eius manifesta fiūt: & ita cadens in faciem adorabit Deū, pronun F tians quòd verè Deus in vobis sit. ¶26 Quid ergo est fratres? Quum conuenitis, vnusquisque vestrum psalmum habet, doctrinam habet, apocalypsin habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant. ¶27 Siue lingua quis loquitur: secundū duos, aut vt multū tres, & per partes, & vnus interpretetur. ¶28 Si autē non fuerit interpres: taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo. ¶29 Prophetæ autē duo aut tres dicant, & cæteri diiudicent. ¶30 Quòd si alii reuelatū fuerit sedenti, prior taceat. ¶31 Potestis enim omnes per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes exhortētur. ¶32 Et spiritus pfut. phetarum, prophetis subiectus est. ¶33 Non G enim est dissentionis Deus, sed pacis: sicut & in .21. omnibus ecclesiis sanctorū doceo. ¶34 Mulieres in ecclesiis taceant. non enim permitt.16. tur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. ¶35 Si quid autē volūt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri, loqui in ecclesia. ¶36 An à vobis verbū Dei processit? aut in vos solos peruenit? ¶37 Si quis videtur prophēta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mādata. ¶38 Si qs autē ignorat, ignorabitur. ¶39 Itaq; fratres æmulamini, prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. ¶40 Omnia autē honestè & secūdum ordinē fiant in vobis.

## CAP. XV.

NOtum autem vobis facio fratres Euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, ¶2 Per quod & saluamini, qua ratione prædicauerim vobis si tenetis, nisi frustra credidistis. ¶3 Tradidi enim vobis in primis quod & accepi: quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris ‖secundum Scripturas: ¶4 Et ‖quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die, secundum Scripturas: ¶5 Et quia visus est Cephæ: & post hoc vn decim. ¶6 Deinde visus est plus quàm quingentis fratribus simul: ex quibus multi manēt vsque adhuc, quidam autē dormierūt. ¶7 Deinde visus est Iacōbo: deinde Apostolis omnibus. ¶8 ‖Nouissimè autem omnium tanquam B abortiuo, visus est & mihi. ¶9 Ego enim sum minimus Apostolorum: qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam Dei. ¶10 Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua nō fuit, sed abundantius illis omnibus laborauī: non ego autem, sed gratia Dei mecum. ¶11 Siue enim ego, siue illi: sic prædicamus, & sic credidistis. ¶12 Si autem Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis: quomodo quidā dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum non est? ¶13 Si autem resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. ¶14 Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. ¶15 Inuenimur autem & falsi testes Dei: quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quòd suscitauerit Christum: quem non suscitauit si mortui non resurgunt. ¶16 Nam si mortui non resurgunt: neque Christus resurrexit. ¶17 Quòd si Christus non resurrexit: vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. ¶18 Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. ¶19 Si in hac vita tantùm, in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. ¶20 Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. ¶21 ‖Quoniam quidem per hominem mors: & per Hominem resurrectio mortuorum. ¶22 Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur. ¶23 Vnusquisque autem in suo ordine. primitiæ Christus: deinde si qui sunt Christi, qui in aduentum eius, crediderūt. ¶24 Deinde finis: quum tradiderit regnum Deo & Patri, quum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem. ¶25 Oportet autem illum regnare, ‖donec ponat omnes inimicos sub pedib eius. ¶26 Nouissime autē inimica destruetur mors. ¶27 ‖Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Qui autē dicat, Omnia subiecta sunt: sine dubio præter eum qui subiecit ei omnia. ¶28 Quum autē subiecta fuerint

A Gal.1.b.12.

Esa.53.b.5.
Ionæ 2.a.1.
1.Pet.1.d.24.
Iohan.20.c.19.

B Act.9.a.4.
Rom.1.a.3.
Ephes.3.b.8.
Ephes.3.b.7.

*prædicam.

*ergo

C

Colos.1.c.18.
apoc.1.b.5.
*enim
1.Thes.4.d.

D

Psal.109.a.1.
act.2.c.34.
hebr.1.d.13.
& 10.c.13.
*Nouissima
Psal.8.b.7.
hebr.2.b.8.

illi omnia: tunc & ipse Filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. ¶ 29 Alioquin quid facient qui baptizãtur pro illis? ¶ 30 Itquid & nos periclitamur omni hora? ¶ 31 Quotidie morior, propter vestram gloriam frattes, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. ¶ 32 Si (secundum hominem) ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus & bibamus: cras enim moriemur.

¶ 33 Nolite seduci. Corrumpunt mores bonos colloquia mala. ¶ 34 Euigilate iusti: & nolite peccare. ignorantiam enim Dei quidam habent. ad reuerentiam vobis loquor. ¶ 35 Sed dicit aliquis, Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore venient? ¶ 36 Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. ¶ 37 Et quod seminaste non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum: verbi gratia, tritici, aut alicuius cæterorum. ¶ 38 Deus autem dat illi corpus sicut vult: & vnicuique seminum proprium corpus.

¶ 39 Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominũ, alia pecorum, alia volucrium, alia piscium. ¶ 40 Et corpora cælestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cælestium gloria, alia autem terrestrium. ¶ 41 Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate: ¶ 42 Sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. ¶ 43 Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. ¶ 44 Seminatur corpus animale: surget corpus spirituale. Si est corpus animale, est & spirituale, ¶ 45 Sicut scriptum est, Factus est primus homo Adam, in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem. ¶ 46 Sed non prius quod spirituale est, sed quod animale: deinde quod spirituale. ¶ 47 Primus homo de terra, terrenus: secundus Homo de cælo, cælestis.

¶ 48 Qualis terrenus, tales & terreni. & qualis cælestis, tales & cælestes. ¶ 49 Igitur sicut portauimus imaginem terreni, portamus & imaginem cælestis. ¶ 50 Hoc autem dico fratres, quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt: neque corruptio incorruptelam possidebit. ¶ 51 Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. ¶ 52 In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim tuba,) & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. ¶ 53 Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionem: & mortale hoc, induere immortalitatem. ¶ 54 Quum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. ¶ 55 Vbi est mors, victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? ¶ 56 Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, Lex. ¶ 57 Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum. ¶ 58 Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles: abundantes in omni opere Domini semper, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino.

CAP. XVI.

¶ 1 De collectis autem quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui in Ecclesiis Galatiæ, ita & vos facite. ¶ 2 Per vnam sabbathi vnusquisque vestrũ apud se seponat, recondens quod ei bene placuerit: vt non quum venero, tunc collectæ fiant. ¶ 3 Quum autem præsens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem. ¶ 4 Quòd si dignum fuerit vt ego eam: mecum ibunt. ¶ 5 Veniam autem ad vos, quum Macedoniam pertransiero. nam Macedoniam pertransibo. ¶ 6 Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo: vt vos me deducatis quocunque iero. ¶ 7 Nolo enim vos modò in transitu videre. spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos: si Dominus permiserit. ¶ 8 Permanebo autem Ephesi vsque ad Pentecosten. ¶ 9 Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens: & aduersarii multi. ¶ 10 Si autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos. opus enim Domini operatur, sicut & ego. ¶ 11 Nequis ergo illum spernat, deducite autem illum in pace: vt veniat ad me. expecto enim illum cum fratribus. ¶ 12 De Apollo autem fratre, vobis notum facio quoniam multum rogaui eum vt veniret ad vos cum fratribus: & vtique non fuit voluntas eius vt nunc veniret: veniet autem quum ei vacuum fuerit. ¶ 13 Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini. ¶ 14 Omnia enim vestra in charitate fiant. ¶ 15 Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stephanæ & Fortunati & Achaici quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos: ¶ 16 Vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. ¶ 17 Gaudeo autem in præsentia Stephanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi supplenerunt. ¶ 18 Refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. Cognoscite ergo qui eiusmodi sunt. ¶ 19 Salutant vos omnes Ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multum Aquila & Priscilla cum domestica sua ecclesia, apud quos & hospitor. ¶ 20 Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. ¶ 21 Salutatio, mea manu Pauli. ¶ 22 Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, Maran atha. ¶ 23 Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. ¶ 24 Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. Amen.

In Græcis codicibus sequentia leguntur,

Ad Corinthios prior

Missa fuit è Philippis per Stephanã & Fortunatũ & Achaicum & Timotheum.

# Epistola Pauli Apostoli ad Corinthios secunda.

CAP. I.

PAVLVS Apostolus *Christi Iesu* per voluntatem Dei, & Timotheus frater: Ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia. ¶ 2 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. ¶ 3 Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, Pater misericordiarū, & Deus totius consolationis, ¶ 4 Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi consolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi à Deo. ¶ 5 Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christū abundat consolatio nostra. ¶ 6 Siue autē tribulamur, pro vestra exhortatione & salute: *siue consolamur, pro vestra consolatione: siue exhortamur, pro vestra exhortatione & salute quæ operatur *tolerātiā earū dē passionū quas & nos patimur: ¶ 7 *vt spes nostra firma sit pro vobis: scientes quòd sicut socii passionū estis, sic eritis & consolationis. ¶ 8 Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione nostra quæ facta est in Asia, quoniam supra modū grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. ¶ 9 Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitat mortuos, ¶ 10 Qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem speramus quoniā & adhuc eripiet, ¶ 11 Adiuuantibus *vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum personis factarum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agātur pro nobis. ¶ 12 Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate *cordis & synceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo: abundantius autem ad vos. ¶ 13 Non enim alia scribimus vobis, quàm quæ legistis & *cognouistis. Spero autem quòd vsque in finem cognoscetis: ¶ 14 sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die Domini nostri Iesu Christi. ¶ 15 Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis: ¶ 16 et per vos *transirem in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. ¶ 17 Quum ergo hoc voluissem, nunquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secundū carnem cogito, vt sit apud me EST, & NON? ¶ 18 Fidelis autē Deus, quia sermo noster qui *fuit apud vos, nō est in illo EST & NON, *sed est in illo EST. ¶ 19 Dei enim Filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est per me & Syluanū & Timothēū, non fuit in illo EST & NON, sed EST in illo fuit. ¶ 20 Quotquot enim promissiones Dei, sūt in illo EST: ideo & per ipsū Amen, Deo ad gloriam *vestram. ¶ 21 Qui autem cōfirmat nos *nostram. vobiscū in *Christo, & qui vnxit nos, Deus: *Christum, ¶ 22 Qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris. ¶ 23 Ego autem testē Deū inuoco in animā meā, quòd parcens vobis, non veni vltrà Corinthū. ¶ 24 Non quia dominamur fidei vestræ: sed adiutores sumus gaudii vestri. nā fide statis. CAP. II.

STatui autem hoc ipsum apud me, ne iterum in tristitia venire ad vos. ¶ 2 Si enim ego cōtristo vos: & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? ¶ 3 Et hoc ipsum scripsi vobis: vt non quum venero, tristitiam super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrum est. ¶ 4 Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt contristemini, sed vt sciatis quā charitatem *habeam abundantius in vobis. ¶ 5 Si *habeo quis autem contristauit *me: non me contristauit, sed ex parte, vt non oneré omnes vos. ¶ 6 Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ *fit à pluribus: ¶ 7 Ita vt econtrario magis donetis & consolemini, ne forte abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. ¶ 8 Propter quod obsecro vos vt cōfirmetis in illum charitatē. ¶ 9 Ideo enim & scripsi *vobis, vt cognoscā experimentum vestrum an in omnibus obedientes sitis. ¶ 10 Cui autē aliquid *donastis: & ego. Nam & ego quod *donatis: donaui, si quid donaui, propter vos, in persona Christi, ¶ 11 Vt non circumueniamur à satana. nō enim ignoramus cogitationes eius. ¶ 12 Quum veniissem autem Troadem propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertū esset in Domino: ¶ 13 Non habui requiem spiritui meo, eo quòd nō inuenerim Titum fratrē meum, sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. ¶ 14 Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco. ¶ 15 Quia Christi bonus odor sum Deo, in iis qui salui fiunt, & in iis qui pereūt, ¶ 16 Aliis quidem odor mortis in mortē: aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tā idoneus? ¶ 17 Nō enim sumus sicut plurimi, adulterātes verbum Dei, sed ex synceritate, * sicut ex Deo, corā Deo, in Christo loquimur. Rom. 11. d. 34. 1. 4. a. 2. *sed

CAP. III.

INcipimus iterum nosmetipsos commēda re? aut nunquid egemus (sicut quidam cōmendatitiis epistolis ad vos, aut ex vobis? ¶ 2 Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus: ¶ 3 Manifestati quòd epistola estis Christi, ministrata à nobis. & scripta nō atramento, sed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. ¶ 4 Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum: ¶ 5 Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. ¶ 6 Qui & idoneos nos fecit ministros noui Testamenti: non *litera, sed Spiritu. Litera enim occidit, Spiritus autē viuificat. ¶ 7 Quòd si ministratio mortis literis deformata in la- *literæ. sed Spiritus.

pldibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: ¶8 Quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? ¶9 Nam si ministratio damnationis, in gloria est: multo magis abundat ministerium iustitiæ in gloria. ¶10 Nam nec glorificatū est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. ¶11 Si enim quod euacuatur, per gloriā est: multo magis quod manet, in gloria est. ¶12 Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur: ¶13 Et nō sicut Moyses ponebat velamen super faciem suā, vt non intenderent filii Israel in faciem eius quod euacuatur. ¶14 Sed obtusi sunt sensus eorum. vsque in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectione Veteris testaméti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur: ¶15 Sed vsque in hodiernū diem, quum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. ¶16 Quum autem conuersi fuerint ad Dominum: auferetur velamen.

¶17 Dominus autem Spiritus est. vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. ¶18 Nos verò omnes, reuelata facie, gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.

CAP. IIII.

¶1 Ideo habentes hanc administrationem: iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, ¶2 Sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis cōmendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. ¶3 Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrum: in iis qui pereunt est opertū, ¶4 In quibus deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio Euangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei. ¶5 Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum, Dominum nostrum: nos autem, seruos vestros per Iesum. ¶6 Quoniā Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu. ¶7 Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. ¶8 In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed nō destituimur: ¶9 Persecutionē patimur, sed non derelinquimur: humiliamur, sed non confundimur: deiicimur, sed non perimus: ¶10 Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. ¶11 Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali.

¶12 Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. ¶13 Habentes autem eundem Spiritū fidei, sicut scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur: ¶14 Scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit & constituet vobiscum. ¶15 Omnia enim propter vos: vt gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.

¶16 Propter quod non deficimus: sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diē. ¶17 Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, ¶18 Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videtur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

CAP. V.

Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domū non manufactam, sed æternam in cælis. ¶2 Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cælo est, superindui cupientes: ¶3 Si tamen vestiti, & non nudi inueniamur. ¶4 Nā & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati: eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est, à vita. ¶5 Qui autem efficit nos in hoc ipsū, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. ¶6 Audentes igitur semper, & scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino ¶7 (Per fidē enim ambulamus, & non per speciem) ¶8 Audemus autē, & bonā uolūtatem habemus magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominū. ¶9 Et ideo cōtendimus, siue absentes, siue præsentes placere illi. ¶10 Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonū siue malū. ¶11 Scientes ergo timorem Domini hominibus suademus: Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse. ¶12 Non iterum commēdamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriātur, & non in corde. ¶13 Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrii sumus, vobis. ¶14 Charitas enim Christi vrget nos: æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. ¶15 Et pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuūt, iam nō sibi viuāt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. ¶16 Itaque nos ex hoc neminē nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem Christum: sed nunc iam nō nouimus. ¶17 Si qua ergo in Christo noua creatura: vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. ¶18 Omnia autē ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis. ¶19 Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputās illis delicta ipsorū, & posuit in nobis verbum reconciliationis. ¶20 Pro Christo ergo legatione fungimur, tā quam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. ¶21 Eū qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

CAP. VI.

Adiuuantes autē exhortamur, ne in vacuū gratiā Dei recipiatis. ¶1 (Ait enim, Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nūc tempus acceptabile: ecce



vtamur: Exod.34.d.35.

quòd

cōuersus fuerit ad Deum: Iohan.4.c.24

ministrationem: 3.d.17.

sis

Gen.1.a.3. qui

Psal.115.b.10.

corr

Apoc

Esa

nunc dies salutis.) ¶3 ‖ Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerij nostri: ¶4 sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, ¶5 in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, ¶6 in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate nõ ficta, ¶7 in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ a dextris & a sinistris, ¶8 Per gloriam & ignobilitatẽ, per infamiam & bonam famã: vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: ¶9 Quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & non mortificati: ¶10 Quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tãquam nihil habentes, & omnia possidentes. ¶11 Os nostrum patet ad vos ô Corinthii, cor nostrum dilatatum est. ¶12 Non angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. ¶13 Eandem autem habentes remunerationem (tanquam filiis dico) dilatamini & vos. ¶14 Nolite iugum ducere cũ infidelibus. ‖ Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? ¶15 Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fideli cũ infideli? ¶16 Qui autẽ consensus templo Dei cũ idolis? ‖ Vos enim estis templũ Dei viui: sicut dicit Deus. ‖ Quoniam inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos, & ero illorũ Deus: & ipsi erunt mihi populus. ¶17 ‖ Propter quod exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis: & ego recipiam vos, ¶18 ‖ Et ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipoteus.

CAP. VII.

HAEc ergo habentes promissiones chatissimi, mundemus nos ab omni inquinamẽto carnis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei. ¶2 Capite nos. Neminẽ læsimus, neminem corrupimus, neminem circũuenimus. ¶3 Non ad condemnationẽ vestram dico. "Prædiximus enim quòd in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendũ. ¶4 Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: repletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulationẽ nostra. ¶5 Nam & quum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationẽ passi sumus: foris, pugnæ intus, timores. ¶6 Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos, Deus, in aduentu Titi. ¶7 Non solũm autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram æmulationem pro me, ita vt magis gauderem. ¶8 Quoniam etsi contristaui vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœniteret, videns quòd epistola illa (etsi ad horam) vos contristauit. ¶9 Nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. ¶10 ‖ Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia, mortẽ operatur. ¶11 Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem, sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed æmulationem, sed vindictam. in omnibus exhibuistis vos, incontaminatos esse negotio. ¶12 Igitur etsi scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eũ qui passus est: sed ad manifestandam solicitudinem nostram quam habemus pro vobis *coram Deo, ¶13 Ideo consolati sumus. In cõ solatione autem nostra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. ¶14 Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, nõ sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, veritas facta est. ¶15 Et viscera eius abundantius in vobis sunt, reminiscentis omnium vestrum obedientiam, quomodo cũ timore & tremore excepistis illum. ¶16 Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

CAP. VIII.

NOtam autem facimus vobis fratres gratiam Dei quæ data est in ecclesiis Macedoniæ, ¶2 `Et quòd in multo experimẽto tribulationis abundantia gaudii ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorũ. ¶3 Quia secundum virtutem (testimonium illis tribuo) & supra virtutem voluntarii fuerunt, ¶4 Cum multa exhortatione obtecrantes nos gratiam & communicationem ministerii quod fit in sanctos. ¶5 Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt, primum Domino, deinde nobis per voluntatẽ Dei: ¶6 Ita vt rogaremus Titũ, vt quemadmodum cœpit, ita & perficiat *in vos vobis' etiam gratiam istam. ¶7 Sed sicut in omnibus abundatis fide & sermone, & scientia, & omni solicitudine, `insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. ¶8 Non quasi imperãs dico: sed per aliorum solicitudinem, etiam vestræ charitatis' ingenium' bonum comprobans. ¶9 Scitis enim *ingenuum gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniã propter vos egen' factus est, quũ esset diues: vt illius inopia, vos diuites esse tis. ¶10 Et cõsilium in hoc do: hoc enim vobis vtile est, qui nõ soldm facere, sed & velle cœpistis ab anno prìore: ¶11 Nunc verò & facto perficite: vt quemadmodum promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. ¶12 Si enim voluntas prompta est: secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. ¶13 Non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex æqualitate, ¶14 In præsenti tempore, vestra abundantia, illorum inopiam supplente: vt & illorum abundantia, vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas, ¶15 Sicut scriptum est ‖ Qui multum, non abundauit: & qui modicũ, non minorauit. ¶16 Gratias autẽ `ago Deo, qui dedit eãdem solicitudinẽ pro vobis in corde Titi. ¶17 Quoniam exhortationem quidem suscepit: sed quum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. ¶18 Misimus etiã cum illo fratrẽ `nostrũ, `cu-

*ad vos

Exod. 16. d. 18. *habuit,

ius laus est in Euãgelio per omnes ecclesias: ¶19 Nõ soldm autem, sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiã quæ ministratur à nobis ad Domini gloriã, & destinatã voluntatem nostrã: ¶20 Deuitantes hoc, nequis nos vituperet in hac plenitudine quæ ministratur à nobis in Domini gloriã. ¶21 Prouidemus enim bona non soldm corã Deo, sed etiam corã hominibus. ¶22 Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quẽ probauimus in multis sæpe sollicitũ esse: nunc autẽ multo solicitiorẽ, confidentia multa in vos: ¶23 Siue pro Tito qui est socius meus & in vobis' adiutor: siue fratres nostri, Apostoli ecclesiarum, gloriæ Christi. ¶24 Ostentionẽ ergo quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostẽdite in facie ecclesiarum. CAP. IX.

NAm de ministerio quod fit in sanctos: ex abundanti est mihi scribere vobis. ¶2 Scio enim promptum animum vestrũ, pro quo de vobis glorior apud Macedones, quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio prouocauit plurimos. ¶3 Misimus autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodum dixi) parati sitis: ¶4 Ne quũ venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos (vt nõ dicamus vos) in hac substantia. ¶5 Necessarium ergo existimaui rogare fratres vt præueniant ad vos, & præparẽt repromissam benedictionem hanc paratam esse ũc, quasi benedictionem, non tanquam auaritia. ¶6 Hoc autẽ dico, Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & meter. ¶7 Vnusquisque prout destinauit in corde suo, nõ ex tristitia aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. ¶8 Potens est autem Deus omnem gratiam abũdare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abũdetis in omne opus bonũ, ¶9 Sicut scriptũ est, Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. ¶10 Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ: ¶11 Vt in omnibus locupletati, abundetis in omnem simplicitatẽ, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo. ¶12 Quoniam ministerium huius officii, non soldm supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarũ actiones in Domino. ¶13 Per probationem ministerii huius glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ in Euangelio Christi, & simplicitate cõmunicationis vestræ in illos, & in omnes: ¶14 Et in ipsorũ obsecratione pro vobis, desiderium vos propter eminentem gratiã Dei in vobis. ¶15 Gratias agẽ Deo super inenarrabili dono eius. CAP. X.

IPse autem ego Paulus obsecro vos per mãsuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis: ¶2 Rogo autem vos, ne præsens audeã per eam cõfidentiam qua existimor audere in quosdam qui arbitrantur nos tanquam secũdum carnem ambulemus. ¶3 In carne enim ambulantes, non secũdum carnem militamus. ¶4 Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt: sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, ¶5 Et omnem altitudinẽ extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnẽ intellectum in obsequiũ Christi, ¶6 Et in pròptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, quum impleta fuerit vestra obedientia. ¶7 Quæ secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est: ita & nos. ¶8 Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem vestram: non erubescam. ¶9 Vt autem nõ existimer tanquam terrere vos per epistolas ¶10 (Quoniam quidẽ epistolæ, inquiunt, graues sunt, & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis) ¶11 Hoc cogitet qui eusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. ¶12 Non enim audemus insertere aut comparare nos quibusdã, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. ¶13 Nos autem non in immensum gloriabimur: sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus mensuram pertingendi vsque ad vos. ¶14 Nõ enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. Vsque ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi: ¶15 Nõ in immensũ gloriantes in alienis laboribus: spem autẽ habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia, ¶16 Etiam in illa quæ vltra vos sũt euangelizare, non in aliena regula, in iis quæ præparata sunt gloriari. ¶17 Qui autẽ gloriatur, in Domino glorietur. ¶18 Nõ enim qui se ipsum cõmendat, ille probatus est: sed quem Deus commendat. CAP. XI.

VTinam sustineretis modicum quid insipiẽtiæ meæ: sed & supportate me. ¶2 Æmulor enim vos vt Vivo, virginem castã exhibere Christo. ¶3 Timeo autem ne sicut serpens Heuam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo Iesu. ¶4 Nam si is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicauimus, aut alium spiritum accipitis quẽ nõ accepistis: aut aliud Euangeliũ quod nõ recepistis: rectè patieminí. ¶5 Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. ¶6 Nã etsi imperitus sermone, sed nõ sciẽtia. In omnibus autẽ manifestus sũ vobis. ¶7 Aut nunquid peccatum feci, meipsum humiliãs, vt vos exaltemini? quoniam gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis? ¶8 Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministerium vestrum. ¶9 Et quũ essem apud vos, & egerem, nulli onerosus fui. nã quod mihi deerat, supplemerunt fratres qui venerunt à Macedonia: & in omnib' sine onere me vobis seruaui, & seruabo. ¶10 Est veritas Christi in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur

a Rom.11.d.17.
b In vos gloria
c Mili
d Rom.12.b.8.
e Eccli 35.b.11.
f Psal.111.b.9. æternum
g In Euangelio

in me in regionibus Achaiæ. ¶11 Quare? quia non diligo vos? Deus scit. ¶12 Quod autem facio, & faciam: vt amputē occasionem eorum qui volūt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. ¶13 Nam eiusmodi pseudoapostoli, fūt operarii subdoli, trāsfigurantes se in Apostolos Christi. ¶14 Et nō mirum: ipse enim satanas trāsfigurat se in Angelū lucis. ¶15 Non est ergo magnū si ministri eius trāsfigurētur velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secūdum opera ipsorū. ¶16 Iterum dico, (nequis me putet insipientem esse: alioquin velut insipientem accipite me, vt & ego modicū quid glorier) ¶17 Quod loquor, non loquor secundum ' Deum, ' sed quasi in insipientia, in hac substātia gloriæ. ¶18 Quoniam multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor. ¶19 Libenter enim suffertis insipientes: quum sitis ipsi sapientes. ¶20 Sustinetis enim siquis vos in seruitutem redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollitur, siquis in faciem vos cædit. ¶21 Secundum ignobilitatē dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego. ¶22 Hebræi sunt: & ego. Israelitæ sunt: & ego. Semen Abrahæ sunt: & ego. ¶23 Ministri Christi sunt, ^& ego' vt minus sapiens dico, plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. ¶24 A Iudæis quinquies, quadragenas, vna minus, accepi. ¶25 Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci: nocte & die in ^profundum' maris fui: ¶26 in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Genibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, ¶27 In labore & ærūna, in vigiliis multis, in fame & sūti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. ¶28 Præter illa quæ extrinsecus sunt: instātia mea quotidiana, sollicitudo omniū ecclesiarū. ¶29 Quis infirmatur, & ego nō infirmor? quis scādalizatur, & ego nō vror? ¶30 Si gloriari oporteret: quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. ¶31 Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedict^ in secula, scit quōd nō mētior. ¶32 In Damasci, præpositus gētis Aretæ regis, custodiebat ciuitatē Damascenorū, vt me cō prehendere tet: ¶33 Et per fenestrā in sporta dimissus fū per murū, & ^sic' effugi manus ei'.

CAP. XII.

SI gloriari oportet (non expedit quidē) veniam autē ad visiones & reuelationes Domini. ¶2 Iō hominē in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, ^siue extra corpus, nescio: Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. ¶3 Et scio, huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: Deus scit,) ¶4 Quoniam raptus est in Paradisum: & audiit arcana verba, quæ nō licet homini loqui. ¶5 Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil^, nisi in infirmitatibus meis. ¶6 Nam & si voluero gloriari, non ero insipiēs: veritatem enim dicam. parco autem: ne quis ^me existimet supra id quod videt, 'in' me, aut aliquid audit ex me. ¶7 Et ne magnitudo reuelatiōnum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, ^qui' me colaphizet. ¶8 Propter quod ter ^vt Dominum rogaui, vt discederet a me: ¶9 & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. nam virtus, in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. ¶10 Propter quod placeo mihi in infirmitatibus ^meis, in cōtumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Quum enim infirmor: tunc potēs sum. ¶11 Factus sum insipiēs: vos me coegistis. Ego enim à vobis debui commēdari. nihil enim minus ^feci' ab iis qui sunt supra modū Apostoli: tametsi nihil sum. ¶12 Signa tamen ^apostolatus mei' facta sunt super vos in omni patiētia, in signis & prodigijs & virtutibus. ¶13 Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs, nisi quōd ego ipse nō grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriā. ¶14 Ecce, tertio hoc paratus sum venire ad vos: & nō ero grauis vobis. Nō enim quæro quæ vestra sunt: sed vos. Nec enim debent filii parētibus thesaurizare: sed parētes fillis. ¶15 Ego autem libētissimē impendā & superimpēdar ^ego' ipse pro animabus vestris: Licet plus vos diligēs minus diligar. ¶16 Sed esto, ego vos non grauaui: sed quum essem astutus, dolo vos cepi. ¶17 Nūquid per aliquē eorū quos misi ad vos, circūueni vos? ¶18 Rogaui Titū: & misi cū illo fratrē. Nūquid Titus vos circūuenit? nonne eodē Spiritu ambulauimus? nonne iisdē vestigijs? ¶19 Olim putatis quōd excusemus nos apud vos? Coram Deo, in Christo loquimur: omnia ^enim' charissimi propter ædificationē vestrā. ¶20 Timeo enim ne forte quō venero, nō quales volo, inueniā vos: & ego inueniar à vobis, qualē nō vultis. ne forte contētiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos: ¶21 Ne iterū quū venero, humiliet me Deus apud vos: & lugeā multos ex iis qui antè peccauerunt, & nō egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione & impudicitia quā gesserunt.

CAP. XIII.

ECce tertio hoc venio ad vos: ^vt' in ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. ¶2 Prædixi 'enim' & prædico vt præsens ^vobis,' & nūc absens iis qui antè peccauerunt & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, nō parcam. ¶3 An experimētum quæritis eius qui in me loquitur Christus: qui' in vobis' nō infirmatur, sed potēs est in vobis? ¶4 Nam etsi crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi sumus in illo: sed viuemus cum eo ex virtute Dei in vobis. ¶5 Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos quia Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi estis. ¶6 Spero autem quōd ^cognoscitis' quia nos non sumus reprobi. ¶7 Oramus autē Deum vt nihil malī faciatis: nō vt nos probati ^pareamus,' sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autem vt reprobi simus. ¶8 Non enim possumus aliquid aduersus veritatem: sed pro veritate. ¶9 Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus, vos autē potentes estis. Hoc & oramus,

vt
fai
Apostoli
T ii.b.9.
Z
Z
autem
A
in vos
B
1. Cor. 11. f. 11.
cognoscetis
appareamus
C
Deut. 19. d. 15. matt. 18. b. 16. Iohan. 8. b. 17. heb. 10. e. 28.

vestrum cōsummationē. ¶10 Ideō enim hæc absens scribo: vt nō præsens durius agam secundum potestatē quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & nō in destructionem. ¶11 De cætero fratres, gaudete: perfecti estote, exhortamini, idipsum sapite: pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscū. ¶12 Salutate inuicē in osculo sancto. Salutāt vos omnes sancti. ¶13 Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & cōmunicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amē.

In Græcis codicibus subscripta leguntur,

Ad Corinthios secunda,

Missa fuit à Philippis Macedoniæ per Titum & Lucam.

# Epistola Pauli Apostoli ad Galatas.

CAP. I.

PAVLVS Apostolus non ab hominibus, neq; per hominē, sed per Iesum Christum, & Deū Patrem qui suscitauit eū à mortuis, ¶2 & qui mecū sūt omnes fratres: ecclesiis Galatiæ, ¶3 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo, ¶4 Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum voluntatem Dei & Patris nostri: ¶5 Cui est gloria in secula seculorum. Amen. ¶6 Miror quòd sic tam ētò trāsferimini ab eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud euangelium: ¶7 Quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt conuertere euangelium Christi. ¶8 Sed licet nos, aut Angelus de cælo euāgelizet vobis præterquàm quod euangelizauimus vobis, anāthema sit. ¶9 Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, Si quis vobis euāgelizauerit præter id quod accepistis, anāthema sit. ¶10 Modò enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. ¶11 Notum enim vobis facio fratres, Euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem. ¶12 Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi. ¶13 Audistis enim conuersationē meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei, & expugnabam illam, ¶14 & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. ¶15 Qui autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suā, ¶16 vt reuelaret Filium suum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuò non acquiescam carni & sanguini, ¶17 Neque veni Ierosolymā ad antecessores meos Apostolos: sed abii in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascum. ¶18 Deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum: & mansi apud eum diebus quindecim. ¶19 Alium autē Apostolorum vidi neminem, nisi Iacobum fratrē Domini. ¶20 Quæ autem scribo vobis: ecce coram Deo, quia non mentior. ¶21 Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. ¶22 Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo: ¶23 Tantùm autem auditum habebant, Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat. ¶24 Et in me clarificabant Deum.

CAP. II.

DEinde post annos quatuordecim, iterū ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. ¶2 Ascendi autem secundum reuelationem: & contuli cum illis Euangelium quod prædico in Gētibus, seorsum autem iis qui videbātur aliquid esse: ne forte in vacuū curreret, aut cucurrisse. ¶3 Sed neq; Titus qui mecum erat, quum esset Gentilis, compulsus est circumcidi: ¶4 Sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram, quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent. ¶5 Quibus neque ad horam cessimus subiectioni: vt veritas Euangelii permaneat apud vos. ¶6 Ab iis autem qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit) mihi enim qui videbātur esse aliquid, nihil contulerunt, ¶7 Sed contrà quum vidissent quòd creditum est mihi Euangelium præputii, (sicut & Petro circumcisionis, ¶8 Qui enim operatus est Petro in apostolatum circumcisionis: operatus est & mihi inter Gētes,) ¶9 Et quum cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacobus & Cephas & Iohannes, qui videbātur columnæ esse, dexteras dederūt mihi & Barnabæ, societatis: vt nos in Gentes, ipsi autem in circumcisionem: ¶10 Tantùm vt pauperum memores essemus: quod etiam sollicitus fui hoc ipsum facere. ¶11 Quum autē venisset Petrus Antiochiam: in faciem ei restiti, quia reprehēsibilis erat. ¶12 Prius enim quàm venirent quidam à Iacobo, cum Gentibus edebat: quum autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timēs eos qui ex circumcisione erat. ¶13 Et simulationi eius cōsenserūt cæteri Iudæi: ita vt & Barnabas duceretur abeis in illam simulationem. ¶14 Sed quum vidissem quòd nō recte ambularent ad veritatē Euangelii, dixi Cephæ coram omnibus, Si tu qui Iudæus es, Gentiliter viuis, & non Iudaicè: quomodo Gētes cogis Iudaizare? ¶15 Nos natura Iudæi, & nō ex Gentibus, peccatores: ¶16 Scientes autem quòd nō iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidē Iesu Christi, & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & nō ex operibus legis: propter quod ex operibus legis nō iustificabitur omnis caro. ¶17 Quòd si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores: nūquid Christus peccati minister est? Absit. ¶18 Si enim quæ destruxi, iterum hæc reædifico, prævaricatorē me cōstituo. ¶19 Ego enim per legē, legi mortuus sum, vt

Deo viuam: Christo cōfixus sum cruci. ¶20 Viuo autem, iam nō ego: viuit verò in me Christus. Quòd autem nunc viuo in carne: in fide viuo Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. ¶21 Non abiicio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

CAP. III.

O Insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorū oculos Iesus Christus proscriptus est, `&' `in vobis' crucifixus? ¶2 Hoc soldm à vobis volo discere, Ex operibus legis Spiritum accepistis, an ex auditu fidei? ¶3 Sic stulti estis, vt quū Spiritu cœperitis, nunc carne consummemini? ¶4 Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa. ¶5 Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? ¶6 Sicut `scriptū est, `Abrahā credidit Deo, & reputatū est illi ad iustitiā. ¶7 'Cognoscite' ergo quia quæ ex fide sunt, hi sunt filii Abrahæ. ¶8 Prouidens autē Scriptura quia ex fide iustificat Gentes Deus, prænunciauit Abrahæ, ‖Quia benedicētur in te omnes gētes. ¶9 Igitur qui ex fide sunt, benedicentur cum fideli Abrahā. ¶10 Quicūque enim ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt. Scriptū est enim, ‖Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sūt in libro legis, vt faciat ea. ¶11 Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestū est: ‖quia iustus ex fide 'viuit. ¶12 Lex autē non est ex fide: sed ‖Qui fecerit ea, viuet in illis. ¶13 Christus nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictū (quia scriptū est, ‖Maledictus omnis qui pendet in ligno,) ¶14 Vt in Gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollicitationē Spiritus accipiamus per fidē.

¶15 Fratres (secundū hominem dico) tamen hominis cōfirmatum testamētū nemo spernit, aut superordinat. ¶16 Abrahæ dictæ sut promissiones: & semini eius. Nō dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus. ¶17 Hoc autem dico, testamētum cōfirmatū à Deo: quæ post quadringētos & triginta annos facta est lex, nō irritum facit ad euacuandā promissionē. ¶18 Nam si ex lege hæreditas, iam nō ex promissione. Abrahæ autem per repromissionē donauit Deus. ¶19 Quid igitur lex? Propter 'transgressionē posita est, donec veniret Semen cui promiserat: ‖ordinata per Angelos in manu mediatoris. ¶20 Mediator autē, vni' non est: Deus autē vnus est. ¶21 Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ 'posset' viuificare: verē ex lege esset iustitia. ¶22 Sed ‖ conclusit Scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. ¶23 Prius autem quàm veniret fides: sub lege custodiebamur cōclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. ¶24 Itaq; lex, pædagōgus noster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur. ¶25 At vbi venit fides: iam non sumus sub pædagōgo. ¶26 Omnes enim filii Dei estis per fidem `quæ est' in Christo Iesu. ¶27 ‖ Quicunque enim in Christo baptizati estis: Christum induistis. ¶28 Nō est Iudæus neq; Græcus, non est seruus neq; liber, non est masculus neq; fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. ¶29 Vos autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionē hæredes.

CAP. IIII.

Dico autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, quum sit dominus omnium: ¶2 Sed sub tutoribus & actoribus est vsque ad præfinitū tempus à patre: ¶3 Ita & nos, quum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. ¶4 At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege: ¶5 vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorū reciperemus. ¶6 Quoniā autem estis filii `Dei: misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra clamantem, Abba, Pater. ¶7 Itaque iam non est seruus, sed filius. Quòd si filius: & hæres per Deū. ¶8 Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dii, seruiebatis. ¶9 Nunc autem quum cognouerīs Deum, imò cogniti fuīs à Deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis? ¶10 Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos. ¶11 Timeo vos, ne forte sine causa laborauerim in vobis. ¶12 Estote sicut ego, quia & ego sicut vos: fratres, obsecro vos. Nihil me læsistis. ¶13 Scitis autem quia per infirmitatē carnis euangelizaui vobis iam prīdē: ¶14 Et tentationē' vestram' in carne mea, nō spreuistis neque respuistis, sed sicut Angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum. ¶15 Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. ¶16 Ergo inimicus vobis factus sum vetum dicens vobis? ¶17 Æmulantur vos non bene: sed excludere vos volunt, vt illos æmulemini. ¶18 Bonum autē æmulamini in bono semper: & nō tantùm quum præsens sum apud vos. ¶19 Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. ¶20 Vellem autē esse apud vos modò, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis. ¶21 Dicite mihi qui sub lege vultis esse, legē nō legistis? ¶22 Scriptum est enim quoniā Abrahā duos filios habuit: vnū de ancilla, & vnū de libera. ¶23 Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: ‖qui autē de libera, per repromissionem. ¶24 Quæ sunt per allegoriā dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem' in monte' Sina, in seruitutem generans: quæ est Agar, ¶25 (Sina enim, mons est in Arabia: qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem) & seruit cum filiis suis. ¶26 Illa autem quæ sursum est Ierusalē, libera est: quæ est mater nostra. ¶27 Scriptum est enim, ‖Lætare sterilis, quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filii desertæ, magis quàm eius quæ habet virum. ¶28 ‖ Nos autem fratres secūdum Isaac, promissionis filii sumus. ¶29 Sed quomodo tunc is qui secundū carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secūdum Spiritū: ita & nunc. ¶30 Sed quid dicit Scriptura? ‖Eice ancillam & filium eius. nō enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. ¶31 Itaq; fratres, nō sumus ancillæ filii, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.

Rom. 8. e. 15.

Esaiæ 54. a. 1.

Rom. 9. b. 8.

Gene. 16. d. 15.

Gen. 21. a. 2.

A monte

Gene. 21. a. 10.

CAP V.

Gal.5.2.1. State & nolite iterum iugo seruitutis contineri. ¶2 Ecce ego Paulus dico vobis quoniam si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. ¶3 Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est
1.Cor.1.c.17. vniuersæ legis faciendæ. ¶4 Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. ¶5 Nos enim Spiritu, ex fide, spem iustitiæ expectamus. ¶6 Nam in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur. ¶7 Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? ¶8 Nemini cõsentientis.
1.Cor.5.b.6. Persuasio hæc, non est ex eo qui vocat vos. ¶9 Modicum fermentum totam massam corrumpit. ¶10 Ego cõfido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis: qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicunque est ille. ¶11 Ego autem fratres, si circuncisionẽ adhuc prædico: quid persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. ¶12 Vtinam & abscindantur qui vos conturbant. ¶13 Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tãtùm ne libertatem in occationem detis carnis, sed
Levit.19.d.18. per charitatẽ Spiritus seruite inuicẽ. ¶14 Omnis enim lex in vno sermone impletur, Di-
Matt.22.d.39. liges proximum tuũ sicut teipsum. ¶15 Quòd
Marc.12.c.31. si inuicem mordetis & comeditis: videte ne
Rom.13.c.9. C abinuicem consummamini. ¶16 Dico autem
Jacob.2.b.8. in Christo: Spiritu ambulate, & desideria
Rom.13.d.14. carnis non perficietis. ¶17 Caro enim concu-
1.Pet.2.c.17. piscit aduersus Spiritum: Spiritus autem aduersus carnem. hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcũque vultis, illa faciatis.
B ducimini: ¶18 Quòd si Spiritu ducemini: non estis sub lege. ¶19 Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt, fornicatio, Immunditia, impudicitia, luxuria, ¶20 Idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, ¶21 Inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia. quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. ¶22 Fructus autem Spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, ¶23 Mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi nõ est lex. ¶24 Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. ¶25 Si viuimus Spiritu: Spiritu & ambulemus. ¶26 Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicẽ inuidẽtes.

CAP. VI.

A Fratres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. ¶2 Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legẽ Christi. ¶3 Nam si quis existimat se aliquid esse, quum nihil sit: ipse se seducit. ¶4 Opus autem suum probet vnusquisque, & sic in semetipso tantùm gloriam habebit, & non in
B altero. ¶5 Vnusquisque enim onus suum portabit. ¶6 Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat, in omnibus bonis. ¶7 Nolite errare: Deus non irridetur.
1.Cor.1.b.8. ¶8 Quæ enim seminauerit homo: hæc & me-
1.Cor.9.a.7. verbum, tet. Quoniã qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionem. qui autẽ seminat in Spiritu: de Spiritu metet vitam æternam.
C ¶9 Bonum autem facientes, nõ deficiamus.
2.Thes.3.a. tempore enim suo metemus non deficientes.
¶10 Ergo dum tẽpus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè ad domesticos fidei. ¶11 Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu. ¶12 Quicunque enim volunt placere in carne, hi cogunt vos circuncidi, tantùm vt crucis Christi persecutionem non patiantur. ¶13 Neque enim qui circuncidunt, legem custodiunt. sed volunt vos circuncidi, vt in carne vestra glorientur. ¶14 Mihi
D autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. ¶15 In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed noua creatura. ¶16 Et quicũque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. ¶17 De cætero nemo mihi molestus sit. ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.
¶18 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

In codicibus Græcis sic subscribitur,

Ad Galatas.

Missa fuit è Roma.

# Epistola Pauli Apostoli ad Ephesios.

CAP. I.

Paulus Apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei: Sanctis qui sunt Epheso, & fidelibus in Christo Iesu, ¶2 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. ¶3 Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione Spirituali, in cælestibus, in Christo: ¶4 Sicut elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem, vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. ¶5 Qui prædestinauit nos in adoptionem filiorum, per Iesum Christum, in ipsum: secundum propositum voluntatis suæ, ¶6 In laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto Filio suo.
¶7 In quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secũdum diuitias gratiæ eius, ¶8 Quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudẽtia, ¶9 Vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, ¶10 In dispensatione plenitudinis temporum, instaurare omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt, in ipso. ¶11 In quo etiã nos sorte vocati sumus: prædestinati secundum propositum eius qui operatur omnia, secundum consilium volun-

tatis suæ: ¶ 12 Vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui antè speratimus in Christo: ¶ 13 In quo & vos, quũ audissetis verbũ veritatis, (Euangeliũ salutis vestræ:) in quo & credẽtes signati estis Spiritu promissionis sãcto, ¶ 14 Qui est pignus hæreditatis nostræ, in redẽptionẽ acquisitionis, in laudẽ gloriæ ipsius. ¶ 15 Propterea & ego audiens fidẽ vestram quæ est in *Christo Iesu, & dilectionẽ in omnes sãctos: ¶ 16 Nõ cesso gratias ãgẽs pro vobis, memoriã vestri faciẽs in orationibus meis, ¶ 17 Vt Deus Domini nostri Iesu Christi Pater gloriæ, det vobis Spiritum sapiẽtiæ & reuelationis, *in agnitionẽ eius, ¶ 18 Illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, ¶ 19 & quæ sit supereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundũ operationẽ potentiæ virtutis eius, ¶ 20 Quã operatus est in Christo, suscitãs illum à mortuis, & cõsituit ad dexteram suã in cælestibus, ¶ 21 Supra omnẽ principatũ & potestatẽ & virtutẽ & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro. ¶ 22 Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput *supra omnẽ ecclesiam, ¶ 23 Quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

CAP. II.

Et vos `conuiuificauit' quũ essetis mortui delictis & peccatis vestris, ¶ 2 In quibus aliquando ambulastis secundũ seculũ mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nũc operatur in filios diffidentiæ, ¶ 3 In quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes *voluntatem carnis & cogitationum: & eramus natura filii iræ sicut & cæteri: ¶ 4 Deus autem qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, ¶ 5 Et quum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos `in' Christo, (cuius gratia estis saluati,) ¶ 6 Et cõresuscitauit, & cõsedere fecit in cælestibus in Christo Iesu: ¶ 7 Vt ostenderet in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu. ¶ 8 Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc nõ ex vobis, Dei enim donũ est) ¶ 9 Non ex operibus, vt nequis glorietur. ¶ 10 Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. ¶ 11 Propter quod memores estote quòd aliquando vos `qui' eratis Gentes in carne, qui dicebamini Præputium ab ea quæ dicitur Circumcisio in carne, manu facta: ¶ 12 *Qui' eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamẽtorũ, promissionis spem non habentes, & sine Deo in `hoc' mundo. ¶ 13 Nunc autẽ in Christo Iesu vos qui aliquãdo eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. ¶ 14 Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens, *inimicitias in carne sua: ¶ 15 Legem mandatorum decretis, euacuans: vt duos condat in semetipso in vno nouo homine, faciens pacem, ¶ 16 *Vt' reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucẽ, interficiẽs *inimicitias in semetipso: ¶ 17 Et veniens euangelizauit pacem vobis qui' lõge fuistis, & pacẽ iis qui propè. ¶ 18 Quoniã per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu, ad Patrẽ. ¶ 19 Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, ¶ 20 Superædificati super fundamẽtum Apostolorũ & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo: ¶ 21 In quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino, ¶ 22 In quo & vos cœdificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto.

CAP. III.

Christus rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro vobis Gentibus: ¶ 2 Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vobis, ¶ 3 Quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramẽtum, sicut suprà scripsi in breui: ¶ 4 Prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in misterio Christi, ¶ 5 Quod aliis generationibus non est agnitum filiis hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in Spiritu, ¶ 6 Gentes esse cohæredes & cõcorporales & cõparticipes promissionis *in Christo Iesu per Euangelium: ¶ 7 Cuius factus sum `ego' minister secundũ donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius. ¶ 8 Mihi `enim' omnium sanctorum minimo, data est gratia hæc, In Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, ¶ 9 Et illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramẽti absconditi à seculis in Deo, qui õnia creauit: ¶ 10 Vt innotescat *principibus & potestatibus, in cælestibus, per ecclesiam, multiformis sapiẽtia Dei, ¶ 11 Secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro: ¶ 12 In quo habemus fiduciam & accessũ in confidentia, per fidẽ eius. ¶ 13 Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. ¶ 14 Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Iesu Christi, ¶ 15 Ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, ¶ 16 Vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, *virtutem' corroborari per Spiritũ eius *in interiori homine: ¶ 17 Christum habitare per fidẽ in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, ¶ 18 Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & lõgitudo, & sublimitas, & profundũ, ¶ 19 Scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinẽ Dei. ¶ 20 Ei autem qui potens est omnia facere superabũdanter quàm petimus aut intelligimus, secũdum virtutẽ quæ operatur in nobis: ¶ 21 Ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen.

CAP. IIII.

Obsecro itaque vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, ¶ 2 Cum omni humilitate & mãsuetudine, cũ patiẽtia, supportãtes inuicẽ in charitate, ¶ 3 Solliciti seruare vnitatẽ Spiritus in vinculo pacis. ¶ 4 Vnũ corpus, & vnus Spiritus: sicut *vocati estis in vna spe vocationis vestræ. ¶ 5 Vn' Dominꝰ, vna fides, vnũ bapti-

*Inimicitias
Rom. 5. a. 8.
*Huius
*eius
1. Cor. 15. a. 9.
Galat. 1. c. 16.
Rom. 16. d. 25.
Coloss. 1. d. 26.
1. Tim. 3. c. 16.
1. Pet. 1. d. 12.
*nunc
*principatus
*virtute
*in interiori hominem
Rom. 16. d. 25.
Philip. 2. d. 17.
Coloss. 1. b. 24.
1. Thess. 1. c. 6.
*&

alac.2.b.10. sma.¶6 ‖ Deus Deus & Pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. ¶7 Unicuique autē nostrū data est gratia secundū mensurā donationis Christi. ¶8 ‖ Propter quod dicit, Ascendens in altū, captiuā duxit captiuitatem: dedit dona hominibus.

¶9 (Quod autē ascendit, quid est, niſi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ? ¶10 Qui descēdit, ipſe est & qui ascēdit supra omnes cælos, vt' adimpleret' omnia.) ¶11 Et ipſe dedit quoſdā quidē Apoſtolos, quoſdā autē Prophetas, alios verò Euangeliſtas, alios autē paſtores & doctores ¶12 Ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationē corporis Chriſti: ¶13 Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis Filii Dei, in virū perfectū, in menſurā ætatis plenitudinis Chriſti: ¶14 Vt iā nō ſimus paruuli fluctuantes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in aſtutia ad circunuētionem erroris: ¶15 Veritatem autem facientes in charitate, creſcamus in illo per omnia, qui eſt caput, Chriſtus: ¶16 Ex quo totum corpus compactum & connexum per omnem iunctūram ſubminiſtrationis, ſecundum operationem in menſuram vniuſcuiuſque membri, augmentum corporis facit in ædificationem ſui in charitate. ¶17 Hoc igitur dico & teſtificor in Domino: vt iam non ambuletis ſicut & Gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, ¶18 Tenebris obſcurātum habentes intellectum, alienati à vita Dei per ignorantiā quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum. ¶19 Qui deſperantes, ſemetipſos tradiderūt impudicitiæ, in operationē immūditiæ omnis, in auaritiā. ¶20 Vos autē nō ita didiciſtis Chriſtum: ¶21 Si tamen illū audiſtis, & in ipſo edocti eſtis, ſicut eſt veritas in Ieſu, ¶22 Deponere vos, ſecundū priſtinā cōuerſationē veteré hominé, qui corrūpitur ſecūdum deliderii erroris. ¶23 Renouamini autē ſpiritu mentis veſtræ: ¶24 Et induite nouum hominē qui ſecundū Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. ¶25 Propter quod deponentes mēdacium, loquimini veritatē vnuſquiſque cū proximo ſuo: quoniam ſumus inuicē membra. ¶26 Iracſcimini, & nolite peccare. ſol nō occidat ſuper iracundiam veſtram: ¶27 Nolite locum dare diabolo. ¶28 Qui furabatur, iā nō furetur: magis autē laboret, operando manib' ſuis quod bonū eſt, vt habeat vnde tribuat neceſſitatē patiēti. ¶29 Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationē fidei, vt' det gratiam audiētibus. ¶30 Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctū Dei: in quo ſignati eſtis in die redemptionis. ¶31 Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis cum omni malitia. ¶32 Eſtote autē inuicem benigni, miſericordes, donantes inuicem ſicut & Deus in Chriſto donauit vobis.

CAP. V.

Eſtote ergo imitatores Dei, ſicut filii chariſſimi: ¶2 Et ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemetipſū pro nobis oblationē & hoſtiā Deo in odorē ſuauitatis. ¶3 Fornicatio autē & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos: ¶4 Aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, quæ ad rē non pertinet: ſed magis gratiarum actio. ¶5 Hoc enim ſcitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immūd', aut auar' (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hæreditatē in regno Chriſti & Dei. ¶6 Nemo vos ſeducat inanibus verbis. propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ. ¶7 Nolite ergo effici participes eorum. ¶8 Eratis enim aliquando tenebræ: nunc autē lux in Domino. Vt filii lucis ambulate. ¶9 (Fructus enim lucis, eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate) ¶10 Probantes quid ſit beneplacitū Deo: ¶11 Et nolite cōmunicare operibus infructuoſis tenebrarū, magis autē redarguite. ¶12 Quæ enim in occulto fiūt ab ipſis, turpe eſt & dicere. ¶13 Omnia autem quæ arguuntur, à lumine manifeſtantur. omne enim quod manifeſtatur, lumé eſt. ¶14 Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Chriſtus. ¶15 Videte itaque fratres quomodo cauté ambuletis, nō quaſi inſipientes, ſed vt ſapientes: ¶16 Redimentes tēpus, quoniā dies mali ſunt. ¶17 Propterea nolite fieri imprudentes: ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei. ¶18 Et nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, ſed implemini Spiritu ſancto, ¶19 Loquentes vobiſmetipſis in pſalmis, & hymnis, & cāticis ſpiritualibus, cātātes & pſallētes in cordibus veſtris. Domino: ¶20 Gratias agētes ſēper pro omnibus, in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Deo & Patri, ¶21 Subiecti inuicem, in timore Chriſti. ¶22 Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino: ¶23 Quoniā vir, caput eſt mulieris: ſicut Chriſt', caput eſt eccleſiæ. Ipſe, ſaluator corporis' eius. ¶24 Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto: ita & mulieres viris ſuis in omnibus. ¶25 Viri, diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit eccleſiā, & ſe ipſū tradidit pro ea: ¶26 Vt illā ſāctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, ¶27 Vt exhiberet' ipſe' ſibi glorioſam eccleſiam, non habentē maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta & immaculata. ¶28 Ita & viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua. Qui ſuā vxorem diligit: ſeipſum diligit. ¶29 Nemo enim vnquā carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit & fouet eam, ſicut & Chriſtus eccleſiam. ¶30 Quia membra ſumus corporis eius, de carne eius & de oſſibus eius. ¶31 Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erūt duo in carne vna. ¶32 Sacramentū hoc magnum eſt: ego autē dico in Chriſto & in eccleſia. ¶33 Verūtamen & vos ſinguli, vnuſquiſque vxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat: vxor autem' timeat virū ſuum.

CAP. VI.

Filii, obedite parentib' veſtris in Domino, hoc enim iuſtum eſt. ¶2 Honora patrem tuum & matrem tuam: (quod eſt mandatū primum in promiſſione,) ¶3 Vt bene ſit tibi, & ſis longæuus ſuper terram. ¶4 Et vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini. ¶5 Serui obedite dominis carnalibus, cum timorę & tremore, in

om.11.2.5. or.12.b.11. or.10.d.11. ſal.67.c.19.

pleret or.12.d.17.

om.1.c.11.

oloſ.3.b.12.

om.6.2.4. oloſſ.3.b.8. ebr.11.a.2. pet.2.a.1,& a.2. ach.8.c.16. ſal.4.b.5.

acob.4.b.7.

.2.3.

vel opportu ſtatis, in diem

oloſſ.3.d.19.

ohā.1.3.d.34. .5.b.12. ohā.3.d.23. arc.7.c.11. .4.f.19. oloſſ.3.a.5. heſ.2.d.17.

'pertit

'qui' e lorum Matth marc. luc. 2. theſ

*& 'mani

Coloſ

Rom. 1.theſ

*&

1.Cor. coloſ. 1.pet. tit.2.b coloſ

'ipſam

om.1 mat. marc. 2.cor.

*vt & Exod. deut. eccli mat.1 marc. Colo tit.1.c 1.pet.

simplicitate cordis vestri, sicut Christo: ¶6 Non
ad oculum seruientes, quasi hominibus pla-
centes: sed vt serui Christi, facientes voluntа-
tem Dei ex animo, ¶7 Cum bona voluntate
seruientes sicut Domino & non hominibus.
B ¶8 Scientes quoniam vnusquisque quodcun-
que fecerit bonum, hoc recipiet à Domino,
siue seruus, siue liber. ¶9 Et vos domini eadē
facite illis, remittentes minas: scientes quia &
illorū & vester Dominus, est in cælis: & per-
sonarum acceptio non est apud eum. ¶10 De
cætero fratres, confortamini in Domino, &
in potentia virtutis eius. ¶11 Induite vos ar-
matura Dei: vt possitis stare aduersus insidias
diaboli. ¶12 Quoniā non est nobis colluctatio
aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus
principes & potestates, aduersus mūdi recto-
res tenebrarum harum, contra spiritualia ne-
quitiæ, in cælestibus. ¶13 Propterea accipite
armaturam Dei, vt possitis resistere in die ma-
lo, & in omnibus perfecti stare. ¶14 State er-
go succincti lumbos vestros in veritate, & in-
duti loricam iustitiæ, ¶15 Et calceati pedes in
præparationem euangelii pacis: ¶16 In
omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis o-
mnia tela nequissimi ignea extinguere. ¶17 Et
galeam salutis assumite: & gladium spiritus,
(quod est verbum Dei) ¶18 Per omnem ora-
tionem & obsecrationem orantes omni tem-
pore in spiritu: & in ipso vigilantes in omni
D instantia, & obsecratione pro omnibus san-
ctis: ¶19 Et pro me, vt detur mihi sermo in a-
pertione oris mei cum fiducia, notum facere
mysterium euangelii, ¶20 Pro quo legatione
fungor in catena: ista, vt in ipso audeā,
prout oportet me, loqui. ¶21 Vt autem & vos
sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia
vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater
& fidelis minister in Domino: ¶22 Quem mi-
si ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quæ
circa nos sunt, & consoletur corda vestra.
¶23 Pax fratribꝰ & charitas cū fide à Deo Pa-
tre nostro, & Domino Iesu Christo. ¶24 Gra-
tia cum omnibus qui diligunt Dominum no-
strum Iesum Christum in incorruptione. A-
men.

In Græcis codicibus hæc subscripta le-
guntur,

Scripta fuit ex vrbe Roma ad Ephesios
per Tychicum.

# Epistola Pauli Apostoli ad Philippenses.

CAP. I.

PAulus & Timotheus serui Iesu Christi, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episcopis & diaconibus: ¶2 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. ¶3 Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri, ¶4 Semper in cunctis ora-
tionibus meis pro omnibus vobis, cū gaudio
de precatione ma facien. ¶5 super communica
tione vestra in Euangelio Christi à prima die
vsque nunc: ¶6 Confidens hoc ipsum quia
qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vs-
que in diem Christi Iesu. ¶7 Sicut est mihi iu
stum, hoc sentire pro omnibus vobis: eo quòd
habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in
defensione, & cōfirmatione Euangelii, socios
gaudii mei omnes vos esse. ¶8 Testis enim mi-
hi est Deus quomodo cupiam omnes vos esse
in visceribus Iesu Christi. ¶9 Et hoc oro,
vt charitas vestra magis ac magis abundet in
omni scientia & in omni sensu. ¶10 Vt pro-
betis potiora, vt sitis sinceres & sine offensa
in diem Christi, ¶11 Repleti fructu iustitiæ per
Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.
¶12 Scire autē vos volo fratres, quia quæ cir-
ca me sunt, magis ad profectum venerunt Eu-
angelii: ¶13 Ita vt vincula mea manifesta fie-
rent in Christo in omni prætorio, & in cæte-
ris omnibus, ¶14 Et plures è fratribus in Do-
mino, confidentes in vinculis meis, abundan-
tius auderent sine timore verbum Dei loqui.
C ¶15 Quidam quidem & propter invidiam &
contentionem: quidam autem & propter bo-
nam voluntatem. ¶16 Quidam ex charitate: scientes quoniam in defen-
sione Euangelii positus sum. ¶17 Quidam au
tem ex contentione Christum annuntiant non
sincerè: existimantes pressuram se suscitare
vinculis meis. ¶18 Quid enim? Dum omni mo-
do sive per occasionē, sive per veritatē Chri-
stus annūtietur: & in hoc gaudeo, sed & gau-
debo. ¶19 Scio enim quia hoc mihi proveniet
ad salutem, per vestram orationem & submi-
nistrationem Spiritus Iesu Christi, ¶20 Secū-
dum expectationem & spem meam, quia in
nullo confundar, sed in omni fiducia sicut sem
per, & nunc magnificabitur Christus in cor-
pore meo, sive per vitam, sive per mortem.
D ¶21 Mihi enim vivere Christus est: & mori lu
crum. ¶22 Quòd si vivere in carne, hic mihi
fructus operis est, & quid eligā ignoro. ¶23 Co-
arctor autem è duobus: desiderium habens dis
solvi & esse cū Christo, multò magis melius:
¶24 Permanere autem in carne, necessarium
propter vos. ¶25 Et hoc confidens, scio quia
manebo & permanebo omnib vobis, ad pro-
fectum vestrum & gaudium fidei: ¶26 Vt gra
tulatio vestra abundet in Christo Iesu in me,
per meum adventū iterum ad vos. ¶27 Tan-
tum dignè Euangelio Christi conversamini:
vt sive quū venero, & videro vos, sive absens,
audiam de vobis quia statis in uno spiritu, u-
nanimes, collaborantes fidei Euangelii, ¶28 Et
in nullo terreamini ab aduersariis, quæ illis
est causa perditionis, vobis autem salutis, &
hoc à Deo: ¶29 Quia vobis donatum est pro
Christo, non solùm vt in eum credatis, sed vt
etiam pro illo patiamini, ¶30 Eadem certamen
habentes quale & vidistis in me, & nunc au-
distis de me.

CAP. II.

SIqua ergo consolatio in Christo, siquod
solatiū charitatis, siqua societas Spiritus,
siqua viscera miserationis: ¶2 Implete gau-
dium meum, vt idem sapiatis, eandem chari-

v. Thess.

*syncer.

in defēsio

*annūtiatur

D

*hoc

*magis

Ephes. 4.
colos.
2. Thes. 1.

*auditis

A

*ac miserat

Deo

tatem habetes, vnanimes, idipsum sentientes. ¶ 3 Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrates: ¶ 4 Non quæ sua sunt singuli cõsiderates, sed ea quæ aliorũ. ¶ 5 Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu, ¶ 6 Qui cũ in forma Dei esset, nõ rapinã arbitratus est esse se æqualem Deo, ¶ 7 sed semetipsum exinaniuit formã serui accipiens, in similitudine hominũ factus, & habitu inuentus vt homo. ¶ 8 Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem: mortẽ autem crucis. ¶ 9 Propter quod & Deus exaltauit illũ: & donauit illi nomẽ quod est super omne nomen: ¶ 10 vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorũ: ¶ 11 & omnis lingua cõfiteatur quia Dominus, Iesus Christus: in gloria est Dei Patris. ¶ 12 Itaque charissimi mei, sicut semper obedistis: non vt in præsentia mei tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestram salutem operamini.

¶ 13 Deus est enim qui operatur in vobis & velle & proficere, pro bonavolũtate. ¶ 14 Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus: ¶ 15 vt sitis sine querela, & simplices filii Dei, sine reprehensione in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo: ¶ 16 Verbũ vitæ cõtinentes ad gloriã meã in die Christi, quia non in vacuũ cucurri, neque in vacuum laboraui. ¶ 17 Sed & si æmulor supra sacrificium & obsequio fidei vestræ: gaudeo, & congratulor omnibus vobis. ¶ 18 Idipsum autem & vos gaudete, & cõgratulamini mihi. ¶ 19 Spero autẽ in Domino Iesu, Timotheum me citò mittere ad vos: vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. ¶ 20 Neminem enim habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis sollicitus sit. ¶ 21 Omnes enim quæ sua sunt quærũt: non quæ sunt Iesu Christi. ¶ 22 Experimentum autẽ eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecum seruiuit in Euangelio. ¶ 23 Hunc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me sũt. ¶ 24 Confido autẽ in Domino quoniã & ipse veniam ad vos citò. ¶ 25 Necessariũ autẽ existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, vestrum autem Apostolũ, & ministrũ necessitatis meæ, mittere ad vos. ¶ 26 Quoniam quidem omnes vos desiderabat: & mœstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum. ¶ 27 Nam & infirmatus est vsque ad mortem, sed Deus miseritus est eius: non solum autem eius, verumetiam & mei, ne tristitiã super tristitiam haberem. ¶ 28 Festinantius ergo misi illum: vt viso eo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. ¶ 29 Excipite itaque illũ cum omni gaudio in Domino: & eiusmodi cum honore habetote. ¶ 30 Quoniã propter opus Christi, vsque ad mortem accessit: tradens animam suam, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

## CAP. III.

A De cætero fratres mei, gaudete in Domino. eadem vobis scribere, mihi quidẽ nõ pigrum, vobis autem necessarium. ¶ 2 Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. ¶ 3 Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruimus Deo: & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne confidentes. ¶ 4 Quanquam & ego habeam confidẽtiam in carne. Si quis alius videtur confidere in carne: ego magis, ¶ 5 Circumcisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundũ legẽ Pharisæus: ¶ 6 secundum æmulationẽ, persequens ecclesiam Dei: secũdum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela. ¶ 7 Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christũ detrimenta. ¶ 8 Verumtamẽ existimo omnia detrimentum esse propter eminentem sciẽtiam Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimenta feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciã: ¶ 9 & inueniar in illo non habens meam iustitiã quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi: Iesu, quæ ex Deo est iustitia in fide: ¶ 10 Ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionis illius, configuratus morti eius: ¶ 11 Si quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis. ¶ 12 Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quo modo cõprehendã in quo & cõprehẽsus sũ a Christo Iesu. ¶ 13 Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem: (quæ quidem retrò sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum) ¶ 14 Ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. ¶ 15 Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelauit. ¶ 16 Verumtamen ad quod peruenimus, in idẽ sapiamus, in eadem permaneamus regula. ¶ 17 Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. ¶ 18 Multi enim ambulant, quos sæpe dicebã vobis: nunc autem & flens dico: inimicos crucis Christi: ¶ 19 Quorum finis, interitus: quorum Deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. ¶ 20 Nostra autem conuersatio in cælis est: vnde etiam saluatorem expectamus, Dominum nostrũ Iesum Christum. ¶ 21 Qui reformabit corpus humilitatis nostræ, conforme corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ: qua etiam possit subiicere sibi omnia.

## CAP. IIII.

ITaq; fratres mei charissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea: sic state in Domino charissimi. ¶ 2 Euchodiam rogo & Syntychen deprecor idipsum sapere in Domino. ¶ 3 Etiam rogo & te germane cõpar, adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in Libro vitæ. ¶ 4 Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. ¶ 5 Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus enim prope est. ¶ 6 Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. ¶ 7 Et pax Dei quæ exuperat omnẽ sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu. ¶ 8 De cætero fratres,



Rom.11.c.18.

Matt.10.d.22.

Hebr.12.b.9.

Isa.45.d.23. Rom.14.b.11. *& Iohã.13.b.19. 2.cor.2.b.6. & 12.a.9. *vt

*perficere. 1.Pet.4.c.9.

Matt.5.b.14.

*immolor

Act.19.a.21.

1.Cor.10.c.24.

*In Euãgelio

1.C

Ap

Ap

quæcũque sunt vera, quæcũque pudica, quæcunque iusta, quæcũque sancta, quæcũque amabilia, quæcũque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. ¶ 9 Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum. ¶ 10 Gavisus sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autẽ eratis. ¶ 11 Non quasi propter penuriam dico. ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. ¶ 12 Scio & humiliari, scio & abundare: ubique & in omnibus instituta sũ) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. ¶ 13 Omnia possũ in eo qui me cõfortat. ¶ 14 Verũtamen bene fecistis cõmunicãtes tribulationi meæ. ¶ 15 Scitis autẽ & vos Philippenses, quòd in principio Euangelii, quando profectus sũ à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli: ¶ 16 Quia & Thessalonicæ semel & bis in vsũ mihi misistis. ¶ 17 Nõ quia quæro datum: sed requiro fructum abundantem in ratione vestra. ¶ 18 Habeo autẽ omnia, & abundo: repletus sum, accepris ab Epaphrodito quæ missistis, in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. ¶ 19 Deus autem meus impleat omne desiderium vestrum secundum diuitias suas, in gloria, in Christo Iesu. ¶ 20 Deo autem & Patri nostro gloria in secula seculorum. Amẽ. ¶ 21 Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. ¶ 22 Salutãt vos qui mecum sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti: maximè autẽ qui de Cæsaris domo sunt.

¶ 23 Gratia Domini nostri Iesu, Christi cum spiritu vestro. Amen.

In Græcis codicibus hæc subscripta legũtur,

Scripta est ab vrbe Roma per Epaphroditum.

# Epistola Pauli Apostoli ad Colossenses.

## CAP. I.

Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: ¶ 2 Sanctis qui sunt Colossis, sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu, Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro. ¶ 3 Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orantes: ¶ 4 Audientes fidem vestram in Christo Iesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes, ¶ 5 Propter spem quæ reposita est vobis in cælis, quã audistis in verbo veritatis Euangelii, ¶ 6 Quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit, sicut in vobis, ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate. ¶ 7 Sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, ¶ 8 Qui etiã manifestauit nobis dilectionẽ vestram in Spiritu. ¶ 9 Ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orantes & postulantes vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spirituali: ¶ 10 Vt ambuletis dignè Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificãtes, & crescẽtes in scientia Dei. ¶ 11 In omni virtute cõfortati secundũ potentiã claritatis eius, in omni patientia & longanimitate cũ gaudio ¶ 12 Gratias agentes Deo & Patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine, ¶ 13 Qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ. ¶ 14 In quo habemus redẽptionẽ, & remissionẽ peccatorũ. ¶ 15 Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: ¶ 16 Quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsũ, & in ipso creata sunt, ¶ 17 Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso cõstãt. ¶ 18 Et ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principiũ, primogenitus ex mortuis: vt sit in omnib' ipse primatũ tenẽs: ¶ 19 Quia in ipso cõplacuit, omne plenitudinẽ diuinitatis inhabitare: ¶ 20 Et per eũ recõciliari omnia in ipso, pacificãs per sanguinẽ crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis sunt. ¶ 21 Et vos quũ essetis aliquãdo alienati & inimici sensu, in operibus malis: ¶ 22 Nunc autem recõciliauit in corpore carnis eius per mortem: exhibere vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles corã ipso. ¶ 23 Si tamen permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe Euãgelii quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ sub cælo est, cuius factus sum ego Paulus minister. ¶ 24 Qui nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia: ¶ 25 Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbum Dei, ¶ 26 Mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc autem manifestatũ est sanctis eius, ¶ 27 Quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus, in vobis, spes gloriæ. ¶ 28 Quẽ nos annũtiamus, corripientes omnem hominem, & docentes in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu. ¶ 29 In quo & laboro, certando secũdum operationem eius quæ operatur in me in virtute.

## CAP. II.

Volo enim vos scire qualem sollicitudinẽ habeã pro vobis & pro his qui sunt Laodiciæ, & quicunque non viderunt faciem meam in carne: ¶ 2 Vt consolẽtur corda ipsorũ, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterii Dei Patris & Christi Iesu. ¶ 3 In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. ¶ 4 Hoc autem dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. ¶ 5 Nam etsi corpore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudeus, & videns ordinẽ vestrum, & firmamen-

onem
ristũ.
D
onem
A
alino
risto.
B
C
D
E
F
G
H
I
K
L
M
N
O
P
Q
R
S
T
V
X
Y
Z
AA
BB
CC
DD
EE
FF
GG
HH
II
KK
LL
MM
NN
OO
PP
QQ
RR
SS
TT
VV
XX
YY
ZZ
AAA
BBB
CCC
DDD
EEE
FFF
GGG
HHH
III
KKK
LLL
MMM
NNN
OOO
PPP
QQQ
RRR
SSS
TTT
VVV
XXX
YYY
ZZZ
AAAA
BBBB
CCCC
DDDD
EEEE
FFFF
GGGG
HHHH
IIII
KKKK
LLLL
MMMM
NNNN
OOOO
PPPP
QQQQ
RRRR
SSSS
TTTT
VVVV
XXXX
YYYY
ZZZZ

ſtę eius quæ in Christo est, *fidei* veſtræ. ¶ 6 Sicut ergo accepiſtis Iesum Christum Dominũ ~noſtrum, in ipſo ambulate, ¶ 7 radicati & ſuperædificati in ipſo, & confirmati ~in fide ſicut & didiciſtis, ſabundantes ~in illo in gratiarum actione. ¶ 8 Videte nequis vos decipiat per philoſophiam & inanem fallaciam: ſecundum traditionem hominum, ſecundum elementa mundi, & non ſecũdum Chriſtum. ¶ 9 Quia in ipſo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: ¶ 10 & eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis: ¶ 11 in quo & circunciſi eſtis circunciſione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis, ſed in *circuciſione* Chriſti, ¶ 12 cõſepulti ei in baptiſmo, in quo & reſurrexiſtis per fidem operationis Dei, qui ſuſcitauit illum à mortuis. ¶ 13 & vos ~quum mortui eſſetis in *delictis* & præputio carnis veſtræ, cõuiuificauit cũ illo: donans nobis omnia delicta, ¶ 14 delẽs quod aduerſus nos erat, chirographum ~decreti, quod erat contrarũ nobis, & ipſũ tulit de medio, affigẽs illud cruci: ¶ 15 & expolians principatus & poteſtates traduxit confidenter palàm, triũphãs illos *in* ſemetipſo. ¶ 16 Nemo ergo vos *iudicet* in cibo aut in potu, aut in parte diei ~feſti, aut neomeniæ, aut ſabbathorum: ¶ 17 quæ ſunt *umbra* futurorum: corpus autem Chriſti. ¶ 18 Nemo vos ſeducat, volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus ſenſu carnis ſuæ, ¶ 19 & non tenens caput, ex quo totum corpus per nexus & conIunctiones ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmẽtum Dei. ¶ 20 Si ~mortui eſtis cum Chriſto ab elemẽtis ~huius mundi: quid adhuc tanquam viuentes ~mundo decernitis? ¶ 21 ~Ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque *cõtrectaueritis*? ¶ 22 Quæ ſunt omnia in interitum ipſo vſu, ſecundum præcepta & doctrinas hominum: ¶ 23 Quæ ſunt rationem quidem habẽtia ſapientiæ in ſuperſtitione & humilitate, & non ad parcendũ corpori, non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.

CAP. III.

¶ 1 Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: ¶ 2 Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. ¶ 3 Mortui enim eſtis: & vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo. ¶ 4 Quum ~autem Chriſtus apparuerit, vita veſtra: tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria. ¶ 5 Mortificate ergo mẽbra veſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiſcentiam malam, & auaritiam, quæ eſt ſimulacrorum ſeruitus: ¶ 6 Propter quæ venit ira Dei ſuper filios incredulitatis. ¶ 7 In quibus ~ambulaſtis aliquando, quum viueretis in illis. ¶ 8 Nunc autem deponite & vos omnia: iram, indignationem, malitiam, blaſphemiã, turpem ſermonem de ore veſtro. ¶ 9 Nolite mentiri inuicem: expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis, ¶ 10 & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem ~Dei ~ſecundum imaginem eius qui creauit illum: ¶ 11 vbi non eſt ~maſculus & fœmina, ~Gentilis & Iudæus, circuciſio & præputium, Barbarus & Scytha, ſeruus & liber: ſed omnia, & in omnibus Chriſtus. ¶ 12 Induite vos ergo ſicut electi Dei, ſancti, & dilecti, viſcera miſericordiæ, benignitatem, humilitatem, modeſtiam, patientiam: ¶ 13 Supportantes inuicem, & donantes vobiſmetipſis, ſiquis aduerſus aliquem habet querelam, ſicut & Dominus donauit vobis: ita & vos. ¶ 14 Super omnia autem hæc, charitatem ~habete, quod eſt vinculum perfectionis. ¶ 15 Et pax Chriſti exultet in cordibus veſtris, in qua & vocati eſtis in vno corpore: & gratiẽ eſtote. ¶ 16 Verbum Chriſti habitet in vobis abundanter, in omni ſapientia. docentes & commonẽtes voſmetipſos ~in ~pſalmis, hymnis, & *cantic*is ſpiritualibus, in gratia cantantes in cordibus veſtris Deo. ¶ 17 Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini ~noſtri Iesu Chriſti, gratias agentes Deo & Patri per ipſum. ¶ 18 Mulieres, ſubditæ eſtote viris, ſicut oportet in Domino. ¶ 19 Viri, diligite vxores veſtras: & nolite amari eſſe ad illas. ¶ 20 Filii, obedite parentibus per omnia: hoc enim placitũ eſt ~in Domino. ¶ 21 Patres, nolite ad indignationem prouocare filios veſtros, vt non puſillo animo fiant. ¶ 22 Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, nõ ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes, ſed in ſimplicitate cordis, timentes Deũ. ¶ 23 Quodcũque facitis, ex animo operamini ſicut Domino, & non hominibus: ¶ 24 ſcientes quòd à Domino accipietis retributionem hæreditatis. Domino Chriſto ſeruite. ¶ 25 Qui enim iniuriam facit, recipiet id quod iniquè geſſit: & non eſt perſonarum acceptio ~apud Deum.

CAP. IIII.

¶ 1 Dominι, quod iuſtum eſt & æquum, ſeruis præſtate: ſcientes quòd & vos Dominũ habetis in cælo. ¶ 2 Orationi inſtate: vigilantes in ea in gratiarum actione. ¶ 3 Orantes ſimul & pro nobis, vt Deus aperiat nobis oſtium ſermonis ad loquendũ myſteriũ Chriſti (propter quod etiã vinctus ſum) ¶ 4 vt manifeſtem illud ita vt oportet me loqui. ¶ 5 In ſapientia ambulate ad eos qui foris ſunt: tempus redimentes. ¶ 6 Sermo veſter ſemper in gratia, ſale ſit conditus: vt ſciatis quomodo oporteat vos vnicuique reſpondere. ¶ 7 Quæ circa me ſũt, omnia vobis nota faciet Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter, & conſeruus in Domino: ¶ 8 Quem miſi ad vos ad hoc ipſũ vt cognoſcat quæ circa vos ſũt, & cõſoletur corda veſtra, ¶ 9 Cum Oneſimo chariſſimo & fideli fratre qui ex vobis eſt: ~qui omnia quæ hîc agũtur, nota facient vobis. ¶ 10 Salutat vos Ariſtarchus conceptiu~ meus, & Marcus cõſobrinus Barnabæ de quo *acceptiſtis* mandata. Si venerit ad vos, ~ſuſcipite illum, ) ¶ 11 & Iesus qui dicitur Iuſtus: qui ſunt ex Circunciſione. hi ſoli ſunt adiutores mei in regno Dei: qui mihi fuerunt ſolatio. ¶ 12 Salutat vos Epaphras qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Iesu, ſemper ſolicitus pro vobis in orationib~, vt ſtetis perfecti & pleni in oñi voluntate Dei. ¶ 13 Teſtimoniũ enim illi perhibeo quòd habet multum laboré pro vobis, & pro iis qui ſũt Laodiciæ, & qui Hierapoli. ¶ 14 Salutat vos Lucas medic~ chariſ-

sim^, & Demas. ¶15 Salutate fratres qui sũt Laodiciæ: & Nymphã, & quæ in domo eius est, ecclesiam. ¶16 Et quũ lecta fuerit apud vos epistola^ hæc, facite vt & in Laodicẽũ ecclesia lo-ct, legatur: & ea quæ Laodicensium est, vt vos legatur. ¶17 Et dicite Archippo, Vide ministerium quod accepisti in Domino, vt illud impleas. ¶18 Salutatio: mea manu Pauli. Memores estote vinculorum meorum. Gratia Domini nostri^ Iesu Christi^ vobiscum. Amẽ.

In Græcis codicibus hæc subscripta leguntur,

Scripta ab vrbe Roma per Tychicum & Onesimum.

# Epistola Pauli Apostoli ad Thessalonicẽses I.

CAP. I.

Paulus & Siluan^ & Timõtheus, ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre ^nostro & Domino Iesu Christo, Gratia vobis & pax^ ¶2 Gratias agimus Deo sẽper pro omnibus vobis, memoriã vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, ¶3 memores operis fidei vestræ & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei Domini nostri Iesu Christi, ante Deũ & Patre nostrũ: ¶4 sciẽtes fratres dilecti à Deo, electionem vestrã: ¶5 Quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in sermone tantũm, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. ¶6 Et vos imitatores nostri facti estis, & Domini: excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus sancti: ¶7 Ita vt facti sitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. ¶8 A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non solũ in Macedonia & in Achaia, sed ^in omni loco, fides vestra quæ est ad Deum, profecta est, ita vt non sit nobis necesse quicquam loqui. ¶9 Ipsi enim de nobis annuntiant qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad Deum à simulachris, seruire Deo vino & vero, ¶10 Et expectare Filiũ eius de cælis (quẽ suscitauit ex mortuis) Iesum, qui eripuit nos ab ira ventura.

CAP. II.

Nam ^& ipsi scitis fratres introitũ nostrũ ad vos quia non inanis fuit: ¶2 Sed antè passi ^multa & cõtumelijs affecti (sicut scitis) in Philippis, iuduciam^habuimus in Deo nostro, loqui ad vos Euangelium Dei in multa sollicitudine. ¶3 Exhortatio enim nostra non de errore, neque de immundicia, neque in dolo ¶4 Sed sicut probati sumus à Deo vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur, nõ quasi hominibus placẽtes, sed Deo qui probat corda nostra. ¶5 Neq; enim aliquãdo fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neq; in occasione auaritiæ, Deus testis est: ¶6 Nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis. ¶7 Quum possemus vobis oneri esse, vt Christi Apostoli: sed facti sumus ^paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos: ¶8 Ita desiderãtes vos, cupidè volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quoniam charissimi nobis facti estis. ¶9 Memores enim ^facti estis fratres laboris nostri & fatigationis: nocte & die operantes, nequem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium Dei. ¶10 Vos testes estis & Deus, quam sanctè & iustè, & sine querela, vobis qui credidistis fulmus: ¶11 Sicut scitis qualiter vnũquẽque vestrũ (sicut pater filios suos) ¶12 Deprecantes vos & consolãtes, & testificati sumus vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriã. ¶13 Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam quum accepisset is à nobis verbũ auditus Dei, accepistis ^illud non vt verbum hominum, sed (sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. ¶14 Vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis: ¶15 Qui & Dominum occiderunt Iesũ, & Prophetas, & nos persecuti sũt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur: ¶16 Prohibentes nos Gẽtibus loqui vt ^salui fiant, vt impleant peccata sua semper. peruẽnit^enim ira Dei super illos vsque in finem. ¶17 Nos autem fratres desolati a vobis ad tempus horæ, aspectu, non corde: abundantius festinauimus faciem vestrã videre cum multo desiderio. ¶18 Quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus & semel & iterum: sed impediuit nos satanas. ¶19 Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nõne vos ante Dominũ nostrum Iesum Christũ estis, in aduentu eius? ¶20 Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

CAP. III.

Propter quod non sustinẽtes amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis. ¶2 Et misimus Timõtheum fratrem nostrum, & ministrum Dei in Euangelio Christi, ad confirmandos vos & exhortãdos pro fide vestra: ¶3 Vt nemo moueatur in tribulationib^ istis. ipsi enim scitis quòd in hoc positi sumus. ¶4 Nam & quũ apud vos essemus, prædicabamus vobis passuros nos tribulationes: sicut & factum est, & scitis. ¶5 Propterea & ego amplius nõ sustinẽs, misi ad cognoscẽdam fidẽ vestrã: ne fortè tẽtauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noster. ¶6 Nũc autẽ veniẽte Timõtheo ad nos à vobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem vestram, & quia memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut ^& nos quoque vos: ¶7 Ideo consolati sumus fratres, in vobis, in omni necessitate & tribulatione nostra per fidẽ vestrã: ¶8 Quoniã nũc viuimus, si vos statis in Domino. ¶9 Quã enim gratiarũ actionẽ possumus Deo rettribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deũ nostrũ, ¶10 Nocte ac die abũdantius orantes

Heues

Act.17.a.g.14.
2.cor.4.c.11.
1.thess.3.b.6.

ephes.4.a.1.
philip.1.d.27.
coloss.1.b.10.

Rom.1.b.11.

D vt videamus faciem vestram, & compleamus ea quæ desunt fidei vestræ? ¶ 11 Ipse autem
*nostet Deus & Pater noster, & Dominus* Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos: ¶ 12 Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat
2.Cor.1.2.1. charitatem *vestram* in inuicem, & in omnes: quemadmodum & nos in vobis, ¶ 13 Ad
1.Pet.1.2. confirmãda corda vestra sine querela, in sanctitate, ante Deum & Patrem nostrum, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

CAP. IIII.

A DE cætero ergo fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu: vt quemadmodum accepistis a nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, sicut & ambulatis, vt abundetis magis. ¶ 2 Scitis enim
*dederimus quæ præcepta *dederim vobis per Dominum
Rom.12.2.1. Iesum. ¶ 3 Hæc est enim voluntas Dei, sanc-
Ephes.5.d.17. tificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione, ¶ 4 Vt sciat vnusquisque vestrum vas
*passione suum possidere in sanctificatione & honore:
1.Cor.6.b.8. ¶ 5 Non in *possessione desiderii, sicut & Gentes quæ ignorant Deum, ¶ 6 Et ne quis super-
B grediatur neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de
*& his omnibus, sicut *prædiximus vobis, & testi-
1.Cor.11.2.1. ficati sumus. ¶ 7 Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctificatione. ¶ 8 Itaque qui *hæc spernit, non hominem sper-
1.Cor.7.d.40. nit, sed Deum, qui etiam dedit Spiritũ suum sanctum in nobis. ¶ 9 De charitate autem fra-
*habemus ternitatis non necesse *habuimus scribere vo-
Joh.13.d.34, bis: ipsi enim vos a Deo didicistis vt diliga-
& 15.b.12. C tis inuicem. ¶ 10 Etenim illud facitis in om-
1.Thessal.4.b.8, nes fratres in vniuersa Macedonia. Rogamus
& 4.d.11. autem vos fratres vt abundetis magis: ¶ 11 Et
1.Thess.3.b.7. operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis: ¶ 12 Et vt honeste ambuletis ad eos qui foris sũt: & nullius aliquid desideretis. ¶ 13 Nolumus autem vos ignorare fratres, de dormientibus vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent.
¶ 14 Si enim credimus quòd Iesus mortu' est
D & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. ¶ 15 Hoc enim vo-
1.Cor.15.c.23. bis dicimus in verbo Domini, quia nos qui
*in aduẽtum viuimus, qui residui sumus *in aduentu Domini, non præueniemus eos qui dormierũt.
¶ 16 Quoniam ipse Dominus in iussu & in voMatt.24.c.31. ce Archãgeli & in tuba Dei descendet de cæ-
1.Cor.15.g.52. lo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. ¶ 17 Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam *Christo in aera, & sic semper cũ Do*Domino mino erimus. ¶ 18 Itaque cõsolamini inuicem in verbis istis.

CAP. V.

A DE temporibus autem & momentis fratres, non indigetis vt scribamus vobis.
Mat.24.d.44. ¶ 2 Ipsi enim diligenter scitis quia dies Do-
2.Pet.3.c.10. mini, sicut fur in nocte, ita veniet. ¶ 3 Quum
Apocal.3.a.3, enim dixerint, pax & securitas: tunc repenti-
& 16.c.15. nus eis superueniet interitus, sicut dolor in u-
*habenti, vel tero *habentis, & non effugient. ¶ 4 Vos autẽ
sicut dolor parturienti. fratres non estis in tenebris: vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. ¶ 5 Omnes enim vos, filii lucis estis, & filii diei: non sumus nocti neque tenebrarum. ¶ 6 Igitur nõ dormiamus sicut & cæteri: sed vigilemus & sobrii simus. ¶ 7 Qui enim dormiunt, nocte dormiũt: B
& qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt. ¶ 8 Nos autem qui diei sumus, sobrii simus, induti lorica fidei & charitatis: & galeam, spem salu-
Esa. tis. ¶ 9 Quoniam nõ posuit nos Deus in iram: Ephe. sed in acquisitionem salutis per Dominũ nostrum Iesum Christum, ¶ 10 Qui mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cũ illo viuamus. ¶ 11 Propter quod consolamini inuicem & ædificate alterutrum, sicut & facitis. ¶ 12 Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos, & C
præsunt vobis in Domino, & moneant vos:
¶ 13 Vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum: pacem habete cum eis. ¶ 14 Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. ¶ 15 Vi- Pro
dete nequis malum pro malo alicui reddat: & 10
sed semper quod bonum est sectemini inuicẽ, mat
& in omnes. ¶ 16 Semper gaudete. ¶ 17 Sine rom
intermissione orate. ¶ 18 In omnibus gratias 1.pe
agite. hæc est enim voluntas Dei in Christo Eccl
Iesu in omnibus vobis. ¶ 19 Spiritum nolite luc.
extinguere. ¶ 20 Prophetias nolite spernere. colo
¶ 21 Omnia autem probate: quod bonũ est te- D
nete. ¶ 22 Ab omni specie mala abstinete vos.
¶ 23 Ipse autẽ Deus pacis sanctificet vos per 1.3.c.
omnia: vt integer spiritus vester, & anima, & 1.Co
corpus sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. ¶ 24 Fidelis est qui 1.Co
vocauit vos: qui etiam faciet. ¶ 25 Fratres orate pro nobis. ¶ 26 Salutate fratres omnes in osculo sancto. ¶ 27 Adiuro vos per Dominum vt legatur epistola *hæc omnibus sanctis fratribus. ¶ 28 Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum, Amen.

In Græcis codicibus hæc subscripta leguntur,

Ad Thessalonicenses prima, scripta fuit ex Athenis.

# Epistola Pauli Apostoli ad Thessalonicẽses secunda.

CAP. I.

A PAVLVS & Siluanus & Timotheus, ecclesiæ Thessalonicensium in Deo Patre nostro & Domino Iesu Christo, ¶ 2 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.
¶ 3 Gratias agere debemus semper Deo pro 1.Th
vobis fratres, ita vt dignum est, quoniam su- B
percrescit fides vestra, & abundat charitas vnius*omi
cuiusque *vestrum in inuicem: ¶ 4 Ita vt
& nosipsi in vobis gloriemur in ecclesiis Dei, pro patientia vestra, & fide *&* in omnibus

persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis, ¶5 in exemplum iusti iudicii Dei, vt digni habeamini `in` regno Dei, pro quo & patimini. ¶6 Si tamen iustum est apud Deum retribuere `retributionem' iis qui vos tribulant: ¶7 & vobis qui tribulamini, requiē nobiscum, in revelatione Domini Iesu de cælo cum Angelis virtutis eius, ¶8 in flamma ignis dantis vindictam iis qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi. ¶9 Qui pœnas dabunt interitu æternas à facie Domini & à gloria virtutis eius, ¶10 Quum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt: quia creditum est testimonium nostrum super vos in die illo. ¶11 In quo etiā oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocatione sua Deus*, & impleat omnem voluntatem bonitatis `suæ,' & opus fidei in virtute, ¶12 vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundum gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

CAP. II.

Rogamus autem vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ cōgregationis in ipsum: ¶2 vt non citò moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos `missam,' quasi in ster dies Domini. ¶3 Nequis vos seducat vllo modo: quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, ¶4 Qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se `tanquam' sit Deus. ¶5 Num retinetis quòd quum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? ¶6 Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. ¶7 (Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantùm vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat.) ¶8 Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illu stratione aduentus sui eum, ¶9 Cuius est aduentus secundum operationem satanæ, in omni virtute & signis & prodigiis mendacibus, ¶10 Et in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis nō receperūt vt salui fierent. ¶11 Et deo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: ¶12 Vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. ¶13 Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis fratres dilecti à Deo, quòd elegerit `nos' Deus primitias in salutem, in sanctificatione Spiritus, & `in' fide veritatis: ¶14 `In quam' & vocauit vos per Euangelium nostrum, `in acquisitione' gloriæ Domini nostri Iesu Christi. ¶15 Itaque fratres state: & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. ¶16 Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus & Pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia: ¶17 Exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

CAP. III.

De cætero fratres, orate pro nobis, vt sermo Dei currat & clarificetur, sicut & apud vos: ¶2 Et vt liberemur ab importunis & malis hominibus. nō enim omnium est fides. ¶3 Fidelis autem `Deus' est, qui confirmabit vos & custodiet à malo. ¶4 Confidimus autem de vobis `fratres' in Domino, quoniam `quæcunque' `præcepimus,' & facitis & facietis. ¶5 Dominus autē dirigat corda vestra in charitate Dei, & patientia Christi. ¶6 Denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non secundum traditionem quam acceperunt à nobis. ¶7 Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, ¶8 Neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, nequem vestrum grauaremus. ¶9 Non quasi non habuerimus potestatē: sed vt nosipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. ¶10 Nam & quum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniam si quis non vult operari, nec manducet. ¶11 `Audiuimus' enim inter vos quosdam ambulantes inquietè, nihil operantes, sed curiosè agentes. ¶12 His autem qui eiusmodi sunt denūtiamus, & obsecramus in Domino Iesu Christo, vt cum silentio operantes, suum panem manducent. ¶13 Vos autem fratres nolite deficere benefacientes. ¶14 Quòd si quis nō obedit verbo nostro. per epistolam hunc notate: & ne cōmisceamini cum illo, vt confundatur. ¶15 Et nolite quasi inimicū existimare, sed corripite vt fratrem. ¶16 Ipse autem `Deus' pacis det vobis pacē sempiternam in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. ¶17 Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola. ita scribo. ¶18 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

In codicibus Græcis hæc subscripta leguntur,

Missa fuit ex Athenis.

# Epistola Pauli Apostoli ad Timotheum, I.

CAP. I.

Paulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei salutoris nostri, & Christi Iesu, spei nostræ: ¶2 Timotheo dilecto filio in fide. Gratia `& misericordia,' & pax à Deo Patre, & Christo Iesu Domino nostro. ¶3 Sicut rogauī te vt remaneres Ephesi quum irē in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent. ¶4 Neque intenderent fabulis & genealogiis interminatis: quæ quæstiones præstant magis quàm ædificationē Dei, quæ

est in fide. ¶5 Finis autem præcepti, est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. ¶6 A quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, ¶7 volentes esse legisdoctores, nõ intelligẽtes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmãt. ¶8 Scimus autem quia bona est lex, siquis ea legitimè vtatur: ¶9 sciẽtes hoc, quia lex iusto non est posita, sed iniustis & non subditis, impiis & peccatoribus, sceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, ¶10 fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, & periuris, & siquid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, ¶11 Quæ est secundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum est mihi. ¶12 Gratias ago ei qui me cõfortauit in Christo Iesu Domino nostro: quia fidelem me existimauit, ponẽs in ministerio, ¶13 qui prius blasphemus fui & persecutor & cõtumeliosus. Sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. ¶14 Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quæ est in Christo Iesu. ¶15 Fidelis sermo, & omni acceptione dignus: quòd Christus Iesus vẽnit in hunc mundũ peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. ¶16 Sed ideo misericordiam consecutus sum, vt in me primo ostenderet Christus Iesus omnem patientiam, ad informationem eorum qui crediturí sunt illi in vitam æternam. ¶17 Regi autem seculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria in secula seculorum. Amen. ¶18 Hoc præceptum commendo tibi fili Timothee: secundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, ¶19 habens fidem & bonam conscientiam, quam quidam repellẽtes, circa fidem naufragauerũt: ¶20 ex quibus est Hymenæus & Alexander: quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare.

CAP. II.

OBsecro igitur primùm omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, ¶2 pro regibus & omnibus qui in sublimitate constituti sunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. ¶3 Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo: ¶4 Qui omnes homines vult saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. ¶5 Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: ¶6 Qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: cuius testimonio temporibus suis confirmatum est: ¶7 In quo positus sum ego prædicator & Apostolus veritatem dico, non mentiori: doctor Gentium in fide & veritate. ¶8 Volo ergo viros orare in omni loco: leuantes puras manus, sine ira & disceptatione. ¶9 Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecundia & sobrietate ornantes se, nõ in tortis crinib', aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosa, ¶10 Sed quod decet mulieres promittentes pietatẽ per opera bona. ¶11 Mulier in silentio discat, cum omni subiectione. ¶12 Docere autem mulieri nõ permitto, neque dominari in virum: sed esse in silentio. ¶13 Adam enim primus formatus est: deinde Heua. ¶14 Et Adam nõ est seductus: mulier autem seducta, in præuaricatione fuit. ¶15 Saluabitur autem per filiorum generationem: si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cũ sobrietate.

CAP. III.

FIdelis sermo: Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. ¶2 Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, ¶3 Non violentum, non percussiorem: sed modestum, non litigiosum, non cupidum: ¶4 Sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. ¶5 Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? ¶6 Non neophytũ: ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. ¶7 Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt: vt non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. ¶8 Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes: ¶9 Habentes mysterium fidei in conscientia pura. ¶10 Et hi autem probentur primùm: & sic ministrent, nullum crimen habentes. ¶11 Mulieres similiter pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. ¶12 Diaconi sint vnius vxoris viri: qui filiis suis bene præsint, & suis domibus. ¶13 Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum ibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu. ¶14 Hæc tibi scribo veni tibi Timothee: sperans me ad te venire cito. ¶15 Si autem tardauero: vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est ecclesia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. ¶16 Et manifestè magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in Spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria.

CAP. IIII.

SPiritus autem manifestè dicit quia in nouissimis temporibus discedẽt quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum, ¶2 In hypocrisi loquentiũ mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, ¶3 Prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & iis qui cognouerunt veritatem. ¶4 Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod cũ gratiarum actione percipitur. ¶5 Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. ¶6 Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ quam assecutus es. ¶7 Ineptas autem & aniles fabulas deuita: exerce autem teipsum ad pietatem. ¶8 Nam corporalis exercitatio, ad modicum vtilis est: pietas autem, ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. ¶9 Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. ¶10 In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium. ¶11 Præcipe hæc & doce. ¶12 Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo,

In conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. ¶13 Dum venio, attende lectioni, exhortationi, '& doctrinæ. ¶14 Noli negligere gratiã quæ in te est: quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterii. ¶15 Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus. ¶16 Attende 'enim' tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum salvum facies, & eos qui te audiunt. CAP. V.

Seniorem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem: iuuenes, vt fratres: ¶2 anus, vt matres: iuuenculas, vt sorores in omni castitate. ¶3 Viduas honora, quæ verè viduæ sũt. ¶4 Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, 'discat' primũm domum suam regere, & mutuã vicem reddere parẽtibus: hoc enim acceptum est coram Deo. ¶5 Quæ autem verè vidua est & desolata, 'sperat in Deum,' & 'instet' obsecrationibus & orationibus nocte & die. ¶6 Nã quæ in deliciis est, viuens mortua est. ¶7 Et hoc præcipe vt irreprehensibiles sint. ¶8 'Aliquis' autem suorum, & maximè domesticorũ curam non habet: fidem negauit, & est infideli deterior. ¶9 Vidua eligatur non minus sexaginta annorũ, quæ fuerit vnius viri vxor, ¶10 in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonũ subsecuta est. ¶11 Adolescentiores autem viduas deuita. Quum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: ¶12 habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. ¶13 Simul autẽ & otiosæ discunt circuire domos: non solùm otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes quæ non oportet. ¶14 Volo 'autem' iuniores nubere: filios procreare: matresfamiliãs esse: nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. ¶15 Iam enim quædam conuersæ sunt retrò 'post' Satanã. ¶16 Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, 'vt' non grauetur ecclesia: vt iis quæ verè viduæ sunt, sufficiat. ¶17 Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maxime qui laborãt in verbo & doctrina. ¶18 Dicit enim Scriptura, ¶ Non 'alligabis' os bouì trituranti. &, ¶ Dignus est operarius mercede sua. ¶19 Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. ¶20 Peccantes, coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeãt. ¶21 ¶Testor coram Deo & Christo Iesu & electis Angelis 'eius,' vt hæc custodias 'sine præiudicio, nihil faciens in' alteram 'partem declinando. ¶22 Manus citò nemini imposueris: neque communicaueris peccatis alienis. Teipsum castũ custodi. ¶23 Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. ¶24 Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: 'quorundam autem sequuntur.' ¶25 Similiter & facta bona, manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt. CAP. VI.

Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. ¶2 Qui autem fideles habent dominos, non contemnant quia fratres sunt, sed magis seruiãt quia fideles sunt & dilecti, 'quia' beneficii participes sunt. Hæc doce, & exhortare. ¶3 Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ, ¶4 superbus est, nihil sciẽs, sed languens circa quæstiones & pugnas verborũm, ex quibus oriuntur inuidiæ, cõtentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, ¶5 conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstum esse pietatem. ¶6 Est autem quæstus magnus, pietas cum sufficientia. ¶7 ¶Nihil enim intulimus in 'hunc' mũdum: haud dubiũ quòd nec auferre quid possumus. ¶8 ¶Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. ¶9 Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & 'in' laqueum 'diaboli,' & desideria multa '& inutilia, & noctua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. ¶10 Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes erauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. ¶11 Tu autem ô homo Dei hæc fuge: sectare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatẽ, patientiam, mãsuetudinem. ¶12 Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus. ¶13 ¶Præcipio tibi coram Deo qui 'iustificat' omnia, & Christo Iesu qui testimonium reddidit 'sub Pontio Pilato bonam confessionem: ¶14 vt seues mandatum sine macula, irreprehensibile vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi: ¶15 Quem suis temporibus ostendet beatus & solus potens, Rex regũ & Dominus dominantium, ¶16 Qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem, quẽ nullus hominum vidit, sed nec videre potest: cui honor & imperium 'in' sempiternum. Amen. ¶17 Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum) ¶18 bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, ¶19 ¶Thesaurizare tibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendat 'bonam' vitam. ¶20 O Timothee depositum custodi: ¶deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ. ¶21 Quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

In Græcis codicibus hæc subscripta leguntur,

Scripta fuit ex Laodicea, quæ est metropolis Phrygiæ Pacatianæ.

# Epistola Pauli Apostoli ad Timotheū, II.

CAP. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatē Dei, secūdum promissionem vitæ quæ est in Christo Iesu: ¶2 Timōtheo charissimo filio, gratia, `&' misericordia, `&' pax à Deo Patre `nostro,' & Christo Iesu Domino nostro. ¶3 Gratias ago Deo `meo,' cui seruio à progenitoribus `meis' in conscientia pura, quòd sine intermissione habeā cui memoriā sui in orationibus meis, nocte ac die, ¶4 cupiēs videre te videre, memor lachrymarū tuarū, vt gaudio implear, ¶5 recordationē accipiēs eius fidei quæ est in te nō ficta, quæ & habitauit primùm in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autē quòd & in te. ¶6 Propter quā causam admoneo te vt resuscites gratiā Dei, quæ est in te per impositionē manuū meārū. ¶7 Nō enim dedit nobis Deus Spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. ¶8 Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vinctū eius: sed collabora Euāgelio secundū virtutem Dei. ¶9 Qui nos liberauit & vocauit vocatione `sua' sancta, non secūdum opera nostra, sed secundū propositū suū & gratiā, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia: ¶10 manifestata est autē nunc per illuminationē saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortē, illuminauit autem vitā & incorruptionem per Euāgeliū: ¶11 in quo positus sum ego prædicator & Apostolus & magister Gentium. ¶12 Ob quam causam etiam hæc patior: sed non cōfundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illū diē. ¶13 Formā habe sanorum verborū, quæ à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu. ¶14 Bonum depositū custodi per Spiritū sanctum, qui habitat in nobis. ¶15 Scis `enim' hoc, quòd auersi sunt à me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Philētus & Hermogenes. ¶16 Det misericordiam Dominus Onesphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: ¶17 sed quum Romā venisset, solicitè me quæsiuit, & inuenit: ¶18 det illi Dominus inuenire misericordiā à `Deo' in illa die. Et quanta Epheſi ministrauit `mihi,' tu melius nosti.

CAP. II.

TV ergo fili mi, confortare in gratia quæ est in Christo Iesu: ¶2 et quæ audisti à me per multos testes, hæc cōmenda fidelibus hominib', qui idonei erūt & alios docere. ¶3 Labora sicut bonus miles Christi Iesu. ¶4 Nemo militans `Deo' implicat se negotiis secularibus: vt ei placeat cui se probauit. ¶5 Nam & qui certat in agone, non coronabitur `nisi legitimè certauerit. ¶6 Laborantem agricolam oportet primùm de fructib' accipere. ¶7 Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. ¶8 Memor esto, `Dominum' Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundū Euangelium meū, ¶9 in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei nō est alligatum. ¶10 Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salutē cōsequātur, quæ est in Christo Iesu, cū gloria cæleſti. ¶11 Fidelis sermo. Nā si commortui sumus, & cōuiuemus. ¶12 Si sustinebimus, & cōregnabimus. Si negauerimus, & ille negabit nos. ¶13 Si nō credimus, ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. ¶14 Hæc cōmone, testificēs coram Deo. Noli cōtendere verbis: ad nihil enim vtile est, `nisi' ad subuersionē audientium. ¶15 Solicitè `autē' cura seipsum probabilē exhibere Deo, operarium inconfusibilem, rectè tractātem verbū veritatis. ¶16 Prophana autem & inaniloquia deuita: multum enim `proficiunt' ad impietatem: ¶17 et sermo eorum vt cancer `serpit.' ex quibus est Hymenæus & Philētus: ¶18 `Qui' à veritate exciderunt, dicentes resurrectionē esse iam factā, & subuerterunt quorundam fidem. ¶19 Sed firmum fundamentum Dei stat, habēs signaculum hoc, Cognouit Dominus qui sunt eius. &, `Discedit' ab iniquitate omnis qui `inuocat' nomen Domini. ¶20 In magna autem domo, nō solùm sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædā quidem in honorem, quædam autem in cōmunelliā. ¶21 Si quis ergo emūdauerit se ab istis: erit vas in honorem sanctificatū, & vtile Domino, ad omne opus bonum paratum. ¶22 Iuuenilia autē desidēria fuge: sectare `iustitiā, fidem, `spem, & `charitatem, & pacem cū iis qui inuocāt Dominū de corde puro. ¶23 Stultas autem & sine disciplina quæstiones deuita: scies quia generant lites. ¶24 Seruū autē Domini non oportet litigare: sed mansuetū esse ad omnes, docibilē, patientē, ¶25 cū modestia corripientē eos qui resistūt `veritati:' ne quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, ¶26 et resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.

CAP. III.

HOc autem, scito, quòd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: ¶2 erunt homines seipsos amātes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti, ¶3 sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, ¶4 proditores, protervi, tumidi, `cæci,' & `voluptatum amatores magis quàm Dei: ¶5 habentes speciem quidē pietatis, virtutē autē eius abnegātes. Et hos deuita. ¶6 Ex his enim sunt qui penetrant domos, & capti uas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis: ¶7 semper discentes, & nunquā ad scientiā veritatis pertingentes. ¶8 Quemadmodum autem `Iannes & Mambres restiterunt Moysi: ita & hi resistūt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. ¶9 Sed vltrà non proficient: insipientia enim eorū manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. ¶10 Tu autē assecutus es meā doctrinam, institutionem, propositum, fidē, longanimitatē, dilectionē, patientiam, ¶11 persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii, Lystris: quales persecutiones sustinui. & ex omnibus eripuit me Dominus. ¶12 Et omnes qui piè volunt viuere in

Act. 22. 2. 1.

1. Cor. 1. 2. 1. ephe. 1. 2. 3. Rom. 16. 2. 25. ephe. 3. 2. 6. 9. coloss. 1. 2. 26. tit. 1. 2. 2. 2. pet. 1. 2. 10. 2. Tim. 1. 2. 6. 7.

Phygellus

Domino

coronatur

percipere.

Rom

Matth. marc. & 9.

Dom

Dis

no

ve

1. Co

& 4

tit.

ca

A

1. T

2. p

iud

Exo

Christo Iesu, persecutionē patientur. ¶13 Mali autem homines & seductores proficient in peius: errantes, & in errorē mittentes. ¶14 Tu verō permane in his quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris, ¶15 Et quia ab infantia Sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. ¶16 Omnis enim Scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiēdū in iustitia: ¶17 Vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

CAP. IIII.

TEstificor coram Deo & Iesu Christo qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius: ¶2 Prædica verbum: insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. ¶3 Erit enim tempus quum sanā doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coacernabunt sibi magistros, 'prurientes' auribus, ¶4 Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. ¶5 Tu verō vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. ¶6 Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. ¶7 Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. ¶8 In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solùm autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius. ¶9 Festina ad me venire citò. ¶10 Demas enim me reliquit, diligens hoc seculum, & abiit Thessalonicam: Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. ¶11 Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecum: est enim mihi vtilis in ministerio. ¶12 Tychicum autem misi Ephesum. ¶13 Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem membranas. ¶14 Alexander æramus multa mala mihi ostendit. Reddet illi Dominus secundū opera eius: ¶15 Quē & tu deuita: valdè enim 'resistit' verbis nostris. ¶16 In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: nō illis imputetur. ¶17 Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio 'impleatur,' & audiant omnes Gentes: quia liberatus sum de ore leonis: ¶18 Liberauit me Dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnū suum cæleste: cui gloria in secula seculorum. Amen. ¶19 Salutā Priscillā & Aquilā, & Onesiphori domum. ¶20 Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Miléti. ¶21 Festina ante hyemem venire. Salutant te Eubulus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes. ¶22 Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

In codicibus Græcis hæc subscripta leguntur.

Scripta è Roma, ad Timothēum secunda, quū Paulus iterum iusserētur Cæsari Neroni.

# Epistola Pauli Apostoli ad Titum.

CAP. I.

PAVLVS seruus Dei, Apostolus autē Iesu Christi secūdum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis quæ secūdū pietatē est, ¶2 In spē vitæ æternæ, quam promisit qui non mentitur Deus, ante tempora secularia: ¶3 Manifestauit autē tēporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secūdum præceptum saluatoris nostri Dei: ¶4 Tito dilecto filio secūdum cōmunem fidē, gratia & pax à Deo Patre, & Christo Iesu saluatore nostro. ¶5 Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & cōstituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. ¶6 Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut nō subditos. ¶7 Oportet enim episcopū sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: nō superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorē, non turpis lucri cupidū: ¶8 Sed hospitalem, benignū, sobrium, iustum, sanctum, continentē: ¶9 Amplectentem eum qui secundum doctrinā est, fidelem sermonem, vt potēs sit exhortari in doctrina sana, & eos qui cōtradicūt arguere. ¶10 Sunt enim multi etiam inobedientes, vaniloqui & seductores, maximè qui de Circūcisione sunt: ¶11 Quos oportet redargui, qui vniuersas domos subuertūt, docētes quæ nō oportet, turpis lucri gratia. ¶12 Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. ¶13 Testimonium hoc verum est. Quā ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide, ¶14 Non intendentes Iudaicis fabulis, & mādatis hominum auersantiū se à veritate. ¶15 Omnia mūda mundis: coinquinatis autē & infidelibus, nihil est mūdū, sed inquinatæ sunt eorum & mens & cōscientia. ¶16 Cōfitentur se nosse Deum: factis autem negāt, quum sint abominati & inobedibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

CAP. II.

TV autem loquere quæ decent sanam doctrinā. ¶2 Senes, vt sobrii sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patiētia. ¶3 Anus similiter, in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes: bene docētes, ¶4 Vt prudentiam doceant adolescētulas, vt viros suos ament, filios suos diligāt, ¶5 Prudētes, castas, 'fobrias,' domus curā habentes, benignas, subditas viris suis, vt non blasphemetur verbum Dei. ¶6 Iuuenes similiter hortare vt sobrii sint. ¶7 In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum operum: in doctrina, 'in integritate, in grauitate,' ¶8 Verbum sanum, irreprehensibile: vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum dicere de nobis. ¶9 Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes: ¶10 Non fraudātes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: vt doctrinam saluatoris nostri Dei ornēt in omnibus. ¶11 Apparuit enim gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, ¶12 Erudiens nos vt abnegantes impietatem & sæculi desideria, sobriè & iustè & pie viuamus in hoc sæculo, ¶13 Expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, ¶14 Qui dedit semetipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. ¶15 Hæc loquere & exhortare & increpa cum omni imperio. Nemo te contemnat.

CAP. III.

COmmone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, ¶2 Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. ¶3 Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. ¶4 Quum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei, ¶5 Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, ¶6 Quem effudit in nos abundanter per Iesum Christum saluatorem nostrum, ¶7 Vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ. ¶8 Fidelis sermo est, & de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præesse qui credidērunt Deo. Hæc sunt bona & vtilia hominibus. ¶9 Stultas autem quæstiones deuita, & genealogias, & contentiones, & pugnas legales: sunt enim inutiles & vanæ. ¶10 Hæresim facientem post vnam & secundam correptionem deuita, ¶11 Sciens quia subuersus est qui huiusmodi est, & delinquit, proprio iudicio damnatus. ¶12 Cum misero Artemam ad te, aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim: ibi enim statui hyemare. ¶13 Zenam legis peritum & Apollo sollicitè præmitte, vt nihil illis desit. ¶14 Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios, vt non sint infructuosi. ¶15 Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia vobiscum omnibus. Amen.

Scripta fuit ad Titum, ordinatum primum Episcopum Ecclesiæ Cretensium, à Nicopoli Macedoniæ.

Rom. 16. d. 25. Ephes. 3. b. 9. Coloss. 1. d. 26. 2. Tim. 1. c. 10. 1. Pet. 1. d. 20. Gala. 1. a. 1.

1. Tim. 3. a. 2.

Rom. 14. d. 20.

Ephes. 5. c. 25.

'integritate, grauitatem,

Ephes. 6. a. 1. Coloss. 1. d. 13. 1. Pet. 2. c. 11. 1. Cor. 1. a. 1. Coloss. 1. c. 11.

*salutaris

parúit enim gratia Dei *salutoris nostri' omnibus hominibus: ¶12 erudiens nos vt abnegantes impietatem & secularia desideria, sobriè, & iustè, & plè viuamus in hoc seculo, ¶13 expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, ¶14 qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. ¶15 Hæc loquere, & exhortare: & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat

CAP. III.

Admone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, ¶2 Neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. ¶3 Eramus enim aliquando & nos insipientes, incredduli, errantes, seruientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. ¶4 Quum autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei: ¶5 Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, ¶6 quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum: ¶7 vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem, vitæ æternæ. ¶8 Fidelis sermo est: & de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona & vtilia hominibus.

¶9 Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas Legis deuita. Sunt enim inutiles & vanæ. ¶10 Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita: ¶11 sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, quum sit proprio iudicio condemnatus. ¶12 Quum misero ad te Arteman aut Tychicum, festina ad me me venire Nicopolim. Ibi enim statui hyemare. ¶13 Zenam Legisperitum & Apollo solicitè præmitte, vt nihil illis desit. ¶14 Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi. ¶15 Salutant te qui mecum sunt omnes. Salua eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cũ omnibus vobis. Amen.

In Græcis codicibus hæc subscripta leguntur,

Scripta ex Nicopoli Macedoniæ.

# Epistola Pauli Apostoli ad Philemonem.

PAVLVS vinctus Christi Iesu, & Timótheus frater: Philémoni dilecto *adiutori nostro, ¶2 & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesiæ quæ in domo tua est: ¶3 Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. ¶4 Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis. ¶5 Audiens charitatem tuam & fidem quam habes in Domino Iesu & in omnes sanctos: ¶6 vt communicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis *operis' boni *in Christo Iesu. ¶7 Gaudium enim magnum habui & consolationem in charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te, frater. ¶8 Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperandi tibi quod ad rẽ pertinet: ¶9 propter charitatẽ magis obsecro, quum ſis talis vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi: ¶10 Obsecro te pro meo filio, quem genui in vinculis, Onesimo: ¶11 Qui tibi aliquando inutilis fuit, nũc autem & mihi & tibi vtilis, ¶12 Quẽ remisi tibi. Tu autem illum vt mea viscera, suscipe: ¶13 Quem ego volueram mecum detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelii: ¶14 Sine consilio autem tuo nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate bonũ tuũ esset, sed voluntarium. ¶15 Forsitan enim ideo discessit ad horã ad te, vt in æternũ illũ recipere: ¶16 Iam nõ vt seruũ, sed pro seruo charissimum fratrem, maximè mihi, quanto autem magis tibi & in carne & in Domino? ¶17 Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. ¶18 Si autem aliquid nocuit tibi aut debet, hoc mihi imputa. ¶19 Ego Paulus scripsi mea manu: ego reddam: vt non dicã tibi quòd & teipsum mihi debes. ¶20 Ita frater, Ego te fruar in Domino. Refice viscera mea in Christo. ¶21 Confidẽs in obedientia tua scripsi tibi: sciẽs quoniã & super id quod dico fa cies. ¶22 Simul & para mihi hospitium. nam spero per orationes vestras donari me vobis. ¶23 Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, ¶24 Marcus, Aristarchus, Demas & Lucas adiutores mei. ¶25 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amẽ.

# Epistola Pauli Apostoli ad Hebræos.

CAP. I.

MVLTIFARIÆ multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: ¶1 Nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, quẽ cõstituit hæredẽ vniuersorum, per quẽ fecit & secula. ¶2 Qui quũ sit splẽdor gloriæ, & figura substãtiæ eius, portánsq; omnia verbo virtutis suæ, purgatione peccatorum faciens, *sedet' ad dexterã maiestatis in excelsis: ¶4 Tantò melior Angelis effectus, quãtò differẽtius præ illis nomen hæreditauit. ¶5 Cui enim dixit aliquãdo Angelorũ, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? ¶6 Et quum iterũ introducit Primogenitũ in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei. ¶7 Et ad Angelos quidem dicit,

*Tit.3.a.1.

*om.13.a.1.

2.Cor.6.b.11.

2.Tim.1.c.9.

2.Tim.1.b.4, & 4.b.7.

2.Tim.2.d.13.

*Philem.

*Col.4.a.

*Philem.

*Col.2.b.

*sap.7.b.

*sedet

*Psal.109.a.1.

¶Qui facit angelos suos, spiritus: & ministros suos, flammā ignis. ¶2 Ad Filium autē, Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga æquitatis, virga regni tui. ¶3 Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participib' tuis. ¶10 Et, Tu in principio Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli. ¶11 Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent. ¶12 Et velut amictum' mutabis' eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es. & anni tui non deficiēt. ¶13 Ad quem autē Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis. Quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? ¶14 Nonne omnes sunt administratorii spiritus: in ministerium missi propter eos qui hæreditatem' capiunt' salutis?

## CAP. II.

Propterea abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus: ne fortè pereffluamus. ¶2 Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & 'si' omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: ¶3 Quomodo nos effugiemus tantam neglexerimus salutem: quæ quum initium accepisset' enarrandi' per Dominum: ab eis qui audierūt, in nos confirmata est, ¶4 Contestante Deo signis, & portentis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. ¶5 Non enim Angelis subiecit 'Deus' orbem terræ futurum, de quo loquimur. ¶6 Testatus est autem in quodam loco quis, dicēs, Quid est homo quòd memor es eius: aut filius hominis quoniā visitas eū? ¶7 Minuisti eū paulominus ab Angelis: gloria & honore coronasti eum, & cōstituisti eum super opera manuum tuarū. ¶8 Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quòd omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei. ¶9 Eum autem qui modico quàm Angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatū: vt gratia Dei, pro omnibus gustaret mortem. ¶10 Decebat enim eum propter quem omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum, per 'passionem' 'cō summari.' ¶11 Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare, ¶12 Dicēs, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te ¶13 Et iterum, Ego ero fidens in eum. Et iterum, Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus.

¶14 Quia ergo pueri communicauerūt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem. Ut per mortē destrueret eum qui habebat mortis imperiū, id est diabolum: ¶15 Et liberaret eos qui timore mortis per totā vitā obnoxii erant seruituti. ¶16 Nusquam enim Angelos apprehēditi: sed semen Abrahæ apprehēdit. ¶17 Vnde debuit per omnia fratribus similari: vt misericors fieret & fidelis Pōtifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. ¶18 In eo enim in quo passus est ipse & tētatus: potēs est & eis qui tentantur auxiliari.

## CAP. III.

Vnde fratres sācti, vocationis cælestis participes, cōsiderate Apostolum, & Pōtificē confessionis nostræ Iesum: ¶2 Qui fidelis est ei qui fecit illū, sicut & Moyses in omni domo ei'. ¶3 Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus, quanto amplioré honorem habet 'domus' qui fabricauit illā. ¶4 Omnis namque domus fabricatur ab aliquo. qui autem omnia creauit, Deus est. ¶5 Et Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: ¶6 Christus verò tanquā filius in domo sua: quæ domus, sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsque ad finem, firmam retineamus. ¶7 Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, ¶8 Nolite obdurare corda vestra sicut in exacerbatione secundū diē tentationis in deserto, ¶9 Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderunt opera mea ¶10 Quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic: & dixi, Semper errant corde. Ipsi autē non cognouerūt vias meas. ¶11 Quibus iurauī in ira mea. Si introibūt in requiem meam. ¶12 Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrū cor malum, incredulitatis, discedendi à Deo viuo: ¶13 Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec Hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. ¶14 Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initiū substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. ¶15 Dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra quēadmodum in illa exacerbatione. ¶16 Qui lam enim audientes, exacerbauerūt: sed non vniuersi qui profecti sunt' ab' Aegypto per Moysen. ¶17 Quib' autem infensus est quadraginta annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? ¶18 Quibus autem iurauit non introite in requiem ipsius: nisi illis qui incredduli fuerunt? ¶19 Et videmus quia non potuerunt introire' in requiē ipsius' propter incredulitatem.

## CAP. IIII.

Timeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existime tur aliquis ex' nobis' deesse. ¶2 Etenim & nobis nūtiatum est, quemadmodum & illis. Sed non profuit illis sermo auditus, non admist' fidei ex iis quæ audierunt. ¶3 Ingrediemur enim in requiem qui credidimus: quēadmodū dixit, Sicut iurauī in ira mea 'si introibūt in requiem meam: & quidem operibus ab institutione mundi 'perfectis.' ¶4 Dixit enim quodam loco de die septima sic, Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis, ¶5 Et in isto rursum, Si introibunt in requiem meam. ¶6 Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ii quibus prioribus annuntiatum est nō introierunt propter incredulitatem: ¶7 Iterum terminat diē quēdam, Hodie, in David dicendo, post tantū tēpons, sicut supra dictum est, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. ¶8 Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alia loqueretur posthac dies. ¶9 Ergo relinquitur sabbatismus populo Dei.

a.2.4. b.7. d.16. D a.2. a.15. A a.10. B a.17 a.18. b.2. C pre. b. c. D 4. 5. A B C D

Num.11.b.7.

*Genitiuus pro ablatiuo.

psal.94.c.8. 7.4.b.7.

*ex

Num.14.f.37.

*vobis

psal.94.b.11.

*factis

Gen.2.d. deut.5.b.14.

a.7.b.7.

¶10 Qui enim ingressus est in requiem eius: etiã ipse requieuit ab operibus suis, sicut ~& à suis Deus. ¶11 Festinemus ergo ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. ¶12 Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. ¶13 Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autẽ nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. ¶14 Habentes ergo Pontificem magnum qui penetrauit cælos, Iesum Filiũ Dei: teneamus ~spei nostræ cõfessionem. ¶15 Non enim habemus Pontificem qui non possit cõpati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. ¶16 Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ ~eius: vt misericordiam cõsequamur, & gratiã inueniamus in auxilio opportuno.

CAP. V.

OMnis nanque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quæ sunt ad Deum: vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. ¶2 Qui cõpolere possit iis qui ignorant & errant: quoniã & ipse circundatus est infirmitate. ¶3 Et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam ~& pro semetipso offerre, p peccatis. ¶4 Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron. ¶5 Sic & Christus non semetipsum clarificauit vt Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu: ego hodie genui te. ¶6 Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum, secundũ ordinẽ Melchi-sedech. ¶7 Qui in diebus carnis suæ, preces, supplicationesque ad eum qui possit illum saluum facere à morte cum clamore valido & lachrymis offerens, ~exauditus est pro sua reuerẽtia. ¶8 Et quidem quum esset Filius ~Dei, didicit ex iis quæ passus est, obedientiam: ¶9 Et cõsummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ, ¶10 Appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchi-sedec. ¶11 De quo nobis grandis sermo & ' interpretabilis' ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. ¶12 Etenim quũ deberetis magistri esse propter tempus: rursum indigetis vt vos doceamini quæ sint elementa exordii sermonũ Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. ¶13 Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. ¶14 Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro ~ipsa' cõsuetudine exercitatos habẽt sensus ad discretionem boni ac mali.

CAP. VI.

QUapropter intermittentes suchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursum iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, ¶2 Baptismatũ doctrinæ, impositionisq; quoque manũ, ac resurrectionis mortuorum, & iudicii æterni. ¶3 Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus. ¶4 Impossibile enim est eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donũ cæleste, & participes facti sunt Spiritus sancti, ¶5 Gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtutẽsque seculi venturi, ¶6 Et prolapsi sunt rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes. ¶7 Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur: accipit benedictionem à Deo. ¶8 Proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius cõsummatio in combustionem. ¶9 Confidimus autẽ de vobis dilectissimi meliora & viciniora saluti: etsi ita loquimur. ¶10 Non enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis & ministratis. ¶11 Cupimus autem vnumquenque vestrum eandem ostentare solicitudinem, ad expletionem spei vsque in finem: ¶12 Vt non segnes efficiamini, verũm imitatores eorũ qui fide & patientia hæreditabunt promissiones. ¶13 Abrahæ nãque promittẽs Deus, quoniam neminem habuit per quẽ iuraret maiorẽ, iurauit per semetipsum, ¶14 Dicens, Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te. ¶15 Et sic longanimiter ferens, adeptus est repromissionem. ¶16 Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. ¶17 In quo abundantius volens Deus ostendere ' pollicitationes' hæreditatis immobilitatem consilii sui, interposuit iusiurandum: ¶18 Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, ¶19 Quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vsque ad interiora velaminis, ¶20 Vbi præcursor pro nobis introiit Iesus, secundum ordinem Melchisẽdec Pontifex factus in æternum.

CAP. VII.

HIc enim Melchi-sẽdec, rex Salẽ, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abrahæ, regresso à cæde regum, & benedixit ei: ¶2 Cui & decimas omniũ diuisit Abraham. primũm quidem qui interpretatur rex iustitiæ: deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, ¶3 Sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei, manet sacerdos in perpetuum. ¶4 Intuemini autem quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. ¶5 Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est à fratribus suis: quanquam & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. ¶6 Cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones benedixit. ¶7 Sine vlla autem cõtradictione, quod minus est, à meliore benedicitur. ¶8 Et hic quidem, decimas morientes homines accipiunt: ibi autẽ contestatur quia viuit. ¶9 Et (vt ita dictum sit) per Abraham & Leui qui decimas ~accepit' decimatus est. ¶10 Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchi-sẽdec. ¶11 Si ergo con-

Psal.2.b.7.
Psal.109.b.4.
Gen.14.c.17.
Gen.17.
Gen.22.
Num.18.
Deut.14.
Iosu.13.

summatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim, sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarii fuit secundum ordinē Melchi-sedec, alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dicit? ¶11 Translato enim sacerdotio, necesse est vt & legis trāslatio fiat. ¶12 Ea quo enim hæc dicuntur: de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. ¶14 Manifestum est enim quōd ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. ¶15 Et ampliꝰ adhuc manifestum est: ſi secundum similitudinem Melchisedec exurgat alius sacerdos, ¶16 Qui non secūdum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. ¶17 Contestatur enim, Quoniam tu es sacerdos in æternum, secundū ordinem Melchi-sedec. ¶18 Reprobatio quidem fit præcedentis mandati: propter infirmitatē eius & inutilitatem. ¶19 Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verō melioris spei, per quam proximamus ad Deum. ¶20 Et quantum est non sine iureiurando: alii quidē sine iureiurando sacerdotes facti sunt: ¶21 hic autē cum iureiurando per eum qui dixit ad illum, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum.) ¶22 In tantum melioris testamenti ipsōr factus est Iesus. ¶23 Et alii quidem plures facti sunt sacerdotes, ideireo quōd morte prohiberētur permanere: ¶24 hic autem eo quōd maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. ¶25 Vnde & saluare in perpetuum potest ꝰcedens per semetipsum ad Deum: semper viuens ad interpellādum proꝰnobis. ¶26 Talis enim decebat vt nobis esset Pontifex, sanctus innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. ¶27 Qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. hoc enim fecit semel, se offerendo. ¶28 Nex enim homines cōstituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi qui post legem est, Filium in æternum perfectū. CAP. VIII.

CApitulum autem super ea quæ dicūtur, Talem habemus pontificem, qui cōsedit in dextera sedis magnitudinis in cælis: ¶2 Sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo. ¶3 Omnis enim pōtifex, ad offerendum munera & hostias constituitur. vnde necesse est & hunc habere aliquid quod offerat. ¶4 Si ergo esset super terrā, nec esset sacerdos: quum essēt qui offerrēt secundū legem munera, ¶5 Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cælestiū, sicut responsum est Moysi, quum consummaret tabernaculū, Vide (inquit) omnia facito secundum exemplar quod tibi ostēsum est in monte. ¶6 Nūc melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sanctum est.

¶7 Nam si illud prius culpa vacasset: non vtique secundi locus inquireretur. ¶8 Vituperans enim eos dicit, Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & cōsummabo super domū Israel & super domum Iuda testamētum, nouum, ¶9 Non secundum testamentū quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educerem illos de Terra Aegypti. quoniam ipsi nō permanserunt in testamento meo: & ego neglexi eos, dicit Dominus. ¶10 Quia hoc est testamentum quod disponā domui Israel post dies illos, dicit Dominus: Dando leges meas in mentem eorū, & in corde eorum superscribam eas: & ero eis in Deū, & ipsi erunt mihi in populum. ¶11 Et nō docebit vnusquisq; proximū suum, & vnusquisq; que fratrem suum, dicēs, Cognosce Dominū: quoniam omnes scient me à minore vsque ad maiorem. ¶12 Quia propitius ero iniquitatibus eorū: & peccatorū eorum iam nō memorabor. ¶13 Dicendo autem nouum: veterauit priꝰ. Quod autē antiquatur & senescit, prope interitum est. CAP. IX.

HAbuit quidē & prius, iustificationes cultus, & sanctum seculare. ¶2 Tabernaculum enim factū est primum, in quo erāt, candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta. ¶3 Post velamentum autem secundum, tabernaculum, quod dicitur Sancta sanctorum: ¶4 Aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circuntectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti. ¶5 Superque eam erāt Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium. de quibus nō est modō dicendū per singula. ¶6 His verō ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia cōsummantes. ¶7 In secundo autem, semel in anno solus pontifex: non sine sanguine quem ꝰofferret pro sua & populi ignorantia: ¶8 Hoc significāte Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. ¶9 Quæ parabola est temporis instātis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiā perfectum facere seruientem, ¶10 Solummodo in cibis, & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitiis carnis: vsque ad tēpus correctionis impositis. ¶11 Christus autem assistens pontifex futurorū bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum nō manufactum, id est nō huius creatiōnis: ¶12 Neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinē introiuit semel in Sancta, æterna redēptione inuenta. ¶13 Si enim sanguis hircorū, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: ¶14 Quāto magis sanguis Christi qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emūdauit conscientiam nostrā ab operibus mortis, ad seruiendum Deo viuenti? ¶15 Et ideo nouī testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum quæ erāt sub priori testamento, repromissionem accipiāt qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. ¶16 Vbi enim testamentum est: mors necesse est intercedat testatoris. ¶17 Testamētum enim, in mortuis cōfirmatum est: alioquin nondum valet, dū viuit qui testatus est. ¶18 Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. ¶19 Recto enim omni mandato legis à Moyse vni-

Exod.16.&23. & 36.&c.

Exod.17.c.10. 3.reg.8.a.9. 2.par.5.c.10.

Exod.25.b.18.

Exod.30.b.10. Leuit.16.a.2. ꝰoffert

Leuit.16.c.15. num.19.a.4. 1.Pet.1.d.19. Ioh.1.d.8. 1.Ioh.1.g.7. apoc.1.b.5. ꝰemundabit ꝰvestram ꝰmortuis,

1.Pet.3.c.18. rom.5.a.6.

Galat.3.c.19.

Exod.24.c.8. ...ersō populo, accipiens sanguinem vitulorū & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnē populum asperūt. ¶20 Dicens, Hic sanguis testamenti, quod mādauit ad vos Deus. ¶21 Etiā tabernaculum & omnia vasa ministerii sanguine similiter asperūt. ¶22 Et omnia penè in sanguine secūdum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. ¶23 Necesse est ergo exemplaria quidem cælestium, his mundari: ipsa autem cælestia, melioribus hostiis quam istis. ¶24 Non enim in manufacta Sācta Iesus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis. ¶25 Neque vt sæpe offerat semetipsum, quēadmodū pōtifex intratin Sācta per singulos annos in sanguine alieno: ¶26 alioquin oportebat eum frequēter pati ab origine mundi: nunc autem semel in consummatione' seculorum, ad 'destitutionem' peccati, per hostiam suam apparuit. ¶27 Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: ¶28 Sic & Christus semel oblatus est ad multorū exhaurienda peccata, secundō sine peccato apparebit omnibus expectantibus se, in salutē.

'In consummationem
'destructione

CAP. X.

A Heuit.18.c.14. VMbram enim habens lex, futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerū: per singulos annos eisdem ipsis hostiis quas offerunt indesinenter, nūquam potest accedētes perfectos facere: ¶2 Alioquin cessassent offerri, ideo quōd nullam haberent vltrā cōscientiam peccati, cultores semel mundati:

Rom.5.b.6,8. 1.Pet.3.c.18. ¶3 Sed in ipsis commemoratio peccatorū per singulos annos fit. ¶4 Impossibile enim est, sanguine taurorū & hircorū auferri peccata.

Leu.16.c.14. Psal.39.b.7. ¶5 Ideo ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi: ¶6 Holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt. ¶7 Tunc dixi, Ecce venio: in capite libri scriptū est de me: Vt faciā Deus voluntatem tuam. ¶8 Superius dicens, Quia hostias, & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundū legem offeruntur, ¶9 Tunc dixi, Ecce venio vt faciam Deus voluntatē tuam: aufert primum, vt sequens statuat. ¶10 In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. ¶11 Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrās, & eadem sæpe offerens hostias quæ nō possunt offerre peccata: ¶12 Hic autem vnā pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei, ¶13 De cætero expectās,

'nunquam

Deut.17.c.7. Psal.109.a.1. 1.Cor.15.d.25. Heb.1.d.13. donec ponantur inimici eius scabellū pedū eius. ¶14 Vna enim oblatione, consummauit in sempiternum sanctificatos. ¶15 Cōtestatur autem nos & Spiritus sanctus. postquā enim dixit, ¶16 Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, Dabo leges meas in cordibus eorū, & in mētibus eorum superscribā eas: ¶17 Et peccatorum, & iniquitatū eorum iam nō recordabor amplius. ¶18 Vbi autem horū remissio iam nō est oblatio pro peccato. ¶19 Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi: ¶20 Quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, id est, carnem suam: ¶21 Et sacerdotem magnum super domū Dei: ¶22 Accedamus cū vero corde in plenitudine fidei, asperti corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, ¶23 Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem: fidelis enim est qui repromisit, ¶24 Et consideremus inuicē in prouocatione charitatis & bonorū operū: ¶25 Non deserētes collectionē nostrā sicut cōsuetudinis est quibusdam, sed cōsolantes, & tāto magis quātò videritis appropinquantē diem. ¶26 Volūtariè enim peccantibus nobis post acceptā notitiā veritatis, iam nō relinquitur pro peccatis hostia, ¶27 Terribilis autē quædam expectatio iudicii & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. ¶28 Irritā quis faciens legem Moysi: sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur. ¶29 Quātò magis putatis, deteriora meteri supplicia qui Filiū Dei cōculcauerit, & sanguinē testamenti polluti duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliā fecerit? ¶30 Scimus enim qui dixit, Mihi vindictā: & ego retribuā. Et iterum, Quia iudicabit Dominus populū suū. ¶31 Horrendū est incidere in manus Dei viuētis. ¶32 Rememoramini autem pristinos dies: in quibus illuminati, magnū certamē sustinuistis passionū: ¶33 Et in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculū factis: in altero autē socii taliter conuersantium effecti. ¶34 Nam & vinctis compassi estis: & rapinā bonorum vestrorū cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere melioré & manentē substantiam. ¶35 Nolite itaq; amittere confidētiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. ¶36 Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatē Dei facientes, reportetis promissionē. ¶37 Adhuc enim modicū aliquantulúmque, qui venturus est venit, & non tardabit. ¶38 Iustus autem meus, ex fide viuit. quòd si subtraxerit se: non placebit animæ meæ. ¶39 Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem: sed fidei in acquisitionem animæ.

'viuit.

CAP. XI.

A Est autem fides, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. ¶2 In hac enim testimonium consecuti sunt seniores. ¶3 Fide, intelligimus aptata esse secula verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierent. ¶4 Fide, plurimā hostiam Abel quàm Cain, obtulit Deo: per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. ¶5 Fide, Henoch translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur: quia transtulit illum Dominus. ante translationem enim, testimonium habuit placuisse Deo. ¶6 Sine fide autem impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. ¶7 Fide, Noe responso accepto de his quæ adhuc non videbantur: metuens, aptauit arcam in salutē domus suæ, per quam damnauit mundum: & iustitiæ quæ per fidem est, hæres est institutus. ¶8 Fide, qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem

Gen.15.c.6. Gen. Matt. Iohā. 1.Ioā. Gen. Eccl. & 4 Deu Rom. vin Gen. Eccl. Gen.

& exiit, nescíens quò iret. ¶ 9 Fide, demoratus
est in Terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob
cohæredibus repromissionis eiusdem. ¶ 10 Exspectabat enim fundamẽta habentem Ciuitatem: cuius artifex & conditor, Deus. ¶ 11 Fide,
& ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione
seminis accepit, etiam præter tempus ætatis:
quoniam fidelẽ credidit esse eum qui repromiserat. ¶ 12 Propter quod & ab vno orti sũt
(& hoc emortuo) tanquã sydera cæli in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oræ maris, innumerabilis. ¶ 13 Iuxta fidem defuncti
sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus: sed álonge eas aspicientes & salutantes,
& confitentes quia peregrini & hospites sunt
super terrã. ¶ 14 Qui enim hoc dicunt: significant se patriam inquirere. ¶ 15 Et sũ quidem
ipsius meminissent de qua exierunt: habebãt
vtique tempus reuertendi. ¶ 16 Nunc autem
meliorem appetunt, id est cælestem. Ideo nõ
confunditur Deus vocari Deus eorum. paravit enim illis Ciuitatem. ¶ 17 Fide, obtulit A-
braham Isaac, quum tentaretur: & vnigenitũ
offerebat in quo susceperat repromissiones.
¶ 18 (Ad quem dictum est, Quia in Isaac vocabitur tibi semẽ.) ¶ 19 Arbitrãs quia & à mortuis suscitare potens est Deus. vnde eum & in
parabolam accepit. ¶ 20 Fide & de futuris, benedixit Isaac, Iacob, & Esau. ¶ 21 Fide, Iacob
moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit:
& adorauit fastigium virgæ eius. ¶ 22 Fide,
Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est: & de ossibus suis mandauit. ¶ 23 Fide Moyses natus, occultatus est mẽ
sibus tribus à parentibus suis: eo quòd vidissent elegantem infantem, & non timuerunt
regis edictum. ¶ 24 Fide, Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis:
¶ 25 Magis eligens affligi cum populo Dei,
quàm temporalis peccati habere iucunditatem, ¶ 26 Maiores diuitias æstimans, thesauro
Ægyptiorum, improperium Christi. aspiciebat enim in remunerationem. ¶ 27 Fide, reliquit Ægyptum: non veritus animositatem
regis. inuisibilem enim tanquam videns sustinuit. ¶ 28 Fide, celebrauit Pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua,
tangeret eos. ¶ 29 Fide, transierunt Mare rubrum tanquam per aridam terram: quod experti Ægyptii, deuorati sunt. ¶ 30 Fide, muri Iericho corruerunt, circuitu dierum septẽ.
¶ 31 Fide, Rahab meretrix non periit cum incredulis: excipiens exploratores cum pace.
¶ 32 Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me
tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Sãson, Iephte, Dauid, Samuel, & Prophetis:
¶ 33 Qui per fidem vicerunt regna, operati
sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonũ, ¶ 34 Extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladii, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in
bello, castra verterunt exterorum. ¶ 35 Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos
suos. alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, vt meliorem inuenirent
resurrectionẽ. ¶ 36 Alii verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres:
¶ 37 Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in
occisione gladi mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: ¶ 38 Quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus &
spelunciis, & in cauernis terræ. ¶ 39 Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt
repromissionem: ¶ 40 Deo pro nobis melius
aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

CAP. XII.

ITaque & nos tantam habentes impositã
nubem testium: deponentes omne pondus
& circunstans nos peccatum, per patientiam
curramus ad propositum nobis certamen,
¶ 2 Aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta, atque
in dextera sedis Dei sedet. ¶ 3 Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus
aduersum semetipsum cõtradictionem: vt ne
fatigemini, animis vestris deficientes. ¶ 4 Nõdum enim vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes: ¶ 5 & obliti estis consolationis, quæ vobis tãquam filiis loquitur, dicens, Fili mi, noli negligere disciplinam Domini: neque fatigẽris dum ab eo
argueris. ¶ 6 Quem enim diligit Dominus, castigat flagellat autem omne filium quẽ recipit. ¶ 7 In disciplina perseuerate. Tãquã filiis vobis offert se Deus. quis enim filius, quem
non corripit pater? ¶ 8 Quòd si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes:
ergo adulteri, & non filii estis. ¶ 9 Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos: num multò magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus? ¶ 10 Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam erudiebãt
nos: hic autem ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. ¶ 11 Omni autem
disciplina in præsenti quidẽ videtur non esse gaudii, sed mœroris: postea autem fructũ
pacatissimum exercitatis per eam, reddet iustitiæ. ¶ 12 Propter quod remissas manus & soluta genua erigite: ¶ 13 Et gressus rectos facite
pedibus vestris: vt non claudicans quis erret,
magis autem sanetur. ¶ 14 Pacem sequimini
cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit Deum: ¶ 15 Contemplantes nequis desit gratiæ Dei: nequa radix amaritudinis
sursum germinans impediat, & per illam inquinentur multi. ¶ 16 Nequis fornicator, aut
prophanus vt Esau: qui propter vnam escam
vendidit primitiua sua. ¶ 17 Scitote enim
quoniam & posteà cupiens hæreditare benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam. ¶ 18 Non enim accessistis ad tractabilem montem & accensibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, ¶ 19 Et tubæ sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se,
ne eis ueret verbum. ¶ 20 (Non enim portabant quod dicebatur, Et si bestia tetigerit
montem, lapidabitur. ¶ 21 Et ita terribile erat
quod videbatur, Moyses dixit, Exterritus sum
& tremebundus.) ¶ 22 Sed accessistis ad Sion
montem & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem

Rom. 6. a. c.
Colos. 3. b. c.
Ephe. 4. c. 1.
1. Pet. 2. a. 6.
& 4. a. c.
a Sedit.
b
Prou. 2. b. 11.
Apoc. 3. d. 17.
c
d
e
Rom. 12. d. 18.
f
Gen. 25. d. 31.
Gen. 27. f. 36.
Exod. 19. c. 12.
& 20. c. 11.
a Accensibili.
a Audierant.
g
Exod. 19. 13.

cælestem, & multorum millium Angelorum frequentiã, ¶23 & ecclesiam primitiuorũ qui conscripti sunt in cælis, & iudicem omnium Deum, & ſ spiritum iustorum perfectorum, ¶24 & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel. ¶25 Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerũt, recusantes eum qui super terram loquebatur: multò magis nos, qui de cælis loquentem nobis, auerti mus. ¶26 Cuius vox mouit terram tunc: nũc autẽ repromittit, dicẽs, Adhuc semel: & ego mouebo nõ solũ terrã, sed & cælũ. ¶27 Quod autem Adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. ¶28 Itaque regnũ immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia. ¶29 Etenim Deus noster, ignis cõsumens est.

ſ Spiritus

Aggæ. 2. b. 7.

Deut. 4. d. 24.

## CAP. XIII.

A Caritas fraternitatis maneat in vobis. ¶2 & hospitalitatẽ nolite obliuiscꝰ. per hanc enim placuerunt quidam Angelis hospitio receptis. ¶3 Memẽtote vinctorum, tanquam simul vincti: & laborantium, tanquam & ipſi in corpore morantes. ¶4 Honorabile connubium in omnibus, & torus immaculatus. fornicatores enim & adulteres iudicabit Deus. ¶Sint mores sine auaritia: cõtenti præsentibus. ipse enim dixit, Nõ te deseram, neque derelinquam. ¶6 Ita vt confidenter dicamus, Dominꝰ mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo. ¶7 Memẽtote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbũ Dei: quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. ¶8 Iesus Christus heri & hodie: ipse & in ſecula. ¶9 Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor, non escis quæ non profuerunt ambulãtibus in eis. ¶10 Habemus altare: de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. ¶11 Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per Pontificem: horum corpora cremantur extra castra. ¶12 Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. ¶13 Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. ¶14 Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram inquirimus. ¶15 Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo. id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. ¶16 Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuiscꝰ. talibus enim hostijs promeretur Deus. ¶17 Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim pernigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. hoc enim non expedit vobis. ¶18 Orate pro nobis, confidimus enim quia bonam conscientiam habemus: in omnibus bene volentes conuersari. ¶19 Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis. ¶20 Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christũ, ¶21 Aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum: cui est gloria in secula seculorum. Amen. ¶22 Rogo autem vos fratres vt sufferatis verbum solatii. Etenim perpaucis scripsi vobis. ¶23 Cognoscite fratrem vestrum Timotheum dimissum: cum quo (si celerius veneri) videbo vos. ¶24 Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia fratres. ¶25 Gratia cum omnibus vobis. Amẽ.

Rom. 12. c. 10. Rom. 12. b. 13. 1. Pet. 4. b. 9. Matt. 26. d. 41. Marc. 14. a. 38. Luc. 21. a. 34.

Iosue 1. a. 9.

Psal. 117. a. 6.

ſ Stabiliri

Leu. 6. d. 26, & 16. f. 27.

Mich. 2. c. 10.

Isee 14. a. 2.

In Græcis codicibus hæc subscripta legũtur,

Scripta ab Italia per Timotheum.

# Epistola catholica Iacobi Apostoli.

## CAP. I.

IACOBVS Dei & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutem. ¶2 Omne gaudium existimate fratres mei, quum in tentationes varias incideritis: ¶3 scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur. ¶4 Patientia autẽ opus perfectum habeat: vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. ¶5 Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. ¶6 Postulet autem in fide, nihil hæsitans. qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circũfertur. ¶7 Non ergo æstimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino. ¶8 Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. ¶9 Glorietur autem frater humilis in exaltatione sua: ¶10 Dives autẽ, in humilitate sua: quoniam sicut flos fœni trãsibit. ¶11 Exortus est enim sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperiit: ita & dives in itineribus suis marcescet. ¶12 Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam quũ probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. ¶13 Nemo quum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorũ est: ipse autem neminem tentat. ¶14 Vnusquisque verò tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus. ¶15 Deinde concupiscẽtia quum conceperit, parit peccatum. peccatum verò quum consummatũ fuerit, generat mortẽ. ¶16 Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. ¶17 Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est, descẽdens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. ¶18 Voluntariè enim genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. ¶19 Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiendum: tardus autem ad loquendũ, & tardus ad iram. ¶20 Ira enim viri iustitiã Dei non operatur. ¶21 Propter quod abiicientes omnem immunditiam

Rom.

Mat. mar. luc. Iohã

Eccl. esai. 1. pe

Iob

Iacob

& abundantiam malitiæ, in mansuetudine
suscipite insitũ verbum, quod potest saluare
animas vestras. ¶12 Estote autẽ factores ver-
bi, & non auditores tantùm: fallẽtes vosmet-
ipsos ¶13 Quia si quis auditor est verbi, & nõ
factor: hic comparabitur viro considerãti
vultum natiuitatis suæ in speculo. ¶14 Consi-
derauit enim se, & abiit, & statim oblitus est
qualis fuerit. ¶15 Qui autem perspexerit in
lege perfectæ libertatis, & permanserit in ea,
non auditor obliuiosus factus, sed factor ope-
ris: hic beatus in facto suo erit. ¶16 Si quis au-
tem putat se religiosum esse, non refrænans
linguam suam, sed fefellens cor suum: huius
vana est religio. ¶17 Religio munda & imma-
culata apud Deum & Patrẽ, hæc est, Visitare
pupillos, & viduas in tribulatione eorum: &
immaculatum se custodire ab hoc seculo.

CAP. II.

Fratres mei, nolite in personarũ acceptio-
ne habere fidem Domini nostri Iesu Chri
sti gloriæ. ¶2 Etenim si introierit in conuen-
tum vestrum vir aureum annulum habens, in
veste candida: introierit autem & pauper in
sordido habitu, ¶3 Et intendatis in eum qui
indutus est veste præclara, & dixeritis ei, Tu
sede hic bene: pauperi autem dicatis, Tu sta
illic, aut sede sub scabello pedum meorum:
¶4 Nonne iudicatis apud vosmetipsos, & fa-
cti estis iudices cogitationum iniquarum?
¶5 Audite fratres mei dilectissimi: nonne Deus e-
legit pauperes in hoc mundo, diuites in fide,
& hæredes regni quod repromisit Deus dili-
gentibus se? ¶6 Vos autem exhonorastis pau-
perem. Nonne diuites per potentiam oppri-
mũt vos: & ipsi trahũt vos ad iudicia? ¶7 Nõn
ne ipsi blasphemant bonum nomen quod in-
uocatum est super vos? ¶8 Si tamen legem
perficitis regalem secundum Scripturas, Di
liges proximum tuum sicut teipsum bene fa-
citis. ¶9 Si autem personam accipitis, peccã-
tum operamini, redarguti a lege quasi trans-
gressores. ¶10 Quicunque autem totam legẽ
seruauerit, offendat autẽ in vno, factus est o-
mniũ reus. ¶11 Qui enim dixit, Non mœcha-
beris, dixit & Non occides. Quòd si non mœ-
chaberis, occides autem, factus es trãsgressor
legis. ¶12 Sic loquimini, & sic facite sicut per
legem libertatis incipientes iudicari: ¶13 Iu-
dicium enim sine misericordia illi qui non fa-
cit misericordiam. Superexaltat autem mise-
ricordia iudicio. ¶14 Quid proderit fratres
mei, si fidem quis dicat se habere, opera autẽ
non habeat? Nũquid poterit fides saluare eũ?
¶15 Si autem frater & soror nudi sint, & in-
digeant victu quotidiano: ¶16 Dicat autem
aliquis ex vobis, illis, Ite in pace, calefacimi-
ni & saturamini: non dederitis autem eis quæ
necessaria sunt corpori: quid proderit? ¶17 Sic
& fides, si non habeat opera, mortua est in se-
metipsa. ¶18 Sed dicit quis, Tu fidem habes, &
ego opera habeo. ostende mihi fidem tuam
sine operibus, & ego ostendã tibi ex operibus
fidem meam. ¶19 Tu credis quoniam vnus est
Deus. Bene facis: & dæmones credunt, & con-
tremiscũt. ¶20 Vis autẽ scire ô homo inanis,
quoniã fides sine operibus otiosa est? ¶21 A-
brahã pater noster nõne ex operibus iusti-
ficatus est, offerens Isaac filium suum super
altare? ¶22 Vides quoniã fides cooperabatur
operibus illius: & ex operibus fides consum-
mata est? ¶23 Et suppleta est Scriptura dicẽs,
Credidit Abraham Deo, & reputatum est il-
li ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est.
¶24 Videtis quoniã ex operib iustificatur ho
mo: & nõ ex fide tantùm? ¶25 Similiter & Ra-
hab meretrix, nõnne ex operibus iustificata
est, suscepiẽs nũtios, & alia via eiciẽs? ¶26 Si-
cut enim corpus sine spiritu mortuũ est: ita &
fides sine operibus mortua est. CAP. III.

Nolite plures magistri fieri fratres mei,
scientes quoniã maius iudicium sumi-
tis. ¶2 In multis enim offendimus omnes. Si
quis in verbo non offendit, hic perfectus est
vir, potest etiam fræno circumducere totum
corpus. ¶3 Si autem equis fræna in ora mitti-
mus ad consentiendum nobis, omne corpus
illorum circunferimus. ¶4 Et ecce naues, quã
magnæ sunt, & a ventis validis mouentur: cir-
cunferuntur autem a modico gubernaculo
vbi impetus dirigentis voluerit. ¶5 Ita & lin-
gua modicum quidem membrum est, & ma-
gna exaltat. Ecce quantus ignis quàm magnã
syluã incendit! ¶6 Et lingua ignis est, vniuer
sitas iniquitatis. Lingua cõstituitur in mem-
bris nostris, quæ maculat totũ corpus, & in-
flammat totã natiuitatis nostræ inflãmata
a gehenna. ¶7 Omnis enim natura bestiarum
& volucrũ & serpentium & cæterorum do-
mantur, & domita sunt a natura humana:
¶8 linguam autẽ nullus hominum domare
potest, inquietum malum, plena veneno mor
tifero. ¶9 In ipsa benedicimus Deũ & Patrẽ:
& in ipsa maledicimus homines qui ad imã-
ginem & similitudinem Dei facti sunt. ¶10 Ex
ipso ore procedit benedictio & maledictio.
Non oportet fratres mei hæc ita fieri. ¶11 Nũ
quid fons de eodem foramine emanat dulcẽ,
& amaram aquam? ¶12 Nunquid potest fra-
tres mei, sicus vuas facere: aut vitis, sicus? Sic
neque salsa, dulcem potest facere aquam.
¶13 Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Os-
tendat ex bono conuersatione operationem
suam in mansuetudine sapientiæ. ¶14 Quòd
si zelum amarũ habetis, & contentiones sint
in cordibus vestris: nolite gloriari & menda-
ces esse aduersus veritatem. ¶15 Non est enim
ista sapientia desursum descendens, a Patre
luminum: sed terrena, animalis, diabolica.
¶16 Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstã-
tia, & omne opus prauum. ¶17 Quæ autem
desursum est sapientia, primùm quidem pu-
dica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis,
bonis consentiens, plena misericordia &
fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione.
¶18 Fructus autem iustitiæ, in pace semi-
natur, facientibus pacem. CAP. IIII.

Vnde bella & lites in vobis? Nõnne ex cõ
cupiscentiis vestris quæ militant in mẽ-
bris vestris? ¶2 Concupiscitis, & non habetis:
occiditis, & zelatis: & non potestis adipisci.
litigatis & belligeratis: & non habetis, pro-
pterquod nõ postulatis. ¶3 Petitis, & nõ acci-
pitis, eo quòd malè petatis: vt in concupi-
scentiis vestris insumatis. ¶4 Adulteri, no-
scitis quia amicitia huius mundi, inimica est

Gene. 22. b. 9.

Genesis 15. b. 6. Iacob. 2. a. 23. Galat. 3. a. 6.

*autem

Iosue 2. a. 15.

Eccli 34. a. 25. & 19. c. 16. & 21. b. 11.

*potens

*&

*salsam

*Hinc

*& adulteri

Dei? Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. ¶5 An putatis quia inaniter Scriptura dicat, ¶ Ad invidiã concupiscit spiritus qui habitat in vobis? ¶6 Maiorem autẽ dat gratiam. Propter quod dicit, ¶ Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. ¶7 ¶ Subditi ergo estote Deo: resistite autẽ diabolo, & fugiet à vobis. ¶8 'Appropiate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus peccatores, & purificate corda, duplices animo. ¶9 Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. ¶10 ¶ Humeliamini in conspectu Domini: & exaltabit vos. ¶11 Nolite detrahere alterutrum fratres mei. ¶ Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suũ, detrahit legi, & iudicat legẽ. Si autẽ iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. ¶12 Vnus est lator legislator, & iudex qui potest perdere & liberare. ¶ Tu autem quis es qui iudicas proximum tuum? ¶13 Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annũ, & mercabimur, & lucrũ faciemus, ¶14 (Qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? Vapor est, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.) ¶15 Pro eo vt dicatis, ¶ Si Dominus voluerit, & si vixerimus, faciemus hoc aut illud. ¶16 Nunc autem exultatis in superbiis vestris. Omnis exultatio talis, maligna est. ¶17 Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi.

CAP. V.

AGite nunc diuites, plorate, vlulantes in miseriis vestris: quæ aduenient vobis.
¶2 Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimẽta vestra à tineis comesta sunt. ¶3 Aurum & argẽtum vestrum æruginauit: & ærugo eorũ in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. ¶ Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. ¶4 Ecce merces operariorũ qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini sabbaoth introiuit. ¶5 Epulati estis super terrã, & in luxuriis enutristis corda vestra in die occisionis. ¶6 'Adduxistis, & occidistis iustum: & non 'resistit vobis. ¶7 Patientes igitur estote fratres, vsq; ad aduentum Domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ: patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum.
¶8 Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniã aduentus Domini 'appropinquabit. ¶9 Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce, iudex ante fanuam assistit. ¶10 Exemplum accipite fratres exitus mali & longanimitatis, & laboris & patientiæ, Prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini. ¶11 Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sustinentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniã misericors Dominus est & miserator. ¶12 ¶ Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neq; per cælum, neque per terram, neque aliud quodcũque iuramentum. Sit autẽ sermo vester, est, est: non, non: vt non sub iudicio decidatis.
¶13 Tristatur aute aliquis vestrum? oret. Æquo animo? & psallat. ¶14 Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ¶ vngẽtes eum oleo in nomine Domini. ¶15 Et oratio fidei saluabit infirmum, & 'alleuiabit eũ Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. ¶16 Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicem vt saluemini. multum enim valet deprecatio iusti assidua. ¶17 Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt non plueret super terram: & non pluit annos tres & menses sex. ¶18 Et rursum orauit, & cælũ dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum.
¶19 Fratres mei, ¶ si quis ex vobis errauerit à veritate, & cõuerterit quis eum: ¶20 Scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore viæ suæ, saluabit animã eius à morte, & 'operiat multitudinem peccatorum.

# Epistola Petri Apostoli prima.

CAP. I.

PETRVS Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, ¶2 secundum præscientiam Dei Patris in sanctificationem Spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi: Gratia vobis & pax multiplicetur. ¶3 Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionẽ Iesu Christi ex mortuis, ¶4 in hæreditatem in corruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cælis in vobis, ¶5 Qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reuelari in tempore nouissimo. ¶6 In quo 'exultabitis, modicum nunc, si oportet, contristati in variis tentationibus: ¶7 Vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorẽ in 'reuelationem Iesu Christi: ¶8 Quẽ quum non videritis, diligitis: in quem nunc quoque non videntes, 'creditis: credentes autem 'exultabitis' lætitia inenarrabili & glorificata, ¶9 Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarũ vestrarum. ¶10 De qua salute exquisierunt atq; scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerũt, ¶11 Scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntiãs eas quæ in Christo fũt passiones, & posteriores glorias: ¶12 Quibus reuelatum est quia nõ 'sibimetipsis, 'vobis autẽ ministrabãt ea quæ nunc nũciata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cælo, in 'quem' desiderant Angeli prospicere.
¶13 Propterquod ¶ succincti lumbos mentis vestræ, sobrii, 'perfecti' sperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in 'reuelationem Iesu Christi, ¶14 Quasi filii obedientiæ, nõ configurati prioribus ignorãtiæ vestræ desideriis: ¶15 Sed secundũ eum qui vocauit vos, sanctũ, 'vt & ipsi sim in omni conuersatione sancti sitis:

.44. quoniam scriptum est, ¶Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. ¶17 Et si Patrē invocatis eū
. qui sine acceptione personarum iudicat se-
d.17. cundum vniuscuiusque opus: in timore, inco-
.11. latus vestri tempore conuersamini. ¶18 Scientes quòd nō corruptibilibus auro vel argēto
b.6. redempti estis de vana vestra conuersatione
d.19. paternæ traditionis: ¶19 Sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati: ¶20 Præcogniti quidem ante mundi
c.7. cōstitutionem, manifestati autem nouissimis
.6. temporibus propter vos, ¶21 Qui per ipsum
d.25. fideles estis in Deo qui suscitauit eum a mor-
b.9. tuis, & dedit ei gloriā, vt fides vestra & spes
d.26. esset in Deo. ¶22 Animas vestras castificātes
n9. in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attē-
m tius: ¶23 Renati non ex semine corruptibili,
c.10. sed incorruptibili per verbū Dei viui & per-
5. manentis in æternum. ¶24 Quia omnis caro vt fœnum: & omnis gloria eius tanquam flos
.b.6. fœni. exaruit fœnum: & flos eius decidit.
c.18. ¶25 Verbū autem Domini manet in æternū.
p.10. hoc est autem verbum quod euangelizatum est vobis.

CAP. II.

A Ponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, ¶2 Sicut modò geniti infantes, rationabiles, sine dolo lac cōcupiscite: vt in eo crescatis in salutē.
¶3 Si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus. ¶4 Ad quem accedentes. Lapidem viuum, ab hominibus quidē reprobatū, à Deo autē electū & honorificatū: ¶5 Et ipsi tanquā lapides viui superædificamini, domus spirituales, in sacerdotium sanctum, offerētes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christū. ¶6 Propter quod continet Scriptura,
.d.11. Ecce pono in Sion Lapidem summum angu-
.33. larem, probatum, electū, pretiosum. & qui
credideri in eum, non cōfundetur. ¶7 Vobis
B igitur honor credentibus: non credentibus
d.22. autem, Lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: ¶8 Et
21. lapis offensionis, & petra scādali, his qui offen-
c.14. dūt verbo, nec credunt in quo & positi sunt.
.33. ¶9 Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt
.2.6. virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos
c.20. vocauit in admirabile lumen suum. ¶10 Qui
.22. aliquando non populus Dei: nunc autem
.25. populus Dei. qui nō consecuti misericordiā:
c.17. nunc autē misericordiam cōsecuti. ¶11 Charissimi obsecro vos tāquam aduenas & per-
d.24. egrinos, abstinere vos à carnalibus desideriis
C quæ militant aduersus animam, ¶12 Conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam: vt in eo quòd detractant de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. ¶13 Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deū: siue regi, quasi præcellenti: ¶14 Siue ducibus, tanquā ab eo missis ad vindictā malefactorum, laudē verò bonorū: ¶15 Quia sic est volūtas Dei, vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentiū hominum ignorantiam: ¶16 Quasi liberi, & non quasi velamen habētes malitiæ, libertatem, sed sicut serui Dei. ¶17 Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorificate. ¶18 Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiā asperis. ¶19 Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. ¶20 Quæ enim est gratia, si peccantes, & colaphizati sufferetis sed si bene facientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deum. ¶21 Quia hoc vocati estis: quia & Christus passus est pro vobis, vobis relinquēs exemplū vt sequaminī vestigia eius. ¶22 Qui peccatum nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. ¶23 Qui cùm malediceretur, non maledicebat: cùm pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicāti se iniustè. ¶24 Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis. ¶25 Erāth enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

CAP. III.

Similiter & mulieres subditæ sint viris suis: vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiāt, ¶2 Cōsiderantes in timore castam cōuersationem vestram. ¶3 Quarum nō sit extrinsecus capillatura, aut circūdatio auri, aut indumenti vestimentorū cultus: ¶4 Sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in cōspectu Dei locuples. ¶5 Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabant se subiectæ propriis viris. ¶6 Sicut Sara obediebat Abrahæ, Dominum eum vocans: cuius estis filiæ, bene facientes, & non pertimentes vllam perturbationem. ¶7 Viri similiter, cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam cohæredibus gratiæ vitæ: vt nō impediātur orationes vestræ. ¶8 In fine autem: omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. ¶9 Non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: sed econtrario, benedicentes, quia in hoc vocati estis vt benedictionē hæreditate possideatis. ¶10 Qui enim vult vitā diligere, & dies videre bonos: Coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum, ¶11 Declinet autem à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam: ¶12 Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum: Vultus autem Domini super facientes mala. ¶13 Et quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? ¶14 Sed & si quid patimini propter iustitiā: beati. Timorem autē eorum ne timueritis, & non conturbemini: ¶15 Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscēti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe, ¶16 Et fide, sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis, confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationē. ¶17 Melius est enim vt benefacientes (si volūtas Dei velit) pati, quàm malè facientes.

Tom.11.c.16. Iud.11. Ephes.6.2.c. Coloss.3.d.11. 1.Cor.7.c.10. gloria, patientes nobis, nobis Isaiæ 53.c.3. 1.Ioban.3.c. Isaiæ 53.b.c. matt.8.c.17 Coloss 3.e.8. Ephes.5.c.11. castam 1.Tim.2.c.9. quod est Gene.18.d.11. 1.Cor.7.a.c. & in fine Prou.17.a.b. 20.d.22. Rom.12.d.17. matt.5.f.17. 1.Petr.5.c.a. Psal.33.c.15. Isaiæ.1.c.16. Matth.5.a.11. & 1.2.c.11.

¶ 1 Quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo, mortificatos quidé carne, viuificatos autē spiritu. ¶ 19 In quo & his qui in carcere erant spiritu, veniens prædicauit:

¶ 20 qui increduli fuerāt aliquādo, quando expectabāt Dei patientia in diebus Noe, quū fabricaretur arca, in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. ¶ 21 Quod & vos nūc similis formæ saluos facit baptisma (non carnis depositio sordiū, sed cōscientiæ bonæ interrogatio in Deum) per resurrectionem Iesu Christi: ¶ 22 qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur, profectus in cælum, subiectis sibi Angelis & potestatibus & virtutibus.

CAP. IIII.

Christo igitur passo in carne, & vos eadē cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desiit a peccatis: ¶ 2 vt iā nō deinceps hominum, sed voluptate Dei quod reliquum est in carne viuat tēporis. ¶ 3 Sufficit enim præteritum tempus ad voluptatem Gentium consummandam, his qui ambulauerunt in luxuriis, desideriis, vinolentiis, comessationibus, potationibus, & execrandis idolorum cultibus. ¶ 4 In quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes. ¶ 5 Qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos & mortuos. ¶ 6 Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est: vt iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant autem secundum Deum in spiritu. ¶ 7 Omnium autem finis appropinquabit. Estote itaque prudentes & vigilate in orationibus. ¶ 8 Ante omnia autem, mutuam in vosmetipsis charitatem continuā habētes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. ¶ 9 Hospitales inuicem sine murmuratione. ¶ 10 Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illā administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. ¶ 11 Si quis loquitur: quasi sermones Dei. Si quis ministrat: tanquam ex virtute, quam administrat Deus. vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen. ¶ 12 Charissimi, nolite peregrinari in feruore (qui ad tētationem vobis fit,) quasi nouū aliquid vobis contingat: ¶ 13 sed communicantes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. ¶ 14 Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus: super vos requiescet. ¶ 15 Nemo autē vestrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor. ¶ 16 Si autē vt Christiānus: non erubescat: glorificet autem Deum in isto nomine. ¶ 17 Quoniam tēpus est vt incipiat iudicium a domo Dei. Si autē primūm a nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? ¶ 18 Et si iustus quidem vix saluabitur: impius & peccator vbi parebunt? ¶ 19 Itaque & hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei: fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

CAP. V.

Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro, cōsenior & testis Christi passionum, qui & eius quæ in futuro reuelanda est, gloriæ cōmunicator: ¶ 2 pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactē, sed sponte neq; secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntariē: ¶ 3 neque vt dominātes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. ¶ 4 Et cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam. ¶ 5 Similiter adolescētes subditi estote senioribus, omnes enim inuicem humilitatem insinuate: quia Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. ¶ 6 Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: ¶ 7 omnem solicitudinem vestram proiicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. ¶ 8 Sobrii estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. ¶ 9 Cui resistite fortes in fide: scientes eandē passionem ei quæ in mūdo est, vestræ fraternitati fieri. ¶ 10 Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternā suā gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. ¶ 11 Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amē. ¶ 12 Per Siluanum fidelem fratrem vobis, vt arbitror, breuiter scripsi: obsecrans & contestans hanc esse veram gratiā Dei, in qua & statis. ¶ 13 Salutat vos ecclesia, quæ est in Babylone, collecta: & Marcus filius meus. ¶ 14 Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amen.

# Epistola Petri Apostoli secunda.

CAP. I.

Simon Petrus, seruus & Apostolus Iesu Christi: iis qui coæqualem nobiscū sortiti sunt fidē in iustitia Dei nostri & saluatoris Iesu Christi: ¶ 2 Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei, & Christi Iesu Domini nostri: ¶ 3 Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ quæ ad vitam & pietatem, donata sunt, per cognitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute, ¶ 4 per quē maxima & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hoc efficiami ni diuinæ cōsortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo est, cōcupiscentiæ corruptionem. ¶ 5 Vos autē curā omnē subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, ¶ 6 in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem. ¶ 7 In pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. ¶ 8 Hæc enim si vobiscum adsint, & superentibus vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione. ¶ 9 Cui enim nō præsto sunt hæc, cæcus est, & manu tentans, obli-



om.5.a.6. ebr.9.d.15. mortificatus quidē carne, viuificatus spiritu. ene.6.c.14. aatt.24.d.32. uc.17.e.26. nos

voluntati phes.4.e.23.

et, peregrinantur

appropinquauit. vosmetipsos ro.10.b.12. om.12.b.13. hebr.13.a.1. om.12.b.6.

matth.5.b.10. gloria, Dei spiritus in vobis requiescit. vel gloriæ & Dei Spiritus in vobis requiescit. erem.25.f.29. luc.21.c.31. ro.11.d.1. saluatus:

dor

qua hæ

vob adsi

uionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. ¶ 10 Quapropter fratres magis satagite vt per bona opera certā vestram vocationem & electionem faciatis. hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. ¶ 11 Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini nostri & salvatoris Iesu Christi. ¶ 12 Propter quod incipiam vos semper commonere de his: & quidem scientes & confirmatos vos in præsenti veritate. ¶ 13 Iustum autem arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in cōmonitione. ¶ 14 Certus quòd velox est depositio tabernaculi mei secundum quod & Dominus noster Iesus Christus signi ficauit mihi. ¶ 15 Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horum omnium memoriā faciatis. ¶ 16 Non enim indoctas fabulas secuti, notā fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutē & præscientiam: sed speculatores facti illius magnitudinis. ¶ 17 Accipiens enim à Deo Patre honorē & gloriam, voce delapsa ad eum huiusce modi à magnifica gloria, Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui: ipsum audite. ¶ 18 Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatam, quū essemus cum ipso in mōte sancto. ¶ 19 Et habemus firmiorem Propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucēti in caligino so loco, donec dies eluceſcat, & lucifer oriatur in cordibus vestris: ¶ 20 Hoc primūm intelligentes quòd omnis prophetia propria interpretatione nō fit. ¶ 21 Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei homines.

CAP. II.

FUerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eū qui emit eos, "Deum' negantes: superducentes sibi celerem perditionē. ¶ 2 Et multi sequentur eorū luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur. ¶ 3 Et in auaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur. quibus iudicium iam olim non cessat: & perditio eorum nō dormitat. ¶ 4 Si enim Deus angelis peccantibus nō pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum, eradidit cruciandos, in iudicium reseruari: ¶ 5 Et originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitiæ præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens: ¶ 6 Et cinerates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigēs, euersione damnauit, exemplū eorum qui impiè acturi sunt ponens: ¶ 7 Et iustum Lot oppressum à nefandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit. ¶ 8 Aspectu enim & auditu iustus erat: habitans apud eos qui de die in diem animā iustā iniquis operib' cruciabāt. ¶ 9 Nouit' Deus' pios de tentatione eripere. iniquos verò in diem iudicii reseruare cruciandos: ¶ 10 Magis autē eos qui post carnē in concupiscētia immūditiæ ībulant, dominationēm que contemnunt, audaces, ībi placentes: sectas non metuūt introducere' blasphemantes: ¶ 11 Vbi Angeli fortitudine & virture quū sint maiores, nō portāt aduersum se execrabile iudicium. ¶ 12 Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionē & in perniciem, *his quæ ignorant blasphemātes, in corruptione sua peribunt; ¶ 13 Percipientes mercedem iniustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias, *coinquinationis' & maculæ: delicijs affluētes, in cōuiuijs suis luxuriantes vobiscum, ¶ 14 Oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti. Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum in auaritia habentes, maledictionis filij. ¶ 15 Derelinquentes rectam viam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit, ¶ 16 Correptionē verò habuit suæ vesaniæ. subiugalem mutum animal, in' hominis voce loquēs, prohibuit prophetæ insipiētiam. ¶ 17 Hi sunt fōtes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ: quibus caligo tenebrarum reseruatur. ¶ 18 *Superbia' enim vanitatis loquētes, pellicium in desideriis carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiūt, qui in errore conuersantur: ¶ 19 Libertatem illis promittēs, quū ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis superatus est huius & seruus est. ¶ 20 Si enim fugientes coinquinationes mūdi in cognitione Domini nostri & salvatoris Iesu Christi, his rursus implicati superātur: facta sūt eis posteriora deteriora prioribus. ¶ 21 Melius enim erat illis nō cognoscere viā iustitiæ, quām post agnitionē retrorsum cōuerti ab eo quod illis traditū est sancto mādato. ¶ 22 Cōtigit enim eis illud veri proverbij. Canis reuertens ad suū vomitū: & Sus lota, in voluta bro luti.

CAP. III.

HAnc ecce vobis charissimi secūdam scribo epistolam, in quibus vestram excito in cōmonitione, synceram mētem: ¶ 2 Vt memores sitis eorum quæ prædixit verborum à sanctis Prophetis, & Apostolorum vestrorū, præceptorum Domini & salvatoris: ¶ 3 Hoc primūm sciētes, quòd venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, ¶ 4 Dicentes, Vbi est promissio aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerant ab initio creaturæ. ¶ 5 Latet enim eos hoc volentes, quòd cæli erant prius, & terra, de aqua & per aquam, consistens Dei verbo: ¶ 6 Per quæ ille tūc mundus aqua inundatus periit. ¶ 7 Cæli autem qui nūc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in *die' iudicij & perditionis impiorū hominū. ¶ 8 Vnum verò hoc nō lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. ¶ 9 Nō tardat Dominus *promissionem suā, sicut quidam existimāt: sed patiēter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. ¶ 10 Adueniet autē dies Domini vt fur: in quo cæli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. ¶ 11 Quum igitur hæc omnia dissoluēda sint: quales oportet vos esse in sanctis cōuersationibus & pietatibus, ¶ 12 Expectantes & properantes in aduentum diei' Domini, *per quē cæli ardētes soluētur, & elementa ignis ardore tabescent? ¶ 13 Nouos verò cælos & nouam

*In

*coinquinationes

*superba

*diem

*promissi,

*secũdũ promissa

terrã? & promissã ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. ¶14 Propter quod charissimi hæc expectantes, satagite, immaculati & inuiolati et inuenirí in pace: ¶15 Et Domini nostri Iesu Christi' lõganimitatem, salutem

Rom.2.2.4.

arbitremini sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datũ sibi sapientiam scripsit vobis: ¶16 Sicut & in omnibus epistolis, loquẽs in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles depravant, sicut & cæteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem. ¶17 Vos igitur fratres, præscientes, custodite ne inuũpicẽdum errore traducti excidatis à propria firmitate: ¶18 Crescite verò in gratia & in cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi, ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

# Epistola Iohannis Apostoli prima.

CAP. I.

QVOD fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimꝰ oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerũt de verbo vitæ, ¶2 Et vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternã quæ erat apud Patrem, & apparuit nobis:) ¶3 Quod vidimus & audiuimus, annũtiamus vobis, vt & vos societatẽ habeatis nobiscũ: & societas nostra sit cũ Patre & cũ Filio eí' Iesu Christo. ¶4 Et hæc scribimꝰ vobis vt 'gaudeatis, & 'gaudiũ vestrũ sit plenũ. ¶5 Et hæc est annũtiatio quã audiuimus ab eo, & annũtiamꝰ vobis, ¶Quoniã Deus lux est: & tenebræ in eo nõ sũt vllæ. ¶6 Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mẽtimur, & veritatem nõ facimus. ¶7 Si autem in luce ambulamus, sicut & ipse est in luce: societatem habemus adinuicem, & sanguis Iesu Christi Filii eius emũdat nos ab omni peccato. ¶8 Si dixerimus quoniã peccatũ nõ habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. ¶9 Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emũdet nos ab omni iniquitate. ¶10 Si dixerimꝰ quoniã nõ peccauimꝰ: mẽdacẽ facimꝰ eũ, & verbum eius nõ est in nobis. CAP. II.

Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & siquis peccauerit, aduocatũ habemus apud Patrem, Iesum Christum iustũ. ¶2 Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantũ: sed etiam pro totius mundi. ¶3 Et in hoc scimus quoniam cognouimus eum, si mandata eius obseruemus. ¶4 Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit: mendax est, & in hoc veritas non est. ¶5 Qui autẽ seruat verbũ eius, verè in hoc charitas Dei perfecta est. in hoc scimus quoniam in ipso sumus. ¶6 Qui dicit se in Christo' manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. ¶7 Charissimi, nõ mandatũ nouum scribo vobis, sed mãdatum vetus quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbum quod audistis. ¶8 Iterum mandatum nouum scribo vobis, quod verum est in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet. ¶9 Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit: in tenebris est vsque adhuc. ¶10 Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est: ¶11 Qui autem odit fratrem suum, in tenebris est. & in tenebris ambulat, & nescit quó eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. ¶12 Scribo vobis filioli quoniam remittuntur vobis peccata vestra propter nomen eius. ¶13 Scribo vobis patres quoniam cognouistis eum, qui ab initio est. Scribo vobis adolescẽtes quoniam vicistis Maligni. ¶14 'Scribo vobis infantes quoniã cognouistis Patrẽ. *Scribo vobis iuuenes' quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis Maligni. ¶15 Nolite diligere mundũ, neque ea quæ in mundo sunt. Siquis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. ¶16 Quoniã omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & sũpetbia vitæ, quæ nõ est ex Patre, sed ex mundo est. ¶17 Et mundus 'transit,' & concupiscentia eius: qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. ¶18 Filioli, nouissima hora est. & sicut audistis quia Antichristus venit: nũc antichristi multi facti sũt, vnde scimus, quia nouissima hora est. ¶19 Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis. nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. sed vt manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis. ¶20 Sed vos Vnctionem habetis à Sancto, & nostis omnia. ¶21 Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non est. ¶22 Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus 'non' est Christus? Hic est Antichristus qui negat Patrem & Filium. ¶23 Omnis qui negat Filium, nec Patrem habet. qui confitetur Filium, & Patrem habet. ¶24 Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: quia si in vobis permanserit quod audistis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis. ¶25 Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam. ¶26 Hæc scripsi vobis de his qui seducũt vos. ¶27 Et vos Vnctionem quã accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut Vnctio eius docet vos de omnibus, & verũ est, & nõ est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. ¶28 Et nunc filioli manete in eo: vt quũ apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. ¶29 Si scitis quoniam iustus est: scitote quoniã & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est. CAP. III.

Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filii Dei nominemur & simus. Propter hoc mundus non nouit nos: quia non nouit eum. ¶2 Charissimi, nunc filii Dei sumus: & nondũ apparuit quid erimus. Scimus quoniam quũ apparuerit, similes ei erimꝰ: quoniam videbimus eum sicuti est. ¶3 Et omnis qui



Iohan.8.b.12.c

Hebr.9.d.14. 2.pet.1.d.19. apoc.1.b.6. D 1.Reg.8.c.46. 2.par.6.g.36. prou.20.b.9. eccles.7.c.20.

*obseruemus. *eum,

*ipso

habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut ille sanctus est. ¶ 4 Omnis qui facit peccatū, & iniquitatē facit: & peccatum est iniquitas. ¶ 5 Et scitis quia ille apparuit vt peccata nostra tolleret: & peccatum in eo non est. ¶ 6 Omnis qui in eo manet, nō peccat. & omnis qui peccat, non vidit eū, nec cognouit eū. ¶ 7 Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. ¶ 8 Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniam ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit Filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. ¶ 9 Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. ¶ 10 In hoc manifesti sunt filii Dei, & filii diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui nō diligit fratrem suum. ¶ 11 Quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, vt diligamus alterutrum. ¶ 12 Non sicut Cain qui ex Maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius, iusta.

¶ 13 Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. ¶ 14 Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. ¶ 15 Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in se manentem. ¶ 16 In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. ¶ 17 Qui habuerit substantiam huius mūdi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? ¶ 18 Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. ¶ 19 In hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus: & in conspectu eius suadebimus corda nostra.

¶ 20 Quoniā si reprehēderit nos cor nostrū: maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. ¶ 21 Charissimi, si cor nostrū non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad Deum. ¶ 22 Et quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniā mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita corā eo, facimus. ¶ 23 Et hoc est mādatum eius, Vt credamus in nomine Filii eius Iesu Christi: & diligamus alterutrū, sicut dedit mandatum nobis. ¶ 24 Et qui seruat mandata eius: in illo manet, & ipse in eo. & in hoc scimus quoniam manet in nobis, de Spiritu quem dedit nobis.

CAP. IIII.

Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierūt in mūdum. ¶ 2 In hoc cognoscitur Spiritus Dei: Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne veniſſe, ex Deo est: ¶ 3 Et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus de quo audistis quoniā venit, & nunc iam in mundo est. ¶ 4 Vos ex Deo estis filioli, & vicistis eum, quoniam maior est qui in vobis est, quàm qui in mūdo. ¶ 5 Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. ¶ 6 Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum, audit nos. qui non est ex Deo, non audit nos. in hoc cognoscimus Spiritum veritatis & spiritū erroris. ¶ 7 Charissimi, diligamus nos inuicem: quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. ¶ 8 Qui non diligit, nō nouit Deum: quoniam Deus charitas est. ¶ 9 In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam Filium suum vnigenitū misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. ¶ 10 In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deū, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit Filium suum propitiationē pro peccatis nostris. ¶ 11 Charissimi, si Deus dilexit nos: & nos debemus alteruter alterum diligere. ¶ 12 Deum nemo vidit vnquam. Si diligamus inuicem, Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. ¶ 13 In hoc cognoscimus quoniam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniā de Spiritu sancto suo dedit nobis. ¶ 14 Et nos vidimus, & testificamur quoniam Pater misit Filium suum, Saluatorē mūdi. ¶ 15 Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est Filius Dei: Deus in eo manet, & ipse in Deo. ¶ 16 Et nos cognouimus, & credidimus charitati quā habet Deus in nobis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. ¶ 17 In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. ¶ 18 Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniā timor pœnam habet. qui autem timet, non est perfectus in charitate. ¶ 19 Nos ergo diligamus Deum: quoniā Deus prior dilexit nos. ¶ 20 Si quis dixerit, Quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mēdax est. Qui enim non diligit fratrem suū quem videt, Deum quem non videt, quomodo potest diligere? ¶ 21 Et hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

CAP. V.

Omnis qui credit quoniam Iesus, est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eū qui natus est ex eo. ¶ 2 In hoc cognoscimus quoniā diligimus natos Dei, quū Deum diligamus, & mādata eius faciamus. ¶ 3 Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: & mādata eius grauia non sunt. ¶ 4 Quoniam omne quod natū est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. ¶ 5 Quis est autem qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est Filius Dei? ¶ 6 Hic est qui vēnit per aquam & sanguiné Iesus Christus. non in aqua solùm, sed in aqua & sanguine. Et Spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas. ¶ 7 Quoniam tres sunt qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbū, & Spiritus sanctus. & hi tres, vnum sunt. ¶ 8 Et tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, & sanguis. & hi tres, vnum sunt. ¶ 9 Si testimonium hominum accipimus: testimonium Dei maius est. quoniam hoc est testimonium Dei quod maius est, quoniam testificatus est de Filio suo. ¶ 10 Qui credit in Filiū Dei, habet testimoniū Dei in se. Qui non credit Filio, mendacem facit eum: quia non credit in testimonium quod testificatus est Deus de Filio suo. ¶ 11 Et

1. Ioan. 3. b. 6.
Sic
1. Ioan. c. b. 12.
1. Cor. 16. d. 16.
Vidit.
Ioh. 13. d. 34.
& 15. b. 12.
Ab eo:
Matt. 11. d. 28.
1. Cor. 15. g. 57.
Ioan. 3. d. 37.

hoc est testimonium. Quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. ¶ Et hæc vita, in Filio eius est. ¶ 12 Qui habet Filium Dei, habet vitam: qui non habet Filium Dei, vitam non habet. ¶ 13 Hæc scribo vobis: vt sciatis quoniam vitam habetis æternam qui creditis in nomine Filii Dei. ¶ 14 Et hæc est fiducia quam habemus ad Deum, Quia quodcunque petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. ¶ 15 Et si scimus quia audit nos quicquid petierimus, scimus quoniam habemus petitiones quas postulamus ab eo. ¶ 16 Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petat: & dabitur ei vita, peccanti non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. ¶ 17 Omnis iniquitas, peccatum est: & est peccatum ad mortem. ¶ 18 Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & maligni non tanget eum. ¶ 19 Scimus quoniam ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est. ¶ 20 Et scimus quoniam Filius Dei venit: & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna. ¶ 21 Filioli, custodite vos à simulachris.

scripsi

eum, 3.d.22.

postulauim

petet: & dabit ei vitam, peccantibus

matth.12.c.31. marc.3.d.29. luc.12.b.10.

Est

tangit

luc.24.g.45.

Amen.

# Epistola Iohannis Apostoli secunda.

SENIOR Electæ dominæ & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatem. ¶ 2 Propter veritatem quæ permanet in vobis, & vobiscum erit in æternum: ¶ 3 Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à Christo Iesu Filio Patris in veritate & charitate. ¶ 4 Gauisus sum valde quoniam inueni de filiis tuis ambulantes in veritate, sicut mandatum accepimus à Patre. ¶ 5 Et nunc rogo te domina, non tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed quod habuim ab initio, vt diligamus alterutrum. ¶ 6 Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt, quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis: ¶ 7 Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carne: hic est seductor & Antichristus. ¶ 8 Videte vosmetipsos, ne pdatis quæ operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis. ¶ 9 Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi: Deum non habet. Qui permanet in doctrina: hic, Patrem & Filium habet. ¶ 10 Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: Nolite recipere eum in domum, nec AVE ei dixeritis. ¶ 11 Et 11 qui enim dicit illi AVE: cõmunicat operibus eius malignis. ¶ Hæc, prædixi vobis: vt in die Domini non confundamini. ¶ 13 Plura habens vobis scribere, nolui per chartam & atramentum. Spero enim me futurũ apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium vestrũ plenum sit. ¶ 14 Salutat te filii sororis tuæ Electæ.

nobis, & nobiscum

Iohan.15.b.11.

&

Rom.16.d.17.

ad

# Epistola Iohannis Apostoli tertia.

SENIOR Gaio charissimo, quem ego diligo in veritate. ¶ Charissime, de omnibus orationẽ facio prosperè te ingredi & valere, sicut prosperè agit anima tua. ¶ 3 Gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas. ¶ 4 Maiorem horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in veritate ambulare. ¶ 5 Charissime, fidelitet facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos ¶ 6 Qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ: quos, benefaciés, deduces dignè Deo. ¶ 7 Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipiẽtes à Gentibus. ¶ 8 Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: vt cooperatores simus veritatis. ¶ 9 Scripsissem forsitan ecclesiæ: sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrepes, non recipit nos. ¶ 10 Propter hoc si venero, commoneam eius opera quæ facit: verbis malignis garriens in nos. & quasi non ei ista sufficiant: neque ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt, prohibet, & de ecclesia eiicit. ¶ 11 Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui bene facit, ex Deo est: qui malè facit, non vidit Deum. ¶ 12 Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate, sed & nos testimonium perhibemus, & nosti quoniam testimonium nostrum verum est. ¶ 13 Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. ¶ 14 Spero autem protinus te videre: & os ad os loquemur. ¶ 15 Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.

A

B

Mai habeum,

ben dedu

C

D

vid

# Iudæ Apostoli epistola catholica.

IVDAS Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi: his qui sunt in Deo Patre dilectis, & Christo Iesu conseruatis, & vocatis: ¶ 2 Misericordia vobis, & pax & charitas adimpleatur. ¶ 3 Charissimi, omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. ¶ 4 Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impii, Domini nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes. ¶ 5 Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus, populum de Terra Ægypti saluans, secundò eos qui non crediderunt, perdidit.

E

fui

De

Num

¶6 Angelos verò qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni 'Dei,' vinculis æternis sub caligine reseruauit. ¶7 Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo externicatæ, & abeuntes post carnem alteram 'factæ' sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. ¶8 Similiter & hi carnem quidem maculãt, dominationem autem spernunt, maiestatem autẽ blasphemãt. ¶9 Cum Michael Archangelus, cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore: non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit, imperet tibi 'Deus.' ¶10 Hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant: quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpuntur.

¶11 Væ illis, qui in via Cain abierunt, & errore Balaam, mercede effusi sunt, & in contradictione Core 'abierunt.' ¶12 Hi sunt in epulis suis maculæ, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, ¶13 fluctus feri maris, despumantes suas cõfusiones, sydera errantia: quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. ¶14 Prophetauit autem & de his septimus ab Adam, Enoch, dicens, Ecce vênit Dominus in sanctis millibus suis, ¶15 Facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios, de omnib' operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, & de omnibus duris quæ locuti sunt contra 'Deum' peccatores impii. ¶16 Hi sunt murmuratores, querulosi, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur 'superbiam,' mirantes personas quæstus causa. ¶17 Vos autẽ charissimi, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi. ¶18 Qui dicebant vobis, quoniam 'in nouissimis temporibus' venient illusores, secundum desideria sua ambulantes 'in impietatibus.' ¶19 Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, Spiritum nõ habẽtes. ¶20 Vos autem charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ 'nostræ' fidei, in Spiritu sancto orantes, ¶21 'Vosmetipsos' in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternam.

¶22 Et hos quidem arguite iudicatos: ¶23 illos verò saluate, de igne rapientes: aliis autem miseremini in timore: odientes & eã quæ carnalis est, maculatam tunicam. ¶24 Et autem qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione 'in aduentu Domini nostri Iesu Christi,' ¶25 soli Deo saluatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omne seculum, & nunc & in omnia secula seculorum. Amen.

# Apocalypsis Iohannis Apostoli.

CAP. I.

APOCALYPSIS Iesu Christi quam dedit illi Deus, palàm facere seruis suis quæ oportet fieri citò: & significauit, mittens per Angelum suũ seruo suo Iohanni, ¶2 Qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit. ¶3 Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Tẽpus enim prope est. ¶4 Iohannes septem ecclesiis quæ sunt in Asia: Gratia vobis & pax ab eo 'Qui est, & Qui erat, & Qui venturus est, & à septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt, ¶5 Et à Iesu Christo 'qui est testis fidelis, & primogenitus mortuorum, & princeps regũ terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, ¶6 Et fecit nos regnum & sacerdotes Deo & Patri suo, ipsi gloria & imperiũ in secula seculorum. Amẽ. ¶7 Ecce venit cũ nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ. etiam, amen. ¶8 Ego sum alpha & ω, principiũ & finis, dicit Dominus Deus, Qui est, & Qui erat, & Qui vẽturus est, omnipotens. ¶9 Ego Iohannes frater vester & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu, fui in insula, quæ appellatur Patmos, propter verbum Dei & testimonium Iesu. ¶10 Fui in spiritu in dominica die, & audiui post me vocem magnam tanquam tubæ ¶11 Dicentis, Quod vides, scribe in libro: & mitte ad septem ecclesiis quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ. ¶12 Et conuersus sum, ut viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus vidi septem candelabrorum 'aureorum' similem Filio hominis, vestitum podère, & præcinctum ad mammillas zona aurea. ¶14 Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix. & oculi eius tanquam flamma ignis: ¶15 Et pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti: & vox illius tanquam vox aquarum multarum. ¶16 Et habebat in dextera sua stellas septem. & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius, sicut sol lucet in virtute sua. ¶17 Et quum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. & posuit dexteram suam super me, dicens, Noli timere: ego sum primus & nouissimus, ¶18 Et viuus, & fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni. ¶19 Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. ¶20 Sacramentum septem stellarũ, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. septem stellæ. Angeli sunt septem ecclesiarum: & candelabra septem, septem ecclesiæ sunt.

Exod.9.d.

Psal.37.f.

Coloss.1.c.

Heb.9.d.

1.petr.1.d.

Iohan.1.d.

2.Pet.2.a.

Esa.1.c.

matt.24.c.

iudæ c.14.

1.ti.6.

& 22.c.

Esa.42.b.

& 44.a.

CAP. II.

A ET Angelo Ephesi ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem cãdelabrorum aureorum, ¶2 Scio opera tua & laborẽ, & patientiam tuam: & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces: ¶3 Et patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meũ, & non defecisti. ¶4 Sed habeo aduersum te `paucа,' quòd charitatem
B tuam primam reliquisti. ¶5 Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitẽtiam, & prima opera fac. Quòd si non, venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. ¶6 Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. ¶7 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis, Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei. ¶8 Et Angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe. Hæc dicit primus & nouis-
C simus, qui fuit mortuus, & viuit. ¶9 Scio tribulationem tuam & paupertatẽ tuam, sed diues es: & blasphemaris ab his qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagõga Satanæ. ¶10 Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decẽ. Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ. ¶11 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis, Qui vicerit, non lædetur à morte secunda. ¶12 Et Angelo Pergami ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet romphæam vtraque
D parte acutã. ¶13 Scio vbi habitas, vbi sedes est Satanæ: `tenes nomen meum, & nõ negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi Satanas habitat. ¶14 Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenẽtes doctrinam Balaã, Num.24.c.14. & 25.a.1. qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel edere & fornicari: ¶15 Ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. ¶16 Similiter pœnitentiam age. Quo minus veniã tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris
E mei. ¶17 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis, Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo, nomen nouum scriptum quod nemo scit, nisi qui accipit. ¶18 Et Angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe, Hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco, ¶19 Noui opera tua, & fidem, & charitatem `tuam,' & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus. ¶20 Sed habeo aduer- 2.Reg.16.g.31. sus te pauca: quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetin, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. ¶21 Et dedi illi tempus vt pœnitentiam ageret: & non vult pœnitere à fornicatione sua. ¶22 Ecce `ego' mittam eam in
*in morte, 2.Sam.16.b.7. Psal.7.c.10. Iere.11.d.20, & 17.b.10. lectum: & qui mœchantur cum ea, in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint: ¶23 Et filios eius interficiam `in mortem,' & scient omnes ecclesiæ quia `ego sum scrutans renes & corda: & dabo vnicuique vestrũ secũdum opera *vestra.'
*& *vestra.

¶24 Vobis autem dico, `&' cæteris qui Thyatiræ estis, Quicunque non habent doctrinam hanc, `&' qui nõ cognouerunt `altitudinem' Satanæ, quemadmodum dicunt: non mittam super vos aliud pondus. ¶25 Tamen id quod habetis, tenete donec veniam. ¶26 Et qui vicerit & `custodierit' vsque in finem opera mea: `dabo illi potestatem super Gẽtes. ¶27 Et regetеas in virga ferrea,' & `tanquam vas figuli confringentur. ¶28 Sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi stellã matutinã. ¶29 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.

C `altitudo'

*qui Psal.2.

CAP. III.

A ET Angelo ecclesiæ Sardis scribe, Hæc dicit qui habet septem Spiritus Dei, & septem stellas. Scio opera tua: quia nomen habes quòd vivas, & mortuus es. ¶2 Esto vigilans, & confirma cætera quæ moritura erãt. Non enim `inuenio' opera tua plena coram Deo meo. ¶3 In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris & serua, & pœnitẽtiam age. Si ergo nõ vigilaueris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. ¶4 Sed habes pauca nomina in Sardis, qui nõ inquinauerunt vestimenta sua: & ambulabũt mecum in albis, quia digni sunt. ¶5 Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de Libro vitæ, & confitebor nomen eius coram Patre meo, & coram Angelis eius. ¶6 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis. ¶7 Et Angelo Philadelphiæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit Sanctus & verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit & nemo claudit: claudit, & nemo aperit. ¶8 Scio opera tua: ecce dedi coram te ostium apertũ, quod nemo potest claudere: quia modicum habes virtutem, & seruasti verbum meum, & non negasti nomen meum. ¶9 Ecce dabo de synagõga Satanæ qui dicunt se Iudæos esse, & non sunt, sed mentiuntur, Ecce faciã illos vt veniant, & adorẽt ante pedes tuos: & scient quia ego dilexi te. ¶10 Quoniam seruasti verbum patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra. ¶11 Ecce venio citò: tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam. ¶12 Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei: & foras non egredietur amplius: & scribam super eũ nomen Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalem, quæ descẽdit de cælo à Deo meo. & nomen meum nouum. ¶13 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.

B

¶14 Et Angelo Laodiciæ ecclesiæ scribe. Hæc dicit. Amẽ, testis fidelis & verus, qui est principium creaturæ Dei. ¶15 Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus. vtinam frigidus esses, aut calidus. ¶16 Sed quia C tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo: ¶17 Quia dicis, Quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus. ¶18 Suadeo tibi emere à me aurum ignitum probatum, vt locuples fias: & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ: & collyrio inunge oculos tuos vt videas.

¶19 Ego quos amo, arguo & castigo, Æmu-

fate ergò, & pœnitentiam age. ¶ 20 Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cũ illo, & ipse mecũ. ¶ 21 Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedi cũ Patre meo in throno eius. ¶ 22 Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesiis.

CAP. IIII.

POst hæc vidi: & ecce ostium apertum in cælo, & vox prima quam audiui tãquam tubæ loquentis mecum, dicens, Ascende huc, & ostendam tibi quæ oportet fieri citò post hæc. ¶ 2 Statim fui in spiritu: *ecce sedes posita erat in cælo, & supra sedem sedens. ¶ 3 Et qui sedebat, similis erat aspectu, lapidis iaspidis, & *sardinis: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ. ¶ 4 Et in circuitu sedis, sedilia viginti quatuor: & super thronos, viginti quatuor seniores sedêres, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorũ coronæ aureæ. ¶ 5 Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum *qui sunt septẽ Spiritus Dei. ¶ 6 Et in conspectu sedis tanquã mare vitreum simile crystallo: & in medio sedis & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis antè & retrò. ¶ 7 Et animal primũ, simile leoni: & secundũ *, simile vitulo: & tertium animal, habens faciem quasi hominis: & quartũ animal, simile aquilæ volanti. ¶ 8 Et quatuor animalia, singula eorum habebant alas senas in circuitu: & intus plena sunt oculis. & requiem non habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, Qui erat, & Qui est, & Qui venturus est. ¶ 9 Et quum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viventi in secula seculorum, ¶ 10 procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabãt viuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum dicentes, ¶ 11 Digunus es Domine Deus noster accipere gloriã & honorem & virtutem: quia tu creasti omnia, & propter voluntatẽ tuam erant, & creata sunt.

CAP. V.

ET vidi in dextera sedentis supra thronũ, Librum scriptum intus & foris, signatum sigillis septem. ¶ 2 Et vidi Angelum fortem, & prædicãtem voce magna. Quis est dignus aperire Librum, & soluere signacula eius? ¶ 3 Et nemo poterat neque in cælo, neque in terra, neque subtus terram aperire Librum, neque respicere illum. ¶ 4 Et ego flebam multum quoniam nemo dignus inuentus est aperire Librum, nec videre eum. ¶ 5 Et vnus de senioribus *dixit mihi, Ne fleueris: ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire Librum, & soluere septem signacula eius. ¶ 6 Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animalium, & in medio seniorum, Agnum stantem tanquam occisum, habentem cornua septem & oculos septem: qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. ¶ 7 Et venit, & accepit de dextera sedentis in throno Librum. ¶ 8 Et quum aperuisset Librũ, quatuor animalia & viginti quatuor seniores ceciderunt coram Agno, habentes singuli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorũ, quæ sunt orationes sanctorum: ¶ 9 Et cantabant canticum nouum, dicentes, Dignus es Domine accipere Librũ, & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione, ¶ 10 Et fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram. ¶ 11 Et vidi, & audiui vocem Angelorum multorum in circuitu throni, & animalium & seniorum: & erat numerus eorum mille millia millium, ¶ 12 dicentium voce magna, Digunus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. ¶ 13 Et omnem creaturam quæ in cælo est, & super terrã, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes audiui dicentes, Sedenti in throno & Agno, benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorum. ¶ 14 Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas: & adorauerunt viuentem in secula seculorum.

CAP. VI.

ET vidi quòd aperuisset Agnus vnum de septem sigillis, & audiui vnũ de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocem tonitrui, Veni, & vide. ¶ 2 Et vidi: & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. ¶ 3 Et quum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens, Veni, & vide. ¶ 4 Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficerent: & datus est ei gladius magnus. ¶ 5 Et quum aperuisset sigillum tertium, audiui tertium animal, dicens, Veni, & vide. & ecce equus niger: & qui sedebat super illum, habebat statêram in manu sua. ¶ 6 Et audiui tanquam vocem in medio quatuor animalium *dicentium, Bilibris tritici denario ℞uno, & vinum & oleum ne læseris. ¶ 7 Et quum aperuisset sigillum quartum, audiui vocem quarti animalis dicentis, Veni, & vide. ¶ 8 Et ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum, nomẽ illi Mors, & infernus sequebatur eum. & data est illi potestas super quatuor partes terræ ad interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ. ¶ 9 Et quum aperuisset sigillum quintum: vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant. ¶ 10 Et clamabant voce magna, dicentes, Vsquequo Domine, (sanctus, & verus,) non iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra? ¶ 11 Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec complerentur conserui eorum, & fratres eorum qui interficiẽdi sunt sicut & illi. ¶ 12 Et vidi, quum aperuisset sigillum sextum: & ecce terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: ¶ 13 Et stellæ de cælo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos quũ à vento magno mouetur: ¶ 14 Et cælum recessit sicut liber inuolutus: & omnis

*qui sunt septẽ Spiritus Dei.

*sardinis: & iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdinæ.

*qui sunt septẽ Spiritus Dei.

*

*dicentium, Bilibris tritici denario ℞uno, & vinum & oleum ne læseris.

*dixit mihi, Ne fleueris: ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire Librum, & soluere septem signacula eius.

*

*

*

mons, & insulæ de locis suis motæ sũt: ¶15 Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, & liber absconderunt se in speluncis & in petris montium:
¶16 Et dicunt montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni. ¶17 Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum: & quis potest stare?

CAP. VII.

POst hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ 'ne flarent' super terram, neque super mare, neque in vllam arborem.
¶2 Et vidi alterum Angelum ascendẽtem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, ¶3 dicens, Nolite nocere terræ '&' mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. ¶4 Et audiui numerum signatorum, centũ quadraginta quatuor millia signati ex omni tribu filiorũ Israel. ¶5 Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Rubẽ, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. ¶6 Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. ¶7 Ex tribu Simeõ, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. ¶8 Ex tribu Zabulon, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. ¶9 Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis: stantes ante thronum, & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, ¶10 Et clamabant voce magna, dicentes, Salus Deo nostro qui sedet super thronũ, & Agno. ¶11 Et omnes Angeli stabant in circuitu throni & seniorũ & quatuor animalium: & ceciderunt in conspectu throni in facies suas, & adorauerũt Deũ, ¶12 dicentes, Amen. benedictio, & claritas, & sapiẽtia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorũ. Amen. ¶13 Et respõdit vnus de senioribus, & dixit mihi, Vi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? ¶14 & dixi illi, Domine mi, tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui veniunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. ¶15 Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos. ¶16 Non esurient neque sitient amplius, nec cadet super illos sol, neque vllus æstus: ¶17 Quoniã Agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & abstherget Deus omnem lachrymã ab oculis eorum.

CAP. VIII.

ET quum aperuisset sigillum septimũ, factum est silentium in cælo, quasi media hora. ¶2 Et vidi septem Angelos stantes in cõspectu Dei: & datæ sunt illis septẽ tubæ. ¶3 Et alius Angelus venit, & stetit ante altare, habens thuribulum 'aureum': & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum Dei. ¶4 Et ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorũ de manu Angeli corã Deo. ¶5 Et accepit Angelus thuribulum 'aureum,' & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt tonitrua & voces & fulgura, & terræmotus magnus. ¶6 Et septem Angeli qui habebãt septẽ tubas, præparauerũt se vt tuba canerẽt. ¶7 Et primus Angelus tuba cecinit, & facta est grãdo & ignis, mista in sanguine: & missum est in terram, & tertia pars terræ cõbusta est, & tertia pars arborum concremata est, & omne fœnum viride combustum est. ¶8 Et secundus Angelus tuba cecinit: & tanquam mons magnus igne ardens, missus est in mare. & facta est tertia pars maris, sanguis: ¶9 Et mortua est tertia pars creaturæ eorum quæ habebãt animas in mari, & tertia pars nauiũ interiit. ¶10 Et tertius Angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo stella magna ardens tanquam facula, & cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum: ¶11 Et nomen stellæ, dicitur Absinthium, & facta est tertia pars aquarum in absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.
¶12 Et quartus Angelus *cecinit: & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & *noctis 'similiter. ¶13 Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cæli, dicentis voce magna, Væ, væ, væ habitantibus in terra de cæteris vocibus tribum Angelorũ qui erant tuba canturi.

CAP. IX.

ET quintus Angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cælo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi. ¶2 Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ: & obscuratus est sol & aer de fumo putei. ¶3 Et de fumo putei exierunt locustæ in terram: & data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ: ¶4 Et præceptum est illis ne læderẽt fœnum terræ, neque omne viride, neque omne arborem: nisi tantũm homines qui non habent signum Dei in frontibus suis. ¶5 Et datũ est illis ne occiderent eos, sed vt cruciarent 'eos' mensibus quinque. & cruciatus eorum, vt cruciatus scorpij quum percutit hominẽ. ¶6 Et in diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam: & desiderabunt mori, & fuget mors ab eis. ¶7 Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium: & super capita earum tãquam coronæ, similes auro: & facies earum tanquam facies hominũ. ¶8 Et habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes earum, sicut dentes leonum erant. ¶9 Et habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox alarum earum sicut vox currus equorum multorum currentium in bellum. ¶10 Et habebant caudas similes scorpionum: & aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mẽsibus quinque. ¶11 Et habebant super se regem angelum abyssi, cui nomen Hebraicè Abadon, Græcè autem Apollyon: Latinè habens nomen Exter-

fa.2.d.19. sece 10.b.8. ac.23.d.30.

ne staret v.f. xus.

neque

fa.49.c.10.

fa.25.c.8. 7.21.8.4.

minans. ¶ 13 Væ vnum abilt, & ecce veniunt adhuc duo væ post hæc. ¶ 13 Et sextus Angelus tuba cecinit: & audiui vocem vnã ex quatuor cornibus altaris aurei, quod est ante oculos Dei, ¶ 14 Dicentem sexto Angelo qui habebat tubã, Solue quatuor angelos, qui alligati sũt in fluminc magno Euphrate. ¶ 15 Et soluti sunt quatuor Angeli, qui parati erant in horã & diem & mensem & annum: vt occiderent tertiam partem hominum. ¶ 16 Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerum eorum. ¶ 17 Et ita vidi equos in visione: & qui sedebãt super eos, habebãt loricas igneas, & hyacinthinas & sulphureas. & capita equorum erant tanquã capita leonum: & de ore eorũ procedit ignis, & fumus, & sulphur. ¶ 18 Et ab his tribus plagis occisa est tertia pars hominũ, de igne & de fumo & sulphure, quæ procedebãt ex ore ipsorũ. ¶ 19 Potestas enim equorũ in ore eorũ est, & in caudis eorum. nam caudæ eorũ, similes serpentibus, habentes capita: & in his nocent. ¶ 20 Et cæteri homines, qui non sunt occisi in his plagis, neque pœnitentiam egerũt de operibus manuum suarũ, vt non adorarẽt dæmonia & simulachra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea, quæ neque videre possunt, neque audire, neq; ambulare. ¶ 21 Et non egerunt pœnitentiã ab homicidiis suis, neque à veneficiis suis, neque a fornicatione sua, neque à furtis suis. CAP. X.

ET vidi alium Angelum fortem descẽdentem de cælo, amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquã columna ignis. ¶ 2 Et habebat in manu sua libellũ apertum: & posuit pedẽ suum dextrum super mare, sinistrũ aute super terram: ¶ 3 Et clamauit voce magna, quemadmodum qui leo rugit. Et quũ clamasset, locuta sũt septẽ tonitrua voces suas. ¶ 4 Et quũ locuta fuissẽt septẽ tonitrua voces suas, & ego scripturus eram: & audiui vocem de cælo dicẽtem mihi, Signa quæ locuta sunt septẽ tonitrua: & noli ea scribere. ¶ 5 Et Angelus quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manũ suã ad cælum, ¶ 6 Et iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit cælum & ea quæ in eo sunt: & terrã, & ea quæ in ea sunt: & mare, & ea quæ in eo sunt, Quia tẽpus non erit amplius, ¶ 7 Sed in diebus vocis septimi Angeli, quum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei, sicut euãgelizauit per seruos suos Prophetas. ¶ 8 Et audiui vocem de cælo iterum loquentẽ mecũ, & dicentem, Vade, & accipe librum apertum de manu Angeli stantis super mare & super terrã. ¶ 9 Et abii ad Angelum, dicẽs ei vt daret mihi librum. Et dixit mihi, Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuũ, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. ¶ 10 Et accepi librum de manu Angeli, & deuorauit illum: & erat in ore meo tanquam mel, dulce. & quum deuorassem eum, amaricatus est venter meus, ¶ 11 Et dixit mihi, Oportet te iterũ prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis. CAP. XI.

ET datus est mihi calamus similis virgæ: & dictum est mihi, Surge, & metire templũ Dei, & altare, & adorantes in eo. ¶ 2 Atriũ autem quod est foris templum, eiice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est Gentibus, & ciuitatẽ sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus: ¶ 3 Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. ¶ 4 Hi sũt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. ¶ 5 Et siquis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorũ, & deuorabit inimicos eorũ. & siquis voluerit eos lædere, sic oportet eum occidi. ¶ 6 Hi habent potestatẽ claudẽdi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorũ: & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescunque voluerint. ¶ 7 Et quum finierint testimonium suum: bestia quæ ascẽdit de abysso, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. ¶ 8 Et corpora eorũ iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est. ¶ 9 Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gẽtibus corpora eorũ per tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. ¶ 10 Et inhabitantes terram gaudebũt super illos, & iocundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniã hi duo Prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant super terram. ¶ 11 Et post dies tres & dimidium, Spiritus vitæ à Deo intrauit in eos. & steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. ¶ 12 Et audierunt vocem magnã de cælo, dicentem eis, Ascendite huc. Et ascenderunt in cælum in nubẽ: & viderũt illos inimici eorum. ¶ 13 Et in illa hora factus est terræmotus magnus: & decima pars ciuitatis cecidit: & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cæli. ¶ 14 Væ secundum abiit: & ecce væ tertium veniet citõ. ¶ 15 Et septimus Angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cælo, dicentes, Factum est regnum huius mũdi Domini nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Amen. ¶ 16 Et vigintiquatuor seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum, ¶ 17 Dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. ¶ 18 Et iratæ sunt Gentes, & aduenit ira tua, & tempus mortuorum, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis, & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruperunt terram. ¶ 19 Et apertum est templum Dei in cælo: & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua motus, & grandis magna.

CAP. XII.

ET signum magnum apparuit in cælo: Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: ¶ 2 Et in vtero habens, & clamabat parturiẽs, & cruciatur vt pariat. ¶ 3 Et visum est aliud signum in cælo, & ecce draco ma-

habet
pascant

blasphemias

gnus, rufus, habent capita septem, & cornua decem: & in capitibus eius diademata septé, ¶4 Et cauda eius trahebat tertiam partē stellarum cæli, & misit ea in terram, & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt quum peperisset, filium eius deuoraret. ¶5 Et peperit filium masculum, qui recturus erat omnes Gentes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum & ad thronum eius. ¶6 Et mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta. ¶7 Et factum est prælium magnū in cælo: Michael & Angeli eius prælia bantur cum draconе, & draco pugnabat & angeli eius: ¶8 Et non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. ¶9 Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, qui seducit vniuersum orbem: ¶ 9 Et proiectus est in terram, & angeli eius cū illo missi sunt. ¶10 Et audiui vocem magnam in cælo dicentem, Nūc facta est salus & virtus, & regnū Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectū Dei nostri die ac nocte: ¶11 Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonii sui, & non dilexerunt animas suas vsq; ad mortem. ¶12 Propterea lætamini cæli, & qui habitatis in eis. Væ terræ & mari: quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. ¶13 Et postquam vidit draco quòd proiectus esset in terram, persecutus est mulierem quæ peperit masculum: ¶14 Et datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis à facie serpentis. ¶15 Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam ēaquam flumen: vt eam faceret trahi à flumine. ¶16 Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo. ¶ 17 Et iratus est draco in mulierem: & abiit facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimoniū Iesu Christi. ¶18 Et sterit supra arenam maris.

CAP. XIII.

Et vidi de mari bestiam ascendentem, habentem capita septem, & cornua decem: & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ. ¶2 Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suam & potestatem magnam. ¶ 3 Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortem: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. ¶4 Et adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestiæ: & adorauerunt bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ & quis poterit pugnare cum ea? ¶5 Et datum est ei os loquens magna & blasphemiam: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos. ¶6 Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cælo habitant. ¶7 Et est datum illi bellū facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnem tribu, & populū, & linguam, & gentem: ¶8 Et adorauerunt eam omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine mūdi. ¶9 Si quis habet aurem, audiat. ¶10 Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet eū gladio occidi. Hic est patientia & fides sanctorum. ¶11 Et vidi aliam bestiam ascendentē de terra, & habebat cornua duo, similia Agni, & loquebatur sicut draco. ¶12 Et potestatem prioris bestiæ omnē faciebat in conspectu eius, & fecit terrā & habitantes in ea, adorare bestiā primā, cuius curata est plaga mortis. ¶13 Et fecit signa magna, vt etiā igné faceret de cælo descendere in terrā in conspectu hominum. ¶14 Et seduxit habitantes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in cōspectu bestiæ, dicens habitantibus in terra vt faciant imaginē bestiæ quæ habet plagā gladii, & vixit. ¶15 Et datum est illi vt daret spiritum imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ, & faciet vt quicunque non adorauerint imaginem bestiæ, occidātur. ¶16 Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterē in dextera manu sua, aut in frōtibus suis. ¶17 Et nequis possit emere aut vendere, nisi qui habeat characterem aut nomen bestiæ, aut numerū nominis eius. ¶18 Hic sapientia est. Qui habet intellectū, cōputet numerū bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcenti sexagintasex.

CAP. XIIII.

Et vidi, & ecce Agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. ¶ 2 Et audiui vocem de cælo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitrui magni: & vocem quam audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. ¶ 3 Et cantabant quasi canticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat discere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. ¶ 4 Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnū quocunque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno: ¶5 Et in ore eorū non est inuentum mendacium, sine macula enim sunt ante thronum Dei. ¶ 6 Et vidi alterum Angelum volantem per medium cæli, habentem euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem, & tribum, & linguā, & populum: ¶7 Dicens magna voce, Timete Dominum, & date illi honorem. quia venit hora iudicii eius: & adorate eum qui fecit cælum & terrā, & mare & fontes aquarū. ¶8 Et alius Angelus secutus est, dicēs, Cecidit, cecidit Babylō illa magna, quæ à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gētes. ¶9 Et tertius Angelus secutus est illos, dicēs voce magna, Si quis adorauerit bestiā & imaginē eius, & acceperit characterē in fronte sua, aut in manu sua: ¶10 Hic bibet de vino iræ Dei, quod mistū est merō in

inhabit
Philip.
Ioā.d.1
Ier.g.1
Ioā.a.5.
vadit
Gen.9.
matt. 2
seduci
D
faciat
habet
*&
G
Psal.1
Act.14
Esa.21
Ier.51.
Apo.2.

calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu Angelorū sanctorum, & ante conspectum Agni. ¶ Et fumus tormentorum eorum ascendet in sæcula sæculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & si quis acceperit characterem nominis eius. ¶ Hic patientia sanctorum est, qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu. ¶ Et audiui vocem de cælo, dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in Domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis. opera enim illorum sequuntur illos. ¶ Et vidi, & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronā auream, & in manu sua falcem acutam. ¶ Et alius Angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentē super nubem, Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metiatur, quoniam aruit messis terræ. ¶ Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terra: & demessa est terra. ¶ Et alius Angelus exiuit de templo quod est in cælo, habens & ipse falcem acutam. ¶ Et alius Angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem ignis: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcē acutam, dicēs, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniam maturæ sunt vuæ eius. ¶ Et misit Angelus falcem suam acutā in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum: ¶ Et calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frænos equorum per stadia mille sexcenta.

CAP. XV.

ET vidi aliud signum in cælo magnum & mirabile: Angelos septem, habentes plagas septem nouissimas. quoniam in illis consummata est ira Dei. ¶ Et vidi tanquā mare vitreum mistum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius & numerum nominis eius stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei: ¶ Et cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni, dicentes, Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens, iustæ & veræ sunt viæ tuæ Domine Rex seculorum. ¶ Quis nō timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sūt. ¶ Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonii in cælo: ¶ Et exierunt septem Angeli, habentes septem plagas, de templo: vestiti lapide mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. ¶ Et vnum de quatuor animalibus, dedit septē Angelis septem phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum. ¶ Et impletū est templū Dei fumo a maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum, donec consummarentur septem plagæ septem Angelorum.

CAP. XVI.

ET audiui vocem magnam de templo, dicentē septem Angelis, Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram. ¶ Et abiit primus Angelus, & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sæuum & pessimum in homines qui habebant characterē bestiæ: & in eos qui adorauerunt bestiam & imaginem eius. ¶ Et secundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tanquā mortui: & omnis anima viuens, mortua est in mari. ¶ Et tertius effudit phialam suam super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis. ¶ Et audiui Angelum aquarum dicentem, Iustus es Domine, Qui es, & Qui eras, & sanctus, quia hoc iudicasti: ¶ Quia sanguinem sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere. digni enim sunt. ¶ Et audiui alterum dicentem, Etiam Domine Deus omnipotens vera & iusta iudicia tua. ¶ Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem, & datum est illi æstu affligere homines & igni: ¶ Et æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatē super has plagas, neque egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam. ¶ Et quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ: & factum est regnum eius tenebrosum, & commanducauerunt linguas suas præ dolore: ¶ Et blasphemauerunt Deum cæli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis. ¶ Et sextus Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphratem: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. ¶ Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ exire spiritus tres immundos in modum ranarum. ¶ Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotētis Dei. ¶ Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. ¶ Et congregabit illos in locum qui vocatur Hebraicè Armageddon. ¶ Et septimus Angelus effudit phialam suam in aerem: & exiuit vox magna de templo a throno, dicens, Factum est. ¶ Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua: & terræmot factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus sic magnus. ¶ Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates Gentiū ceciderunt. Et Babylō magna venit in memoriā ante Deū: dare illi calicē vini indignationis iræ eius. ¶ Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. ¶ Et grando magna sicut talentum, descendit de cælo in homines: & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis: quoniā magna facta est vehementer.

CAP. XVII.

ET venit vnus de septem Angelis qui habebant septem phialas, & locutus est mecum, dicens, veni, & ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, ¶ Cū qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitāt terram de vino prostitutionis eius. ¶ Et abstulit me in spiritu in desertū. Et vidi mulierē sedentē super bestiā coccineam, plenā nominibus blasphemiæ, habentem capita septem & cornua decem. ¶ Et mulier erat circūdata purpura

det

.e.19.

.13.

am: &
est

.d.17
.16.

quia hæc

.r.15.d.3.

*.7.2.7.
mat.24.d.43
.c.12.e.39.

& sociuo, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculũ aureum in manu sua, plenum *abominatione' & immunditia fornicationis eius. ¶5 Et in frõte eius nomen scriptum, Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. ¶6 Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum quum *viderem' illã, admiratione magna. ¶7 Et dixit mihi Angelus, Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & bestiæ quæ portat eam, quæ habet capita septem & cornua decem. ¶8 Bestia quã vidisti, fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitantes terram (quorum non sunt scripta nomina in Libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiã quæ erat & non est. ¶9 Et hic est sensus, qui habet sapientiam. Septem capita: septem mõtes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. ¶10 Quinque ceciderunt, vnus est, & alius nõdum venit: & quũ venerit, oportet illum breue tempus manere. ¶11 Et bestia quæ erat & non est: & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit. ¶12 Et decem cornua quæ vidisti: decẽ reges sunt, qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam reges vna hora' accipient' post bestiam. ¶13 Hi vnum cõsilium habent & virtutem: & potestatẽ suam bestiæ tradent. ¶14 Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, quoniam Dominus dominorum est, & Rex regum, & qui cũ illo sunt: vocati, & electi, & fideles. ¶15 Et dixit mihi, Aquæ quas vidisti vbi meretrix sedet: populi sunt, & gentes, & linguæ. ¶16 Et decem cornua quæ vidisti in bestia, hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudã, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni cõsumẽ bunt. ¶17 Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitũ est illis: vt dent regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei. ¶18 Et mulier quam vidisti: est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

CAP. XVIII.

Et post hæc vidi allum Angelum descendentem de cælo, habentem potestatem magnã, & terra illuminata est à gloria eius. ¶2 Et exclamauit in fortitudine, dicens, Cecidit, cecidit Babylon magna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis. ¶3 Quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terræ cum illa fornicati sunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. ¶4 Et audiui aliam vocem de cælo, dicentẽ, Exite de illa populus meus: vt ne participes fitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis: ¶5 Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cælum, & recordatus est *Dominus' iniquitatum eius. ¶6 Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius: in poculo quo miscuit' vobis, miscete illi duplum. ¶7 Quãtum glorificauit se, & in deliciis fuit: tantũm date illi tormentum & luctum: quia in corde suo dicit, Sedeo regina, & vidua non sum, & luctum non videbo: ¶8 ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus, & fames, & igne comburetur: quia fortis est' Deus qui iudicabit illam. ¶9 Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cũ illa fornicati sunt, & in deliciis vixerunt, quum viderint fumũ incendii eius: ¶10 longè stantes propter timorem tormentorum eius, dicentes, Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuũ. ¶11 Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniam merces eorũ nemo emet amplius. ¶12 Merces auri & argẽti & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & sirici, & cocci, & omne lignum thyinum, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso & æraméro, & ferro, & marmore, ¶13 Et cinamõmum, & 'amomum,' & odoramentorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & similæ, & tritici, & iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum, & animarum hominum. ¶14 Et poma desiderii animæ tuæ discesserunt à te: & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam non inuenient. ¶15 Mercatores 'hominum,' qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes, ac lugentes, ¶16 & dicentes, Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byssio, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: ¶17 Quoniam vna hora destituta sunt tanæ diuitiæ: & omnis gubernator, & omnes qui in locum nauigant, & nautæ, & qui in mari operantur, longè steterunt, ¶18 & clamauerunt videntes locum incendii eius, dicentes, Quæ similis ciuitati huic magnæ? ¶19 Et miserunt puluerem super capita sua: & clamauerunt flentes, & lugentes, dicentes, Væ, væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretiis eius: quoniam vna hora desolata est. ¶20 Exulta super eam cælum & sancti Apostoli & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium ve strum de illa. ¶21 Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: & vltra iam non inuenietur. ¶22 Et vox citharœdorum & musicorum & tibia canentium & tuba, non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis nõ inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te amplius. ¶23 Et lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox spõsi & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficiis tuis errauerũt omnes gẽtes. ¶24 Et in ea sanguis Prophetarum & sanctorũ inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.

CAP. XIX.

Post hæc audiui quasi vocem 'tubarum' multarum in cælo dicentium, Alleiu Ia. Laus, & gloria, & virtus Deo nostro est: ¶2 Quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corrupit terrã in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. ¶3 Et iterum dixerũt Alleiu. Ia. Et fumus eius

K. i.

abominationum — Apoc. 17. a. 4.

vidisset — Dan. 8. c. 27.

accipiunt — Apoc. 17. a. 12.

Dan. 7. c. 25. Apoc. 17. c. 16.

Esa. 21. c. 9. Ierem. 51. a. 8. Apoc. 14. b. 8.

Deus — Esa. 47. b. 8. c.

ascendit in secula seculorũ. ¶4 Et ceciderunt seniores viginti quatuor. & quatuor animalia. & adorauerunt Deum sedentem super thronum, dicẽtes, Amen, alleluia. ¶5 Et vox de throno exiuit, dicens, Laudem dicite Deo nostro omnes, qui timetis eum pusilli & magni. ¶6 Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium, Alleluia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens.

B ¶7 Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. ¶8 Et datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim, iustificationes sunt sanctorum. ¶9 Et dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dicit mihi, Hæc verba Dei, vera sunt. ¶10 Et cecidi ad pedes eius, vt adorarẽ eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum habentium testimonium Iesu. Deum adora. Testimonium enim Iesu, est Spiritus prophetiæ. ¶11 Et vidi cælum apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis & Verax, & cum iustitia iudicat & pugnat. ¶12 Oculi autem eius sicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa, habes nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. ¶13 Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius, Verbum Dei. ¶14 Et exercitus qui sunt in cælo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo. ¶15 Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus: vt in ipso percutiat Gentes. Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. ¶16 Et habet in vestimento & in femore suo scriptum, Rex regum & Dominus dominantium. ¶17 Et vidi vnum Angelum stantem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cæli, Venite, & congregamini ad cœnam magnam, ¶18 Vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum.

¶19 Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. ¶20 Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta: & qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius: viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis & sulphuris. ¶21 Et cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equũ, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

## CAP. XX.

ET vidi Angelum descendentem de cælo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. ¶2 Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille. ¶3 Et misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. & post hoc oportet illũ solui modico tẽpore. ¶4 Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudicium datum est illis: & animas decollatorum propter testimoniũ Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerunt bestiam neque imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus suis, & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. ¶5 cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. ¶6 Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima: in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei & Christi, & regnabunt cum illo mille annis. ¶7 Et quum consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, ¶8 Et exibit, & seducet Gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog, & congregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. ¶9 Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à Deo de cælo, & deuorauit eos. ¶10 Et diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. ¶11 Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cælum, & locus non est inuentus eis. ¶12 Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius Liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundũ opera ipsorum. ¶13 Et dedit mare mortuos qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorũ. ¶14 Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. ¶15 Et qui non inuentus est in Libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

## CAP. XXI.

ET vidi cælum nouum, & terram nouam. Primum enim cælum & prima terra abiit, & mare iam non est. ¶2 Et ego Iohannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam, descendẽtem de cælo, à Deo paratã, sicut sponsam ornatam viro suo. ¶3 Et audiui vocẽ magnam de throno dicentem, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cũ eis. & ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorum Deus. ¶4 Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltrà nõ erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltrà, quæ prima abierunt. ¶5 Et dixit qui sedebat in throno, Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt & vera. ¶6 Et dixit mihi, Factum est. Ego sum Alpha & ω: initium & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. ¶7 Qui vicerit, possidebit hæc: & ero illi Deus, & ille erit mihi filius. ¶8 Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors

hæc

In

Hilip.4.8.6

Ioan.2.5.

Apoc.21.8.17.

quia

Esa.41.c.10.

2.cor.5.d.17.

Apoc.1.b.8.

22.c.18

secunda. ¶9 Et venit vnus de septem Angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens, Veni, & ostendam tibi sponsam, vxorem Agni. ¶10 Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem, descendentem de cælo, ¶11 habentem claritatem Dei: & lumen eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis, sicut crystallum. ¶12 Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim: & in portis, angulos duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. ¶13 Ab Oriente, portæ tres: & ab Aquilone, portæ tres: & ab Austro, portæ tres: & ab Occasu, portæ tres. ¶14 Et murus ciuitatis habēs fundamēta duodecim: & in ipsis duodecim, nomina duodecim Apostolorum Agni. ¶15 Et qui loquebatur mecū, habebat mensuram arundineam auream, vt metiretur ciuitatem & portas eius, & murū. ¶16 Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo: & mensus est ciuitatem de arundine aurea per stadia duodecī millia, & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia sunt. ¶17 Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est Angeli. ¶18 Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa verò ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo. ¶19 Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Et fundamentum primum, iaspis: secundum, sapphirus tertium, calcedonius: quartum, smaragdus: ¶20 quintum, sardonix, sextum, sardius: septimum, crysolythus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimū, chrysoprasus: undecimum, hyacinthus: duodecimū, amethystus. ¶21 Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ, erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum. ¶22 Et templum non vidi in ea. Dominus enim Deus omnipotens templum illius est & Agnus. ¶23 Et ciuitas non eget sole neque luna, vt luceant in ea, nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est Agnus. ¶24 Et ambulabunt Gentes in lumine eius: & reges terræ afferent gloriam suam & honorem in illam. ¶25 Et portæ eius non claudentur die, nox enim non erit illic. ¶26 Et afferent gloriam & honorem Gentium in illam. ¶27 Non introibit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium qui scripti sunt in Libro vitæ Agni.

CAP. XXII.

Et ostēdit mihi fluuium aquæ viuæ, splēdidum tanquam crystallum, procedentē de sede Dei & Agni. ¶2 In medio plateæ eius, & ex vtraque parte fluminis Lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum: & folia Ligni ad sanitatem Gentium. ¶3 Et omne maledictum non erit amplius: sed sedes Dei & Agni in illa erunt, & serui eius seruient illi. ¶4 Et videbunt faciem eius: & nomen eius in frontibus eorum. ¶5 Et nox vltra non erit: & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorū. ¶6 Et dixit mihi, Hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarū misit Angelū suum ostēdere seruis suis quæ oportet fieri citò. ¶7 Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. ¶8 Et ego Iohannes qui audiui, & vidi hæc. Et postquam audissem & vidissem, procidi vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendebat: ¶9 & dixit mihi. Vide ne feceris: cōseruus enim tuus sum, & fratrum tuorū prophetarum & eorum qui seruant verba prophetiæ libri huius. Deum adora. ¶10 Et dicit mihi, Ne signaueris verba prophetiæ libri huius, tēpus enim prope est. ¶11 Qui nocet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iustificetur adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. ¶12 Ecce venio citò: & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. ¶13 Ego sum Alpha & ω, primus & nouissimus, principium & finis. ¶14 Beati qui lauant stolas suas in sanguine Agni: vt sit potestas eorum in Ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatē: ¶15 foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mēdacium. ¶16 Ego Iesus misi Angelum meū, testificari vobis hæc in ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. ¶17 Et Spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat, Veni. Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquā vitæ gratis. ¶18 Contestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius. Si quis apposuerit ad hæc: apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. ¶19 Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partē eius de Libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto. ¶20 Dicit qui testimoniū perhibet istorū. Etiā venio citò. Amē. Veni Domine Iesu. ¶21 Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Ad Deo

angelos

arundinem

Isa.60.d.19. illuminauit

Isa.60.a.3.

Isa.60.c.11.

Philip.4.a.4 1.a.5. & 12.d.12.

Ezech.

Isa.

# Hebraicorum, Chaldæorum, Græcorúmque nominum interpretatio.

Aaron, Mons, siue montanus.
¶ Aoba, Pater. Syrũ est verbũ
Aoarim, Transitus, plu. nu. ũe transeuntes.
Abiemelech, Seruus regis.
Abdenago, Seruus claritatis.
Abdias, Seruus Domini.
Abdon, Seruus.
Abel, p aleph, Luctus. Ciuitas
Abel, per he. in principio, Vanitas. Filius Adam.
Abelsatim, Pater pacis.
Abia, Pater Domini.
Abiathar, Pater excellens.
Abigail, Pater exultationis.
Abimelech, Pater rex.
Abinadab, Pater spontaneus.
Abisug, Patris ignorantia.
Aboer, Patris lucerna.
Abra, Ancilla, Græcũ verbũ.
Abram Pater excelsus.
Abrahã, Pater multitudinis.
Absalom Pater pacis.
¶ Acan, Tribulatio.
Accaron, Sterilitas.
Achab, Frater patris.
Achaia, Dolor, vel mœstitia.
Achaz, Apprehendens, siue possidens.
Achimelech, Frater meus rex.
Achitob, Frater bonitatis,
¶ Adam Homo, siue terrenus, aut Rufus.
Adoa, Dominus aut bellis.
Adonai, Domini mei, numero multitudinis. vnũ est ex nominib' Dei, quod interpres aliquado posuit pro nomine Dei tetragrammaton.
Adonias, Dominator Dominus.
¶ Aegyptus, Angustiæ, siue tribulationes. Hebraice, Misraim.
Aeneas, Laudatus.
Aethiopia Græce, ardorem significat. Hebraice Cus dicitur. i. migredo vel nigra.
¶ Agabus, Locusta,
Agag, Tectum.
Agar, Peregrina,
Aggæus, Festiuus,
¶ Ahod, Laudans,
¶ Alexander, Auxiliator virilis.
Alexandria, Hebraice dicitur No, quod interpretatur eruditum, siue irritatio.
Alleluia. Laudate Dominum
¶ Amalec, Populus lambens.
Amam, Mater, Timor eorum
Amau, Conturbans,
Amana, Fides, siue veritas.
Amasai, per aleph, Fortis vel robustus.
Amasai, per ain, populi munus.
Amelech, Rex.
Amen, Fiat, efficiatur, aut firmum sit.
Aminadab, Populus spontaneus.
Ammon, Populus eius.
Ammon, Fidelis, aut verax.
Amorrhæi, Amari, Rebelles.
Amos, per aleph, Fortis. Pater Esaiæ.
Amos, per ain, Oneratus. vn9 ex duodecim prophetis.
Amri, per aleph, Amarus, vel loquens.
Amri, per ain, Manipulus vel domialum. Princeps militiæ Israeliticæ.
¶ Anania, Nubes Domini.
Anathoth, Responsiones, siue cantica.
Andreas, Fortissimus.
Anna, Gratiosa, siue misericors.
Antiochia, pro vehiculo.
¶ Aphrica, Hebraice Pul dicitur, id est. casus vel ruina. Esaiæ 66. f. 14.
Aphrica. Nahum 3. b. 9. Put.
Graffa, siue pinguis.
Apostolus, Missus, legatus.
¶ Arabes, Vespertini. 2. Para. 26, 2. 1.
Arabes. Psal. 71. c. 15. Hebraice, Saba. id est, conuersio.
Aram. Celsitudo, Sublimitas.
Ararat, Maledictio tremoris.
Arbee, Quatuor.
Archiretclinus, Princeps triclinii.
Areopagita, De colle Martis
Areopagus, Collis Martis.
Areuna, Arca, vel canticum.
Argob, Gleba, vel Glarea.
Armenia, Hebraice dicitur Ararat, maledictio tremoris.
Arnon, Exultans.
Arphaxad, Sanans,
Artaxerxes, Lumen, siue maledictio.
¶ Asaph, Congregans.
Aser, per samech, Vinctus. Filius Caath.
Aser, per sin, Beatitudo, siue felicitas. Filius Iacob.
Assuerus, Princeps & caput.
Assur, Syrians, siue beatus, ¶
Astaroth, Oreges siue diuitiæ
¶ Athalia, Tepus Domino.
Athenæ, Sine cumulo.
Attalia, Augens, vel nutriens
¶ Aua, Iniquitas.
¶ Axa, Adornata.
¶ Azarias, Auxilium Domini.
Azor, Adiutor.
Azotus, Hebraice, Asdod, Depræd atio.

Baal, Idolum, aut dominans.
Baal, Osee. 10. d. 14. Arbel, legendũ, id est, pugnauit Dei.
Baalim, Idola, Dominantes.
Babel, Confusio, Commistio.
Bala, Puneterata, Turbata, a cilla Rachel, per he in fine
Bala, Deglutiens, Destruens verbs. per ain in fine.
Balaam, Vetustas populi.
Balac, Destruens,
Banaias, Filius Domini.
Barac, Fulgur.
Barachias, Benedicés Dominum.
Barsona, Filius columbæ.
Barnabas, Filius cõsolationi
Barsabas, Filius cõuersionis.
Barthimæus, Filius cæcus.
Bartholomæus, Filius suspẽdentis aquas.
Baruch, Benedictus.
Bathuel, Filiatio Dei.
Batus, Mensura liquidorum.
¶ Beel-phegor, Idolũ hiatus,
Beel-zebub, Idolum muscæ.
Beera, Puteus.
Behemoth, Iumẽta, Quadrupedia.
Bel, Vetustus.
Bela, Deglutiens, Destruens.
Belial, Peruersus, Absq; iugo
Ben-ennom, Filius diuitiarũ suarum.
Beniamin, Filius dexteræ.
Ben-oni, Filius doloris mei.
Bera, Puteus.
Bereſith, in principio. Sic vocatur primus liber Legis.
Berſabee, Puteus iurameñ
Beth-abara, Domus trãsitus.
Beth-ania, Domus obedientiæ vel afflictionis.
Beth-auen, Domus vanitatis.
Beth-dagõ, Domus frumenti
Beth-el, Domus Dei.
Bether, Diuisio.
Beth-lehem, Domus Panis.
Beth-phage, Domus oris vallium.
Beth-phogor, Domus hiatus,

Beth-sabe, filia iuramẽti. vxor Vriæ.
Beth-sabee, Domus iuramenti. Ciuitas.
Beth saida, Domus frugum.
Beth-sames, Domus solis.
Bethui, Virgo.
Bezec, Fulgur.
¶ Boanerges, vel iuxta S. Hieronymum, Tonitrem, Filii tonitrui.
Booz, In fortitudine.
Borith, Herba in qua est ăcrimonia saponis.
Bosor, Manitio.
Bosra, Idem.

Caath, Congregatio, Obtusio.
Cades, Sanctitas.
Cain, Possessio, Possessus.
Caleb, Quasi cor.
Cana, Zelus, Æmulatio.
Cananæus, Id est, ex Cana vico Galilææ.
Capharnaũ, Ager pœnitẽtiæ
Cappadoces, Hebraice Caphthorim, Id est, sphæruloe
Cariath-sarim, Ciuitas syluarum.
Cariath-sepher, Ciuitas literarum.
Carmel, Cognitio circũcisionis, vt, Agnus circuncisus.
Cartaginẽses, Hebraice Tharsis, Id est, cõtemplatio gaudii.
¶ Cedar, Nigredo, Tristitia.
Cedes, Sanctitas.
Cedron, Denigratus, Tristis.
Cephas, Petrus à petra. Syrũ.
Cetura, Aromatizans.
¶ Chæreas, Gaetus.
Chaldæi, Hebraice Chasdim Id est, Quasi dæmones.
Cham, Calidus, Calor.
Chanaan, Mercator, Negotiator.
Charmel, Idem quod Carmel
Cherub, Quasi magister.
Chodchod, Raspis.
Chorræi, Furores.
Christus, Vnctus.
Chus, Æthiops.
¶ Cin, Possessio, Emptio.
Cinoth, Lamentationes.
Cis, Durus, Stipula.
¶ Cleophas, Gloria omnis.
¶ Cœlesyria, Cuma Syria.
Colossenses, Supplicio affecti
Corban, Corbana, Donum, Oblatio.
Core, Caluus, Caluitium, per heth in fine.
Core, per aleph in fine, Vocans, Argentũ. Par. 9. c. 13.
Corozaim, Hic est mysterij.
Corbi, Mendax.
¶ Cyprus, Pulchra.
Cyrus, Quasi miser.

D

Dagon, Frumentum.
Dalila, Paupertas.
Damascus, Sanguinis succus
Damascꝰ, 1. Reg. 16. b. Similitudo incendij. Heb. Dumesec.
Dan, Iudicãs, siue iudicium.
Daniel, Iudicium Dei.
Darius, Requitens.
Darmascꝰ, Generationis procuratio.
Dathan, Rirus, Lex.
Dauid, Dilectus.
¶ Debora, Apes, Verbum.
Decapolis, Decem ciuitatũ, sub. regio.
¶ Diabolus, Criminator, Calumniator.
Diabolus, Habacuc 3. a. 4. Hebraice Reseph, id est, Voluceris, Flamma.
Dibre haiamim, Verba dierũ
Didymus, Gemellus.
Dina, Iudicium, vt Iudicans.
Dionysius, Diuinus stillatus.
Dithalassum, Duo maria.
¶ Doeg, Solicitus, Anxius.
Dor, generatio.
¶ Dura, Generatio, vel, habitatio.

E

Ebal, Aceruus vetustatis.
¶ Ecclesiastes, Concionator.
¶ Eden, Voluptas, Deliciæ.
Edom, Rufus.
¶ Eglon, Vitulus.
¶ Elcana, Deus zelotes,
Eleazar, Dei adiutorium.
Elchanan, Dei gratia siue misericordia.
Eliacin, Dei resurrectio.
Elias, Deus Dominus.
Eliezer, Dei adiutorium.
Elimelech, Deus meus rex.
Elizabeth, Deus iuramenti.
Eliseus, Dei salus, Deus saluans.
Elle-haddebarim, Hæc sunt verba. Hic incipit quintus liber legis.
Elnathan, Deus dedit.
¶ Emmanuel, Nobiscũ Deus.
Emmaus, Timens consilium.
¶ Enac, Gygas, Torques.
Encænia, Renouatio, Dedicatio.
Ennom, Ecce illi.
Enos, Homo vel vir.
¶ Ephraim, Frugifer, Crescẽs.
Ephraim, Hebraice Ephra, Id est puluerulenta, siue plũbea. 2. Reg. 11. b. 7
Ephratha, Vbertas, siue frugifera.
Ephron, Puluis.
¶ Esau, Faciens, Operans.
Esdras, Adiutor, Actium.
Esther, Occulta, Absconditus.
¶ Esam, Auis eorum.
Etham, Fortitudo eorum.
¶ Eubulus, Prudens.
¶ Ezechias, Fortitudo Domini.
Ezechiel, Fortitudo Dei.
Ezriel, Auxilium Dei.

G

Galaad, Abiectio.
Gabaa, Collis.
Gabriel, Vir Deus, aut Dei.
Gad, Fœlix, Accinctus.
Gadgad, Fœlicitas fœlicitatis, Accinctus exercitus.
Galaad, Aceruus testimonij.
Galatæ, Lactantes.
Galgal, Rota, Reuolutio.
Galilæa, Volubilis,
Gazer Præscissio.
Gazophylacium, vbi thesauri templi seruabantur.
Gebal, Terminus.
Gedeon, Conterens.
Gehenna, Vallis tristitiæ.
Gehennom, Vallis cõtristãs.
Gelboe, Reuolutio inuestigationis.
Gerson, Aduena ibi.
Gerson. Exilium eius.
¶ Giblii, Termini.
Gihon, Pectus, Exitus.
¶ Gog, Tectum.
Golgotha, Caluaria, vbi capita mortuorũ reponuntur.
Goliath, Transmigratio.
Gomor, Genus mensuræ.
Gomorrha, Populus rebellis
¶ Græci, Hebraice Yenanim, id est, Deceptores.

H

Habacuc, Luctator.
Hananias, Gratia Domini.
Haram, Destructus.
Hauoth-iair, Oppida illuminationis.
¶ Hebal, Aceruus vetustatis.
Heber, Socius, Particeps, per heth in principio.
Heber, per ain, Transitus.
Hebræus, Transiens.
Hebron, Societas.
Heli, Oblatio.
Heliopolis, Hebraice dicitur On, Id est dolor.
Henoch, Dedicatus.
Hermon, Destructio.
Hesron, Sagitta exultationis
Heua, Viua, Vinens.
¶ Hierapolis, Sacra ciuitas.
Hieronymus, Sacrum nomẽ.
¶ Holofernes, Fortis dux.
Hor, Mons.
Horeb, Desertum.
Horma, Destructio.
¶ Hur, Libertas.
Hus Consilium.
Hymenæus, Carmẽ nuptiale.

A

Abel, Defluens.
Abes, Siccitas. per ſin in fine.
Abes, Triſtitia. per ſade in fine.
Iacob, Supplantator.
Iabel, Aſcendens, Domula.
Iahiel, viuit Deus.
Iaſites, Illuminatus.
Iamin, Dextera, vel dexter.
Iapheth, Dilatatus.
Iaſon, Sanans.
Iauan, Deripiens.
¶Ichabod, vbi gloria? Væ gloriæ.
¶Idumæa, Rufa, Terrena.
Iebus, Conculcatio.
Iechonias, Præparatio Domini.
Iehu, Ipſe, Exiſtens.
Iehus, Tinea corroſus. per ſin
Iehus, 1. Par. 2. b. 10. Cõſiliãs. per ſade.
Iemini, Dextera, vel dexter
Iephte, Aperiens.
Ierameel, Miſericordia Domini.
Ieremias, Celſitudo Domini
Iericho, Luna, Mentis.
Ieroboaal, Impugnans idolũ.
Ieroboam, Impugnans populum.
Ieroſolyma, Viſio pacis, Viſio perfecta.
Ieruſalem, Idem.
Ieſſe, Ens, Exiſtens.
Ieſboc, Eſt vacuus.
Ieſus, Hebraice Iehoſua, Dominus ſaluator.
Iethro, Excellens.
Iezonias, Auſcultatio Domini.
Iezrahel, Semen Dei.
¶Indus, id eſt, de India. Hebraice dicitur Hodu, id eſt laudatio.
Iudia, Iob 28. c. 13. Hebraice Ophir, id eſt eius.
¶Ioab, Paternitas, Habens patrem.
Ioachaz, Domini apprehẽſio
Ioachaz, 2. Par. 34. b. 8. Apprehendens.
Ioachin, Domini præparatio.
Ioacim, Domini reſurrectio.
Ioas, Diſſidens, Deſperans.
Ioas, Domini ignis. 4. Reg. 11. d. 12. Hebr. Iehoas.
Ioas, 2. Par. 24. b. 1, & 27. d. 12. Tinea corroſus. Per ain.
Iob, Dolens, Gemens.
Ioel, Volens, Incipiens.
Iohanan, Gratioſus, Pius, Miſericors.
Iohannes, Idem.
Ionas, Columba.
Ionadab, Spontaneus.
Ionathan, Domini donum, Filius Saul.
Ioram, Excelſus.
Iordanis, Fluuius Iudicii.
Ioſaphat, Dominus iudex.
Ioſeph, Augmentum.
Ioſeph, 1. Sal. 10. a. 2. Domini augmentum Heb. Iehoſeph.
Ioſias, Ignis Domini.
Ioſue, Dominus ſaluator.
¶Iſaac, Riſus.
Iſai, Munus aut ens.
Iſai, 1. Par. 2. b. 12. Vir meus.
Iſaias, Domini ſalus.
Iſboſeth, Vir confuſionis.
Iſcariotes, Vir occiſionis.
Iſmahel, Exauditio Dei.
Iſrael, Præualens Deo.
Iſachar, Eſt merces, præmiũ
¶Ithamar, Inſula palmæ.
¶Iubileus, Buccina.
Iudas, Laudatio.
Iulius, Sanguinoſus.

L

Laban, Albus, Candidus.
Lamech, Pauper, Humiliatus
Lapidoth, Fulgura.
Lazarus, Dei adiutorium.
¶Lechi, Maxilla.
Leci, Lex.
Leui, Copulatus.
Leuiathan, Copulatio, Societas ſua.
¶Lia, Laborioſa. Fatigata.
Libanus, Candidus.
Libya, Hebraice Lubim, Cormaris.
Lithoſtrotos, Lapidibus ſtratus.
¶Lot, Inuolutus, Colligatus.

M

Maacha, Attrita.
Maaſias, Opus Domini.
Maceda, Incendium.
Madian, Iudicium, Litigans.
Magdalena, Magnifica.
Magi, Sapientes, vel philoſophi.
Malachias, Nuntius meus.
Malaleel, Laudans Deum.
Malchus, Rex.
Mamona, Pecunia, Diuitiæ.
Mamzer. De ſcorto natus.
Manahem, Conſolator.
Manaſſes, Oblitus, Obliuio.
Manue, Requies.
Mara, amara.
Mardochai, amara contritio.
Maria, Exaltata, Amaritudinis mare.
Martha, Prouocans.
Maſſa, Onus.
Maſpha, Specula.
Mathuſael, Mortẽ ſuam poſtulans.
Matthæus, Donatus.
¶Melchias, Rex dominus.
Melchi ſedec, Rex iuſtitiæ.
Melchi-ſua, Rex ſaluator.
Meſollam, Pacificus.
Meſopotamia, Regio ſic dicta, q̃ duobus fluuiis, Euphrate & Tigri ambiatur.
¶Micha, Pauper.
Michael, Quis ſicut Deus?
Michæas, Idem.
Michol, Quis omnia?
Miphiboſeth, De ore ignominia.
Miſael, Quis poſtulatus?
Miſle, Prouerbia. Nomẽ libri
Miſphat, Iudicium.
¶Mna, Libra, Talentum.
¶Moab, De patre.
Morſa, Amaritudo.
Moſa, Azymum. per ſade.
Moſa, 1. Par. 8. a. 37. Onus.
Moyſes, Attractus (ſub. de aquis)
¶Myia, Sceleſta.

N

Naaman, Pulcher.
Nabal, Stultus.
Nabo, Loquela, Prophetia.
Naboth, Idem.
Nabuchodonoſor, Planctus iudicii.
Nachor, Raucus, Aridus.
Nadab, Spontaneus.
Nahaſſon, Coluber, Serpens.
Nahum, Conſolator.
Naim, Pulcher.
Nathan, Donatus.
Nathanael, Donum Dei.
Nazaræi, Separati, Sanctificati.
Nazareth, Sanctificata, Separata. Si autem per ſade ſcribatur, Cuſtodita, vel, floridа interpretatur.
¶Neapolis, Noua ciuitas.
Nehemias, Conſolatio.
Nehuſtan, Æneum.
Nemrod, Rebellis.
Nephthali, Expoſitio.
Niniue, Pulchra.
¶Nox, Ceſſatio, Requies.
Noema, Decora.

O

Obadias, Seruus Domini.
Obed, Seruus.
Obed edom, Seruus hominis.
¶Ochozias, Apprehenſio.
¶Odollam, Teſtimoniũ illis.
¶Og, Subcinericius panis.
¶Olla, Eleuatio, Holocauſtũ.
¶Onam, Dolor.
Onana, Dolor, Iniquitas.
Oneſimus, Vtilis.
¶Oolla, Tabernaculum.
¶Ophni, Pugnus, Pugillus.
¶Oreb, Coruus.
¶Oſee, Saluator.
¶Oza, Fortitudo.
Ozias, Fortitudo Domini.
Oziel, Fortitudo Dei.

Ψ

Pulæſthina, Conſperſa (ſub. cinere)

Paracletus, Conſolator, Aduocatus.

Parafceue, Præparatio.

Paſcha, Tranſitus.

¶ Pentateuchus, Quinque volumina.

Penteçoſte, Quinquageſima (ſub. die)

Petrus, Saxum, Petra.

¶ Phacee, Aperiens.

Phanuel, Videns Deum.

Pharao, Diſſipans.

Phares, Diuiſio. Filius Iudæ.

Phares, per ſin, 1. Par. 7. d. 16. ſques.

Phariſæi. Diuiſi.

Phaſe, Tranſitus.

Phaſga, Collis.

Philiſthæa, Conſperſa cinere

Phinees. Facies confidentiæ.

Phogor, Hiatus.

Phut. Aphrica.

¶ Pigmæi Hebraice dicuntur Gamadim.

¶ Probatica, Ouina, Locus vbi pecora ſacrificanda tenebantur.

Proſelyt', Aduena, Peregrin'.

R

Raab, Pſal. 86, a. 4. Superba, Fortis.

Rabba, Multa, Grandis.

Rachel, Ouis.

Raguel, Paſtor Dei.

Rahab, Lata, Dilatata.

Ram, Excelſus.

Rameſſes, Pontrunn tineæ.

Raphael, Medicina Dei.

Raphaim, Gigantes, Medici.

¶ Rebecca, Vaginata.

Rebla Reblatha, Rixa.

Rechab, Quadriga.

Remmon, Malum granatum.

Reſpha, Extenſio.

¶ Roboam, Dilatãs populum.

Roma, Excelſa, Sublimis.

¶ Ruben, videns filium.

Ruma, Excelſa.

Ruth, Saturata.

S

Saaph, Cogitans.

Saba, per ſin, Conuerſio, Captiuitas.

Saba, per Samech, Circuitio.

Sabaoth, Exercitus, in plurall.

Sabatha, Circuitus.

Sabbathiſmus, Requies, Ceſſatio.

Sabbathum, Idem.

Sadducæi, Iuſti.

Sadoc, Iuſtus.

Sale, Miſſio.

Salem, vel Sallem, Pax.

Salmanaſar, Pax ligata.

Salmon, Pacificus.

Salomon, Pacificus.

Salomith. Idem f.g.

Salphaad, Vmbra formidinis.

Samaria, Cuſtodia, Adamas.

Samſon. Sol eius, Nominis iteratio.

Samuel, Poſitus à Deo.

Saphan, Hericius, Cuniculus.

Saphad, Iudicans.

Sara, per he in fine, Domina. Vxor Abrahæ.

Sara, per heth in fine, Odorans, Domina odoris.

Sarai, Domina mea.

Sarepta, Anguſtia buccellæ

Saron, ſiue Sarona, Planities

Satan, Aduerſarius.

Saul, Poſtulatus, Cõmodatus.

Saul, 1. regum. 9. a. 2. Hebraice Sual, Vulpes.

¶ Scenopegia, Feſtum taberna culorum.

Schibboleth, Spica.

¶ Sedecias, Iuſtus Domini.

Segor, Parua.

Sehon. Eradicatio.

Sela, Diſſoluens. Filius Iudæ.

Sellum, Pacificus.

Sellun, Manens.

Sem, Nomen, Fama, Poſitus.

Semei, Obediens.

Semei. 1. pa. 1. d. 11. nomé meũ.

Sennacherib, Rubus deſtructionis.

Seon, Sonitus.

Sepharuaim. Libri, vel ſcribæ

Sephora, Pulchra, aut tuba. Exod. 2. c. 18. per fin.

Sephora, Exod. 2. d. 21. Auis, Paſſer. Vxor Moſis.

Seth, Poſitus.

Setim, Expanſiones.

¶ Siba, Exercitus, Militia.

Sibboleth, Onus.

Sicera, Ebrietas.

Sichem, Humerus.

Sihor. Niger. Turbidus, Nilus

Siloe. Miſſus, Mittens.

Simeon, Audiens, Exauditio.

Simon, Obediens.

Sin, Rubus. Exo. 16. a. 1. per ſa-

Ω

lech.

Sin, per ſade, Arma, Scutum.

Sion, Aceruus, 2. Reg. 5 b. 7.

Sion, Deut. 4. g. 48. Strepitus.

Sifara, Hirundinem videns.

¶ Sodoma, Secretum eorum.

Somer, Cuſtos.

Sophtim, Iudices.

Sorec, Vinea.

¶ Stephanus, Coronatus.

¶ Sulamitis, Pacifica, Perfecta.

Sunamitis, Dormiens.

Suſanna, Lilium, Roſa.

T

Tarſus, Alata, Pennata.

¶ Thabor, Electio, Puritas.

Thaddæus, Laudans.

Thamar, Palma, Dactylus.

Thare, Odorans, Spirans.

Tharſis, Cõtemplatio gaudij.

Thau. Signum.

Thecua, Spes, Funiculus.

Theraphim, Simulachra.

Thomas, Abyſſus, Geminus.

Thopheth, Tympanum, Seductio.

¶ Timæus, Cæcus, Cæcitas.

Timotheus, Honor Dei.

Titus, Honorabilis.

¶ Tobias, Bonus dominus.

¶ Tubalcain, Mundana poſſeſſio.

¶ Tyri, Hebraice Sorim, Id eſt tribulantes.

V

Valera, Et vocauit. Liber Leuitici.

Vaiedabber, Et locutus eſt. Liber Numerorum.

Vaſthi, Potans, Bibens.

¶ Velle-ſemoth, Et hæ ſunt nomina. Secũdus liber legis qui Exodus græce vocatur.

¶ Vr, Ignis.

Vrias, Ignis Domini.

Z

Zabad, Dos, Dotatus.

Zabdi, Idem.

Zabulon, Habitaculum.

Zacchæus, Purus.

Zacharias, Memoria Domini

Zambri, Cantans.

Zara, Oriens.

¶ Zebedæus, Dos, Dotatus.

Zebee, Victima.

Zelotes, Æmulator.

Zelpha, Diſtillatio oris.

Zorobabel, Alienus à confuſione.

EXCVDEBAT ROBERTO STEPHANO CONRADVS BADIVS, ANNO M. D. LV. VIII. IDVS APRILIS.



Sm 1144

Sm 1144

Sm
1144

